JO: MONTANUS

CONSULTATIONES MEDICAE

1583

XVI 6.

Medical Society of London.

No. 33.

I. EVERY member who ſends for a book, is to write down the title on a ſlip of paper, to ſign his name thereto, date it, and direct it to, "*The Librarian of the* MEDICAL SOCIETY *of* LONDON."

II. No member is allowed to have more, than two volumes at a time, in his poſſeſſion.

III. The library is open every ~~day in the week (Saturdays and Sundays excepted)~~ Monday & Friday from ten in the morning till eleven, when all books are to be ſent for and returned to the library; and none to be given out, or received, before or after thoſe hours.

IV. The utmoſt time for a member detaining a book is, one week for a pamphlet or duodecimo; two weeks for an octavo; three weeks for a quarto; and four weeks for a folio; after which period to be liable to a penalty of one ſhilling *per* week, as long as he ſhall detain ſuch book.

V. No manuſcript is allowed to be taken out of the library.

VI. All books are to be returned to the library in the third week of every December, that the *Librarian elect* may ſee whether any be wanting before he enters into his office on the firſt of January; every perſon neglecting to return ſuch book, or books, before the twenty-fifth day of December, is to forfeit five ſhillings for every volume ſo detained.

VII. All new publications are to remain in the library, for the ſpace of one month.

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
MONTANUS, J.B.

66236/D

J. B. montanus vir fuit magnae existimationis
sed qui ipse nihil ferme edidit, qd aliqm mereat
laudem. discipuli tamen ejus varia evulgarunt, q
omnigenam artis peritiam ostendunt. omnium
optime sunt consilia ejus, profecto praeclarissima
a Cratone lucidata. Conring. in introd. ad med.
p. m. 240.

CONSVLTATIONES MEDICÆ

Ioannis Baptiſtæ Montani


VERONENSIS

Olim quidem IOANNIS CRATONIS Vratiſlauienſis Medici Cæſarei opera atque ſtudio correctæ, ampliatæq; :

NVNC VERO

Poſt ſecundæ Editionis APPENDICEM *&* ADDITIONES, *inſigni Nouorum* CONSILIORVM *Auctario ex* LVDOVICI *Demoulini Rochefortij, Allobrogum Archiatri, Codicibus exornatæ.*

LONDON·MEDICAL SOCIETY



Cum Priuilegio Cæſareo, ad annos ſex.

M DX[illegible]IV

TYPOGRAPHVS
Lectori S.

CVM nobis eſſet indicatum, adhuc reſtare nonnullas Conſultationes haud contemnendas Montani, quæ inter editas non reperiuntur, eáſque ſtudioſis Medicinæ & gratas & vtiles futuras eſſe exiſtimaremus, operam dedimus, vt illas quoque nanciſceremur, vt eæ quaſi Appendicis loco reliquis iam excuſis à nobis adiungerentur. Quoniam verò illæ amicis noſtris (qui nobis poſtea miſerunt) liberaliter communicatæ fuère à Clariſſimo viro, & præcipuo Comitatus Tyrolenſis Medico D. Hieremia Schweickero, quicquid ex illis vtilitatis aut fructus alij ceperint, vt id omne iſti Doctiſſimo & humaniſſimo viro acceptum grato animo referant, adhortamur. Valete.

AD AMPLISSIMOS INCLYTAE VRBIS VRATISLAVIAE SENATORES, VIROS NOBILItate generis, virtutibus & ſapientia præſtantiſsimos, Ioannis Cratonis Vratiſlauienſis, Procemium.

OMNES qui cum ratione & iudicio prudenti adhibito ſuos vel aliorum libros edunt, aut publicis commodis ſeruire, aut nomen ſuum, ac potius rectè faciendi, beneq́ de multis promerendi ſtudium, poſteritati commendare conantur. Eſt enim animi liberaliter à natura & doctrina inſtituti, & virtutem ac decus amantis, aliquid communi hominum ſocietati adiumenti conferre, atque vt id quod confertur, ſyncerè iudicantium approbatione dignum videatur, expetere. Artifices autem, vt de ſuis operibus bonorum atque peritorum iudicium libentiſsimè ſubeunt, deq́ eorum ſententiis meliora facere ſtudent, ita non facilè ineptas imperitorum cenſuras ferunt. Exemplo nobis eſſe poteſt celebratus pictor Apelles, qui cum tabulam Veneris à ſe factam in limine ſpectandam collocaſſet, ſeq́ ad eam ita abdidiſſet, vt prætereuntium iudicia exaudire poſſet: æquiſsimo animo tulit, ſi quis ea quæ intelligere videretur, non valde probaret: ſutoris verò temerariam audaciam, illud vulgatum, Ne ſutor vltra crepidam, proferens, retudit atque compreſsit. Cum autem hoc præſertim ſæculo, ſutoriis iſtis iudiciis nihil ſit atque reperiatur vſitatius, & mira vbique candoris paucitas, nec omnibus vel ea firmitudo, vt contemnere inepta poſsint, vel animi altitudo, vt temeraria retundere auſint: multi non ſolùm ſua, verumetiam aliena continere potius, quàm proferre in lucem malunt. Plurimi de propria magis quàm de publica vtilitate ſoliciti, illud, λάθε βιώσας, inertiæ vel innatæ inuidentiæ prætexunt. Prudentiores verò qui ſunt, ſorti huic ſe committere nolunt, quia de induſtria & fide ſua, non tam ex ipſorum voluntatis in publicam vtilitatem propenſione, quàm ex imperitæ cæcæq́ multitudinis libidine, iudicetur. Ego verò etſi non probo κακοήθες illud ſcribendi, & hoc quod vulgò ſine ratione & modo in diuulgandis libris fit, neque dum meo me pede metior, animo efferor: tamen inuidiæ vel obtrectationis metu ab eo, quod rectum eſt, & cum publica multorum vtilitate coniunctum, abduci & dimoueri me non patior. Bonorum, qui plerunque & pauci ſunt, vero iudicio contentus ſum, & illud Galeni noſtri teneo: Probari velle ab omnibus perinde eſſe, ac poſſeſsionem omnium opum expetere. Quod verò ad mea ſcripta attinet, ſi quis ea vel vt doctus, tanquam rudioribus propoſita, non magni faciat, vel vt imperitus, tanquam exilia, contemnat, non magnopere mihi laborandum exiſtimo. Mediocribus iſta ſcripſi-

mus, quorum in numero ipſe quoque memor illius, πολλὰ μεσοῖσιν ἄριστα, reperiri cupio. Ac non propoſitum mihi fuit, doctrinæ excellentia elatos meis ſcriptis à ſuis opinionibus dimouere, aut rixas, quarum in vita eſt nimium, ſcribendo ſerere: multo minus granditate librorum imperitæ multitudini placere: ſatis magnum fructum meorum laborum exiſtimans, ſi ipſe ad doctos non magnam reprehenſionem ferrem, & quantum in me eſſet, tenuiores animos confirmarem, vt veterum doctrinæ, quaſi viæ certæ, quæ eos ad veritatem ſcientiæ ſcopum duceret, inſiſterent, quàm accuſatoribus & reprehenſoribus vetuſtatis, qui quaſi parentes inſectantur, applauderent. Sic enim ſtatuo atque concludo, cùm vnicum laboris atque induſtriæ noſtræ propoſitum ſit, verum, rectum atque perfectum, & eius in omni doctrina exemplum aliquod quærendum: neque vllum tam humile opificium eſſe, quod ſine magiſtro atque exemplo aliquid efficiat, & præſtare, vt optimis quibuſque aſſueſcamus: nobiſq; perſuadeamus, quò ab illis longius diſceſſerimus, eò ad peiora nos prolabi atque tendere. Vix autem inter ſummos artifices quiſquam tam eſt amans ſui, vt ſe doctiorem veteribus eſſe ſentiat: aut tam arrogans, vt profiteri hoc auſit. Ac ſi quis eſt, hunc ſibi ſapere atque deſipere concedatur. Ne verò adoleſcentes errore inuoluantur, noſtris breuibus libellis aditum ad veterum ſcripta legenda intelligendaq; monſtrare ſum conatus. Magnis voluminibus nunquam diſcentes occupandos duxi, præſertim cùm vix ſatis ad cognitionem vetuſtatis, nobis, in hoc exiguo vitæ curriculo, temporis concedatur, pœnamq; ſingularem neglectionis veterum eſſe videamus, quòd plurimi in recentiorum ſcriptis, tanquã ad Sirenum ſcopulos hæreant, atque eorum prauitatis errore imbuantur, qui non ſolùm antiquitatem vituperant, ſed etiam omnem ætatis ſuæ excellentiam deſpiciunt. Hoc verò more introducto, hacq; opinione inuecta, vt liceat vnicuique antiquitatem deſerere, in dubium vocare & euertere quod libet, vel aſſerere quod ſuis rationibus conſentaneum eſſe videatur, aut non videatur: mirificas conuerſiones ſententiarum, & multarum bonarum rerum ruinas, magnaſq; confuſiones ſequi, neceſſarium eſt. Fons enim atque origo corruptelarum, iudicandi licentia, & veterum ſcripta damnandi temeritas rectiſsimè perhibetur, à quo pernicioſæ rectis ſtudiis opiniones inundant. Has verò procellas quaſi aggeribus oppoſitis deuitare poterimus, ſi autoritatem veterum infractam atque imminutam obtinebimus, & ea quæ in inſectationem antiquitatis conſumuntur, minimè recta eſſe, bonis ingeniis perſuadebimus. Neque ego is ſum, qui cum veritate pugnandum cenſeam, quiq; tanquam ab effœta natura nihil amplius, quod præclarum ſit & excellens, expectandum putem, ac omnibus, qui poſt Hippocratem & Galenum vixerunt, laudem ingenij detraham, & exiſtimem, tanquam in ſumma abſolutione doctrinæ Medicæ nihil deinceps exquirendum, non corrigenda falſa, non errores emendandos. Hæc à me iſto animo non dicuntur, nec ſeculum noſtrum, in quo ingeniorum atque literarum, beneficio Dei, ſingularis ſplendor enituit, & multarum doctrinarum partes illuſtratæ ſunt, ſuo decore orbatum volo, aut eos vitupero, qui vetuſtati, ſi qua ex parte obſcura eſt, lumen afferunt: ſi horridior, lenire eam ſtudent. Illud improbo, ſi quis vituperando vetuſta, ea ex re famam quærere ſtudet, aut iuniores à lectione atque cognitione, præſertim Græcorum ſcriptorum in arte Medica deterrendos putat. Neque æquum eſſe duco, ſectatores Græcorum atque Arabum, de illorum ſcriptis ingentia volumina conficere, ea imperitioribus obtrudere, atque hac ratione à fontibus ſitientes verum atque ſincerum, abducere, magnificeq;

gnificeq́ aliena pro ſuis oſtentare. Harum quidem collectionum ita nunc ſunt plena omnia, vt quod quiſque legit, vix rectè cognitum, imò ne vix quidem, edat, atque ſpecioſis titulis diuulget. Methodicas verò rationes, quæ & breues & explicatæ eſſe debent, perpauci proferunt, etiamſi inſcriptiones librorum magis ſplendidè quàm verè hoc polliceantur. Sed non libet exagitare ſeculi noſtri miſerias: neque quid de meis ſcriptis exiguis illis quidem, verùm viam rectam compendio monſtrantibus, ſentiendum ſit, præſcribere, præſertim cùm hoc non tam in mea perſuaſione, quàm in aliorum iudicio poſitum ſciam. De Montanicis autem affirmare atque confirmare poſſum, vix vllius ſcripta (pace eruditorum omnium, quos veneror, dixerim) maiori euidentia doctrinam veterum in lucem & conſpectum reducere, ac verius, quæ ſit recta docendi, diſcendi, exercendiq́ artem Medicam methodicè ratio, oſtendere. Nam cùm is vel artem docet, vel eius vſum propoſitis exemplis monſtrat, ita abſolutè & perſpicua breuitate omnia comprehendit, vt nihil his, quæ profert, vel adiungi, vel detrahi, abſque deprauatione poſſe videatur. Hoc verò non velim ita à me accipi, tanquam omnia quæ vel dixit, vel ſcripſit Montanus, ſummam perfectionem conſecuta eſſe putem, aut ea cuncta, quæ extant, atque illius nomine circumferuntur, Montanica eſſe mihi perſuadeam. Fateor, in rebus humanis vix quidquam reperiri poſſe omnibus numeris abſolutum, neque naturam ferre, vt idem vniuerſi ſentiamus per omnia, multasq́ mutationes, vt in reliquas partes vitæ, ſic etiam iudicij atque ſententiarum propoſitum incidere. Sed ſi cum aliorum ſcriptis, qui poſt Hippocratem & Galenum ſua emiſerunt, γνήσια Montani conferantur, apparebit certè multo felicius eum ſua à veteribus tranſtuliſſe, atque in ordinem & Methodum redegiſſe, quantusq́ non ſolum Medicus, verumetiam Philoſophus fuerit, σχεδιάζοντα, quàm alios plurimis ſcriptis accuratis & ſtudioſè perpolitis oſtendiſſe. Extant multorum libri egregij, qui puritate ſermonis atque elegantia, diligentia compoſitionis, collationisq́ ſententiarum Montanica longè ſuperant: atque in his non ſuperioris tantùm, ſed noſtræ quoque ætatis doctiſſimorũ hominum ſcripta numero. Qui verò ea perſpicuitate veteribus lumen prætulerit, qui filum Methodi ita monſtrauerit atque tenuerit, vt neque Montano conferri poſſe neminem conſeo, ita quem ei præferam non reperio. Atque hoc non tam de ſcriptis quibuſdam editis, quæ certò ſcio Montanum non probaturum fuiſſe, ſtatuo, quàm ex diuina docendi atque interpretandi ἐνεργείᾳ, quæ ſi non omnibus, permultis tamen eius auditoribus nota eſt. Hos igitur appello, hos mei iudicij teſtes mihi cito. In ſcriptis diuulgatis, vt multa ac potius plurima ab æquis & iniquis lectoribus requirantur, in manu non eſt mea, neque mihi præſtandum. Verumtamen qui hæc ideo repudianda eſſe putet, quòd in illis ſumma perfectio interdum deſideretur, & nihil niſi tanquam τετράγωνον ἄνευ ψόγου probandum eſſe exiſtimet: ille in rebus humanis vix quicquam probandum reperiet, nec vllam ſecuritatem atque approbationem, ſi ſua protulerit, ſibi de aliorum iudicio polliceri poterit. Cùm igitur (ſiue hoc rectè, ſiue non rectè) poſteaquam à veterum, in primis verò Hippocratis & Galeni ſcriptis (ad quæ lumine exiguo meo viam monſtrare ſum conatus, & etiamnum conor) diſceſſi, primum locum Montanicis tribuam: pro mea in publicam vtilitatem propenſione ſingulari, ante annos ſex ſecundam Centuriam Conſultationum illius foras dedi. Etſi verò in ijs deſcribendis adiutus opera Ioachimi, Ioachimi Camerarij F. Medicæ artis Doctoris eximij, virtute,

ingenio & eruditione præſtantiſſimi, ſummi mei, fides & diligentia nobis non defuit, tamen neſcio quomodo inciderunt hæc in manus corruptrices. Ego quidem totũ Opus, denuò adhibitis manuſcriptis optima fide à clariſſimis viris & eximiis Medicis, Ioanne Sprembergio, Georgio Laurea, Hieronymo Haunoldo, exemplaribus, & meis, quorum quatuor volumina, de quibus antea gratè rationem reddidi, apud me extant, ſingulari ſtudio & diligentia emendaui, quæq; deeſſe videbantur, adiunxi: quæ deprauatè acceſſerant, ſuſtuli, atque in eum ordinem redegi, qui lectioni & memoriæ lumen afferre poſſe videatur. Quia verò triplex quaſi genus eſt conſiliorũ: partim enim ſunt præſcripta atque data, partim in Conſultationibus (quæ vulgò Collegia appellantur) dicta, partim in curationibus ab ijs, qui Montanum, vt præceptorem, ad ægros ſequerentur, obſeruata: ſingulis ferè annum & menſem, quo vel data ſunt, vel quibus Doctoribus præſentibus, quóve in loco dicta, aut obſeruata, adieci. Atque hunc laborem ideo ſumpſi, vt non ſolùm os illis obſtruerem, qui dicturi fortè ſunt, me non de ſcriptis iſta collegiſſe, ſed de editis deſcripſiſſe: verumetiam vt viam quaſi præcluderem impudenti audaciæ quiduis confingendi, & pro Montanicis imperitis obtrudendi. De datis autem conſiliis veriſſimè poſſum affirmare, me fide optima ea cum ſtudioſis communicare, ita vt ne verbulum quidem ſit à me immutatum, niſi illud Præſtantiſſimo viro, de rebus magis quàm verbis ſolicito, inconſideratè, vt ſunt humana, excidiſſe arbitrarer. Conuerſa de Italicis non tam mea quàm aliorum huius linguæ peritorum opera, ita vt accepimus, nullum interponentes noſtrum iudicum, damus. Ut verò ea quæ in Conſultationibus ſeu Collegiis, vt appellant, dicta ſunt, emendatiſſima ederent: perſpexerunt conatum & ſtudium meum eximij artis Medicæ Doctores, Ioachimus, Ioachimi F. Camerarius, & Paulus Boreccius, quorum opera in conferendo & deſcribendo vſus ſum: qui fidei, diligentiæ, atque laboris mei ἀξιόπιστοι teſtes eſſe poſſunt. In illis verò, quæ quiſque obſeruauit, cùm vel in Noſocomiis, vel priuatis ædibus ægrotantes præceptorem ſequutus inuiſeret, vt ad verbum Montanica dicta recenſerem, præſtare non potui. Nam alius quidem aliud annotauit. Plurimi etiam, in quibus & meum nomen profiteor, obſeruata deinceps ſibi, nullo ſtudio proferendi ea in publicum, reminiſcentes perſcripſere, nec ſubitò in chartas vel pugillares coniecta exceperunt. Nam ego quidem publicè ita pauca ſcripſi, vt etiam ijs, qui ſingulas voculas captabant, eaq; tanquam in Eleuſiniis dicta continebant, doctrinæ Præceptoris minus ſtudioſus viderer. Verùm quid de nobis quiſque ſentiat, vt ſcire difficile eſt, ita vt bene ſentiat, illi magis, ſi bonus perhiberi velit, quàm nobis, præſtandum. De his quidem elaborationibus, & de lectionum editione perſpicient, hoc conſiderare volentes, me non prorſus negligentem atque oſcitantem auditorem Montani fuiſſe. Ut autem ad inſtitutum redeam, ſi quis meliora in vſu atque tractatione artis à Montano obſeruata proferet, huius ego gloriæ non ſolùm minimè ſum inuiſurus, verumetiam pro mea parte grata commemoratione laudes amplificaturus. Quæ nós damus, ea Hieronymi Schreiberi piè vita functi, Georgij Laureæ, atque noſtra etiam ὑπομνήματα nobis ſuppeditarunt. Hæc autem aliam orationis formam induere, & quaſi corollariis additis exponi poſſe non ignoro: & nuper cuiuſdam ridiculum artificium conſpexi, qui de magnis conſultationibus excerptas particulas ediderat, & latebram obſcuritatis adhibuerat, diuerſis etiam morbis eadem conſilia accommodauerat, vt oſtentationis ſuæ copias augeret. Hoc

quidem

quidem ſi conceſſum fuerit, & cuilibet aliquid deſecare, vel agglutinare Montanicis libuerit, vel prorſus ea amittemus, vel corruptiſſima legemus. Fateor in his, quæ nos emittimus, crebras non ſolùm verborum, ſed etiam ſententiarum iterationes eſſe, atque in ſimilibus & diuerſis conſultationibus nonnulla orationis eadem propemodum forma expoſita. Neque me fugit, in quorundam dicta hæc incurrere, quibus reſpondere nunc neque libet, neque neceſſe eſt, cùm præſertim à me illud multo antè ſit factum. Hôc nunc à cenſoribus iſtis peto, vt cum his ſano iudicio, ſi quod habent, conſilia Montagnanæ, Hugonis Senenſis, Antonij Cermiſonis, Matthæi de Gradibus, Bauerij, atque aliorum etiam conferant. Apparebit certè ad roſam anemonem collatam eſſe, eiusq; vnum conſilium veras curandi ὁδηγίας rectius monſtrare, quàm prolixas recitationes eorum, qui ne illud quidē quod norunt, nouiſſe videntur. Qui enim (vt Pericles apud Thucydidem ait) nouit aliquid, neque id oratione recte exprimere poteſt, perinde eſt ac ſi neſciret. Sed non libet ſeculi incommoda de re Medica bene merendi cupidis viris adſcribere, ac potius gratiam illis habendam cenſeo, quòd & multa remedia vtilia nobis monſtrarunt, & eorum vſum candidè oſtenderunt. Etſi verò hæ Montani Conſultationes vim magnam ingenij & doctrinæ excellentiam commonſtrant, tamen inde non velim, quantus is fuerit, quenquam æſtimare: ſiquidem multum intereſſe puto, inter τὸ πραττόμενον, quòd in rebus cadentibus in communem vitam fortè fit, & τὸ δογματιζόμενον, quod cum magna deliberatione cogitationū profertur. Id perſpicuum atque manifeſtum eſt conſideranti ea, quæ in praxi (vt vocant) obſeruata ſunt, & cum ijs, quæ accuratè dixit vel ſcripſit, conferenti. Erat autem occupationum illius tanta multitudo & grauitas, vt ſæpe ne poſſet quidem ſuas cogitationes diſertè explicare. Interdum iſta morborum & rerum, quæ offerebantur, ſimilitudo, vt neceſſariò τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν dicenda eſſent. Hîc verò ſi quis me roget, cùm paulo antè magna volumina impedimenta ſtudiorum eſſe dixerim, neque abhorream ab illo Callimachi, qui affirmauit, τὸ μέγα βιβλίον ἶσον εἶναι μεγάλῳ κακῷ, cur non ſelectiora tantùm ediderim, atque iſta in pauca contulerim: cur interdum chorda eadem oberrantem præceptorem deridendum propoſuerim? Huic ego reſpondeo, me libentius in mea, quàm in aliena inquirere, ac nequaquam hæc ſcripta inter vulgaria ponere. De quibus ſic ſentio, eum profeciſſe in re Medica, cui iſta vehementer placebunt. Quod verò ad iterationes verborum atque ſententiarum attinet, illud Socraticum, quod apud Platonem in Philæbo refertur, rectum eſſe puto, τὸ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον, ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν. Si quis verò aliter ſentit, is ſibi ſuam habeat, mihi meam relinquat ſententiam, quam eò libentius tueor, quòd cum ſummorum virorum iudiciis, D. Iulij Alexandrini, Archiatri Cæſarei, Fracaſtorij, & aliorum, qui, vt par eſt, de Montano præclarè ſentiunt, congruere video. Ac niſi hæc multis profutura exiſtimarem, meq; hac editione non ſolùm rectis ſtudiis artis Medicæ, verùm plurimorum hominum ſaluti conſulturum putarem, profecto neque tantum laboris nullius mei commodi reſpectu ſumpſiſſem, neque rem omnium precioſiſſimam tempus in alienis ſcriptis perpoliendis conſumpſiſſem. Ut ad reliquas artes, ſic ad Medicam recte perueniмus, cùm præceptis vſus accedit. Vſus duabus rebus continetur, vt vel ipſi experiamur, vel quid alij tentauerint, qua via proceſſerint, quid ſint experiendo conſequuti, cognoſcamus: & noſtras actiones ad recta exempla, adhibita ratione, conformemus; nec

cæcam fortunam, quæ vix vnquam periculo vacat, atque imaginariam iſtam, vt molliſſimè dicam, in cognoſcendis medicamentis Antipathiam, Sympathiam, & Harmoniam, corporisq́, cui hæc applicantur, Anatomiam (qua ſe nunc rerum omnium imperitiſſimi, atque in ſumma ignoratione, audacia & temeritate impudentiſſimi, ſupra omnes efferunt) ſine arte ab Hippocrate tradita, & Galeno exculta, ſequamur. Hac, inquam, in re vt pro virili mea iuuarem artis Medicæ ſtudioſos, ea quæ apud me ſumma ſunt, & eſſe debent, poſthabui, atque vt iſta correctione noſtra perpolita prodirent, operam dedi. Celebrationem ex his vt non quæro, ac laborum potius veniam, quàm præmium expeto: ita deſpicientiam imperitorum, apud quos ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός (quòd Antiſthenes commutationem rerum atque exitium communitati portendere dicebat) & qui iſta non pluris quàm circumforaneas chartas exiſtimant, vel maleuolentia vituperatorum (quorum hæc eſt oratio, Alienos libros ſtudio maximo eos edere, domi quibus nihil naſcitur ſuæ) non magnopere extimeſco. Præmeditatum enim illud habeo, in editione alienorum librorum plerunque idem vſu venire nobis, quod aſſolet in alienis liberis educandis, ſcilicet vt fortuna atque gratia deſtituamur: atque hunc laboris mei fructum expeto, vt dum bonis ingeniis ad cognitionem & tractationem artis Medicæ adiumento ſunt, plurimorum ſaluti conſuluiſſe, & grati animi erga Montanum, quaſi ἀντιπελαργῶν, memoriam omnibus publicè declaraſſe videar. Cum autem à temporibus Ptolemæi Philadelphi in hunc vſque diem ratio illa edendi, & aliena ſcripta etiam dedicandi ijs, à quibus vel conſeruata ſunt, vel qui de re literaria aliis modis bene merentur, fuerit vſurpata, atque à prudentioribus & cordatioribus hoc ſpectatum, vt vel grata memoria conſeruationis atque communicationis publicè celebrentur, vel de optimis artibus benè meritis gratiæ agantur, & commemoratione virtutis non ſolùm viui & præſentes homines, verùm poſteri quoque ad ſimile iuuandi & prouehendi rem literariam ſtudium, decusq́ in gente vel communitate conſeruandi incitentur: vtrunque & ego, quantùm in me eſt, hoc in loco exequi ſum conatus. Ac quod ad illos, quorum opera adiutus ſum, attinet, beneuolentiſſimè, & honoris in primis gratia nominatos à me ſciunt, quicunque mea ſcripta legunt. Cæterùm cùm ad elaborationem, qua hic liber conquiſitione, emendatione atque perpolitione noſtra à me compoſitus eſt, Diuina benignitas mihi in patria mea locum atque tempus conceſſerit: nunc quoque commutatis rebus eodem, quo ante triennium fui, dum in veſtro P. C. nomine eum apparere publicè cuperem, animo ſum, ac admonitus cantilena, quam pueros in publico ceciniſſe Plato refert, ὅτι τῶν ὀρθῶς διοθέντων ἄφεσις οὐκ ἐστι: hoc in loco honoris veſtri cauſa quædam de affectione beneuola non ſolùm in me, verùm artem medicam commemoranda puto. Ex eo enim tempore, quo depulſa barbarie humanitatis ſtudia exculta ſunt, & bonis diſciplinis ac purioribus literis magna veſtra P. C. cura atque diligentia ſuus in patria noſtra conſtitutus honos, ingenio, doctrina, atque vſu excellentes Medicos ciues habuiſtis, eosq́ liberalitate & benignitate veſtra, vt vel rem bene gererent patria procul, vel vtiliter & cum dignitate Reipublicæ domi inſeruirent, adiuuiſtis. Inter hos & mihi totis propemodum tredecim annis honeſtus atque laudabilis datus eſt locus: & dum ſuperiori proximo anno in Sacratiſſimæ Cæſareæ Maieſtatis aula, propter Imperatoris FERDINANDI AVGVSTI P. F. *vereq́ patriæ patris, valetudinem, remanendum eſſet, ea beneuolentia*

lentia me eſtis proſequuti, eaq́; iudicij veſtri documenta ſtatuiſtis, de quibus facilè æqui atque iniqui intelligere poſſent, nihil eorum (quæ ego tanquam Agamemnon Homericus ſuæ cum Achille contentionis mentionem faciens, in fata, quàm in homines conferre malo) veſtra voluntate conſtante accidiſſe. Non enim modò pro opera fidei & diligentiæ meæ Reipublicæ præſtita mihi liberaliter atque honorificè eſt ſatisfactum, verumetiam teſtimonium (quod ego, cuius innocentia conſpectior, animiq́; recti conſcientia erectior eſt, quàm vt eo indigeat, vt non magnopere deſideraui, ita vltrò oblatum maximi feci) datum, & affectione paterna, de benignitate Cæſarea, qua in hunc locum (qui non modò doctrinæ excellentiæ, ſed perſpectæ exploratæq́; virtuti & fidei debetur) aſcendiſſem, ita eſt gratulatum, vt de iudicio Imperatoris, diuina perſpicaciſſimaq́; mente præditi, ſapientiſsimo, patriæ nomine vos gaudere appareret. Ego verò, vt me nunquam ambiuiſſe hoc culmen, ac potius mediocritatem & ocium literarium toto pectore amplexatum, conſcius mihi ſum: ita dum in hac clariſsima luce verſor, nihil aliud in me tam conſpici cupio, quàm vt primùm cultus veritatis diuinæ ſine fuco, & in ſacratiſsimum Imperatorem, dominum meum clementiſsimum fidei & voluntatis integritas ſumma, deinde in patriam pietas, omnibusq́; gratificandi ſtudium ſingulare, omni loco & tempore fidiſsimè declaretur. Hæc duo ſi animi contentione (quam in hac mearum virium exiguitate adhibebo quantam potero maximam) conſequútus fuero, omnia optabilia & præſtabilia mihi contigiſſe, meq́; lautam atque copioſam hæreditatem meis reliquiſſe, exiſtimabo. Interea vt huius conatus mei adumbratio conſpiceretur, hunc librum in veſtro nomine diuulgandum putaui. Eſt enim mihi hoc de veſtra prudentia perſuaſiſsimum, vos literarum monumenta & Muſarum præconia pluris facere, quàm inciſa notis marmora publicis, per quæ ſpiritus & vita redit bonis, vt Venuſinus poeta cecinit: atque cum ſapientiſsimo Pindaro diuinos hoſtes ſtatuere, qui Muſas, hoc eſt, humanitatem, doctrinam & facultatem ſcientiæ auerſantur atque oderunt. Merentur eximiam prædicationem ſplendidæ ædificationes, munitiones operoſæ, rerũ copia & ordo in ciuitate: ſed omnibus his ornamentis atque emolumentis anteferenda eſt hæc vna felicitas, cùm ex ea viri doctrina & virtute celebres orti reperiuntur. Laudabilis enim atque vera eſt Galeni noſtri ſententia, Si attentè atque incorruptè res intueamur, perſpicuum eſſe, homines ciuitates, non ciuitates homines commendare, & per viros virtute atque eruditione claros, obſcura etiam loca fuiſſe illuſtrata. Non petam hîc exempla ex veterum hiſtoriis, nec ciues meos recenſebo, qui in Eccleſiis atque Academiis doctrina pietatis atque honeſtarum artium ſunt celebres: non qui ſcientia iuris & politicæ adminiſtrationis in ſummorum Regum & Principum aulis honorantur, & laudabiliter Rempublicam gubernant, quorum virtus conſpectior eſt, quàm vt à me prædicari debeat, aut illuſtrari poſsit. Non referam omnes, quos ſcientia atque vſus artis Medicæ claros hæc vrbs protulit, qui nunc in viuis ſunt, nec præconio meo indigent. Demortuos paucos, & quorum literæ patriam ornant, commemorabo. Ante annos ferè ducentos Ioannes Gallicus Vratiſlauienſis Alberti III. *Auſtriæ ducis Medicus Academiam Viennenſem gubernauit, & ſcripta quædam vtilia, quibus temporum illorum obſcuritas lucem denegauit, publicè in Schola propoſuit. Auguſtinus Craft patruus meus ante octoginta annos Philoſophiam & Medicinam cum laude Erphordiæ eſt profeſſus. In ea quoque*

Schola

Schola atque præclara Academia Lipſica deinceps celebris fuit Antonius Niger, qui apud principes viros & in magnis Rebuſpubl. honeſtiſsimum locum habuit, ac ingenij ſui & Græcarum atque Latinarum literarum peritiæ, ea monumenta reliquit, quæ doctiſsimorum virorum prædicatione ornantur. Quàm accuratè atque laudabiliter Andreas Aurifaber in cognitione naturæ fuerit verſatus, vel vnicus Commentariolus de Succino (vt alia multa, quæ ab hoc viro ſtudio ſummo atque indefeſſo collecta ſunt, quibus ſi extremam manum addere potuiſſet, illius ſempiternum nomen atque patriæ augerent, taceam) teſtatur. Quid de Ioanne Moibano, cuius immaturæ ex hac vita migrationis non poſſum non ſine ſummo dolore meminiſſe, dicam? An non is ardore optimarum literarum, & τῶν φυσικῶν στοργῶν deflagrauit, cum in manibus verſionem ἀπορίστων Dioſcoridis haberet, & propter ſcientiam artis Medicæ in inclyta Republ. Auguſtana ab optimis quibuſque, in primis ab Ampliſsimis Dn. Heinceliis, & Dn. Herwartis (quibus ego ſecundum Deum, vitæ meæ atque ſtudiorum ornamenta accepta gratiſsimo pectore refero: & ijs, quæ in Codefridum Scharuium affinem meum, Medicinæ Doctorem, doctis, vt confido, annumerandum, contulerunt, quaſi cumulari ſentio) in ſummo honore haberetur. Sed de hoc aliàs, non tam laudandi illius, quàm conſolandi doloris mei cauſa, fortaſſe plura quàm debebam, ſcripſi. Ac exibit, vt ſpero, Dioſcorides illius perfectus ſtudio atque opera ſummi viri & amici mei D. Conradi Geſneri, qui ei memoriam immortalem reddere, & patriam decorare poterit. Ad inſtitutum igitur redeo, atque cùm teſtimonium firmum ac perpetuum de meo in patriæ charitatem animo ſumma fide, atque recta ſentiendi & ſalutaria faciendi ſtudio defixo, potius huic libro, quem genium habiturum, & in ſtudioſorum manibus perpetuò futurum confido, quàm meo aliquo inſcribere, & ad παῖδας παίδων extare voluerim, vt vos P. C. qui aliorum etiam libellis exiguis fauere ſoletis, inter alios Reipub. donatos eum collocetis, meq́; vt ciuem dignitatis, honoris, ſalutis atque incolumitatis Reipub. ſtudioſiſsimum, beneuolentia atque cura complectamini, maiorem in modum peto. Patrocinio, quod vobis vllo modo poſsit eſſe moleſtum, rectè facti conſcientia, & Montani (quem natura produxiſſe videtur, vt conſummatiſsimi Operis artis Medicæ effigiem, quam quidem mortalitas capere poteſt, oſtenderet) excellentia fretus, vos non onerabo. Ipſe ſi quid more hominum euenerit, ſuſcepturus in me, & Deo iuuante, vt cætera, quæ grauia ſunt, perlaturus ſum. Vos autem P. C. veſtra conſilia, deliberationes, actiones & labores, quos ſingulari prudentia, cura & contentione, pro pietatis conſeruatione, cultura ſtudiorum, virtutis atque honeſtatis, ſalute ac incolumitate ciuium, & ciuilium etiam officiorum integritate, ſuſcipitis atque ſuſtinetis, à Deo Opt. Max. benignè fortunari, & vniuerſos ſaluos atque florentes viuere atque valere ex animo opto. Viennæ, ex aula Cæſarea. Calend. Iulij. Anno à Salutifero partu M. D. LXIIII.

IOAN

IOANNES BAPTISTA MONTANVS, IOANNI CRATONI MEDICO GERMANO AMICO S. CHARISS.

ACCEPI literas tuas, mihi pluribus nominibus iucundiſſimas, ſed præcipuè quòd oſtendis, te iam dignouiſſe, quid diſtent æra lupinis, vt in prouerbio eſt. Culices verò quamuis importuniſſimi ſint,& vſque ad propriam perniciem pertinaces,in cute tamen elephantis fruſtra aculeos inijciunt, & ſi (me iudice) res agatur, malim vt quàm diutiſſimè fuci illi viuant, cùm vita ſit eis non minus dedecori, quàm pœnæ. Improbo enim viro nulla pœna maior, quàm in ſuis flagitiis diu viuendo torqueri. Hos igitur omittamus, Crato ſuauiſſime,& potius ad dubitationes, quas doctè & cautè proponis, ſoluendas accedamus. Quantum ad ligni decoctum attinet,quòd nonnulli Germanorum Medicorum duabus horis poſt cœnam exhibent, ipſi viderint. Sed ſi rationem ſequamur, ſcio vſum præcipuum huius decocti eſſe,vt per venas,& ſingulas quaſque corporis partes quamcitiſſimè & facilimè tranſeat. Ideo non niſi exquiſitiſſimè euacuato corpore exhiberi ſolet, vt apertis præparatisq́; viis, ſine aliquo impedimento penetret. Vnde etiam videmus, poſt eius exhibitionem ſudores non multò pòſt prouocari, manifeſtiſſimo indicio vſque ad profundiſſimas corporis partes penetrauiſſe. Si ergo poſt cibum exhibeatur, neceſſarium eſt vt vel moretur in ventriculo, impediente cibo, præcipuè cùm calor naturalis, omnium actionum miniſter, in coctione alimenti interim occupetur:& ſi morabitur, præter alia nocumenta, ſua amaritudine, extraneis qualitatibus oblatum cibum contaminabit, & corrumpet, (hac enim ratione, id eſt, propter amaritudinem, aloen poſt cœnam aſſumptam alimentum putrefacere voluit Oribaſius, & omnes Græci medici.) vel ſibi viam faciet, & violenter penetrabit poſt cibum ingeſtum. Quòd ſi penetrauerit,non minora inde ſequentur nocumenta. Nam ſecum attrahet cibos crudos, obſtructiones parabit tum in hypochondriis, tum in vlterioribus venis, vnde febris & putredines generabuntur. Nam ſi Galenus vinum quoque ſuſpectum habet poſt cibum, ne ſua ſubtilitate,& penetrandi facilitate ſecum ducat ſolidum cibum crudum, vnde poſtea ſequuntur incommoda paulò antè commemorata: quid de hoc decocto dicendum, in quo conueniunt acrimonia ſimul & amaritudo? quæ duæ qualitates quàm efficaces ſint ad aperiendum & penetrandum, in quinto de Simplicibus manifeſtiſſimè teſtatur Galenus. Neque obſtat adſtringendi vis,imò penetrationem potius adiuuat,ſi eidem Galeno credimus, vbi de his agit, quæ menſes prouocant, exemplo Sauinæ. Dare igitur poſt cœnam decoctum ligni, apud me omnino contra rationem eſt. Quantum verò ad grauidas mulieres attinet, à quibus ijdem Medici ſanguinem mittunt, non quidem ob plethoram, ſed ob hoc tantùm, vt facilius pariant,non video quomodo id fieri ratione poſſit. Quamuis enim fortaſsè dicerent, hìc ſanguinem mittendum eſſe à ſaphenis, quando inſtar partus, ſcilicet, vt prouocetur exitus ipſius fœtus,& inde facilius pariant: longè videtur hoc petitum. Nam primò ſciri non poteſt, quæ ſit dies partui deſtinata, cùm frequentiſſimè completo nono menſe, ad quindecim vltra dies, & vlterius quandoque, extendatur pariendi tempus:& vbicunque ante determinatum diem & à natura præfixum, maturabitur partus, non pauco detrimento id fiet tam fœtui quàm puerperæ. Præterea in partu maximi validiſſimiq́; motus ſunt, indigetq́;

præterea patiens viribus robuſtiſſimis. Ergo detractio ſanguinis, præcipuè vbi plenitudo non ſit, haud abſque magno detrimento virtutis fieri poteſt. Cur igitur ſanguis mittendus, quem nulla vtilitas, plurima ſequuntur incommoda? De Terebinthina & œnematibus exhibendis in vltimo pariendi tempore, non eſſet ita abhorrendum, ſi Terebinthina daretur in modica quantitate, & œnemata eſſent ex aperientibus tantùm & lubricantibus. In qualibet enim purgatione facienda, vtilis eſt apertio & præparatio viarum (ſi Hippocrati credimus) modò commodè fieri poſſit, & ſine virtutis detrimento. Quod verò vltimò dubitas, an in principio variolarum ſeu morbillorum ſanguis mittendus ſit, vt voluit Auicenna: principium diſtinguendum eſt. Si enim intelligimus principium variolarum ſeu morbillorum exortum, & antequam ingentis putredinis manifeſta ſigna apparuerint, conſtante virtute, ſanguinem mittere optimum eſſe iudico. Sanguis enim expurgatur, viæ aperiuntur, corpus refrigeratur & exiccatur: & hæc omnia ad prohibendam putredinem ſunt efficaciſſima. At vbi iam putredo inualuit, variolæ aut morbilli apparuerint, tum ſanguinem mittere non tantùm ſuperuacaneum eſt, ſed etiam pernicioſum. Nam neque propterea incœpta putredo remouetur; ſi Galeno credimus 2. Therapeutices (vbi loquitur de mittendo ſanguine in febribus putridis) ſed præterea lethale quoque eſt. Nihil enim in peſtilenti febre (quam ego hîc intelligo per variolas & morbillos) pernicioſius, quàm vires detrahere, & ſpiritus diminuere, alioqui magna putredine abſumptos, præcipuè cùm in huiuſmodi morbo ſemel amiſſa virtus vix vnquam reſtaurari poſſit. Quomodo enim reſtaurabitur tãta putredine exiſtente non ſolùm in venarum ambitu, ſed in ipſo quoque fonte vitæ & caloris, corde ſcilicet? perſeuerante etiam fluore alui ſyntectico, vel colliquatitio, qui ab huiuſmodi febribus inſeparabilis eſt, vt aſſerit Galenus Epid.3. Hæc lectis tuis literis, qualiacunque ſint, ſubitò ob maximam temporis penuriam, impræmeditatus dictaui: vt teſtes eſſe poſſunt, qui hæc conſcripſerunt, eruditiſſimi iuuenes, tuiq; itidem Germani, Georgius Laurea, &c. Fortaſsè, ſi maturius rem cogitauero, alia quoque adſcribam maturiora. Tu interim vale, & me, vt ſoles, ama.

Ioannes Baptiſta Montanus tuus.

INDEX CONSILIORVM IOANNIS MONTANI.

Numeri priores monſtrant ordinem Conſiliorum: poſteriori verò indicantur paginæ ſiue columnæ. Aſteriſco notata acceſſerunt.

Conſilia de affectionibus capitis & dolore.

1 *De Ophiaſi & achoribus pagina & columna* 1
2 *De Achoribus ſeu tinea capitis* 5
3 *De caſu capillorum & rubedine cutis* 6
4 *De Cephalea* 8
5 *De diſcraſia capitis* 10
6 *In dolore capitis* 15
7 *De dolore capitis* 16
8 *De dolore capitis cum tinnitu aurium* 19
9 *De dolore capitis periodico* 21
10 *Pro eodem* 23
11 *De dolore capitis cũ varijs ſymptomatis* 25
12 *Pro matrona capitis dolore laborante* 28
13 *Pro muliere patiente dolorem capitis, cum alijs ſymptomatibus* ibid.
14 *De dolore capitis & vẽtriculi periodico* 31
15 *De dolore capitis cum anhelitus difficultate, & dolore dextri lateris* 33
16 *De dolore capitis periodico* 39
17 *De dolore capitis poſt partum, cum ſymptomatibus melancholicis* 40
18 *Pro puella patiente dolorem capitis intenſum* 42
* *Collegium de affectione oculorum* 46
19 *Conſilium in dolore capitis & defluxu ad oculos* ibid.
20 *Pro quadam muliere patiente dolorem capitis diuturnum* 47
21 *De dolore capitis per conſenſum à ventriculo* 49

Conſilia de melancholica affectione.

22 *De Iudæo delirante pagina* 49
23 *De melancholia & ſtupore* 56
24 *Pro quadam magnifica matrona in affectione melancholica* 59
25 *De ſene ſeptuagenario, in quo periculum ne incidat in melancholiam* 61
26 *De melancholia & appetentia canina* 62
27 *De diſpoſitione melancholica* 65
28 *Melancholico ſacerdoti præſcriptum* 67
29 *Pro puero fatuo & delirante* 69
30 *In affectione melãcholica Taruiſium miſſum* 71

Conſilia de diſpoſitione vertiginoſa,

31 *De imbecillitate cerebri cum vertigine pagina* 72
32 *Cura vertiginis* 76
33 *De vertigine ꝑ Bernhardo Naugerio* ibid.
34 *De vertigine & melancholia* 83
35 *De vertigine & melancholia hypochondriaca* 85
36 *De vertigine & paralyſi diminuta* 89
37 *De vertigine & epilepſia* 94
38 *De dolore capitis, & vertigine ex ventriculi imbecillitate* ibid.

Conſilia de epilepſia.

39 *Pro puero Hebræo epileptico pagina* 98
40 *Pro puella epileptica* 101
41 *Pro Barone à Stolheim epileptico* 102
42 *Pro eodem, regimen ante thermas* 105
43 *De epilepſia à conſenſu* 110
44 *De epilepſia cum morbo Gallico* 112
45 *De epilepſia per eſſentiam in cerebro* 114
46 *De præſeruatione ab epilepſia ꝑ puero* 117
47 *De epileptica puella cum purgatione* ibid.
48 *De epilepſia per conſenſum* 123
49 *Conſilium de victus ratione, eidem præſcriptum* 127
50 *De epilepſia pro Vicentino* 128
51 *Idem conſilium cum præfatione* 133

Conſilia de diſpoſitione apoplectica.

52 *Ad ſpaſmum ex retentione vrinæ & vigilijs* 136
53 *De metu futuræ apoplexiæ pro duce Bauariæ* 137
54 *In diſpoſitione apoplectica* 140
55 *De paraplexia* ibid.

56 De præſeruatione ab apoplexia & paralyſi 141
57 De leui apoplexia cum catarrho 145

Conſilia de paralyſi, ſtupore & tremore.

58 De leui paralyſi dextri brachÿ pag. 146
59 Pro eodem 149
60 pro eodem datum 3. Maÿ 151
61 De impedimento motus ſiniſtræ partis 152
62 De paralyſi ſeu reſolutione medÿ digiti in manu 155
63 De diminutione motus, datum cuidam Vicentiæ 159
64 De paralyſi ex vulnere ibid.
65 Conſilium chirurgicum pro eodem 162
66 In ſtupore & principio paralyſis ibid.
67 De ſtupore & diminutione motus comitis à Sala 167
68 De paralyſi imperfecta 169
69 De paralyſi dextri brachÿ ꝑ muliere 173
70 De tremore brachiorum 176
71 De tremore membrorum & mouendi imbecillitate 177
72 Pro ſene qui habebat ſuppurationem in aure, & paralyſi eſt mortuus 179
73 De tremore & ophthalmia 181

Conſilia ad aurium affectiones.

74 De tinnitu aurium antiquo pag. 183
75 In tinnitu aurium à vaporũ aſcenſu 184
76 De ſurditate ſcriptum 185
77 De ſurditate & tinnitu aurium 189

Conſilia de gutture.

78 Conſilium ex ſententia Montani, datum à Baſsiano Lando cuidam ſurdo. pagina 189
79 De parotide 190
80 Pro ſtruma gutturis ibid.

Conſilia ad oculorum affectiones.

81 De ophthalmia tractatio ad Corricium pagina 191
82 De ophthalmia, & quo pacto ne in eam incidat, præſeruari poſsit 199
83 De ophthalmia cum principio ſuffuſionis & vlcere in cornea 204
84 In periculo ſuffuſionis ordinata 208
85 De diminutione viſus pro comitiſſa de Sueſſa 209
86 De actione viſus diminuta 214
87 In eodem caſu datum à D. Vrbino 216
88 De oculorum affectione, & imbecillitate totius capitis 219
89 Pro eodem conſilium 222
90 Conſilium pro eodem datum ibid.
91 De viſus obſcuritate pro domino œconomico 223
92 De viſus obſcuritate & macula in altero oculo 226
93 Pro patiente tenebroſitatem ante oculos pagina 230
94 De viſione perpetuò diminuta pro monacho 233
95 Ad hoc referatur iudicium Vrbini 236
96 In periculo ſuffuſionis, pro Gaſparo Vngaro 237
97 De ophthalmia cum vlcere ceratoidis 238
98 Conſilium datum mulieri 50. annorum ex oculi dextri caligine 243
99 Ad ophthalmiam in ſene 245
100 De leui ſuffuſione oculi dextri 246
101 De ſuffuſione an ſit deponenda 248
102 De ſuffuſione & imbecillitate vidēdi 251
103 De fiſtula in oculo 253
104 De lachrymali fiſtula 255
105 De cataracta 256
106 In deprauata viſione cum alÿs ſymptomatis 258
107 Pro muliere quinquagenaria laborante viſus debilitate 259
108 De oculis lachrymantibus ibid.
109 Pro muliere laborante morphæa 262

Conſilia ad dentium affectiones.

110 De tumore duro maxillæ dextræ pag. 266
111 De intemperie cerebri humida 269
112 Conſilium Italicum datum illuſtriſs. Dn. Aloiſio Gonzagæ, cui duo priores dentes mobiles erant 271
113 Ad ſoliditatem dentium 273
114 De dentium dolore & ſiniſtræ auris ibid.
115 De deſtillatione ad dentes 274

Conſilia ad narium affectiones.

116 Pro exulcerato labro à materia melancholica aduſta, & diſpoſitione ad cancrum præſciptum 276
117 De apoſtematis cancroſis in naribus 277
118 De polypo in naribus 279
119 De narium vlceribus pro Polono 282

De angina.

120 Methodus de angina ſeu de ſuffocatione pagina 282

Conſilia

Conſilia in ſpirandi difficultate.

121 *In raucedine & anguſtia pectoris* 292
122 De *aſthmate pro nobili Vicentina* 293
123 *In paroxyſmo aſthmatico* 297
124 De *difficultate aperiendi mandibulam ex catarrho* 298

Conſilia de catarrhis.

125 De *catarrho ad fauces, diminutione viſus & purulentis auribus* 299
* *Collegium de catarrho in ædibus* Mon*tani* 301
126 De *catarrho, qui in oculis offendit viſionem, in auribus tinnitum facit, in brachio ſiniſtro ſtuporem* 303
127 De *deſtillatione à capite, pro* Marchione *Montis Ferrati* 305
128 *De catarrho, tuſſi, &c. pro duce Melphenſi* 309
129 De *catarrho frigido, pro iuuene* 311
130 De *catarrho deſcendẽte ad vertebras colli, pro doctore Hieronymo Beck* 315
131 De *catarrho pro duciſſa Vrbini* 323
132 De *catarrho cum duodecim grauiſsimis ſymptomatis* 324
133 De *catarrho cum ſuſpicione morbi Gallici* 331

Conſilia de catarrhis & deſtillationibus.

134 *De dolore dorſi ex catarrho, pro mercatore Veneto* 332
135 De *catarrho ad occipitium & dextrum brachium* 338
136 *De catarrho pro quodam magnifico* 340
137 *De catarrho* 342
138 *Ad catarrhum frigidum* 344
139 *Cuidam mulieri in catarrho ad pectus deſcendente* ibid.
140 De *anguſtia pectoris ex catarrho* ibid.
141 *Pro eodem* 346
142 *Purgatio pro catarrho ſalſo* 346
143 *In catarrho ordinata pro nobili Veronenſi* 347
144 *In catarrho regimen præſcriptum* Do*ctori Caſſano* 348
145 De *catarrho ad oculum & aurem ſiniſtram* 349
146 De *catarrho pro muliere Vicentina* 350
147 De *vſu thermarum in catarrho* 355
148 De *catarrho fluente ad nares, os, cum febre* 356
149 De *catarrho putreſcente in pectore, pro muliere Veronenſi* 357
150 De *catarrho diuturno, pro domino à* Di*etrichſtein* 362
151 De *catarrho cum dolore capitis, tinnitu aurium, &c.* 365
Puluis pro exiccatione catarrhi 368
152 *Pro puero cui catarrhus fœtens per nares exibat* ibid.
153 De *catarrho matris ducis Floren.* ibid.
154 De *iiſdem affectionibus pro eadem* 374
155 De *catarrho in quo periculũ de tabe* 376
156 *In catarrho ſalſo & pulmonis eroſione* 378
157 De *deſtillatione catarrhi pro filio medici Vicentini* 380

Conſilia de catarrhis & ſputo ſanguinis.

158 De *præſeruatione à catarrho & ſputo ſanguinis* 382
159 De *præſeruatione ſputi ſanguinis* 383
160 De *catarrho cum tuſſi & ſputo ſanguinis* 384
161 De *catarrho & ſputo ſanguinis* 389
162 De *catarrho cũ excretione ſanguinis* 390
* *Collegium de catarrho cum ſputo ſanguinis, in ædibus Montani* 393
163 De *catarrho cum tuſsi & ſputo ſanguinis, & febre* 394
164 De *catarrho cum ſputo ſanguinis* 396
165 De *tuſsi cum catarrho & ſputo ſanguinis* 405
166 De *catarrho & ſputo ſanguinis* 414
167 De *ſputo ſanguinis* 416
168 De *ſputo ſanguinis, & eius fluore per nares & vrinas* 418
169 *Pro iuuene 19. annorum, qui laborauerat febre, & ſputo ſanguinis* 421
170 *In tuſsi poſt ſanguinis ſputum & febriculas* 424
171 De *ſputo ſanguinis & puris ex catarrho* 428

Conſilia pro pleuriticis.

172 De *cura pleuritici* pagina 430
173 De *pleuritide cum catarrho & febre* 433
174 De *pluritico* 437
* *Collegium in hoſpitio Solis, Patauij* 438
175 *Conſilium ad empyema* 441

Conſilia in affectionibus pulmonis.

176 *Pro eodem* pagina 444
177 De *empyemate ex ſuppreſsione menſtruorum* 446
178 De *catarrho cum empyemate* 447
179 *Pro quodam laborante ſputo ſaniei poſt ſputum ſanguinis cum tuſsi* 453

180 *De catarrho ad pulmonem deſcendente, cum febre hectica & ſuſpicione phthiſis* 454
181 *In vlcere pulmonis* 460
182 *De empyico & phthiſico, in hoſpitali viſitationes decem* ibid.
183 *Secunda viſitatio* 462
184 *Tertia viſitatio* 463
185 *Quarta & quinta* 464
186 *Sexta* ibid.
187 *Septima 465. Octaua, nona, decima* 466
188 *De muliere laborante cancro in mamillis* ibid.
189 *De turberculo circa thoracis regionem lateris ſiniſtri* 473

Conſilia in affectione membrorum naturalium ventriculi.

190 *De intemperie membrorum naturalium ac obſtructione* 475
191 *In imbecillitate omnium membrorũ principalium pro abbate S. Iuſtinæ* 476
192 *De cardiaco affectu* 481
193 *Ad cordis tremorem cum deliquio animi pagina* 485
194 *De tremore cordis & dolore capitis* ibid.
195 *Pro quodam illuſtri viro, laborante ſtomachi imbecillitate, cuius ratione plurimum ſaliuæ expuit* 486
196 *Pro puero laborante ventriculi debilitate* 487
197 *De debilitate ventriculi, pro M. Phiſter Auguſtano* ibid.
198 *De frigiditate ventriculi cũ vomitu* 490
199 *De magna ventriculi, & omnium naturalium membrorum imbecillitate* 492

Conſilia in affectionibus ventriculi.

200 *De ventriculi magna imbecillitate* 492
201 *De debilitate membrorũ naturalium* 493
202 *De anxietate ſtomachi, & morbo Gallico pro ſexagenario* 495
203 *De ventriculi imbecillitate cum multis aliis ſymptomatis* 499
204 *De vomitu cholerico cum ſingultu* 503
205 *De magna alui adſtrictione* 505
206 *De monacho cholica laborante* ibid.
207 *De ventriculi & colico dolore, ac diarrhœa* 506

Conſilia in ventris fluxionibus.

208 *Doctrina methodica de fluxionibus ventris* 507
209 *De fluxu ventris periodico* 509
210 *De cholera pro Hieronymo Schreiber* 511
211 *De cholera pro Friſimelica* 512
212 *De cœliaca anu* 514
* *De fluxu ventris periodico* 515
213 *De fluxu ventris partim hepatico, partim lienterico, partim cœliaco* 517
214 *De fluxu vẽtris, & mala diſpoſitione relicta poſt dyſenteriam* 523

Conſilia in dyſenteria.

215 *Duæ curationes dyſentericorum* 528
216 *De dyſenteria pro generoſo Barone à Dietrichſtein* 529
217 *De dyſenteria* 531
218 *De dyſenteria* 532
219 *Vtrum fluente aluo vel exiſtente vomitu aliquo, debeamus curare fluxum hunc fluxu* 533
220 *Poſt fluxum dyſentericum, pro illuſtriſſimo domino* 534

Conſilia de lumbricis.

221 *De acutiſſimo dolore ventriculi ex vermibus* 535
222 *De cura vermium* 539
223 *De puero qui ex vermibus cadebat in lipothymias* 540
224 *De puero qui inciderat in febrem & vermes* 541

Conſilia in fluxu hæmorrhoidum.

225 *De fluxu hæmorrhoidum* 542
226 *De hæmorrhoidibus, p̄ nobili muliere* 543
227 *Ad fluxum hæmorrhoidum* 547
228 *De potu thermarum, an conueniat in diſpoſitione ventriculi frigida* 548

Conſilia de affectione hypochondriaca.

229 *De affectu hypochondriaco, pro comite de Montfort* 550
230 *De paſſione hypochondriaca* 553
231 *De melancholico hypochondriaco* 554
232 *De flatibus hypochondriacis, cum doloribus ventriculi* 557
233 *De flatibus hypochondriacis* 563
234 *De melancholia hypochondriaca cum doloribus ventriculi ac lipothymia* 570
235 *De melancholia hypochondriaca, in colloquio* 574
236 *De affectione hypochondriaca confirmata ex liene* 578
237 *Pro eodẽ, an ſit mittendus ad balnea* 581
238 *De melancholia hypochondriaca* 584
239 *De paſſione hypochondriaca cum annexis ſymptomatibus* 586

240 *De melancholia hypochondriaca poſt febrem* 592
241 *Purgatio in Vere, præſcripta mulieri hypochondriacæ* 594
242 *De flatibus vnde tenſiones & dolores in hypochondrÿs* ibid.
243 *Cura Montani pro quodam Hungaro, patiente tenſionẽ hypochondrÿ dextri* 596
244 *De tenſione hypochondrÿ dextri* ibid.
245 *De totius ventris tumore, pro iuuene Vicentino* 603
246 *Pro quodam patiente hypochondriacam paßionem* 607
247 *De intemperie frigida ſplenis* 609
248 *Cura hypochondriacæ melancholiæ* 610

Conſilia in lienis affectionibus.

249 *De tumore ſplenis duro* 612
250 *De lienis obſtructionibus, pro Ioanne Baptiſta Luuiſino* 614
251 *Tria remedia ꝓ ſpleneticis præſcripta* 619
252 *Pro laborante hepatis intemperie frigida, cum ſcyrrhi principio* 620
253 *Pro nobili, cui hepar inflammatum, & ventriculus debilitatus erat* 621

Conſilia de hydrope.

254 *Proceſſus Montani in cura cachetici, viſitationes ſeptem, in qua de pulſibus conſilia ſex* 621
255 *Secunda viſitatio* 623
256 *Tertia* 624
257 *Quarta* ibid.
258 *Quinta* 627
259 *Sexta* ibid.
260 *De hydrope* 628
261 *Curatio hydropici* 630
262 *De hydrope, pro puero in hoſpitali* 631
263 *De hydropico, aſcite cum tympanite laborante* 634
264 *De eodem* 636
265 *Pro eodem, tertia viſitatio* 639

Conſilia de renum & veſicæ affectionibus.

266 *An diuretica conueniant in præſeruatione affectus renum & veſicæ* 639
267 *De præſeruatione à calculo, pro Petro Bembo* 645
268 *Pro eodem, ex Italico Latinum factũ* 648
269 *Ad debilitatem renum, & eos expurgandos & confortandos* 654
270 *De præſeruatione à calculo renum, ciui Veronenſi* ibid.
271 *De præſeruatione à calculo renum* 656
272 *De arenulis & metu futuri calculi* ibid.
273 *Pro domino Andrea Vvelzer* 662
274 *Pro eodem* 666
275 *Pro eodem, in quo tractantur quæſtiones propoſitæ* 672
276 *Pro quodam laborante calculo renũ* 673
277 *De ſuſpicione calculi in renibus cum multis alÿs ſymptomatis* 675
278 *De calculo veſicæ cum ſtranguria* 678
279 *De calculo veſicæ, ꝓ ciue Florentino* 682
280 *Pro laborante calculo veſicæ* 685
281 *Pro quodam patiente renum dolorem* 687
282 *Ad renum & veſicæ vitia* 688
283 *De mictu ſanguinis, pro quodam epiſcopo Hungaro* 690
284 *De mictu ſanguinis cũ vrinæ ardore* 692
285 *De mictu ſanguinis* 694
286 *De ardore vrinæ, pro muliere* 696
287 *De ardore vrinæ ἰσχουρία, gonorrhœa* 697
288 *De ardore vrinæ, ac vt facilius mingat* 707
289 *De ardore vrinæ & articulorum dolore* 708
290 *De difficultate mingendi* 710
291 *De caliditate renum cum alÿs affectionibus* 716
292 *In difficultate vrinæ ſeu δυσουρία* 717
293 *De excretione materiæ craſſæ* ibid.
294 *De fluxu materiæ pituitoſæ per virgã* 719
* *Conſilium Aloyſÿ Bellocati, de fluxu materiæ pituitoſæ per virgam* 720
295 *De fluxu materiæ albæ è virga per decennium* 723
296 *De fluxu pituitoſo per vrinam* 724
297 *De vrinæ ſtillicidio ob pituitam craſſam & viſcidam* 728
298 *De vrinæ difficultate cum grauitate in inguine* 729
299 *De ſtranguria & dolore genitalium ex caſu* 735

Conſilia de affectionibus membrorum generationis.

300 *De pruritu teſtium* 736
301 *Regimen in gonorrhœa* 737
302 *De impotentia virili, pro domino Germano Styrio* 738
303 *Pro exhauſto Venere* 739
304 *Ad erectionem membri* 740
305 *De ingenti teſticulorum pruritu* 741
306 *Ad ramicem inteſtinalem* 743
307 *De ſuppreßione menſium, & hyſtericis affectionibus* 745

Conſilia de affectionibus vteri.

308 De ſuppreſſione menſtruorum 748
309 De menſtruis albis, pro eadem 750
310 De fluxu menſium alborum cum ventriculi imbecillitate 751
311 De ſuffocatione ab vtero 752
312 Ad ſcyrrhum matricis pro virgine 755
313 De menſibus diminutis cum febre ibid.
314 De ſuppreſſione menſium pro magnifica domina 756
315 De ſterilitate 758
316 Ordinata ad ſuſtentationem partus & fœtus retentione 759

Conſilia de coxendicis dolore.

317 Pro iſchiadico 759
318 Pro iſchiadico 761
319 Pro iſchiade 763
320 Pro milite, qui patiebatur dolores iſchiadicos 765
321 Pro monacho iſchiadico ibid.

Conſilia de articulorum & pedum dolore.

* Collegium de podagra 769
322 De præſeruatione à podagra 774
323 De morbo articulari 776
324 De arthritide ex humore melanch. 780
325 Pro muliere patiente dolorem articulorum 781
326 Pro laborante dolore oſſis ſacri 782
327 In principio podagræ pro muliere 784
328 Pro laborante doloribus articulorũ ibid.
329 De tumore podagrico in vtroq; genu 785

Conſilia de pedum affectionibus.

330 Pro eodem 789
331 De dolore genu obtuſo 790
332 De dolore in genibus à catarrho ad crura deſcendente 794
333 Ad œdema eryſipelatoſum in crure 795
334 De eryſipelate phlegmonode in genu 796
335 Ad contuſionem neruorum ibid.
336 De tumore œdematico pedum 797
337 De tumore crurium in contractione 798
* Conſiliũ in ſtupore dextræ partis & alijs diſpoſitionibus præternaturalibus 802
* Conſilium in curando ſtupore partis ſiniſtræ, & ſimul in dyſuria vel vrinæ retentione amouenda 812
338 De diſlocatione & ſiniſtri cruris contractione, ac dextri vlcere 826
341 De contractione omnium digitorum pedis 831
342 Pro puero patiente in pede tumorem ibid.
343 Pro varia luxatione in pede, pro domino à Stubenberg 833
344 De luxatione pedis 839
345 Pro iuuene habente ſtuporẽ in crure 840
346 Ad crurium exulcerationem propter caliditatem 844
347 Pro nobili quodam iuuene, patiente vlcera in pede ibid.
348 De Polono patiẽte œdema in pede, vrinæ ſtillicidium, & morbum Gallicum 846
349 De pedum affectione in morbo Gallico cum pruritu 850

Conſilia in morbo Gallico.

350 De vlceribus cacoethis Gallicis, in vtroque crure 853
* Conſilium in morbũ Gallicum cum hepatis aliquali duritie, vnà cum rhagadijs 855
* De morbo Gallico, Montani lectiones octo 872. 873. & inde.
* De alio nouo ligno ex India Venetias allato 893
351 Exactiſſima morbi Gallici curatio, pro principe Mirandulano, ex Italico Latinum factum 894
352 De morbo Gallico, pro quodam nobili Germano 905
353 Pro eodem 912
354 De morbo Gallico cum dolore capitis 914
355 De morbo Gallico, pro Polono 917
356 De morbo Gallico cum vlceribus 920
357 De morbo Gallico cum aliquot proprijs ſymptomatis ac ophthalmia 922
358 De quodam laborante morbo Gallico, Polono 924
359 Cuidã ex morbo Gallico malè curato 926
360 De mobo Gallico pro nobili Germano 928
301 Pro vxore eiuſdem laborante ex melancholia, cũ ſuſpicione morbi Gallici 931
362 In eodem caſu datum conſilium 933
303 Cura poſt morbum Gallicum 937
364 De curatione morbi Gallici 939
365 Cuidam ſuſpicanti ſe pati morbum Gallicum 941
366 Cuidam poſt Gallicum morbum in ſcabie, tinnitu aurium, hæmorrhoidibus 943
367 Cuidã ex vſu Mercurij præcipitati, ventriculi eroſionem patienti 946
368 In curatione Gallica obſeruata à Montano 947
Compoſitio ſyrupi de helleboro ſecundum Montanum 948

CONSILIORVM.

Conſilia in affectionibus cutaneis.

369 De pſora occupãte vniuerſum corpus 951
370 De ſcabie pro puero patritio Veneto 955
371 Pro quodã adoleſcẽte ſcabie laborante 956
372 De ſcabie poſt purgationem ibid.
* De curatione lepræ, in nobili quadam muliere Veneta 957
* In eodem caſu, Paulus Craſſus 959
* In eandem, Friſimelica 961
373 De ſcabie pro puero 963
374 De ſcabie humida cum pruritu 964
375 Ad ſcabiem poſt purgationem 965
Vnguentum ad lepram ibid.

Conſilia in tumoribus præter naturam & vulneribus.

376 Pro M. Flaminio, qui ſcabie laborabat 966
377 Ad abſceſſum exulceratum mollificandum & abſtergendum ibid.
378 Ad contuſionem brachij 967
379 Ad vulnus in brachio rigido ibid.
380 Pro A. Polono in capite vulnerato 968
381 Pro eodem 969
382 De brachio vulnerato 971
393 De vulnerato in dorſo 973
384 Cuidam, cuius membra marceſcebãt 975

INDEX IN ALTERAM partem Conſiliorum Montani, de Febribus.

1 De febre continua, habente quotidie duas acceſſiones pagina 977
2 Viſitatio ſecunda 979
3 Tertia viſitatio 982
4 Quarta 983
5 De febre putrida continua 984
6 Pro grauida laborante febre acuta 988
7 De febre cõtinua in grauida muliere 989
8 De febre putrida cum præfocatione 991
9 Pro puero qui à ſcabie curatus, febre ex viſcerum obſtructione laborabat 992
10 De febre orta ex obſtructione 993
11 De febre continua ex putredine ac magnis viſcerum obſtructionibus 994
12 De febre continua cum catarrho & alui fluxione 996
13 De febre & catarrho pro abbate 998
14 De febre in ſene cum ſuppurata aure & catarrho 1002
15 De catarrho cum febre continua in ſene, vnà cum tuſsicula 1004
16 De febre continua ex bile & pituita 1010
17 De febre tertiana ſine accidentibus 1011
18 De tertiana ſimplici 1012
19 De tertiana duplici ibid.
20 De duabus tertianis nothis 1014
21 De ijſdem duabus tertianis 1017
22 Pro C. Sithardo, recidẽti in quartanã 1019
23 De febre quartana ibid.
24 Pro Gallo laborante quartana triplici 1020
25 Pro quodã iuuene qui quartanam patiebatur, & magnam ſplenis duritiem 1024
26 Pro quodam laborante quartana multis menſibus cũ tuſsi & duritie ſplenis 1025
27 De Hebræo quartanario & hydropico 1026
28 Pro quodam puero decumbente in hoſpitali, laborante febre, &c. 1031
29 Conſultatio in ſecunda acceſsione 1035
30 Conſultatio in tertia acceſsione 1036
31 Conſultatio in quarta acceſsione 1039
32 Conſultatio in quinta acceſsione 1040
33 Conſultatio in ſexta acceſsione 1042
34 De febre putrida in hecticã mutata 1044
* Collegium in ædibus Montani, de Iudæa laborante catarrho 1045
35 De febre hectica cum catarrho 1048
36 De febre putrida cõtinua, & leui quodam ſputo ſanguinis 1050
37 De hectica cum catarrho coniuncta 1059
38 Pro iuuene laborãte catarrho, deſcendente ad pectus & febre putrida 1062
39 Pro laborante febre hectica 1063
40 De febre hectica primi gradus relicta poſt putridam inflammationẽ capitis 1064
41 Pro laborante hectica ex peſtilenti facta, cum putrida coniuncta 1070
42 De febre peſtilenti in hecticã mutata ibid.
43 De febre peſtilenti 1072
44 De febre peſtilenti 1075
45 De febre peſtilenti 1077
46 De febre peſtilenti cum puſtulis 1078
47 De febre peſtilenti facta ex tertiana 1080
48 De febre peſtilenti cum inflammatione muſculorum pectoris 1082
* De adoleſcente tabido 1086
49 Pro adoleſcente, qui poſteaquam febribus laborauerat, tabeſcebat 1090
* Conſilium de febre 1093
50 Conſultum collegij Patauinorum Medicorum, de lethalib. febribus Patauij 1106

INDICIS CONSILIORVM FINIS.

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI VERONENSIS MEDICI EXCELLENTISSIMI, ATQVE OLIM PVBLICI ET ORDINARII ARTIS MEDICINÆ IN ACADEMIA PATAVINA PROFESSORIS,

Conſilia:

PARTIM SCRIPTA, VEL DICTATA; partim verò de conſultationibus & colloquijs medicis à diſcipulis collecta, atq; in certum ordinem, quem partes corporis humani monſtrant, congeſta

A IOAN. CRATONE Doctore Medico Cæſareo Vratislauienſi.

CONSILIVM I.

De Ophiaſi & Achoribus dicta in colloquio cum Chirurgo & D. Friſimelica, Anno 1547. Martij 16.

CLARISSIMI atq; doctiſ-
ſimi viri, occurrit nobis
Nobiliſsimus adoleſcen-
tulus, cum quibuſdam di-
B ſpoſitionibus præter na-
turam, quæ apparent ſen-
ſui. Duo autem deprehen
duntur circa cutem: qui
affectus quum ſint conti-
gui, tamen videntur diuerſi & contrarij. Primò
eſt priuatio omnimoda capillorum: quæ ſiue ſit
alopecia, ſiue ophiaſis, ſiue caluitium, nunc non
dicam, ſed infrà. Secundò eſt tumor quidã præ-
ter naturam, cum cruſtis & puſtulis apparenti-
C bus. Eſt ibi raritas, & ideò etiam priuatio capil-
lorum. Primò videntur eſſe affectiones contra-
riæ. Defectus pilorũ ſolet eſſe ex nimia ſiccitate.
Cruſta & ἄχωρες proueniunt ex deprauatione hu
morum. Cauſæ igitur horum conſiderandę. Pri-
mò, quo ad priuationem pilorum, dico hanc nul
lo modo eſſe poſſe ex ſiccitate, ſed ex redundan-
tia aliqua mali humoris: & ab eadem cauſa pro-
uenire has affectiones, ſcilicet à deprauatis hu-
moribus. Nam pilorum conueniens materia, te-
D ſte Galeno, & melius Ariſtoteles lib. 2. de Gener.
animal. prouenit ex humore aduſto cum qua-
dam pinguedine & ſubſtantia aerea: vbi talis ma

A teria deficit, deficit etiam materia pro pilis. Hîc
illa materia non eſt talis, qualis eſſe debebat, ſed
corrupta & deprauata. Eodem loco dicit Ariſto-
teles, quòd pili ſunt paſsio cutis, & requiritur e-
tiam ad generationem pilorum temperamẽtum
cutis, & ex ſuperfluitatibus cutis tantummodo
generantur pili, & non ex alia ſuperfluitate: vn-
de ſecundùm cutim affectam, afficiuntur pili. Er
go talis affectus eſt propter duo. Primò, quia iſta
materia non eſt idonea ad pilos generandos, ſed
B corrupta. Secundò, propter locum non bonum,
quia temperies cutis eſt valde humida, quæ non
poteſt producere pilos. Nam & nimia humidi-
tas, & nimia ſiccitas prohibent generationem pi
lorum. Fortaſsis contraria etiam quædam affe-
ctio eſt in ipſis meatibus. nam & horum ratione
ſæpe non naſcuntur pili: ſed hoc non eſt mani-
feſtum: dicamus tantùm de iis quæ apparent.

Ergo hactenus habemus intemperiem cutis,
& materiam malam, ratione quorum videntur
C duo contraria fieri. Primò, priuatio pilorum in
parte commiſſuræ coronalis, vbi plurimæ fiunt
tranſpirationes vaporum. Euaporato plurimo
humido propter amplitudinem meatuum in il-
la parte capitis, non poteſt materia aggregari.
Galenus probat, vapores diuerſos effectus face-
re pro craſsitie & materiæ, & meatuum. Nam ſi
poſſunt tranſpirare, nihil mali aut incommodi
inde euenit in cute. Sed ſi vel propter craſsitiẽ,
vel denſitatem meatuum cutis nõ poſſunt tran-
D ſpirare, fit vel pruritus, vel ſcabies, vel ἄχωρες. Er-
go in illa parte ſuturę coronalis, vbi meatus ſunt
aperti, non poteſt illa materia detineri, ſed tran-

A ſpirat, & nihil aliud incommodi facit, quàm priuationem pilorum: non tamen alopeciam facit, quia nulla ibi abraſio eſt cutis. Ophiaſis eſt cum decorticatione cuticulæ, quia fit propter humores deprauatos: alopecia etiam ex ſiccitate. Hic videmus in hoc puero, vbi deficiunt pili, eſſe aſperitatem: ergo eſt ab eadem cauſa, à qua fiunt cruſtæ. Nam vbi cranium eſt craſsius & denſius, ibi materia non poteſt tranſpirare, ſed fiunt cruſtæ. Ideò circa poſteriorem partem capitis appa- B rent illæ puſtulæ, & videtur eſſe diſpoſitio quædam proxima ad achoras & tineá. Ergo hæ duæ affectiones, licet ſecundùm ſenſum videantur diuerſæ, tamen ab eadem eſſe cauſa videntur, ſcilicet humoribus deprauatis & intemperie cutis, quę in hoc puero eſt maxima. Sed vtrum illi humores deprauati ibi generentur, vel aliunde deueniant, inquirendum. Dico, vtrunq; poteſt contingere: poteſt enim aliquando fieri, quòd nihil patiente cute, tamen materia ad illam demande- C tur. Sed in hoc puero video ipſum optimè eſſe diſpoſitum, quo ad habitum corporis, colorem, & omnes operationes: vnde non video vnde debeát multiplicari humores tam deprauati. Nam ſi humores aliunde demandarentur, & in membris naturalibus, vt hepate, ſplene, ventriculo, &c. eſſet mala quædam diſpoſitio, tunc circa cutem apparerent maiora ſymptomata: quia nihil magis atteſtatur diſpoſitioni hepatis & lienis, q̃ color, quẽ in hoc puero videmus eſſe optimum, D clarum & lucidum, propter ſpiritus bonos & lucidos, quos habet. Vnde non video, quomodo poſsit deriuari humor ad cutim ex aliis partibus. Ergo dicendum, quòd cutis capitis intemperie laborat, & tunc contingunt duo. Primum, quòd alimentum etiam bonum tranſmiſſum ad cutem corrumpitur, quia membrum eſt diſtemperatum, & calor eius proprius debilitatus, & humidum radicale conſumptum, & ideò nõ poteſt pars illa exercere ſuas actiones naturales, vt E expellere, concoquere, attrahere, &c. quæ ſunt propriè cuicunq; membro. Secundò contingit propter hoc, quòd ſcilicet ſunt aliqua excrementa in vicinis partibus, quę neceſſariò generantur in corpore humano, etiam optimè diſpoſito in omnibus quatuor coctionibus: & hæc ſemper expelluntur ad partes debiliores.

Ergo duo patitur incõmoda hic puer propter intemperiem cutis. Primò, quòd alimentum, deueniens ad cutim, non poteſt confici. Secundò, F quòd partes vicinæ pellunt ſua excremẽta ad cutim tanquã ad partem debiliorem, vt ſolet in corpore humano contingere. Ergo in ipſa cute eſt affectus, & eſt intemperies cum materia. Non dixi quòd in principio contigerit intemperies ſine materia, ſed quòd ex defluxu illius humoris eliſus eſt calor proprius illius partis, propterea humidum radicale ſemicorruptũ. Ergo habemus intemperiem propter humores, vnde & intelligimus quare loco pilorum generentur cruſtæ.

G Quid modò fuit in cauſa, quòd ad cutim magis tranſmiſſa eſt materia, quàm ad alias partes? Audio nutricem fuiſſe infectam, & generauiſſe peſſimum lac, vel propter intemperiem aliquam naturalem, vel aliàs propter malum regimen, vt ſolent iſtæ, vnde incidit iſte puer in febrem longam, quam habuit vſque ad annum quartum. In ea ætate pueri ſolent habere maximam debilitatem capitis, vnde etiam non poſſunt ſe bene gerere illo tempore propter nimiam cupiditatem, & etiam caput tunc temporis videtur illis eſſe maius: vnde plurimæ ægritudines capitis tunc temporis illis accidũt, vt ſunt epilepſię, &c. Et q̃a membrum imbecillum, natura defatigata longa ægritudine, fecit criſim circa quartum annum: nam quartus annus eſt criticus morborum chronicorum, & ſic materia tranſmiſſa ad caput, non tamẽ adeò fuit imbecillum caput, vt materia reciperetur ad cerebrum, ſed natura iſtius pueri exiſtens fortis & valida, expulit ad cutim partem ignobiliorem, & vbi ſemel incœpit occupare cutim, manſit ibi, & imbibíta eſt: & ſic ſubſecuta eſt ophiaſis in vna parte, & cruſtæ in altera parte, vt videtis. Habemus ergo cauſas propinquas & remotas huius affectus, & non contingit ratione alicuius membri principalis, vt ſolet plerunque accidere in his fluxibus. Quibus ita ſuppoſitis, apparet ſtatim quid poſsim iudicare de euentu huius ægritudinis. Credo quòd poſsit curari. Ægritudo eſt tantùm in parte, & nõ habet radicem, nec in cerebro, nec in partibus naturalibus, quamuis poſsit quidem cerebro communicari nocumentum aliquod propter vicinitatem, ſed tamen non inſigne: quoniam illud membrũ eſt ſanum, cuius operationes ſunt illæſę. Sed in hoc puero operationes cerebri ſunt ſanæ, vt apparet, ergo & cerebrum non eſt affectum. Sed tamen non facilè poterit curari, quia intemperies illa eſt fixa & confirmata, & habitus iam factus, qui eſt difficile remouibilis à ſubiecto in quo eſt, vt & Logici dicunt. Durauit à quarto anno vſq; ad decimumquartum. Sunt ergo decẽ anni: ſed tamen poteſt curari. Natura rei indicat nobis curationem conuenientem. Nos ſcimus quòd vbicunque eſt aliquid præter naturam in loco, Medicus debet attendere an hoc pendeat ab alio, an non. Si ab alio, illud erit curandum: ſin minus, accedendum ad locum. In hoc puero nullum membrũ eſt deprauatum, & ideò non credo eſſe opus curatione membrorum mandantium. Et ita tollimus totã illam videlicet recitatam prius à Chirurgo & doctore hiſtoriam. Ideò credo quòd non multum debemus laborare circa euacuationem. Bene verum eſt, quòd tutius & ſine diſpẽdio erit, quòd totum corpus antea euacuetur, ſed non multis euacuationibus, quia corpus eſt bene præparatũ. Ergo euacuetur aliquo modo, & pręcipuè cùm ſimus in Vere, in quo etiam ſana corpora purgari ſolent. Leniatur ergo venter cum caſsia & hiera. Infrigidetur corpus, & ideò ſyrupi ſint non admodum eleuati in caliditate, nec ita inciſiui. Nam illi humores ſunt ſalſi, quod teſtantur cruſtæ, quæ non fiunt niſi ab humoribus calidis & aduſtis. Ideò autem nõ nego eſſe pituitam etiam, ſed tamen dico, quòd etiam aduſtos humores habet, præcipuè cùm ſit calidi hepatis, vt apparet, & temperatura declinet ad calidum & ſiccum, & fortaſſe nutrix generauit

m

in illo humores calidos: & ſolent bibere vina calida, & fortaſſe etiam habuit malos & corruptos humores: & vtinam ſciremus etiam aliquid de hoc. Deus nouit. Ergo darem ego ſyrupum de cichorea, vel de endiuia. Vel ita facerem: darē ſyrupum de cichorea, & loco aquarum ſerum lactis caprini adderem: hæc facerēt apertionem, abſterſionem, & etiam infrigidarent: & credo hoc genus ſyruporum eſſe optimum pro hoc puero. Pro pharmaco acciperem agaricum cum caſsia, quod eſt medicamentum conuenientiſsimum, & poteſt educere omnes humores. Factis euacuationibus omnis ſpes mea (vt ingenuè dicam) eſſet circa localia, & rectificarem intemperiem cutis. Calor eſt elixus & ſuffocatus, illo corroborandus, & tollendi ſunt humores praui. Primò igitur amouendi humores q̃ ſunt in ipſa cute, ſcilicet exiccātibus. Secundò confortarem cutim, ne amplius reciperet excrementa membrorum, & conficeret proprium ſuum alimentum. Confortatur autem calor cum moderatè calefacientibus. Remoueātur humores illi mali abſtergētibus & exiccantibus. Chirurgus fricet locum vel cum pannis aſperis, vel cum ſquilla: ſed cum pannis aſperis condenſantur meatus: frictio cum ſquilla eſt mitior, & maximè conferret. Et poſtea fiant lotiones, quæ ſubtilius penetrant, & magis in profundum. Adderem & ſulphur, ſed cū lixiuio acri, in quo eſſet nitrum & ſulphur: in principio enim non eſt ſtatim vtendum adſtringentibus. Poſtea facerem etiam linimēta abſtergentia, vt eſt oleum amygdalarum amararum cum iride, centaurio minori & maiori, & gentiana, pane porcino, item clematitide altera, & ariſtolochia rotunda. Factis abſterſionibus, leniter exiccandū & confortandū: & tunc deuenire poſſumus ad illa, quæ recipiunt alumē, & etiam calchantum, ſi opus eſſet maiore exiccatione. Et ſic mundificata cute credo quòd pili per ſe generabuntur. Sed ſi nō oriantur, confortarem locum: & nihil magis expediens ad hanc rem, q̃ linimentum factum ex oleo amygdal. dulc. ladano, & capillis veneris puluerizatis, ſi ponatur ſuper locum: nam plurimum facit ad pilorū generationem, & ad tollendum quicquid eſt circa radices pilorum. Oleum amygdal. dulc. humectat cutem, ſi fortè ex medicamētis ſuperioribus nimis exiccata eſſet. Et hæc ſunt mutanda prout videbitur, & affectio poſtulabit. Victus ſit exquiſitus, quia hic maximam partem curæ ſibi vendicat. Sic puto emendari poſſe, Deo volente, hoc vitium.

CONSILIVM II.

De Achoribus, ſeu Tinea capitis antiqua poſt purgatum corpus, & varia ab aliis Medicis adhibita remedia ordinata 1546. die 4. Oct.

PRIMO abſtineat à lacticiniis, paſtilibus carnibus antiquis, auibus paluſtribus, rebus frictis in ſartagine, legu minibus, herbis crudis, vino dulci & craſſo, & à vino nigro & turbido, à ſatietate & multitudine ciborū, poſt cibum à ſtudio & exercitio, pleno exiſtente ſtomacho. Hæc vbi iſte fecerit, ſumat pillulas ſingulis ſeptimanis ſemel, aut etiam bis ſi oportuerit, num. 3. hora vna ante cœnam, quarum deſcriptio eſt talis.

R. Succi fumiterræ,
Boraginis,
Chamædryos ana ℥.ij.
Myrobalanorum chebulorum,
Indorum,
Citrinorum ana ℈.iiij.
Ellebori nigri ʒ.ij.
Agarici electi ʒ.iij.
Aloes ʒ.vj.
Epithymi,
Foliorum ſenæ,
Polypodij ana ℥.j.

Puluerizentur omnia, & permiſceantur cum ſuccis, & permittantur exiccari, & poſtea cum ſyrupo de fumoterræ fiat magdaleon: de quo formentur pillulæ pro ſingulis drachmis, tres, ſumendæ vt ſuprà. Item tondeantur capilli vſq; ad cutem, poſtea vtatur lotione infraſcripta ſaltem ſemel in ſeptimana.

R. Lixiuij dulcis quantum ſufficit pro vna vice, in quo decoquantur.
Ariſtolochiæ rotundæ,
Panis porcini ℥. ana s.
Gentianæ,
Rheupontici ana ʒ.iij.
Centauri maioris ʒ.ij.

Decoquantur omnia ad conſumptionem tertiæ partis lixiuij, & cum eo lauetur caput, & exiccetur, ſemel aut bis in ſeptimana. Deinde inungatur caput oleo infraſcripto magiſtrali:

R. Ireos ℥.s.
Squillæ ℥.j.
Centauri minoris ℥.s.
Myrtillorum ℥.j.
Garyophyllorum ℥.j.s.
Olei amygdalarum amararum ℔.j.

Ponantur omnia ſimul in vaſe vitreo bene obturato, & bulliant in balneo Mariæ lento igne per horas ſex, poſtea ſeruetur oleum in ſole, remouendo ipſum tempore nubilo, & in nocte: & hoc oleo illiniatur caput quotidie in introitu lecti, & poſt lotionem ordinatam à nobis.

Ad ſimplex œdema in frontis parte ſuperiore verſus verticem. Euacuato corpore & ordinata victus ratione, fiat fomentum ex decocto chamomillæ in aqua ſalſa, quo foueatur locus affectus, ſpongia in eo madefacta. Deinde vngatur oleo chamæmelino & anethino.

CONSILIVM III.

De Caſu capillorum; Rubedine cutis, Gonorrhœa, &c. In colloquio.

PRAETERIIT ſecundus annus, ex quo inordinatè vixit: habuit cruſtas, ex quibus emanauit ſanies circa caput. Remotis cruſtis, remouebantur capilli, & rubor relinquebatur. Tandem fluxus deuenit ad oculum, ex quo ſuborta eſt fiſtula, vlceribus ſæpius conſolidatis, & iterum ſubortis. In altero oculo perpetuò eſt lachryma. Cùm ageret x. annum, incidit in gonorrhœam: ex qua ad-

huc laborat, nunc natus x x. annos, hinc inde mercimoniorum gratia mari & terra proficiſcitur. Temperaturæ eſt calidæ, caput videtis eſſe humidum cum aliqua caliditate, caput ipſius eſt excrementoſiſsimum: credo etiam quòd inciderit in malam fortunam, & non eſt nactus bonum Medicum, atq; morbus gallicus conſequutus, licet bubones non fuerint circa pudenda, pili tamen decidunt. Et quia iecur malè affectum, tranſmittit iſtos acres & mordaces morbi gallici humores ad caput, quibus etiam accedit mala victus ratio ad corrumpendũ iecur, inde factum vt eiuſmodi materia deflueret ad oculos: hinc abſceſſus, ex quo vlcus, & dein fiſtula. Medici exiccarunt totũ corpus ligni decocto, & deinde cauterio voluerunt exiccare oculum: ſed quia maxima ibi facta eſt diſcraſia, ipſeq; peſsimo motu & exercitiis vſus eſt, rediit morbus iſte, & à natura excrementoſiſsimum habet corpus. qđ indicat gonorrhœa, qua ferè ſemper laborauit. Primò itaq; euacuarẽ vniuerſum corpus, & ſuperueniente Vere mitterem ſanguinem, deinde euacuarem pillulis Cocchiis aureis ad educendam bilem & pituitam, deinde maſticatoriis & gargariſmatibus caput item cum decocto ſtaphiſagriæ, non vterer caputpurgio, ne fluxum mouerem, decoctionẽ ligni ſingulis diebus illi exhiberem, deinde deuenirem ad balnea & lotiones ad roborandum caput. Vterer etiam vno vel altero cauterio ad diuertendã materiam. Et ſuaderẽ vt vitaret aerem frigidiorẽ & paluſtrẽ.

Montanus. Conqueritur duabus affectionibus ſe ferè ſemper laborare gonorrhœa, & ſimul etiã difficultate vrinæ. Deinde dicit ſe perpeti duas fiſtulas in vtroque oculo. His indicatis petit conſilium. Conqueritur ſimul ſe laboraſſe ante duos annos quodam genere vlcerũ, quod Tineam appellant: quibus addit, ſe anno ætatis x. coiuiſſe, antequam idoneus ad coitum fuerit. Ex quo ob iſtam ſalacitatem gonorrhœa prouenit. Fœtore etiam laborat ex naribus, ex iiſq; proiicit virulentã & craſſa excrementa. Hæc omnia ſunt ſymptomata ſui morbi. Ait etiã ſe deliquiſſe circa omnia ſex, quæ nõ naturalia dicuntur. Quoniam autem maximè de fiſtulis conqueritur, ad eas erit intentio noſtra. Et ſi comprimit oculum, exit lacryma, in oculo ſiniſtro dicit ſe habuiſſe fiſtulam manifeſtam, eamq; bis à Chirurgis cauteriis ſanatã. Curaturi itaq; morbum, nõ tantùm morbum ipſum conſiderabimus, ſed videbimus an habeat cauſas connexas vnde dependeat. Non prætereunt tres menſes, quin duos laboret gonorrhœa, quod maximum eſt malum, & virtutẽ retentiuam indicat imbecillem. Ariſtoteles etiam in Problem. dicit, eorum capita & oculos maximè dolere, qui multo coitu vtuntur, propter ſpirituum emiſsionem. Saphati Arabes tineas vocant Achores, quibus maximè laborauit, quæ prouenerunt ex pituita cum plurima bile, quæ putrefacta eſt in certis locis, vt poſſe fieri Galen. 2. de Diff. febr. dicit, materia congregata in caput facilè deſcendit ad oculos. Poteſt etiam adeſſe ad augendum iſtud malum morbus gallicus, ſed ſigna huius morbi euidentia nulla video. Caſum pilorum arbitror adfuiſſe ex inopia alimẽti pilorum in capite, ſiue au-

A tem haberet morbum gallicum, ſiue non, vterer ligno. Primò itaq; inciperem fluxum iſtum, & fiſtulas remouerem, quia iam ſunt factæ: ſi manſerint, ſemper confluet eò etiam ipſum alimentum: vtatur cibis nutrimenti boni. Curarem etiam gonorrhœam conſtringentibus & corroborantibus iſta loca, ne calor innatus omninò effluat, & deinde fiat deterior concoctio, maiorque humorum malorum affluxus, lauetur caput ex maiorana, ex ſemine fœniculi cum agarico, vtatur maſticato-

B riis, & ſtaphiſagria; caputpurgiis aliis non vterer. Deinde deuenirem ad fiſtulas, quæ cùm ſint caro præter naturam, remouendę ſunt, ita vt in primis aperiatur locus ille, vt medicamenta imponi poſſint, quæ exiccent, quale erit Diacalcitis præſentiſsimum medicamentum ad fiſtulas. Non extinguendum oleo, refrænandum tamen pro libito.

CONSILIVM IIII.

Pro illuſtriſsima gubernatrice Placentiæ, de Ce-
C *phalæa: Datum anno 1550. Iunij die 4.*

QVANTVM ex diligentiſsima inſtructione colligere potui, patitur illuſtriſſima matrona affectum capitis, quam Græci Cephalæam, Arabes Sodam appellârunt. Eſt autem huiuſmodi affectus toto genere Chronicus, & quemcunq; ſemel occupauerit, per quàm longo tempore affligit, fruſtra etiam à clariſsimis Medicis adhibita curatione. Et quã-

D uis ex ſignis relatis ego quoq; crediderim plurimum affici cerebrum ex ventriculi conſenſu, nihilo tamen minus probabile eſt, in cerebro quoq; factam eſſe læſionem per eſſentiam. Quantum verò attinet ad vteri ſuffocationem, fortè ex conſenſu cerebri, & capitis dolentis contingit, præcipuè cùm nunquam inuadat huiuſmodi ſymptoma, niſi prius inſignis capitis dolor præceſſerit. Et cùm alioqui circa vterum nulla videatur actio læſa, cùm menſes ſuo tempore debitè fluant: item

E qualiter, & quantum oportet (vt audio) nullam aliam cauſam habere tremorem illum, & concuſſionem membrorum omnium, quàm nimium dolorem, quo ſpiritus agitantur & perturbantur, arbitror. Hi enim cùm ſint facultatum omnium inſtrumenta proxima, & animæ domicilia, non eſt præter rationem, vt vrgente ſæuiſsimo dolore, membra quoque concutiantur, præſertim in fœmina, quæ ſexus ratione molliores, imbecillioreſque neruos habet, & qui facilius patiantur. To-

F tam igitur veram curationem ad Cephalæam dirigendam arbitror, qua remota, vel remiſſa, facilè remoueri, vel remitti reliqua poſſe iudicauerim. Cùm ergo partim per conſenſum à ventriculo & hepate, partim per eſſentiam in ipſo cerebro hic capitis dolor perſeueret, vtrique cauſæ ſuccurrendum puto. Primò autem membrorum inferiorum rationem habẽdam cenſeo. Sed quoniam longo tempore contractę ſunt intemperies, frigida quidem in ventriculo, calida in hepate,

G non erit pauci temporis, aut negotij, illas amoliri. Ergo interea, eò curatio dirigenda, vt excrementa vtriuſque membri non redundent, & quæ redundauerint, ad contrarium auertãtur. Quan-

tum

tum igitur ad primum, rectiſsima victus ratio inſtituenda eſt: quam licet credam hactenus à peritiſsimis Medicis fuiſſe inſtitutam, non multa tamen, officij mei gratia, breuiſsimè recenſebo. Primò igitur ab omni aeris exceſſu illuſtriſsimę Matronæ caput, quàm procul amouēdum arbitror: ventos cuiuſcunque generis euitabit, neque morabitur ſub aere multum frigido, ſed quàm maximè abhorrebit à calido, & præcipuè à ſolis æſtu. Omnes autem importunos motus, & ſtrepitus ex aeris colliſione factos, illi eſſe quàm maximè infeſtos experta mihi credat. Animi etiam moleſtias omnes eſſe aduerſiſsimas ex ſua inſtructione declaratum eſt. Cauebit etiam, me admonēte, ab omni motu corporis immoderato, ab elatione vocis, & à multa locutione. Concedo autem moderatum corporis exercitium in aere temperato deambulando, & partes inferiores potius exercendo. Frictiones maximè laudo, ſi quotidie fiāt, mites quidem, & molles, ſed longo tempore, donec membra omnia confricata incaleſcant, & rubeant, ſintque omnes partes, quæ confricantur, infra thoracem; præterquàm quòd brachia quoque eodem modo fricari poterunt. Si frictiones igitur quotidie fient, plurimisque diebus, ſpero maximum iuuamentum ex hoc remedio ſucceſſurum. Studeat, vt ſingulis diebus excrementa alui reddat. quòd ſi natura defecerit, arte id ſupplendum erit, cum eo, quod fæces euacuat, ſicut eſt maximè aloe ante cœnam ſumpta, quod remedium ad auertendos quoque vapores à capite ad partes oppoſitas conferet. Poſſunt autem ſumi Aloes lotæ ſcrupuli duo, & formari pillulæ ſeptē cum aqua Betonicæ. Abhorrebit omnino à ſomno meridiano: nihil enim æquè caput aggrauat, excrementoſumq; reddit. Potum eligat vini pauciferi, minimeque vaporoſi, ſubſtantiæ tenuiſsimæ, limpidiſsimæ, quod facilè & citiſsimè diſtribui poſsit, & vrinam prouocare, vnde & album cæteris præferrem, vel etiam giluum, idque parcè potabit, abſtinebitq; ab omni potu inter prandium & cœnam, & præcipuè hora decubitus. Cibus ſit, quàm maximè ſimplex: omnino enim varia menſa, aut epularum copia, ac multitudo illi nocentiſsima eſt. Atque in hoc, etſi illuſtriſsimæ ſuæ dominationi aduerſatur ipſa nobilitas, tamē oportet, vt menſa vtatur ſimplici, & priuatæ domui familiari. Quòd autem ſint vitanda omnia vaporoſa, & quæ ſint tardæ concoctionis, ac quæ facilè putreſcant in ventriculo, ſicut omnia lacticinia, paſtilia, legumina, piſces, res frixæ in ſartagine, fructus horarij, carnes antiquæ, & porcinæ, &c. me tacente etiam omnibus nota eſſe arbitror, ſcioq; hæc iam pridem ab omnibus Medicis fuiſſe ſatis ſuperque inculcata. Talis ſit ergo ratio victus, quæ quidem pars curationis in hac ægritudine, ſicut in omnibus chronicis perquàm maximi eſt facienda, & principatum obtinet.

Quantum verò attinet ad medicamenta, conſulerem primò, vt bis in anno illuſtriſsima Domina purgaretur, Vere inquam, & Autumno. Et poſtquam audio eam natura eſſe calidæ & humidæ temperaturæ, pluri moque ſanguine redundare, cùm hepatis ſatis inſigni caliditate: laudarem, vt ſaltem in purgatione Veris ſanguis quoque mitteretur è baſilica, conſentiente etiam (ſicut conſentit, ætate & viribus. Licet verò purgatio res vulgaris ſit, & omnibus nota, exempli tamen gratia ita purgarem:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Specierum Hieræ ſimpl. ʒ.ij.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium. Deinde ſequenti die

R. Syrup. de Cicorio Nicolai cum Rhab.
Byzantini completi ana ℥.j.
Aquæ Boraginis ℥.iij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis, vſque ad ſeptem. Deinde:

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Agarici præparati ʒ.j.s. vel ʒ. duas pro viribus.

Fiat bolus cum ſaccharo. detur manè quinque horis ante prandium cum cuſtodia. Peracta purgatione, laudarem, vt ſumeret per octo dies ſubſequentes medicinas confortantes, ante prandiū & cœnam, videlicet, vel rotulam Diarhodon abbatis, vel ſacchari roſati ℥.s. Et vt fieret continua diuerſio, duplici modo procederem. Primò, vt haberet familiarem vſum hieræ ſimplicis Galeni ex ſex rebus, quam ſumeret ante cœnam, bis ſingulis ſeptimanis, pondere ℈.ij. in forma pillulari: purgaret enim ventrem; hepar & vterum, vt eſt Galeni ſententia, & nos quotidie experimur, & præterea à capite auerteret materiam, quæ facit dolorem. Alius verò auertendi modus magis etiam efficax & continuus eſt, vt in vtroque crure infra genu, per quatuor digitos à peritiſsimo Chirurgo fierent cauteria, & per plurimum tempus aperta dimitterentur. Imò etiam ſi ſimul fierent in vtroque brachio eodem modo, in tam longa ægritudine non eſſet abs re, prius tamen ea experiantur, quæ fiunt in cruribus, nec omninò (me iudice) dimittantur. Quantum verò ad vſum balneorum, vel thermarum attinet, poſſent quidem excellentiſsimi Medici hoc remedium experiri, ſed in illo non multum confido, tanquam remedio, quod dum bibitur, minimum facit: dum dimittitur, nihil. Hæc ſi ritè & diligenter facta fuerint, ſpero illuſtriſsimam Dominam tandem conualituram, licet non breui tempore, ſicut quidem nos optaremus. Eſt enim, vt in primo dixi, hæc ægritudo omnino grauis, diuturna, chronica, inueterata & confirmata. Quare abſurdum eſſet ſperare breui tempore curari poſſe. Et hæc ſatis ad laudem Dei.

CONSILIVM V.

De Diſcraſia capitis: ventriculi & hepatis, oculiq; affectione: Datum Sereniſsimæ Reginæ Poloniæ Bonæ Sfortiæ, &c. Dictatum Venetiis anno 1549. Nonis Iulij.

EX omnibus intrinſecis cauſis, quæ ad affectus capitis præter naturam generandos conducunt, potiſsimę ſunt ventriculi imbecillitas, atque hepatis caliditas. Ac de ventriculi quidē imbecillitate, cuius

ratione ſucci crudi multiplicati aſsiduos vapores
ad caput mittunt, cuique etiam vulgari Medico
vel mediocriter in arte verſato, eſt exploratum,
nihilq́ue frequentius auditur, quàm mutuus ille
circulus læſionum inter cerebrum & ventricu-
lum. De hepatis verò caliditate, quantum ad ca-
pitis repletionem faciat, auctoritas eſt Galeni lib.
3. de Locis affectis, quæ dictat, in huiuſmodi tem-
peraturis maximam vaporum copiam à toto ve-
narum ambitu ad cerebrum aſcendere. Sunt igi-
tur ſuapte natura paratiſsimi ad omnes circa ca-
put affectus perpetiendos, quicunque in duo-
bus illis membris, ventriculo ſcilicet & hepate,
tales habent temperaturas: quibus ſi poſtea ac-
ceſſerit apta capitis ad recipiẽdum diſpoſitio, iam
intrinſecus omnes promptas habent occaſiones,
tum ad efficiendas, tum ad recipiendas circa ca-
put diſpoſitiones præter naturam. Cùm ergo ſcri
batur, in ſua Sereniſsima Maieſtate hæc omnia
conuenire, non eſt mirum ſi facilè inciderit in do
lores capitis, defluxiones, & quoſdam alios affe-
ctus præter naturam. Sed ſi poſtea his quoque
acceſſerint aliqua vitia ſex rerum nõ naturalium,
humana corpora neceſſariò commutãtium, tum
planè non facilitas tantùm, ſed neceſsitas mala-
rum impreſsionum conſequitur.

Cùm igitur huiuſmodi quoq; conueniſſe au-
diam in eadem Sereniſsima Maieſtate, perficitur
integer tanquam cauſarum chorus ad morbi in-
crementum idoneus. Audio enim ſuam Maieſta-
tem primò penitus ſe non exercere: aliquando
verò in aſsiduis cogitationibus, & animi mole-
ſtiis detineri: ſomno diurno vti quotidie: in cibo
& potu non admodum exquiſitum delectum ha-
bere: cuicunque aeri, incumbentibus grauiſsi-
mis negotiis ſeſe exponere. De excrementis ve-
rò, an ſecundùm quod oportet expellantur, non
audiui quidem, ſed fortè & in illis erit aliquod vi-
tium: ferè enim iſta quoq; læſio præcedentes er-
rores conſequi, comitariq́ue ſolet. Nam de men-
ſibus retentis, quamuis ratione ætatis ſecundùm
naturalem ordinem retenta fuerint, nihilominus
in tali temperatura, & tali ocio, & delitiis Regiis,
non ſine damno intercepta ſunt. Nam etiam au-
dio poſt eorum retentionem in omnia prædicta
ſymptomata confeſtim incidiſſe: ſcioq́; plurimas
quoque matronas alias poſt detentos menſes e-
tiam naturali temperie præditas, tamen in varias
ægritudines poſtea delapſas eſſe. Et ſi omnia re-
ctè collegerimus, facilè intelligemus, nõ tantùm
capitis affectiones, ſed etiam lienis tumores, &
hydropicos, qui quandoque contigerunt, ab iiſ-
dem cauſis proceſsiſſe. His rectè cognitis, & ſup-
poſitis, haud difficilis erit intentio. Ac primùm
illud ex rei natura fundamentum elicitur, Sere-
niſsimam Maieſt. purgãtibus quidem, & his quæ
attenuant, vel alio modo præparant, aut exco-
quunt humores, ſubleuari quidem poſſe, curari
verò nequaquam: vel enim enumeratorum mem
brorum intemperies ad naturalem ſtatũ ſunt re-
digendæ, vel cauſæ intrinſecæ relinquentur, qui-
bus periodicè ad illos eoſdem affectus ſit redeun
dum. Quamuis ego non negauerim purgationes
eſſe opportunis temporibus faciendas, vt humo-

A res qui quotidie ob membrorum inæqualitatem
aſsiduam generantur, non redundent, & ex re-
dundantia non illos tantùm affectus foueant, ſed
nouos quoque generent, vt frequenter fieri ſolet.
In illis tamẽ purgationibus non eſt inſiſtendum,
ſed ad alia quoque, quæ paulò inferius dicam, eſt
accedendum, quæ magis facient ad præſeruatio-
nem, quàm ad curationem. Vera enim curatio, ſi
verum fateri volumus, fortè erit impoſsibilis, ſi
modò totam morbi naturá rectè perpendimus:
B quomodo enim fieri poterit, vt eorum membro-
rum inæqualitas ad æqualitatem redigatur? in
hac pręcipuè ætate, & in corpore regio, cui quàm
difficile ſit diutius imperare, notum eſt omnibus,
qui aliqua ex parte experimento deprehende-
runt. Primò itaque in tam longa ægritudine, in
recta victus ratione, curationis præſeruationiſ-
que baſim, potiſsimamq́ue fidem ſtatuerem, ita
vt neque alicui aeris exceſſui tam calido, quàm
frigido occurreret, ventoſq́ue omnes & pluuias
C euitaret. Nec hyemis tẽpore in vaporariis ſuo mo
re calefactis, vel prope magnos ignes, diutius mo
raretur, præcipuè vbi ignis ex fortioribus lignis
ardeat, qualis eſt quercus, ilex, vlmus, & reliqua
plura huiuſmodi. Caueat etiam, ne acriter ma-
gnum lumen, ſiue Solis, ſiue ignis intueatur: ſed
neque ab alto proſpiciat, aut fluuioru m præcipi-
tium, aut turbas, aut celeres rotarum gyros, & re-
liqua. Laudarem vt ſingulis ſeptimanis caput ab-
lueret, præcipuè ſi ſit illi lauandi conſuetudo, eli-
D gatq́ue lixiuium ex ſalicis aut vitis cinere confe-
ctum, in quo ſaluia, maiorana, chamæmelum, ro-
ſæ decocta ſint cum drachmis tribus agarici ele-
cti. Hæc enim ablutio conferet ad corroboran-
dum, mundandumq́ue caput.

Inter pręcipua hoc habeat, vt omnes animi mo
leſtias quammaximè fieri poſsit, euitet, faciatq́ue
vt exhilaretur animus quacunq; occaſione ſum-
pta. Erit etiam illud ocium, & quies corporis im-
moderata omninò auertenda. Quotidie matuti-
E nis horis ſeſe exercebit, deambulando, donec to-
tum corpus citra ſudorem incaleſcat. Nec minus
imperabit ſibi frictiones quotidie, vt mane in le-
cto fiant, ſintq́; frictiones in toto corpore æquali-
ter, molles tamen, & prolixiores, ita vt cutis cale-
facta incaleſcat. Quòd ſi etiam poſt frictionem to-
tum corpus illiniatur oleo garyophyllorum odo
rato, longè magis expediet. Et quoniã audimus
deditam eſſe longa conſuetudine ſomno meridia
no, conſulimus vt paulatim deſueſcat, præcipuè
F ſi nocte, quantum ſatis eſt, dormierit: ad capitis e-
nim repletionem, diſtillationesq́; augendas, effi-
caciſsimus eſt ſomnus meridianus. Obſeruabit
præterea, ne cubitum accedat à cœna, niſi poſt ho
ras ad minus duas, cœnaq́ue illi ſit parcior, quàm
prandium, ſi & ſuauiorem ſomnum, & leuius libe
riuſq́ue caput habere voluerit: non tamẽ propte-
rea tam copioſè prandeat, vt poſtea crudo ſtoma-
cho ad cœnam accedat: vtrumq; ita moderandũ,
prandium inquam & cœna, vt nouus cibus prio-
G rem inconcoctum, vel ebullientem non inueniat,
quod optimè fiet, ſi citra ſatietatem ſemper come
derit. Sitq; inter cœnã & prandium ſpatium non
minus quàm nouem horarum: tunc enim crudi-
tatem

tatem ſemper euitabit: quod inter cætera optimum erit remedium ad omnes ſuos affectus abolendos. Sitque quàm fieri poteſt, cibus quàm maximè ſimplex, vniuſq; naturæ: quod quidem ſicut eſt Principibus & Regibus difficillimum, propter inueteratam & malam conſuetudinem, ita etiam pernicioſiſsimum eſt. Nihil enim magis facit ad cruditates, ad corruptionem, putredinemque, & ad deprauatos humores in corpore multiplicandos quàm ciborum varietas & multitudo: confunduntur enim plurima diuerſiſsimarum naturarum, quę dum inæqualiter concoquuntur diſtribuunturque, neceſſariũ eſt vt inde labor caloris innati conſequatur, & varia vitiorũ genera in ſucco illo tam diuerſo. Admonemus igitur, & deprecamur ſuam S. M. vt velit in hoc Regium morem exuere, & in opipara regali menſa vnum tantùm eligere, quod ſibi pro fame ſufficiat, illudque ſit leue, & quod facilè concoquatur, facileque diſtribuatur, & optimum ſanguinem generet: quales ſunt omnes carnes pullorum, perdicum, phaſianorum, hœdorum, vitulorum, caſtratorum iuuenum, oua recentia tremula, vel ſorbilia. Panis ex puriſsima farina ſit, bene fermentatus, & mediocriter ſalitus. Ab omnibus antiquis carnibus, & ſale maceratis abſtinebit, ab oleribus præcipuè crudis, à fructibus horariis, à piſcibus, præcipuè qui in ſtagnis degunt, aut paludibus: ab auibus etiam quæ paluſtria incolunt loca, vt ſunt anſeres, anates, & huiuſmodi, à leguminibus, à paſtilibus, à lactiniis, & præcipuè à caſeo, à frixis in ſartagine. Hæc omnia S. R. M. ſua auerſetur. Vinum eligat clarum medij coloris, vel etiam album, non acidum, neque aſtringens, ſed bene maturum, mediocriter vinoſum: & omnino euitabit muſtum & vina turbulenta. Quòd ſi etiã vindemiæ tempore vinum conficeretur cum ſaluia & betonica, illud eſſet præſtantiſsimum, præterquàm quòd guſtui non eſſet iniucundum. Sed non eſt omittendum, tanquam parui momenti, quòd vt ſua M. quotidie habeat beneficium alui, diligẽter opera danda eſt, imò inter pręcipua hoc animaduerti debet: hoc enim ſtudio adhibito, diſtrahentur vapores, qui ad caput continuè feruntur. Si igitur natura faciat quantum oportet, nil vltrà moliendum: ſin minus, laudo vt ſemel, aut bis, aut quoties opus fuerit in ſeptimana ſumat terebinthinæ Cypriæ, quæ facilè habebitur Venetiis: vel interim, dum non habebitur, laricinæ, quæ habebitur facilè, pondus drach. duarum manè tribus horis ante prandium. Hoc enim remedium non tantùm molliet aluum, ſed etiam obſtructiones aperiet, membra præterea naturalia, membraque neruoſa corroborabit, vrinam prouocabit, vtero conferet: ideo, me iudice, prætermitti non debet. Hæc ſummatim dicta ſint pro tota victus ratione: quę ſi diligenter à Maieſtate ſua obſeruabuntur, tam erunt efficacia, vt fortè ſola horum ope præſeruetur, & immunis futura ſit ab omni affectu, de quo nunc conqueritur. Hoc tamen ſi non fecerit, vel magis, vt futurum credo, non adeò exquiſitè obſeruet, alia proponam, quę in aliis duobus curandi inſtrumentis, pharmacia ſcil. & chirurgia, conſiſtunt. Quantum ad phar-

A maciam attinet, laudo vt bis ſingulis annis purgetur, Autumno & Vere. Ex his enim annuis purgationib. præſeruari ſolẽt homines à grauiſsimis etiam morbis, quemadmodum erat ſententia Galeni in libro de Sanguinis miſsione. Et quamuis immẽſa penè euacuandi materia ſit, nihilominus tamen proponam, quod mihi cõgruum videtur, & quod erit tanquam intentionis exemplum.

R. Caſsiæ ℥ j.
Specierum hieræ ʒ j.

B Fiat bolus, tribus horis ante prandium ſumendus. Deinde

R. Mellis roſati colati,
Syrupi de cichorea Nicoli ſine rhabarbaro ana ℥ j.
Decoctionis cetrach
Capillorum veneris in aqua boraginis deſtillata ℥ iij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſeptem. Deinde

R. Rhabarbari ʒ j.
C Spicæ gr. vj.

Infundantur in decoctione florum cordialium per horas decem, & facta diligẽti expreſsione, colaturæ adde confectionis hamech ʒ iij. ſyrupi roſati ſolutiui ℥ ij. Miſce, & fiat potio danda in aurora cum cuſtodia. Et iſte eſſet purgandi modus ſatis facilis & expoſitus. Placeret tamen, vt ſanguis quoque in purgatione Veris mitteretur à baſilica ſiniſtri lateris, cuius quãtitas ſit ad vncias viij. vel vncias x. In Autumno poſtea peracta euacuatio-
D ne prædicta præter ſanguinis miſsionem, ſummoperè placeret, vt ſumeret per duos vel tres dies infraſcriptam decoctionem, quæ apud me longo experimento probata eſt ad melancholicos ſuccos ſine aliqua moleſtia euacuandos, lienisq; affectus egregiè remouẽdos: cuius doſis quidem cõmunis eſt, vnciarum vj. Eſt tamẽ pro natura vniuſcuiuſque conſuetudine & ætate limitanda, cuius deſcriptio talis eſt:

R. Myrobalanorum omnium ana ℥ s.

E Contundantur groſſo modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium. Infundantur per 24. horas in libris vj. aquæ fumiterræ deſtillatæ. Poſtea

R. Epithymi,
Thymi,
Polypodij,
Foliorum ſenæ,
Liquiritiæ ana ʒ vj.
Seminum citri ʒ ij.
F Corticum radicum ellebori nigri ʒ iij.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem medietatis, deinde quieſcat donec refrigeretur decoctum, poſtea coletur & fortiter exprimatur, & addito zuccharo ſufficienti dulceſcat, & cum oui albumine purificetur, & leui decoctione facta ſyrupizetur & ſeruetur ad vſum. Poſtea R. huius decoctionis ℥ vj. aut v. aut quatuor, aut quãtum expedire videbitur. Iulep roſati ℥ s. Miſce, fiat potio danda in aurora, poteritque dari vel alternis,
G vel ſingulis diebus ſecũdum euacuationis quantitatem, augendo vel minuendo doſim, prout euentus oſtendet. Et hæc de purgationibus ordinariè per ſingulos annos faciendis. Sed quoniam

in ratione victus ſemper ferè aliquid delinquitur, & præcipuè in regiis deliciis, ideo ne deprauati humores plus æquo excreſcant, illi cõſultum eſſe opinor, ſi ſingulis menſibus bis aut ter mediam rhabarbari optimi drachmam deglutiat, ſiue man dendo, ſiue in pillulari forma, ſiue in puluerẽ redactam, admiſto ſaccharo roſato, vel paſſulis, quo modocunq; libuerit. Ad oculi verò affecti corroborationem, concoctionemq;, & diſcuſsionẽ materiarum confluentium, optimum erit remedium huiuſmodi collyrium.

R. Fœnugræci electi,
Radicum altheæ ana ℥ j.

Mundentur exquiſitiſsimè ab omni ſorde, infunde & decoque in aqua fontis puriſsima ſiue fu mo, aut puluere, aut fauillis, ad conſumptionem duarum partium, deinde fiat fortis expreſsio & colatura. Poſtea

R. Aloes optimæ lotæ in aqua roſarum ʒ ij.
Sacchari candi roſati ℥ j.

Decoquátur omnia ſimul ad conſiſtentiã mellis, deinde ſeruentur in vaſe vitreo optimè obturato, & ſuo tempore ſuauiter ponatur in angulo oculi affecti cum penna, & maximam inde vtilitatem habebit, cùm accipiet. Pro capitis verò particulari purgatione, laudo quidem ea, quæ nos vulgò appellamus maſticatoria, & præcipuè quæ cum ſola maſtiche fiunt: ſed caputpurgia, & expurgationes per nares violentas non ita laudauerim, propter maximam affinitatem inter angulos oculi & naſi emunctoria: eſſet enim potius attractio ad eundem locum, quàm deriuatio. Sed vbi omnibus his diligenter peractis Sereniſsima Maieſt. adhuc vexaretur ab iiſdem ſymptomatibus, tum maximè probarem, ſi cauteria quoque fierent in vtroque crure in parte exteriori, in loco conſueto per quatuor digitos infra iuncturam, à peritiſsimo Chirurgo: eſſet enim auerſio & euacuatiõ optima & efficaciſsima, & præcipuè ſi in ſiniſtro crure fieret propter rectitudinem. Et hæc crederem ſuffectura, ſi modò ſua Serenitas diligentiſsimè præſeruari voluerit ab omnibus moleſtiis, quibus nunc affici ſolet, cum auxilio Dei optimi maximi, cuius nomen ſit perpetuò benedictum.

CONSILIVM VI.

Præſcripta Duciſſæ Vrbini, in dolore capitis.

R. Tamarindorum opt. & recentium ℥ iiij.
Myrabolanorum Indorum
Citrinorum
Chebulorum ana ℥ ij.
Paſſularum dulcium ℥ vj.
Prunorum Hiſpanicorum dulcium, exemptis oſsibus ℥ iiij.

Contundantur primò Myrabolani leniter, deinde infundantur tota die, ac nocte in aqua Endiuiæ lib. viij. poſtea omnia ſimul exquiſitiſsimè decoquantur, donec colatura deueniat ad ſpiſsitudinem ſapæ. poſtremò

R. Sebeſten pinguiſsimorum ℥ v.
Folliculorum ſenæ,
Polypodij ana ℥ iij.

Decoquantur ſimul ad conſumptionem ter-

A tiæ partis, tunc validiſsimè excolentur, & colaturæ addantur.

R. Mannæ electæ ℥ vj.
Rhabarbari electi ʒ j.
Macis ʒ j.

Puluerizentur puluerizanda, & miſceantur omnia, ac ſeruẽtur in vaſe vitreato bene obturato. Doſis autẽ ſit pro viribus, & conſuetudine à ℥ iij. vſque ℥ j. Detur verò manè, horis quinque ante prandium, ſine cuſtodia.

B

CONSILIVM VII.

De dolore capitis. In colloquio cum D. Friſimelica.

VERITVR Magnificus vir de dolore capitis, qui curari non poteſt, niſi cognita huius doloris cauſa, an ſit ratione capitis malè affecti, an verò per conſenſum alterius membri. Vt hoc ſciatur, videndum quæ ſint diſpoſitiones naturales, & quę ſingulis partibus adueniant, ſecundum quas totum corpus alterari poſsit. In operationibus animalibus intrinſecis cum ſit exercitatiſsimi ingenij, non afficitur. Extrinſecæ quoque animales operationes valentes ſunt. Virtus motiua, quæ à cerebro oritur, eſt perfectiſsima. Hoc autem membrum eſt ſanum, cuius operationes ſunt ſanæ. Hinc cerebrũ ſanum in ſe dico: ſed quoniam gradus ſunt ſanitatis, ſi quis quærat, vtrum hoc cerebrum habeat exceſſum per aliquam qualitatem? Ego credo, quòd nullus ſit exceſſus in caliditate vel frigiditate: & ſi eſſet, magis ad frigidum inclinare videtur. Cum enim hepar ſit calidum, niſi capitis temperatura inclinaret ad frigiditatem, totus eſſet furioſus. Sed videmus ipſum facilè eſſe placabilem. Eſt autem ingenioſus, & hoc arguit ſubtilitatem ſubſtantiæ cerebri, non caliditatem, vt teſtatur Galen. ſecundo Artis paruæ. Si etiam eſſet cerebrum calidum, omnino incõſtans eſſet, ſed planè cõtrarium videmus. Quantum verò ad paſsiuas qualitates ſpectat, credo cerebrum eſſe ſiccius, quàm humidius. Quod arguitur ex ingenio, & ſtabilitate omnium operationũ: à ſiccitate enim prudentia, obtuſio verò ab humiditate. Ergo conſtituerem cerebrum ſiccum. Quantum ad hepar, inſpecto colore, pilis nigris, venis amplis, manifeſta ſigna ſunt caliditatis hepatis. Ac quidã ſcholaris tangens pulſum, eum febricitare opinatus eſt. Calidum igitur eſt cor, & hepar, cum moderata ſiccitate. Iraſcitur nanque, ſed facilè placatur. Redundauit calido feruenti ſanguine, quod indicãt hæmorrhoides, quas perpetuò paſſus eſt. Calidum enim hepar, atram bilem, & craſſos humores generat, & natura in eo fortis ſic expellit. Quæritur, cuius ſit temperiei ventriculus. Sunt autem intrinſeca & extrinſeca, ex quib. indicatur temperatura partium. Dixit ipſe ventriculũ eſſe planè inter coſtas, & tactu apparet nullam adeſſe pinguedinem in abdomine, qui ſitus ſolus efficeret ventriculum frigidum. Craſſum nanq; abdomen per Antiperiſtaſin calefacit ventriculum & inteſtina: hinc eo loco vulnerati malè poſtea con coquunt. Ariſtoteles pinguedinem non per Antiperiſtaſin, ſed etiam ſub calore augere ventriculi calo-

calorem putat,quia pinguedinem calidiorem ſan
guine ſtatuit. Hinc à frigido ventriculo plurima
pituita generatur. Nec enim ſolùm ob abſentiam
pinguedinis frigidus eſt ventriculus, ſed propria
quoque intemperie. Eſt enim calidi hepatis, bi-
lioſus ac calidi cordis. Hinc tales in venere plus
appetunt, quàm poſſunt, accedentibus deliciis,
quibus vſus eſt præter morem. Et certè Venus
plurimum facit ad frigiditatem ventriculi.In coi-
tu enim plurimum de calore, & ſpiritu euacua-
tur. Cumque ventriculus neruoſus ſit,eius calor
citius reſoluitur,quàm cæterorum membrorum.
Ad frigiditatem autem ventriculi accedit ſiccitas
quam venere auxit:ac præcipuè,cum ſit in ætate
paracmaſtica. Stantibus his temperaturis horum
membrorum, multitudo vaporum aſcendit con-
tinuè ad caput, vt Galen. tertio de differen. mor-
borum & tertio de Locis affectis,in capite,de do-
lore capitis oſtendit. Non mirum ſi dolet caput.
Hi nanque qui calidi ſunt hepatis,plerunque do-
lent capite,etiam propter amplitudinem meatuū
à calore dilatatorum. ſequitur hîc dolor capitis,
& præcipuè in hoc cum caput non ſit calidum,
vt hoc conſumat,neque frigidum,vt hos vapores
conſtringat. Acceſsit quoque mala ratio victus:
hinc perpetuò vētriculus pituita repletur, ac ca-
lidum hepar excitat vapores à materia craſſa, ad
caput aſcendentes: hinc à pituita è ventriculo &
vaporibus à toto ambitu venarum aſcendentib.
Ex his ſequitur maximus dolor capitis, & in po-
ſteriori parte præcipuè. Nam œſophagus ſecun-
dum ſitum magis ad poſteriorem inclinat. Vide-
mus caput nihil pati per ſe in ſeipſo, ſed tantùm
ratione vaporum: qui ſi tollentur, ceſſabit & do-
lor capitis. Conſenſum autem inuenimus,non à
ventriculo tātùm, ſed ab hepate,venis & arteriis:
maiorem verò portionem aſcendentis materiæ
credo eſſe pituitam: percipit enim dolorem gra-
uatiuum capitis, ac ſibilū aurium, qui ſit à craſsis
vaporibus, qui dum circumuertuntur, nec ita e-
uentari poſſunt,faciunt ſonum. Ac etiam euomit
materiam albam, viſcidam, craſſam, inſipidam,
quæ eſt ipſa pituita: in fine ſenſit amaritudinem,
quod ſignificat admiſtam bilem. Poſt hunc vo-
mitum melius ſe habuit. A ventriculo igitur pi-
tuita, à venis vapores craſsi, & calidi aſcendunt.
Vtrum modò in cerebro vel in membranis ſit hęc
materia, dolorem faciens, quæritur. Dicit ipſe,ſe
ſentire dolorem in radicibus oculorum, id indi-
cat in membranis eſſe materiam hanc. Eſt etiam
aliud ſignum, quia adeſt acutiſsimus dolor, qui
non fieret à pituita, niſi in membro maximè ſen-
ſibili,cum tamen cerebrum non ſentiat,aut parū.
Quæritur modò, an ſit intemperies in mēbrana,
vel ſolutum continuum. Credo hîc extendi ma-
terias, ac pungere membranas, & facere ſolutio-
nem continui. Si enim facta eſſet aliqua impreſ-
ſio per vapores,tum etiam expurgatis vaporibus
malè ſe haberet.Quod hîc non ſit,manet quidem
poſt dolorem attonitus aliquandiu,donec diſper
gantur omnino vapores. Sunt modò ſymptoma-
ta ſequentia hunc dolorem conſideranda. Fre-
quenter vomebat dum adeſſet dolor: & inter v-
num vomitum atq; alterum erat ſpatium, in quo

A occupabatur ſtupore, vt nec ſentiret, nec bene
moueretur. Poſtquam tamen percutiebat calca-
neum,ſtupor abiit. Non autem mirū eſt ex vomi-
tu affligi ſpiritus, quia vomitus ob cōtractionem
ſæpe ſyncopen inducit. Hinc ſtupor, qui à frigi-
ditate in membro ſit, ob defectum caloris aderat,
percuſſo tamen calcaneo,membro ſenſibili,reuo-
cabatur calor, & ſtupor deſiit. Aliud, quod dixit
ſe habuiſſe hos dolores per interualla, non certis
tamen periodis,ipſe refert cauſam, & dicit: quòd
B euomebat in ſingulis periodis bis, aut ter, quan-
do dolebat: remota materia melius ſe habuit,do-
nec iterum congregaretur. Nunc non vult vome-
re, metuit enim ſtuporem, hinc continuè dolet.
Præterea non patitur dolorē capitis niſi poſt tres
aut 4.horas à cibo,& frequentius à prandio:tum
enim,quia incipit melior concoctio, materia mo-
uetur fortius, & aſcendit, quod etiam ſignificat
dolorem capitis eſſe per cōſenſum. Ad hæc, dum
exercetur, materia ad diuerſas partes tracta, non
C facit dolorem capitis.

Prognoſticum. Natura morbi rectè intellecta
bene prædicitur: quiq; bene prognoſticat, bene
curat,& cōtrà. Si verum eſt in curatione caput nō
reſpiciendum, quod tamē cū dolet, afficitur (ali-
ter enim dicere ridiculum eſt) per conſenſum,do
let,vt dicit Gal.lib.3.de Locis affect. Ideo remotis
vaporibus,dolor capitis remouebitur. In hoc igi-
tur ſtatuatur prognoſticum,an vapores tolli poſ-
ſint?ſi natura nō potuit remouere ſua diuerſione,
D ſemper enim plurimū ſanguinis per hæmorrhoi-
des egerit,nobis difficile erit,ſtante tali caliditate
hepatis, ac in ætate tali, & in homine negocioſo.
Nam ad alterādam temperaturam homo ocioſus
requiritur. Addere pinguedinem, & calorem ven
triculo, impoſsibile erit, aut refrænare calorē he-
patis. Quomodo igitur prohibebimus vapores
aſcendere? Cura erit omnino longa, & vtinā ſalu-
taris tandē. Sed ſi alterare nō poſſumus omnia,vt
debebamus, tamen refrænare ſtudebimus, vt ſi
E doleat,non tamen tantum doleat,vt antea.

Cura. Vapores remouebuntur, primùm victu,
qui ſit facilis cōcoctionis. Cum enim ventriculus
non habuerit obiectum malum,melius aget. Vta-
tur vino cōuenienti bono. Exerceat ſe temporib.
debitis. Exercitium enim colliquat cruda, & prę-
parat ad exitū,corroborat calorē ventriculi. Atq;
in hoc ponerē magnā partē curationis ſuę. Secun
dò,ſemper eiicerē aliquid è ventriculo. Abhorre-
rem quoq; ab omni vſu medicinarum,quę trahūt
F electiuè,vt Agaricus,& ea quę oſtendit Friſimeli-
ca. Potius enim à ventriculo auertere debemus
pituitam, quàm ad eum trahere. Adhæc, omnis
medicina, electiuè trahens, deſtruit mineras vir-
tutum, & frigiditatē maiorem vētriculo inducit.
Educerem itaq; cum Caſsia,cui parum hieræ ad-
miſtū eſſet. Vterer terebinthina, quæ euacuat, &
roborat. Exhiberem etiam rhabarbarū,ad mūdi-
ficandum ventriculū. Terebinthina lenit ventrē,
& non exiccat,vt aloe & alia. Frictionib. & exerci-
G tiis vterer. Vtatur quoq; ſyrupo Byzantino com-
pleto ac acetoſo diarrhodon,& ſyrup. de duab. &
de quinq; radicibus prodeſt. Adderem decoctio-
nes ex radice fœniculi, aſparagi, apij, petroſelini

His enim trahentibus vrinam, diuerteretur ac euacuaretur materia. Vtatur quandoque præ cæteris diatrionpipereon, quia ſic etiam vult Galen. nam & calefacit ventriculum, nec nocet hepati. Magnificus vir dicit dolorem capitis ſemel atque iterum ſedatum eſſe à comeſtione ceparum. Dico acrimoniam ceparum diſgregaſſe, ac incidiſſe vapores aſcendẽtes, quantò magis faciet Diatrionpipereon, quod non eſt ita fumoſum, vt cepæ? Thermas, ratione ventriculi, conſulerem, curarem tamen ne calefacerent hepar, quod hic eſt calidiſsimum. Semel nanque paſſus eſt principium Hecticæ, & curatus balneis frigidis, & humidis conualuit: quare metuerem, adhibitis contrariis balneis, ne incideret in veterem morbum. Videtur tamen mihi rectum, vt parum de aqua ſumat, ac ſi tentet an velit iuuare, ac roboretur hepar. Cauteria quoque maximè laudarem, ratione materiei in venis & arteriis, licet, quantum ad ventriculum, parum prodeſſe ſtatuamus.

CONSILIVM VIII.

De dolore capitis cum tinnitu aurium, pro illuſtriſsima matrona præſcriptum.

SVPPOSITA ægritudine, vel potius diſpoſitionibus præter naturam, quibus laborat illuſtriſsima Domina, videlicet dolore capitis & tinnitu auriũ: quæ licet aliquando remittantur, tamen ſubinde redeunt, neque prorſus tolluntur. Suppoſita etiam temperatura, vt coniicere poſſumus ex his quæ referuntur, calida & humida, & habitu corporis pingui & obeſo, in magnis deliciis degẽdo, lautiſsimis & copioſiſsimis cibariis adhibitis, dicimus facillimè deprehendi poſſe, earum diſpoſitionum cauſam eſſe plenitudinem humorum, & redundantiam. Et cum non audiuerimus capitis aliquod vitium præceſsiſſe, cerebrique operationes tum extrinſecas, tum intrinſecas fuiſſe ſecundum naturam, neque vnquam deſtillatio-
E nem perpeſſam fuiſſe: credimus hanc ægritudinẽ primogenio affectu ad caput non eſſe reducendam, ſed ad membra inferiora, vt ventriculum, & hepar, ac totum venarum ambitum. Exiſtente enim in illis membris redundantia, neceſſariũ eſt omnino repleri caput ob plurimos vapores aſcendentes, præcipuè in regione frigida, vbi paucisſima tranſpiratio. Quamprimum igitur occurrendum eſt plenitudini, ne cerebrum affectum ſuffocato calore innato, reddatur ſeipſo imbecillius, ac
F deinde intemperies per eſſentiam firmetur in capite, reddaturq; ægritudo vel inſanabilis, vel quę difficillimè tolli poſsit. eſtq; via curationis maniſeſtiſsima. Plenitudinem, ſicut dicebat Hippo. euacuatio ſanat. Euacuabitur tum adhibita recta victus ratione, cibiq; ac potus parſimonia, tum medicinis euacuantibus, ac ſanguinis miſsione. Quantum igitur attinet ad victus rationem, cauendum primò ne aeri frigido occurrat, vel flatibus ventorum, etiamſi æſtiuo tempore quãdoq;
G videatur eſſe iucundũ: ſed ab Auſtro caueat præcipuè, ab aereq; nocturno. Somnũ meridianum fugiat: maximè enim officeret capiti. Procurabit
A vt ſingulis diebus reddat alui excrementa, quæ ſi pauca aut retenta fuerint, adiuuet mollientib. ſicut eſt potus ante cibum pullacei iuris, in quo malua, mercurialis, & beta alba decocta fuerint, addito etiam ſaccharo. Vbi herbarum facta fuerit expreſsio, ebibat hauſtum copioſum tribus horis ante prandium: proderit enim ad aluum emolliendam. Ad idem etiam confert vſus paſſularum dulcium ante prãdium, puluere ſacchari adiecto. Bis tantùm in die comedat, neq; inter prandium
B & cœnam bibat, & præcipuè poſt cœnam. Vnico cibi genere contenta ſit: nihil enim ad augendam plenitudinem efficacius quàm ciborum varietas. Carnibus veſcatur iuuenibus, facilis cõcoctionis, quales vitulinæ, hœdinæ, pullorum, leporum iuuenum, auium campeſtrium, vt perdices, phaſiani, & aues paruę. Abſtineat à carne antiqua, porcina tam ſalita quàm recenti, à paſtilib. & lacticiniis à piſcibus, & omnium ciborum genere vaporoſo, viſcoſo, & humido. Oua recentia conueniunt, ſi
C tremula fuerint, elixata, vel calido cinere cocta. Quantitas cibi ſit intra ſatietatem. Vinum bibat, vel pauciferum, vel bene dilutum, & in pauca quantitate: & hoc maximè refert: nihil enim magis replet caput quàm vinum vel potens, vel vaporoſum, vel vtrunque. Et hæc quantum ad rationem victus attinet. Quantum verò ad purgationem, laudarem, niſi æſtus maximè impediret, vt quamprimum, præmiſſa lenitione alui, cũ ℥ j. floris caſsiæ, & ſpecierũ hieræ ſimpl. ʒ ij. die pro-
D ximè ſequenti ſanguis mitteretur à vena bracchij, quam communem appellant, extraheretuŕq; ſanguinis quantitas vſque ad ℥ viij. vel x. Deinde ad vlteriorem curationem cum pharmacis accederem, præmiſsis infraſcriptis ſyrupis.

R. Syrupi de betonica.
Mellis roſati ana ℥ s.
Aquæ maioranæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro quinque. Poſtea purgetur modo infraſcripto:

E R. Agarici præparati & trochiſc. in puluerẽ redacti ʒ j.s.
Floris caſsiæ ℥ j.

Miſce, fiat bolus cum zuccharo: detur in aurora cum cuſtodia. Vel ſi mallet pillulas.

R. Pillularum cocchiarum ℈ iiij. cum melle roſato fiant pillulæ v. dandæ eodem modo, & hora eadem. Ego tamen præferrem bolum. Facta hac purgatione, ſi vlterius res vrgeret, laudo maſticatoria, primò ex maſtiche ſimplici, matutinis horis
F ſemper expuendo: deinde ſi vellet vires maſticatorio adiicere:

R. Maſtiches ʒ ij.
Pyrethri
Staphiſagriæ ana ʒ ſ.
Ceræ ʒ ij.

Miſce, fiat maſticatoriũ in forma trochiſcorum pondere ℈ j. & vtatur eodem modo, quemadmodum de maſtiche diximus. Deinde ſi adhuc vrget res, laudo ea quæ caputpurgia vocãt, leuia tamen
G ſicut cum decocto betæ, maioranæ, & mercurialis, attrahendo per nares ieiuno ſtomacho, quemadmodum fieri conſueuit. Ad tinnitum aurium maximè confert oleum picis vel terebinthinę, ad-

 iectis

iectis duabus partibus olei amygd. amararum: manè & veſperi guttam vnam & alteram diſtillet in aures, adiecto coto vel bombace carminato & muſcato. Præterea pro diuerſione & euacuatione ſi morbus præſeuerаret, laudo ter aut quater ſingulis menſibus vtatur ʒ j. pillularum infraſcriptarum, hora vna ante cœnam:

R. Aloës optimæ ʒ iiij.
Agarici electi,
Rheubarbari electi ana ʒ ij.
Spicæ,
Zingiberis,
Nucis muſcatæ
Maſtichæ ana ℈ j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea conſpergantur ſucco roſarum puro, & permittantur exiccari, & ita reiteretur ſeptem vicibus. Inde fiat magdaleon cum melle roſato, & reſeruetur ad vſum. Iſta ſufficere arbitramur, vt præſens ægritudo tollatur: ſi tamen illa prorogabitur, ad fortiora perueniendũ eſſet, quæ ſuo loco & tempore, ſi aliquid nobis ſignificaretur, eſſent proponenda ad laudem Dei omnipotentis.

Huic conſilio eſt additus appendix pro illuſtriſſimo Domino, qui à fluxu dyſenteriaco conualuerat, & imbecillitate membrorum omnium laborabat.

CONSILIVM IX.

De dolore capitis periodico, grauitate eius, & ſibilo aurium, pro Veneto.

SI quis rectè diſcutiat, quæ cauſa & origo ſit doloris capitis periodicè infeſtantis Magnificum dominum, videbit per verum conſenſum illum eſſe ab inferioribus partibus, & non quia cerebrum vel primogenio affectu, vel per eſſentiam patiatur. Si enim membrum illud dicitur eſſe ſanum, cuis operationes ſunt ſanæ, vt cerebri propriæ operationes ſunt imaginatio, diſcurſus, & memoria: cùm hæ omnes in ſua magnificentia rectiſsimè ſe habeant, ſequitur cerebrum in ſe ſanum eſſe, niſi aliunde conſenſum acceperit. Sunt etiam aliæ operationes hoc idem teſtantes, quæ licet non fiant in cerebro, ſunt tamen à cerebro, ſicut ſenſus exteriores, & facultas quæ per electionem mouet: atque hæ omnes facultates integerrimæ ſunt, vt inde quoque patere poſsit, hoc cerebrum in ſe eſſe ſanum. Cùm verò ſanitas vniuſcuiuſque membri amplam habeat latitudinem, cerebrique optima temperatura ſit, vnde optimæ prodeunt operationes, ſitque quando ad reliqua membra principalia cõparatur, frigidum & humidum: quæritur hîc, nunquid & cerebrum ſit hoc modo & hoc ſenſu frigidum & humidum, an verò declinet ab hoc optimo ſtatu per aliquem exceſſum vel defectum. Reſpondeo, quantum ad qualitates actiuas attinet, iudicio meo, vel non recedere à tẽperato cerebro propriè: vel ſi recedit, ad frigiditatis exceſſum potius declinare. Indicat id caliditas illa immenſa hepatis ſimul & cordis, ſicut in cõfeſſo eſt, etiam reliquorum medicorum iudicio, & ſicut ex propriis ſignis apparet. Amplitudo enim venarum, color ſubniger corporis, pi-
A lorum multitudo nigrorum, craſſorum & criſporum, maxima ad venerem promptitudo, inſignẽ quandam hepatis caliditatem præ ſe ferunt. Animi verò conſtantia, & in rebus agendis audacia & vehementia, cùm maximo arteriarum motu, cor planè calidum oſtendunt. Sed nemo prudẽs medicus vel philoſophus ignorabit, hepatis & cordis inſigni exiſtente caliditate, ſi etiam cerebri caliditas acceſſerit, neceſſariò fore, vt vir talis ferorum & barbarorum morum, ſit truculentus, cru-
B delis atque inexorabilis, cùm ſpiritus animales non habeant vbi ſedentur & miteſcant. Sed Magnificus dominus iracundus quidem eſt, ſed facilè placabilis, mitis, manſuetus, optimorum morum, ac præterea prudentiſsimus. Quę omnia arguunt vel frigiditatem cerebri, vel temperiem in quo ſpiritus temperantur, ſicut eſt ſententia philoſophi & ſecundo de Generatione animalium, & 30. ſectione Problematum. Præter hanc qualitatem actiuã, quàm in cerebro eſſe opinamur, cre-
C dimus etiam in paſsiuis ad ſiccitatẽ potius declinare: ingenij enim perfectio & iudicij ſtabilitas, opinionumq; grauitas, memoriæq; tenacitas, ſiccitatẽ mihi, non humiditatẽ oſtendunt. Tale igitur erit cerebrũ magnifici Domini, vt ſi à naturali ſuo temperamento recedat, receſſus ſit potius per frigiditatem & ſiccitatem. Quib. ita ſe habentibus ſequitur quòd primò circa caput raræ texturæ & habitus ſit: ſecundò, quòd alimentum proprium non cõcoquat ita exactè: tertiò, quòd excremen-
D ta tam propria quàm aliunde tranſmiſſa non facilè expellat & difflet: quartò, quòd facilè admittat vapores & materias aliunde tranſmiſſas. Iſta enim omnia ſymptomata familiaria ſunt temperaturæ frigidæ & ſiccæ. Et hæc ſufficiant de cerebro, de quo multus erat habendus ſermo, quoniam in illo principaliter doloris cauſas inueſtigamus. De hepatis verò & cordis temperatura idem erit iudicium, quod obiter ſuperius retulimus: vtrunq; enim horum membrorum inſigniter calidum eſt.
E Nam hepatis caliditas oſtenditur facilè ex corporis colore nigro, ex multitudine pilorũ nigrorum craſſorum, & criſporũ, ex multitudine venarum, & quòd plurima bile redundat, atq; in ipſa cute citrinus color cum fuſcedine apparet. Cordis caliditatem oſtendit maximus & velox arteriarũ motus, animi vigor, & promptitudo ad iram. In ventriculo autem nõ eam eſſe caliditatem, quæ rectæ concoctioni requiritur, indicat generatio pituitę, quæ nullam aliam probabilem cauſam habere po-
F teſt ſuæ generationis in hoc corpore, quàm ipſius ventriculi frigiditatẽ. Sed & habitus abdominis hoc idem indicat: eſt enim gracile & ſine pinguedine, quod quidem ad calorem retinendum & coctiones adiuuandas maximi iuuamenti eſt, ſicut eſt & Galeni & Ariſt. ſententia. His ita explicatis & cõſtitutis, apparet iam quemadmodum in hoc corpore ſint omnes diſpoſitiones ad capitis repletionem & dolorem excitandum idoneæ. Primò frigiditas & ſiccitas cerebri, de qua proximè
G multa diximus. Secundò hepar calidum, cuius ratione ſanguis feruẽs plurimos generatur, ex quo feruore neceſſariò plurimi vapores redduntur capiti ex toto ambitu venarum, vt optimè dicebat

Galenus 3. de Locis affectis. Accedit ad hoc cor- A
dis caliditas, à qua etiam ſpiritus feruentes & mo
biles generantur, qui confertim & cum impetu
ad cerebrum delati, extendunt, percutiunt, ape-
riunt: agitantur enim interclusi in anguſtis locis,
vnde neceſſariò dolores excitantur. Propterea
frequẽter deprehendit Magnificus dominus ipſa
experientia dolores capitis repẽtè excitari, & fa-
cilè etiam diſcuti, non ob aliam rationem, quàm
quòd ſpiritus ipſi mobiles ſunt: & ſicut citò mo-
uentur, ita etiam citò diſſoluũtur. Eſt vltima cau- B
ſa, pituitæ in ventriculo generatio, quæ in vapo-
res verſa propter caliditatem adiacentium mem-
brorum ad caput aſcendit, dolores excitat: inde
eſt quòd ſæpe percipit grauitatem capitis proten
ſam ad oculorum radices, & quòd dolor extendi-
tur vſque ad aures cum quodam ſibilo, qui inci-
pit circa primas colli vertebras. Grauitas autem
eſt à vaporibus pituitoſis tanquam craſsioribus,
extenſio vero ad aures & radices oculorum, quo-
niam pertingit craſſus vapor, & percutit interiorẽ C
cerebri membranam. Sibilus autem non aliunde
prouenit, quàm quod vapor craſſus & viſcoſus
agitatus à calido, & non ita facilè reſolutus, ſtre-
pitum facit, quemadmodum vapor venti propul
ſus in aere. Quòd verò in occipite dolor incipiat,
inde eſt, quoniam vapores à ventriculo ad cere-
brum eleuati, neceſſariò per œſophagum tranſ-
eunt, qui in parte poſteriore poſitus eſt. Ergo vt
dolor iſte capitis eſt multiplex, ita etiam multi-
plices habet cauſas: ſanguinem vaporoſum & fer D
uentem hepatis ratione, quòd calidius eſt: ſpiri-
tus vitales calidos igneos, qui facilè ad ſuperiora
feruntur. item, pituitoſos vapores à ventriculo
delatos. Atque ita in confeſſo eſt dolorem iſtum
capitis fieri per cõſenſum purum ab inferioribus
partibus propter vapores & ſpiritus aſcendẽtes,
& non alio vitio capitis vel cerebri, quatenus eſt
membrum organicum, licet ratione temperaturę
vnam tantùm auferat actionem, vt non multum
reſiſtat, vel repellat, aut diſſlet cauſas alterantes, E
in reliquis penitus culpa vacat. Ac inde eſt, quòd
non aſcendentibus vaporibus præter naturam,
caput ſaniſsimum perſiſtat in omnibus ſuis ope-
rationibus noxa carens: illis verò elatis, longè mi
nori parte temporis patitur caput. paucis enim
horis dolore caput affligitur, reliquo toto tempo
re omnino excitatiſsimum eſt, & omni nocumen
to carens. Ergo & rationibus & ſignis oſtẽdimus,
illud eſſe quod à principio propoſuimus de hoc
capitis dolore. Et hæc ſatis de cauſis & eſſentia F
ſymptomatum & morborum in hoc Magnifico
domino exiſtentium. Quantum ad curationem,
nihil aliud addendum occurrit, quàm quòd iam
præſcripſimus in ſequenti conſilio: ad id recur-
rat: & ita integrum erit cõſilium tam quo ad ſpe-
culationem & cognitionem cauſarum, quàm quo
ad curationem.

CONSILIVM X.

*Hoc conſilium an cum præcedenti ſit coniun-
gendum, viderint qui coniunxerint in ma-
nuſcripto exemplari.* G

DOLOR periodicus capitis tam in an-
teriori, quàm poſteriori parte capitis,
magis tamen in anteriori, in hoc nobili
viro incipiens cum frigiditate pedum,
deinde inuadens totum caput, & præcipuè mor-
dicans ambos oculos, qui iuuatur ab adſtrictio-
ne & repreſsione, quam ipſe facit à natura edo-
ctus, manibus validiſsimè comprimendo, nec po
teſt pati frigus præſente dolore, imò neceſſarium
eſt, vt totum corpus caleſcat & calefiat arte, quod
iugiter fit pannis calidis applicatis: præcipuum
tamen iuuamentum eſt calefactis naribus, deſi-
nens poſtea cum ſudore copioſiſsimo totius cor-
poris, & relinquens in palpebris impotentiá mo-
tus. Talis inquam dolor cum huiuſmodi ſympto-
matibus, proculdubio per conſenſum eſt à ven-
triculo & toto ambitu venarum, eleuatis vapori-
bus vndecunque: & ideo etiam totum caput do-
let, magis tamen anterius quàm poſterius: quo-
niam pars anterior & calidior & apertior, magis
recipiens excrementa, & ſenſibilior, ac præterea
vapores eleuati à ventriculo craſsiores & plures,
nec tamẽ facilè diſſolubiles. Cuius ſignum, quòd
finito dolore adhuc remanet impotentia motus
in palpebris, propter reliquias vaporũ craſſorum
in membranoſis illis partibus impactas, nec diſſo
lutas. Incipit autem cum frigiditate pedum: quo-
niam dolore in ſuprema parte exiſtente, calor ma
ximè & ſpiritus ad illas partes vergunt ſimul cum
vaporibus calidis & acribus Sed cùm caput va-
lidè manibus aſtringit, ideò iuuatur, quia repri-
muntur vapores, & caput roboratur, ne tam faci-
lè ſuſcipiat vapores. Læditur à frigore, quoniam
dum friget corpus, pori adſtringuntur, vaporesq;
magis recluſi aſcendũt ad caput: at calefacto cor-
pore relaxantur diſſlanturque vapores & auer-
tuntur. Et præcipuè iuuatur, quando nates cale-
fiunt, quoniam maximè ad oppoſitum trahuntur
ac vertũtur vapores. Cuius ſignum manifeſtum,
quoniam declinante dolore totum corpus in co-
pioſiſsimum ſudorem reſoluitur: tunc enim va-
pores planè ad diuerſas partes reſoluũtur, & per
ſudores educuntur. Tum etiam, quòd lõgè dete-
rius habet, quando aluus adſtricta eſt, vaporib. ſ.
magis eleuatis, & quòd irritatur periodis ab ani-
mi moleſtiis, quoniam inde caleſcit caput & im-
becillius redditur. Etiam ab aere tá calido quàm
frigido, quoniá calidus aperit, rarefacit, attrahit:
frigidus denſat, comprimit, prohibet diſſlari va-
pores eleuatos, & à proprio alimento capitis ge-
nitos. Iuuatur à pillulis aloeticis: euacuatur enim
ventriculus eis. Curatio huius nobiliſsimi viri in
hoc conſiſtit, vt maximè corroboret caput, & to-
tum corpus exquiſitiſsimè mundum conſeruet.
fiet id præcipuè propoſita ſibi recta viuẽdi ratio-
ne. Cauebit ergo ab aere alterante caput tam fri-
gido quàm calido, tam humido quàm ſicco: ex-
ceſſus enim omnes euitandi, & temperies eligen-
da eſt: ideo nec noctu exponat ſe aeri, neq; in ſole
ambulabit. Abluet caput ſingulis ſeptimanis ſe-
mel, ſuauiſsimeq; ſine multa frictione exiccabit:
roſæque, ſaluia & fruſtulum agarici bullient in li-
xiuio. Cauebit à vino potenti: ſed & acidum au-
ſterumq; euitabit, eligetq; tenue, maturum, pau-
ciferum,

ciferum,quod etiã parcè bibet.Simplici cibo contentus erit,parciusq; cœnabit, nec niſi poſt duas horas cubitum accedet. Fugiet diurnum ſomnũ, ac venerem:vteturque ſingulis diebus antequàm è lecto ſurgat frictionibus vniuerſi corporis, & poſt frictiones linimento ex oleo garyophyllorũ, quod venditur ab vnguentariis. Prouidebit ſingulis diebus vt ſubducatur aluus, & ad hoc vtetur pinguiſsima terebinthina pōdere triũ drachmarum,tribus horis ante prandiũ,quã deuorabit hoſtia aut ſimili re inuolutã. Præſtantiſsimũ eſt, ſi quotidie hora vna ante prandiũ deglutiat zucchari roſati ſemunciã. Bis in anno purgandũ conſulo, quemadmodũ viſum fuerit præſentib. Medicis. Singulis ſeptimanis ſemel ſaltē ſumet ante cœnã drachmã pillularũ de hiera ſimplici. Tempore paroxyſmi,dum primò incipit,illinet frontē, vtraq; tempora,collũ, & circa ſcapulas dimittendo ſpinã,quæ nullo modo tangetur tali linimēto.

℞. Terræ ſigillatæ,
Boli Armeni orientalis ana ʒ j.
Hypociſtidos
Acaciæ ana ʒ ij
Albuminũ ouorũ cōquaſſatorum num.3.
Aceti mediocris ℥ iij. Miſce.

CONSILIVM XI.

De dolore capitis cum variis ſymptomatib. pro nobiliſsima quadam matrona.

HABITA matura conderatione omnium ſymptomatum, quibus affligitur hæc nobiliſsima matrona, reductis omnibus ſeorſim in ſuas cauſas, quemadmodum nos opinabamur : iudicauimus tria membra vniuerſales eſſe cauſas eorum omnium accidentium, à quibus tãquam à principiis & origine omnia naſcantur incommoda, hepate inquã,cerebro & ventriculo.Atq; hepar quidē naturali ſua ac fortè etiam aduentitia caliditate,plurimum ſanguinis feruentis,bilioſi & aduſti generare. Ventriculũ tum ratione imbecillitatis propriæ,tum etiam ratione obiectorum,cibi inquam & potus, quorum vſum audimus ſine aliquo delectu eſſe,plurimum generare pituitę,quę partim per venas diſtribuitur,partim in vapores verſa ad cerebrum aſcendit, partim in ipſo ventriculo & inteſtinis immoratur,motura menſium tempōre dolores illos & flatus, qui deinde facilè ſuperius & inferius extrudantur. Cerebrum præterea ſiue ob innatam humiditatē,ſiue ob acquiſitam,quod magis credo, accedentibus plurimis ac moleſtis cogitationibus, neque ipſum deeſt inquam plurimis frigidis humoribus generandis,qui deinde ad ventriculum per vias latas & communes,tum per venas ac ſpinæ vertebras per totum corpus diſſeminati ac ſanguini admiſti, ſtatis temporibus generant extremitatum intolerabiles dolores ad illas partes expulſi. Cum verò totum corpus perpetuò redundet feruentiſsimo ſanguine, qui tanquam alimētum ad ſingulas corporis partes neceſſariò defertur, quæcunq; eius pars ſubtilior acriorq; eſt, ad cutim tanquam excrementum defertur, attenuata ſubinde & inſenſibiliter difflata. Hæc igitur pars ita attenuata & ad exitũ

A parata, ſi fortè frigori vel ex aqua vel aere occurrerit,ſtatim condenſatur,meatusque adſtringuntur. Vnde introcluſi ſpiritus illi tenues, acres & mordicātes,neceſſariò primò excitant pruritum, deinde dolorem, multiplicata videlicet materia & ſibi inuicem ſuccedente : vnde etiam in ea parte dolente ex multiplicatis ſcilicet vaporibus,color flauus apparet. Hoc autem ita eſſe facilè indicat cōſueta curatio. Audimus enim, quotieſcunque rurſus locus incaluerit,vel frictione vel re ca- B lida admota, euaneſcere ſtatim pruritũ, dolorem & colorem flauum. Hęc igitur cum ita ſe habeant, ſintque illæ tres vniuerſales cauſæ in ventriculo, cerebro & in hepate, ad quæ ſingula referuntur, dicimus quidem perfectam curationē in hac nobiliſsima matrona non eſſe exigēdam : neq; enim eorum membrorum vel naturales, vel tanquam naturales diſpoſitiones tolli poterunt,in pueritia ſecus certè, iam autē eſt plurimis negotiis implicata. Credimus tamen magna ex parte ſedari poſ- C ſe ſymptomata, ſi duo procurabuntur. Primò,vt corpus bene expurgatum ac difflabile tam internè quàm externè reddatur,viæque omnes ad naturalem diſtributionem & excrementorum expulſionem aperiantur. Secundò,ſi membra alterentur,hepar quidem ad moderatiorem càliditatem reducendo,cerebrũ modicè exiccando, ventriculum calefaciendo. Hæc eſt ſumma intentionum ,iudicio noſtro, quas in hoc caſu debet Medicus intueri.Inter inſtrumenta autem particula- D ria primò quidem eſt diligens victus ratio, deinde opportunę euacuationes tum per pharmaciã, tum per ſanguinis miſsionem. De ratione victus ſtatim apparet eum eſſe eligēdum, qui & optimo alimento corpus reficiat, & nullo incōmodo afficiat. Erit igitur primùm circa aerem ita ſtudendum,vt in eo nullus exceſſus appareat: ſiue enim calidus, ſiue frigidus fuerit, ob membrorum diuerſitatē ſemper habebit quod huic nobiliſsimæ matronæ negociũ faceſſat. Moleſtias animi quan- E tum poteſt effugiat, ab hac enim cauſa multum detrimenti acceſsiſſe arbitramur.In cibo & potu, cauendum à vinis potentibus, præcipuè ſi nigra & craſſa fuerint. Limpidum ergo vinum eligere oportet, bene maturum, mediocris potentiæ,vel album vel nigrum. Omninoque cauebit à potu aquæ, quam ſi propter aliquam occaſionē bibere cogatur,eligat quæ in illa ciuitate laudabilior habetur,admiſceatq; vinũ : pura enim nequaquam bibenda eſt. Carnes omnes antiquas, bubulas F præſertim : effugiat & quæcunq; ſunt auium paluſtrium. A ſalſis omnibus abſtineat, ab acribus, qualia ſunt cepæ,allium : & lacticiniis,& præſertim antiquo caſeo, & paſtilibus : à piſcibus paluſtribus.quod ſi etiam piſces optimi fuerint,parcè quoque illis vtatur, quamuis eorum vſum non omnino interdixerim.Olera,preſertim ſylueſtria ſunt omnino euitanda. Fructibus etiam horariis parciſsimè vtatur,& nōniſi ante cibum: omnino enim à cibo ſunt fugiendi.Studeat vt quotidie be- G neficium alui habeat, quantumq; matronæ conuenit, corpus matutinis horis exerceat, pomeridianis quieſcat potius, iucundeque cum familiaribus tempus tranſigat. Hæc quantum ad victus

rationem pertinet. Pro euacuatione, bis ſingulis annis euacuabitur, Veré inquam & Autumno, ac primò per ſanguinis miſsionem, deinde per pharmaciam: ſanguinis tamē miſsio ſemel tantùm ſingulis annis ſufficiat, atq; illud Vere magis quàm Autumno. Si igitur feruor temporis hoc anno nō impedierit, purgari poterit in hoc Iunio menſe, primò cum vncia vna floris caſsiæ, adiectis drach. duabus ſpecierum hieræ ſimplicis. Quo pharmaco ſumpto, proximo ſequenti die ſyrupum accipiat, qualis eſt infrà ſcriptus.

R. Syrupi de cichorea Nicoli cū Rhabarbaro,
Mellis roſati ana ℥ j.
Aquæ betonicæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſeptem. Sumptis duobus primis ſyrupis, mittatur ſanguis à vena communi dextri bracchij vſq; ad vncias octo vel decem. Poſt ſeptem ſyrupos bibat infraſcriptum Pharmacum.

R. Confectionis hamech ʒ iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥ iiii.

Cum aqua betonicæ fiat potio danda in aurora cum cuſtodia. Quòd ſi feruore æſtatis impediente purgari non poterit, ad proximum menſem Septembris differatur. Hæc quátum ad euacuationem vniuerſalem ſingulis annis ſeruandá. Atque vt melius tum euacuari, tum etiam auerti poſsint humores, conſulo vt præter annuas illas euacuationes habeat quaſdam pillulas familiares quibus frequenter vtatur: erunt autem ſine cuſtodia, & ſine aliqua moleſtia ſumendæ, qualis eſſet huiuſmodi deſcriptio.

R. Rheubarbari electi,
Aloes optimæ,
Myrrhæ ana ʒ iij. Croci ℈ j.
Sandalorum citrinorum,
Roſarum rubearum,
Myrobalanorum chebulorum ana ʒ s.
Garyophyllorum ℈ ij.

Pulucrizentur omnia ſubtiliſsimè: deinde aſpergantur ſucco roſarū puro, & permittátur exiccari, & ita reiteretur ſepties: poſtea cum melle roſato fiat magdaleon, de quo fiant pillulæ pro ſingula drachma tres, de quibus vnam, aut alteram, aut etiam tres, ſi parū eduxerint, ſumat hora vna ante cœnam, ter aut ad ſummum quater in mēſe. Hæc igitur ſatis dicta ſint, quantū attinet ad vniuerſalem corporis purgationē, quemadmodum antea pollicebamur. Quantū verò pro membrorum alteratione & corroboratione, primò quidē caput quater ſaltem in menſe lauabit hoc modo: Fiat lixiuium ex cinere ſalicum aut vitis, in quo deinde coquantur roſæ, folia myrti, maioranę, camomillæ, ſingulorum M.s. cum drachma agarici electi. Deinde forti colatura & expreſsione facta ſingulorum, hoc decocto caput lauabitur. Item ſingulis ſaltem ſeptimanis in tinea vel dolio ad id commodè fabrefacto, quod ſit oblōgæ vel oualis figuræ, totū corpus fouebit, & lauabit cum aqua dulci moderatè calida, in qua decocta ſit camomilla, anethum, pulegium, maiorana & betonica. Ventriculo ceratum apponat confectum ex maſtiche, aloe, myrrha & ladano partib. æqualibus, quod perpetuò adhærebit ventriculo, præter horas quibus moratur in balneo, & præter diem in quo ſumet pillulas, & proximè ſequentē. Vtarut quàm poterit frequentiſsimè zuccharo roſato optimo vnius anni, quod ſumat hora vna ante cibum mane, ſeu ante prandium, pondere vnius vnciæ, aut ſaltem dimidiæ. Quòd ſi etiam, his non ita perfectè conferentibus, cauteria fierent in tibia vtraque in loco conſueto, crediderim fore illi remedium præſtantiſsimum. His omnibus ritè peractis ſperamus nobiliſsimam matroná ſe melius habituram, & à deterioribus diſpoſitionibus præſeruatum iri, ad laudem Dei optimi maximi, cuius nomen ſit benedictum in ſecula.

Consilivm XII.

Pro matrona capitis dolore laborante, obſeruata.

VENETA quædam mulier Nobilis, annos nata 40. pinguis & bonæ conſtitutionis, menſtrua etiam ſuis debitis temporibus habens, tribus iam menſibus laborabat acutiſsimo dolore capitis prope ſinciput in vertice, qui per vices eam vexabat, bis, ter, quater, aut ſæpius in die, cū rubore faciei, dolore & aliis ſæuis accidentibus. Durabat aliquádo per integram horá, & cùm ceſſabat, materiam pituitoſam, lentam & viſcidam expuebat. Poſt aliquod interuallum denuò redibat dolor. Venetiis fuit purgata aliquoties, ſed nihil profuerunt medicinæ. Montanus ſanguinem miſſurus erat, ſed quia à phlebotomia abhorrebat mulier, interim dum tempus magis commodum aduentaret, bis aut ter in ſeptimana iuſsit ſumere pillulas ex aloe, & ſingulis diebus mane maſtichē maſticare. Aloen dedit ad diuerſionem materiæ, quá à ventriculo frigidiore & hepate calidiore ad caput aſcendere iudicabat, vt aloe pituitá & bilē, & ipſas etiam fęces euacuaret, & materiá paulatim ad oppoſitum fluere aſſuefaceret. Maſtichē verò ad particularē materię in capite exiſtētis euacuationem ordinabat. Ante omnia verò bono victus regimine vti voluit, & vinum quod antea nigrum & merum bibere ſolebat, album ac tenue eſſe voluit. Hæc ſi non prodeſſent, ad fortiora, & ipſam ſanguinis miſsionem progrediendum cōſulebat.

De alia nobili Matrona diuturno capitis dolore vexata.

NObilis quædam mulier, vehementiſsimo ac diuturno capitis dolore laborabat per interualla nō regularia: cui varia à medicis erant adhibita remedia, in melius tamen nihil profecerat, quòd ſcil. menſtrua alba, quib. laborabat, ipſi non reſpicerent. Montanus aút obſeruauit, menſtrua illa cauſam eſſe huius doloris, idq; ex vrinis viridibus, leuiter ad olei colorē accedentibus, cū plurimo ſedimētò albo, per totá ſubſtantiam ſparſo. Hanc itaq; purgatá, ad Thermas Apponenſes mitti voluit, vt eas biberet, & poſtea in ipſis etiam ad vberiorē exiccationē & calefactionem lauaret.

Consilivm XII.

Pro muliere Brixiana patiente dolorem capitis, cum aliis ſymptomatibus, quæ prolixè in hoc colloquio recitauit Friſimelica.

Expē.

A EXPERIMVR quotidie, diuerſa via in cõſultationibus eſſe procedendum: quandoque enim exponitur morbus, omiſsis ſymptomatibus, quandoque contrarium fit. Cùm proponitur morbus, ſumus breuiores. Hîc verò cùm tãtum ſymptomata ſint aggregata, morbo relicto, reducamus ea ad ſuas cauſas, vt poſtea curationem inſtituamus. Habemus dolorem capitis, dentium, quoſdã etiam dentes exeſos: item quòd dolore circa crura, re- B nes,&c. vexetur, quodque accidentia ſeruant periodos, cùm ſcilicet menſtrua profluunt. Capitis verò & dentium dolor eodem modo ſe ſemper habent: poſtea alia ſymptomata ſeparata ſunt, dolores in plantis pedum, & manibus, ac vbi aqua frigida contingitur, vel lixiuio quoque frigido, aer quoque frigidus quocunque tempore in ea parte occurrit: excitatur pruritus, quem ſequitur color citrinus: hinc papulæ, vel puſtulæ, quæ ceſſant, vbi incaleſcit locus: hocque accidens ipſa moleſtiſsimum ſibi eſſe dicit: ac in tempore hye- C mis licet optimè operiatur, tamen inferior pars circa malleolos, quam non attingunt veſtes, pruritu & puſtulis occupatur. Sed quoniam eſſet prolixum circa ſingula cogitatione verſari, reducantur ad principium cõmune vel omnia, vel pleraq;. Oportet nos facere, quemadmodũ Mathematici, qui dum non habent certum natiuitatis tempus, à poſteriori videlicet, quę in vita hominis acciderunt & moribus inueſtigant. Sic hîc faciamus, à D primis annis habuit dolores capitis, & dentium, delectata eſt cepis, & rebus acribus: quare, licet non habeamus indicium certum temperaturę ex pilis craſsis, colore ſubnigro cutis, à poſteriorib. arguemus, cuius ſit tẽperaturæ. Habet ſuos menſes, & ſentit hinc inflammationẽ & dolorem, qui ſedatur percepto frigore. Hinc credo eſſe in ea ſanguinẽ calidiſsimũ ſingulis menſib. exeuntem. Si ſanguis calidus generatur, itaq; à membro calido, ideò hepar calidiſsimum eſſe inde colligere quilibet poteſt. Eſtq; dolor capitis certiſsimũ ſi- E gnum calidi hepatis, vt Gal. lib. 3. de Locis affect. de dolore capitis aſſerit. Quia calidũ hepar plurimos ſemper facit vapores, facit etiam ab ambitu venarum aſcendere: orta enim ſuis principiis atteſtantur. Ex his itaq; arguerem hepar eſſe calidũ, & huius ratione dolet caput, non per eſſentiam, quia viget in operationibus: nec continuè dolet, ſed per interualla. Naturalis quoq; temperies capitis videtur calida, & ſicca, & ſi quid humidum in capite eſt, aduentitiũ eſt. Capilli ſunt duri, qđ F non prouenit ab humiditate: hæc enim calorem temperat, & pilos molles efficit. Humiditas itaq; capiti huic non eſt naturalis, ſed aduentitia. Multùm quidem dormit, excernit multum ex capite, quod humiditatẽ quoq; capitis arguit, nõ naturalem, ſed aduentitiã, ſicut videmus eſſe in aliis multis. Stante igitur caliditate inſigni hepatis, & malo victu, & accidentibus animi, cerebrũ debilitatur. Omnia calidiora (vt Gal. 2. de Tẽperamentis ait) tempore paracmaſticæ ætatis redduntur fri- G gida. Remanent tamen pili nigri, licet immutetur temperatura. Facto itaq; (reſpectu curarũ multarum & ætatis) frigidiore cerebro, incipit redundare pituitã, quoniã reſoluto calore non fit tã bona concoctio: & vbi eſt hepar calidũ, facilè ex mala victus ratione vẽtriculus fit frigidus. Hinc mẽſtrua alba, quæ prouenerunt ratione ventriculi, non bene concoquentis, & generantis plurimam pituitam. Cumq; hi humores aſcendentes etiam caput replent, ac multiplicetur pituita in toto corpore, nõ mirũ, ſi dum patitur menſtrua, varios ſentit dolores. Dolores inquã circa profundũ crurũ, qui ſtatim ſedantur, vbi emittit flatum, vel per ſuperius, vel inferius, quod ſignificat, frigidos flatuoſos humores has partes occupare, eiſq; dolorem inducere. Occupant profundas partes, quia muſculi etiã profunda crurũ occupãt, & muſculi non facilè hos flatus ſuſcipiunt, ſed cauitates intra & infra muſculos verſus os. Flatus autem in ventre hos fouere in cruribus apparet, quia his emiſsis ceſſant. Sunt verò hi dolores tẽpore menſtruorum, quia tum tẽpore debito, non ſanguinẽ ſolùm, ſed eum excrementoſum, aliis humoribus miſtum expurgat, & ſic in hoc motu, eã quæ expelli non poſſunt, in flatus ibi cõmutantur, & dolorem inferunt. Dum ſanguis erumpit feruidus, & occupat locũ anguſtum, incaleſcunt renes ob propinquitatem, & flatus magis concitantur. Primò itaq; in capite generatur dolor, ob ipſius frigiditatẽ, ac ventriculũ & hepar demandãtia. Dentes vbi materia expellitur è capite, quia debiles, accipiũt hanc, hinc ab acutiori materiã dens eroditur. Habemus iam pleraſq; cauſas, reſtat tamen aliud ſymptoma, quod, vbi occurrit frigori, ſequitur pruritus. Mirum, quòd à cauſa frigida cauſetur calor. Dico quòd habet cutim rarã, inde acre quod eſt in ſanguine, difflatur: ſanguinem nanq; calidiſsimum habet. Vbi verò ob frigiditatem conſtipantur pori, & vapores erumpentes nequeunt difflari, faciunt pruritum, qui ceſſat, vbi membrum aquę dulci imponitur, nullaq; alia cauſa pruritus à Gal. aſsignatur. Hinc eleuatur hæc materia, & in papulas conuertitur, vbi tamen accedit caliditas dilatans poros, materia euaporat, & ſedatur iſte tumor, calefactus vel frictione, vel appropinquatione rei calidæ. Vltimum ſymptoma eſt, quòd ſentit feruorem in plantis pedum, quod fit, quia hæ magis ſunt conſtrictæ, & remotæ à caloris fonte. Vnde vapores ſalſi retinentur, & excitant dolorem, quia non ita difflari poſsint vt in partibus propinquis. Iſta vtitur cibis craſsis, & aqua Brixiana, quæ eſt humidiſsima, & frigidiſsima. Hinc habet botium atq; breue, & craſſum collum, vt omnes ferè mulieres Brixianæ: hæ enim in ocio viuunt. Viri autem nõ ita craſſum collum habent, quia exercentur. Comedit quoque vna Brixiana mulier plus quàm aliæ quatuor.

Prognoſticon. Credo quòd potius præſeruabitur quàm curabitur. Hæc enim ſymptomata omnia naturales quaſi diſpoſitiones ſequi videntur, quæ non tolluntur 42. anno. Præſeruabitur igitur, ne in deterius incidat, recta victꝰ ratione. Abſtineat autẽ à curis, & animi moleſtiis: ex his enim fiunt aduſti humores, & peſsima concoctio, ac in omnibus ſex rebus non naturalibus ita ſe habeat, vt generetur ſanguis bonus. Circa euacuationes, in anno bis euacuabitur, Autumno & Vere.

Stante enim in æqualitate membrorũ, ſemper augentur materiæ vitioſæ, dicitq; Galenus ſe plurimos à podagra curaſſe euacuationibus bis in anno. Miſsio quoq; ſanguinis erit neceſſaria propter calorem hepatis. Purgetur poſtmodò, & vtatur Rhabarbaro, ſiue cũ ſaccharo roſato, ſeu quoquo modo. Sic enim aduſti humores euacuarentur, & ventriculus confortaretur: nec enim Rhabarbarum ita calefacit, vt Aloe. Ad humores aduſtos quoque contemperandos, rectè vteretur decocto radicum Cichorij, cuius hoc eſt proprium, vt nõ calefaciat hepar, nec infrigidet ventriculum. Darem ſaccharum roſatum cum ſpeciebus Diarhodon abbatis. Proponitur nunquid conuenirent cauteria? dicerem quòd ſic, & facerem ea circa crura, ſic enim vapores incluſi facilius exirent: circa bracchia quoq; non nocerent, ſi vellet eo in loco illis vti. Caputpurgia ſint leuia, vbi naſus non facit officium ſuum: vtatur etiã maſticatione Pyrethri, quod vacuat à loco exquiſitiſsimè. Expertus ſum, Cedria (quam vulgò Sandaracham vocant) cocta ſedari dolores dentiũ: eſt autem gummi Iuniperi, & credo Iuniperum noſtrum, veterum Cedrum eſſe. Coma etiam Iuniperi in aceto, vel vino, ſedat eoſdem dolores dentium. Tũ Galenus dicit gummi cedri ſedari dolores dentium, idem quoq; Dioſcorides & Auicenna: poteſt autem Sandaracha coqui, vel dilui in aceto.

Consilivm XIIII.

De dolore capitis & ventriculi periodico, in colloquio.

CLARISSIMI Domini Doctores, videtur neceſſarium, vt nos conſideremus caſum magnifici huius domini, & ea, quæ iam plurimis annis ſymptomata perpeſſus eſt: tria enim ſunt. Primò exceſſum caliditatis in hepate habuit quaſi naturalem, & ſunt multi anni ex quibus perſeuerat: ventriculus autem fuit, & eſt frigidior, caput imbecille, & receptabile plurimorum excrementorum. Facilè igitur eſt videre, quomodo inciderit in hanc diſpoſitionem. De doloribus verò, quos perpeſſus eſt nõ agam multis, quia aliàs dixi quòd generentur à materia pituitoſa, flatuoſa & viſcoſa, collecta in ventriculo, quę ſtante caliditate hepatis, neceſſariò quaſi ebullit, & ſe effert, ſicut fit in vitioſa coctione. Et adeſſe huiuſmodi humores, qui ſunt cauſa malorum, res ipſa teſtatur. Statim enim ceſſant dolores circa iecur, & ventriculum, eiecta tali materia. Conſiderandum modò eſt, quomodo ſit curandus, & cùm ſit periodicus dolor, an videatur habere cauſas ſeparatas, an verò cauſam habeat fouentẽ. Quomodo ſit curandus: Optima ſedatio doloris eſt euacuatio huiuſmodi humoris peccantis, & poſteà corroboratio membri. Cauſæ autem & quomodo periodicus dolor efficiatur, videndum eſt. Cùm illa tria membra ſic ſe habeant, ſicut diximus, perſeuerante frigiditate ſtomachi, caliditate hepatis, & ſtante imbecillitate capitis, plurima neceſſe eſt generari excrementa, quæ expelluntur ſemper ad locũ debiliorem. Omnia igitur videntur concurrere, quare debeant ſymptomata perſeuerare, quia membra A mandantia ſunt diſpoſita ad generandam talem materiã. Caput autẽ imbecillũ eſt, & octo annos durauit quidẽ hæc diſpoſitio membrorũ: ſolebat nanq; antea laborare vertigine, ita quod dubium eſſet, an efficeretur Epilepſia, an vertigine, & nõctu multum ſeminis emittebat. Nunc ſentit materiam deſcẽdere ad ventriculum, quod poteſt percipere optimè, antea autẽ ſenſerat per nuchã fluere. Ex vrinis oſtenditur aliquid bilis adeſſe, eſt enim color rufus. Cauſa igitur huius periodici do- B loris, eſt primò ventriculus, plurimum generans pituitæ, imbecillitas capitis, cum hepatis caliditate generante multum bilis.

Prognoſticon. Hic dolor tamdiu perſeuerabit, quandiu aſcenſus vaporum durabit, donec vel naturæ, vel medici opera ſuccurratur ei, & ipſe etiã ſe melius gubernauerit, ac cõſtitutio anni melior fuerit: perſeuerantibus enim cauſis, perſeuerabit effectus.

Cura. Hæc dixi, vt oſtendere poſſem meam ſen- C tentiam, quia circa vnum & eundem ſcopum verſari debemus: & cùm videamus ſymptomata maximè vrgere, videlicet paſsiones ſtomachi, illis occurramus euacuatione materiæ, & præſeruatione capitis à vaporum aſcenſu tali. Quãtum ad ſymptoma præſens, Excell. veſtrę quærant cõcoctionem materię. Atq; plurimum non ſolùm prę-ſentibus, ſed futuris etiam accidẽtibus decoctum ligni prodeſſe iudicant: exiccabit enim ventriculum, & quia habet vim aſtringendi, quia amarum D eſt, & partes terreas habet, ideò etiam roborabit. Laudo igitur & laudaui etiã præteritis diebus id conſilium. Vt autem magis ſatisfiat ſuæ magnificentiæ, & vt etiam magis penetret hoc tempore, quando ex hyeme æſtatem factam videmus: lõgè magis mihi placeret, ſi decoctio fieret in aquis deſtillatis, potius quàm communibus. Subtiliores enim & tenuiores ſunt, & propter tenuitatẽ ſubſtantiæ facilè penetrãt. Abſinthij aquam accipiamus, quę cùm habeat amaritudinem, habet tamẽ E ſubtilitatem partium: & velim, ſi poſſet fieri, adderetur decoctum Abſinthij, ad ipſum decoctum ligni. Habet enim tenſiones in Hypocondrio dextro, nõ quòd patiatur obſtructiones, ſed ſunt veluti principium earum. Verùm in exhibitione ligni nõ eſt difficultas, ſed intentio noſtra eſt, ne ſit perpetuò in hac calamitate, & ne mala redeant. Quid igitur agemus circa hoc? Habemus cauſas propoſitas, & non fruſtra toties dixi, hepar calidum eſſe, ventriculum frigidum, caput imbecille. F Si bene cõſideremus hoc, & alia accidentia, quid habemus ex illa conſideratione? Id, vt operã demus quo materiã hãc diuertamus, ita haberemus intentionem noſtram, ſicut nos docet natura rei. Ad hoc tria ſunt nobis proponenda. Primò fient diuerſiones, & illæ propinquæ, pro quibus facerẽ cauteria propinqua, vt in bracchiis, vel occipitio, id dico admodum neceſſarium, quia durante hoc ſymptomate mortis erit periculum. Nam dolores deſtruunt virtutem, & habet nunc etiam aliquam G febriculam. Quare talis materia omnino eſt diuertẽda, vt aliud iter accipiat. Deinde exiccarem, & roborarẽ caput. Cauteria apud Arabes ſummè laudantur, apud Gręcos tamẽ multi reperti ſunt, qui

qui non capiti apponerent, ſed eorum loco ſinapiſmis, & veſicatoriis vſi ſunt, quibus primò fiunt veſicæ, & poſtea cruſtæ, & ita purgatur ſummoperè caput, eſtque tutius, quia non penetrant cranium, cuius penetratio eſt periculoſa, ne cerebrũ ipſum concidat. Erit itaq; hoc optimũ exiccare, & facere diuerſionem. Tertiò id libenter facerem, quia materia generatur quotidie in ventriculo: quæ ſurſum in caput aſcendit, velim, vt ea deorſum vertatur: quod fieret pillulis ex agarico & rhabarbaro. Vel darem aggregatiuas ſine colocinthide tamen, & ſcammonio: nimis enim periculoſum eſt, ſi illis aſsiduè vtatur. Vel aliæ fierent ſimiles pro eadem intentione. Credo, quòd ſi nos primùm euacuaremus ventriculum & bilem, quę generatur in hepate, & faceremus, quæ prædicta ſunt, quòd ſanitati reſtitui poſsit: & niſi his iuuetur, puto omnino non poſſe curari. Quantum ad præſens ſymptoma, laudo, vt perſeueret in his, quæ à veſtris Excell. rectè incœpta ſunt, & nõ accedant ad aliam opinionem, niſi alia accidentia contigerint. Igitur modò decocto ligni vtatur.

CONSILIVM XV.

De dolore capitis, cum anhelitus difficultate, & dolore dextri lateris, & febre leui, pro puella Maurocena in colloquio.

CONVENIMVS huc vt pro virili ſanemus hanc. Vt autem curemus rectè, oportet cognoſcere ægritudinem & cauſas, & corporis naturam: neq; tantummodo hæc cognoſcere debemus, ſed loca affecta particularia, & naturam ipſorum. Si enim iſta nõ cognouerimus, fieri non peterit, vt habeamus indicationes curandi. Primò ergo quę ſit ægritudo, vel quæ ſint ægritudines, & quæ ſymptomata, videbimus. Secundò quæ ſint cauſæ facientes eam. Tertiò, quæ loca affecta, & quæ ſit temperatura totius corporis. Poſtea ad curationẽ accedemus, & procedemus per capita, & concluſiones, quoniam cum Doctoribus, & non cum ſcholarib. habemus ſermonem. Pro recta igitur cognitione, oportet rememorari quædam audita heri, quòd hæc puella ferè ab ortu ſuo, ichoras & fluxus quoſdam emanantes à capite habuit. Deinde audiui, quòd icteritiam patitur, vt à quacunq; leui cauſa in citrinitatem totius corporis deuenerit. Iſta ſunt rememoranda, quia erunt ſigna rememoratiua, & coniecturæ ad cognoſcendum eſſentiam & cauſas ægritudinis. Quantum ad diſpoſitiones attinet, quibus affligitur in præſentia, audiui primò, quòd dolorem capitis patitur, & diu perſeueraſſe, vt etiam nunc conqueratur. Deinde quòd tanta difficultate anhelitus laboret, vt non ſufficiat diaphragma & thoracis muſculi ad dilatandum pectus: ſed etiam muſculi ventris inferiores & ſuperiores, qui non faciunt ad dilatationem pectoris, niſi vrgente neceſsitate. Conqueritur etiam de dolore ferè continuò exiſtente circa latus dextrum ſupra coſtas mendoſas è regione hepatis. Præterea de doloribus infeſtantibus noctu iuncturas brachiorum & tibiarum aliquando, ſed maximè brachium dextrum. Habet

A etiam febrem continuam, vnde hîc maximam neceſsitatem eſſe oportet: quoniam pulſus ſeruat motum vniformem, & motus hodiernus vniformis eſt cum motu heſterno. Pulſus verò vnum modum habet, inſignem ſcilicet duritiem, ac ſi chorda arcus extenſi tangeretur: vrinæ ſunt craſſę, multam & fœculentam habentes ſubſiſtentiam, non multam tamen intenſæ rubedinis: ſitique minimè vexatur, dolor tamen vehemens eſt. Omnia iſta rectè conſideranda ſunt, & quæ poſ-
B ſint eſſe cauſæ iſtarum diſpoſitionum: & fortè vnica erit cauſa omnium iſtorũ ſymptomatum. Ergo incipiam commemorare diſpoſitiones præter naturam. Habet caput quod continuè abundauit multis ichoribus, qui tamen ceſſauerunt. Citrinitatem etiam habet, qua ſemper ferè vexatur ex leui occaſione. Conſideremus & complexionem corporis naturalem, & quia hæc puella multam copiam bilis generat, multã habet caliditatẽ in hepate, ex qua ſanguis calidior generatur, cùm
C bilis ſit veluti ſpuma, & tanto feruentior ſanguine, quanto ſubtilior. Et cùm humor effundatur per totum, ſignum eſt, caliditatem plurimam in hepate eſſe. Multitudo etiam ſanguinis indicat eius temperaturam calidam & humidam. Sed quia video plurima pituita abundare, vt ex diſpoſitionibus illis apparet, & ægritudinibus quibus nunc torquetur, quæ dependent à pituita, ex hac coniectura iudico ventriculum frigidum eſſe. Maxima igitur eſt inæqualitas duorũ membrorum,
D vnde neceſſariò multiplicantur multi mali humores. Nam vtraq; mala intemperies facit ſemper malas coctiones. Cùm in ventriculo ſit frigiditas præter naturam, malè concoquit, & humores crudi aggregantur: & quia ſecunda cõcoctio non corrigit primam: vbi enim exceſſerit prima, non corrigitur, quin humor crudus non ſit crudus, cùm in ventriculo eſt genitus: & cùm hepar intemperatum eſt, in quo ſanguis generatur, ſi excedat ad intenſum, adurit: ſi deficit, crudos gene-
E rat humores. Cùm ergo hepar ratione caliditatis cholericum generet ſanguinem, ventriculus ratione frigiditatis pituitam, non eſt mirum ſi omnia hæc contingant, maximè cùm natura imbecillum caput habeat ſuſcipiens bilem plurimam, ac pituitam ſimul: quia Galenus & Auicenna inquiunt à natura ita inſtitutũ eſſe, vt debilia membra ſuperfluitatem ſuſcipiant aliorum. Non eſt mirum igitur, ſi puellæ debile caput, vt ex principio natiuitatis apparet, excrementa in ventricu-
F lo, hepate, & in ambitu totius genita ſuſcipiat: aſcendunt enim bilis & pituita ad caput, & ibi incraſſata deſcendunt, & omnes diſpoſitiones, quibus affligitur, generant. Et quia perpetuò vapores aſcendunt ad caput imbecillum & magnum, & hepar calidum, & vẽtriculum frigidum habet: ideo habet omnes cauſas, vt incurrere potuerit in has diſpoſitiones, quia habet omnia quæ poſſunt replere caput. Et ideo dolorem capitis incœpit pati, qui perſeuerauit, quia cauſæ perſeuera-
G bant: & quia repletio ad intẽtionem deuenit, defluxũ fecit, & ad inferiora decurrens ad loca magis præparata expellitur: ſunt autem imbecilliores iuncturæ. Deſcendit ergo materia pituitoſa

bili permiſta, tanquam vehiculo quodam per partes poſteriores, & per ſpondylos colli, per neruos aditum habens, vt inquit Galenus in 10. κατὰ τόπους, vbi de podagra loquitur. Occupat autem iuncturas, cùm ibi chordæ & cartilagines ſint, & loca exanguia: & cùm ibi detinetur, & imbibitur non facilè tollitur. Cùm autem materia iſta deſtillat ad pectus, catarrhum facit: cùm ad pedes, podagram. Eſtque eadem prorſus materia, bilis ſcilicet, & pituita, quæ omnes iſtas diſpoſitiones facit. Secundum autem quòd diuerſa occupat loca, diuerſa ſortitur nomina: vt cùm materia hæc occupat annulos aſperæ arteriæ, bronchus appellatur. Vnde autem cauſæ difficultatis anhelitus, & doloris in coſtis? Credo difficultatem anhelitus fieri, quia non poteſt pectus dilatari liberè, ſicuti oportet: non quòd adſit aliqua imbecillitas virtutis cauſans talem difficultatem, ſed ex copioſa materia. Et quòd non habet tuſsim, hoc prouenit, quia materia illa non eſt acris nec mordicat, & fortè excitabitur, cùm magis putridus humor fiet. Sed difficultas apud me eſt, vbi ſit cauſa efficiens dolorem in coſtis, & vbi ſit ægritudo, an in diaphragmate, vel in pulmone, an in muſculis exterioribus, vel in hepate. In hepate eſſe non poteſt, quia eſt ſupra hepar, & non excedit mendoſas coſtas. In diaphragmate eſſe non poteſt, quia maior eſſet difficultas anhelitus, & ſeuiora accidentia, & non eſſet ſine tuſsi: quia cum patitur diaphragma, excitatur tuſsis, etiam ſi in hepate fuerit materia, eam expellere natura quærit, ſi in pulmone non eſſet tantus dolor. Vbi igitur erit? Si volumus ſecundum rationem ſumere coniecturas, cùm per rationales coniecturas interiores ægritudines cognoſcantur, tertio de Locis affectis, crediderim hanc affectionem eſſe in muſculis exterioribus, non in membrana, quia dolor ille acutior & accidentia ſeuiora, vt patet in iis, qui habent falſam pleuritidem. Afficitur autē dolore, quia muſculus valde ſenſibilis eſt: & cū non rectè dilatari poteſt, ob hanc cauſam habet difficultatem anhelitus, non quidem per eſſentiam, ſed per conſenſum. Nec ad pulmonem deſcendit materia, quæ faciat talem difficultatem, quia adeſſet tuſsis, & perciperetur ſonus per reſpirationem tranſiens. Et fortè cauſa cur maior non ſit dolor, eſt, quia in muſculis exterioribus eſt cauſa faciens dolorem, & non in interioribus. Et quia in vna vice non poteſt dilatari pectus, omnes muſculi conueniunt vt ſuppleant, ideo ſequitur difficultas ob dolorem in muſculis. Sed cùm affectus ſit in ea parte, credendum eſt membranam ratione conſenſus pati, & ideo fit pulſus durus, ac ſi eſſet in membro membranoſo affectus. Apparet poſtea ſerrinus, cùm dolor eſt in membrana ſuccingente coſtas. Hactenus igitur diximus de dolore in coſtis exiſtente, & de difficultate anhelitus: & quantum attinet ad dolorem iuncturarum, & ad cauſas eius: & quòd factus eſt per defluxum materiæ bilioſæ & pituitoſæ per ſpondylos colli deſcendentis: loca verò nō habere in ſe ægritudinem, ſed quia defluit materia illa, ita quòd ceſſante defluxu, ceſſabit etiam dolor: & quòd caput naturaliter debile

A à ventriculo malè affecto, & ab hepate ſuſcipit excrementa, ideo dolore capitis moleſtari: & cū deſcendit materia hæc ad coſtas in muſculo exteriori, cauſat dolorem ibi, ad cuius conſenſum membrana patitur interior, & facit difficultatem anhelitus, & pulſum durum. Non dicam quomodo extrinſeca fuerint in cauſa, vt hæc contingerent, quia hæc dicta ſunt. De febre autem, quia vniformis eſt, vt apparet ex motu perpetuo, quē vniformem ſeruat, nō credo quòd propter dolo-

B rem iuncturarum aut capitis cauſata ſit: quia contingit ſæpe, quòd aliquis habeat dolorem capitis & iuncturarum, & non habeat febrem, & ſi adeſt, vt in podagra, maximus eſt dolor: ſed nec diu perdurat, nec vniformis eſt. Credo ergo quòd ſit ratione doloris exiſtentis in coſtis, quia ſtante materia in loco calido cordi vicino, putreſcit, & febrem aſcendit: & ideo veriſimile eſt, quòd febris naſcatur ab ea cauſa. Sed à quacunque cauſa proueniat, credo quòd à materia dependeat, & quòd

C ſit febris accidens, & à dolore illo dependens, & ab humoribus putreſcentib. in locis dolentibus, quæ remouebitur ad remotionem ſuæ cauſæ, ſicut curatur febris curata pleuritide. Ideo Hippocrates in ſecundo de ratione victus in acutis, curat dolorem neglecta febre. Cognita igitur eſſentia & natura ægritudinis, & cognitis cauſis, facilè eſt videre quid præſagiendum ſit, & quid agendum. Quo ad præſagium, ſi conſideremus dolorem capitis, nullus vnquàm, vt dicit Galenus in

D ſecundo κατὰ τόπους, mortuus ēſt ex dolore capitis: ideo talibus negat dari opiata. Quo ad dolorem iuncturarum, idem etiam dicendum eſt, vt patet experientia. Quo ad dolorem qui eſt in muſculis exterioribus, tutiſsimus eſt. Quo ad febrem, non eſt tanta, vt poſsit interficere. Igitur ratione ægritudinum, non eſt timendum: ſed cauendum modò eſt ne cadat virtus, quod facilè poteſt fieri, niſi virtus eſſet valida: quia cùm quis debilis eſt, ſi portaret pōdus decem librarum, caderet: quod

E non faceret baiulus cum pondere ducentarum librarum. Cùm igitur virtus ſit valida, iſti morbi non erunt lethales, bene erunt longi: & in longitudine cùm multa noua poſsint contingere, timendum eſt, ne febris fiat habitudinalis, & ne dolor inducat puellam ad virtutis debilitatem & maximam refrigerationem. Credo tamen quòd diligentia noſtra nullum horum accidet. Quòd ad curationem attinet, nemini dubium eſt, cùm morbus iſte ſit ex repletione, iudicari euacuatio-

F nem. Sed quia non eſt ſimplex res indicans, ideo nec ſimplex oritur indicatio: vltra enim corporis repletionem, quę debet euacuari, eſt caput imbecille, ex cuius imbecillitate repletur, & cauſantur diſpoſitiones iſtæ: & præterea adeſt inæqualitas in hepate & ventriculo. Ideo primò euacuandum eſt, ſecundò corroboranda membra. Quòd imbecillia ad euacuationem, cum bilis & pituita abundent ſiue cholera vitellina, quæ cholera maioris famæ ab Auicēna appellatur, ſitq́; craſſus humor,

G poſſumus habere indicationes, & modū operādi, vt abſtergamus & incidamus, quia habet craſsitiē & viſciditatē. Cùm ergo non poſsit euacuari, niſi præparemus: debemus igitur præparare prius, & poſt

& poſſumus etiam minoratiuum præmittere. Id mihi ſummoperè placet, quia ſyrupi, qui debent ſubtiliare humores & incidere, niſi ventriculus & venæ meſeraicę fuerint expurgatę ab humoribus crudis, diducerent humores illos crudos per ſyrupos ad venas, augerent obſtructiones, & puteſcerent, & facerent febrem: ideò rectè minoratiuum præmittendum eſt. Euacuata igitur materia illa cōmuni exiſtente in viis ductuū, dato electuario lenitiui ℥.j. ad digerentia procederem, & exhiberem oxymel. Sed hîc diceret aliquis: Tu vis incidere, ſed ab oxymelite, & omni re quę acetum habet, eſt cauendum, quia neruis nocet. Ego vidi Galen. 3. κτ̃ γένη, vbi loquens de aceto, & de ægritudinibus neruorum, dicit ibi: Cùm ægritudo neruorum eſt in profundo, & virtus aceti non tranſeat cum medicina, acetum non timeas. Et in emplaſtris ad neruorum vulnera, vbi debet apponi aliquid ad penetrandum, ponit acetum. Nec timeas igitur (inquit Galen.) ibi acetum: quia antequam accedat ad neruos, amittet mordacitatem, & adiuuabit ad penetrationem. Si verò ſtatim tangeret emplaſtrum neruos, caueas ab aceto, quia faceret conuulſionem. Cùm igitur in vulnere profundo per quatuor digitos nō timeamus acetum, neque timebimus in caſu noſtro, & tantò magis, quia melli, vel zuccharo eſt admiſtum, & in ventriculo cum humoribus permiſcetur: ſicut dicit Galenus de Cepis & Alliis, quòd licet exterius vlcerent, interius tamē non mordicant, quia amittunt mordacitatē in ventriculo ex concoctionibus & miſtione aliorum ciborum. Habet poſtea acetum vim incidendi, & mel abſtergendi: ideo Meſues dixit de ſyrupo acetoſo, quòd acetum facit penetrare medicamētum ad locum, ad quem fortè non penetraret. Ideò oxymel ſimplex, aut acetoſum ſyrupum, & de betonica acciperem, cùm ob inciſionem, tum etiam vt faceret penetrare alium ſyrupum, & ſic facerem:

R. Oxymellis ſimplicis ℥.j.
Syrupi de betonica,
Mellis roſati ana ℥.s.

His admiſcerem decoctum betonicæ ac endiuiæ: vel quoniam calidum eſt oxymel, licet Galenus dicat ipſum potius frigidum eſſe, aquá endiuiæ miſcerem vſq; ad ℥.iij. vt caliditas contemperaretur. Facta concoctione nunquam ab agarico recederem, quia agaricus vltra hoc quòd de benedictis medicinis ſit, craſſos humores educere poteſt, ſi cum aloe vel rhabarbaro miſceatur, & exhibeatur in forma boli. Nec ſum ego illius opinionis, vt credam, quod multi dicunt, cùm volumus à loginquo euacuare, in forma potabili exhibenda eſſe medicamenta: cùm autem à capite volumus euacuare, in forma pillularum. Credo ego quòd fundentur in falſo fundamento, & contrà Galenus 2. de Facult. nat. in 5. de ſimpl. & in 2. vbi vult, quòd humores trahantur ad ventriculum, & ventriculus imbuatur pharmaci qualitate, vt ſopita propria ipſius actione, attrahat humores ad ſe: nec vapores aut medicamenta aſcendunt, ſed manet in ventriculo medicina, & trahit. Cùm igitur volumus exhibere medicinam, vt facilius expellatur, nec potenter euacuet, damus eam in

A forma potabili: ſi verò vt potēter euacuet, nec ita de facili expellatur, facimus oppoſitum: ideò vel in forma potabili, vel boli, & cum rhabarbaro exhiberem: nec tota materia, ſi ea noſtra eſſet intentio, & oportunum eſſet, ſimul euacuaretur, ſed vt paulatim euacuemus, & paulatim digeramus: reiteratis ſyrupis & eos augendo, pro vt videbitur materia concocta, factis euacuationibus, accederem ad corroborationem membrorum, & præſeruationem. Primò ergo reſpicerem ventri-
B culum, & hepar, & ſi non eſſet caput exquiſitè euacuatum toto corpore euacuato, quia multoties figitur materia in loco, & localibus indigemus: caputpurgiis etiam vtendum erit, & poſt ſuccum betæ, maioranæ, ad ſuccum cyclaminis accederem, per nares trahendo materiam. Facerem etiam maſticatoria, cum maſtiche, dictamno, & radicibus capparis decocta. Et quia radix hæc amara eſt, cum ſtaphiſagria, vel pipere fieri poſſent: & ita vellem caput localibus euacuare.
C Inſpergerem præterea caput ſandaracha, roſis, maiorana. Et pro corroboratione hepatis & ventriculi, ſi chebuli myrobalani haberi poſſent, eſſent optimi ad corroborandum etiam iuncturas: ſi non poſſent haberi, zuccharum roſaceum erit conueniens pro corroboratione hepatis & ventriculi, & iuncturarum. Si etiam videretur, vt humores à iuncturis euacuarentur, fieri poſſet, & materia eligeretur conueniens. Sed in his Medicus ſit prouidentiſsimus. Et quia longa eſt ægri-
D tudo, & membra aſſueta ſunt mandare, & recipere, vt corroborentur tam membra mandantia, quá recipientia, ne diutius repleantur ſuperfluitatibus, & fiat recidiua, ter vel quater in menſe pillulam vnam ex aloe, cum rhabarbaro exhiberem. In æſtate verò zuccharū roſaceum cum rhabarbaro, & etiam ſana ipſa exiſtēte id fieri poſſet. Et iſtud eſt iter, quo ego procederem. Quo ad victum, cùm ægritudo ſit chronica, & debilitentur membra, vinum leue conueniret. Et quòd dici-
E tur vinum nocere neruis, veritatem habet de potenti, & de aſſumpto in magna quantitate: conuenit autem ne ſtomachus debilitetur. Ideò tenue vinum darem, nō album: licet Galen. album exhibeat, vt prouocet vrinam. Nos autem eligemus ciresolum, vulgari ſermone *Roſſeto* nuncupatum. In reliquis rectè ſe habeat. Factis autem euacuationibus, nunquid modicum theriacę vel mithridaticum modico zucchari roſati conueniret? Quæ-ſiuit D. Marcus Alcherius ea de re, & concluſum
F fuit quòd ſic, in modica quantitate, puta ad quantitatem fabæ, & raró: quia dicebat Montanus ex Galeni ſententia, medicamenta iſta non conuenire pueris: ex hac enim medicina concoquetur materia, corroborabūtur membra, & materia reſoluetur. Et pro corroboratione cerebri & cordis propoſuit diamuſcum dulce cum corallis rubeis & cum zuccharo, & aqua roſacea, vt fieret confectio. Pro coofortatione autem iuncturarum propoſuit fomentationem ex lacte cū roſis, floribus
G camomillę & meliloti. Vnctionem etiam ex radice ebulorum ad quantitatem ℥.j. cum olei roſacei ℥.vj. ad conſumptionē tertiæ partis. Et vltra confortationem ad reſolutionem materiæ exiſten-

tis in iuncturis, propoſuit vnctionem ex olei roſati ℥.ij. & olei de Terebinthina ℥.j.

CONSILIVM XVI.

De dolore capitis periodico, ventriculi debilitate, & menſibus albis cum deteſtatione coitus, pro matrona Veneta.

TRIA in hac magnifica Domina membra affecta ſunt, cerebrum, ventriculus, & vterus. Cerebrum, quoniam patitur dolores vehementiſsimos, tam in anteriori, quàm in poſteriori parte, & illos periodicos: quamdiu enim ventriculus ſuos vapores ad ipſum tranſmittit, tamdiu infeſtatur, & hoc propter colligantiam, quam ventriculus cum cerebro habet. Patitur ventriculus: primò, plus appetit, quàm deberet: ſecundò, malè concoquit: tertiò, non retinet cibum, quod ex ructibus & flatibus declaratur: quartò, non rectè expellit, imò quandoq; acida per vomitum eiicit. Vterus verò & ipſe ſuo munere non fungitur: menſes etenim albos reddit, offenditur in coitu, ita vt poſt congreſſum peſsimè ſemper ſe habeat, & ſæpe virum ſuum deprecatur, vt ab eo abſtineat, neq; delectatur in Venere. Iſtis diſpoſitionibus & affectibus præter naturam affligitur. Quantum ad dolorem capitis, nihil aliud dicā, quàm cùm per eſſentiam in capite nō ſit, ſed per conſenſum ventriculi, ratio tota ad ventriculum referenda erit. Ventriculus, ſicut apparet ex operationibus, læſis frigidus eſt: plus enim appetit, quàm concoquat, quod ſupra ventriculi frigiditatem atteſtatur. Malè etiam retinet, cuius ſignum eſt, quòd flatus & ructus acidos percipit, & cibū in ſtomacho fluctuantem, euomit acida ſemper, quæ omnia frigida ventriculi intemperiem oſtendūt: & dum ventriculus ita malè diſpoſitus eſt, caput ipſum non pauca læſione affligit. Vtrum verò cùm iſta mala intemperie frigida ſit coniuncta ſiccitas, vel humiditas? Si conſidero ſubſtantiam ventriculi, & abdomen gracile, ſiccus erit & exanguis: ſi verò totum hoc aggregatum, & humorem frigidum contētum in ipſo, dicam humidum eſſe. Itaq; mala iſta intemperies cum affluxu humoris frigida ſtatuēda eſt. Vterus frigidior quoq; factus eſt, quod patet ex multis: primò ab exeuntibus mutatis, ex illis albis menſtruis ante & poſt fluorem, quæ frigidiorem vterū declarant: ſecundò, ab actionibus læſis, cùm decennio non pepererit: ergo actio diminuta: diminuta autē actio à frigiditate prouenit, ſicut corrupta à caliditate. Signum poſtea à poſteriori, quoniam ſemel tantū peperit, & fœmellam: fœminæ autem, ſi Hippocrati credimus, generantur propter vterum frigidiorem: ergo læditur in coitu, nō quòd collum matricis tortuoſum ſit, quòd actum venereum lædat, ſed quia vterus ex emiſſo ſpermate virili affligitur, quòd dum emiſſum eſt, refrigeratur, inflatur, & intumeſcit: vnde poſtea matricem lædit, ipſam extendendo, & dilatando: cuius ſignum eſt, quòd dum calida applicat, ſtatim vaporibus per calorifica iſta diſcuſsis dolor ceſſat: quartò, vterus frigidior redditus eſt ex magno fluxu, quē paſſa eſt poſt par-

A tum: quantū enim ſuperfluæ euacuationes membrum lædant, à quo excernuntur, teſtatur Hippocrates ipſe plurimis in locis. Quid ergo mirum, ſi vterus cum ventriculo frigidior, quàm par ſit, caput ipſum in conſenſum traheret, vnde dolet caput propter communicantiam iſtorum duorum membrorum in parte poſteriori, quoniam ab vtero per venas & arterias plurimi vapores frigidi eleuantur, qui ipſum extendunt & replent. In anteriori, quoniam ventriculus vapores & fu-
B mos ad ipſum delegat, ſicut etiam apparet in his, qui vertiginem, aut ſuffuſionem per conſenſum ventriculi patiuntur, magis in anteriori cerebri parte dolent: ſicut illi, quibus per aortam & venam cauam vapores aſcendūt, magis in poſteriori. Prognoſticum erit, quòd curabitur: nō tamen ita perfectè, vt omninò integram valetudinem ſit receptura: concipiet proculdubiò, ſi noſtris præceptis obſecundabit.

Cura talis inſtituenda eſt, vb bona ratio victus
C præſcribatur, & bono regimine in ſex rebus non naturalibus vtatur: nihil enim pernicioſius in ægritudinibus chronicis, quā multis ſolutiuis corpus macerare, quæ licet primo occurſu videantur proficere, tempore tamen ipſum deſtruunt, vires deiiciunt, membrorum præſertim naturalium: ſicut & nix ſuper ſegetes dum cadit, iuuat nonnihil, ſed tamen quoque illas in totum deſtruit. Inſtituto bono regimine, leniendus erit venter caſsia, & hiera ſimplici: poſtmodum con-
D coquenda materia hoc infraſcripto ſyrupo:

R. Syrupi de abſynthio,
De cichorea Nicoli ſine rhabarb. ana ℥.j.

Decocti foliorū cichorij, abſynthij, in iure pulli tenui, quantum ſufficit. Purgetur poſtea. Aſſumpto ſecūdo ſyrupo fiat phlebotomia nō euacuandi gratia, ſed vt euentetur iecur, quòd calidius aliquantulū eſt, ſicut ex vrinis apparet. Peractis purgationibus, accedat ad thermas Apponēſes, quas bibat, & in illis ſe immergat: hac enim ratione &
E vterus, & ventriculus refrigeratus, calefiet & corroborabitur, quod præcipuè intendimus.

CONSILIVM XVII.

De dolore capitis poſt partum, cum ſymptomatibus melancholicis, pro matrona Germana, vxore N. Kleindinſt.

MVLIER quædam 14. diebus poſt æditum partum cœpit laborare ex dolore
F capitis, adeò vt exiſtimauerit caput ſibi inane & vacuū eſſe, ceu olla vacua: nec dormire potuit, vnde timuit, ne priuaretur ſenſibus & ratione, aut ipſa ſibi inferret violentas manus, aut aliquid mali faceret. Interdum etiam ſibi ab hominibꝰ diſcedendū eſſe putabat. Quod quidē perdurauit à puerperio tribus menſibus. Hoc quidem etiam illi contigerat antè in duplici partu, ſed nō ita diu perdurauerat. Cùm verò vterum geſtabat, dolebat quidem ex capite, ſed ma-
G gis quieta fuit. Curanda erit hæc nobiliſsima mulier ab affectionibus ſuis, quas melancholicas arbitror, habita ratione ætatis, temperaturæ, & generis morbi, temporis anni, & reliquis non repugnantibus:

gnantibus: primò, recta ratione victus: ſecundò, miſsione ſanguinis: tertiò, alteratione & purgatione humorū: quartò, confortatione membrorum. Pro victus ratione, caueat ab omnibus animi moleſtiis, degatq; cum amicis cum omni animi hilaritate, quantum fieri poteſt arte & ſtudio comparanda. Vtatur vino albo & tenui, & ſi fieri poteſt, ſubdulci. Carnibus iuuenum animalium, hœdorum, pullorum, & reliquorum huiuſmodi. Sumat manè ſingulis diebus oua ſorbilia, neque vtatur multitudine ciborum: euitet crapulas, potationes & cruditates cuiuſque generis. Aluum mollem, quàm fieri poteſt, conſeruet, pro quo ſi natura defecerit, ſtudeat cum flore caſsiæ, vel decocto prunorum dulcium & ſaccharo, vel decocto maluæ ex iure pulli aluum lenire: nihil enim pernicioſius eius affectibus, quā aluum ſtrictam habere. Procuret concoctiones, neq; cum cruditate accedat ad cibum: cruditas enim melancholico omninò vitanda. Circa Martij menſis medietatem, lenita prius aluo, vel clyſteri, vel drachmis decem floris caſsiæ cum zuccharo in bolo confectis, ſequenti die ſanguinē mittat ex baſilica dextri lateris, trahaturq; ſanguis pondere ℥.x. ac poſtea eodem modo: eodem in Autumno miſsio ſanguinis repetatur, ſed à ſiniſtro latere. Deinde vtatur diebus ſeptem iure hoc modo confecto, quod ſumat mane hora ſyrupi:

R. Foliorum boraginis,
Bugloſſæ,
Betonicæ ana ʒ.iij.
Polypodij,
Glycyrrhizæ,
Radicis althææ ana ℥.j.

Decoquantur omnia in libris duabus iuris pullacei, ad conſumptionem dimidiæ partis: deinde facta expreſsione & colatura, bibat totum reſiduum vna vice: & ſic repetatur per dies ſeptem. Octaua die ſumat bolum infrà ſcriptum:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Radicis ellebori nigri ʒ.s.

Miſce cū modico iuleb violato, fiat bolus cum zuccharo, deturq; in aurora cum cuſtodia. Item:

R. Conſeruæ florum boraginis ℥.vj.
Conſeruæ roſarum ℥.ij.
Zedoariæ ʒ.j.

Miſce, fiat electuarium, de quo ſumat ſingulis diebus cochlear vnum, tribus horis ante prandium. Deinde illinatur totus venter quotidie infraſcripto linimento:

R. Olei de abſinthio ℥.iiij.
Maſtichis ʒ.ij.
Ceræ parum. Fiat linimentum.

Item abluat caput ſingulis ſeptimanis bis cum infraſcripto decocto:

R. Furfurum tritici ℥.iij.
Florum camomillæ ℥.ij.
Glycyrrhizæ ʒ.iiij.
Polypodij ʒ.ij.
Radicum ellebori nigri ʒ.ij.
Agarici electi ʒ.j.

Bulliant omnia ſimul in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde facta expreſsione, vtatur hoc decocto pro lixiuio, & adhibeat lotioni ſapone odorato muſcatum, & hæc omnia explebunt quæ promiſimus. Quòd ſi optimum quoq; Mithridaticum ter in menſe ſumeret ad ʒ.j. quantitatem, cum modico vini aromatici albi, quinque horis ante prandium, perficiet adhuc magis corroborandi conſilium. Montanus iuſsit diligenter inquiri, an poſt maſculum partū 30. diebus, vt moris eſt, poſt fœmellam 40. ſit ſatis purgata: an habeat ſua debita menſtrua, an vtatur debita ratione victus, an viſa ſit aliquando habere purgationes, quæ nunc aliquādiu ceſſarint, alui, vomitus, hæmorrhoidum.

CONSILIVM XVIII.

Pro puella patiente dolorem capitis intenſum, cum defluxu ad coſtas mendoſas, & ad pedes: quorum cauſam retulit Montanus in bilem & pituitam ab hepate & ventriculo generatam.

HVMORES non poſſunt euacuari, niſi præparētur. Sed mihi placet vt primò minoratiuo vtatur: quia ſyrupi qui debent incidere, niſi fuerint venæ meſaraicæ expurgatæ, deferunt vlterius materiam, & obſtructiones ac putredinem augent. Verùm ab omni oxymelle, & his quæ acetum habent in hoc caſu fortaſſe abſtinendum. Dico fortaſſe, quia in hoc caſu non prorſus metuerem acetū, quia melius deduceret & incideret. Facerem itaque ſic:

R. Oxymellis ſimpl. ℥.s.
Syrupi de betonica,
Mellis roſati ana ℥.s.
Miſce cum aqua endiuiæ & betonicæ.

Deinde ad Agaricum accederem, quia cùm ex medicinis benedictis ſit, craſſos tamen humores educit: commiſcerémque cum aloe & rhabarbaro. Euacuata materia ad caput deuenirem, & gargariſmos ac caputpurgia facerem, corroborarem & pulueribus. Item corroborandum eſt hepar, ventriculus & iuncturæ. Si materia à iuncturis euacuari poſſet, eſſet optimum. Sed in his Medicus ſit prouidentiſsimus. Et quia longa eſt ægritudo, & membra aſſueta ſunt mandare & recipere, alteranda membra mandantia, & confortanda recipientia. Factis euacuationibus, cōueniret modicum Mithridatij, vel Theriacæ cum ſaccharo roſato. Pro corroboratione cerebri & cordis vterer diamuſco cum corallis albis, & ſaccharo cum aqua roſarum. Pro confortatione iuncturarum vterer fomentationibus ex lacte, cum roſis, floribus camæmeli, & meliloto. Acciperem etiam ex radicibus ebuli, ad quantitatem ℥.j. cum oleo roſarum ℥.vj. ad conſumptionem tertiæ partis. Et ad reſolutionem in iuncturis, proponerem vnctionem ex oleo roſato ℥.ij. Olei de Therebinthina ℥.j. Pro euacuatione reciperem electuarium lenitiui ℥.j. Syrupi roſati ſolutiui ℥.j. cum decocto cichorij fiat potio.

CONSILIVM XIX.

De dolore capitis, & de fluxu ad oculos in colloquio.

CVM conqueratur is de dolore capitis
interiore & exteriore, & de Ophthal-
mia apparēte, cuius gratia vocauit nos.
Ego illa conſiderabo, & in conſidera-
tione notabo omnia. Primò ergo patitur dolo-
rem circa caput. Pro inuenienda doloris cauſa, re-
memoranda præcedentia. Fuit obnoxius poda-
græ, item vlceribus cruris, quæ duo ſymptomata
ſunt, ſeu ægritudines. Erat igitur podagra affe-
ctus & vlceribus crurum, & cùm affligeretur po-
dagra & vlceribus apparentibus in cruribus, non
iuuabatur per vlcera: idem enim dolor permane-
bat, vlcera nō mitigabant podagras, nec podagra
vlcera. Vbi ceſſerunt vlcera, aduenit dolor capi-
tis. Eſt videndum ex qua materia, & vnde fuerūt
vlcera & podagra, à qua nunc ſunt œdemata. Cer
tum eſt, quòd podagra fuerit ex materia pituito-
ſa frigida: vlcera verò erant ex humore erodente,
ſubtili, qui affluebat & faciebat vlcuſcula circum
circa: ſignum eſt quòd materia fuit bilioſa, calida,
erodens. Iam hîc conuenerunt materiæ diuer-
ſæ & contrariæ, vt ex ſignis cognoſcimus. Poda-
græ materia fuit frigida, vlcerum calida, ideò illa
vlcera non ſableuabant podagram, nec contrà,
quia à materia diuerſa erant. De generatione ma-
tierum, vbi fuerint generatæ, & propter quid, di-
cendum. Fit interdum propter malam diſpoſitio-
nem membrorum internorū, & ob diuerſitatem
membrorum naturalium, vt qui habent ventri-
culum frigidum, & hepar calidum: vnde excre-
menta multa generantur. In iſto viro quid fuit?
Audio iſtum virum fuiſſe optimę conſtitutionis,
fuiſſe pulchrum, ſecundùm ſcilicet ſuam harmo-
niam, abundauit bona carne & ſanguine, nō cre-
do quòd ſint cauſæ internæ horum morborū, ſed
credo fuiſſe cauſas extrinſecas, quæ irritauerint
internas. Exercuit mercaturam, perpeſſus frigo-
ra magna. Item propter peſsimas frigiditates, ca-
lores poſteà, & vſus eſt peſsimis cibis: & cùm ag-
gregaret mala & diuerſa cibaria, calor naturalis
fuit debilitatus, vnde omnes naturales operatio-
nes debiliores fiunt, non bona coctio, non attra-
ctio, non expulſio, inde aggregata excrementa, ex
quibus vlcera & podagrę cùm & ipſa membra re-
cipientia & mandantia non poterant rectè facere
officium ſuum, vt Auicēna dicit de Podagra. Iam
apparet vnde hæ diſpoſitiones, vnde hæ materiæ
tam diuerſæ ſint generatæ: etiam cauſæ aer ma-
lus, cibus malus. Cur duo diuerſi humores æqua
liter fuerint generati, oportet vt ſit cauſa externa.
Si conſideramus virum iſtum, eſt calidus, habet
hepar calidum & cor, vt colligimus ex operibus
eius: eſt conſtās in actionibus, agilis eſt, vnde cor
calidum. Quòd hepar calidum, apparet ex colore
eius & venis. Quia hepar calidum, generat mul-
tum ſanguinem, & pro menſura ipſius caliditatis
hepatis vel generat craſſum vel tenuē & ſubtilem
ſanguinem. Cùm eſſet iuuenis, ferueſcebat ſan-
guis circa partes ſuperiores, & ideò habuit hepar
plus æquo calidum, quàm temperaturæ conue-
niret, vnde generauit humorem bilioſum cū ſan-
guine: & quia in habentibus ſymbolum facilis
tranſitus, vſus cibo calido, inde bilis generata. De
pituita verò, quia multum ocioſus viuit, & ætas
A iam aggraueſcēs etiam erat, & cibus craſſus acceſ-
ſit, vnde concoctio debilior: hinc nō mirum, ſi pi-
tuita ſit multiplicata, prẹſertim in debili ventricu
lo ratione temperaturæ, item rationę extrinſeco-
rum, à quibus excremēta pituitoſa, inde podagrę,
vlcera, quia ſanguis calidus in paracmaſtica æta-
te fit craſſus, melancholicus: & quia craſſus, repit
ad partes inferiores. Nam humor craſſus per infe-
riora debet euacuari: cumq; in hoc viro eſſet adu-
ſtus ratione ætatis & ratione cibariorum, & inde
B vna diſpoſitio per alteram non potuit euacuari.
Poſtea contigit, quòd virtus expulſiua non po-
tuit expellere ad partes inferiores, quia erant ma-
teriæ multæ: vlcera conſolidata, tum natura ex-
pulit ad partes ſuperiores, per venas tum interio-
res, tum exteriores: nam habētes hepar calidum,
(3. de Locis affectis) habent caput repletum, quia
ex toto ambitu venarum eleuantur vapores ad ca
put, tum per venas internas, tum externas: inde
in omni loco capitis huius fit dolor, & magis in
C parte dextra, quia cùm generantur in hepate, ſer-
uāt rectitudinē, quia omnis humor atq; vapor ſer
uat rectitudinem ſitus: inde Hippocr. in euacua-
tione rectitudinem ſeruari iubet. Vt videmus,
quòd iſtæ materiæ aduſtæ & partim ſubtiles cùm
à natura expelluntur per hæmorrhoides, natura
rectitudine vtens, ſanguinem craſſum per eas ex-
purgat: & cùm naturales ſunt, expellitur ſanguis
craſſus, quia aperiuntur orificia venarū, ita vt ſi-
mul exire etiā poſsit craſſus ichor, ſeu mucus ſan
D guinis. At quādo fiunt ſanguiſugis, euacuatur tan
tùm ſanguis ſubtilis, quia parua fiunt foramina:
& ita ſanguis craſſus elabi nō poteſt. Is dominus
non iuuatur ab hęmorrhoidibus diuertentibus à
capite, ſicut iuuabatur vlceribus, licet magis debe
rent iuuare hæmorrhoides: primò, quia euacua-
tur ſanguis craſſus, tum quia rectitudo, tum quia
vicinitas, inde in affectionibus capitis omnes eua
cuant per hæmorrhoides. Dico quòd continuus
fluxus vlcerū noctu & die plus euacuauit de ma-
E teria peccante, q̃ hæmorrhoides, quia vlcera pau-
latim euacuabāt, & erat continua euacuatio, hæ-
morrhoides multū: ſed rarò valdè euacuant, cùm
natura materias expellit ad loca longinqua, & ita
plus auxilij ſenſit. Quando enim materia iam flu-
xit, eligimus locum propinquum: cùm volumus
præſeruare, longinqua: cùm fluxit & fluit, loca
media deligimus: quando generabatur in hepatę
materia, natura præſeruabat per vlcera crurū, di-
uertendo ad longinqua. An hæmorrhoides fiant
F à ramo venæ lienis, vel à vena caua dubium eſt, &
ita magis ille præſeruabatur per vlcera, quia erat
diuerſio maior. Ophthalmia eſt à bilioſa materia,
percipit magis punctionem, quàm grauitatem:
item ex colore apparet. Repit autem materia ad
caput ab hepatę & venis: ideóque nunc dolet, &
antè non, quia matetiam natura nunc non mit-
tit ad crura, ſed ad caput. Quantum ad progno-
ſticon, podagra non curabitur, verùm ab ea præ-
ſeruari poterit. Quantum ad catarrhum, bronchi
G & catarrhi non maturantur, dixit Hippocrates
de crudis humoribus & craſsis. In valde ſenibus,
inquit, quia illi habent excrementa multa, natu-
ra ea non concoquit. Si natura non concoquit ci-
bum,

bum, non concoquit excrementa: tamen præſeruabimus, ſi materiam duxerimus per illam viam priorem. De remediis: Nos ſumus in initio Veris, & quia patitur ob materiam, licet membrum mandans & recipiens affecta ſint, tamen tollenda primùm materia: & quia hîc eſt materia & repletio, ergo euacuãdus exquiſitè. Euacuatio duplex phlebotomia, quæ propriè eſt euacuatio: euacuat enim omnes humores. Altera purgatio, fortaſsis vtraq; indiget. Quia Galen. 4. de Sanit. tuend. dicit: Vbi humores ſunt coniuncti, tum ſanguine & ſimiles ſanguini, phlebotoma: vbi diſsimiles, euacua. In hoc viro vtendũ eſſet phlebotomia, quia eſt materia repens ad caput. Sed cùm nihil ſit mouendum in corpore, niſi omnia videas quæ prohibent, adiuuant, moderantur. Ille ætatis eſt LX. annorum: tranſiit præſcriptum Galeni, qui, niſi virtus conſtet, mittendum ſanguinem in hac ætate negat. Et cũ natura euacuet per hæmorrhoides, tu auertes naturam ab operatione: id ne fiat, ſine phlebotomiam, euacua ordine flore caſsiæ & hieræ ſimpl. ſpeciebus, & educes materias communes. Facta euacuatione prima, concoquerem materiam. Cùm autem materia ſit duplex, pituitoſa & alia acrior bilioſa, quæ facit dolorem capitis, quid facies? vnam aut duas coques? Concoquerem primò ſubtiliorem, quia paratior, & ea facit dolores, & facerem coctionem ſyrupis de cichorio, de fumoterræ, de endiuia acetoſo ſimplici: communiter acetoſus ſe habet in materia vtraque: bilioſam contemperat, pituitoſam incidit, bilem contemperat, & facit tranſire pituitam. Acetoſus Meſue habet proprietatem, vt ducat omnes medicinas ſecũ, ideò ferè omnibus ſyrupis commiſcemus ſyrupum acetoſum & oxymel. Fiat igitur concoctio hoc modo:

℞. Syrupi de Cichorea Nicolai ℥.j.
Mellis roſati & ſyrupi acetoſi ana ℥.s.

His miſcerem decocta, vt ſyrupi tranſirent, licet aqua deſtillata ſit tenuior & gratior, quàm decocta: ſed non credo, quòd in aquis ſit aliqua virtus. In roſacea quidem eſt, verùm poteſtis facere, & decocta ex herbis concoquentibus materias bilioſas. Euacuandum deinde & Rhabarbaro ʒ.ij. cui adderem ſyrupum roſarum ſolutiuum. Cuncta hæc euacuãt materias bilioſas. Potes dare electuarium de prunis ſolutiuum, vel de ſucco roſarum Meſuem, dimitte diaphenicon: quia vis euacuare humores bilioſos tantùm, & reitera ſi nihil prodeſt capiti. Poſteà pituitoſam materiam præparabis ſyrupis propriis, & euacuabis confectione hamech. Cum portione agarici, admiſce caſſiam: circa res non naturales bene ſe gerat. Deinde deuenirem ad localia, & facerem cauteria. Vtrum in cruribus vel brachiis, ſi materia eſſet fluxa, & maneret in capite dolor, eſſent in brachiis, in propinquis locis ſimiliter faciẽda: at quia fluit, & nos volumus auertere, oportet facere in cruribus. Galen. 6. Epid. com. 6. vbi dicit de Diuerſionibus: Quòd omnis diuerſio ſuper renes ſit attractio, &c. Et ideò ad diuerſionem magis eligerem partes inferiores: nam materia ibi repit, & facerem in cruribus cauteria, & hoc euacuato corpore, & amplius non afficeretur, nec refluxiones ad

A cerebrum fierent. Collyrium pro oculo poteſt eſſe ad mitigandum, ſitq; decoctum fœnugræci & althææ optimæ lotæ in aqua fontis ad duas partes, impone ſuccharum candi, & imponatur oculo, ſedabitur dolor, & materia non affluet. Hæc de mea ſententia in hoc caſu volui proferre.

Collegium de Affectione oculorum, Anno 1550. Febr. 20.

B PRoponitur caſus viri in ætate ſecundi ſenij, temperaturæ calidæ & humidæ, habet caput calidum & humidum, ventriculus frigidus & humidus, vt ſua ſigna atteſtantur, antè paſſus dolores arthriticos, deinde febres, & iam viginti annos paſſus eſt peſtiferos morbos, poſtea apoſtematibus crurum laborauit: poſtea ceſſantibus illis, dolor hemicranius dextrę partis ortus, & perturbatio oculi dextri; quærit auxilium. Suppo-nam quædam, primò quantum ad loca ægritudinis, caput affectum eſt, mala temperatura eſt
C calida, quia percipit dolorẽ notabilem circa oculum, & alibi, eſt materia aliquantulum frigida & humida. Credo iſtum dolorem eſſe in omnibus locis, & in intrinſecis & extrinſecis. Magis apparet in extrinſecis; quia ſpiritus hîc magis priuantur calore, quàm in illis internis. Hæc mala temperatura an ſit per conſenſum, an per eſſentiam? credo vtrumq; eſſe. Ratio eſt, quòd per eſſentiam, quia calidum caput eſt, attrahit per conſenſum
D ab aliis partibus inferioribus. Epar calidũ à, quo euaporant multa, & replent caput, & à ventriculo frigido multæ cruditates transferuntur ad caput. Externæ cauſæ acceſſerunt, labor, motus nimius, victus craſſus, vina potentia. Nunc quærit curari. An poſsit curari? Dixit Hippocr. Raucedines & catarrhi in valde ſenibus nõ concoquuntur, &c. Hic cùm habeamus catarrhum, & eſt ſenex, dico quòd difficulter poteſt curari. Dicit ibi Hippocrates, quòd non curantur, ſed præcuſto-
E diuntur. Et blanditur huic morbo, dicens: Poteſt præſeruari à morte victu bono, & ſex rebus non naturalibus, poſtea euacuetur. chirurgia vel manibus euacuatur: primò, miſsione ſanguinis: ſecundò, cauteriis. Sanguinem mittere prohibet ætas. Item natura euacuauit per hæmorrhoides, & nihil vtilitatis cepit inde. Ratione diſpoſitionis articulorum non conuenit phlebotomia, ſed ratione doloris oculi conuenit: quia in tali dolore, inquit Hippocrates, mittere ſanguinẽ, & ventrem
F purgare prodeſt: ſed quia ætas & ægritudines præualentes prohibent, non mittendus: item indicatione ſumpta à iuuamẽto nõ conuenit, quia ei hæmorrhoides non profuerunt. Aliud manu fieri poteſt, id eſt, cauteriis. An in crure vel tibiis? certè res vrget, & occurrendum citò, debent fieri in brachiis: primò in dextro, poſtea in ſiniſtro, poſtea in tibiis: & permitte brachiorũ cauteria conſolidare naturam. Debet purgari caſsia cum hiera, pillulis de hiera ſimplici cum agarico. Decocta
G ex betonica ſua & ſyrupi de betonica; de cichorea, cum ſyrupo de roſis recentibus: reſpiciunt hæc talia caput & ventriculum. Euacua pillulis cochiis, de hiera ſimplici. Non tractes eum forti-

bus, ne inflammes caput & totum corpus: quia iam ſatis inflammata membra principalia. item agarico, caſsia, electuario de pſylio, diaphæ. roſato Meſue. Poſtea adhibe cauteria, & robora membra, quia ventriculus debilitatus. Munito hepar, & bibat aquas thermarum. Lotiones capitis ſint alterata lixiuia ex roſis, camomilla, agarico. Roborabis caput, non calefacies valde. Fiant frictiones ſpatularum, diuerſiones per nares, maſticatoria.

CONSILIVM XX.

Pro quadam muliere patiente diuturnum capitis dolorem, & quodam viro patiente ſtomachi imbecillitatem.

SIc: R. Ligni ſancti abraſi ℔.j.
Corticis eiuſdem ligni ℥.s.
Aquæ claræ fontis ℔.xviij.

Miſceantur omnia in vaſe terreo, ad vſum adhuc non accommodato, ſed prius humefacto, capace prædictæ aquæ quantitatis, atque ſtent in infuſione per horas 24. ſæpe illa miſcendo. Applicetur deinde vas hoc igni claro, nõ violento, fiatque decoctio vſque ad conſumptionem tertiæ partis ipſius aquæ. Quo facto ponantur in eius decocto huiuſmodi herbæ, bulliantq; vſquequò molles teneræq; reddantur. Pro viro hæ ſint herbæ, Betonica, Serpillum, Mentha, Borago: pro muliere autem, Betonica, Fumuſterræ, Perforata, Borago, accipiaturque ſingulorum ana pugil. j. Deinde recipe vini albi maturi non in exceſſu potentis ℔. iiij. prædicti ligni ℥.iiij. Miſceantur, & ſtent p aliquod tempus in infuſione ſine alia decoctione. Facta poſtea decoctione ligni ex aqua, atq; ab igne ſemota, proiiciatur ſuper eam vinum vnà cum ligno prædicto, cooperiaturque vas vſquequò refrigeretur decoctum: factaque diligenti colatura, reponatur decoctum in vaſe vitreo bene obturato. Dum fit decoctio ſpuma conſeruetur, vtilis ad capitis dolorem. Modus autẽ huius decocti talis erit: Manè per horam ante diem aſſumat huius decocti, ſeu ſyrupi calidi ℥.vj. quieſcatque poſtea per horas 4. interea ſi ſudor proueniret, dabitur opera vt exiccetur, & non refrigeretur. Poſt quietem aſſumet alimentum, ſerò pariter hora 23. potabit eandem vini quantitatẽ, quieſcatque in lecto vſque ad ſecundam, vel tertiam noctis horam, quo quidẽ tempore poterit cibum aſſumere. Præterea recipe quod reliquum eſt ligni ex prima decoctione, aquæ fontis ℔.36. infundanturque omnia per horas 12. fiatque decoctio vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & additis ℔.viij. vini, quo quidem pro potu vtatur. Si quid ligni remanebit adhuc, poterit illud quidem in alia aqua decoqui interdum, cuius vſus erit ad crurum & pedum lotiones, & per conſequens ad diuertendum. Aduertendum, quòd ſi dum hoc vinum huiuſmodi ordine aſſumunt, ægrotis ſuperueniret calor aliquis inſolitus, aut alius labor multi momenti, ceſſandum eſſe puto per duos dies à vini aſſumptione, aut ſaltem per vnum: vel ſumet vinum ſemel in die, vſquequo illud accidens quieſcat. Et ſi corpus videbitur excalfactũ, vtatur hordeo, aut farre optimè mundo, & de-

A cocto, atq; condito iure carnium, de quibus poſtea erit ſermo. Numerus dierum quibus vti debet hoc remedio, non eſt determinatus, quia neque morbi, neque cauſæ, neque complexiones & ætates in omnibus ſunt æquales: quia tamen 40. dies communiter determinantur, volo, vt cùm hi ægroti ad 20. diem peruenerint, quieſcãt per vnum diem, & aſſumant eas pillulas, quas poſtea deſcribam ordine conſueto. Cibi ſint boni ſucci, facilis digeſtionis, vt gallinæ, capi, pulli, perdices, auicu- B læ, vitelli ouorum recentes, & tremuli. Vſus harum carnium erit, vt elixentur aliquo condito ſapore excitante appetitum abſque nocumento capitis. Abſtineat à piſcibus, leguminibus, carnibus craſsis, cibis ſalſis & acutis. In ferculis vtatur interdum fœniculis, boragine, mentha, anethoque, & nonnullis foliis betæ. Vtatur interdum boragine tantùm condita, temperato aceto atque paſſulato. Cappares etiam interdum laudo eodem modo conditos. Cubiculum ſit clauſum, & cali- C diuſculum. Vitet diurnum ſomnum, infuſionem manuum in aqua frigida. Habeat quotidie, aut ſaltem alternis diebus beneficium ventris. Vitet quamcunque acutam cogitationem, omnia prætermittens, præter ſpem ſanitatis ſuæ: dependentis tamẽ in primis à Dei bonitate. Antequam incipiat aſſumere hoc vinum, ſi hoc anno illi non fuiſſet ſecta vena, ſuppreſsis menſtruis, laudo vt conſtante virtute ſibi ſecetur vena pedis ſaphæna prope tempus ſuarum purgationum, hoc eſt, D per ſex dies antè. Ante venæ ſectionem per quatuor dies aſſumet decoctum betonicæ, ſaluiæ, boraginis, & matricariæ cum ſaccharo, ad quantitatem ℥.iij. vel iiij. Et poſt etiam venę ſectionem per quatuor ſimiliter dies idem decoctum potabit. quo facto aſſumet huiuſmodi pillulas:

R. Pillularum de fumo terræ,
Indarum,
Cocchiarum ana ʒ.s.

Cum ſyrupo de betonica fiant pillulæ v. Quòd E ſi ſibi menſtrua effluerent, finito tempore eorum, prædictum decoctum per ſex dies aſſumet, quieſcatque deinde per vnum diem, & poſtea vinum incipiat aſſumere. Sed ne etiam caput relinquatur ſine aliquo remedio exteriori, conſilium do, vt ægrotæ caput vngatur ſpuma ligni primæ decoctionis. Quòd ſi maioribus decoctionibus egeret, licet pleriſque vſa ſit, laudo tamẽ vnum, quod & magni viri eſt, & ipſa etiam experientia comprobatum.

F R. Serpilli,
Verbenæ,
Roſarum licet ſiccarum ana ʒ.ij.

Decoquantur in oleo communi in duplici vaſe, & hoc oleo inungat ſibi caput antè & retrò. Laudo lotiones pedum, & aſſumendo vinum, & non aſſumendo. Prætermitto caputpurgia maſticatoria, quia quouſque vinum hoc aſſumet, erit à cæteris remediis ſuperſedendum. Hoc tantùm dicam, quòd aſſumpto vino, ſi non ſuccedat, quem- G admodum ſpes eſt, laudo vt fiat ſibi cauteriũ poſt caput, aut ſaltem foramen equinis crinibus, quod Sedazum vulgò appellant. In cooperimento etiam capitis laudo, vt ſibi hæc imponantur, maio-

rana,

rana,ſaluia, mentha, betonica,ſena, garyophylli, nux muſcata, cinnamomum. Pillularum quibus vti debet ægrota, medio tempore aſſumptionis vini, deſcriptio talis eſt:

R. Pillularum de fumo terræ,
Aggregatiuarum,
De rhabarbaro ana ʒ.s.

Cum ſyrupo de fumoterræ fiant pillulæ quinque. Pro viro autem hæ pillulæ erunt commodę, quibus vtetur ſingulis menſibus, aut alternis ſaltem: vt ſi illi erit animus ſumendi vinum, per tres dies ante eas aſſumet, vitans cibos craſſos frigidosq́; vinumq́; noxium, & ſuperfluum cibum.

R. Pillularum de hiera cum agarico ʒ.i.s.

Fiant cum mello roſato pillulę quinque. Sumptis pillulis, poterit etiam vti interdum, ſi opus erit, pillulis ex aloe lota ad corroborandum ſtomachum bis in hebdomada, eo ſcilicet tempore, cùm ſtomachus erit perturbatus.

R. Pillularum aloes lotæ ℈.j.

CONSILIVM XXI.

Pro quodam habente dolorem capitis per conſenſum à ventriculo, & à toto corpore, ex vaporibus craſsis & frigidis.

His in anno, Vere ſcilicet & Autumno, medicamẽtis humores peccantes purgantibus eſt hic ægrotus expurgãdus. Singulis etiam ſeptimanis ante cœnã aſſumat ʒ.pillularum ex hiera s. Ad ſubducẽdam etiam aluum vtilis eſt therebintina pinguis pondere ʒ.iij. tribus horis ante prandium hoſtiæ inuoluta. Ad corroborandum verò ſtomachum & caput vtile eſt ſaccharum roſatum ſumptum per horam ante prandium, & ℥.s. pro vice. Pro corroborando verò capite præcipuè vtatur lauando illud lixiuio, in quo roſæ decoctę ſint, ſaluia & fruſtulum agarici. fiat linimentum ex oleo garyophyllorũ, & frictiones in toto corpore: atq; hæc agenda ſunt, ne ſuccedat paroxyſmus. Quòd ſi ægrotus erit in paroxyſmo, vtendum erit tali linimẽto in collo, fronte, temporib. & circa ſcapulas.

R. Terræ ſigillatæ,
Boli Armeni Orientalis ana ʒ.j.
Hypociſtidos,
Acatiæ ana ʒ.ij.
Albuminis ouorum conquaſſatorum numero iij.
Aceti mediocris ℥.iij.

Miſce, quo linimento vti poterit in principio paroxyſmi, vel paulò antè.

CONSILIVM XXII.

De Iudæo delirante clariſsimorum Doctorum Petri Nauarræ, Friſimelicæ, & Baptiſtæ Montani.

Doctor NAVARRA cœpit.

Etsi veſtra præſentia, clariſsimi Doctores, & caſus q offertur difficilimus, multa requirere videntur: tamen ne tempore abuti videar, ſeriem rerum or-
A dine & breuiter recitabo, vt facilius iudicare poſſitis, quæ medicamina in poſterum applicanda: neque diſsimulabo quid vſq; adhuc egerim. Sextus agitur dies, cùm venit extra rationem: loquitur nihil, & toruè omnes intuetur. Ante hoc tempus, quòd ſciam, virum illum non noui: nihilominus tamen ex breui hac conſuetudine & aſtantium relatu, primo loco quæ mea ſit de complexione hominis ſententia, expediam. Sentio eum calidum eſſe & ſiccum à prędominio bilis, & ſub-
B dominio ſanguinis: ſtatus etiam corporis indicat, eſt enim gracilis, color niger, & vigiliæ, & promptitudo ad omnes actiones, pronus fertur ad iram, optimi ingenij vir & diſcurſus. Æſtimatur ad hęc complexio totius ex principalibus, cerebro nimirũ, hepate & corde. Præſuppono iſta omnia, ne ſi omnia perſequar, tædio vos afficiam, & accedo ad diſpoſitiones non naturales, & accidentia, quæ magis curam Medici ad ſe trahunt. Dixerunt aſtantes, quòd ſemper fuerit extra ra-
C tionem. Ante hoc tempus occupatus fuit maximis occupationibus, timebat multum, & iraſcebatur leuibus de cauſis, exercuit maxima negocia, longa confecit itinera, ſub diu multum fuit, expoſuit ſe calori & frigori. Cùm rediit in Italiã, in hæc mala incidit: aderant hæc accidentia, vidi ſtupidum: oculi impotentis motus erant, irato vultu, iracundus verberare voluit aſtantes, ſeipſum ex lecto volutauit: loqui noluit, vt ego credo, quadã imaginatione. Tangebamus brachium
D contractum, at nolebat ſe exponere tangẽti: poſt dimittebat ſe tangi, & membrum offendimus flexibile ſatis. In hoc autem obſeruandum, venit variari ſymptomata pro diuerſitate horarum: manè loqui noluit, circa veſperas loquebatur incompoſitè, poſtea in prima hora noctis deterius ſe habebat: ſimiliter cùm erat in tali diſpoſitione, comedere nolebat: ſuccedente deinde tempore, diuerſa & alia inuadebant ſymptomata, vt in media die compos erat mentis, poſt impos. Heri pul-
E ſus adhuc fuit cum bona menſura, tardior quàm frequentior: vidimus talem mutationem, vt vix tangeremus pulſum cum ſubtractione. Beneficium ventris aliquot diebus habere non potuit, nec vi œnematis. In principio, vt referunt illi, qui adfuerant, in quodã oppidulo miſſus eſt ſanguis, notabili, vt audio, quantitate. Alij referunt miſſum ad ℥.vj. Quid præterea egerit ille, referre non poſſum: quę mea fuerit ſententia, exponam. Senſi autem, auctoribus Hippocrate & Galeno 3. de
F Loc. affect. eſſe melancholicum, quia timebat, aderat perturbatio mentis, leui de cauſa iraſcebatur. Febri autem liberatum mirabar, & Doctores ſine hac eſſe nolunt, ſæpe tamen ſequitur. Melancholiæ plures eſſe poſſunt cauſæ, quæ quidẽ omnes in hoc viro valde ſunt potentes. Primò extrinſecæ: quia ſolicitus, timidus, & habuit ſæua animi accidentia. Hæc verò quomodo cauſant melancholiam, clarum, quia impediunt concoctionem, & membra principalia debilitant. Huc acceſsit e-
G tiam victus ratio, qua melancholia multiplicatur, vt ſi quis veſcatur paſtiliis, carnibus ſalitis, lentibus, auctore Galeno 3. de Interioribus. Similiter & alia cauſa mali, quia notabiles oppilatio-

nes deprehenduntur (& nunc magis quàm an-
tè, quia vrinę minus tinctæ, fæces cholericę etiam
ſine tinctura) & in ſplene maximè, quæ obſtru-
ctio potens eſt cauſa ad generationem melancho
liæ, & quando fit retentio humoris, ſeu euacua-
tionis debitę. Splen enim affectus melancholiam
non euacuat. Hepar igitur inimicum ſibi ſuccum
retinet, qui vnà cum ſanguine ſurſum deorſum
fertur, ac vitiat ſimul totum corpus. Vnde habe-
mus in hoc omnes cauſas generationis melan-
choliæ. Stantibus autē his cauſis, ſæua ſunt ſym-
ptomata ſecuta. Sed videndum prius, an humor
melancholicus in capite per eſſentiam ſit, an per
conſenſum ex toto. Mea quidem ſententia eſt, il-
lam multiplicationē eſſe principaliter in cerebro,
atque inſuper eo ex aliis per conſenſum deriuari.
Nam cùm obſtructus ſit lien, & afficiatur hepar,
mittuntur inde humores in caput. Quomodo
cauſentur conſimilia ſymptomata, docet Galen.
in 3. de Loc. affect. exemplo ſuffuſionis, quę eſt ex
craſſo humore obſtruēte opticos neruos: ſic me-
lancholia craſſa, terreſtris, cùm ad cerebrum per-
fertur, infert rationis perturbationem, idque per
conſenſum, & per eſſentiam: ea enim membrorū
omnium eſt colligātia. De cauſis & qualitate ac-
cidentium nolo plura adiicere. Ex materia vnde
multiplicata melancholia, ſymptomata proue-
niunt, & diuerſa qualitate humorum: in præſens
eſt febris, à qua in biduo non eſt liberatus: & fe-
bris continua propter materię terreſtreitatem, &
quia inter venas: & vrinæ magis tinctæ & rubeæ.
Ad tactum modò ſentitur, non tam caliditas, q̃
frigiditas. *Prognoſticon.* Humor iſte qui morbum
facit, difficilis eſt ſolutionis, & curæ longioris. An
ſalubris? Meo quidem iudicio timendum eſt: vi-
demus enim materiam motam, adeſſe ſæua ſym-
ptomata, & naturam proſtratam. Heri ſine pulſu
erat, frigida externa. Huc vſq; quid factum ſit, nar
rabo, vt facilius ſit iudicium. Cùm viderē inſtan-
tiam vigiliarum, quæ potui feci omnia. Euacuare
non potui, quia impos mentis. Vt æger etiam ci-
bum aſſumeret, vſus ſum alterantibus vſq;, cum
cordialibus & ſubſtantificè humectātibus. Nam
neſcius non ſum, autore Galeno, in talibus diſpo
ſitionibus principalem curam eſſe in humectan-
tibus. Dedi digeſtiuum, ſyrupum de pomis, de
bugloſſo, de ſucco roſato. Curam habui cordis,
quare electuarium cū ſyrupo dedi, & pillulis cor-
dialibus. Impoſui quoque epithema & ſacculos
cordiales. Neceſſe enim eſt in huiuſmodi ægritu-
dinibus permutare. Ad inducendum ſomnū iuſ-
ſi vt papauere in omnibus cibis vteretur: inun-
ctiones circa tempora factæ, & oxyrhodinum ad-
miniſtratum. Et quia propinare nihil potui, ten-
taui ratione diuerſionis & euacuationis, vt hæ-
morrhoides fluerēt per ſanguiſugas, quæ copio-
ſè non eduxerunt: ſurgere enim nō potuit. Quo-
modo porrò faciendum, ambigo: quia virtute de-
ficiente non valet curatio. In ſex rebus non natu-
ralibus ante peccatum eſt, nō ſolùm in quali, ſed
in quanto etiam. Nunc verò quia mentis com-
pos ventrem ſubducerem vnà cum euacuatione
melancholiæ. Etſi autem multa ſunt huic inten-
tioni appropriata, non tamen inter cætera præ-
A termitterem decoctionem cum epithymo, ſero,
& cordialibus, & adderē cordialia, vt eſt, parum
hamech ſine diagridio, quemadmodum hic præ-
parare conſueuerunt (valde conueniens eſt) aut
diacatholicon in pauca quātitate, & imponerem
aut de manna aliquid, aut de rhabarbaro propter
obſtructiones. A principio morbi in hunc vſque
diem non habuit euacuationem per medicinam.
Poſtea probarem continuam adminiſtrationem
alterantium. Iuleb longum facerem & electua-
B rium. Quid ſentiam de balneis, roget quis. Cre-
do humectatiuū conuenire, autore Galeno, quia
humectat, diuertit, & inducit ſomnum.

FRISIMELICA.

Caſus adeò difficilis nobis proponitur, vt pa-
rum ſpei ſit reliquum: & quia expoſitus eſt ab ex-
cellenti Doctore, nō neceſſe habeo pluribus eum
retexere. Iſte vir rediit ſuperioribus diebus ex Po
lonia, defunctis variis laboribus: affectus eſt ani-
C mi perturbationibus, tandem in Italia inſaniuit,
Citadellæ: id enim oppido eſt nomen. Miſſus illi
eſt ſanguis, poſt quem magis inſaniuit. Deinde
vbi huc venit, commiſſus eſt excellenti doctori,
cuius cura ſanguis per hæmorroides eſt euacua-
tus. Accerſitus & ego proximo ſabbato, quaſi con
tractum vidi: pulſus nullus erat: vigilauerat duos
dies, vt dormiret iuſſi, quare ex populeone fieret
inunctio, atque pro virtute cibaria ordinaui, he-
ri pulſus bonus & magnus, clyſtere iniectū: nam
D ventris beneficia nulla. Cholericę fæces erāt. Su-
perioribus diebus vrinam nullam emiſit: pulſus
paruus & contractus iterum. Vt autem vrinam
prouocaremus, inunximus locum oleo amygda-
lino, & camæmelino, & emiſit vrinam quæ rubi-
cunda erat, oſtendens icteritiam. Deinde fomen
ta ex althæa aliiſq; facta, vt deiiceret: & vt inteſti-
na confortarentur, roſæ ſiccæ impoſitæ, hac no-
cte malè dormiuit. Quid igitur? Complexio ca-
lida & ſicca. Suppoſita hac, credo melancholiam
E cum mania. Præter hæc videtis, quòd patiatur
diſſolutionē virtutis ac caloris. Factum eſt ex diſ-
ſolutione caloris, & ipſis humoribus aduſtis, vt
ſit complexio calida & ſicca: confecit enim lon-
gum iter, quod calefacit, præter incommoda ho-
ſpitiorum. Calor diſſoluit, & frigora exiccant.
Corpus itaq; exiccatum, & humores ſunt aduſti.
Huc accedunt & paſsiones animi, quę præter cæ
tera exiccant corpus. Vnde illud: Triſtis ſpiri-
tus exiccat oſſa. In Italia peruenit ad melancho-
F liam cum mania, & per eſſentiam, & per conſen-
ſum caput exiccatum eſt, & cerebrū patitur prin
cipaliter: ſpiritus ſylueſtres ſunt & mali, vnde in
hoc rixandi ſtudium. Humores namque aduſti ſi
ſunt cum ſanguine, rident melancholici: ſi verò
cum cholera, rixantur. Adeò ingens eſt in hoc
aduſtio & exiccatio, vt morbos habuerit vſq; ad-
huc taciturnitatem coniunctam. Probatur id a-
liis quoque ſignis: oculi concaui, excarnatiſsima
facies, adſunt vigiliæ, quæ ſiccitatem cerebri ar-
G guunt: pulſus ipſe frequentiſsimus & durus: vn-
de liquidò conſtat, exiccatū adeò ipſum corpus.
Heri pulſus bonus, propter naturæ pugnam ve-
hementem. Credo autem propter miſsionem ſan
guinis

A guinis, corpus magis exiccatum, vnde propter reſolutionem virtutis, humores ipſi mali, ita vt nec virtus, nec ſpiritus reſtitui poſsint. Hinc ſequuntur inconcoctiones. Vrina talis ex obſtructione aut multitudine choleræ, atq; hoc ex fæcibus ſuperiorum dierum. *Prognoſticon.* Malè ſpero: moriturum credo, quia tanta exiccatio, & corporis eſt attenuatio, vt reſtaurari nequeat. Accedunt huc ingentes obſtructiones, quæ niſi abſtergentibus curari nequeunt. Illa verò omnia calida & ſicca: & ſi hæc curabimus, malum augebimus. B Quid igitur agendum? an exiccationi & obſtructioni attendendũ? Exiccationi certè magis, idq; humectantibus. Humectant autem autore Galeno ſomnus, cibus & balneum. Balneum in præſentia non auderem ſuadere, ne virtus amplius diſſoluatur, quod fit in balneo aquæ tepidæ, in qua ipſe expiraret: quare ſomno & cibo inſiſterẽ. Cibus eſto ouum ſorbile. Vinum exiccat: darem quidem, ſed parum. Conciliatur ſomnus populeone, oleo violaceo, & fouerem caput infrigidan- C tibus. Victus, aqua carnis cum ouo. Vinum cum aqua dilutum, potens, non aquoſum. Virtute recuperata curabimus melancholiam: antè nõ auderem euacuationem moliri.

MONTANVS.

Quoniam conuenimus curaturi hunc immorigerum virũ, oportet primò cognoſcere genus morbi, vel morborum, ſi plures ſunt. Hìc plures operationes læſæ, à quibus ad morbos deuenie- D mus. Primùm igitur conſideremus operationes læſas, & poſtmodũ ſymptomata. Si rectè autem obſerues, vides nullum genus operationũ in hoc viro, quòd non lædatur intenſiſsimè. Primò videamus animales intrinſecas: ratio læſa eſt, quæ eſt operatio nobiliſsima, diſcurſus etiam læſus. Patitur enim melancholiã, & ita eius corruptionem, ac quandoq; omnimodam etiam oblationem diſcurſus. Nobiliſsima igitur virtus animalis hoc modo læſa eſt. Vitalis verò ita diminuta E eſt, vt vix percipiamus motum pulſationis arteriarum, quæ eſt actio virtutis vitalis. Naturales deniq; omnes affectæ ſunt. Primò ipſa virtus appetitiua non appetit, concoctrix non agit ſecundùm naturã, & adſunt fæces corruptę, vt dicit D. Friſimelica. Vrina etiam nec ſubſtantia, nec calore, nec reſidentia ſeu hypoſtaſi ſecundùm naturã eſt. Colorem enim habet rufum, tendentem ad nigredinem, ſubſtantia eſt craſſa, reſidentia diuulſa ac ſeparata, tingit pannum notabiliter. Heri nihil F excreuit neq; per aluum, neq; per vrinam, & ita omnes virtutes naturales læſæ ſunt, appetitiua, concoctrix & expulſiua. Hæ operationes læſæ faciunt ſymptomata, quorum cauſa vocati ſumus. Inquirendæ modò ſunt cauſæ operationum læſarũ. Licet enim ob ſymptomata vocetur Medicus, non tamen ab illis tantũ indicationes ſumit, ſed à cauſis. Vt procedamus per ſummas rerum & capita. Videmus omnes cauſas hìc concurrere. Primùm omnes cauſæ extrinſecæ conueniunt & G intrinſecæ, temperatura, ætas, anni tempus, omnia contulerunt ad generanda hæc ſymptomata. Fecit longiſsimũ iter, in quo perpeſſus magnum calorem in capite, deinde poſt calorem frigus: laborauit plurimùm equitando, vſus aromatibus & cibis calidis, vt mos eſt in Polonia & vltra montes, vt plus aromatum vno die conſumant, q̃ nos integro anno. Bibit vina potẽtia, & omnibus rebus exiccantibus & calefacientibus vſus eſt, ex quibus ſecutæ ſunt corruptiones alimenti & extraneæ euaporationes ad caput. atq; hæ res dimĩnuerunt calorem innatum. Hę ſunt cauſę extrinſecæ. Intrinſecę verò omnes fuerunt tales, vt facilè reciperẽt impreſsionẽ cauſarum alterantium. Subiectum enim præparatum eſt, vt nihil magis corpus ſiccũ admodum (vt patet ex colore & toto habitu corporis & operationibus) & calidum, quia multarum operationũ eſt, quæ indicant magnam caliditatẽ. Ideò ſtante naturali diſpoſitione calida & admodum ſicca, & accedentibus cauſis extrinſecis, primò circa caput facta eſt ſupercalefactio, quam ſequuta eſt attractio materiæ. Et tandẽ propter nimiam materiam per reſolutionem eſt frigefactum, ideò nunc in eo apparẽt potius ſigna frigiditatis, q̃ caliditatis, idq; quia exhalauit calor, vt fit in omnibus aduſtis & valde exiccatis. Ad alienationem igitur mentis credo concurriſſe omnes cauſas extrinſecas, præcipuè calorem Solis, qui afficit caput. Acceſsit temperatura ſicca, adiuuantibus accidentibus aliis, affectibus animi, curis & motibus. Ideò in cerebro impreſſa ſiccitas, & remota tandem caliditate, facta frigida intemperies eſſentialiter in capite, ac ſpiritus frigidiores ac tenebricoſiores, vnde ſecuta timiditas. Mala auxit multiplicatu materiæ per viam corruptionis in membris naturalibus, vnde plurimi vapores turbidi aſcendunt. Orta eſt autem corruptio in ventriculo ex cauſis dictis, videlicet quòd in hoſpitiis comedit quicquid offerebatur, equitãdo item continuò coctiones turbauit. Qui aũt ſicci ſunt, & graciles p̃ ſe, ventriculũ imbecillũ habẽt, nec poſſunt concoquere: 2. de Cauſ. ſympt. de paſsione Hypochondrica, cui tales naturaliter ſubiectos dicit propter plurimos flatus, qui generantur ex caliditate hepatis, & frigiditate ventriculi. In hoc igitur corpore propter propriam temperaturam, & cauſas extrinſecas generati ſunt vapores multi, & humores corrupti propter igneã caliditatem, quę non concoquit humores, nec ad determinatam aliquam formam deducit. Et quia varij vapores eleuantur, varia accidẽtia ſunt melancholica: modò nihil loquitur, quandoq; vigilat, quandoq; ſtupet, & alia facit pro varietate vaporum aſcendentium à partibus inferioribus. Et eſt vnum ſignum euidentiſsimum, vrinæ diebus præcedentibus ſubtiles & tenues erant, & tamen maximè furebat, quia vapores aſcendebant ad caput iuxta Hippocr. 4. Aphor. 72. Cùm autẽ nunc deſcendant, & vrina ſit craſſa, ac ſubnigra: ideò melius habet, quod ad melancholiam: quia materia deſcendit, quæ antea aſcendebat, & petebat caput, ac pro ſua varietate varias generabat melancholias. Quòd autem plurimi humores corrupti in hoc corpore, patet ab exeuntibus & operationibus læſis. Habet dura & denſa hypochondria, ita vt non poſsit pati tactum, quod indicat multitudinem humorum in corpore, vrina ſubnigra

A multitudinẽ bilis & humoris aduſti: quanquam
id etiam fieri poſſet ex obſtructione meatus bilis
ad inteſtina, quòd ſe per renes perfertur, cũ pro-
pter obſtructiones ad inteſtina deuenire nõ poſ-
ſet: ſed id non poſſumus hîc dicere, quia fæces e-
tiam linioſæ ſunt: non igitur eſt ibi aliqua obſtru
ctio, ſed bilis liberè penetrat ad inteſtina. Quare
maximè adeſt copia humorum bilioſorũ in hoc
corpore, & aduſtorum ob caliditatem hepatis. In
ventriculo etiam plurimũ generatur de pituita,
B ſicuti in hepate plus de bile q̃ conueniat. Non nu
tritur autem corpus, ideò oculi concaui, tempo-
ra collapſa, adſunt vigiliæ. Acceſſerunt & euacua-
tiones factæ à Medicis, quæ adiuuant ſiccitatem.
Primò miſſus ſanguis in Cittadella, poſtea hîc e-
tiam per hæmorrhoides, plus etiam exiccatus ex
motu illo & furore. ideò paulatim defecit virtus
vitalis. Hæ ſunt cauſæ ſymptomatum extrinſecę
& intrinſecę, à quibus morbus depẽdet. Hæ item
rationes, cur exiſtimem totum corpus plenum,
C & cur venerit ad hanc maximam, & nobis timen
dam ſiccitatẽ. His ita ſtantibus, quid prognoſtici
erit? Quandoquidem fruſtra tentatur cura, vbi
deſperandum. Videmus naturalem imbecillita-
tem, ad quam accedit etiam tanta debilitas virtu-
tis vitalis. Quæ ſi eſt propter ſuffocationem & op
preſsionem, quod nõ omninò videtur alienum,
aliqua ſpes eſſet. Verùm ſi propter reſolutionem,
eſt periculum maximum. Si ex vtroq;, item peri-
culum magnum. Heri virtus ſatis conſtabat, pul-
D ſus fortis erat, hodie multum eſt debilitatus. Atq;
hoc eſt ſignum eſſe debilitatẽ eam ex ſuffocatio-
ne à multa materia magis quàm ex illis euacua-
tionibus. Sed determinatè nihil dico, inclino ſal-
tem in eam partẽ, quòd ſit ex repletione & abun-
dantia materiæ ſuffocantis, qùia video illam ſubi
tam mutationem ſine aliqua cauſa accedente. Et
eſt aliud ſignum, quod notat Galen. 2. de Præſcr.
vbi diſtinguit imbecillitatem, dicens: Cùm pul-
ſus ad compreſsionem primò deficit, poſtea pau-
E latim inſurgit, ſcias hoc eſſe propter ſuffocatio-
nem multæ materiæ. Si verò quò magis premis,
eò magis deficit, nec cedit, eſt ratione reſolutio-
nis. Id obſeruandum erit. Si enim eſt ratione re-
ſolutionis, non curabitur. Si verò ratione ſuffo-
cationis ob abundantiam materiæ, ſicut dubitan
ter exiſtimo, & Medicus erit prudẽs, ſpero quòd
poterit curari. Quid igitur faciendum? Cura con
ſiſtit in paucis: Primò tentarem leuem euacua-
cuationem, talem cũ qua virtutem debilem non
F prorſus interficerem: vt educeretur materia cum
pharmacis benedictis & mitioribus. Quòd ſi ſuc
cederet, & ducerentur humores, tunc eſſet inuen
ta cauſa mali, & cura etiam, exhiberem adhuc ho
die ℥.ij. mannæ Calabrinæ in brodio, ex qua nihil
mali poteſt euenire: poſtea ſi virtus videretur iu-
uari, paulatim ad alia accederem, humectarẽ, ſed
in eo cauerem à frigidis: quia non ita calefactum
eſt cerebrũ, ſed potius frigidum. Inferiora mem-
bra, pręcipuè hepar, vellem frigefacere, ne augea-
G tur bilis copia, ac poſtea confortarem cor:
vinum darem, quia humectat ſub-
ſtantificè. Mortuus eſt no-
cte ſequenti.

CONSILIVM XXIII.

De melancholia per conſenſum à toto. In colloquio.

ACCIDENTIA quibus affligitur hic no-
bilisſimus vir, ſunt manifeſta ſenſui, de
quibus ambigere non poteſtis. Primò
percipit ſtuporem manifeſtum ferè in
omnibus corporis partibus, præcipuè tamen cir-
ca tibias: & obtuſionem ferè omnium ſenſuum
tactus, guſtus, &c. Dicit etiam aliquando ita ſibi
diffidere, vt nõ auſit egredi domum, metuens ne
deficiat, & in diſcurſu etiam detrimentum quan-
doque percipit: nõ audet interdum loqui, ita de-
fectus totius diſcurſus referatur ad diffidentiam.
Eſt & aliud inſigne, maculæ nigræ circa omnes
partes corporis in ipſa cuticula, non profundæ,
ſed ſuperficiales tantùm: & illæ ſunt cum pruri-
tu magno, vt conetur ſcalpere: eſtque ipſum ge-
nus, quod & Dioſcorides & Galen. ἐφελκίδας vo-
cant, quaſi à ſole contractas: ſunt enim nigræ,
quales ſunt homines multum in ſole ambulan-
tes: hæc contingunt per interualla, & ſolebant
redire ſingulis menſibus: ſed poſtquam eſt cura-
tus Venetiis ab excellentiſ. medico & fratre meo,
non tam ſæpe redeunt interim illa, vt nunc poſt
duos menſes, aut vnũ cum dimidio redeunt. Ad-
dit, quòd licet rarius veniant ea ſymptomata, ta-
men in interuallis non ita prorſus ab iis liber ſit
vt antè: nunc quaſi ſemper ſentit aliquid quod
ante illam curationem non ſenſerat. Hæc ſunt ac-
cidentia ab eo recitata, quæ omnia ſunt facilia co
gnitu: ſed in cauſis indagãdis eſt ſumma difficul-
tas, nec poſſum mihi ſatisfacere. Circa ſtuporem
maxima difficultas eſt. Stupor eſt actio diminu-
ta: ergo à frigiditate, 3. de Cauſ. ſympt. Actio cor-
rupta à caliditate venit, diminuta ab intemperie
frigida: hîc actio diminuta: ergo à frigiditate, idq;
vel poſitiuè, vel priuatiuè. Diminuitur actio, cũ
fit frigiditas in membro, propterea quòd virtus
animalis, ſeu calor ac ſpiritus veniens ad mem-
brum illud non accedit: ita membrum priuatum
calore debito, refrigeratur priuatiuè. Sic refrige-
rantur membra in timore, quando ſpiritus & ca-
lor ad cor refugiunt, ac ceſſant motus & ſenſus.
frigiditas poſitiua eſt, cũ refrigeratur membrum,
vel quia in propria eſſentia & in temperatura læ-
ſum eſt, ac refrigeratum: vel quia materia affluxe-
rit, atque ita in ipſo membro ſit quod lædit. Hæc
ergo eſt difficultas, quòd non ſcio vnde poſsit eſ-
ſe ſtupor. Si à cauſa priuatiua, ea eſt vel ob obſtru
ctionem, vel ob paucitatem ſpirituum, ſeu ob a-
liud accidens ſubitum: in his omnibus debebat
antè lædi motus, ad quem longè maiori & vehe
mentiori calore & ſpiritu opus eſt: quia motus
eſt in actu, ſenſus autem in pati. Secundò, natu-
ra magis ſolicita de neceſſariis, ſemper reſeruat id
quod magis eſt neceſſarium: igitur cùm alterum
eſt amittendum, potius motus quã ſenſus aufer-
tur, vt in paralyſi. Propter has duas cauſas, pau-
citatem ſcilicet ſpirituum & obſtructionem, non
credo eſſe imbecillitatem in ſenſu alicuius mem-
bri, aut in motu. Sed dicat aliquis, diuerſi nerui
ſunt: nã nerui ſenſus ſunt humidiores, & facilius
lædi

lædi poſſunt,quàm nerui motus.Reſponſio:Ner A
ui motus duriores quidem ſunt,& propterea e-
tiam non ita facilè implentur à ſpiritu pauciori,
vt nerui ſenſus,q humidiores ſunt & parui.Dein
de nerui,circa quos ipſe ſentit maximam imbecil
litatem in ſenſu tactus prope tibiam,nō ſunt tam
humidi: quia non à cerebro, ſed nucha & ſpon.
dylis dorſi oriuntur. Nec ob frigiditatem poſiti-
uam hoc fieri poſſe video. Si enim dicas factam
frigiditatem,quia fluxerit materia ad neruos ſen-
ſuum,& non ad neruos motus,quia diuerſi ſunt, B
& quidem ſenſus nerui imbecilliores non ita re-
ſiſtant læſionibus extrinſecis. Reſponſio: Verum
eſt, facilè poſſe pati eos neruos, vt Galenus 1.de
Sympt.cauſ. de his qui in ſenſu tactus impedi-
menta habent, & non in motu: ſed id non vide-
tur eſſe in hoc viro. Si enim intemperies eſſet in
illis neruis,perpetuò eſſet, nec aliquādo ceſſaret:
hic verò ſentit quandoque,quandoq; non:ſi eſſet
ibi fixa materia,perpetuò non ſentiret. Et ita re-
ſtat difficultas apud me magna, quæ ſit cauſa. C
Præterea ſi tantùm eſſet ibi humiditas obtundēs
calorem,& non frigiditas quædam, ſed caliditas,
quæ obtūderetur quidem ab humiditate,nō poſ-
ſet tamen extingui: non ſequeretur diminutio a-
ctionum,ſed corruptio.Intemperies cerebri cali-
da & humida corrumpit actiones:& ſi eſſet tanta
humiditas cerebri, quæ obtūderet calorem, non
bene diſcurreret,nec memoraretur:hic autem eſt
optimi ſenſus & exactiſsimi, memoriter refert
omnia, quæ contigerunt ei per totam vitam. Sci- D
tis autē dictum Heracliti: Spiritus ſiccus, anima
prudentiſsima. Nō igitur poſſum imaginari quo-
modo humiditas ſit impediens & obtundens ca-
lorem in hoc viro: atque ita plenus ſum difficul-
tatum. Audiatis proceſſum,quo in rebus ignotis
deducā vos per coniecturas. Supponam tempe-
raturam: quod à natiuitate abundauerit in hoc
corpore caliditas cum humiditate: id coniicio ab
habitu corporis in hac ætate: eſt enim 20.anno-
rum,obeſus & craſſus,ſeu pinguis. & video ſigna E
manifeſta:eſt ſubniger,& nō habet pilos indican-
tes frigiditatem: deniq; abūdat multo ſanguine,
ex quo hepar eſt calidum & humidum generans
multum ſanguinem. Habuit autem peſsimam ra-
tionem victus Venetiis primùm: præterea 16.na-
tus annos iuit in Dalmatiam, vbi craſſus & meri-
dionalis aer,veſcebatur carnibus & piſcibus craſ-
ſis, laborabat animo & corpore ſub ſole, & in ne-
gociis circa quæ non erat aſſuetus, inde contra-
xit cacochymiam ratione temperaturæ,& cauſa- F
rum extrinſecarum, & congregauit multam ma-
teriam melancholicam:quia qui calidi & humidi
generāt multum ſanguinem, & plurimum etiam
fæcum:quia vbi multum eſt de ſanguine,præſer-
tim craſsiore, ibi etiam multum eſt de fæce ſan-
guinis: & tales fiunt facilè melancholici,cùm ac-
cedit cauſa extrinſeca, ſicut hîc omnia conſpirāt:
multos noui tales. Eſt etiam manifeſta coniectu-
ra ex Galen.4.de Sanit.tuen. tale eſſe dominium
humoris, qualis eſt color cutis: hîc ſunt maculæ G
coloris admodum nigri, quæ cooperiunt ferè to-
tam cutim,quę ſignificant dominium humorum
eius.illæ maculæ pruriunt plurimum. Excitatur
autē ille pruritus à difflatione, quia difflatur hu-
mor melancholicus: deinde etiam, quia humor
eſt acidus: ſemper enim aliquid pituitæ admiſtū
habet, quia melancholia frigida eſt, & extinguit
calorem naturalem hepatis, & repletus eſt ſplen
eo humore: intumeſcit, & ſua frigiditate minuit
calorem hepatis, & impedit coctiones, ita fit vt
generetur multa pituita.Ideò multi qui abundāt
melancholico humore, ſunt hydropici & ſplene-
tici, ob extinctionem caloris naturalis, & multi-
tudinem phlegmatum.Hinc eſt quòd apud vete-
res, omnes medicinæ euacuantes humorem me-
lancholicum, ſemper habent admiſtum aliquid
euacuans pituitam: quia nunquam ſeparantur,
vt in confectione hamech, elect.Indo, & aliis an-
tiquis.Nec credo eſſe ſuccum melancholicū adu-
ſtum,quia faceret vlcera:ſed credo naturalem eſ-
ſe,non enim eſt malignus. Pruritum autem facit
propter aduſtam pituitam: abundat ſuccus me-
lancholicus naturalis,qui generatur in hepate,&
tranſit per omnes venas: quod mihi manifeſtum
eſt, quia maculæ ſunt per vniuerſum corpus: ex
venis autem ſuccus ille tranſit in corpus,& ad cu
tim,& facit illas maculas. Quia igitur in toto am-
bitu venarum eſt, ideò perpetuò euaporat ad ca-
put,& ſuis certis periodis corrumpit actiones ce-
bri, prout magis vel minus augetur à mala ratio-
ne victus. Sunt enim certæ periodi & variæ pro
ratione humoris, vt apparet in quartanis: & a-
ctiones variè diminuuntur, prout vapores aſcen
dentes diuerſas cerebri partes occupant, vt 3.de
Cauſ.ſympt. nunc diſcurſum, nunc imaginatio-
nem, nunc memoriam. Et eſt varietas magna in
eo præcipuè humore: nam refert Galenus quen-
dam imaginatum ſe eſſe gallum, alium ſe habere
caput ex olla fictili. Nec harū rerum cauſæ certæ
referri poſſunt,cur vel hæc,vel illa actio impedia-
tur. Hic homo illud,alius aliud imaginatur. Vidi
quendam qui totá mundi ſuperficiem imagina-
batur eſſe ex ſubtiliſsimo vitro, & ſubtus eſſe ſer-
pentes,ſe in lecto,tanquam in inſula,vnde ſi egre
deretur, frangeret vitrum,& incideret in ſerpen-
tes,ideò nolebat ex lecto egredi. Credo autem to
tum hoc imaginationem eſſe, & quòd omnia illa
ſymptomata imaginetur, & quòd non ſentit in
tibiis: ſi pungeretur fortiter, fortaſſe ſentiret. Ita
imaginatur,vt nō poſsit diſcurrere:aliquando ita
diffidit ſibi, vt non poſsit exire domum. Timet,
quod eſt proprium melancholici. Vidi plures ta-
les Venetos. Quod de viſu conqueritur in oculis
bene credo defectum aliquem. Videtis quàm la-
tam habeat pupillam. Reliquū totum credo eſ-
ſe imaginationem. & fit interdum re vera vt ho-
mo non ſentiat, cùm eſt intentus in aliud, vt ait
Ariſtot.in Problem.& 2.de Anima,quæ alio occu
pata non percipit obiecta. Hippocrates ait: Vbi
aliquis dolorem non ſentit, mens laborat. quod
admodum quadrat ad propoſitum noſtrum. Iſte
dolores non ſentit,ergo mens ægrotat. Nec (meo
iudicio) poſſumus referre alias cauſas: ſed credo
totum affectum melancholicum,& ponerē illum
in capitulo de melancholia, vt vulgò loquimur.
Eſt autem humor melancholicus non per eſſen-
tiam in capite,ſed per conſenſum.Exhalat ex he-

pate,& ex ambitu venarum.Eſt enim duplex hu-
mor melancholicus. 3.Loc.affect.quandoq; in ca
pite,quandoq; in ambitu venarũ. Arbitror quòd
ſit hîc per conſenſum in capite, per eſſentiam in
venis,idq́ue eo,quòd certas periodos habet. Si in
capite, ſemper & perpetuò talis eſſet. His ſtanti-
tibus, credo quòd difficulter curabitur: omnes
affectus melancholici diu durant, ex Galeni ſen-
tentia, qui ex Diocle refert de hypochondriaca
affectione,quę per conſenſum tamen eſt: quanto
hîc cura difficilior? Nihilominus ſi quis toto ſtu-
dio quærat euacuationes, & curet ne generetur
alius nouus humor, melãcholiam vel curabit,vel
ad meliorẽ ſtatum reducet: quia interim ex quo
euacuari cœpit,& curari, leuius nunc inuadit, &
per longiores periodos,ſi pręſertim talis euacua-
tio fiat cum elleboro,qui verè euacuat melancho
liam: videmus enim effluere cum exhibetur,non
aquea & humida, ſicut fit cùm dantur folia ſenæ
& epithymum: nam elleborus verè & ſine diffi-
cultate melancholiam euacuat, ſi debito modo
& iuſta quantitate exhibeatur. *Cura.* Quia igi-
tur in toto corpore & ambitu venarum eſt cauſa
morbi,primò minuerem ſanguinẽ, præmiſſa leui
purgatione materiæ communis, quæ eſt in ven-
triculo & inteſtinis. Darẽ igitur caſsiam, vel hie-
ram:poſtea euacuarem ſanguinem copioſè ex ba
ſilica vtriuſq; lateris ad 16.vel 20.etiam ℥.duabus
vel tribus vicibus, quia corpus eſt plenũ ſangui-
ne.Poſt miſsionem ſanguinis darem præparãtia,
ſyrup.boraginis,bugloſſę,lupuli,& decoquerem
in 15.vel 16.℥. aquæ caſei cum modico oxymellis,
ad purgandum, leniendum, & cõquendum ſuc-
cum melancholicum:tandem euacuarem cum le
uioribus: primùm quæ ſuccum melancholicum,
& pituitam ſimul educunt,vt confectio hamech,
& alia: poſtea vbi ſemel aut bis hoc factum eſſet,
ad decoctum ellebori accederem cum aliis: vt,
omne genus myrobalanorum. Contuſum & infu
ſum in aqua fumiterræ decoquas: coctioni præ-
terea addantur folia ſenæ, epithymum, polypo-
dium,glycyrrhiza, & ſemen citri, & dimidia ℥.el-
lebori:& huius decocti ℥.6.ſumantur:idq́; ter vel
quater facerem, prout & humorem educi, & æ-
grum melius habere viderem. Videbit proculdu-
biò ſe iuuari hac ratione. Præterea vtatur victu
optimè nutriente:comedat carnes iuuenes,gene
rantes bonum, & non fœculentum ſanguinem:
vinum bibat, maximè nigrum, aut ſubrufum: ſit
cum ſociis lætus & hilaris: viuat in aere puriore,
æſtate præſertim, qualis eſt in Foroiulio, vel ad
montes Vincentinos. Hæc omnia ſi quo ordine
debet,egerit,vel curabitur,vel ſaltem minus mo-
leſtè afficietur.

CONSILIVM XXIIII.

*Pro quadam magnifica matrona. In affectio-
ne melancholica præſcriptum Italicè.*

PERSPICIO affectionẽ Magnificæ Ma-
tronæ natura eſſe longam & moleſtam.
In primis igitur hoc ſtatuere oportet,
requiri perſeuerantiam & tolerantiam.
Exiguo enim tempore nihil eximium atq; lauda-

A bile fieri poterit. Hoc propoſito,atq; apud animũ
conſtituto,curatio tentanda, aliâs conſilium no-
ſtrum vanum atq; ſuperuacuum futurum eſt. Ia-
cto quaſi iſto fundamento, affirmo principalem
partẽ curationis conſiſtere in debita moderatio-
ne. Primùm quidem aeris, à quo ſiue nimis frigi-
dus,ſiue calidus fuerit,ſibi caueat. In primis autẽ
nocturnũ: & ventos ex quacunq; etiam cœli re-
gione ſpirent,vitet. Non commoretur in locis hu
midis & ſubterraneis, neq; nimis igni appropin-
B quet,pręſertim capite. Quòd ſingulis ſeptimanis
ſemel abluat cum lixiuio,cui incocta ſint chamo-
mælum, malua, betonica,maiorana. Extergatur
panno lineo moderatè calido,nõ perfricando,ſed
leniter extergendo. Fiat autẽ hoc potius veſper-
tino tempore, quã matutino. À moleſtiis animi,
omni diligentia ſibi temperet, præcipuè iram fu-
giat,& graues perturbationes. Hæc enim potiſsi-
mùm valetudinem Magnificæ Matronæ lædunt.
Matutinis horis vtatur conueniẽti exercitio, vel
C in negociis familiaribus curandis, vel prodeam-
bulatione. Operam det, vt quotidie beneficium
ventris habeat. Id ſi non fieret,quarta vnciæ pars
bonæ terebinthinæ aſſumenda erit. Huius vſus
ad multa vtilis futurus eſt. Quantum ad victus
rationem attinet,quãuis exquiſitè præcepta non
poſsint pręſcribi propter diuturnitatem mali:ta-
men de vino hoc tenendum diligenter,tanquam
res magni momenti, eſſe id debere mediocriter
tenue,clarum,non admodum coloratum, ex be-
D nè maturis vuis expreſſum, minimeq́; aſtringẽs.
Malim enim potens,q̃ aſtringens concedere. Ta-
le inquam vinum moderatè bibat. Hyeme tamen
non prorſus frigidum ingerat,ſed vt ad focum ali
quo modo incaleſcat, procuret. Vnico ferculo
contenta ſit. Abſtineat à carnibus vetuſtis,vt bo-
uina & caſtratorum duriore. Aues etiam aquati-
cas nequaquam ſibi poſſe cõcedi ſciat, vt anſeres,
anates,&c. neq; carnem porcinam,neque piſces,
cuiuſcunq; generis ſint: neq; caſeum, neq; paſti-
E lia atq; placentas. Cibus verò illius ſint pulli,ca-
ro vitulina, oua recentia, pultes ex farre, ſpelta,
hordeo,panico cum iure carnium. In acetariis v-
tatur capparibus, cichoreo, boragine, & lactuca
cocta. Et hæc ſatis quantum ad victus rationem.
Quantum ad medicamẽta ſingulis annis bis ex-
purgetur hac ratione:

R. Floris caſsiæ ℥.ij.
Specierum Hieræ ſimpl.ʒ.ij.

Miſce, fiat bolus cum zuccharo. Detur tribus
F horis ante prandium: deinde R.Syrup.de cicho-
reo Nicoli Byzant. compl. ana ℥.j. Iuris pulli in
quo decoquãtur radices petroſelini ℥.iiij. Miſce,
pro vno ſit,ſic pro aliis tribus. Poſt vſum horum
ſyruporum vtatur iſto medicamento purgante:

R. Confectionis hamech ʒ.iij.
Syrup.roſ.ſolut. ℥.iiij. cũ aqua boraginis.

Fiat potio breuis,qua vtatur ſub auroram. Pla-
cet etiam vt poſt vſum duorum ſyrup.ſecetur ve
na axillaris brachij dextri: & ſi apparerent hæ-
G morrhoides, optimum eſſet admouere ſanguiſu-
gas, & deinceps recipere vaporem bullientis a-
quæ,cui incoquatur chamomælum,ſicut in præ-
ſenti colloquio monui. Vtatur ſæpiſsimè zuccha-

ro roſato, maximè matutino tempore, vncia media. Item ſingulis ſeptimanis bis ſumat mediam drachmam Rhabarbari, idq; vel maſticet atq; deglutiat, vel in puluerem redigat, atque cum vuis paſsis, aut zuccaro roſ. accipiat. Hæc pro tuenda valetudine vſque ad finem primi Veris ſatis ſint. Deinceps nos, quo in ſtatu ſit, certiores reddat.

CONSILIVM XXV.

De ſene ſeptuagenario laborante ventris ſtipticitate, & vigiliis, & triſtitia quadam cum periculo, ne incidat in melancholiam.

VIR ſeptuagenarius tẽperaturæ ſiccæ, in præſentia (qui aliàs paſſus eſt tumorem preter naturam in vtroq; crure) laborat alui aſtrictione, vigiliisq; ita, vt non dormiat nocte, ſed excitetur & melancholicis quibuſdam accidentibus ita vexatur: id eſt, ſubtriſtis eſt, & timet ſine ratione, vt immineat periculum, ne fiat melancholicus. Circa curam inſtituenda eſt recta victus ratio, qui ſit calidus & humidus, vergens ad temperiem, quando & temperatura naturalis, & ætas, & morbi cauſa exigunt. Carnes igitur ſint calidæ & humidæ, vt hœdinæ & gallinaceæ, & maximè gallinarum iuuenum, & columbarũ, & vitulorũ iuuenum: ſed his rarò veſcatur: viſcidæ enim ſunt carnes, & craſsi nutrimenti. Oua ſorbilia tremula optima ſunt: laudabiles piſces non denegentur, ſed rarus ſit eorũ vſus, vt paſſerculorũ, mullorum, ſolearũ, & id genus piſcium. Vinum ſit pauciferum, non dulce neq; acre. Animi ſint mitiora accidẽtia, moderatũ exercitium: ſuperueniente Vere ſi vtatur interdum lactuca cocta cum oleo, aceto & ſale, & ſaccharo, & maximè in cœna, erit optimũ, ſomnũ conciliabit, & ventrem leniet. Quòd ſi in ferculis interdum daretur malua ſpinachia, blitum, borago, non erit malum. Prunis exiccatis dulcioribus & paſſulis maioribus ſi vtatur, erit bonum. Superueniente Vere purgetur corpus, & alteretur caput, & reliqua membra. In purgando corpore id obſeruandum eſt, vt relinquãtur omnes exiccantes medicinæ, vt aloe, hiera, & quæcunque pillulæ. Vtatur caſsia, aut ſyrupo violato, aut manna, aut id genus leniente pharmaco, cuius quantitas ſit pro ratione ætatis, virium, & conſuetudinis. Lenito ventre concoquatur materia cum ſimilibus ſyrupis lenientibus, quibus admiſceantur ij etiam, qui vim habeant attenuandi. Inter hos ſyrupos erit violaceus, roſatus, de cichoreo, veluti:

R. Syrupi violati ℥ j.s.
De Cichoreo ℥ s.

Cum decoctione cichorij & lactucæ fiat ſyrup. Euacuetur poſtea materia cum tali medicamẽto.

R. Floris caſsiæ nuper extractæ ℥ j.
Rhabarbari electi ℈ iiij.

Miſce. Euacuato corpore veſperi poſt tres horas à cœna, quæ ſit leuis: vtatur iſtius electuarij, quantum eſt nux magna,

R. Sacchari roſati ℥ ij.
Philonij optimi ℥ j.s.
Specierum Diarrhodon
Aromatici roſati ana ℈ ij. cum ſyrupo de papa- [A] uere fiat electuarium: interim lauet caput cum decocto anethi, nymphez, roſarum, chamæmeli. Odoret frequenter deſtillatam aquam violarum, in qua diſſolutum ſit aliquid camphoræ, aut muſci: conciliabunt enim hæc ſomnum. Item purgato corpore lauet per interualla pedes cũ aqua tepida, in qua ſint decocta, quę paulò antè diximus.

CONSILIVM XXVI.

De Melancholia, & appetentia canina.

[B] CASVS recitatus à Friſimelica. Proponitur nobis iuuenis melancholicus, qui in prima ætate molliter educatus fuit, & cui permiſſum fuit viuere ſuo arbitrio. Eſt igitur vſus hucuſque pro ſua voluntate, inordinato quouis victu, diſcurſauit huc illuc, nunc ad venandum, nunc ad piſcãdum: in æſtate & æſtu, per frigora, per imbres, & tempeſtates. Aliquando valde æſtuans, aquis frigidiſsimis ſe immerſit, perſequens aues & alia. Vſus [C] etiam plurima Venere, & amoribus plurimarum mulierum, à quibus ſuſpicantur ei amatoria data eſſe. Cum etiam luſiſſet & amiſiſſet plurimũ pecuniæ in luſu, fuit propterea ſolicitus & anxius. Quicquid ſit, melancholia laborat, nam delirat. Medici clariſs. qui Venetiis eum ſub cura habuerunt, exquiſitè eum purgarunt cum elleboro, tũ aliis medicinis: ſed nihil profecerunt, imò etiam plus creduntur obfuiſſe. Nam exinde ſecuta ſunt ſæuiora ſymptomata. Nam magis delirauit, & ti- [D] muit, & ſtolidè noctes atque dies vociferatus eſt. Præterea fameſcit ſupra modum, & ita expetit cibum, vt furiosè & cum clamore, ac ſtrepitu extorqueat cibum: quo tamen oblato, quieſcit. Adhæc moribus agitatur inordinatis: nam ſe continere nõ poteſt neque quieſcere, ſed vult hinc inde diuagari, & expatiari. Præterea non egerit etiam, niſi dato clyſteri, quo heri vidimus plurimum pituitoſi excrementi eductum eſſe. Dormit alioqui, neminem percutit, nec alicui nocet. Agit iam [E] annum ætatis ſuæ 22.

MONTANVS.

Duo ſunt ingentia ſymptomata in hoc iuuene, videlicet melancholia, & operationes læſæ cerebri. Secundò, ingens fames, importuna, quæ nullo modo poteſt ſedari. De his duobus petit curationem, quæ vt rectè fieri poſsit, iſta dua ſymptomata ſunt redigenda in ſuas cauſas. Quantum ad primũ, eſt operatio leſa ipſi⁹ cerebri, triſtatur ſine [F] cauſa, & timet, quod eſt ſignum melancholiæ cõmune. Sed quoniam plurimę ſunt ſpecies melancholiæ, nõ diſtinguam iam melancholiam ratione loci per conſenſum, vel per eſſentiam: ſed diſtinguam per materiam facientem ipſam, quæ facit differentias eſſentiales. Cum hîc dicimus melancholiam, intelligimus affectum cerebri: ergo patitur cerebrum, à qua cauſa, dubium eſt apud me, & etiam dubium de loco. Audio enim rectè memorare, & cognoſcere, & diſcurrere, & diſtin- [G] guere: quando videt hominem, etiam de longinquo, tamen agnoſcit, etiamſi diu illum non viderit. Quantum igitur ad ſenſus interiores, bene ſe habet, ſenſus exteriores item bene exercet. Quæ

igitur facultas operationum cerebri eſt læſa? Metuit quæ ſunt neutiquam metuenda, & triſtatur de quibus non debet: ergo videtur quòd eius diſcurſus non eſt ſecundum rationem, & virtutem diſcurſiuam læſam eſſe. Et quoniam læſio illa multiplex eſſe poteſt, aut diminuta, aut corrupta, aut ablata: diſtinguendum erit, quæ nam ſpecies læſionis adſit in hoc iuuene. Nõ videtur habere corruptionem diſcurſus, ſed potius deficere, quàm excedere metam, quia nõ diſcurrit quantum debet. Eſt ergo diminutio potius, quàm corruptio. Cùm igitur appareat, quòd nulla alia facultas lædatur in hoc iuuene, quàm ſolus diſcurſus, atque hæc læſio potius ſit diminuta, quã corrupta: aut talis ſi eſt corrupta, parum erit: iam videndum an talis affectus, qui eſt cũ mœrore & triſtitia, quæ nunquam ſeparantur à melancholia, ſit vel à melancholia naturali, vel à melancholia facta per aduſtionem, vel alio humore frigido, aſcendente ad cerebrum: à qua cauſa naſcitur effectus, qui dicitur amentia, ſeu ſtoliditas. Vbi enim refrigerantur ſpiritus, fiunt homines amẽtes, & ſtolidi, qui non poſſunt diſcurrere. Hæc ſunt prius conſideranda, antequam aliquid dicatur de morbo, an ſit vel per conſenſum, vel per eſſentiam. Si conſidero modum læſionis, non eſt propter melancholiam, factam ex aduſtione bilis: nam vbi illa aduſta eſt, fiunt maniaci, & furioſi, quod non fit in hoc iuuene. Non eſt igitur, cur ſua amentia referatur ad bilem aduſtam. Neque etiam ad melancholiam aduſtam referri poteſt: quia melancholia aduſta facit dæmoniacos, teſte Auicenna, fugientes homines, quærentes ſolitudines, verſantes circa ſepulchra. Eſt ergo referenda cauſa, vel ad melancholiam naturalem, vel ad alium humorem frigidum. Credo itaq; ego, quòd vterque frigidus conueniat humor, melancholicus & pituitoſus. Primò, melancholicus ſuccus, qui ſpiritus obtenebrat, aſcendit ab inferioribus, qui humor ſolus ater eſt in corpore. Accedit plurimꝰ humor pituitoſus, refrigerans ſpiritus. Et inde eſt, quòd licet aduſtio quædam humorum adſit, illa tamen acrimonia retunditur ab humore illo frigido. Sicut enim retũditur vinũ ab infuſa aqua, ita & melancholicus humor aduſtus retunditur à pituita frigida. Duo igitur humores conueniunt ſub forma vaporum in qualitatibus actiuis, frigidi ambo in paſsiuis contrarij: alter ſiccus, alter humidus, & ſe mutuò contemperant, vnde iſta melancholia non facit eum maniacum vel furibundum, ſicut vbi humor melancholicus ſolus, præcipuè aduſtus. Nam tales plerunque ad ſepulchra currunt, auerſantur conſuetudinem hominum. Hic videtur obtinere contrarium: affectat præſentiam hominum, & quærit homines. Sunt alij vapores frigidi, & humidi commiſti, qui retundant illam tenebroſitatem. Reliquæ partes cerebri non ſunt affectæ, niſi ea pars, vbi ſolus eſt diſcurſus, nam operatio diſcurſiua læſa. Neq; hîc opus eſt diſputare, an facultas illa diſcurſiua habeat ſedẽ ſuam in medio ventriculo cerebri, vel alibi. Cõſiderato & loco, & humore, videndum vtrum huiuſmodi humor generetur in capite eſſentialiter, an à toto ambitu venarum aſcendat, an à viis, quæ ſub hy-

A pochondriis. Credo quòd à toto ambitu corporis, & à ventriculo aſcendant vapores ad cerebrũ. Audiuiſtis quæ præceſſerunt, duæ tertianæ duplices, quæ vix potuerũt curari, niſi maximo temporis ſpacio: neq; tamen ſatis bene, vt ipſi medici fatentur, quòd remanſerunt plurimę obſtructiones circa membra naturalia. Ille iuuenis ſemicuratus à febre eſt relictus. Nam non fuit ſublata cauſa, videlicet obſtructio. Poſtea vſus mala ratione victus, ex qua rurſus auctæ obſtructiones, ex B quibus mox ructus ſecuti, & calor circa hypochondria, quaſi arderent, & flatus plurimi. Ac iſta ſemper proceſſerunt augendo, quia noluit pati curationes. Subſecutum eſt illud, quod ſolet conſequi, id eſt, melancholia hypocondriaca, vbi efferueſcit humor exiſtens in venis inter ventriculum, & hepar, vt docet ex Dioclis ſententia Gal. 3. de Locis affect. Cauſæ intrinſecæ. Primò eſt inſignis caliditas hepatis, quam habet naturalẽ, vt ex venis, colore, & toto habitu corporis patet. C Prætermitto maximã ſalacitatem, & libidinẽ ad coitũ, quæ hoc etiam arguit, teſte Galeno & Platone: qui affirmant, quanto hepar calidius, tanto libidinem maiorem. Habet igitur indicia calidioris hepatis. Hinc conſecutiuè ſequitur frigiditas ventriculi, vt iam ſæpe dixi. Non quòd neceſſariò hæ duæ diſcraſiæ ſimul ſint: ſed conſecutiuè hoc fit. Aucta etiam fuit caliditas hepatis & frigiditas ventriculi ex febre. Nam hepar & totus ambitus venarum incaleſcit, quia ſanguis ferueſcit: præte- D rea, neceſſariò ſequitur frigiditas ventriculi, & propter febres longas videmus homines ad diſpoſitiones cachecticas deuenire, quoniam redditur ventriculus imbecillior. Eſt alia ratio, cur refrigeratus ventriculus, & hepar calidius factũ. Vbi fiunt obſtructiones, vt in longis febrib. propter illas prohibetur caloris euentatio. Vnde coarctatur calor, & ita fit feruor, & hepar quoq; calidius. Poſtea ventriculus frigidus cum nõ habet liberum tranſitum ſpirituum, qui ab hepate ab ſe E venire deberent, magis frigidus efficitur. Ratione igitur obſtructionis duo membra, alterum frigidius, alterum calidius eſt effectum. His factis ſecuta ſunt hæc, vt in hepate, videlicet fieret ebullitio, vnde generaretur ſanguis calidior. In ventriculo autem pituita acceſsit, quia humor frigidus & humidus putreſcens, id eſt, dum accipit principium putredinis acceſsit, vt ait Gal. quarto Simplic. Porrò generatus iam in ventriculò plurimus humor pituitoſus emittit vapores in cere- F brũ, qui retundunt vapores melancholicos. Cuius ſignum maximum eſt, quòd in principio morbi iſtius iuuenis, cum fuiſſet euacuatus, parumq; comediſſet, tunc magis delirabat: quia euacuatus fuerat ventriculus, & nõ humor melancholicus. Imò poſtea, cum ceſſatum fuit à purgationibus, mitior factus fuit iterum ſanguis, & corpus renutritum. Atq; etiam hoc tempore, quando ſumpſit cibum, illico ſuauiter dormit. Fortaſſe ſi vteretur tenui victu, efficeretur vera iſta melancholia. Er- G go ea ſymptomata ſunt à melancholia, ſed retuſa à pituitoſo humore. Dico etiam affectum eſſe eſſentialiter in capite, licet primogenio affectum non fuerit. Nam licet in principio non fuerit per

ſe in

ſe in cerebro,ſed per cōſenſum,frequentata tamē & continuata paſsione, tandem etiam eſſentialiter cœpit eſſe in capite. Cauſam famis non puto eſſe ex inanitione, ſeu naturalem, quia fames naturalis habet quinq; cauſas, quas ſcitis ex Galeno 2. de Facultatib.naturalibus. Hæ non apparēt in hoc corpore, quod eſt ſatis repletum. Vtrum ab acido humore fiat fames? Videtur quòd non, quia non obtunderetur à cibo.Dico quòd poſſet retundi,quando non eſt in concauitatibus ipſius ventriculi, & quando cibus imperfectè cōcoquitur, ſemper noua pituita accedit acida. Poteſt etiam eſſe per venam ex ſplene ad ventriculum deductam,ſi modò ea poni debet cū Galeno. Quicquid ſit, puto ibi eſſe humorem aliquem acidum, qui incitat famem caninam.

Prognoſticum. Diocles apud Galenum tertio de Locis affectis inquit: Difficillimè extirpatur humor melancholicus ſub præcordiis contentus: ergo multò magis, quando eſt per eſſentiam in cerebro. Quòd verò per eſſentiam etiam ſit in cerebro, hinc manifeſtum euadit, quoniam ſi eſſet ſolum in hypochondrio, non ſemper timeret: neque amiſiſſet rationem decori,vt nunc videtis, quòd abſque vlla ratione indifferenter ſe gerat in ſua amentia erga omnes.

Curatio. Quamuis Galenus dicat ſe curaſſe tales vſu balnei, & pillulis Ruffi, credo hoc fieri cū aliqua iactantia: ego nunquam vidi curatos tales perfectè. Sed tamen ex parte aliqua curari quempiam poſſe concedo, ſed non ex toto. Verùm faciendum, quantum poſſumus. Quoniam igitur fundamentum horum ſymptomatum conſiſtit in aſcenſu vaporū, & imbecillitate illorum duorum membrorum:ideo confortetur ventriculus, & alteretur hepar, & tollantur obſtructiones, & diuertantur vapores. Sed quo genere euacuationis vtemur? Si conſideramus ea, quæ ſunt in venis,credo expedire ſanguinis miſsionem,ratione humoris melancholici miſti cum ſanguine. Sed vbi ſunt obſtructiones, primò eas auferre oportet, vt quarto de Tuend.ſanitat.dicitur. Vterer igitur ſæpe Caſsia, additis etiam ſpeciebus Hieræ,ad liberandam obſtructionem Meſaraicarum. Exhiberem etiam oxymel, cum ſyrupo de pomis dulcibus.Is enim eius acrimoniam retūdit,& adderem aquam diſtillatam boraginis.Factis his nō eſſet malum ſecare venam pro refrigerando hepate, & ſanguine, & illo euentando. Poſtea vterer balneis aquæ dulcis, & abluerem caput decocto maluæ,althææ,chamomillę,& reliquorū,quę habent remiſſam caliditatē.Quæritur nū balnea cōueniant. Credo quòd ratione vētriculi & aperiendi obſtructiones eſſent cōuenientia,ſed tamē cautè & parcè exhibeantur.Et interim tueatur caput cū oleo amygd.dulcium, ad prohibendā ſiccitatē capitis,ne ſuperueniant vigiliæ:quod ſi fieret,valde ei metuerem.Nō oportet igitur morari,& cras exhiberē hierā cū caſsia. Vtatur cibo humectante, & ſæpius in cibo exhibeantur ei brodia pulli.

CONSILIVM XXVII.

De diſpoſitione melancholica, & affectionibus oculorum, pro Gallo.

A HOc vnum præmoneo Domine, vt ſis diligens & prudens circa victum, ſine quo cætera remedia fruſtra adhibeantur. Eſt quidem facilis & expedita huius rei commemoratio,ſed firma conſtantia,& obſtinato animo opus eſt in exequendo. Sis autem cōtentus vno ſolo, & ſimplici cibo, vtaris vino claro,& pellucido: non vinoſo, ſed albo & flauo. A prandio aut cœna prorſus non erit tibi potandum. Hac in re penitus oportet à more B Gallico deſueſcere. Carnes ſint boni ſucci. Abſtinebis à piſcibus,à rebus frixis in ſartagine,à leguminibus cuiuſcunque generis, à paſtillis, ſiue laganis, ab oleribus, maximè crudis. Hæc eſt ſumma rationis victus.Eris hilaris,cauebis à vento,& aere nocturno, maximè propter oculos. Vbi verò quieueris, capies infraſcriptas medicinas.

℞. Confectionis hamech ʒ iij.
Folliculorum ſenæ,Epithymi ana ℥ j.

Puluerizentur, & miſceantur cum ſyrupo de C pomis, fiat bolus: quem capies manè in aurora. Eo die, quo accipies, eris quietus in hoſpitio. Feres tecum vas,in quo ſint conſeruæ florum boraginis, & roriſmarini ſimul miſtorum æquis ponderibus, & capies ad ℥ s. ſingulis vicibus, hora dimidia ante prandium, & cœnam. Hoc erit ad præſeruationem, ne in deterius prolabâre. Pro principali autem curatione, quando domi eris quiet⁹,ante dimidiū Maij:purgabis te vt inferius.

℞. Electuar.lenitiui,vel floris caſsiæ ℥ j.
D Specierum hieræ ſimpl.ʒ ij.

Cum ſaccharo fiat bolus. capies manè tribus horis ante prandium. Deinde

℞. Syrup.de pomis dulcibus
De fumoterræ ana ℥ s.
Seri caprini ℥ s.
Vel decoctionis Cetrach ℥ iiij.

Miſce pro vno ſyrupo,& ſic pro aliis. Sic bibas ad ſex vel octo ſyrup.& poſtea capies medicinam infraſcriptam.

E ℞. Confectio. hamech ʒ iij.
Corticum radic.ellebori ʒ s.

Miſce cum ſaccharo,fiat bolus, quē capies manè in aurora cum cuſtodia. Poſt vltimum ſyrup. quieſces per quatuor dies. Poſtea capies ſex ſyrup. infraſcriptos manè in aurora. Et iſti ſyrupi purgabunt abſque moleſtia, tanquam medicina. Si autem purgabunt pauló copioſius, intermittes duos, vel tres dies, quia multum vtiles erunt veſtro humori melancholico,atque etiam oculis.

F ℞. Myrobalanorum ſingulorum ana ℥ j.

Contundantur groſſo modo,& fricentur cum manibus cum oleo amygdalarum dulcium,deinde infundantur in aquæ fumiterræ, & Betonicæ lb.vij.per horas 24. Ad hæc

℞. Polypodij, Folliculorum Senæ, Epithymi ana ℥ ij.
Seminis citri,Liquiritiæ raſæ ana ℥ s.
Corticum rad. Ellebori nigri ʒ iij.

Decoquantur omnia ſimul lento igne ad G conſumptionem medietatis : deinde facta diligenti expreſsione, & colatura, feruetur decoctum, quod poſtea diuidatur in ſex partes, pro ſex ſyrup. Et dabuntur modo infraſcripto.

℞. Syrup.de corticibus citri ℥ j.s.
Decocti ſupraſcripti ℥ vj.

Detur calidum in aurora. Acceptis iſtis ſyrup. quieſcas quatuor aliis diebus, poſtea prouocabis ſanguinem hæmorrhoidum, maximè ſi te ſenſeris grauatum in aliqua parte iſto humore melancholico. Sin verò bene te habueris, omitte iſtud remedium prouocandi hæmorrhoidas, vſque in Autumnum, hoc eſt, vſque ad medium Octobris. Et hoc eſt, quantum ad curam humoris melancholici ſatis, quàm etiam ſpero profuturam affectioni affectæ oculorum. Nihilominus pro cura ſeparata, facies etiā infraſcripta. Hoc primò procurabis, vt capias manè electuarium infraſcriptū ad quantitatem duorum, aut trium cochlearium, tribus horis ante prandium, quàm ſæpiſsimè poteris: hoc eſt, ter aut quater in ſeptimana.

℞. Succi verbenæ, roſa. fœniculi, rutæ, chelidoniæ, euphragiæ ana ℥ vj.

Purificentur ſecundum artem, deinde cum ſaccharo fiat electuarium ad conſiſtentiam ſyrupi, vel mellis, & vltimò aromatizetur cum muſco, vel ambra. Item,

℞. Rhabarbari electi, Aloes optimæ, Agarici ana ʒ iij.
Myrobalanorum Chebulorum Indorum ana ij.
Garyophyll. Nucis muſcatæ ana ℈ ij.
Roſarum rubrarum, Sandalorum citrinorum, Violarum, Florum Nenupharis ana ʒ j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur cum ſyrupis de pomis, vel ex infuſione roſarum, & fiat magdaleon. De quo fiant pillulæ, pro ſingula drachma ſeptem, quibus pillulis vteris pro præſeruatione viſus, duabus aut tribus: pro illarum operatione, veſperi, hora ante cœnam, & eo die parciſsimè cœnabis, & te committes lecto. Sunt autem multum efficaces tuo propoſito. Verùm oportet te illis vti longo tempore. Quia hæc ægritudo oculorum non poteſt tolli, niſi longo tempore, vt quæ ſit etiam antiqua. Intra oculos conſulo ne quid immittas. Neq; ſinas tibi perſuaderi, ſiue propter oculos, ſiue quauis alia ratione, vt fiant cauteria in aliqua parte capitis, vel veſicatoria, aut ſtillicidia alicuius balnei, ſiue artificialis ſeu naturalis, quoniam fieret tuo maximo detrimento. Hoc moneo, & obteſtor, vt quod maximi referat ad tuam ſalutem. Illud verò erit gratum, & videbitur vtile tibi, ac quodammodo neceſſariū, ſi pro diuerſione curabis, vt fiant in vtraque tibia, infra genu quatuor digitis, loco debito, & cōſueto, duo cauteria, quæ poſtea tenebis aperta per aliquot annos, quandiu erit neceſſe, purgando ea quolibet veſperi ab omni ſorditie: nec propterea minus aptus eris gerendis tuis negotiis, ſed poteris equitare, ſaltare, & currere, ocreas geſtare, artem gladiatoriam exercere, & quodcunq; libuerit facere. Et hoc futurum eſt tibi maximè commodum, non modò oculorum affectioni, ſed etiam humori melancholico.

CONSILIVM XXVIII.

Melancholico ſacerdoti præſcriptum.

A PRIMO abſtineat ſe ab omni genere piſcium, & præſertim paluſtrium, ab omnibus leguminibus, tam recentibus, quàm exiccatis, ab omnibus lacticiniis, & præſertim caſeo antiquo, ab omnibus paſtiliis: olera etiā ſunt illi peſsima, vti tamen quandoq; poterit lactuca leuiter decocta, & boragine, & calendula, quæ vulgò dicitur *fior d'ogni meſe*. Bibat vina clara, limpida, & omnino abſtineat à craſsis, nigris, dulcibus. Comedat

B tantū in die bis, neq; bibat inter cœnā & prandiū, præcipuè veſperi. Euitabit omne genus ſalſamentorum, vt carnes ſalitæ ſunt, piſces ſaliti, oliuæ, & eiuſmodi. Nō comedat carnes antiquas, cuiuſcunque generis ſint, ſicut bouinæ, caprinæ, caſtratorum antiquorum. Euitabit item carnes omnes paluſtres, ſicut anſerum, anatum, & ſimiles. Et hæc quantum ad viuendi rationem. Vtatur ſingulis menſibus in potu vnciis ſex infraſcripti decocti, ita vt ſint duo dies continui, & bibat manè

C in aurora. Decoctum erit tale:

℞. Myrobalanorum citrinorum,
Chebulorum
Indorum,
Emblicorum,
Belliricorum ana ʒ ij.

Contundantur groſſo modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium, deinde infundantur in ℔.ij. aquæ fumiterræ per diem & noctem. Poſtea

D ℞. Epithymi,
Polypodij,
Folliculorum ſenæ ana ℥ j.
Seminum citri,
Glycyrhizæ raſæ ana ʒ ij.
Corticum rad. ellebori nigri ʒ j.

Decoquantur omnia ſimul in prædicta infuſione ad conſumptionem medietatis. Facta diligēti expreſsione & colatura ſumatur decoctum, quod totum ſumat, duabus vicibus duobus die-

E bus, quemadmodum dictum eſt. Item habeat caput ſemper ſine capillis, ita vt attondâtur vſq; ad cutim, poſtea veſperi quando it dormitum, inungatur oleo amygdalarum dulcium. Item abluat caput bis in ſeptimana infraſcripta decoctione.

℞. Maluæ,
Radicum altheæ.
Florum chamomillæ ana m.ij.
Boraginis,
Calendulæ ana m.j.

F Furfurum tritici p.ij.

Bulliant omnia ſimul in aqua fontis ad cōſumptionem medietatis. Cum hac aqua colata caput abluat, & poſt ablutionem & exiccationem illinatur prædicto oleo amygdalarum dulcium, & habeat ſemper capillos detonſos vſque ad cutim, vt dictum eſt. Item frequentiſsimè etiam ſingulis diebus, ſi poſsibile eſt, bibat ante prandium per horas tres magnam ſcutellam brodij pulli cum modico zucchero: hoc enim erit illi maximè vtile.

G Item ſemper teneat ſuum ventriculum mollē, & vtatur clyſteribus frequēter cum oleo communi & decocto maluarū, althææ, chamomillæ, addito modico ſalis, & vnciis duabus mellis roſati colati.

CON-

CONSILIVM XXIX.

De puero fatuo & delirante, ac cordis affectio-nem quandam patiente. In colloquio.

CLARISSIMI D. ex quo nobis pro-pōnitur caſus, qui longè difficillimus eſt, afferam in medium, quæ ego con-iicere de cura, & cauſis morbi poſſum. Primò proponam, quæ ab iis dicta ſunt. Duo au-tem ſunt ſymptomata. Primum eſt priuatio, vel ſaltem diminutio omnium operationum anima-lium intrinſecarum, quæ fiunt in cerebro. Secun-dò, quædam cordis anxietas, quæ non bene ad-huc à puero explicatur. Quæ ſymptomata cum ſint nobiliſsimarum partium totius corporis, eſt valde aduertēdum, vt ordine procedamus. Cau-ſæ igitur horum ſymptomatum maximè cogno-ſcuntur à propria temperatura. Temperaturā ex toto corporis habitu dicerem calidam & ſiccam, maximè ex motu, qui adhuc illæſus eſt. Eſt autem velocis motus, amplas habet venas, colorem ni-grum, habuit patrem aduſtiſsimum & matrem quoque talem. Redundat ergo naturaliter in cor-pore caliditas, & ſiccitas. Ad hoc acceſſerunt duo, habuit maximam familiaritatem cum parētibus, ſemper etiam apud illos vixit, comedit quoties voluit, & ita aggregauit humores craſſos, cum cor pus alioqui ſine illo victu craſſos humores gene-raret. Et acceſſerunt denique animi accidentia extrinſecus, cum lactarent eum in nono menſe ætatis, fuit timor tantus, vt etiam conuelleretur. Timor & iracundia ſunt affectus cordis, ſed ita vt ſint annexa operationibus cerebri. Nemo enim iraſcitur, aut timet, niſi videat, aut audiat ali-quid quod malè habeat: ideo fit, vt prius cere-brum, deinde cor afficiatur. Et cum nerui pueri ſint aptiſsimi ad iſtas paſsiones, incidit tunc tem-poris in conuulſiones epilepticas, & propter vali-diſsimum motum, & calida externa, calor natu-ralis factus eſt ſeipſo frigidior, & ſic in corde non fuerunt ſpiritus eo modo ſicut prius. Ita cor, tan-dem & totum cerebrum reddita ſunt frigidiora, cum præſertim morbus per longum tempus du-raret, quem epilepſiam eſſe redarguerunt exacer-bationes in acceſsionibus. Hoc igitur modo cor-pus redditum eſt ſeipſo frigidius. Circa tertium ætatis annum accidit, vt decideret è feneſtra, & i-bi ob concuſſum cerebrum, manſit ſine motu, & ſenſu octo dies. Leuatus eſt ſucceſsiuè, poſtea ita fuit calor reſolutus, vt maneret per quatuor an-nos attonitus. Ideo puto eſſe nullam aliam cau-ſam, niſi quòd cor læſum ob timorem, ſpiritus fri-gidiores generat, ac deinceps ſpiritus aſcenden-tes ad cerebrum non faciunt operationes tam perfectas, quàm oportebat. Et cùm frigiditas fa-cit ſpiritus craſsiores, & magis groſſos, ſequun-tur malæ affectiones cerebri. Senſus verò exte-riores optimè exercet, ad eos enim non requi-runtur lucidiſsimi ſpiritus. Currit optimè, & ob-ambulat expeditè. In prima impreſsione adeò fuit læſum cerebrum, vt intra quatuor annos mutus factus ſit. Et quia deinceps fuit in vrbe, vbi pluri-mū delectatus, & ſpiritus recreati, aliquando cœ-

A pit loqui, & ſic poſt quatuor annos melius ſe ha-buit. Hinc ſunt inquirendæ cauſæ immediatæ ho rum affectuum. Cùm vnuſquiſq; iſtorū ſenſuum (dico de ratione, imaginatione, memoria) poſsit dupliciter lędi vel corrumpi, & diminui, vel auge-ri, vt 1. de differ. Sympt. dicitur, vbi notat, quod diminutio procedat è frigiditate. Hic non omni-no ablati, ſed diminuti ſunt, vt vix poſsit percipi imaginationem corruptam, quod ſignum eſt fri-giditatis. Memoratur omnium præteritorum, ſed

B præſentium non, neq; multum refert. Hę ſunt di-minutę actiones, vel corruptæ, propter ægritudi-nem eſſentialē in cerebro, vnde proueniunt actio-nes læſæ propter malā temperaturā. Licet enim aliquando poſsit eſſe vitium in organo, nō eſt ta-men læſa operatio, niſi temperatura ſit læſa: quia eſſentia animæ ſequitur temperaturam corporis. Quoniā igitur temperatura eſt, quæ facit hæc ac-cidentia, nō poteſt eſſe alia, quàm frigida ex dimi-nutione operationū, id eſt ſtultitia, quæ diminu-

C tio eſt. Quòd autem patiatur aliquod genus deli-rij, non eſt mirū, propter continuū aſcenſum va-porum ab humorib. melancholicis, qui corrum-punt actiones ipſius cerebri. Agit igitur corruptè ob aſcenſum vaporū in caput. Quomodo autem illi vapores diminutionem efficiūt in hoc corpo-re? quia corpus redditum frigidius ſeipſo, ſicut & cor, & ſpiritus. Nam ad temperaturam cordis ſe-quitur temperatura totius corporis, propterea omnis caliditas corporis eſt in potentia, & redu-

D citur ad actionem à calore cordis, vt 8. de Placitis Hipp. & Platonis legitur. Cùm igitur redditus ſit calor cordis imbecillior & frigidior, & ſpiritus craſsiores, fiunt concoctiones deteriores. Dici-mus autem frigiditatem reſpectu corporis iuue-nilis non abſolutè, ſed quia frigidior eſt, quàm conuenit ad exercendas operationes in hac æta-te, quare non negamus caliditatem omnem. Quia verò concoctiones deteriores fiunt, plurima ge-nerantur excrementa, & vapores plurimi aſcen-

E dunt per neruos & arterias à maſſa ſanguinea crū da ad cerebrum, & corrumpunt eius actiones. Quod patitur cor, vel eſt tremor, vel palpitatio: & patitur quando fuliginoſus vapor accedit ad ip-ſum. Nam quia ibi eſt maximus ſenſus, ſubitò ad-ueniente ſymptomate, fit maximus dolor, & cre-do potius eſſe vapores, quia ſubitò recedit, & ac-cedit, & nō eſt grauitas aliqua impreſſa, vt ſcribit Gal. de Epilep. Ægritudo autē in cerebro frigida eſt, an verò ſit cū inſigni humiditate vel ſiccitate,

F nō video aliquod ſignū. Si enim cū ſiccitate eſſet, eſſet catoche: ſin cū humiditate eſſet, torpor adeſ-ſet. Itaq; non multū excedit. Prognoſticū vno ver bo dicā. Fatuitates vt plurimū incurabiles ſunt, & vulgò dicitur, ſtultorū curationē omnino eſſe caſ ſam. Ratione autem ætatis ſpes eſt, ob dominium pituitæ. Quantò diutius enim viuunt, tantò ad acutiorem tenduut caliditatem, & ita deinceps deueniunt ad temperamentum calidū, quia mu-tantur ratione ætatis. Si verò augmentum tran-

G ſierunt, non mutantur. Sed ſi ſit in corde aut ce-rebro facta impreſsio, erit difficillima. Et ego vi-di nunquā tales curatos, etſi nouerim quàmplu-rimos. Si tamen deberet curari, dicerem meam

opinionem. Habet multitudinem humorum, ni-
hilominus principaliter temperaturã ſimplicem,
quæ frigida eſt, & quæ multiplicat humores, ergo
erit euacuandus. Initium autem fiet, ſicut perpe-
tuò eſt faciendum, ab humoribus pituitoſis, dein-
de à melancholicis deueniendum. Confortentur
poſtea ventriculus & hepar, & totum corpus ſit
benè tranſpirabile. Ventriculus concoquere de-
bet: dabitur ergo alimentum cõueniens, & quod
facilè concoqui poſsit, carnes vitulinæ, caſtrati,
pulli, gallinæ, oua, ſi poſſet rectè conficere, nihil
melius, lac meo iudicio non eſt tutum ob flatuo-
ſitatem. Vinum bibat non omnino potens, ſed
clarum, lucidum, pauciferum. Corroborat enim
ſpiritus vitales, & naturales. Vtatur poſtea rebus,
quæ faciunt ad facilem diſtributionem, ſemper
ante prandium. Aniſum ſumat præparatum, ſiue
cum ſaccharo, ſiue non, prout magis placet. Et
nunc in caloribus diarrhodon abbatis, poſt calo-
res aromaticum roſatum, Diatrionpipereon. Pro
tertia concoctione laudarem balnea aquæ dulcis,
cum decoctione chamomæli, roſarum, ad pene-
trationem reliquorum, & confortationem. ſic e-
tiam aquæ calidæ ſimplicis. Euacuationes face-
rem cum pharmacis non violentis: vellem, vti mo
dico pulueris hieræ, cum Epithymo, vel etiam
caſsia, ſed modica. Syrupi quoque exhibeantur
tempore commodo, ſyrupus ſcilicet de ſucco bu-
gloſſæ, boraginis, de pomis dulcibus. Sic euacua-
rem materiam, quæ ſubinde generatur, cum pro-
uocantibus vrinam & aluum, & per poros cutis,
& per halitus. Deinde roborarem ventriculum,
qui in melancholicis ferè ſemper abundat pitui-
ta. Et lõgè difficilius eſt ſeparare pituitam ab hu-
more melancholico, quàm è contrà. Laudo itaq;
mel roſatum, ſyrupũ acetoſum, oxymel ſimplex.
Poſtea adhiberem alterantia caput, & vellem ca-
uere in capite, ne facerem magnam refrigeratio-
nem & exiccationem. Timeo enim ne poſt fatui-
tatem ex ætate, vel ob multiplicatam victus ra-
tionẽ exiccato cerebro fiat maniacus & furioſus.
In reliquis remediis paucíſsimam ſpem habeo.

CONSILIVM XXX.

*Taruiſium miſſum & in Italica lingua ſcri-
ptum, Anno 1549. In affectione melan-
cholica.*

VT conſeruemus ſanitatẽ nobilis ma-
tronæ & accidentibus occurramus,
ſingularis diligentia & induſtria in
medicatione requiritur. Omnes e-
nim longiores morbi in primis ſedulitatem & ſo-
lertiam medici poſtulant. Qui autem tumultua-
riè hos tractant, vires abſq; vllo commodo fran-
gunt atq; lædunt. Adhibeat igitur omnem dili-
gentiam in victus ratione, idque præcipuè in cu-
ratione ſtatuat, operamq; det, vt quoad fieri po-
teſt, ſit animo læto, & ab omnibus moleſtis per-
turbationibus vacuo. Malá enim illius valetudo
aucta atque confirmata eſt triſtitia: ac propterea
exhilaratione animi remouenda. Quotidie ma-
tutinis horis ſeſe exerceat, & ſi deambulare non
fuerit libitũ, domi dembulatiunculis, in quib. ad
A domeſtica reſpicere poterit, vtatur, perſuaſumq;
habeat corporis motum admodum eſſe valetu-
dini conuenientem & neceſſarium. In locis hu-
midioribus nec commoretur, nec dormiat: fene-
ſtras autem noctu non aperiat, neq; nuda iaceat.
Caput ſingulis ſeptimanis lixiuio dulci abluat,
cui incoquatur maiorana, roſę, atque chamomæ-
lini flores. Tempus autem lotionis potius ſit ve-
ſpertinum quàm matutinum, præcipuè in hye-
me, & frigidiori aeris conſtitutione. Quantum ad
B victũ attinet, diligentẽ curá adhibere oportet, vt
appetitũ familiarẽ mulierculis refrænet, quo ex-
petunt acetaria, itria, caſeum, legumina, fructus,
euaporantia & craſsũ ſuccũ generátia. Hæc enim
vt quæ maximè, bonæ valetudini obſunt. cõtenta
ſit carne vituli, pullorũ, hœdorũ, caſtrati tenera.
Abſtineat à ſuilla tã recenti, quàm ſale cõdita. Itẽ
à carne vetula boum. Aquaticas aues, vt anates &
ſimiles vitet. Ac potius comedat oua recentia, bi-
batq; vinum album aut ſubfuluum, quod neque
C auſterum, neque dulce ſit, atque vuis maturis bo
nique ſaporis expreſſum. In primis autem caueat
ſibi à muſto vinoque turbido. Vt aluus ſit in offi-
cio, quod in hac affectione inprimis conducibile
eſt, vtatur ſingulis ſeptimanis bis lachryma tere-
binthi ad magnitudinem nucis muſcatæ, tribus
ante cibum. Hoc enim medicamentum non tan-
tùm aluum emolliet, verumetiam obſtructiones
aperiet: ſtomachum, matricem & reliqua mem-
bra roborabit. Propterea ſibi commẽdatum illud
D habeat. Vbi verò neceſsitas hoc exiget, etiam ter
in ſeptimana accipere poterit, & huic addere ℈ j.
rhabarbari. Ad horum vſum, fieri nõ poterit quin
malũ ex toto cedat: ſed vt ſecurius procedamus,
poterit etiam bis in anno, Autumno ſcil. & Vere
ad hunc modum purgari.

℞. Florum caſsiæ ℥ ij.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ ij.
Miſce cum zuccharo, fiat bolus, detur hora v-
na ante prandium.

E ℞. Syr. de abſynthio,
Oxymellis ſquillitici ana ℥ j.
Aquæ boraginis ℥ iij.
Miſce ſic pro vno & reliquis.

Vbi ſeptem ſyrupos biberit, accipiat ſubſcri-
ptum medicamentum purgans.

℞. Confectionis hamech ℥ s.
Syrupi roſarum ſolutiui ℥ iiij. cum aqua
boraginis.

Item potio breuis capiat ſub auroram. Interim
F vnguento ſuo ordinato pro partibus inferioribus
vtatur, cuius commoda frequens vſus declarabit.
Reliquas vnctiones & confectiones omittat, cum
ad valetudinis tutelam parum facere videantur.

CONSILIVM XXXI.

*De imbecillitate cerebri cum vertigine & ca-
tarrho perpetuò, pro illuſtriſsima Matrona
à Drichtriſtain Germana ſcriptum.*

G ILLVSTRISSIMAM Dominam pri-
mò eſſe imbecillis cerebri conſtat ex
vertigine, quam tot annis perpetitur,
ex perpetuo catarrhi defluxu: ex eo
quod

quod accidit, vbi ſe bis inuerterit, videri ſibi omnia concidere. Hanc imbecillitatē tantummodo in cerebro ortum habere, an aliunde fieri, poſſet aliquis dubitare. Cum tamen tamdiu perſeuerauerint accidentia, quæ multis etiam remediis hactenus non potuerunt tolli, in ipſo cerebro læſionē eſſe probabile eſt. Non tamen fieri poteſt, quin & à ventriculo, & à toto corporis ambitu augeantur cerebri affectus. Nam quanuis propter capitis deſtillationem, tum ad ventriculum delabentē, tum per neruos & vertebras ad ſingulas partes corporis deriuatam, languor ille vniuerſalis, & ventriculi affectus generari poſsint, tamen fit inde circulus: nam vbi ſemel affectio in inferiorib. partibus generata fuerit, cerebro quoq; communicabitur. Iam ergo neq; cerebrum omnino ſine inferiorum conſenſu, neq; inferiora ſine cerebro affici puto, ſed ſibi inuicem vtraque ſimul mutuò labefieri. Hinc perſeuerantia ægritudinis, & curationis difficultas, omnibus ſcil. membris affectis, & præcipuè principalibus, quæ ſibi æqualiter cōmunicant affectum. Si verò à me quæratur, quænam imbecillitatis cauſa ſit; credo ad frigidam intemperiem eſſe referendam, ex perpetua deſtillatione & perſeuerantia, & longitudine morbi, ex tarditate & ſegnitie accidentium. Neq; dubiū eſſe poteſt, hanc intemperiem frigidam copiæ materiæ congeneris, frigidæ ſcilicet & humidę copulari. Non tamē hoc corpus priuari atræ bilis abundantia crediderim: nā calida hepatis tēperatura, & habitus corporis, & amplitudo venarum hæc facilè poſſunt oſtēdere: quæ vbicunq; adfuerint, ſi poſtea adiungantur curæ, & moleſtiæ, & animi accidentia, & longæ ægritudines afflictantes, & ætas iam decliuis fieri non poteſt, quin ibi melancholicus humor redundet, atque inde deteriores diuturnioresq; fiant vertigines, inde etiam quandoq; tremor cordis. Ergo ſi curari voluerit illuſtriſs. D. à tam longa tamq; pertinaci ægritudine, quę fundamentū habet, & firmam ſedem in mem bris etiam principalibus eſſentialiter affectis, & ſibi inuicem ad maleficium cōſentientibus, cum acceſsione quoq; peſsimorum humorum, pituitæ inquam deſtillantis, & atræ bilis euaporantis. Si ergo curari voluerit illuſtriſs. D. indigebit procul dubio plurimo tempore, diuturna perſeuerantia, & pertinaci patientia, obediendo fidelibus Medicorum conſiliis, neque ab illis recedendo, donec integram ſanitatem fuerit conſecuta: alioqui ſi parum cōfidat & deſperet, & tardum euentum nunquā futurū putet, medicamentaq; opinetur nihil propterea conferre, quia ſerò curant, profectò immedicabilem prorſus reddet ægritudinem: & dum ſæpe ad varia Medicorū conſilia, & varias opiniones ſe conferet, in nullo proficiet. Quod ergo primùm præcipimus illud eſt, vt proponat morbum habere longum & diuturnum, qui etiam longa indigeat curatione. Hoc ita ſuppoſito, primò deliberabit, & enixè ſtudebit illuſtriſsima D. vt in ratione victus moderatiſsima ſit: caueatq; in primis ab omni aeris exceſſu, cerebrū enim imbecille pręcipuè ad aeris omnes in iurias exponitur: & quamuis frigiditas in hoc caſu maximè aduerſa ſit, non tamen propterea ca-

A lori tutò occurret: nam ſicut frigiditas auget, deterioremq; reddit intemperiē, ita calor colliquat humores, calorem reſoluit, & vires exhaurit. Studendum igitur eſt quàm maximè vt aerem eligat temperatum: ideo ab omni flatuum genere, & à pluuiis & niue cauebit, & æſtatis tempore in feruente ſole non ambulabit, neque immorabitur. Germanica etiam vaporaria nō adeò placent: qui enim in vaporariis degit, ſemper in extremis verſatur, vel nimio ſcil. calore vel nimio frigore. B Caput muniat operimentis, quibus ita ſe ab aeris iniuria defendat, vt non tamen grauetur. Hoc etiā loco laudo, vt ſemel ſaltem ſingulis ſeptimanis caput abluat, ſcilicet horis veſpertinis, poſt ſolis occaſum, vt poſsit poſt capitis lotionem tota ſubinde nocte ſe intra cubiculum propriū commodè continere, neque ſe aeri exponere: eritque lotio huiuſmodi. Sumatur lixiuiū ex ſarmentis vitium, quātum ſufficit ad vnicam capitis lotionem, atq; in eo decoquantur maiorana, lauri baccæ, C pulegium, calamentum, ocimum cum ſeminibus, & agarici electi contuſi, & ligati in petia ʒ ij. addatúrque vini pars tertia ad lixiuij menſuram, & tunc omnia decoquantur ad conſumptionem quartæ partis, poſtea fiat expreſsio, & colatura, & cū hoc lixiuio lauetur caput cum aliquo ſapone odorato. Ex hac enim lotione mirum in modum caput corroborabitur: quæ ſi conferre videbitur, laudo vt bis in ſeptimana repetatur. Præterea mirum in modum placet, ſi pomum habeat odoratū, quod D aſsiduè manibus teneat, & odoret. Pomum erit talis deſcriptionis:

R. Ladani electi, & pinguis ℥ j.
Styracis pinguis
Belzoini ana ʒ j.
Garyophyllorum
Cinnamomi
Nucis muſcatæ
Seminum nigellæ ana ʒ ij.
Olei de garyophyllis odorati ℥ j. s.
E deſtillati verò ℈ s.
Gummi tragacanthi
Maſtichis ana ʒ ij.

Diſſoluatur gummi in aceto roſaceo, poſtea omnibus ſimul compoſitis ſecundū artem fiat pomum, additis in fine, moſchi, ambræ, ana gr. 10. Seruetur hoc pomum, & odoretur, vt dictum eſt. Ad idem quoque conferet, ſi perpetuò in cubiculo, in quo dormit, & verſabitur, fiat ſuffumigium infraſcriptum.

F R. Ligni aloes
Belzoini
Styracis ana ʒ j.
Sandalorum citrinorum ℈ iiij.
Thuris maſculi ʒ. j

Excipiantur omnia cū gummi tragacanthi diſſoluto in aqua roſacea, & fiant trochiſci parui pro ſuffumigio. Præterea operimenta capitis ſint, quàm maximè fieri poſsit cādidiſsima, & caueat, ne ſordeſcāt humore capitis, perpetuoq;, G præcipuè in hyeme, antequam applicentur capiti, calefiant, & apud ignem exiccentur, deinde ſuffumigentur odoratis aromatibus, & ſic capiti imponantur. Circa cibum & potum, primò, ſi vino fue-

rit aſſueta, à vino non diſcedat, ſed eligat limpidũ, non multũ potens, colore albo. Si verò ſit aſſueta ceruiſiæ, ad vinũ non accedat, ceruiſiam tamẽ eligat ſine multo lupulo: lupuli enim ſummopere replent caput. Vnico etiã cibo contenta erit, & multitudinem epularum tanquam peſtẽ euitabit: & mihi credat, nihil magis illi pernicioſum fore, q̃ eduliorum varietatẽ: hoc præcipuè admoneo & obteſtor, & repeto, tum quia ad curationẽ maximè ſuam refert, tum quia nouerim nobiliũ & prędiuitum hoc eſſe vitium peculiare, vt copia & diuerſitate epularum maximè delectentur, ſitq́; illis honori & ambitioni relatum, quod in perniciẽ & mortẽ vertitur. Ergo cauendũ moneo, ac præmoneo, à ciborum diuerſitate. Vnicus autẽ cibus ſit facilis concoctionis, & optimi nutrimenti. Talis erit, primò panis puriſsimi tritici, optimè fermentatus, carnes hœdinæ, caſtratorum iuuenũ, vitulorum lactentium, pullorum, perdicum, phaſianorum, auicularum paruarum mõtanarum: à reliquis carnib. abſtinendum cõſulo. Oua ſorbilia recẽtia cõgrua ſunt: quandoq; rarius tamẽ, piſces ſaxatiles, ita tamen vt ſi piſces comederit, nullum præterea cibum admittat. Abſtinebit à fructibus, ab omni acetariorum genere, præcipuè ex crudis herbis, à lacticiniis, à paſtilibus, & ab his quæ in ſartagine friguntur. Cauebit etiam ſatietatem: bis tantùm in die comedat, neq; omnino bibat inter cœnam & prandium. Euitabit animi accidentia quàm maximè poterit. Exercebit corpus horis matutinis, vel ambulando, vel equitando, vel intra domum aliquo familiari exercitio incumbendo. Non dormiat vltra horas octo, maneq́ue circa exortũ ſolis exurgat, neq; comedet niſi poſt horas quinque: cauebitq́; omnino à meridiano ſomno. Studebit quotidie excrementa alui reddere, quæ ſi fortè defuerint, ea prouocabit vſu aloes, cuius ſcrupulum ſumat hora ante cœnam, quotieſcunque dictabit neceſsitas. Hæc ſufficiant ad victus rationem, in qua potiſsimùm ſtudium ab illuſtriſſima ſua D. ponendum eſt, & in hoc potiſsimè cuI ratio huius morbi conſiſtit. Quantum verò ad medicamenta attinet, laudo vt bis in anno totum corpus expurgetur, Vere ſcilicet & Autumno, poteritq́ue purgatio eſſe huiuſmodi:

R. Specierum hieræ ſimplicis ʒ ij.
Floris caſsiæ ℥ j.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus hora vna ante prandium. Sequenti die ſyrupum huiuſmodi ſumat:

R. Syrupi de ſtœchade
De betonica ana ℥ j.

Decoctionis corticum citri, addita portione garyophyllorum in aqua endiuiæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, ſic pro aliis vſq; ad ſeptimum. Deinde

R. Confectionis hamech ʒ iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥ iij.

Miſce, & fiat potio cum aqua betonicæ ſumenda in aurora cum cuſtodia. Item:

R. Sacchari roſati ℥ ij.

Sumat ſemunciam ante prandium & cœnã per duos dies poſt aſſumptum pharmacum, quod quidem tam Autumno, quàm Vere repeti pote-
A rit. Laudo tamen vt Vere mittatur ſanguis à vena baſilica lateris dextri, vel à ſaphena pedis dextri, ſi fortè menſtrua defuerint, tempusq́; mittendi erit poſt duos ſyrupos aſſumptos. Item laudo vt frequenter, neceſſariò etiam, quotidie maſtichẽ mandat, expuatq́; ſaliuam: quòd ſi quoq; eandẽ maſtichen deglutiuerit, non erit importunum. Quandoq; etiam maſtiches loco mandere poterit fruſtulum nucis muſcatæ, vel tantundem radicis zedoariæ, vel folia dictamni Cretenſis non exoluti,
B ſi haberi poterit. Præterea hora decubitus, ſi in aurem vtranq; iniecerit oleum odoratum ex garyophyllis, vel oleum nucis muſcatæ, quod ex Luſitania defertur, ſi haberi poterit, non fuerit inutile. His omnibus peractis, ſi non ſuccedat euẽtus, quemadmodum cupimus, laudo vt cauteria fiant in vtroq; crure, in vtraq; parte extrinſeca, per quatuor digitos infra iuncturam, & dimittãtur aperta ſaltem per annum integrum, & diutius quoq;, ſi oportuerit. Quòd ſi etiam tales aquas habere
C poſſet, & ſtillicidium ab eis ſumere, quales ſunt noſtræ Apponenſes, crederem mirificè eſſe profuturas, ſi modò & ſuo tempore, & poſt debitas purgationes citò exhibeantur.

Consilium XXXII.

Pro cura vertiginis.

PRo curanda vertigine eſt prohibenda generatio vaporum & humorum, quod quidem fiet per victum in ſex rebus nõ naturalibus ſecundum rationem inſti-
D tutum: prohibendi ſunt vapores geniti, ne aſcendant, & diuertendi ſunt humores: quod ſanè fiet duplici inſtrumento, medicamentis ſ. & chirurgia. Medicamenta erunt ſyrupus roſatus ſolutiuus cum rhabarbaro, vel

R. Caſsiæ ℥ ij. Agarici ʒ j.s. Miſce.

Pillulæ quinetiã factæ ex rhabarbaro, Agarico & hiera ſummoperè cõueniunt. Antequã autem purgetur humor peccans, prępàrandus eſt cõue-
E nientib. ſyrup. ſicuti eſt ſyrup. acetoſus de acetoſitate citri cũ aqua Pentaphylli, & acetoſæ. Per chirurgiã diuertẽtur humores, in primis quidẽ cauteriis factis in crurib. Deinde ſi aperiãtur hæmorrhoides nõ ſanguiſugis, cũ ſanguinẽ attrahãt ſubtilẽ, & craſſum relinquãt, ſed ab aliis inſtrumẽtis. Vltimò caput eſt corroborandũ. Ad hãc aũt intentionẽ cõueniens eſt ſaccharũ roſatũ, cõfectio diatriaſandalon, & myrobalani cõditi: puluis etiã ex ſandalis, myrtis, roſis, & ſandaraca conueniret ad
F refrigerandũ, quemadmodum etiã ſi ſuper caput hæc aſpergãtur. Odoramentũ p̃terea eſſet cõueniẽs factũ ex ſandalis, roſis, violiſq́; & nenuphar. camphora, atq; ex aceto roſato & ſindone odoraretur. Extrinſecus etiã cõueniret inũctio olei roſ.

Consilium XXXIII.

De vertigine pro clariſſ. Senatore Veneto, Magnifico D. Bernardo Naugerio dictũ in colloquio cum Pamphilo & Vrbino.

G CLariſsimi Domini, ſicut mihi videtur, in quolibet colloquio quod fit inter medicos, duo debemus euitare. Primò ne in colloquio diſcedamꝰ à ſcopo, quẽ inten-

intendimus. Secundò vt habeatur ratio eorũ,cũ quibus loquimur. Ne ergo in tales errores incidamus, reminiſcemur ſcopũ quẽ intẽdimus: vt ſcil. ſanemus & rectè conſulamus ſymptomatis & affectibus,ſecundoq; cũ doctiſs. doctoribus ſumus locuturi, materiæ non ſunt diſputandæ, ſicut in ſcholis. Quia igitur hodie ſumus locuturi de quibuſdam cerebri affectibus,qui fuerunt etiam hoc anno declarati in ſcholis: propterea nunc procedemus tantùm per quæſtiones quaſdã,cũ illis ſufficiant,qui audierunt ea quæ diximus publicè legendo. His ita propoſitis, cũ non poſsimus curare affectus exiſtentes in hoc Magnifico D. niſi exquiſitiſsimè cognoſcamus ipſos: & quia cognitio noſtra incipit ab iis, quæ apparent: primò conſiderabimus ſymptomata recitata ab ipſo, quæ oportet explicari diligenter. Conqueritur iſte clariſsimus dominus de pluribus: & quia olim fuit Cõſul in Dalmatia,& dum verſaretur circa negocia, & circa lites, propter laborem cerebri, inquit ſe incidiſſe in imbecillitatem cerebri: & cùm poſtea Venetias acceſsiſſet,& mala etiam ratione victus vteretur, & ſtudio literarũ incumberet, iam menſes aliquot ſunt, ex quibus inuaſit eum hoc ſymptoma,vt videretur cadere in terram:& cecidiſſet,niſi fuiſſet adiutus,& hoc habuit ſæpe. Sed poſteaquàm ſibi conſuluit,non ſunt viſa perſeueraſſe, niſi quòd iam quatuor menſes ſunt, in quibus cũ quibuſdam circumuolutionibus laboraret, & videret circumuolutiones illas, cogebatur ſedere. Nunc verò cùm ſedet, patitur: cùm verò ſurgit, ceſſat. Hæc autem circumuolutio non eſt cum vertigine multa,nec ita immenſa,vt videatur cadere: ſed eam circumuolutionem patitur, vt vix poſsit ſcire, an circumuolutio ſit, adeò breui tempore perdurat. Dum autem inuadebat eum, iam ſunt nõnulli dies,circũmuolutio ipſa,inflammabatur facies,& iam à duodecim diebus inflammatur. Et vidi ego ipſum inſigniter inflammatũ cum leui ſudore circa faciem, & cùm ambulabat, ceſſabat:nunc cum rubedine liuida circumuolutionem patitur leuem ſine cauſa,& cum ambulat, ceſſat,nec audiınus pati ſymptomata,alioqui perſeuerarent in capite aliqua præter naturam. Senſus autem omnes, tam interiores quàm exteriores habet acutiſsimos, & dum percunctamur ab ipſo, an percipiat in ventriculo aliquid, dicit percipere ructationes. Sed alia ſymptomata ſunt aduertẽda,quia inquit quòd poſtquam hæmorhoides fuerunt apertæ, apparuerunt puſtulæ quædam,& ab ipſis mirum in modũ læſus eſt. Præterea inquit,dum iacet,vt pedes ſuſpendãtur, nunquam inuadere ipſum ſymptoma, & ſi multũ remanſerit: dum autem pedes ſuper terram figit, ſymptoma inuadit. Quantum autem attinet ad excrementa, quo ad vrinam, non eſt ſecundũ naturam,tum quo ad colorem,tum quo ad reſidentiã: quia color magis fuluus eſt: nec habet colorẽ illũ paleare, qui indicet bilem eſſe concoctam, vt inquit Gal. 6. de Tuend. ſanit. vbi dicit: Cùm bilis cõcocta eſt, in colorẽ pallidũ tranſit: cùm cruda, rufa eſt. Et Auicenna ſecunda Fen inquit: Vrina aurea arguit in corpore redundare plus bilis, q̃ oporteat. Habet præterea vrina hęc ſubſidentiam

A indicantẽ aduſtionẽ, & arenulas ſubrubeas. Excremẽta autem per aluum, ſunt citrina ad nigredinem tendentiã (ignoro tamen an omnia talia fuerint) cum ampullis,& tumida ſunt: & dixit Vrbinus ſe tetigiſſe hypocondrium dextrũ,& percepiſſe tenſionẽ cum flatibus. Hæc ſunt quæ præter naturã viſa ſunt conſideratione digna, tã ſymptomata, quàm actiones læſę,& excrementa mutata, quia hæc indicant affectus interiores. Inueſtigandi ergo ſunt intrinſeci morbi, à quib. proueniunt
B talia ſymptomata. Sed quia ordinatè debemus procedere in diſcurſibus,vt ſciamus lapſum præter naturam, ad moderanda medicamenta, & ad præſagiendũ ad quẽ: maximè facit, ſi ſciuerimus temperaturam totius corporis. Omiſſa igitur pro nunc ſingulorum membrorum tẽperatura, procuIdubio plus redundat in iſto magnifico viro, & plus redundauit calidi, quàm frigidi: & ſecundũ qualitates actiuas per calidum videtur recedere à temperamẽto,in paſsiuis per humidum,vt poſsit
C corpus calidum & humidũ pronunciari,& vt dicunt iſti, ſanguineũ, quia ex tali temperatura generatur plurimus ſanguis. Et hoc oſtenditur ex ſignis: ſi habitum totius volumus conſiderare, redundat plurima carne,& ſanguine, & habet colorẽ rubeũ, quia 4. de Tuend. valet. color indicat humorũ dominium, niſi in profundo latuerint. Igitur temperatura calida & humida ſanguinem indicat. Pręterea ex operationibus naturalibus hoc idem atteſtatur: benè cõcoquit,& reliqua natura-
D lia opera bene exercet, quæ per calorem innatũ, qui humidus eſt,fiunt. Operationes autem cerebri caliditatem indicant cum humiditate,quę nõ ſuperat caliditatem, ſed hæc dominatur humiditati: ideo boni diſcurſus eſt. Pulſum præterea habet plenum, magnum, & excandeſcit, licet facilè ſedetur, quod indicat caliditatẽ & humiditatem. Ideo ex operationibus omnibus facilè eliciemus, & ex habitu faciei, & ex pilis, qui non ſunt nigri, nec rufi bilem atteſtãtes, eſſe ſanguineam tempe-
E raturam. Ideo iudico ego, corpus hoc ſecundùm totũ plus calidi quàm frigidi habere, & plus humidi quàm ſicci: & habere corpus talem à natiuitate temperaturam. His ita conſtitutis, cum talia ſymptomata apparuerint,& primò circa corruptas imaginationes cerebri,quia quòd videatur circumuolui, aut non poſſe ſuſtineri, ſine dubio eſt operationis cerebri læſio: ſed quæ operatio læda- tur nolo diſputare,vtrum lædatur imaginatio,vel ſenſus communis,an exteriores ſenſus. Dixerim
F ego vnam lædi facultatẽ, & eſſe phantaſticã ſeu imaginatiuam virtutẽ: quia poteſt cõtingere quòd imaginatio corrupta ſit, & ſenſus reliqui incolumes ſint præter viſum, quia ſpiritus deferũtur ad oculos: qui cum ventriculus cerebri ſint cõmunicantes, ideo patiuntur. Si autẽ eſſet paſsio ſenſus cõmunis, paterẽtur etiã exteriores: niſi magnum ſit ſymptoma, nam tum compatiuntur,& priuantur, vt in epilepſia & apoplexia videtur accidere, quia morbi iſti ſunt affines,& difficilè eſt vt ſepa-
G retur vnus ab alio, ſicut hæſitarũt medici Veneti, vt patet ex eis quæ ordinarunt. Iudicârunt enim diſpoſitionem hanc eſſe in cõfinio cum epilepſia. Tale ergo ſymptoma eſt virtutis imaginatiuæ, ad

quam reliquorũ ſenſuũ & interiorũ & exteriorũ A ſequitur læſio, cum inualeſcit cauſa. Materia verò faciens ſymptoma, & locus affectus, cõſideranda ſunt. Locus affectus ſunt ventriculi anteriores cerebri: materia verò & cauſa proxima faciens ſymptoma, vt à Galeno & ab Hippoc. probatur, ſunt vapores agitantes & mouentes inordinatè ſpiritus exiſtentes in iis ventriculis: & agitatio illa eſt cauſa formalis & eſſentialis, quia vertigo nihil aliud eſt, niſi motus inordinatus ſpirituũ exiſtentium in anteriorib. ventriculis. Tale ergo eſt ſymptoma, B talis locus affectus, cauſa proxima vapores. Quid modò moueat vapores, an generentur in cerebro, vel aliunde mittantur, dubitari poteſt. In cerebro quidem generari puto, ob malã temperiem cerebri, vel ob materiã craſſam exiſtentẽ in cerebro. Cùm à mala temperatura generantur, fit quia agit diuerſa actione & inæquali, & fit motus inæqualis humorum, & ex eo motu agitãtur ſpiritus, & fit ſymptoma. Materia autẽ craſſa, cauſa eſt vaporum, vel propter cauſas extrinſecas, cũ C à caliditate aeris materia agitatur & incaleſcit, & ex illa excitantur vapores: vel à nimio motu, vel ab agitatione exercitij, quia materia agitatur, & vapores agitant ſpiritus: vel à re viſa quæ circum geratur ab intrinſecis, vt ſunt cogitationes moleſtæ, ex quib. agitantur ſpiritus etiam animales intrinſeci ex diſcurſib. & fiunt vapores: vel ob medicinã aut cibũ calidũ, ratione cuius fiunt vapores, & eleuãtur, & ſpiritus exagitantur, & tunc deueniunt aut à ſtomacho aut ab aliis membris, vel D à toto. Materia autem faciens tales vapores per conſenſum, poteſt eſſe ſanguis & ſubtilis & craſſus: poteſt eſſe pituita, bilis, humor melãcholicus & miſtus. Ex hoc igitur diſcurſu habemus cognitionem eſſentiæ morbi: & an declinet verſus epilepſiam. In iſta declinatione licet lædatur magis, & fiant maiora ſymptomata, ab eadem tamẽ cauſa fiunt: ideo non diſcedimus à diſcurſu cõtinuo. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, quid iudicandum eſt eſſe in cauſa, magnificum hunc virum tantis E ſymptomatib. laborare? Nõ habemus ſigna, vt dicamus vapores iſtos eſſe in cerebro, & in cerebro generari: quia ſigna quę indicãt primogeniũ affectũ eſſe in cerebro, ſunt grauitas perſeuerans, capitis dolor, oblæſio ſenſuũ interiorũ & exteriorũ: quę cùm non fuerint in hoc nobili, non eſt dicendum cerebrum per protopathian lædi: ergo erit per conſenſum ab inferioribus. A quibus igitur? Proculdubio licet credam aliquid à ventriculo eleuari, non tamen totum, quia nõ habet morſum F cordis, nec mordicationem percipit: nõ negauerim tamen eſſe aliquid, quod eleuetur. Sed cùm cõſideramus temperiẽ calidam & humidã hepatis, & timeat de proprio affectu, & quia eſt multæ carnis, & abundat calore, & feruido ſanguine & calido, habet cerebrum calidum: & Galen. dicit in 3. de Locis affect. nullum corpus magis paratũ ad excrementa multiplicanda in cerebro, quàm corpus ſanguineum, & calidi capitis, & venarum & hepatis: talia corpora non poſſunt liberari à ta- G libus ſymptomatibus. Et cerebrum factum eſt debilius, quod inde apparet, quia exiſtente valido membro nõ recipit aliorum excrementa, imò repellit: cùm verò imbecillius redditur, vt nõ poſſit reſiſtere, recipit excremẽta. Sic cùm cerebrum ante ſeptem annos validum eſſet, repellebat excrementa: ſed cùm in maiorẽ debilitatem incidit, recipit excrementa, & patitur affectus: non tamẽ ita debilitatum eſt, vt multum ſuſcipiat. Sed quęri poteſt quæ materia, & qui vapores: an à pituita eleuentur, & vapores craſsi ſint, an à ſanguine, & tenues ſint? Crediderim ego vapores fuiſſe tenues, & à ſubtiliore parte ſanguinis & bilis eleuatos. A calidis igitur & ſubtilibus vaporibus affectus prouenit, quia leuem video eſſe vertiginem, & non apparent tenebræ. Ex leuitate autem ſpiritus ſubitò euaporãt, nec tenebras pariunt, quia non ſunt vapores craſsi à pituita eleuati: cuius rei ſignum eſt, quòd obuolutio ex leui deamdulatione ceſſet. Nec vt in hypocondriaca paſsione contingit, in qua tenebreſcunt ſpiritus, quod accidit nonniſi à vaporibus craſsis. Cùm ergo non appareant tenebræ, ſed ſubitò quædam reuolutio citò tranſiens, ſunt igitur leues, & tenues vapores ſubitò euaporabiles. Cuius ſignum eſt, cùm ſedet, aſcendunt vapores: qui cùm non mouetur, non difflantur: ſed cùm mouetur, excitatur virtus per motum, & diſcutiuntur. Eſt etiam aduertendum aliud ſymptoma: cùm ſuſpenſos tenet pedes, non patitur eiuſmodi affectiones: cùm verò figit in terram, patitur ſymptoma hoc. Cauſa huius eſſe poteſt, quia ſanguis decumbit ad illas partes, & præ multitudine ſanguinis obſtruuntur viæ, & fiunt obſtructiones, & ſtupores etiam illi, qui formicæ dicuntur. Cùm ergo ſuſpenduntur pedes, declinat ad illas partes ſanguis, & humores & vapores non aſcendunt. Præterea quòd calor & vapores calidi aſcendãt ad cerebrum, habemus indicium, quòd ex quo habuit illam phlebotomiam violentam factam per hæmorrhoidas (dico violentam, quoniam cùm non ſint ibi foramina, fit violenta: & ſi adſunt, adeò cõſtricta ſunt, vt ſanguis tantùm vaporoſus & ſpumoſus exeat ſubtilis admodum, violenter extractus, & craſsiores partes remaneant) non apparet amplius in facie rubor, nec inflammatio, ſicuti prius apparebat, quia non aſcendunt vapores ſubtiles. Et quòd ſanguis craſſus remanſerit, indicant puſtulæ illę, & in vrina color rufus: & hoc credo poſt phlebotomiã apparuiſſe, quia in corpore eſt maior caliditas, & propter accidentia animi. Cur verò hypocõdrium dextrum appareat ſubtumidum, hoc eſt quia abundat pituita: quia corpora humida facilè incidunt in multiplicationẽ pituitæ, maximè cùm cauſæ extrinſecæ cõcurrunt: quia habuimus in Vere turbulentiam aeris, & nubiloſum Ver, multiplicauit pituitam. quia craſsiores ſpiritus redduntur, & corpus frigidius fit pro ratione tãperaturæ: ideò abundat pituita. Et quia habet membra tendentia ad humidum multiplicata, eſt etiã in cerebro: ideò patiebatur grauitatem, quę ceſſauit, poſtquã per nares exiuit: & quia ad ventriculum deſcendit, etiam potuit obſtructiones feciſſe: ideo autẽ apparent aduſtiones plurimæ, quia ſanguis calidior factus eſt ſeipſo, & pars ſubtilior euacuata per hæmorrhoidas. Et hæ ſunt cauſæ ſymptomatum. Id autem quod trahit curationem ad ſe, eſt

ſymptoma

ſymptoma apparens in capite. Quo ad febrem quæ parua eſt, non percipitur, & de puſtulis de quibus conqueritur,nos non debemus eſſe ſolicitì in curatione.Stantibus iis cauſis,quid credis tu poſſe contingere? Minimè dubium eſt,ſi conſideremus perſeuerantiam ſymptomatis,credendum eſt impreſsionem factam eſſe in cerebro, & fortè intemperies iam fixa eſt, quia videtur labi ad frigiditatem non ſolitam: ſiue ab aere extrinſeco,ſiue ab impreſsione contingat,dies indicabunt.Si-ue igitur à cauſa extrinſeca, ſiue ab intrinſeca intemperies maior reddita eſt, & iam cerebrũ incipit pati per eſſentiam, difficilis erit curatio. Præterea redundat ſanguis in corpore calidior euaporabilis:& hæc temperies cùm ſit difficilis vt remoueatur, difficilis etiam erit curatio. Credo tamen quòd diligentia noſtra poterit curari,& maximè quia cùm ſit prudens,faciet quicquid imperabitur pro ſalute ſua.Pro curatione igitur huius ſymptomatis ſiue ſit mera vertigo,ſiue diſpoſitio ad ipſam, ſiue diſpoſitio media inter vertiginẽ & epilepſiam, quicquid ſit, crediderim in duobus principaliter conſiſtere curationem : primò, vt prohibeamus vapores ne aſcendant: ſecundò, vt corroboremus caput ne recipiat. Prohibebuntur vapores aſcendere,ſi prohibebimus generari: ſecundò vt materia iam genita pro vaporibus educatur,& vertatur quàm longiſsimè. Credo ſi hæc tria fient,prohibebũtur vapores aſcendere: deinde corroborabitur caput cum moderatè refrigerantibus & exiccantibus. Quò ad primum, pro prohibitione generationis vaporis, circa rationẽ victus ſtuderem, & prouiderem vt cibaria eſſent pauci alimenti, & non plurimi, quia calorem habet plurimum,concoquentem etiam carnem porcinam, & optimè. Oportet igitur vt abſtineat à multum nutrientibus,& à pane nõ bene fermentato. Carnes vituli porcinaſque euitet:& ab omnibus quæ plurimùm nutriunt, à leguminibus, & ab iis quæ multum & malum præſtant nutrimentum : ſummoperè abſtineat à lacticiniis, à paſtillis, & ab omni genere piſcium,præterquàm à ſaxatilibus. Pullorum iuuenum caro, & auium quæ deguntin campis, & hœdina vel vitulorum paruorum, alterata cum frigidis ſuccis, vt cum ſucco agreſtæ,probatur:& vtatur ſucco granatorum, citriorum, vbi ſtomachus toleraret, & tandem quæ parũ nutriunt eſſent laudabilia. Etſi cibis Arabum ex lentibus cum aceto decoctis vti poſsit,illi mihi non diſplicerent:ſed quia non ſumus conſueti in his,dimittemus illa. Ptiſana etiã hordacea conueniret. Præterea vina paucifera alba,quæ prouocarent vrinas, eſſent conuenientia: & vellem vt diureticis vteretur, quia diuerterent ad alias partes,& non generaretur plurimus ſanguis:& vinum ſit potius acidum & auſterum, quia nõ multùm nutrit,& vrinam prouocat. Deinde declinet potius ad vigilias, & à ſomno diurno caueat. Præterea prouideat vt habeat beneficiũ alui. Vtatur frictionib.aſsiduis,& maximè inferioris partis: ideo poſt cœnam fricentur pedes, quando vadit dormitum. Dicetis vos, in podagram incidet : vtinam vt caput defendatur. Præterea vtatur manè exercitio temperato, & mul-

A tùm ambulet poſt frictiones. Caueat ab omni exceſſu circa operationes animales, & maximè circa ſtudium literarum, à quo abſtineat. Quò ad coitum vellem vteretur aliquando, non tamen multùm agitante, tanquam re excernente ſuperflua, & maximè ante cibum, aliàs eſſet nocentiſſimus.Et hæc quantum ad ſex res non naturales, vt non multiplicetur multùm ſanguis. Quò ad medicinas,hoc corpus quia maximè tolerat phlebotomiam & pharmacias, vellem vt iis duobus
B vteretur auxiliis. Quò ad miſsionem ſanguinis, quia iam fuit euacuatus,dimittemus eam.Laudarem & euacuationem toto anno : & medicinæ eſſent illæ quæ purificant ſanguinem,& euacuant: primò eſſet caſsia,quæ humores craſſos, aduſtos, bilem & pituitam euacuat.Vteretur etiam rhabarbaro, quia aperit, abſtergit, & euacuat. Vtatur & ſyrupo roſato ſolutiuo, agarico præparato, præcipuè propter dominium pituitæ nunc generatæ: & acciperetur caſsiæ vncia, agarici præparati
C ſeſquidrachma: & interpolatis vicibus ſumat hãc medicinam,quandoq; rhabarbarum,quandoque ſyrupum roſatum ſolutiuum, & zuccharum roſatum cum rhabarbaro in diebus calidioribus æſtatis. Tranſactis diebus æſtiuis, pillulis vteretur ex hiera ſimplici,agarico,& rhabarbaro,quæ poſſent dici de tribus, niſi quòd loco aloes ponitur hiera ſimplex. Hæc euacuant ventriculum, obſtructiones remouent, & à capite euacuant. Placeret etiam ſyrupus acetoſus multæ acetoſitatis
D cum aqua pentaphylli, aut acetoſæ : quia in pentaphyllo eſt virtus exiccandi, & prouocandi vrinam: acetoſa etiam corroborat cor,refrigerat, & exiccat intemperiem hanc:ſyrupus etiam de acetoſitate citri:& quandoq; alterando perſeuerarẽ, & quandoq; dictis vterer medicinis,quia optimè tolerabit. Et hæc quò ad euacuationem,quæ fuit ſecundum inſtitutum,vt prohiberentur vapores. Tertium inſtitutum propoſitum eſt, vt fierent auerſiones vaporum : & quòd mihi præcipuum
E videtur,eſt,quòd omnino fierent cauteria in cruribus, & ſi quod corpus accipiet iuuamentum, hoc erit. Si enim à ſuſpenſione pedum accipit iuuamentum, quid recipiet à cauteriis? Etiam in hæmorrhoidibus ſperarem, ſi fieret apertio : ſed fallax eſt apertio hæc. Quia in prouocatione per ſanguiſugas, ſi non aperiuntur venæ ex applicatione illarum,tantùm ſubtilior pars euacuatur,& craſsior remanet. hæc de auerſionibus. Dicetis vos,Tu igitur velles in hoc iuuene tam magna re-
F media facere? Vtique:quia dicit Galen.5.Methodi: Cùm magnæ ſunt ægritudines nõ modò præſentes,ſed futuræ,ſi à leuioribus volumus procedere, longum paramus ægroto interitum. Cùm ergo accidens non ſit ita leue, ſed ſuſpicio eſt de epilepſia & apoplexia,ideo plurimo ſtudio oportet prouidere. His omnibus factis, ſi perſeuerarent affectus,eſſet cõſiderandum an conuenirent balnea Calderiana, quia rectificãt caput, refrigerant, & prouocant vrinam, & aduſtiones remo-
G uebuntur, & obſtructiones, & puſtulæ: ſuntque maximum remedium pro aduſtionibus, & tunc non eleuabuntur vapores, quia in hoc corpore eſt maxima dubitatio de ſanguine aduſto. De Pa-

tauinis non dicerem, niſi fieret maior lapſus. Et A quia aquam ligni Indi propoſuerunt medici Veneti, non laudarem eam: quia cum vteretur victu tenui, aqua exiccaret, quare exiccarentur humiditates, & per accidens iuuaret: ideo in ea nihil ſperarem. Quò ad corroborationem capitis, credo quòd optimum erit corroborare prohibendo vapores aſcendere: & factis euacuationibus optimum eſſet zuccharum roſatum, & confectio triaſandali, & myrobalani conditi, chebuli, quia mirũ in modum corroborarent caput & ventriculum. B Similiter & linimenta adhiberem vt Galen. facit, inungerem caput cum oleo roſaceo, & illud quoque in aures inſtillarem. Puluiſculos ex ſandalis, myrtis, roſis, & ſandaracha aſpergerem ſuper caput: odoramentis etiam ex ſandalis, roſis, violis, nenufare, camphora, cum aceto roſaceo in ſindone vteretur ad odorem. Et iſta via procederem. Multa alia eſſent dicenda, ſed hæc exempli loco ſufficiant.

CONSILIVM XXXIIII. C

De vertigine & melancholia, anno 1550. die Inuentionis ſanctæ Crucis in colloquio.

CASVS recitatus à Bellocato. Proponitur nobis iuuenis 28. annorum, qui patitur malam diſpoſitionem ventriculi, ventoſitatem, & agitationem, & vomit materiam pituitoſam, & aquoſam: vertiginoſus etiam factus eſt ante annum, adeò vt quando equitat, metuat caſum ex equo. Sed ſi quieſcit D aliquantulum ſuper manibus, redit ad priſtinum ſtatum, perpetuò ſentit grauitatẽ capitis. Triſtis etiam eſt ſenſatio, vt credat ſe priuatum eſſe manu, & eam ſibi prolapſam eſſe putat. Triſtatur alioqui de nulla re, ſed ſemper timet iſta mala, quæ tamen nulla ſunt, & angitur corde. Olim multa laborioſè & inordinatè fecit, noctu diſcurrendo, & alia. Antea paſſus fuit febrem quartanam per quinque annos. Poſt illam cùm fuiſſet curatus, acquiſiuit puſtulas, ſeu abceſſus in occipitio capi- E tis, vnde liberatus fuit per quendam dolorem capitis. Sed de qua nunc queritur affectione, eſt vertigo, vomitus, triſtis illa ſenſatio. Fuit autem vir negocioſus, mercator, & agricola, & moratus eſt in locis paluſtribus.

MONTANVS.

Nobilis hic iuuenis queritur de duabus diſpoſitionibus præter naturam. Primò, timet plus æquo ea, quæ timere non debet. Secundò, vertigi- F nes patitur. Iſta duo ſymptomata ſunt ambo affectus cerebri. Primùm attingit imaginationẽ, quia iſte timor eſt quædam corrupta imaginatio. Vertigo autem manifeſta eſt, quia verſatur circa ſenſum communem, quoniam videntur omnia circumagi. Hæc inquam ſymptomata conſideranda nobis veniunt, non tantùm ſecundùm ſpeciem, ſed etiam ſecundùm intẽtionem, & remiſsionem. De timore autem prius dicemus. Timor eſt imaginatio. Imaginatio autem læditur tripliciter. Pri- G mò ratione metus corruptè, ſiquidem eſt imaginatio corrupta. Sic etiam corruptè imaginatur, qui nimis ſperat. Sed corruptio quæ in metu, adiunctam ſibi etiam habet aliquam diminutionẽ. Diminuitur enim motus imaginationis in metu, quia deficit ſpiritus in proprio motu, & manet intus: contrà in ſpe extẽditur, quia augetur ibi plus æquo. Timet igitur iſte iuuenis, non præſens aliquod obiectum, ſed ne aliquid de futuro ei accidat. Nihilominus tamen, quando audit iucundum aliquid referri, ſupra modum lætatur: ſin iniucundum, triſtatur. Vtroque igitur corruptionis vitio laborat, & ſpei, ſiue gaudij, & timoris. Vertigo eſt etiam actio corrupta in ſenſu communi, ſed non eſt cum diminutione. Eſt igitur vertigo maior affectio quàm metus. Timor eſt affectus ipſorum ſpirituum, vel ipſius animę, quę timet ob frigiditatem ſpirituum, & caloris, ſicut audaces habent ſpiritus calidiores: ſic qui timent, ſemper frigidiores ſpiritus habent. Spiritus enim calidi, humidi atque ſubtiles eſſe debent. Ergo quando decedunt à proprio temperamento, frigidi fiunt, ſequiturq; timiditas, ſecundùm quod ſpiritus iſti magis vel minus ſunt affecti. In hoc igitur iuuene cauſa timoris eſt frigiditas ſpirituũ, ſed remiſſa. Spiritus verò generantur ab humoribus. Eſt enim ſpiritus pars vaporoſa ſanguinis: vnde Ariſtoteles ſecũdo de Generatione animalium: Qui habent ſanguinem ſubtilem, ſpiritus habent agiles, & contrà. Ergo ſanguis in iſto iuuenę eſt frigidus, & craſſus, non tamen intensè. Hinc dicimus in hepate iſtius iuuenis à caliditate generatum eſſe ſanguinem craſſum, in principio quidem propter aduſtionem, quę tamen nunc fit remiſsior. Aduſtio enim fuit à calidiore plus æquo iſtius hepatis intemperie. Etenim naturalis hepatis iſtius temperies fuit calida, quæ quidem acta primùm fuit ab ætate florida, in qua nunc eſt. Deinde etiam cogitationibus, curis domeſticis, computando, ſcribendo, &c. ſiquidem eſt mercator. Acceſsit peſsima victus ratio, quæ etiã auxit cruditates, & obſtructiones venarũ meſaraicarum & hepatis. Aucta obſtructione prohibetur euentatio, vnde ſupercalefit ſanguis, & inde quartana nata eſt, poſtquam dolor capitis ſucceſsit ex delatis ſurſum vaporibus, vt Gal. tertio de Locis affectis docet. Dolor capitis fit, quando inflammatur hepar, & nidoroſos vapores emittit. Ab hoc dolore ſubortum eſt vlcus cũ eſchara, è quo plurimus euacuabatur humor, ſicut in morbo Gallico cruſtæ fiunt ex aduſtione. Ergo cauſa quartanæ & eſcharæ fuit calefactio hepatis. Ex nuncio allato de morte amicæ, incurrit in ſummã conſtrictionem cordis ex frigiditate, & craſsitie ſpiritus, quia ſanguis ex tali nuncio etiam magis refrigeratus, & exiccatus fuit, & ſequuntur naturam ſanguinis ſpiritus, tales qui principaliter in corde generantur. Cor contrariã ſibi temperaturam, variis motib. agitatum, & anguſtiis affectum, contraxit. Nam dolor ob nuncium mortis multos dies durauit. Non igitur mirum, ſi ſpiritus cerebri per conſequens ad talem diſpoſitionem deueniunt. Igitur ægritudo eſt in cerebro, quia calor non eſt in ſubiecto proportionato, nempe craſſo. Et rectè dicit Ariſtoteles 2. de Generatione animalium: Sanguis non eſt calidus per ſe, ſed à ſpiritu habet ſuam caliditatem. Cauſa igitur intem-

intemperiei eſt in hepate, ſanguine & ſpiritibus. A Vertigines fiunt à circumuolutatione vaporum in cerebrum aſcendentium à partibus inferioribus, ac humore pituitoſo. Quia ſi eſſent melancholici vapores, ſæuiora facerent accidentia, & diutius ibi perſeuerarét. Porrò vapores hi pituitoſi ſunt ex ventriculo frigido pituitoſo: quandoquidem nauſea infeſtatur, & ſpumoſam habet vrinam. Cæterùm pituita iſta generatur à frigiditate ventriculi, licet ventriculus in ſua ſubſtantia ſiccitatem habeat, quia partes illæ attinentes B ad ventrem, ſunt graciles & excarnes. Ergo eſt frigiditas illa cum ſiccitate, quę proinde generat pituitam, vnde requiritur, vt intemperies illa calefaciendo corrigatur: ſed tamẽ nõ ſiccando. Hinc ſequitur, vt de timore dicamus, qui oritur, cùm crudi humores ſunt in venis meſaraicis, & ibi intercluſi faciunt vapores, adiuuantes ad timorem, ſicut dicebat Diocles 3. de Loc. affect. apud Galenum. Et ab illa materia viſcida etiam fiunt flatus. Sunt ergo affectus iſti per conſenſum in cerebro, C ab hepate in ventriculo. Macilentiam adeſſe, & illum emaciari non eſt mirum, quia hepar corruptè concoquit, ventriculus diminutè, & meſaraicæ obſtructæ impediunt tranſitum.

Prognoſticum. Quia non venerunt hi affectus, ſeu ſymptomata ad intenſum gradum, & potius ſunt à cauſis procatarcticis, credo eum bene curatum iri. Verſatur in locis paluſtribus, & ſemper in iis aer eſt craſſus. Ex aere autem nutritur ſpiritus: ergo ex craſſo generatur craſſus ſpiritus, & D obſcurus. Vitet igitur ea loca, eligat aerem ſubtiliorem, quàm ſit Eſtenſis, qui tamen non omninò ſit ſubtilis. Alioqui cura Medicorum vana erit: & ſeruet bonum regimen in ſex rebus non naturalibus. Purgetur bis in anno. De Thermarum potu an conueniat, quęrendum, quia timuit eius Medicus, ne fieret maior ſiccitas ſpirituum, & proinde craſsities, rectè igitur cauit exhibitionẽ illarum aquarum. Vtatur potius iis, quæ humectant ſua ſubſtantia. Poteſtis quidem exhiberè etiam iſtas aquas, ſed cum tali diligentia, ne exic- E cetis. Et propterea modicè exhiberem eas, tum quantitate, tum tempore. Credo vtiliſsimum eſſe mittere ſanguinem, propter refrigerationem & contemperationem ipſius hepatis, quia humor iſte melancholicus non multum receſsit à ſanguine, & tali in caſu libenter mittit ſanguinem. Galenus libro quarto de Tuenda ſanitate, & in capite de Melancholia: ſimiliter libro tertio de Locis affectis. F

CONSILIVM XXXV.

De vertigine ex melancholia hypocondriaca in colloquio.

RECITAVIT Stephanellus caſum. Nobilis in ætate iuuentutis trigintatrium annorum, quatuor ferè menſibus conqueritur de malis diſpoſitionibus in partibus corporis principalibus, & minus prin- G cipalibus. Eſt enim ſcabies, ſeu infectio cutis per vniuerſum corpus cũ vertigine, quæ primò contigit illi cùm eſſet in templo, & frequenter illi, noctu præſertim, contingebat. Facta purgatione, nunc non ita frequenter vexatur, & magis in die. Queritur de ſtipticitate alui, & quòd cibus illi in ſtomacho videatur fluctuare, ſicut pila in aqua. Non dormit bene, vt prius, & percipit grauitatem quandam in ſomno. Olim etiam ſiti affligebatur, nunc non ita, nec dolór capitis adeò continuus. Ante quatuor annos omninò ſanus erat: ſed ſolebat habere purgationes naturales bis in die: ſanguis fluebat per nares, & ſordes quoque per aures. Ille decem & ſeptem annorum vxorem duxit, & plures habuit filios: perpetuò ſcribit, quia Cancellarius.

MONTANVS.

Illud de quo queritur præcipuè Nobilis vir, videtur eſſe vertigo, quæ meritò timetur. Eſt enim accidens cerebri non contemnendum, propterea quòd minetur grauiora. De vertigine igitur loquemur, & ita omnia accidentia quæ patitur, & paſſus eſt, conſiderabimus ſimul: Vertiginem quam patitur principiò noctu magis ſentire ſolitus fuit, quàm die, ita vt cùm aggrederetur eum, totus contremiſceret. Cùm verò magna vertigo non ſit, niſi in ea omnia obiecta viſus videantur circumuerti, ac noctu nullum ſit obiectum: erit in hoc viro maxima, & quaſi ſpecies epilepſiæ, quæ fit, quando vapores & flatus circa ventriculos circumuoluuntur, & faciunt ſua reuolutione, vt exteriora videantur circumagi. Habet hoc ſymptoma morbum aliquem, à quo pendet. Et quia cerebrum patitur, in cerebro erit morbus aliquis. Sed quis ſit, & quales habeat cauſas, inquirendum. Quòd ad ſolutionem continui, nulla hîc facta eſt: quò ad compoſitionem, credo quòd toto tempore, quo adeſt morbus, ſit in compoſitione. Eſt enim morbus in via, quæ occupatur à materia flatuoſa, non quòd penitus viæ repletæ ſint, ſed accedunt ad obſtructionem, ita tamen vt materia agitari poſsit, & facere ſenſum vertiginis. Eſt etiam morbus in numero, quia ibi eſt aliquid, quod eſſe non debet. Atque ita in duplici modo vitium eſt in compoſitione. Quòd autem non ſit morbus in temperatura, apparet, quia ſi qualitas aliqua impreſſa foret, non recederet, ſed perduraret: & quòd ſit à flatu, apparet inde etiam, quòd tam facilè definit, flatu ſcilicet ſuperius, vel inferius emiſſo: quod non fieret, ſi facta eſſet aliqua impreſsio. Quia igitur morbus dependet à re obſtruente, à flatibus videlicet, qui ſunt vel calidi & humidi, aut calidi & ſicci, videndum quales ſint, & à quo membro generentur. Credo autem quòd ſint permiſti, & generati ex omnibus quatuor humoribus.

Nunc videamus primò caput, an illud det aliquam occaſionem morbi, an verò ſano capite vapores tantùm ab inferioribus membris aſcendentes morbum excitent. Senſus interiores, imaginationem, memoriam, diſcurſum (quæ ſunt actiones propriæ cerebri in ipſo, & diſpoſitiones eius immediatæ, nec vnquam fallunt) omnes habet integros: actiones etiam prodeuntes à cerebro. Senſus exteriores, & motus eſt illæſus, vnde non poſſum dicere aliquam occaſionem morbi à

cerebro pendere: cùm illud membrum ſanum dicatur, cuius actiones integræ. Hîc caput modò patitur, quandiu durat paroxyſmus, & à flatibus occupatur. Vnde igitur eſt? Habemus cauſas manifeſtas: conqueritur de ventriculo, quòd tardè concoquat, percipiat rugitus perpetuos. Ex operatione autem læſa cognoſcimus ventriculi intemperiem frigidam (fortè etiam humidam, ſed hoc nõ ita perſpicuè notũ) quæ diminuit actiones, vt non fiat vera concoctio, ideò partes vicioſæ à calore debili agitantur (ſicut etiam in mundo exteriori fieri ſolet) & fiunt flatus. Ita habemus quòd ſit læſio à ventriculo, & qualis ſit. Habemus & hepar malè affectum, & intemperie calida præditum. Ideò autem hoc eſt, quia laborauit pruritu, & ſcabie, quam non habuit per contagium aliquod extrinſecum, ſed ſponte. Eſt autem propter aduſtionẽ in ſanguine craſsiore ſeipſo, & magis feruente, vnde & ſalſedo ſequitur in materia humida, vt dicitur ſecundo & tertio Meteororum. Salſi autem humores à natura expulſi ad cutem tendunt: & quia craſsiores ſunt, non poſſunt diſflari; ſed pruritum tantùm excitant. Pruritus igitur indicat hepar calidius, quá cõueniat naturæ; licet naturaliter etiam calidius habeat, vt primo ſtatim intuitu apparet. Ex ratione autem victus, & aliis extrinſecis factum ſeipſo calidius, quod quidẽ facilè fieri potuit. Nam in habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus. Et quòd hepar calidius generet plurimum humoris aduſti, aliud ſignum eſt, quòd noctu, cùm mouentur humores melancholici, timet præter modum: ita, vt etiam tremat: quod quidem arguit abundantiam humoris melancholici, ad quem, ſicuti videmus, tota curatio illorum Medicorum tendebat, & fortè plus videbant iſti, quàm nos in paruo hoc tempore. Ex his omnibus patet, generari plurimum pituitæ, ratione ventriculi frigidioris, plurimum etiam ſanguinis: quia hepar ſua propria diſpoſitione calidum, ſine multo exceſſu in paſsiuis, plurimum etiam biliosi humoris aduſti, propter hepar nunc ſupercalefactum. Atque ita omnium humorum copiam maiorem eſſe, quàm requirat natura, idque propter intrinſecas diſpoſitiones ventriculi & hepatis. Ad quas deinde acceſſerunt cauſæ extrinſecæ: aer primò: per totam enim hyemem in cubiculo ſubterraneo egit, & humido. In pluuiis equitauit, paſſus accidentia animi plurima. Multa vſus Venere, quæ potuit maxima cauſa eſſe ad debilitationem ventriculi. Aſsiduè ſcribit, quod exercitium omnes coctiones impedit, ex quibus omnibus paulatim fit impreſsio, quæ vltimo tandem conſpicitur, ſicut gutta cauat lapidem paulatim, & non vides quantum vna gutta faciat. Ita in ratione victus mala paulatim fit impreſsio: & cùm deinde manifeſtus ſit morbꝰ, vltimo delicto imputatur. Hîc poſt multa & longa delicta, menſe Martio primùm pruritus apparuit, tandem reuelatus morbus, vapores ſcilicet ad caput aſcendentes, & facientes vertiginem: quæ vbi ſemel cœpit, durat poſtea, & per interualla certa redit, vbi ſcilicet aggregantur vapores, ſicut fit in aliis morbis, qui paroxyſmos habent. Ex his patet, quis ſit morbus, num eſſentialiter in capite, & à quibus pendeat cauſis. Ac fortaſſe ſit feruor ille, quem Galenus vocat Melancholiam hypocondriacam, ex ſententia Dioclis, quæ eſt ebullitio humorum in venis meſaraicis, ex qua plurimi flatus fiunt in corpore, & plurimi vapores craſsi & aduſti eleuantur ad caput, & faciunt non tantùm vertigines, ſed etiam melancholiam. Et videtur, quòd Medici myrachialem putarunt, ex ipſorum curatione. Hæc de tota ratione morbi, nunc ad prognoſticum.

Vbicunque huiuſmodi flatus, dicit Galenus, prolongatur, hæc eſt natura morbi, vt longus ſit. Sed ſi ſibi caueat, non eſt periculoſus: ſi non caueat, periculoſus maximè, quia vertigo, niſi occurratur, vel epilepſiam, vel apoplexiam, vel melancholiam prænunciat, ex ſe quidem non periculoſam, ſed videndũ ne in grauiora cadat. Omninò, ex quo morbus eſt in membris naturalibus indiget euacuatione & diuerſione. Hîc autem oportet nos diligentes eſſe. Si enim euacuabimus iſto modo, vt hactenus factum eſt, ad peiorem ſtatum ægrum deducemus. Membra affecta ſunt. Hepar calidum & ventriculus non bene concoquens, & aggregans cruditates. Quòd ſi medicinis ſoluentibus euacuabimus, illa primò calefacient hepar: omnes enim medicinæ trahentes, calidæ ſunt, & tractio non fit niſi motu & calore. Oportet etiam calorem eſſe, qui penetret, & aperiat, & ita plus calefiet, & exiccabitur hepar. Trahentur enim humores vitioſi ab ambitu totius corporis ad membra principaliter læſa, tanquam ad centrum, quod prohibet Auicenna. Adhæc, longo eorum vſu deperditur virtus ventriculi, & præparabitur ad fluxiones deteſtabiles. Exterminarent enim calorem eius naturalem, quem adhuc habet, & eliderent virtutes eius & mineras. Cauerem igitur ab electuario de diaphenicone, & aliis, quæ hactenus exhibita ſunt. Ideò laudo Excel. veſtras, cùm præpoſuerint rhabarbaram & diacatholicon, in quo nihil ingrediatur tale. Et quidem perpetuò euacuãdum eſt hoc corpus: in quo duo efficiemus, euacuabimus materiam, & diuertemus à capite vapores. Et fortaſſe ſi adhuc purgaretur, ſicut ſolitus erat, non laboraret. Sciunt enim veſtræ Excell. quantum timent Medici, cùm ſupprimuntur aliquæ euacuationes ſolitæ. Etſi Galenus ait, quòd abſciſſa manu, aut alia corporis parte, nutrimentum eò perferri amplius nequeat, hominesque ſubiecti ſunt fluxionibus & dyſenteriis, propter partem nutrimenti ſuperfluam: quanto maioribus morbis obnoxij erunt, in quibus excrementa retinentur, & euacuationes naturales ſiſtuntur? Laudarem ego in hoc caſu frequentem vſum caſsiæ, ſyrupi roſati ſolutiui recentis, præſertim autem rhabarbaræ, quocunq; modo exhibiti, vel in pillulis, vel in infuſione, vel maſticatum: ſyrupum de cichorio Nicoli, cùm rhabarbaro, qui pro epilepticis cõpoſitus eſt: multò igitur magis minori morbo proderit, & aluum quoque leniet, ſi accipiatur ℥.j.s. Diacatholicon etiam laudatur, quia ingredientia omnia ſunt benedicta, dummodò benè paretur, propter rhabarbarum, quod ingreditur,

hac.

hac æſtate dari poterit. Hyeme aliquãdo hieram, & aloen ſimplicem exhiberem, vt continuò euacuetur & diuertatur, & omnia ſimul confortabũt ventriculum, diacatholicon propter rhabarbara & hiera atq; aloe aſtringendo & exiccando: nam hiera facta eſt pro ſtomacho. In his igitur perſeuerarem, quibus ſi curabitur, bene eſt: ſi non, deuenirem ad fortiora. Cauteria in cruribus maximè laudo: diuertunt vapores aſcendẽtes à membris naturalibus. Si morbus eſſentialiter eſſet in capite, meliora forent in brachiis, quia plus à capite euacuarent. Et noui quendam ab epilepſia ſolis cauteriis curatum, neque vlla alia re. Miſsio ſanguinis nunc dimitti poteſt in hoc corpore bilioſo, & in his caloribus. Vidi enim ante paucos dies bilem furere in quadam magnifica domina poſt miſſum ſanguinem. Euacuetur itaq; nunc paulatim, & fiant cauteria, vt dictum eſt: quę melius eſt fieri in æſtate, dum humores magis fluidi & colliquati ſunt. Hyeme non ita fluunt. Quòd autem ad remedia vlteriora, decoctum ligni magis laudarem, quàm aliquod genus balneorum, quia thermæ calefaciunt hepar: quod non minus curandum eſt, quàm ipſe ſtomachus. Lignum etſi quoq; calidum & ſiccum eſt, tamẽ ita alterari poteſt, vt remotis qualitatibus primis, tantùm operentur ſecundæ. Hanc enim ob cauſam componuntur medicinæ, vt inquit Auerroes 3. Colliget. Tolletur caliditas, ſi decoquantur in aqua endiuiæ, adeò vt etiam febricitantibus exhiberi poſſit, & tamen remanebit virtus ſecunda, roborabit ventriculum, & exiccabit totum corpus. Credo tamen, quòd aqua thermarum quoque non eſſet inconueniẽs, ſi tempus pateretur, & tueretur hepar, & daretur cum debitis conditionibus. Nunc verò tempus non eſt idoneum, poterit tamen bibere, ſi videtur neceſſarium, ſub Septembrẽ. Interea duo fierent, haberet familiaria, & in quotidiano vſu aliqua, quæ continuò euacuarent, & diuerterent. Fierent cauteria in cruribus, ac teneret optimam rationem victus, quæ nota eſt. Quibus ſi liberabitur, vt ſperamus, bene eſt: ſin minus, erit de maioribus cogitandum, ac vel ligni decoctum, vel thermæ exhibendæ.

CONSILIVM XXXVI.

De vertigine & paralyſi diminuta, pro Doctore Veneto cauſidico.

CASVS recitante Friſimelica: Conqueritur excellentiſsimus vir, quòd paſſus ſit, & adhuc ex parte patiatur vertigines: quæ ſi perdurabunt, apoplexiam facient. Ante aliquot annos diſceſsit ex patria ſua Foro Iulio, vbi verſatus eſt in legibus, petiit Venetias, vt ibi cauſas ageret. Ante vndecim menſes, cùm cœnatus eſſet lautè, cum ſociis ad aliquot horas naui circumuectus, domum rediit, & dormiuit: manè poſtea apparuit tumor, & dolor circa genu ſiniſtrum, quem Medici ſuppurarunt, & vlcere facto curarunt. Cùm per triginta dies ita ſtetiſſet, poſtea iterum ſubeũdo magnos labores in cauſis dicendis, & per plures horas noctis circa vrbem vectus, deuenit ad aliquot de-

A fluxus ſalſos & amaros, poſt quos vlcera in ore apparuerunt. Medici multa exhibuerunt, raro tamen dederunt caputpurgia, imò ſemel loto capite peius habere viſus eſt. Venit tandem ad ingentes vertigines, durantes per quinque aut ſex horas, ita vt caſurus eſſet: & huiuſmodi vertigines frequentes ſunt, & crebrò redeunt. Superuenit tandem ſtupor, ſeu paralyſis in brachio & pede dextro, quæ ſatis moleſta fuit. Catarrhus quoque deſcendit ei in os, qui apparebat tanquam B glacies. Adhibita multa cura, & cùm ab agendis cauſis deſiſteret, tandem viſus eſt opera Medicorum melius habere. Quęrit modò, an denuò poſſit ſubire labores, & qua ratione? An verò quieſcendum, & quæ ratio victus ſit ei vſurpanda.

MONTANVS.

Suppoſitis ſymptomatibus, quibus iſte excellentiſsimus Doctor moleſtatur, quoniam fuerunt iam explicata, venio ad id, quod principa- C liter iſte quærit à nobis: quærit enim curationem. Iſte eſt ſcopus & cauſa cur deductus fuit ad nos. Volumus ergo curare excellentiſsimum virum. quid agendum? Primò debemus cognoſcere cauſas ſuæ ægritudinis, quibus cognitis facilè remedia adminiſtrabuntur à nobis. Vt autem eæ cauſæ cognoſcantur, debemus primò ſcire, quòd cauſę morbum facientes, aut ſunt intrinſecæ, aut extrinſecæ, aut ambę. Intrinſecæ dicuntur illæ, quæ proueniunt à cauſa intrinſeca, vt à D mala temperatura membrorũ, aut ab eorundem debilitate, vnde ſequũtur effectus, ad quos naturaliter ſunt inclinati, videlicet ægritudines. Extrinſecæ autẽ ſunt illæ ſex res non naturales, aer, cibus & potus, quæ in hoc corpore plurimum faciunt. Quin iudicamus membra malè affecta per operationes deteriores. Hîc autem vidẽtur bene facere officium ſuũ, niſi intrinſecæ cauſæ lædant, &c. Videamus à quibus cauſis depẽdeat morbus excellentiſs. Doctoris. Diſcurrendo primò p in- E trinſecas, videnda eſt temperatura membrorum principalium, & primò hepatis. Video hominem ſatis carnoſum eſſe, & habẽtem corpus ferè quadratum, ac bonum colorem, & vt ipſe refert, paſſus fuit fluxum hæmorrhoidum. Ex his iudico hepar ipſius eſſe temperatum: non dico temperatum temperatura illa æquali, ſed accedit maximè ad illam temperaturam: verùm ſi declinat, declinat per calidum aliquo pacto. Declaratur, quia video hominem habere colorem nigrũ: ſimiliter F pilos nigros, & reliqua quæ atteſtantur ſuper caliditate hepatis adurente & exiccante, verùm iſta diſcraſia per calidum non eſt magna. Abundat ſanguine, & ita vt etiam per hæmorrhoides fluat. Eſt igitur ſanguis calidior, & multus, ita vt non ſolùm ad nutrimentum, ſed expulſionem etiam illam ſufficiat.

Accedamus ad ventriculum, qui ne hodie quidem habet impedimentum: conficit enim alimenta, & bene concoquit, nec audio eum pati ali- G quos dolores in ipſo, breuiter exercet rectiſsimè ſuas operationes. Et quia ab operationibus cognoſcuntur potiſsimæ diſcraſiæ membri, ideò teneo ventriculum eſſe bene diſpoſitũ, & rectè ſe

habere. De corde.cor eſt ſpiritibus refertum,potens valde,& calidum, cuius ſignũ eſt, quòd ipſe eſt firmus, ſtabilis in ſuis operationibus, magnanimus,& alia habet,quæ indicant cor eſſe calidũ, ac ſpiritibus refertum.De cerebro credo,& reuera ita eſt, cerebrũ ipſius eſſe optimè diſpoſitum: ſimiliter rectè ſuas operationes obire:nam audio ipſum habere memoriam tenaciſsimam,ſimiliter eſſe oratorem, & quod optimè diſcurrit, & orat in ſuis cauſis agendis: & breuiter, iſte cerebrum habet ſatis temperatum, atq; nullam diſcraſiam patitur. Audio autem ipſum habere debilitatem viſus, ita quòd quæ propè ſunt, perſpicaciſsimè intuetur,à longè verò non ita rectè.Hoc non debet referri ad malam cerebri diſpoſitionem : nam ſtat, cerebrum optimè ſe habere: tamen oculos quandoque eſſe affectos, aut ratione organi, aut ratione conſuetudinis : quia & hoc contingit, vt plurimum in hominibus ipſis literatis,vt ipſe eſt: iſti enim quia ſtudendo tenent libros prope oculos,taliter quòd ex continuo illo vſu virtus ipſa oculorum, & natura ipſa ex tali conſuetudine aſſueſcit in tali viſione propè : quare fit ex tali conſuetudine, homines hos propè acutius intueri, quàm à longè,quia cùm à longè videre non ſit oculus aſſuetus, tunc debilitantur ſpiritus, & non poteſt longè intueri : & hoc, vt dixi, ſtudioſis, ac literis deditis ſolet euenire. Poteſt etiam ratione organi prouenire:nam ſunt aliqui habentes oculos eminentes, ſimiliter oculos valde nigros : ex tali eminentia, & ex tali immoderata nigredine longè non poſſunt videre : poteſt etiam contingere propter ſpiritus claros admodũ & paucos. Ad rem ego. Tametſi excellentiſsimus doctor habet quòd à longè videre non poteſt, propè verò poteſt : non propter hoc debemus arguere cerebrum eſſe affectum, cùm optimè ſuas operationes exerceat:ſed vt dixi,poteſt prouenire iſta debilitas viſus in hoc excellenti doctore à duabus illis cauſis, ſiue hoc proueniat à prima, ſiue à ſecunda, non refert: hoc vnum eſt,quòd non prouenit à cerebro. Habetis hucuſque membra omnia principalia eſſe benè affecta. Et quia diximus in principio, quòd morbus poteſt à duabus cauſis prouenire, aut à cauſa intrinſeca,aut extrinſeca: à cauſa intrinſeca credo morbum hunc in iſto excellentiſsimo Doctore non prouenire : quoniam (vt dixi) membra omnia intrinſeca principalia rectè ſe habent . Quòd ſi dependet à cauſa intrinſeca, tantùm ab iſta prouenire, videlicet ab hepate,quòd cùm ſit calidius quàm oporteat, & conueniat ſuo temperamento, poteſt inflammare humores, & ex ipſis eleuari fumi petentes caput, qui faciunt talia ſymptomata, videlicet vertiginem, paralyſim illam diminutam in brachio ſiniſtro, & in pede ſiniſtro: ſimiliter abſceſſum in facie, videlicet in parte dextra faciei, ſimiliter iacturam illam gingiuarum, & alia ſymptomata enarrata. Sed illa cauſa ex ſe non poſſet hoc facere,niſi cauſæ extrinſecæ adfuiſſent. Et quòd proueniant à cauſis potiſsimè extrinſecis iſta ſymptomata, videlicet ab ipſis omnibus non naturalibus,declaratur primò ex aere.Nam audio iſtum excellentiſsimũ Doctorem dereliquiſſe ſuam pa-

A triam, vbi aer frigidus eſt,& ſiccus,& montanus, & acceſsiſſe Venetias, vbi aer eſt calidus, & humidus,& paluſtris.Quantum potuerit iſta aeris mutatio, nullus ignorat. Nam fuit principaliſsima cauſa iſta iuncta cum reliquis cauſis extrinſecis caput offendendi : aer enim immutat mirum in modum corpora noſtra, cùm continuè attrahatur: & notum eſt quid dixerit Galenus de aere in 2.Artis paruæ, vbi vſus fuit hoc verbo Exterminare,quaſi innuerit alterationem & damnum im- B preſſum in corporibus noſtris, & ita aer fuit cauſa ſymptomatum, præſertim nocturnus, in quo eſt moratus aperto capite, & in cymba:fortè etiã cecinit,clamauit,& bibit, fuitq; ea cauſa tam potens, vt ſtatim hora ſecunda noctis cùm domum eſt reuerſus inciderit in illum ingentẽ abſceſſum: item vertiginem & paralyſim diminutam.Secundò cibus & potus. Audio hũc excellentiſsimum Doctorem,quando fuit cum ſociis,vltra modum crapulatum eſſe,& bibiſſe, ſimiliter comediſſe ci- C bos diuerſæ ſubſtantiæ. Ex iſta crapula ergo (re vera ita eſt appellanda) fuit facta putrefactio illorum ciborũ, ex quibus fumi eleuati,ac cerebrum petentes, potuerunt facere hoc apoſtema, & abceſſum,& reliqua ſymptomata. In motu exceſſus audiuiſtis,ſomnus etiam & vigilia fuerunt in cauſa:quia audio iſtum,cùm vigilandum eſt,dormire:cùm dormiendum,vigilare: nam ipſe feſſus ex cauſis agitatis,quandoq; noctu non poterat dormire. Ita hæc permutatio vigiliarum & ſomni po- D tuit etiam eſſe cauſa. Similiter accidentia animi ipſa : fuit ſolicitus in illis cauſis peragendis : & quãtas ipſi Iuriſconſulti patiantur ſolicitudines, & animi affectus, nullus ignorat, & maximè Venetiis, vbi fiunt tot motus, & tot labores in cauſis peragendis. Inanitio autem & repletio fuit etiam potiſsima cauſa, eo quia (vt ipſe dicit) ſunt multi dies, quòd ipſe non egeſsit, imò vt ſolitus erat,nihil egerebat.Iſta retentio facta an poſsit generare vapores malos, non nos latet. Præterea E permutauit conſuetudinem:ipſe enim ſolebat comedere horis conſuetis, tamen non obſeruauit hoc: imò aliquando hora prima noctis cœnabat, aliquando tardius, aliquando citius. Et ita videtis quomodo omnes cauſæ extrinſecæ concurrunt ad hanc ægritudinem. De cauſis intrinſecis ſola illa caliditas hepatis (vt dixi) eſt. Habemus hucuſque cauſas. Quid eſt agendum? curandus eſt morbus,quomodo curatur morbus remouendo cauſas, quænam fuerunt cauſæ? fuerunt om- F nes enarratæ : illæ ergo remouendæ. Quid ergo agendum? ego maximè conſulo, vt velit aerem ipſum permutare : nã ex permutatione aeris refrigerabitur corpus, quia conſuetum aerem ſentiet. Iſta eſt potiſsima cura ad remouendum morbum hunc, ſcilicet permutare aerem. Deinde in cibo & potu debet ſe moderare, ſumendo optima cibaria,ſimiliter in debito tempore.Animi affectus omninò repellere, dormire quando dormiendum,vigilare quando vigilandum. De eua- G cuatione: ego non auderẽ fortiter euacuare,quia nunc ſumus in æſtate, iam menſis Iunius tranſactus eſt. Ideò darem tantũ lenitiua, caſsiam cum rhabarbaro, aut caſsiam tantùm,florem dico:iſta enim

enim preſtarent, quod intendimus: quia tenebimus corpus lubricum, & hoc maximè debemus quærere. Nam, vt retulit mihi ſua excellentia, quandò acceſsi ad cubiculum, conquerebatur de iſta aſtrictione, & dicebat ſe ex ipſa maximum detrimentum ſentire: ideò bonum eſt vti caſsia, vt corpus mundum & lubricum teneatur: & ſi nollet ita ſæpe vti caſsia, poterit manè aſſumere brodium, in quo ſit decocta mercurialis, & beta, & aliquid paſſularum: iſtud enim lubricat corpus, & facit egerere valde, vt dicit Galenus libro quinto de Tuenda ſanitate. Sanguinis miſsionē omninò iudico fore conuenientiſsimam. Nam eius natura indicat, & indicauit, quòd indiget crebra ſanguinis miſsione: quoniam ipſe habet fluxum illum hæmorrhoidum, & nondum eſt repreſſus, quod mihi maximè placet, ideò ſinerem ipſum defluere, & adiuuarem, ſi non defluat: eſt enim ſententia illa Hippocratis: Quocunque natura repit, eò ducere oportet: ſi natura demonſtrat locum conuenientem, quo ipſa facilè exoneratur: quare cùm volumus ſequi illam viam, non debemus deſiſtere, & ita prouocare hæmorrhoidas. Poſtea vellem vt fierent duo cauteria, & ſi non duo, ſaltem vnum in crure ſiniſtro, vbi habet paralyſim illam diminutam: neque impediret hoc cauterium naturam, vt non faceret diuerſionem. Et ita habebimus diuerſionē maximam, tum per cauterium, tum etiam per hæmorrhoidas: qua diuerſione, vt dixi, maximè indigemus, eò quia materia eſt in capite, & fuit cauſata ex illis cauſis dictis extrinſecis. Similiter cauſata fuit (& hoc dereliqui) ex clamore. Quantum poſsit vociferatio ad replendum caput vaporibus, vnuſquiſque manifeſtè videt: iſti enim declamatores fiunt rubicundi, & oculi etiam inflammantur. Et ita quia in cauſis actitandis ipſe multum clamabat: eſt enim iuuenis, agit annum trigeſimum quintum, aut vigeſimum ſextū, propterea facta eſt inflammatio: & ita diuerſio neceſſaria eſt: quare cauteria ſummopere laudo. Et ita agerem hac æſtate, lubricando corpus cum omnibus dictis, aut cum zuccharo roſato recenti: dico recēti, quia recens maximè lubricat, non commiſcendo aliquid. Et ſi iſto zuccharo poſſet lubricari, mihi maximè placeret, quia ex iſto haberemus tria, videlicet corroborationem capitis, ventriculi, & euacuationē fæcum: ſed ſi hoc non præſtet, curetur prædictis. Veniente autem Autumno, tunc poterimus concoquere materiam, & euacuare cum pharmacia, & præſertim cum illa confectione hamech: illa enim mouet aduſtos humores, & ipſos euacuat, & aliis pharmacis poterit vti ſecundùm humores peccantes, quod cognoſcendū illis Medicis, tunc curantibus derelinquo. Deinde ego corroborarem caput cū caputpurgiis, & ea pararem ex rebus exiccantibus, & reſoluentibus. De materia iſta, quænam ſit materia faciens hunc morbum, an calida, an frigida, dicam duo verba. Illi excellentiſsimi Medici in hoc fuerant diſcordes. Aliqui dicunt, quòd erat materia frigida, aliqui calida. Iſta eſt diſputatio de lana caprina, eò quia clarum eſt quòd ſit calida: patet, quia falſa eſt, erodit gingiuas. Et ita dico, vt etiam dicebat excellentiſsimus Doctor, quòd materia eſt calida & frigida, miſta ſcilicet: & ita ſi duæ illæ opiniones in vnum redigantur, fiet vna opinio. Et vtramq; opinionem ſaluabimus. Dicam duo verba de prognoſtico. Morbus iſte curabilis eſt, non tamē eſt contemnendus: quia ſi contemnatur, augebitur continuè: quare fiet apoplexia, aut epilepſia, aut paralyſis in toto corpore perfecta, ideò non ſunt dandæ induciæ. Hæc pauca volui breuiter dicere, quæ per excellentiam veſtrā erunt iudicanda.

CONSILIVM XXXVII.

De Vertigine & Epilepſia.

PRIMÒ, Luna creſcente exhibuit caſſiam, poſtea detraxit ſanguinem ad ℥. 10. ex vena communi dextri brachij: deinde dedit ſequentem ſyrupum:

℞. Syrupi de cichorio Nicoli cum rhabarbaro ℥.j.
Syrupi de betonica
Mellis roſati ana ℥.ſ.
Decocti ſequentis ℥.iiij.

℞. Pæoniæ G.l.
Radicum Pæoniæ num.iiij.
Betonicæ M.j.
Garyophyllorum,
Roſarum rubearum,
Sandalorūm citrinorū & rubeorum anā ℈. iiij.

Inuoluantur iſta aromata contuſa groſſo modo in panno lineo, & decoquantur ſimul cū Pæonia & betonica ſecundùm artem, in duabus libris aquæ maioranæ, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde colentur & exprimantur. Finitis his ſyrupis, vtatur hac medicina:

℞. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſci Alahandal G.x.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Miſce, fiat potio, detur in aurora cū cuſtodia: Pro purgatione peculiari ter in menſe ſumat vnā hora ante cœnam pillulas è ſequenti paſta.

℞. Rhabarbari electi ʒ.ij.
Garyophyllorum,
Cinnamomi ana ℈.ij.
Aloes ʒ.iiij.
Agarici electi ʒ.iij.
Seminis Pæoniæ ʒ.j.ſ.

Miſce cum aqua Pæoniç cum melle roſato, fiat magdaleō, de quo ſumat ʒ.j. ſingulis vicibus. Accipiat etiam interduum vna hora ante cibum myrobalanum chebulum vnum conditum. Interdum manè, ter in ſeptimana, tribus horis ante cibum, vtatur infraſcripto electuario:

℞. Scyllæ aſſatæ & præparatæ ſec.art.℥.ij.
Seminis pæoniæ puluerizati ℥.j.
Mellis optimi, colati & deſpumati ℔.j.

Miſce & fiat electuarium ad vſum. Item collo ſuſpendat radicem veræ pæoniæ maſculæ.

CONSILIVM XXXVIII.

De dolore capitis & vertigine ex ventriculi debilitate, colloquente D. Franchanziano cum D. Montano, anno 49. Maij 26.

IVVENIS hic cùm ageret ſeptimum ſuæ ætatis annum incidit in exulcerationem cruris ſiniſtri: puſtulam ſcalpebat, quam ſecuta eſt exulceratio totius cruris. Erat autem puſtula illa nigra, & exulceratio perdurauit duobus annis, & fuit remota appoſitione cinerum calidorum. Nono itaq; anno fuit ſanatus. Nunc cùm à duobus annis non moleſtetur ab his, interea habuit debilem ventriculum, & patitur inappetentiam: ac cùm tardat prandium, incidit in vertiginem & dolorem capitis: nec imaginari poteſt, nec protrahere ſermonem de aliquo, quia ſtatim omnium obliuiſcitur. De his conſilium petit. Conqueritur autem maximè de imbecillitate ventriculi, de inappetentia, & quòd cùm tardat prandium dolorem capitis patiatur, & memoria deſtituitur. Præſuppono temperaturam, quòd ſit temperaturæ frigidæ & ſiccæ, & probatur ex habitu totius. eſt tenuis, emaciatus, caret pilis, muſculi exiles. Tum à membris principalibus cor eſt frigidum, pulſus tardi, rari, eſt timidus. Iecur ſiccum, calidum, quæ caliditas non vincit frigiditatem cordis. Quòd ſicci iecoris, nam venę anguſtæ: quòd calidi, laborauit enim febribus bilioſis, & illæ puſtulæ indicabant humorem aduſtum. Cerebrum videtur temperatum, ſed quia rubet, abundat forſan caliditate: ſed eſt temperatum in ſiccitate, eſt moderati ſomni. Ventriculus ſemper frigidus, inde non facit ſuum officium. Agit nunc 25. annum. Conſuetudo eius fuit medicamenta capere, & inordinatè ſe geſsit, tum in victu, tum in ſtudio, & præſertim hyeme ſedendo nudis pedibus aliquot horis in frigore. Adiunxit otium, vt nunquam ſe exerceret, ſed & venere inordinatè vſus eſt. Inquirenda ſymptomata & cauſæ, à quibus indicationes curatiuæ ſumētur. Tria patitur circa ventriculum: primum eſt imbecillitas, cauſa huius eſt intemperies, nam non benè & non citò concoquit, ergo eſt intemperies frigida: ſecundò inappetentiam, quoniam frigiditas cauſa inappetentiæ. hic non poteſt eſſe intemperies frigida ſimplex, ſed cum materia: nam materia, quę antè fuit euacuata per crus, recurrit ad ventriculum, & præcipuè pituita, atque inde inappetentia eſt: tertiò cùm non citò capit prandium, deuenit ad vertiginem capitis, & hoc quoque eſt ſymptoma ventriculi: nam vertigo illa fit per cōſenſum, ſcilicet euaporationem ex ventriculo. Attrahit ventriculus ab hepate humores aduſtos, & peruenientes ad os ventriculi euaporant ad caput: Inde Auicenna: Famem tolerare, eſt replere caput malis humoribꝰ. Patitur dolorem in capite in anteriori parte, & eſt is dolor à ventriculo. Diminutas operationes animales eſſe conſtat, quia cùm non poteſt imaginari, loqui, cauſa eſt intemperies aliqua frigida aliarum partium. Quæritur à qua cauſa hæc intemperies? an ex paucitate ſpirituum? Credo quòd in eo ſit paucitas ſanguinis: nam in ventriculo mala ſit concoctio, inde in hepate aduritur? cor autem frigidum, vnde paucitas ſpiritus vitalis, hinc etiam ſpiritus animalis paucus. Item ratione intemperiei ſpirituū: nam generat ſanguinem frigidum, ex quo ſpiritus frigidus. Eſt igitur intemperies ventriculi frigida cum materia: nam humores aduſti ibi ſunt, & pituita: ſecundò intemperies frigida cerebri, tum à paucitate ſpirituum, tum ab intemperie eorum. Iam indicationes curatiuæ ab his ſumuntur, videlicet, euacuatio & alteratio. Euacuanda igitur materia, & alterandus ventriculus per contrarium. Primò totum alterandum, & poſtea ventriculus calfaciendus. Alteratione illa augebimus ſpiritus, quia augetis eos, cū conſulitis ventriculo vt concoquat, & hepati vt caliditatem remittat. Opus igitur eſt calfacere ventriculū, & hepar infrigidare. Capiti nihil faciendum eſt, euacuarem totum: & ſi iecur calidum, tamen non tentarem ſectionem venæ, ne ſequeretur paucitas ſpiritus. Lenirem ventrē caſsia, hiera: nam lotium rufum, crudū & tenue, & excrementa multa heri vidimus: concoque, altera ſyrupo de fumaria, melle roſato, addēdo decoctum cichorei, & aliorum. Euacua rhabarbaro & confectione hamech: repete euacuationes pro neceſsitate: poſtea altera ventriculum, iuncto oleo nardino, maſtichino, de mentha & cum aromatibus. Aliquando da zuccharum roſatū cum ſpeciebus aromatici roſati. Exterius tamen melius applicare neceſſaria pro alteratione. Ne capiat nunc aquas thermarum, niſi in Septembri. Cùm capiet autē aquas thermarum, hepar inungatur, roboretur vnguento ſandalino cum fomentatione aquarum frigidarum. Pro infrigidatione iecoris facta euacuatione inunge iecur oleo ſandalino & aquis frigidis alembicatis: item cum aromatibus frigidis altera.

MONTANVS.

Supponamus omnia ſymptomata, de quibus conqueritur nunc: nam præterita, quibus modò non eſt ſubiectus, dimittamus, niſi quantum conferent ad cauſam præſentium ſymptomatū. Tardè concoquit, non appetit, dolet ei caput circa frontem, & cùm diu abſtinet à cibo, patitur vertiginem. Item non exequitur operationes animæ intrinſecas, non diſcurrit, non imaginatur bene. De his petit auxilium. Cauſæ horum ſymptomatum ſunt ægritudines, quę tollendæ ſunt, & deinde ſymptomata tollentur. Ego notò multam humiditatem in hoc iuuene, quòd eſt carnis mollis & tractabilis, ac delicatiſsimæ. Video calorē deinde quendam circa cutem. Primò pilos molles, & in capite & barba color albus, tum habet ſanguinem & colorem viuidum. Arguunt hæc habitum totius corporis eſſe rarum: nam nos non tantùm qualitates in corpore debemus quærere, ſed & ſubſtantiam, ſi ſint laxæ, raræ texturæ, denſæ, &c. Igitur non minus debemus conſiderare ſubſtantiam ac qualitates. Eſt igitur is raræ texturæ, & generatus ex ſanguine & ſemine ſubtiliore: nam ex hoc ſunt corpora ſubtilia, & fiunt mollia, laxa. Quantū attinet ad qualitates, non oportet quòd ſint calidiora, vel frigidiora: nam teſte Galeno, ſubtilis ſubſtantia non arguit caliditatem, vel frigiditatem. Inde Ariſtoteles 2. de Partib. animal. dicit, quòd ſubtilis ſanguis facit ingenioſos, & magis quando cum ſubtilitate ſanguinis ſit caliditas. Sunt audaces & ingenij optimi, ſi cum ſubtilitate

litate

litate frigiditas, & econuerſo. Eſt is optimus iu- A uenis & ſolers, vtrum cum hac ſubtilitate ſanguinis ſit frigiditas, vel caliditas? Non poſſum deprehendere dominũ alicuius qualitatis actiuæ, non video frigiditatem dominari: nam ſi dicerem frigidum cor, tum ſpiritus eſſent frigidi, tum in cerebro ſi eſſet frigidum, congelarentur. Non video caliditatem, igitur in actiuis ſe habet temperatè. Cor nec excedit in caliditate, nec in frigiditate: ſi compares cholerico, frigidum erit: ſi melancholico, calidum. B Habet operationes optimas, nec valdè timidus eſt, ſic eſt in ſubſtãtia totius valde reſolubilis; & hoc propter ſubtilitatem ſanguinis. Eſt enim habitus ſubtilis, per quẽ facilè ſanguis & ſpiritus reſoluitur. Ideò iſtud corpus eſt facilè reſolubile, tum ratione conſtitutionis corporis humorum & ſpirituum. Omnia mala eius oriuntur à ſubtilitate ſanguinis & ſpiritus: nam facilè hæc corpora rara alterantur ab omnibus cauſis, tam intrinſecis, quàm extrinſecis. Is iuuenis à teneris fuit deditus ſtudiis, dum vacaret literis, & C reſolueret ſpiritus, & comederet cibos quoſuis: cùm parùm exerceret corpus, animum autẽ valde, facilè ſpiritus accenſi, & facilè humores aduſti. Nam vbi non eſt nec frigiditas, nec caliditas, ſpiritus facilè alterantur, & corpus in alteram diſpoſitionem, contrariam videlicet, venit, & facta puſtula, &c. Poſteà magis in grandiori ætate ſtuduit, ac præ ardore ſtudiorum non prandebat. Quantum autem corpora reſoluantur, quando laborant & ieiunãt, notum eſt. Scitis quod dicat D Hippocrates de iis, qui aſſueti prandium capere, & negligunt, inde rugitus patiuntur. Hinc peior eſt repletio poſt inanitionem, quàm inanitio poſt repletionem, ex quo auctæ cruditates. nam ventriculus non benè concoquebat, nec ordinẽ ſeruabat in cœna, & ita ventriculus deperditus, & cruditates cumulatæ ſunt. Ex his omnibus cùm corpus tam laxum ſit, duo fuerunt conſecuta. Primò, quòd corpus hoc priuatè fuit infrigidatum, quia in membrorum ſubſtãtia ſubſtantificè non E eſt talis frigiditas, ſed quòd propter paucitatem ſpirituum, & tenuitatem ſanguinis à quauis cauſa leuiſsima poſsit induci. Secundò item acceſsit extraneũ frigus ex aſsiduitate diſcẽdi: vnde perpeſſus iſta omnia vẽtriculus, nõ ſine cauſa ad hæc mala deuenit. Primò, quòd tardè concoquit; & hoc ei naturale eſt: nam eſt ſubtilis texturæ, & hi facilè malè concoquunt. Acceſsit materia pituitoſa, frigida, per quẽ affluxum eius infrigidatur ventriculus. Et vſus eſt auxilio Medicorũ in cru- F ditatibus, qui euacuauerunt eum, & dederunt ei calorifica, & quæ calefaciunt, exiccant. Talia autem corpora rara cum periculo calefiunt: nam & boni exiccantur humores, à quibus ſuſtentabatur corpus. Redditus igitur ventriculus imbecillis ab intemperie frigida, tarditas concoctionis & inappetentia conſequitur propter duo: primò, quia membra eius non attrahunt, vt oportet, à qua attractione fit fames naturalis, licet eius ſint quinque cauſæ, quas ordine Galenus 4. de Cauſ. G ſymptom. ponit. Secundò, propter humores crudos, quia frigidus & humidus humor relaxat ventriculum, & non fit appetentia: nam hæc appetentia fit à frigida materia ſicca, quæ corrugat ventriculum. Patitur dolorem capitis, propter aſcenſum vaporum à ventriculo, & à venis: nam vbi mala conctio ventriculi, reliquæ etiam malæ ſunt coctiones. Patitur item vertiginem, quando famem patitur: nam cùm habeat ſpiritus ſubtiles, & qui facilè reſoluuntur, in horum locũ ſuccedunt vapores, & excitant vertiginem propter eandem cauſam. Non diſcurrit, & imaginatio læditur: quia ſpiritus ſubtiles facilè reſoluuntur. Iam ego dicerem, quòd caueret à medicamentis omnibus: nam medicamentum quod in alio leue videtur, in hoc erit graue. Eſt enim corpus minimè accommodatum medicamẽtis. Igitur vtatur leuiter alterantibus, & in ſex rebus non naturalibus bonum ſeruet ordinem. Leniter ſe exerceat: item recreet animum: cibus bonus ſit: vinum generans ſpiritum & ſanguinem bonum. Etſi corpus vult eſſe ſanum, abſtineat à venere, quia eius corpus non eſt ad venerem aptum. Inanitio & alia ſint moderata. Vtatur dulcis aquæ balneis, & moretur in eis: quia etiam excrementa ex muſculis & venis facilè euacuabuntur. Pro confirmatione ventriculi & euacuatione humoris crudi, ſiue exiccatione, vtatur terebinthina Cypria. Primò abſterget ventriculũ, obſtructiones aperiet, non faciet calefactionem alterantem. Quantum ad purgantia ſoluentia, non conſulo capere pillulas, vel hamech, in quibus eſt ſcammoneũ, rhabarbarum, colocynthis: nam hæc nocuiſſe eſt expertus: nec ab aliis fuit adiutus. A thermis abſtineat: non enim ſunt pro iſto corpore, quia immoderatè calefaciunt & exiccãt. Pro euacuatione iterum dico, non recedat à terebinthina Cypria, & non tranſgrediatur rhabarbarum. his poterit curari.

CONSILIVM XXXIX.

Pro puero Hebræo epileptico cum ſomni profunditate, & febre, recitante Doctore caſum.

SIT puer trium annorum, eoque caſus difficilior: non enim medicinas ita ſumere, vt ſenior poteſt. Hic puer eſt temperaturæ calidæ & humidæ in iſta ætate, qui indulſit gulæ, ingeſsitq; cibos plurimos, ita vt deuenerit ad hos morbos. Bis ad nuptias eſt delatus, vbi cibaria dulcia & pinguia ei exhibuerũt. Hinc conſequutus ex paroxyſmus epilepticus, è quo euaſit: nihilominus tamẽ manſit repletio & obſtructio. Sunt tres dies ex quo me vocàrunt. Febris adeſſe videbatur tertiana. Leniui ventrem cum clyſteri ſine oleo. Cùm enim beneficium alui non habuit, ſequenti die exhibui hieram, quæ eduxit aliquid, nõ tamẽ copioſè: quare rurſus addidi clyſtere, quod reliquum eduxit: poſtea dedi cichoreũ ad interficiendos vermes, qui ex pituita generantur: deinde deueni ad alia clyſteria, & habui rationem epilepſiæ, & aucti ſunt vermes: ſic deuenit ad maximum ſomnum. Exhibuimus agaricum cum oxymelite, ſuperuenit rigor durans per duas horas. Oleo abſinthio volui roborare ventriculum, & interficere vermes. Videmus nunc ſtrepitum dentium, & plurimum

dormit, ita vt vix excitari poſsit. Arbitror hæc ſymptomata inde venire, quia caput & ventriculus eſt læſus. Vapores in ventriculis cerebri congeſti meatus cerebri obſtruunt. Hinc ſomnus & paroxyſmi epileptici, idque per conſenſum ventriculi. Videmus enim illum propenſum eſſe ad vomitum, & abhorrere cibum. Plurima etiam vitioſa materia per totũ corpus congeſta caput petit. Ex variis cibis cruditas, atq; hinc plurima pituita, quæ eſt materia generationis vermium. Ex bile enim non generantur vermes: quia nimium amara & calida, nec ex ſanguine (is enim à natura cuſtoditur) nec etiam à melancholia, quæ terreſtris & amara eſt: ſed ex dulci pituita, quæ putreſcẽs poſtmodò tales vermes generat. Arbitror hos vermes in inteſtinis genitos, etiam ventriculum petere, & mouentes materiam eam aſcendere faciunt, & hinc talis ſomnus. Prognoſticatio fiet, vbi habuero curationes indicatiuas: quas vbi aſſequi potuero, euadet: ſin minus, morietur. Vermes interfecti & non educti faciunt vehementiſſima ſymptomata. Hi igitur educẽdi, & caput roborandum, ne omninò fiat epilepſia. Non feret medicamina fortia puer: Quare caſus eo eſt difficilior & periculoſior. Exhibuimus heri agaricum vt educeret: interficiemus aliquam multitudinem abſinthio, ſcordio & amaris. Compoſitio mithridatica eſſet optima, ſed Galenus in libro de Theriaca ad Piſonẽ, metuit iſta pharmaca vehementiora in tenero corpore: vtemur tamen ea in pauca quantitate. Item decoctionem lupinorum, & cornu cerui vſti. Adhibeamus clyſtere cũ melle & iure pulli. Exhibeamus ſyrupum oxymel cum cichoreo. Cibabimus puerũ (non enim feret inediam) nutrientibus & attenuantibus cichorea, boraginẽ acetoſam in iure decoquemus.

MONTANVS.

Ex quo caſus diligẽtiſsimè diſcuſſus, tum quo ad eſſentiam, tum quo ad curationem, breuior eſſe decreui. Tantùm proponã ſymptomata, propter quæ ſumus vocati, ipſorumque cauſas quæram, hinc curationem oſtendam. Sunt autẽ ſymptomata ſomnus profundus extenſiuè: tota enim die ac nocte dormit: ſed tamen facilè excitatur, ſi vocetur. Patitur præterea aliud ſymptoma deterius, epilepſiã videlicet, qua priori nocte affectus fuiſſe videtur. Tertiò adeſt febris, quæ magis eſt ægritudo, quàm ſymptoma: heri enim eum corripuit cum tremore. Hæc tria ſunt conſideranda, licet tantùm propter ſomnum vocati ſimus: aſsiſtentes enim ea quę magis apparent, conſiderant. Tam epilepſia, quàm profundus ſomnus ſunt affectiones cerebri, quod eſt principium ſenſus & motus, eoque læſo, omnis ſenſus & motus læditur. Licet ferè ab iiſdem cauſis proueniant epilepſia & ſomnus profundus, tamẽ ſunt diuerſa propter varias cerebri partes. Epilepſia enim eſt magis propter obſtructionẽ ventriculorũ cerebri, à materia craſſa, quàm à qualitate ſine materia. Somni cauſæ ſunt materiæ humectantes, & reddentes ſpiritus craſsiores & frigidiores, vt ſint inepti ad motum & ſenſum: maiores tamen ſunt in epilepſia. Hæc duo in cerebro fiunt. Vidẽdum
A nunc an ſit primogenius affectus in cerebro, an ſit propter conſenſum, & ſecundùm hoc diuerſa cura inſtituetur. Galen. 2. de Facul. natural. Membrum conſentit, quia in eo eſt cauſa conſentiendi: vel quia tanta eſt vis replentis, vt reſiſtens nihil poſsit, vel quia repellitur ad id materia tanquam ad debilius. Hîc vtrunque videtur. Pueri enim humidiſsimum cerebrum habent, humiditas laxat membra, eaque opportuna facit ad recipienda excremẽta. Puer tum ratione ætatis, tum
B natura humidiſsimum habet cerebrum. Quare hoc membrum in hoc puero habet occaſionem, cur recipiat excrementum: & pueri ſuapte natura, quia humidum habẽt cerebrum, facilè in profundum ſomnum & epilepſiam (quamuis nouerca potius ſit, quàm mater puerorum) incidunt. Sed tamen hîc etiam maximus conſenſus eſt à ventriculo, quia humidior ratione ætatis & temperaturæ eſt. Galen. lib. 9. Ther. Plurimis igitur excrementis redundat: & in huiuſmodi tempe-
C raturis ſemper eſt ſudor fœtidus. Habet etiam hepar humidum & calidum. Præter has cauſas intrinſecas, plurimas etiã extrinſecas adhibuit cauſas, edendo. Nec etiam Hebræi ita ſe exercent vt noſtri: ſed in domibus continentur. Non itaque mirum, omnibus cauſis concurrentibus, & tempore hyemis, vbi pori obſtruuntur, & congregatur pituita, quæ generata in ventriculo, & toto ambitu venarum, & poſtmodò inueniens caput imbecille, efficit hæc ſymptomata, quæ hîc vide-
D mus: ſtridor dentium, pruritus circa nares, anhelitus fœtidus, & exeuntes vermes indicant generationem vermiũ, colorq; eius in facie mutatur. His ſymptomatibus cauſam præbent vermes, & ſæpe vermes ſoli cauſam præbent epilepſiæ. Sicut enim in magno mundo in loco humidiori cum calore diminuto generantur vermes: ita circa inteſtina redundant vermes ob tales qualitates. Quare maximè apta ſunt, vt in iis generentur vermes. Et in cerebro omnibusque locis vbi ge-
E nerari putredo poteſt, vermes generari poſſunt: & memini me ex auribus cuidã vermes ſumpſiſſe. In hoc ſunt in inteſtinis, quia exhibito agarico non euomuit vermes, ſed egeſsit vermes. Putredo autem à vermibus generat epilepſiam, & multos videbis pueros mori, nõ quidem ob vermes, ſed ob vaporem putredinis, ex qua generantur vermes, aſcendentes ad cerebrum vel cor: & in peſte fit ſubita mors ob putredinem nimiam. Adeſt etiam febris, quæ non ſequitur naturam horum
F humorum, qui generati ſunt in ambitu venarum in hoc puero: ſed ab illis obſtructi ſunt meatus, & prohibita euẽtatio, vnde putredo in materia, quę habet admiſtam bilem ob caliditatem hepatis. Febris itaque pendet ab humoribus putrefactis iiſdem, à quibus ſomnus.

De prognoſtico. In pueris ob calorẽ innatum fiunt plurimæ mutationes, quandoq; ſubitò vincunt morbos, quandoque ſuffocatur calor ob nimiam humiditatẽ. Vnica intentio hîc erit, exicca-
G re, & ſic prohibebimus putredinẽ. Exiccabimus autem cum amaris, quia ea, præterq̃ quod expellant, aperiũt: & miſcebimus amaris ea quæ habẽt vim expulſiuam. Dedimus itaque agaricum, tum

ob

ob multitudinem cauſæ, reſtant reliqua. In hoc itaque inſiſtemus, quę recta ſint inſtituta, demus amara & ſicca. Si accipit ius, decoquantur in iure pulli: & ſemen acetoſæ, citri, aniſi maximè interficiunt vermes, & aperiunt obſtructiones, & incidunt humores: poſtea iuberē accipere puluerem ex ſcordio, cornu cerui combuſto ſem. caulis & acetoſæ cum margaritis æquali pondere. Darem alternis diebus veſperi portiunculam aloes, aut omni veſpere, ſi puer poſsit. Vtendum etiam diuerſione. Darem itaq; clyſterem cùm zuccharo in plurima copia & lacte recentiſsimo: & quantò magis hoc retinetur, tantò plus deſcendunt vermes. Iuuarem etiam cor. Scordium reſiſtit veneni: hoc acciperem, & theriacam cum mithridatio, ſpecies cordiales, aquam roſaceam, acetum, & facerem linimentum ſupra regionem cordis: & non tantum ſcordium valet contra venenum, ſed valde cor confortat puluis ſcordij. Circa os ventriculi ponerem myrrham & aloem cum modico croco, ſemine aniſi, & theriaca, ac illinirem os ventriculi. Circa caput non tantùm oxyrrhodinon ſimplex apponerē, ſed acetum adderem, in quo maiorana, ſcordium, ſemē aniſi, ammi con tundantur: vbi egemus repercuſsiuis: vbi ſi ſit ſomnus profundus, accipias mediam partē olei roſati, & vnam partem aceti: ſi metus phreneſis, tum contrarium fiet.

Consilium XL.

Pro puella epileptica.

Recipe Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl.ʒ.ij.
Cum ſaccharo fiat bolus, poſtea vtatur ſyrupo ſepties.

℞. Oxymellis ſcillitici,
Syrupus de betonica ana ℥.j.
Aquæ pæoniæ ʒ.iij.

Deinde ſumat medicinam ex confectionis hamech ʒ.iiij. Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij. cum aqua pæoniæ. Poſtea, quando vult in ſeptimana, tribus horis ante prandium accipiat ℥.s. & de electuario ſequenti.

℞. Mithridati optimi ℥.s.
Sacchari roſati ℥.iij.
Seminis pæoniæ ℥.j.
Limaturæ cranij humani ʒ.vj.
Syrupi de cortice citri q.s.

Miſce. Item in ſeptimana, loco ſyrupi mediam ſcutellam bibat brodij pulli, cum ʒ.ij. infraſcripti pulueris:

℞. Limaturæ cranij humani,
Seminis pæoniæ ana ʒ.j.s.

Fiat puluis, & miſce. Si non velit vti electuario ſupraſcripto, ſumat eius loco mediā vnciam mellis ſcillitici. Laudarem & fontanellas factas in loco conſueto. ſi velit, caput lauet in ſeptimana ſemel, iniiciat in lixiuium radicem pæoniæ, maioranam, ſtœchados folia roſarum rubearum, folia lauri, cum vna drachma boni agarici, ſiccet pannis mediocriter calidis, & cuſtodiat ſe ab aere.

A
Consilium XLI.

Pro generoſo Barone à Stollheim Germano, epileptico, datum 10. Iunij 1546.

Ex ſtructura capitis Illuſtriſsimi Domini, atq; ex multis excrementis nemo non poteſt iudicare cerebrum illud humidiſsimum eſſe, plurimaque redundare pituita: quod facilè etiam indicāt omnes operationes animales, atq; alia ſigna omnia:
B vbi poſtea acceſſerit peſsima viuendi ratio, non abſque ratione conſecuta fuerunt plurima accidentia, & præcipuè epilepſia, quę propriè conſequitur talem temperaturam cerebri. Cùm ergo tum naturalis corporis habitus, tum mala viuendi ratio ad morbum tum generandum, tum alendum conſpicerent, meminerit, ſi modò illuſtris ſua dominatio ſuæ valetudinis curam habuerit, omni conatu vtrumq; emendare, malam ſcilicet viuendi rationem, malamq; cerebri temperatu-
C ram. Quæ quidem præſtare non poterit pauco quodam tempore, abſtinens etiam ab his, quibus nocumento affici poſsit. Ideò perpetuò indicenda eſt illis talis viuendi ratio, quæ ſimul & poſsit morbum & naturalem corporis conſtitutionem in contrarium vertere. Primùm igitur ſtudebit, vt deligat aerem in quo degat, quàm maximè ſiccum. Calidior etiam eligendus eſſet, ſi regio eius pateretur: ſed illum ſaltem eligat, qui quàm minimè frigidus iudicetur. Humiditas autem aeris
D quàm maximè cauenda eſt. Valles igitur concauas, paludoſaq; loca, & quæ à ventis minimè difflari poſsint, euitet: non tamen propterea ventis caput eſt exponendum, Auſtro præcipuè, & Boreæ: alter namq; excremētitio humore caput replet, alter intenſo frigore conſtipat, comprimit, concoctionesque omnes impedit, vnde obſtructiones oriuntur. Serenas igitur temperatasque regiones quàm maximè expetat, vbi neq; montium aſperitas, neque vallium depreſſa inæquali-
E tas, neq; paludes, aut ſtagna, aut vaſtitates, aut ſyluæ intercedant: ſed eligat amplas planicies libero ſole, & ab omni euaporatione quàm maximè immunes. Nocturnum etiam aerem effugiat, neque loca inhabitet terrena, neq; feneſtris apertis dormiat, etiamſi feruor æſtatis accedat. Vbi frigus vel venti regionem occupauerint, quod euitari non poſsit, tunc caput congruis operimētis eſt tegendum, auresq; & ceruix, & totus thorax ab omni frigoris iniuria præcipuè defendi debet.
F Nec minus ſtudebit, pedum ne frigiditatē patiatur: pedum enim frigiditas cerebro ob rectitudinem non mediocriter conſentit. Vbi ergo corpus ita optimè munitū fuerit, vt poſsit & humiditati aeris, & frigiditati, & omnibus importunis ventis reſiſtere, tunc curabit ne accidentibus animi moleſtis aliquo modo affligeretur: cerebrum enim ex illis quàm maximo afficitur nocumento. Iram igitur triſtitiasque omnes tanquam peſtes effugiat, & quietē animi quærat, iucundè viuat,
G cum amicis lætetur, vnde etiam cauebit à ſolitudine. Recedat ab eo prorſus diuturnus ſomnus, præcipuè meridianus & matutinus: meridianus enim generat, matutinus retinet capitis omnia

excrementa. Surgat igitur in diluculo, & intrà cu- A
biculum ſuum ſe continẽs, deambulando, & cor-
pus congruis motibus exercẽdo, caput etiam pe-
ctendo, quærat omnia capitis excrementa tum
per palatum expuendo, tum per nares, tum per
aures etiam excernere. Quæ vbi peregit, tunc ad
exercitium corporis ſe conferat: quod quidẽ ſua-
ue molleq́; eſſe debet; & in quo præcipuè caput
non agitetur, ſed cura potius & inferiores partes
moueantur acrius: in aere tamen hoc erit, facien-
do temperato. Quòd ſi regio, vel aeris conſtitu- B
tio, aut anni tempus prohibeat, intra proprios la-
res, atq; intra cubiculum etiam ſe exercere pote-
rit: neq; enim exercitium ſingulis diebus eſt in-
termittendũ: quod ſicut molle ſuaueq; eſſe præ-
cipimus, ita etiam longùm ſtatuimus, vt longitu-
do expleat, quod mollities præſtare non poteſt.
Etſi exercitium aliqua occaſione prorſus impe-
diatur, exercitij loco frictiones longas toto corpo
re fieri oportet, omiſſo tamen capite. Deinde eni-
tatur, vt ſecundùm ciborum proportionẽ quoti- C
die etiam egerat excrementa conuenientia, tum
per aluum, tum per vrinam: maximè enim ſtude-
re debet, ne excrementa retenta caput ſuis malis
vaporibus repleant. Vbi igitur natura in hoc ſa-
tisfecerit, benè erit: vbi deficiet, tunc artificio ſup
pleatur, commodiſsimumq; & pręſentaneum ad
hunc vſum inſtrumentum, erit clyſter: maximè
enim auertit à capite, confertimque & ſubitò ex-
purgat ſine aliqua moleſtia. Clyſteres autem ſint
ex betæ, maluarum, furfuriſq; decocto, addito o- D
leo & ſale, & ℥.iij. mellis roſati. Quòd ſi clyſterem
nõ ita facilè aſſumpſerit, vtatur ℈.j. optimè aloes
ad formã pillulæ redactæ, hora vna ante cœnam,
bis aut ter in ſeptimana, ſi ita res exegerit: nam
hoc remedium auertet à capite vapores omnes,
prouocabit vrinam, & alia excrementa, & aperiet
obſtructiones venarum, corroborabit ventricu-
lum, & vegetabit calorẽ innatum: hæc enim om-
nia efficaciſsimè præſtat aloes vſus. A venere q̃
maximè abſtinebit: nam ab antiquis omnibus, E
præcipuè ab Hippocrate, Medicorum principe,
venerem nihil aliud eſſe quàm breuẽ epilepſiam,
proditum eſt. Supereſt viuendi ratio circa cibum
& potum, in quo maxima eius curationis portio
conſiſtit. Ex cibo namq; & potu generantur hu-
mores, ex humoribus obſtructiones, ex obſtru-
ctionibus epilepſia. Curandũ igitur eſt, vt humo-
res boni generentur, & non boni tantùm, verùm
etiam quantitate moderati: redundantia namq;
humorum, etiamſi optimi fuerint, peſsimos ge- F
nerat morbos, inter quos epilepſia quoq; & apo-
plexia numerãtur. Cauere igitur oportet à cibis
tum qualitate, tum quantitate peccantibus. Sed
& multitudo ciborũ, vel varietas vitanda eſt: ne-
que enim in varietate contingere poteſt, quin &
plus ſumatur alimenti, q̃ oporteat: & deinde cùm
aſſumptum eſt, ob naturarum diuerſitatẽ & con-
trarietatem non corrumpatur, & putrefiat. Vni-
co cibo contẽtus erit, idq́; horis conſuetis. Caue-
bit diligenter, ne cibum aſſumat, niſi priorẽ con- G
coxerit: ideò ad menſam non accedat, niſi vera fa
mes coegerit. Et propterea nõ malũ erit, ſi quan-
do omninò etiam abſtineat à cibo: id enim natu-

ra ſæpè exigit, vt quod aſſumptum eſt, decoquat, atque diſtribuat. Prandium ſint & cœna inter ſe proportione correſpondentia, vt ex tribus partibus cibi vigintiquatuor horarum, pars vna ſumatur in prandio, duæ verò partes in cœna: ita tamen vt poſt cœnam leuiter & ſuauiter deambulet: neq; prius cubitum eat, q̃ duæ ſaltem horæ à cœna peractæ fuerint. Cauebit ne inter prandiũ & cœnam, & horam decubitus aliquid prorſus bibat, ſiue vinum, ſiue aqua fuerit: neq; etiam aliquid comedat, ſiue ſint fructus, ſiue aliquod aliud genus edulij: omnia enim hæc ſummoperè nocebunt, & coctionem impedient. Abſtinebit præcipuè ab omni genere carnium antiquarum, ſicut ſunt bubulæ, caprinæ & caſtratorum veterum: à carne porcina cuiuſcunq; generis, ſiue recens, ſiue ſalita fuerit: ab omnibus paluſtribus auibus, ſicut ſunt anſeres, anates: à cothurnicibus, quas Itali *Qualias* vocant: habent enim innatum quendã & naturalem conſenſum ad epilepticos motus excitandos. Cauebit ab omni piſcium genere, præcipuè tamen à paluſtribus & anguillis, & ab his quas *Tenchas* vulgò vocant: ab omnibus paſtillibus, lacticiniis, cibariis frictis in ſartagine: à fructibus, pręter ficus & melones: quos tamẽ in pauca quantitate, nec quotidie concedimus: à caſeo, ab ouis duris, ab omnibus acetariis: præcipuè herbarum crudarum, & maximè lactucæ, & tandem ab omni eduliorum diuerſitate: à vinis quoque omnium generum: hoc enim præcipuè placeret. Sed ſi aliquod vinum bibendum eſt, ſit illud pauciferum admodum, & benè dilutum, album, & in pauciſsima quantitate. Quantum verò ad medicamenta alia, laudo per aliquot ſubinde annos Autumno & Vere purgetur. purgatio autem ſit huiuſmodi:

R. Floris Caſsiæ ʒ.x.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium. Item:

R. Oxymellis ſcillitici,
Syrupi de betonica ana ℥.j.
Aquæ pæoniæ ℥.iij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſeptem. Poſt vltimum ſyrupum die immediatè ſequẽti accipiet infraſcriptam medicinam manè in aurora cum cuſtodia:

R. Confectionis hamech ʒ.iij.
Corticum radicum ellebori nigri ℈.j.
Syrupi roſati ſolutiui eiuſdem anni ℥.iij.

Cum aqua pæoniæ fiat potio, ſumenda in aurora cum cuſtodia: deinde R. Sacchari roſati ℥.iiij. Sumat ℥.s. hora vna ante cibum, bis in die. Et hoc pro euacuationibus tam Autumni, quàm Veris. Mediis verò temporibus vtatur ter vel quater etiam in menſe pillulis infraſcriptis, ſumendis vna hora ante cœnam ad pondus ʒ.j. videlicet,

R. Seminum pæoniæ ʒ.j.
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ ana ʒ.s.
Rhabarbari electi,
Aloes ſucco citrini,
Agarici præparati ana ʒ.ij.

Puluerizentur omnia p ſe, & miſceantur: deinde

de aſpergátur ſucco roſarum puro,& permittan- A
tur exiccari, & ita iteretur ſepties: deinde cum oxymelle ſquillitico fiat magdaleon,de quo fiant pillulæ tres ſingulis vicibus ex ſingula ʒ. j. & reformentur cum oxymelite ſquillitico. Item vtatur frequentiſsimè electuario infraſcripto bis aut ter etiam in ſeptimana, & deglutiat ſingulis vicibus cochlearia duo, tribus horis ante prandium.

R. Oxymellis ſquillitici ℥ ij.
Mithridati optimi ℥.j.
Succi radicis pæoniæ recentis ʒ.iij. B
Seminum pæoniæ,
Seminum citri ana ʒ.ij.
Pulueris cranij humani ʒ.ij.s.
Sacchari roſati ℥.iiij.

Miſce cum ſaccharo ſiue iuleb roſato, fiat lambitiuum. Item quandoque,vbi electuarium faſtidierit, ſumet ʒ.j. infraſcripti pulueris in brodio pulli circa auroram:

R. Seminum pæoniæ,
Pulueris humani cranij ana ʒ.iij. C
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ,
Seminum citri ana ʒ.j.

Miſce,& fiat puluis, q ſeruetur ad vſum. Duo autem cauteria in cruribus continuè teneat aperta, & pro his dilatandis loco pulueris vtatur vnguento hoc:

R. Vnguenti Ægyptiaci ℥.j.
Lithargyrij ℥.s.

Miſce. Et cum huiuſmodi ratione victus & re- D
mediis, diuino auxilio, probabile eſt, ſuam illuſtriſsimam dominationem conualituram. Efficaciora remedia vti minimè neceſſaria omittimus, faxit Deus, ne illis indigeat. Succeſſum verò morbi reſcire ſubinde deſideramus. Caput poterit abluere ter & quater etiam in menſe ante cœnam, atque eo die ſe contineat in ædibus, cuſtodiendo ſe à vento & à frigore. Lixiuium quo ſe abluet, talis erit: primò conficiat lixiuium dul-
ce ex cinere ſalicum, vel vitium: deinde accipiat E
huius lixiuij quantitatem pro vna ablutione neceſſariam, & in ea decoquat maioranam, betonicam,aſarum,& ʒ.j. agarici optimi in panno lineo inuolutam, quam poſtea exprimet diligenter, & cum lixiuio caput abluet, vt dictum eſt, adhibito ſapone odorato.

CONSILIVM XLII.

Pro eodem,regimen ante thermas,in thermis,
& poſt thermas. Primum accepit quarto F
die Maij.

RECIPE Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ Gal.ʒ.ij.
Miſce cum ſaccharo,fiat bolus: deinde bibe quinque diebus hunc ſyrup.

R. Syrupi de cichoreis Nicoli cum rhabarb.
Oxymellis ſcillitici ana ℥.j.
Aquæ betonicæ ℥.iiij.

Mice pro vno, & ſic pro aliis. Vſus pòſt eſt ſe- G
quente medicina purgante:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij.

Cum aqua fumiterræ fiat potio, danda in aurora cum ſtudio.

R. Mithridati ℥.s.
Sacchari roſati ℥.iij.
Syrupi de corticibus citri q.s.
Fiat miſtura.

Hoc electuario vſus per interualla eſt pro præſeruatione,ſæpius etiam aloes pillulas deglutiés, veſperè ante cœnam, donec thermarum tempus adeſſet: triceſimo Maij die ad thermas miſſus eſt cum hoc regimine: Vt caueret ab aere humidiori,è pluuiis & ventis maximis,cùm vel aquam biberet, vel ex balneo lotus rediret, quo tempore aer apertos facilius poros penetraret. Manè ſemper in ortu Solis ſurgat, ſicut in thermis conſuetum eſt fieri, & ibi redditis excrementis, poſt integram horá, cùm iam Sol lumine ſuo aquam attigit, & humiditatem nocturná calore ſuo depulit,validioremq; in operando aquam reddidit,cu ret ſua dominatio afferri aquá à fonte, & ibi paulatim obambulando bibat,vſq; ad iij.aut iiij.cyathos,quos nunq̃ excedat: nec aquam in ſequentibus horis aliam bibat,niſi prioré antea reddiderit: & poſtquam bibit, ſe exerceat: ac, ſi ſerenum eſt cœlum, & ſine vento, ipſe ad fontis ſcaturiginem accedat: ná aer ipſe apertiones obſtructionum adiuuat. Ieiunabit autem poſt aquę potum per iiij. horas: & poſtquam operationem ſuam expleuit, ad prandium accedat, quod ex cibo tenuiore,facilisque concoctionis paratum ſit, cùm propter potum ventriculus debilitatus,multitudinem cibi ferre nequeat.Potuit etiam comedere alternis diebus ouum recens in aqua coctum,ſorbendo vitellum ſine albumine: poſtea brodium pulli, cum modico carnis de capreolo, aut vitulo iuuene nó valde ſalito: ſemper cum appetitu deſinat,& caueat omnes cibos dulces, calidos, pingues,craſſos,difficilioris decoctionis,quia obſtructiones augere poſſunt. Columbas, coturnices, omnia fricta & ſalita: quæcunque item ex aceto, lacte,piſcibus,aromatis facta ſunt,& omnia genera fructuum vitet.Poſt prandium iñ maximis caloribus Solis,in camera oblectetur cum ſociis ludendo, aut aliud aliquid agendo, quod ſomnum impediat:qui ei omninò fugiendus eſt per iiij.horas poſt cibum, donec cibus in ventriculo digeſtus,& per membra diſtributus ſit. Neq; ſe exerceat,ne crudus cibus à membris attrahatur,&nouæ obſtructiones fiát.Vacuo ventriculo,ad quas ipſe accedat, & ibi in vaſe, vel loco bene cooperto,ad collum vſque in aquis ſedeat:prima die per dimidiam horá, ſecunda die per dimidiam, cum quarta parte horæ, & ſic aſcendendo, donec per integram & horam dimidiam ibi manere poſsit, quod tempus nunquam excedat, ne nimium vires fatigentur.Poſt balneum in camera bene clauſa,& ab omni vento libera,benè abſtergatur pannis lineis calidis, vel etiam dimidiam horam in lecto quieſcat,ſine ſomno tamen:& ſi tum ſudaret, eſſet eo melius. At tum iterum calidis pannis abſterſus benè, induatur veſtibus etiam calidioribus, ne aer amplius iam rarefacto corpore penetrans febré illi excitet. Obambulabit in loco aliquo amœno, vel ſi ventus, & cœli intemperies

impedient, in cubiculo ſuo, contra omnes flatus A munito. Dum in ipſo balneo eſt, nihil bibat, neque comedat, multas ob cauſas. Eſſet in primis neceſſarium, ſemper etiam tertio aut quarto die aquã mutari. Videmus enim, licet ſemper affluat alia: tamen niſi loca balneorum eluantur, aquam ipſam naturalem calorem amittere & vireſcere, ita vt quaſi mutata & corrupta videatur. Veſpere autem id ſemper fieri debet, quo ſub horam debi tam iterum repleatur, & refrigeretur. Poſt ambulationem veſpertinam, cùm dimidia hora quieue B rit, cœnabit, & comedet duo oua, iniecta & cocta in aqua, ſine putamine, cum modico, aut nullo ſale, vel ex iure pulli, cum modico pane, & bibat aquam ſuam coctam ordinatam, videlicet ex aniſo & parum cinamomi per dies quinque vel ſex, vt videamus, quæ iam natura & virtus corporis pati poſsint: pro eo enim reliqua augeri, aut moderari neceſſe erit. Elapſis diebus aliquot, vt ad guttam deueniat velim, quã accipiat ſuper futuram coronalem in dorſo iacens, ſeu inclinatus potius, C vt ad poſteriores partes corporis aqua defluat. Velim autem, vt ſingulis diebus potum aquæ accipere, vt ſuprà ordinatum erat: & poſtea elapſis horis duabus, acciperet guttam per vnã horam, aut minùs, ſecundùm quod poſſet pati: poſt horam vnam vel duas pranderet, modo præſcripto. Inde ad duas vel tres horas, cùm alij ad guttam redire ſolent, redeat & ipſe, & per horã accipiat: deinde per aliam horam quieſcens, balneum ingrediatur, ac ſe lauet per horam, ac reliqua agat D eo ordine, quo ſuprà. Hoc regimine vſus, bibat aquam duodecim diebus, lauit ſe tredecim horis, accepit guttam ſedecim horis, & inde Patauium reuerſus eſt. Vt rediit, D. Montanus cauteria duo in cruribus loco ſolito apponi curauit. Ea vt facilius aperta teneret, chirurgus laminas ex argento cum hemiſphærio perforato fecerat, pilei figura, ſed ea nimium inferebant dolorem: quare ex ligno hederæ globulos fieri curauit, quos impo- nebat, ſupponendo folium hederæ, ſi non adeſ- E ſet inflammatio cum vnguento magiſtrali: aut ſi appareret, iubebat folium plantaginis imponi, aut ſolani, cum eodem vnguento. Fit autem illud hoc modo:

℞. Vnguenti de ceruſſa ℥.j.s.

Miſce ad ignem, & poſtea in petia extende, & appone. Pro immunditie intus auferenda, velim inſpergi farinam hordei: prohibet enim ne generetur caro, & ne globuli dolorem inferant. Si autem nimiùm creſceret caro, imponat ſpongiam, F factam in modum globuli, & imbutam alumine vſto, p duos aut tres dies: vel loco aluminis vſti, vtatur vnguento Iſidis, ita vt fiat ex bombace, vel ſpongia, & in eo vnguento bene intincta, imponatur per noctem. Quòd ſi hæc leuiora naſcentem carnem non prohiberent, vtatur ſequenti, & applicetur prædicto modo.

℞. Vnguenti Ægyptiaci ℥.j.
Lithargyri ℥.s.

Miſce. Hæc facta eo tempore ſunt, & ille perſe- G uerans in debito regimine victus, & abſtinens à vino, liber fuit per tres menſes à morbo. Sed ſub Autumnum, aut quia in victu peccàrat, aut quia tempus frigidius aduenerat, vel ex vtroque, iterum rediit malum: eã ob cauſam Montanus eum ſubitò purgare cœpit, & primò dedit iterum:

℞. Caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.
Cum ſaccharo fiat bolus. Poſtea
℞. Syrupi de betonica,
De ſtœchade ana ℥.j.
Aquæ boraginis ℥ iij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Horum cœpit 12. quòd ſub Lunæ coniunctionem illi medicinam exhibere nollet.

℞. Trochiſci alahandal grana xij.
Confectionis hamech ʒ.iiij.

Cum ſaccharo fiat bolus, inuoluaturq́; in nebula; & detur manè cũ cuſtodia. Hunc bolum cùm accipere deberet, & abhorreret nauſeabundus, & differret vſq; ad horam xiiij. relapſus in morbum duos paroxyſmos habuit, ſed leniores fortaſſe ex medicamento. Vocatus Montanus iam peracto paroxyſmo, iuſsit vt nucem muſcatam in ore teneret, & ſmaragdum alligaret ita pectori, vt gemma reſpiceret regionem cordis. Diæta quoq; exquiſita vteretur. Altero veſperi bolum quem morbo præuentus nõ acceperat, in clyſteri immittere iuſsit, & exhiberi hora ante cœnam: manè verò eundem bolum renouari & accipi iuſsit. Hæc benè operata ſunt, & plurimum materiæ viſcidæ & pituitoſæ eduxerũt. Sequentibus diebus cùm ob paroxyſmum, quem habuerat, timidior, metueret ſubinde, ne iterum morbo corriperetur, & ſe ſemper correptum iri imaginaretur, iuſsit vt alternis diebus ſumeret hoc electuarium.

℞. Mithridati optimi ʒ.s.
Sacchari roſati ℥.ij.
Muſci, Ambræ ana G.j.

Miſce cum modico iuleb roſaceo: fiat bolus, inuoluatur in nebula, & detur tribus horis ante prandium. Interim lætus viuat ſine timore: quòd ex ſolo timore hic morbus interdũ oritur. Poſt hæc pillulas ex aloe, per totam hyemem ſæpius exhibuit, interdũ etiam cocchias deglutire eum voluit. Ipſe nihilominus toto tempore ſingulis menſibus laborauit ſemel, ac diutius ferè, quàm antea laborare ſolitus fuerat, ita vt ſemper duos, nonnunquam tres paroxyſmos, vnum poſt alterum pateretur. Sub medium hyemis, cùm valde timeret, & paroxyſmi etiam anticiparent, ita vt non ſemel, ſed interdum bis in vno menſe, aut ter in duobus menſibus inuaderet: iuſsit vt ſingulis diebus ſumeret oxymellis ſcillitici ℥.j. horis tribus ante prandium, & poſtea obambularet, idq́ue multis diebus continuè faceret, cibis ordinatis ſemper vtens, & aquam bibens ſine vino, toto tempore: nec vlla in re peccans, niſi quòd cibi quantitate nonnunquam, & præcipuè veſcendo pane præſcriptum modum excedere poſſet. Vere primò iterum purgari cœpit.

℞. Caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. Gal. ʒ.ij.
Miſce, fiat bolus.
℞. Syrupi de abſinthio,
Mellis roſati ana ℥.j.
Decocti boraginis,

Liquiri-

Liquiritiæ
Calendulæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Accepit ſyrupos vndecim; & poſt hos alium bolum ex Caſsia cum hiera, ſtatim poſtea ſuum ſyrupũ de elleboro exhibuit, vt euacuata pituita tot iam purgationibus melancholicum etiam humorem aggrederetur: neque id infeliciter ſucceſsit, & ſine aliqua difficultate. Poſt ſyrupos ad decoctum ligni volebat accedere: ſed quia aliquot dies interceſſerant, quo corpus melius perpurgaretur, pillulas cocchias veſperi exhibuit, quæ ea nocte felicisſimè operatæ ſunt. Manè ſubſecutus paroxyſmus vehemens & grauior quàm vnquam antè ſenſiſſet. Quare poſt biduum ad lignum acceſsit, & voluit quidem vt in ſyrupis decoctis in aqua betonicæ ſemper decoquantur ℥ ij. radicis pæoniæ: & præterea cùm biberet ſyrupos, imponeretur etiam pulueris ſeminum pæoniæ ℈ j. vel ʒ s. Syrupum primùm manè hora octaua ſumeret, ac inde in lecto maneret per horam: ac ſi ſudor emanaret, ſudaret: ſin minus, non ad ſudandum ſe cogeret. Hora duodecima deinde prãderet, ac primis quidem decem diebus quarta parte pulli, & vno pane contentus, ſuam aquam biberet. Subſequentibus verò 20. præter paſſulas & bis coctum nihil comederet, & ſecundariò coctum lignum biberet, poſt 31. ad primorum dierum diætam rediret. Hora vigeſima ſecunda ſecundum ſyrupum acciperet, ac deinde hora vigeſima quarta cœnaret, vel antea. Toto hoc tempore, ab aere humidiori, & ventis ſibi caueat. Etſi talis eſſet conſtitutio, in ſuo cubiculo concluſus viueret. Singulis etiam decem diebus bolum caſsiæ decem drachmas ſumat, quo die matutinum ſyrupum poſſet omittere: vt denique in hoc regimine ad quinquageſimum diem vſque perſeueraret, ita vt vltimis diebus vnicum modò ſyrupum acciperet. Æger ſtatim ſecundo die, poſtquam ad potum ligni peruenit, cœpit paſſulis & bis cocto viuere, & ſecundùm decoctum ligni, pro potu accepit, & in ea ratione victus perdurauit. Poſt quadrageſimum diem paulatim ad carnes, & priorem diætam rediit, vſus denique potu ligni per aliquot dies. Toto autem eo tempore morbo non laborauit, quin etiã corporis habitus, qui inflatus antea videbatur, melior fieri viſus eſt, & ad naturalem ſpeciem reduci. Poſt potum ligni, quia in patriam ſibi redeundum erat, iuſsit Montanus, vt non niſi matutino tẽpore equitaret, ad decimamtertiam vel decimamquartam horam vſque: reliquum verò diei ardente ſole in hoſpitio viueret. Vino parcè vteretur paucifero, & quàm maximè diluto. Et per multos menſes & dies optima vtatur diæta, veſcens carnibus iuuenũ vitulorũ, hœdorũ, & aliis optimis cibariis, quæ in cõſilio prohibita non eſſent. Corpus bene exerceat horis opportunis, & omnes animi moleſtias fugiat, ſed quàm maximè venerẽ. Vtatur quotidie, aut alternis diebus, dato puluiſculo, ſumendo in brodio, aut aqua cocta, aut vino, multa aqua diluto, quouſq; durabit. Tertio quoq; die aloetic. pillulas accipiat hora vna ante cœnã, in reliquis poſtmodũ ſe regat, prout in cõſilio noſtro diffuſè ſcriptũ eſt.

Electuarium pro epileptica grauida, ad educendam pituitam ſine moleſtia & nocumento fœtus.

℞. Caricarum pinguium per ſetaceum expreſſarum ℥ iiij.
Medullæ carthami ℥ j.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Garyophyl ℥ s.

Miſce omnia ſimul & cum ſyrupo de corticibus citri fiat electuarium, de quo ſumat ℥ s. horis tribus ante prandium, ſemel aut bis in ſeptimana ſecundùm neceſsitatem. Exquirente quodam rationem compoſitionis, dixit ſe eam ex Gal. habere, ſemen carthami ad educendam pituitam ſine moleſtia prodeſſe. Et vt id facilius, & cum minore moleſtia fiat, addi carnem caricarum pinguiũ. Rhabarbarum verò iuuat ad eductionẽ, & ſimul confortat membra ſua aſtrictione. Garyophylli cor & cerebrum roborant, quæ duo membra in hoc morbo maximè affliguntur. Sunt omnia hæc talia, vt in quantitate tam parua, grauidæ tutò quidem exhiberi poſsint.

CONSILIVM XLIII.

De epilepſia, quæ videbatur eſſe à conſenſu partium inferiorum, & retentione meſtruorũ.

PRACANZIANVS caſum ita expoſuit. Puella iam 13. annorũ, patitur ſemel in menſe, vel bis aut ter contractionem vniuerſi corporis, in qua non memoratur. Et hoc maximè noctu illi accidere ſolet. Et cùm illam aggreditur hoc ſymptoma, incipit quidam affectus in ventriculo, qui aſcendit per gulã in cerebrum: poſt quẽ aduenit ſymptoma, quod durat interdum per horam, interdũ per ſemihoram, interdum citius pertranſit. Emittit quandã ſpumulã ex ore, & cũ recedit ſymptoma, relinquitur reſolutũ alterũ brachium dextrũ, ita vt nõ poſſit flectere. Si ei porrigatur aqua, euadit, cũ eam bibit. Dum carnibus, piſcibus aut dulcibus cibariis vtitur, incurrit in hos affectus, qui inordinarij ſunt, & minus laborat in Quadrageſima.

MONTANVS.

Poſtquam mihi eſt vltimus loquendi locus attributus, ideo ſeruando ordinem propoſitũ ſuppono, puellam quatuordecim annorum eſſe calidæ & ſiccæ temperaturæ, vt nobis relatũ eſt. Et licet ratione ætatis & ſexus etiam debeat eſſe humidius hoc corpus: ita tamen dominatur in eo caliditas & ſiccitas, vt tendat ad aduſtionem. Neq; immorabor in recenſendis ſymptomatis, cùm facillimũ ſit reperire cauſas iſtorum. Primò certum eſt, quòd epilepſia ſit contractio ventriculorum anteriorum in cerebro. Eſt enim talis contractio formalis ratio, ex qua ſequitur contractio totius. Fit autem ea contractio propter aliquam læſionem, quæ poteſt eſſe vel à qualitate nuda, vel à materia, eaq; vel corpulenta, vel vaporoſa. Qualitas adueniens poteſt inducere ſubitam alterationem, ideo ventriculi inſurgunt ad expellendũ nocumentum, ſicut fit in tuſsi à pulmone. Et talis qualitas poteſt eſſe vel frigida, quę faciat talẽ con-

tractionem, vel etiam aliqua ex ſecundis qualita-
tibus, vt mordicatio: vel eſt aliqua materia, quæ
facit nocumentum ratione quãtitatis, vel etiã eſt
ratione qualitatis innominatæ. Sed quales ſunt
illæ qualitates innominatæ? vt eſt epilepſia per
conſenſum, quæ fit à vermib. Et talem cauſam re-
fert Gal. quando dicit de qualitate frigida, deue-
niente à pedibus ad caput. ac tot modis fieri po-
teſt epilepſia ſine materia. Materia autem adue-
niens, & inducens epilepſiam, vel eſt vaporoſa,
vel humoroſa. Porrò tot genera vaporũ eſſe poſ-
ſunt, quot ſunt humores. Sed epilepſia ſolet fieri
ex pituita, cùm propter ſui viſcoſitatem adhæret
ventriculis, & virtus inſurgit ad expellendum, &
fit cerebri conſtrictio. Et quando fit à materia, ple
runque fit à pituita, raró à bile: neque à melãcho-
lia, cùm non ſit tãta, vt poſsit facere talem obſtru-
ctionem. Si ergo fit à materia, fit à pituita. Tot igi-
tur eſſe poſſunt cauſæ epilepſiæ. Modò huiuſmo-
di materiam an vapor ſit, ſiue humor, vel per eſ-
ſentiam, vel per conſenſum, eſt veſtigandũ. Quæ-
ramus igitur, quæ cauſæ ſint, ratione quarum in-
cidit in epilepſiam. De hoc dicam quod ſentio.
Non credo poſsibile, cauſam iſtius epilepſiæ pi-
tuitam, imò potius eſſe vapores malos, operantes
ſua mala qualitate. Et non ſimpliciter mala qua-
litate faciunt hoc, ſed ratione multitudinis, cõtra-
ctionem efficiunt in iſtis ventriculis. Nec vapo-
res arbitror generari in capite, ſed ab ambitu ve-
narum totius corporis eleuari, & per eas aſcende-
re ad caput: atque vtrunque conuenire, mate-
riam vaporoſam, & malam qualitatem. Quæ au-
tem ſunt rationes, quæ me moueant? Præmitto
corpus eſſe calidum & ſiccum, & gracile: præte-
rea magis afficitur æſtate quàm hyeme, & longè
melius degit in hyeme quàm æſtate. Quando lac
& dulcia comedit, exacerbatur. Si eſſet pituita
cauſa huius morbi, in maiori copia pituitæ ma-
gis affligeretur: ſed in hyeme plus aggregatur
de pituita, verùm in æſtate plus affligitur. Fit er-
go ex vaporibus malis, generatis in inferioribus
membris, & aſcendentibus ad caput, quibus in
hyeme pituita illa copioſè generata potius eſt
medela, quæ reſtinguit eos, & diluit, quare in
Quadrageſima non patitur. A comeſtione lactis
affligitur, quia cùm ingeritur in ventriculum fa-
cientem flatum nidoroſum, & hepar eſt calidum,
ratione eius attrahitur lac ante coctionem, & a-
ceſcit, & corrumpitur, ac in euaporationem nido-
roſam conuertitur, qui vapores nidoroſi aſcen-
dunt ad caput, & faciunt hos affectus. Lac enim
cum aceſcit, habet vim ſtimulãdi: & quia acrimo-
nia fundatur in ſubſtãtia tenui, citò ad caput per-
fertur. Læditur à dulcibus, quia dulcia illa ver-
tuntur in bilem, & euaporationes acres, à quibus
excitantur illi affectus. Præterea eſt vnum ſymp-
toma, quod præcedit: nam ante paroxyſmum tre-
more maximo occupatur corpus. Iſte tremor
procedit à vaporib. acribus erodentibus, vt vide-
mus in febri tertiana. Deinde audiuimus, quòd
plerunque pertranſit citò, & ad ſummum per ho-
ram durat: deinde percipit in brachio reſolutio-
nem, quæ facilè pertranſit. Si eſſet materia craſſa,
non tam facilè reſolueretur. Quòd autem plus,

A aliquando minus accidit, eſt ratione diuerſitatis
vaporum, ſecundum quod ſunt craſsiores vel mi
nus acuti, vel magis. Pòſt audio catarrhum appa-
rere in fine paroxyſmi: hoc eſt, quoniam vapores
excutiunt aliquem humorem generatum in cere-
bro. Et ita videtis omnia correſpondere rei: & ſi
volumus loqui cum ratione, credo quòd non poſ
ſit aliter eſſe, quoniam adeſt caliditas hepatis. Et
Galenus 3. de Locis affectis, de dolore capitis ait,
quòd habentes calidum hepar, facilè patiatur do-
B lores capitis. Quòd autem ita ſit, videtis, quia eſt
iracunda, propter multam aduſtionem factam in
bile: & ratione huius temperaturæ, accedente ma
la victus ratione, accidunt iſta ſymptomata. Re-
tentio etiam menſtruorum nõ parum nocet: nam
in anno 12. ſolent euacuari iſta menſtrua, & credo
quòd horum retentio foueat morbũ, cùm habeat
14. annum. Non dico quòd non poſsit eſſe aliqua
mulier, quæ in 16. incipiat habere menſtrua: ſed
iſtæ ſunt frigidiſsimæ. De curatione credo, quòd
C optimũ eſt expectare tẽpus eruptionis mẽſtruo-
rum. Parum exercetur: & ſi exercetur, mouetur
tumultuariè. Audio, cùm eſt in naui, quòd exci-
tantur iſti vapores, & fit ille affectus: quia tunc
videtur moueri, & non mouetur caput: in terra
autem nõ ita afficitur, quoniam etiam caput mo-
uetur. Et ideo credo, quòd bonũ eſſet, vt exerce-
ret ſe moderatè, & haberet decoctũ, quo prouo-
carentur mẽſtrua & alia medicamẽta, vt eſt vel a-
loe, vel hiera. Et ſi vellet purgari, eſſet optimum,
D vt bis in anno purgaretur vniuerſaliter: vt tamen
primò minoraretur materia, & daretur ſyrupus
de fumoterræ, qui aperiret, & ſyrupꝰ de cichorio,
& decoctum eius, & capilli Veneris: & euacuare-
tur cum ſyrupo roſato ſolutiuo, vel infuſione rha
barbari. Quæritur modò, an conueniant balnea?
Et reſpõdeo, quòd conueniant, quia eſt in eis vis
purgandi & aperiendi, ex quo cõuenirent, vt pro-
uocarentur menſtrua, ideo per 14. dies poſſumus
vti: nec timeo caliditatem, modò redderentur per
E vrinam: quia ſi non redderentur, adhærerent hy-
pochõdriis, & inflammationis periculum eſſet.
Sed ſi pertranſeunt hypochõdria, nõ faciunt tan-
tam impreſsionem. Et inde habemus apertiones
venarum, & prouocationem menſtruorum. Sed
dentur moderatè balnea, ita vt egerantur priores
aquæ, antequam reliquæ accipiantur. Quòd au-
tem dicit Ariſtot. in 14. anno emitti menſtrua illa:
dicit terminatiuè, quia videmus manifeſtè in 12.
hoc fieri. Et quod dicit de nigellis illis, nõ eſſe illis
F copioſum ſanguinem menſtruũ, intelligit de me-
lancholicis aduſtis. De pituitoſis autem excre-
mentis in ventriculo, nõ curo hoc, an habeat ven
triculum frigidum, & refertũ plurimis excremen-
tis pituitoſis. Et ſic argumenta doctoris non fa-
ciunt contra veram determinationem, quam cre-
do omnino eſſe veriſsimam.

CONSILIVM XLIIII.

De epilepſia cum morbo Gallico.

G MVLTA ſunt in hoc caſu, quæ ſingulari
ſpeculatione indigent, ſed ego ea quæ
neceſſaria ſunt, tantùm attingam. Pe-
tit nobiliſsimus vir auxiliũ à nobis, vt
epile-

epilepſiam, qua hactenus moleſtatur, auertamus. **A** Hoc vt ritè faciamus, natura eius diligenter cõſideranda eſt. Perſpecta enim natura morbi, curatio quoque facilior erit. Natura autem conſideratur in ſuis cauſis, quæ duplices ſunt: vel internæ, vel externæ: & deinde iis, quæ ſunt annexa, vt intenſiò morbi. intrinſecæ quædam formales ſunt, quædam materiales. Formalis, ſiue characteriſmus huius morbi, eſt actio læſa virtutis animalis, tam interioris quàm exterioris. pereunt enim hîc ſenſus & motus. Cauſa huius impedimẽ- **B** ti principalis eſt cerebrum, locus ſunt ventriculi cerebri, qui obſtruuntur, vt virtus animalis ad reliqua membra tranſmitti amplius non poſsit, vt teſtatur Galenus libro ſecũdo de Placitis Hippocratis & Platonis. Obſtructio autem, teſte Galeno tertio de Cauſis ſymptomatum, poteſt fieri multis modis: & non ſolùm propter vaſa contientia obſtructa, ſed propter aliquam intemperiẽ & qualitatem malam mordicantem membrum. Quam cum natura inſurgens expellere nequit, **C** vehementem motum iuſtituit. Sicut contingit in motu tuſsis, propter mordicantem aliquam qualitatem, vel in ventriculo patiente ſingultum, qui aſsimilatur ſpaſmo: vnde Gal. licet ſpaſmum fieri ab inanitione, & repletione dixerit, tamẽ tertiam ſpeciem ſpaſmi in 7. Secundum loca, nõ proportionatæ materiæ enumerat, ob aliquam qualitatẽ mordicantem, vt ſi piper quis comediſſet. Cauſa autem obſtructionis ratione vaſorum, eſt à materia pituitoſa, quæ ſua viſcoſitate & lentore facilè **D** adhæret, & craſsitudine ventriculos cerebri replet. Humor enim craſſus, vt ſcitis, maximã habet vim replendi. Rarò autem contingit, epilepſiam à melancholia fieri, quòd eius ſit parua quãtitas, nec ita facilè ad cerebrum aſcendat. Etſi hoc fiat, meningas potius, quàm cerebri ſubſtantiam occupat. Pituita etiam hunc morbum facit, ratione malæ qualitatis venenoſæ, teſte Galeno libro 6. de Locis affect. Contingit item ex ictu ſcorpionũ, quandoque in pueris propter vermes, vt recitat **E** exemplum Galenus in conſilio de puero epileptico. Hæc erat opinio Ariſtotelis, cùm dicat cauſam epilepſiæ eſſe vehementem motum. Quantum ad intentionem morbi, dico quòd eſt excitatus à validiſsima cauſa. Audio enim omnes operationes cerebri maximè in eo validas fuiſſe, quæ non niſi à ſiccitate cerebri proueniunt. cõcludendũ igitur, quòd fuerit calidi & ſicci cerebri. Ideo lapſus eſt maximus, quòd in tali temperie cere- **F** bri ad hunc morbum deuenerit. Cauſæ externæ ſunt ſex res non naturales, in quibus ita deliquit, vt mirum quòd non diu obierit. Ad hoc deterius eſt, quòd coitu vſus eſt ſine modo: & cùm incidiſſet in infectam, & contraxiſſet morbum Gallicũ, velletque curari, argento viuo vſus eſt: quod ex ſua ſubſtantia frigidum, lædit neruos, & Galenus non niſi pro veneno agnouit. Pro curatione illæ omnes cauſæ procatarcticæ amouendæ ſunt. Circa cibum & potum neceſſarium eſt vt his vta- **G** tur, quæ ſunt boni nutrimenti, & vt ſemper admiſceat cinamomum & piper: quia piper præterquam quòd diſcutiat flatus, etiam calefacit. Et ſi eſt ægritudo chronica, à vino paucifero non abhorrerem. Quantum ad medicamẽta, intentio eſt calefacere & exiccare. Pro morbo Gallico vterer ligno decocto cum vino, quia habebit ſiccitatem maximam: ab vnctione verò argenti viui prorſus abſtineat. Cauteria in hoc caſu multùm conferrent, quoniam diuerterent, & euacuarent ſine moleſtia. & hæc ſatis.

CONSILIVM XLV.

De epilepſia per eſſentiam in cerebro, & per conſenſum colloquium habitum anno 50. menſe Decembre, die 6.

CLARISS. D. D. ſi ego rectè obſeruaui ea, quæ à patiente dicta ſunt, inuenio eum laborare quibuſdã affectionibus, quarum genus eſt cõuulſio. Et illi qui eum à principio iſtis affectionibus viderunt laborare, retulerunt eas in conuulſionem, tanquam genus proprium. eſt igitur conuulſio. Ea verò cùm ſit in neruis, neceſſarium eſt vt principium neruorum afficiatur: principium autem neruorum, eſt cerebrum. cerebrum itaq; afficitur. Sed conuulſio fit, tum ex ſiccitate, tũ ex repletione. Addunt moderni ex mala qualitate mordicante, quam vocant nõ proportionatam ad materiam. A qua ſententia Gal. quoq; nõ diſſentit in lib. de Comp. medicam. Ex ſiccitate ſpaſmus fieri in cerebro non poteſt. non enim ob ſiccitatem cerebrũ ita cõtrahitur, vt ſpaſmus generari queat: ſed fit à materia opplente ventriculos cerebri, vt virtus laboret in expellendo eam, & contrahatur principium neruorum, quod eſt cerebrum. Fit etiam à mala qualitate mordicante, à qua contrahitur cerebrum, vt de puero illo epileptico teſtatur Galen. In hoc Ariſtoteles non conuenit cum Medicis, qui à ſola qualitate frigida vult fieri epilepſiam. Sed nos cum Medicis ſentimus. In viro iſto eſt epilepſia ex duplici cauſa, tam ex materia opplente, quæ eſt partim per eſſentiam in capite generata, partim demandatur aliunde, quàm per conſenſum, vt aura illa mala aſcendens de crure. Eſt igitur in hoc viro conuulſio cerebri, prouenìens tum à materia opplente, tum à mala qualitate. Cauſa huius materiæ craſſæ opplentis eſt prima ipſius temperatura. Ex ſignis enim video cerebrũ eius eſſe frigidũ. nam materia pilorũ deficit: hinc ſiccitatis etiam indicium eſt. Tempora emaciata prolapſa, facies tornatilis, quod ſiccitatẽ oſtendit. Sed quia ſiccitas poteſt iungi cum calido & cum frigido, in iſto viro non eſt cum calido iuncta: quia ſi cũ calido fuiſſet iuncta, non tã citò caluus fact⁹ eſſet, quia caliditas adhuc prohibuiſſet caluitiem, ſuppeditaſſet nutrimentum pilis: item non tam citò ſenuiſſet, eſt 29. annorum, & apparet ſexagenarius. Nam qui habent cerebrum frigidum & ſiccum, facilè & citò circa partes capitis ſeneſcunt. Stante tali tẽperatura cerebri frigida & ſicca, non eſt mirũ, ſi tot materiæ ſunt auctæ in capite craſſæ, cùm ſit cerebrum priuatum calore, vt non poſsit propriũ alimentũ conficere. Inde excrementa plurima frigida & craſſa ſunt multiplicata. hepar etiã adiuuat, vt ea augeantur: nã eſt hepatis calidi & ſicci, vt venarũ amplitudo

indicat. Huiuſmodi aũt hepar quantum faciat ad A
replendũ caput, nemini eſt dubium, cùm ſemper
excitet vapores, qui tranſlati ad cerebrũ, augent
illam materiã in cerebro. Quia in habẽtibus ſym-
bolum, &c. Ventriculus quoq; frigidus crudita-
tes multas multiplicauit, quæ etiam ad capitis re-
pletionem contulerũt. Hæ igitur ſunt cauſæ, quæ
in corpore ſunt, & effecerunt materiam illam im-
mediatam epilepſiæ. Quibus acceſſerunt res non
naturales, etiam adiuuantes illas internas. Victus
fuit inordinatiſsimus, comedit quæcunque obla- B
ta fuerunt: copioſè quoq; legumina, & braſsicas
ingeſsit. Acceſsit etiam ad hæc, quòd eſt venditor
caſeorũ, inde in apotheca deliteſcit, non exercita-
tus, & inde plurimùm multiplicat materias frigi-
das & craſſas. Æſtatis autẽ tempore exercitatur
inordinatiſsimè, à cibo ſumpto multũ diſcurrit:
quod, quãtum malum ſit, facilè patet, quia cibus
crudus, nondum coctus rapitur ad venas, diſtri-
buitur per corpus, inde multa excrementa in cor
pore generantur. Item frequentius in ſole verſa- C
tur, qui exiccat cerebrum, & attrahit materias. In-
ter extrema duo verſatur, vno tẽpore nihil pror-
ſus ſe exercet, alio autem multùm, & intempeſti-
uè, quod vtrunque cruditates multiplicat. Cùm
igitur habuerit temperaturam huiuſmodi multi-
plicantem excrementa frigida, craſſa, & victus ra-
tionem inordinatiſsimam: non eſt mirum ſi inci-
dit in has affectiones, quas omnes patitur, cùm il-
læ materiæ craſſæ obſtruant ventriculos cerebri,
& iuxta quãtitatem oppletionis eueniat affectio. D
Cùm etenim valdè obſtruit, accidit epilepſia, vt
præterito anno, & abhinc duodecimo die ei cõti-
git. Cùm verò minus, accidit incubus in ſomno,
vt nocte hodierna. Non differt enim incubus ab
epilepſia niſi quantitate, & eſt incubus quaſi leuis
epilepſia. Sed hîc quæreret aliquis: Cùm ſit mate-
ria in capite, cur non efficit epilepſiã, niſi bis? Fie-
ri poteſt vt virtus expulſiua fortis, tanquam in iu
uene, expellat materias, & inde affectiones non
ſint ortæ: vel fuit pauca materia, quę expulſa non E
cauſabat epilepſiam. Sed cũ materiæ auctæ ſunt
tam per eſſentiam quàm per conſenſum, & ab in-
ferioribus partibus & membris acceſsit qualitas
mala ex crure, inde facta eſt epilepſia. Item ſi quæ-
reres, an eius cerebri temperatura ſit talis à nati-
uitate? de hoc nihil eſt quod dicam certi. Poteſt
eſſe à natiuitate, poteſt etiã eſſe acquiſita mala vi-
uendi ratione. Vt igitur vera veris cõſentiant, pa-
titur epilepſiam ex materia partim generata in cẽ
rebro, ob debilitatem cerebri, non conficientis a- F
limentũ proprium: partim per cõſenſum, à mem-
bris ſubiectis demandantibus, vt ventriculo & he
pate. Hic etiam dicam pauca de illa aura, quæ aſ-
cendit ex pede. Poteſt ibi materia putreſcere, ſed
Deus ſcit, ſi eſt ibi. Si eſt, poteſt putreſcere, ex quo
peſsimi vapores eleuantur, qui ſua mala qualitate
afficiunt cerebrum, qui etiam illi materiæ additi
facilè cauſant epilepſiam, quia in habentib. ſym-
bolum, &c. Ad curam iam deueniamus. Eſt hîc
intemperies cum materia, materiæ debetur eua- G
cuatio, intemperiei alteratio. Sed mala qualitas
nõ poteſt alterari, niſi euacuetur materia. Igitur e-
uacuanda, quia repletioni euacuatio debetur.

Sed cùm ſit nunc tempus hybernũ, & ſimus circa
ſolſtitium hyemale, ante quæ ſolſtitia medici non
iubent purgare, niſi quindecim diebus. Quæritur
igitur, an debeat euacuari. Quòd euacuari de-
beat, morbi magnitudo poſcit, quia epilepſia om-
nes ſenſus hebetat atq; deſtruit, & epileptici in o-
mnibus actionib. ſuis fiunt torpidi. Itẽ ſi epilepſia
firmata fuerit, & perſeuerauerit, conuertitur ali-
quando in apoplexiã, & tales apoplexia ferè mo-
riuntur. Quòd non debeat euacuari, plures con-
currunt cauſæ. Prima eſt, quia humores in centro
ſunt congelati, nõ poterunt rectè educi, & extra-
hi. Si enim extraheremus ſanguinem, rarefieret
corpus, læderetur facilè à frigore: quia is non eſt
vnus è principibus, qui calido conclaui, aut cali-
dis veſtibus defendi poſsit à frigore, & ita eſſent
vltima peiora primis. Si autem vertimus nos ad
morbi magnitudinem, eſt neceſſarium vt euacue-
mus, licet temporis conſtitutio contrarium nobis
ſuadeat. Ego inter vtrunq; verſans, cùm morbus
det inducias, euacuarem eum attenuante victu,
& præſcriberem victum tenuiſsimum. Ita enim
mea ſententia fert, nõ vt determinẽ, ſed vt meam
ſententiam retegam, & conſcientiæ ſatisfaciam.
Et purgarem cum leuiſsimè purgantibus, quæ
ventriculum parum, & cerebrum euacuarent: vt
ſunt pillulæ maſtichinæ, pillulæ de rhabarbaro,
de agarico, de tribus, de aloe. Hæ & ventriculũ, &
cerebrum purgarent leuiſsimè: illæ de tribus ſpi-
ritum cordis reficerent, ob crocum. Terebinthi-
na etiam eſſet optima: ſed quia nonnulli medici,
& quidem doctiſsimi ſunt in ea ſententia, quòd
odore ſuo augeat epilepſiam, & adducunt ſuas ra
tiones, ego de hac re modò non diſputo. Parum
quidem eſt, poteſt omitti terebinthina. Et illis,
prius à me dictis, poterit vti bis, vel ter in ſepti-
mana. Et cùm continuabit in his purgationib. le-
uibus per menſem vnũ vel duos, educent tantam
quantitatẽ materiæ, quantum vos quæritis vno
impetu educere. Item poterimus educere & di-
uertere per vrinam: darem ad hoc acetum ſcilli-
ticum, & oxymel ante cibum. Si haberet mel ſcil-
liticum, optimum eſſet, quia incideret & attenua-
ret materias, quæ ita inciſæ illis pillulis de tribus
vel maſtichinis, facilè educi poſsint. Ad confor-
tandum cor bis in menſe mithridaticã confectio-
nem ſumat. Darem etiã baccas iuniperi, dictam-
num Cretenſe, vel garyophyllos ad maſticãdũm:
moderatè enim exiccarent materias cerebri, &
calefacerent: ſed quia cor quoq; cõpatitur in epi-
leptica affectione per cõſenſum, vt nonnulli Me-
dici epilepſiam magis cordi aſcribant, ac illud im-
mediatè compati dicant. Sed hæc quæſtio nondũ
eſt determinata apud Medicos, vtrum cor prima-
riò, vel cerebrum afficiatur in epilepſia. Vtcunq;
ſit, certum eſt cor etiam laborare in epilepſia.
Inde ad reficiendos ſpiritus facerem linimenta o-
dorata, & per os darem, ante cibum, bis vel ter in
ſeptimana diambram, vel diamuſcum: ex odore
enim reficerentur ſpiritus. Et recta ratione victus
quoque eum gubernarem. Et hæc facerem hac
hyeme vt illum præſeruarem, quæ parua quidem
videntur, ſed ſunt maxima, & in proceſſu tantùm
materiæ educent repetita, quantum veſtra ſemel
impe-

impetuoſè. Tranſacta hyeme, circa Paſcha inſti-
tuerem purgationem ordinariam, quam vocant:
lenita aluo, minuerem ſanguinem; quia hoc cor-
pus excrementis in venis redundat, & ſunt aliqui
humores aduſti in venis. Minuerem itaq; mate-
riam caſsia cum hiera, cōcoquerem cū oxymelle,
cum ſyrupo de betonica: his etiam addi poſſet ſy-
rupus de cichorio Nicoli: ſi enim rectè perpendi-
mus, inuenimus eum factum propter epilepſiam.
Deinde materia euacuari poterit caſsia, cum ha-
mech & aliis ſimilibus. Et tunc etiā thermas ſua-
derem Aponenſes, ad exiccandam materiā cere-
bri, & calfaciendum. Cauteria quoq; in cruribus
facerem, vt materias diuerterem, prȩſertim in illo
crure, ex quo tranſit aura: factum enim cauteriū
prohiberet aſcenſum auræ ad caput, & natura fo-
ramine inuento per illud expelleret. Lotiones
quoq; capitis vtiles eſſent, ex betonica, maiorana,
agarico & ſimilibus, quæ nunc erunt ei præſcri-
benda. Hæc volui dicere, vt huic ægro & cōſcien-
tiæ meæ ſatisfacerem. D. Frachantianus, quia iu-
dicabat materias aduſtas, cōſuluit coctionem cū
ſyrupo de fumoterrę, & purgationem ex decocto
ſenæ atq; ellebori cum ſyrup. de pomis. Ad pro-
hibendam etiam auram, voluit ligari pedem funi-
culo ſub genu, & ita conſtringi, ne tamen lædere-
tur actio pedis, etiam ſynapiſmos ex euphorbio,
caſsia & ſinapi ad diſcutiēdam materiam adhibe-
ri in illa parte pedis, ex qua ſubleuatur vapor. Fri-
ſimelica pro coctione propoſuit ſyrupum de epi-
thymo, pro euacuatione cocchias cum elleboro,
& prȩter duo cauteria in cruribus, voluit alia duo
fieri in brachiis.

CONSILIVM XLVI.

De præſeruatione ab epilepſia pro puero.

EST valde verendum ne incidat in epi-
lepſiam: nam habet caput diſpoſitum
ad hanc, quia eſt humidum, & proſter-
nitur ſine cauſa, qui videtur eſſe quidā
motus epilepticus. Abſtineat omnino à vino, bi-
bat aquam decoctam cum cinamomo. Item de-
coquantur tormentilla, præonia, &c. quæ confor-
tant caput & ventriculum, ne vapores tranſmit-
tantur ad caput ex ventriculo. Vtatur frequen-
tiſsimè agarico, & faciat hoc ſibi familiare, vt eua-
cuetur caput, & accipiat ʒ s. agarici. Et ſic proce-
datur vſq; ad annū 15. quia mutatione ætatis for-
taſſe curabitur hic morbus. Quòd ſi perſeueret,
fiant cauteria non ſolùm in cruribus, ſed etiam in
brachio. Caput etiam abluatur cum pæonia, a-
garico, betonica. Itē fiāt pulueres ex maiorana, ſan
daracha, betonica & ſimilib. quib. ſolemus vti ad
exiccandū caput in his & ſimilibus morbis, & ad-
datur etiam ladanū contuſum cū his pulueribus.

CONSILIVM XLVII.

*De epileptica puella, cuius purgationes men-
ſtruæ decem menſib. fuerunt ſuppreſſæ, Fri-
ſimel. & Montani colloquium. 1554.*

SCRIBITVR ad nos de puella, quæ na-
ta eſt annos 20. cuius temperaturā hu-
midam iudico declinātem ad calidita-
tem. Caput frigidius fortè eſt & humi-
A dius, quia dolor grauatiuus infeſtat, & ipſa frigus
in capite ſentit. Vitæ ipſa eſt intemperantiſſimæ,
& menſes ſunt ſuppreſsi, atq; iam à 10. menſibus
non purgatur: quare in epilepſiā incidit. At verò
in dubio relinquitur, antè ne menſtrua fluere de-
ſierint, ꝙ epilepſiā ſentiret: quanquā ratione pro-
babili id fiat veriſimile. Adhæc ventriculus malè
eſt affectus. Ipſa etſi habuerit doctiſsimū medicū
antè, à quo corpus & pharmaco & phlebotomia
eſt purgatū, & bona victus ratio inſtituta: tamen
B & nos propter conſiliū requiſiuit. His ſuprà pau-
lò repetitis, quid rei ſit, perpendamus diligētius.
Temperaturam iudico humidam cū leui calidita-
te: quia carnoſum eſt corpus puellæ, & pingue.
Corpora verò pinguia ſemper ſunt frigida. Eadē
ratio eſt membrorum principaliū, quæ toti ple-
runque ſunt vniformia. Caput igitur ſummè hu-
midum: vnde deinde varia ſymptomata, & ipſa
deniq; epilepſia. Labor capitis diuerſus eſt, dolet
& percipit frigiditatem, laborat epilepſia: an verò
C fuerit ea cum ſpuma, an ſine hac, aut cum magna
vel parua conuulſione, incertū eſt. Huc accedunt
alia ſymptomata: menſtrua enim ſunt ſuppreſſa,
vnde prouenit mala intemperatura frigida & hu-
mida capitis, quæ morbus eſt mulieris: nam per-
cipit ſummā frigiditatē. Ipſe capitis dolor eſt gra-
uatiuus, qui demum ſunt fontes epilepſiæ. Nam
epilepſia nihil aliud eſt, ꝙ obſtructio in ipſis ce-
rebri ventriculis, quæ fit à pituita, aliisq; viſcidis
humoribus & craſsis: qui cùm in capite abundēt,
D & accedat ipſa capitis intemperatura, ſequitur e-
pilepſia. menſtrua etiam ſunt ſuppreſſa, quæ vel
ſola parare varios morbos ſolet: vnde etiam ma-
teriæ congeſtæ frigidæ & humidæ, & ventriculi
vitio: intemperanter enim viuit. Intemperantiam
ſequuntur cruditates, quæ replent corpus malis
humoribus, & maximè cerebrum. Ita fouetur in-
temperatura capitis ab inferioribus: cùm eodem
communicat totum corpus, quod illi noxios va-
pores trāſmittit. Quid igitur agendum eſt? credis
E ne eam poſſe euadere? Vereor equidem vt id fiat,
cùm ob alias cauſas, tum quòd in loco ſit frigido
& humido. Quare nec mirandum eſt, nihil medi-
cum effeciſſe clariſsimum, adhibitis illis medici-
nis. Verùmenimuero cū epilepſia ſit primariè in
cerebro, vel per conſenſum: ſi eſt per conſenſum,
membrum eſt alterandum: & antequam hoc fiat,
totum corpus euacuandum. Quid? euacuarine
debet per phlebotomiam? Per tempus non licet:
quare in Ver differendum cenſeo. Reſtant inſtru-
F menta euacuandi corporis duo: diæta ſcilicet, &
pharmacum. In diȩta aſſumat quæ aperiunt, inci-
dunt, & apertè attenuāt. Inter cȩtera vtātur panē
ſatis fermentato, cum ſeminibus fœniculi & aliis.
Vtatur carnibus attenuantibus, vt auicularum
paruarum, & hȩ condiantur aromatibus: item at-
tenuantibus. Vinū ne dādum ſit, dubitari poſsit,
quia caput eſt affectū: ſed quia humores ſunt fri-
gidi & craſſi, modico vtatur vino: atq; ſi hoc nolit,
bibat aquā mellis, vel zuccari, aut oxymel, aut o-
G xyſaccharū: nec acetum quicquam hîc nocere po
teſt ob miſtionem. Decoquātur item betonica &
ſaluia. Vtatur itē exercitiis. Quid? ſemelne inter-
diu comedet? quia verò edere bis in die cōſueuit,

nolo vt quicquam contra conſuetudinem faciat. Vti quoque poterit ſalſamentis, quorum incidere eſt. Venter frequenter leniendus eſt: nam eſt adſtrictior, ob craſſos & viſcidos humores ſuſpendentes fæces. Quare ante cibum etiam oxymelite vtatur. Partes inferiores exerceātur, & frictiones fiant: ſed non item in capite. Ceterùm exerceatur ambulando & equitando. Concocta materia, ad caput veniemus. Hiera & caſsia venter leniatur, & materia concoquatur cum ſyrupo de betonica, oxymelle compoſito, & ſquillitico interdum: pilulis cochiis purgetur, quibus aliquid colocynthidis addatur. Ego miſceo drachmæ vni ipſarum ſpecierum hieræ ℈ j. colocynthidis: vſus quandoque erit propter intemperaturam corporis, trochiſcorum alhandal, & cōfectio hamech valde eſt bona. Laudarem multùm pillulas illas cochias in hoc caſu, quas deſcribit Galenus lib. 5. Meth. capite 14. Suadeo etiam vt ſæpe interim purgetur, ac per interualla ſæpe pillulis vtatur, donec Ver attingeremus: in quo demum purgarem & alterarem caput, tunc mitterem ſanguinē, cum ſyrupis materiam concoquerem, & euacuarem: denique conſulerem etiam vt in noſtras has thermas veniret, & aquam biberet, prouocarentur frictionibus mēſtrua, ac darem dioſpoliticon, diacalamenthon, diatrionpipereon. Vteret etiā decoctis calamenthi, pulegij, dictamni, vt materia attenuaretur. Nunquid ſaphena ſecanda? Ita: & ſi hoc nolis, fiant ſcarificationes circa malleolos, quas antiqui multùm laudârunt: nam & ego hyemem vereor.

MONTANVS.

In caſu propoſito vtar omni breuitate, qua potero: non tamen ea, vt videar aliquid quod neceſſarium ſit, prætermittere. Ne igitur tēpore abuti videar, deueniam ad caſum iſtius nobiliſs. puellę. Supponatur iſtam pati epilepſiam, quod apparet tum ex ſymptomatibus, tum ex relatione nobis facta à Medico ita affirmante: & non morabor nunc in recenſendis omnibus cauſis ipſius epilepſiæ, quoniam neceſſariū eſſe minimè puto: ideo ero breuis, & recitabo quaſdam cauſas, quas ponere oportet, quoniam iſta laborat tali morbo ex diuerſis cauſis. Principales tamen duplices ſunt: efficientes aliæ, aliæ materiales. Quātum ergo ad efficientes cauſas, quædam ſunt intrinſecæ, quædam extrinſecæ. Intrinſecarum prima eſt inundatio, ſiue agitatio ſpirituum in ventriculis cerebri, ita vt ſpiritus impediantur à libero tranſitu, & agitati neruos ingredi nequeant. Vnde ſequitur vt totum corpus aliquádiu ſenſu ac motu priuetur. Secunda cauſa eſt ebullitio humorum, ſiue ſpirituum contentorū in ventriculis cerebri, propter caliditatem aſcendentem. Tertia cauſa, ſunt humores contenti in cerebro, qui ſua craſsitie, viſciditate & multitudine obſtruunt ventriculos cerebri & meatus ſpirituū, vnde motus ſenſusq; intercipiuntur. Quarta cauſa ſunt vapores, vel mala qualitas aſcendentes ad ipſum cerebrum ab iſtis partibus inferioribus, ſicuti à ventriculo, hepate, vtero, & conſimilibus: qui quidem vapores & mala qualitas cùm petunt cerebrum, contrahi- A tur & excitatur motus epilepticus. Et ſic iſtæ ſunt quatuor cauſæ intrinſecæ. Extrinſecæ verò potiſsimæ ſunt, aer, cibus, & potus accidentia animi: temperatura etiam poteſt hoc idem efficere. Et has volui enumerare cauſas, quas duxi eſſe neceſſarias in cognoſcenda hac ægritudine, qua iſta puella laborat. Materiales verò cauſæ iſtius ægritudinis ſunt vel humores, vel vapores: humores quidem aut ſanguinei, aut melancholici, aut pituitoſi: qui quidem humores vel ſunt in cere- B brò, vel in partibus inferioribus. Si in cerebro, dicuntur cauſare epilepſiam in capite per eſſentiam. Si in inferioribus per conſenſum, quando ſcilicet eleuantur vapores, aut mala aliqua qualitas, ſicuti à vermibus, aut à morſu ſcorpionū, aut à conſimilibus, quæ qualitas tendit ad ventriculos cerebri, & motus hos excitat epilepticos. De loco autem nihil dicam, cùm ſatis per ſe conſtet. At cùm ſint tot cauſæ, iudicas ne ab aliqua iſtarū, an ab omnibus talem affectū generari in hac pu- C ella? Credo ego, quantum ad efficientes attinet, primò quòd adſit illa inundatio ſpirituum, vt indicatur à ſtrepitu illo percepto, ac ſi aliqui dimicarent, quem ſcribunt puellam ſenſiſſe in capite, propter agitationem ſcilicet. Secundam etiam adeſſe cauſam credo: nam dixit ſe percipere veluti fulgura quædam præ oculis: & ſunt vapores quidam ignei, qui faciunt ebullitionem ſpirituū in ventriculis cerebri, & faciunt apparere iſta fulgura. Quòd autem tertia cauſa adſit, ſcilicet ob- D ſtructio ex humoribus craſsis & viſcidis ac multis, patet: nam hoc indicat grauitas capitis. Quòd etiam adſit mala qualitas, arguitur: quoniam retenta ſunt menſtrua, à quibus eleuantur vapores venenoſi ad ipſum cerebrum. Quòd autē à menſtruis eleuentur iſti vapores, teſtatur Galenus in 6. de Locis affectis vltimo. Et ſic videtur quòd omnes cauſæ efficientes concurrant in iſta nobili muliere, &c. Accedit poſtea temperatura humida conformis huic diſpoſitioni: nam audimus cor- E pus eius eſſe carnoſum, pingue: corpus autem in quo eſt pinguedo cū carnoſitate, ſignificat quòd in eo dominatur caliditas & humiditas. Si autem fuerit plus de pinguedine quàm de carne, oſtendet humiditatem præpollere caliditati: & cōtrà, ſi plus de carne, quòd caliditas ſit maior, vt docet Galenus 2. de Temperamentis. His poſitis negari non poteſt temperaturam hepatis in iſta, calidam & humidam eſſe, & nulla eſt temperatura magis apta ad replendum caput, quàm iſta, quia F vaporoſum generat ſanguinem. Et ſic inter cauſas efficientes connumeranda eſt temperatura. Quòd autem ratione cerebri diſponatur ad epilepſiam, patet: nā audio quòd ſemper habuit debile caput, quod recipit ad ſe multos vapores tranſmiſſos, & ſemper fuit affecta aliquo dolore ipſius capitis. Cauſæ autem extrinſecæ, fuit mala ratio victus: neque enim habuit miſera vnde ſe oneraret, ſed ſine diſcrimine cibum eſt ingerere ſolita. Accedit etiam, quòd incœpit alere illos ver- G miculos ſericum nentes, à quibus tum putrefactis, tum viuis & foliis quibus illi aluntur, eleuantur mali vapores: qui quātum poſsint diſponere ad hos motus epilepticos, vnicuique per ſe patet.

patet. Habuit inſuper retentionē menſtruorum. Accedit ad hæc omnia regio ipſa, quæ primò eſt expoſita Auſtro: Auſter enim ſpirat per hos lacus Venetos, & accedit ad hos valde humidus. Ab Occidente habet mare: ex parte autem Septentrionis ſunt montes, & ſpirat Boreas: & credendum etiam ibi eſſe valles, in quibus colligitur iſte ventus, & vnitur, & cauſat maxima frigora. Quo enim anguſtiore loco concluditur, hoc etiam eſt multò frigidior: vnita namq; & cincta ſemper fortiora ſolutis. Itaq; ſic Auſter humectando, & Boreas refrigerando, potuerunt hanc malam qualitatem & affectū inducere. Et ſic omnes ferè cauſæ concurrūt, & nulla fuit à nobis ſuperfluè enarrata, neque enumerata. De cauſis item materialibus, credo quòd humores ſint in cerebro frigidi & pituitoſi: nam habet grauitatem cum ſumma frigiditate in parte poſteriori circa nucham: ideò concedendum eſt, quòd ibi ſit plurima pituita, & grauitatem temporum percipit. Quantum verò ad conſenſum, credo quòd adſit conſenſus vteri, ventriculi, hepate, & ambitu totius. Et iſta materia in capite eſt difformis: nam in parte anteriori ſunt vapores illi ignei, efficiētes flammam ante oculos, in poſteriori autem pituita frigida. Talis igitur eſt ægritudo iſtius puellæ, quæ agit 22. annos. Et hoc notandum, quantum ad prognoſticum attinet. Ætas enim ideò eſt obſeruanda, quia ea ſola doceat, an hic morbus curari poſſit. Hæc ætas in fœminis æquipollet propè annis 40. in viris. Quia verò anno 14. per menſtruorū fluxum à dolore capitis ſanari non potuit, quomodo nunc ſanari poſsit, nō video. Nam hic morbus ſi à 25. anno ætatis virum inuaſerit, commoritur. Vbi puella creuit vſq; ad 14. annum, & non ſunt remotę eæ malæ affectiones, non eſt ſperandum quòd ita facilè debeant remoueri. Nam ratione ætatis, verendum eſt ne ægritudo iſta ſit incurabilis; præſertim aliis concurrentibus. Sed quicquid ſit, cura non eſt impoſsibilis: & ſi non poterit penitus tolli, ſaltem efficietur leuior. Et hæc quantum ad prognoſticum. De curatione autem, ex quo tot habet cauſas, oportet ſingulis occurrere: nam intentiones tum curatiuæ, tum præſeruatiuæ ſumentur ab illis: ab efficientibus præſeruationis indicationes; à materialibus curationis mutuabimus. Oportet autē primò omnes cauſas amouere extrinſecas. Ac ſi poſſet mutare aerem, mihi ſummoperè placeret: & ſi non poteſt, caueat à ventis auſtralibus, & aliis ventis, & remaneat in cubiculo benè diſpoſito, & alteret aerem ipſius cum aliquo alterante: vt, ſi eſſet acetum cum aqua roſata, & fieret ſuffumigium cum garyophyllis. Deinde mihi ſummoperè placeret, vt in cibo haberetur maxima cura, vt ſcilicet vtatur attenuanti diæta: nam ſi ventriculus abundat pituita, & in toto redundant plurimi humores craſsi, nihil melius quàm quòd attenuantur, ex quo etiam prouocarentur menſtrua. Et panis ſit fermentatus, in quo ponerē nigellam: ſed quia amara eſt, miſceat aniſum & cinamomū: cinamomū enim eſt tenuiſsimæ ſubſtantiæ, ſi quid aliud. Quantum verò ad carnes attinet, omnes quę habent vim attenuandi dentur. Galenus autem in

A hoc affectu exhibebat apium, quod tamen Auicenna maximè deteſtatur, & dicit quòd nihil deterius: imò quòd à proprietate nocet ipſis epilepticis: & tamen Galenus vtitur eo pro medicina conuenienti, in conſilio pro puero epileptico. Hę ſententiæ in ſpeciem contrariæ facilè componi poſſunt. Credo ego quòd apium apud antiquos ſit, quod nos petroſelinum vocamus, non eſt ita vaporoſum, ſicuti apium, atq; habet vim incidendi. Et ſi conſideretis, in apio ſunt plurimæ humi-
B ditates indigeſtæ craſſæ: nam in tota ferè hyeme eſt pertinacisſimę viriditatis, & eſt vaporoſum ac replens caput: & de iſto intelligit Auicēna, à quo eſt ſummoperè abſtinendum. Sed Galenus intelligit de petroſelino, quod tutò exhiberi poteſt in ipſa epilepſia: & hoc modo iſti duo magni viri potuerunt conciliari ſine contumelia. Apium Auicennæ, quod hodie adhuc ita dicitur, nullius in hoc morbo eſt vſus. Quare Auicenna non minus quàm Galenus rectè cenſuit. Et ſic attenuanti
C diæta eſt vtendum. Vinum autem, quoniam eſt inter attenuantia, videretur conueniens, licet in principio morbi prohibeatur: hoc enim fit iure. Nam triplici cauſa prohibetur vinū, morbo exiſtente crudo, dolore capitis, & inflammatione intrinſeca, vt declarat Galen. 3. de Ratione victus in morbis acutis. Cruda igitur adhuc exiſtente materia morbi, vino interdicendum eſt epilepticis. Nam ſi exhiberemus vinū materia exiſtente cruda, præcipitaretur ipſa materia: & in epilepſia in-
D cocta materia eſt, & mala. Vinum autem, vt inquit Auicenna, dilatat animam, & adiuuat concoctionem, moderatè tamen ſumptum: vinum autem forte & validum percutit neruos & caput. Non penitus prohiberem, ſed exhiberē dilutum vinum & pauciferum. De carne autem & aliis nihil aliud dicam. Factis his, cùm morbus habeat duas materias, pro materia quæ eſt in inferioribus vellem habere ea, quæ continuò diuerterent materiam à capite, & lubricarent aluum, ita hu-
E mores & vapores raperentur ad inferiora. Hanc ad rem vtiles eſſent pillulę ex myrrha, aloe, & rha barbaro: ex iis enim haberemus euacuationem materię, & apertionem menſtruorum: & ſi iis adderetur ariſtolochia longa, eſſet optimum: & ſumantur per horam ante cibum: & prouocentur menſtrua cum peſſariis, cùm lotionibus nō multum euaporātibus: vt ſi decoqueretur pulegium, calamenthum, baccæ lauri, & lauarentur pedes cum tali decoctione: & ante cibum vel manè, vel
F ſerò cucurbitulæ applicētur popliti. Et ſi iſta non euacuarent menſtrua, non mihi diſpliceret euacuatio hæmorrhoidum: iſta enim iuuarent ratione diuerſionis per rectum: nam vereor ne tanta multiplicetur materia, vt tandem fiat apoplexia & mors. Præterea euacuetur bis in menſe, aut ſaltem ſemel hiera Logodij, vel Hermetis, vel pillulis cocchiis, vel confectione hamech, & ſimilibus, in quibus eſt vis agarici, & colocynthidis, rarò tamen: nam ſi hæc fortiora ſæpius ſumerētur,
G debilitarentur ſpiritus animales, & ventriculus, ex quo fieret apoplexia. Ideò nollem cerebro vti iis medicamentis vehementioribus, ne debilitentur ipſius virtutes & membra. His non iuuanti-

bus, & ineunte Vere, ad ipſum caput accederem, A cùm valde exiccantibus, & cum cauteriis, ſynapiſmis, rubificationibus, veſicatoriis, quæ & capiti & ſpatulis eſſent applicanda, ſicut de iis tunc melius conſulendum eſſet. Si etiam exhiberetur decoctum ligni, nō eſſet malum: nam ex ipſo haberemus attenuationē ipſius materiæ facientis epilepſiam, & alia multa bona huic morbo neceſſaria. Et vellem quòd ter in menſe tantùm mithridati acciperet, quantum eſſet vna drachma, cum aqua pæoniç, & vteretur ipſa pæonia in omni ſuo B ferculo. Quærebat Friſimelica quid ſentiret de inciſione ſaphenæ? Reſpondit Montanus, ſatius eſſe vt pauca fieret ſcarificatio circa poplitem.

CONSILIVM XLVIII.

De Epilepſia per conſenſum, à brachio pro generoſo Barone N. à Sauraco, præſcriptum anno L.

CVM actio Medici circa epilepſiam ſit C genere triplex: vel enim excitamus hominem, quando actu cadit in epilepſiam, & hæc propriè cura ſymptomatis, non morbi appellatur: vel præſeruatur ne cadat, aut ſaltem rarius, vel leuius: tertia eſt cauſarum remotio, id eſt, ægritudinis, à qua immediatè epilepticus caſus contingit. Nos tertiam ſequemur, arbitrantes hanc eſſe potiſsimam: quę ſi remoueatur, aliæ quoq; duæ facilè propellentur. Et cùm in hoc nobiliſsimo puero cauſa proxima D ſymptomatis ſit materia frigida, à ſubiectis partibus, præcipuè à brachio, tanquam aura repentè ad caput aſcendens, ſpiritusque & virtutem animalem maxima ex parte intercipiens: ideò curationem veram duco, prohibere ne talis materia generetur: auertere eam ad partes oppoſitas, quę iam fuerit generata: caput corroborare, ne tam facilè recipiat. Quantum ad auerſionē attinet (ab hac enim primùm incipio) iampridem idoneè, vt arbitror, à me prouiſum fuit brachio, vnde potiſ- E ſimùm aſcendebat materia, ſynapiſmos & cauteria applicando: à quibus non prius deſiſtendum puto, quàm integram (ſi Deo placuerit) adeptus fuerit ſanitatem. Altera pars auerſionis erat, vt per oppoſitas partes euacuaremus quicquid continuè excrementoſum generaretur, quod neque à me prętermiſſum fuit. Iuſsi enim vt iugiter vteretur alui ſubductione cum pillulis ex mea quadam deſcriptione, quam apud ſe ſeruat, in quam ingreditur agaricum. Conſului præter hoc, vt le- F uioribus quandoque vteretur, vt aloe ſimplici, ante cœnam, vel hieri Galen. de ſex rebus, vel aceto ſcillitico manè tribus horis ante prandium, aut melle itidem ſcillitico. His omnibus adhuc vtendum conſulo, hoc vel illo, prout felicius ſuccedet. Et hæc quantum ad auerſionem attinet. Vt verò prohibeatur materia ne generetur, quæ ſicut verior & integrior, ita difficilior curatio eſt, præcipuè ex parte ægroti malè ferentis conſilium: dicam tantùm ea, quæ neceſſariò quàm di- G ligentiſsimè obſeruãda putauerim: præcipuúmque eſt, vt in omnibus ſex rebus non naturalibus regatur exquiſitiſsimè. Primò igitur euitabit omnem aeris exceſſum, præcipuè dum fuerit in Germania, aere frigidiſsimo, & humidiſsimo: in ea enim regione peculiari circa hoc admonitione indiget. ferè enim Germani, hyeme præcipuè, in duobus extremis ſummoperè peccant: nam vel in æſtuariis ſuis torrentur, vel ſub dio frigido & gelu torpent, cùm tamen ab vtroque enixè cauendum ſit. Dum enim nobiliſsimus iſte adoleſcens in vaporario verſatur, meatus cutis, præcipuè capitis aperiuntur, humores colliquantur, attenuátur, & in vapores tanſeunt: vnde neceſſariò caput repletur, alioqui ex morbo debile & imbecillum. Sed vbi poſtea repentè in ſubdialem aerem tranſit, algor vehemens occurrit: qui penetrans per apertos meatus cerebrum refrigerans, humores in eo contentos comprimens & congelans, efficit vt omninò deterrima ſubſequantur.

Cùm igitur hæc nocumenta omnibus communia iudicem, huic tamen puero arbitror futura eſſe magis pernicioſa. Erit ergo ab illis quàm maximè cauendum, eritque artificialis ratio, vt omnem aeris exceſſum quàm procul effugiat. Quòd ſi neceſſarium erit quandoque ex conſuetudine gentis in vtroque verſari, primò frigiditatem munimentis & veſtibus quàm maximè propellet, vaporaria verò eliget moderatiſsimè calida, & vix tepentia, in quibus magis aperto capite commorabitur, vt poſtea eodē munito, cùm egreditur, minor fiat illa mutatio, & tranſitus de contrario in contrarium. Si præterea perceperit ſtatus aliquos malos, vel niuem, vel pluuias aerem turbare, intra domum ſe continebit. Deniq; illud commune ſeruabit, quemadmodum diximus, vt aeris immoderatos exceſſus effugiat. Præterea omnis animi moleſtia, ira præſertim & mœſtitia ſummoperè arcenda erūt, ſtudebitq; cum ſociis & amicis honeſtè & iucundè conuerſari. Quotidiano exercitio præcipuè delectabitur matutinis horis, quòd inferiores potius partes exerceat ſine multa capitis agitatione. Ideò pilæ ludum, aut gladiis dimicare, aut ſaltus immoderatos facere, nō probauerim in nobiliſsimo hoc adoleſcente: (cerebrū enim nimis concutiunt & exagitāt) ſed potius eligerem deambulationes, equitationes, ſagittarum, lapidum, pali ferrei iaculationes, & huius generis exercitia, in quibus ſine inſigni motu capitis reliquum corpus exerceatur. Exercendi tempus commodiſsimum eſt, quod duabus horis prandium præcedit. Sed & frictiones quotidianas non minus laudo, ſiue præcedant, ſiue ſequantur exercitium, ſintque vniuerſi corporis, lenes quidem & molles: ſed longæ, quouſq; corpus incaleſcat, & rubeſcat, dimittaturque in frictione caput, & partes omnes, quę ad collum attinent, fricātisq; manus ſemper deorſum trahatur. Optimumq; eſt, ſi poſt frictionem totum corpus illinatur oleo garyophyllorum odorato, quod vnguentarij conficiunt, & nō aromatarij. Et ſi quis vnquā cauere debet à ſomno meridiano, vel matutino, aut nimis prolixo: adoleſcens iſte vnus ex illis eſt. Erit igitur illi ſomnus moderatus, nocturnus, non diurnus. Procurabit vt quotidie beneficium alui habeat: quòd ſi defecerit, adiuuetur

vel

vel pillulis prius nominatis ex hiera ſimplici.quę in hunc conficiantur modum: R. Aloes optimi ℥.vj. ſpicæ,cubebarũ, cinamomi, aſari,maſtichis, croci ana ℈.j. Puluerizentur omnia per ſe,deinde miſceantur & formentur pillulæ, quas ſumet, vt iam à nobis eſt ordinatum. Vel vtatur aloe ſimplici. Quandoq; etiam cum clyſteribus emollientibus:neq; omninò patiatur fæces in ventre plus æquo retineri: inde enim magna grauitas capitis ſubſequi ſolet. Bis in die tantùm comedat, ſitque cœna longè parcior, quàm prandium. Neq; credàt Critici iſti Medici me propterea Galeno cõn tradicere, cùm longè alia ratio ſit cœnæ noſtratum, q̃ fuerit antiquorum. Sed hîc non eſt huius difficultatis determinãdę locus:ſat habeat,quòd ſi abundè cœnauerit, non erit immunis à maxima capitis repletione. Cœnet igitur parcè,neque in hoc diſcedat ab Auicennæ præcepto, quod eſt nihil aliud, niſi Galenicum ex oppoſito immutatum: videlicet, vt ex tribus partibus diurni cibi duas in prandio aſſumat, tertiam in cœna: ita enim neq; interdiu percipiet repletionem, aut grauitatem, neque noctu multa opprimetur cibi nimietate, ſed ſuauiter & iucundè dormiet. Caueatque ne poſt cœnam, aut prandium aliquid deguſtet, aut bibat Germanorum more: fruſtrà enim imperaremus aliquid de cœna & prandio, ſi aliæ quoq; cœnæ intercederent. Cibus ſit vnicus, ac quàm maximè ſimplex: nihil enim illi æquè nocebit,quàm epularum multitudo. A vino ſi toto tempore ſuæ curationis abſtinere poterit, quemadmodum hactenus me admonente abſtinuit,optimè illi ſuccedet: ſit tamen aqua cùm cinamomo & aniſo confecta illi potus,ſicut præcepimus. Abſtineat quàm maximè à paſtilibus,leguminibus, à lacticiniis, caſeo præſertim: à fungis, ab oleribus, crudis præcipuè: à piſcibus, rebus frictis in ſartagine, à carnibus auium paluſtrium,à carne porcina,tam recenti, q̃ ſalita: non etiam laudo carnes agnorũ,propter redundantẽ humiditatem. Et cùm iam appropinquet ætas Veneris,conſulo vt ab ea quã maximè abſtineat: nihil enim aliud Venus eſt,q̃ breuis quædam epilepſia,ſi Hippocrati credimus. Hæc ſit tota victus ratio, in qua ferè totum eſt curationis fundamentum. Si enim hoc modo ſibi cauerit, materia illa frigida & cruda, quæ fouet epilepſiam, nulla vel pauciſsima generabitur,quod erat à nobis intentũm. Atq; ita ſatisfactum eſt & auerſioni materię, quæ generatur: & prohibitioni,ne generetur. Supererat capitis corroboratio, ne nocumentum ſuſcipiat. Eſt autem in corroborando capite ratio præcipuè habenda, ne agitetur cerebrum,aut aliquo pacto concutiatur: propterea neq; caputpurgia probauerim,neque frictiones capitis: aut ſtillicidia à Medicis vulgò in huiuſcemodi caſu propoſita: ſed maſticatoria,quæ ἀποφλεγματισμοὶ à Græcis vocãtur. admitterem primò ex maſtiche ſola & ſimplici: deinde etiam adiecto pipere,ſtaphiſagria & pyrethro,paſtillos conficiendo. Mandere etiam matutinis horis garyophylla, nucem muſcatam,cinamomũ, zedoariam,& quæ huiuſmodi ſunt,ſummoperè laudo: maximè enim conferunt ad capitis corroborationem, in hoc caſu,

A exiccatione & euacuatione. Præterea caput abluere ſingulis ſeptimanis circa horas veſpertinas ante cœnam, eſt remedium à me valde probatũ: ſi lixiuium dulce eligatur, in quo decoquatur aſarum,ſena,betonica,maiorana, roſæ, & capillus Veneris, adiecto etiã agarico. erit enim lixiuium ad hunc vſum præſtantiſsimum. Poſt lotionem verò ſuauiſsimè exiccari debet,neq; fricando,neque agitando,cùm pannis moderatè calidis. Caueat etiam ne ignem acriter intueatur, aut magnum ſplendorem,aut campos niue refertos,aut turbam hominũ circumcurſantem,aut curruum rotas velociſsimè motas,vel molas,nec quicquid in gyrum verſatur: ab alto etiam ne proſpiciat, neq; decurrentem fluuium intueatur. hæc enim omnia cerebrum & ſpiritus exagitant, & robur adimunt. Laudo præterea pro capite & membris quoq; inferioribus corroborandis,vt bis in menſe ſumat optimi mithridatici drachmam. Eſt etiam præſtantiſsimum remedium inſtillatio olei de ladano, per ſapientem deſtillatorem confecti, tum in aures, tum in nares, tum etiam quandoq; ilinendo verticem capitis. Sed etiam manè ſuauiter pectinari illito pectine ex eodem oleo, non mediocriter conferet ad caput corroborandum: ſed pecten ſemper retrò trahendus eſt verſus occipitium. Et hæc ſufficiant,tum in auertendo materiam,tum in prohibendo,ne generetur, tum in capite corroborando: quæ tria nobis à principio fuerunt propoſita. Quòd ſi etiam magis præſeruari voluerit nobiliſsimus adoleſcens, verè purgabitur ex Galeni præcepto, poteritq; huiuſmodi eſſe purgatio:

R. Hieræ ſimplicis ℥.ij.
Floris caſsiæ ℥.j.

Cum ſaccharo fiat bolus,ſumendus horis duabus vel tribus ante prandium. Item:

R. Oxymellis ſcillitici,
Syrupi de betonica ana ℥.j.
Decoctionis granorum pæoniæ in aqua deſtillata pæoniæ ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro ſeptẽ: deinde
R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.

Cum aqua pæoniæ fiat potio, danda in aurora cum cuſtodia. Talis igitur, vel huiuſmodi poterit eſſe annua purgatio, quæ ad præſeruationem attinet. Et hæc pro tempore ſuffectura arbitror in curatione & præſeruatione huius nobiliſsimi adoleſcentis ad laudem Dei Optimi Maximi.

IOAN. CRATO D.

HOC in loco poteram aliquid monere de Correctione, ſed iſta conſideranda relinquo diligenti Lectori. ſic aut cerati deſcriptio, & catapotiorum in exemplo manu Montani ſcripto habentur: atq; vel de hoc exemplo perſpicuum erit, quid adiumenti noſtra emendatio huic operi attulerit.

Cerotum applicandum brachio.

R. Sinapis, Pyrethri,
Seminis naſturtij ana ʒ.ij.
Euphorbij ʒ.iiij.

Nitri,
Aluminis ſciſsilis ana ʒ.j.
Adarces ʒ.iij.
Sagapeni,
Galbani ana ℥.s.
Salis ammoniaci ʒ.iij.
Picis naualis ℥.j.
Olei de Euphorbio,
De caſtoreo,
Balſamini ana ℥.j.

Diſſoluantur gummi in aceto ſquillitico,& pul- B uerizanda puluerizentur,deinde cum oleis & reſinis componatur omnia ſecundùm artem, & cera modica addita: fiat cerotum ſolito loco applicandum,quod ſingulis quatuordecim diebus remoueatur,& fricetur locus cum ſquilla,& rurſus apponatur eo modo vt res exigit. Pillulæ:

R. Caſtorei,
Radicis pæoniæ,
Dictamni Cretici,
Sileris montani ana ʒ.j.
Cornu cerui vſti,
Raſuræ cranij humani ana ʒ.ij.
Seminis citri ʒ.ij.s.

Puluerizentur omnia per ſe, poſtea miſceantur & aſpergatur aceto ſquillitico,& permittantur exiccari,& hoc reiteretur ter: deinde

R. Agarici,
Rhabarbari electi,
Aloës ana ʒ.ij.
Garyophyllorum ʒ.j.
Moſchi,
Ambræ ana gr.iij.

Cum ſyrupo de corticibus citri fiat magdaleon, ex quo formentur pillulæ pro ſingulis drachmis tres: quarum ſingula ſeptimana ſumatur drachma: vel minus poſt medium noctis, & eo veſperi parum cœnet.

CONSILIVM XLIX.

Datum eidem Domino à Saurau, fuitq́; hoc primum. 1547.

VICTVS ratio vtilis erit, quæ incidat & extenuet. Capparis vſus mirificè proderit per totam hyemẽ,aeris conſtitutio vel natura, vel arte ſit calida & ſicca, potiſsimùm hyberno tempore. Caueat igitur à frigore pedum,& maximè capitis. Item à vaporariis calidis,& maximè à fructibus. Fugere oportet carnes omnes, præter auium montanarum,pullorum, & interdum vitulinã toſtam magis quàm elixam concedimus, aut carnem leporis iunioris. Oua recentia cocta in aqua aut cinere: ſorbilia tamen cum zuccharo laudantur. Caueat à leguminibus, caſeo, butyro, piſcibus omnibus,& vino præſertim antiquo,craſſo & copioſo, pro quo bibat hydromel tale.

R. Aquæ puræ ciſternæ,qualis habetur in Cœnobio D.Franciſci ℔.iiij. cinamomi electi & contuſi ʒ.j.mellis optimi.℥ iiij.vel loco mellis ℥.ij.zucchari, fiat aqua decocta: deinde ter in ſeptimana ſumat duo cochlearia optimi aceti ſcillitici, tribus horis ante prandium, & ſe exerceat per me-

A diam horam, quouſq; corpus calefiat. Sumat bis in ſeptimana diebus, quibus non aſſumpſit acetum ℈.j. optimæ aloes. Appendere iubemus collo ſuo corallum rubeum optimum, aut radicem pæoniæ recentem ſæpius abradere & odorare, manibus tractare: plurimùm enim conuenit. Poſtea in ferculis ſumat infraſcriptum puluerem, aut etiam in ouo ſorbili loco ſalis.

R. Pulueris tormentillæ, zedoariæ, corallorum rubeorum, ſeminis pæoniæ, pulueris men- B thæ ſiccæ, myrobalanorum chebulorum puluerum ana ʒ.j.garyophyllorum,nucis muſcatæ,macis, cinamomi ana ʒ.ij. zucchari albi ad pondus omnium vtatur modo dicto in ſuis cibariis.

R. Mithridati optimi ʒ. s. Deglutiat in forma pillulari, vel bibat in brodio, aut aqua pæoniæ, prout ſibi magis libuerit, tribus horis ante prandium ſemel in ſeptimana. Abluat caput ſemel in ſeptimana, veſperi hora ante cœnam, nec eo veſpere ſe exponat aeri frigido: lixiuio dulci in quo C decocta ſit maiorana, ſaluia, roſmarinus, & ʒ j.agarici optimi ligati in petia linea & diligenter expreſsi. Caueat inſuper à vehementi ſtudio, cogitatione, timore, inedia, & iracundia. Exercitia proſunt & frictiones, ſed capiti magis poſt reliquas corporis partes. Aluus ſoluta & fluida foueatur: ſomnus ſit nocturnus, mediocris, ſeptem horarum, caueat meridianum. Fugiat ſinapi, allia, cepas: aromata etiam præter parum cinamomi & huiuſmodi.

D

CONSILIVM L.

De Epilepſia pro nobili viro Vincentino.

PROPONITVR nobis curandus magnificus iſte Dominus: quia quo morbo infeſtetur, hoc videre clariſsimum eſt, ideò breuiter me expediam. Iſte laborat epilepſia: habuit enim tria ſigna atteſtantia ſuper ipſam epilepſiã. Primùm quod habuit, E fuit ſpuma in ore: ſecundò paſſus fuit conuulſionem, ſiue ſpaſmum: tertiò amiſit ſenſum & motum. Ex iſta accidentium ſyndrome facilè poſſumus conijcere,morbum hũc eſſe epilepſiam. Habita noticia morbi,quia oportet vt & nos aliquid de cura dicamus: nõ poſſumus aũt quicquã perfectè dicere, niſi cauſas morbi indagemus: ideò eſt neceſſarium diſtinguere præſentẽ morbũ, vt omnia hæc clarè habeamus: & primò videndum eſt quidnam ſit epilepſia. Epilepſia nihil aliud F eſt, niſi ſpaſmus quidam factus ab obſtructione ventriculorum cerebri, à materia craſſa & viſcida, ſiue ab aliqua qualitate venenoſa, quã iſti auram vocant. Et quia in definitione cadit ſpaſmus, videndum eſt quotupliciter fiat ſpaſmus, vt ex hoc habeamus cauſas ipſius epilepſiæ. Spaſmus, vt dicebat Galenus in 3.de Locis affectis, (vbi loquitur de hac re) fit tripliciter: aut à materia,aut à qualitate (quam auram venenoſam appellauit idem Galenus) aut à ſiccitate: iſtæ enim ſunt tres G cauſæ potentes facere ſpaſmum. Videamus modò, nunquid iſtæ tres cauſæ faciant epilepſiam. Quòd poſsit fieri à materia, hoc patet: quia cùm materia craſſa eſt in ventriculis cerebri, ſiue ſit

per

per conſenſum,ſiue per eſſentiam,ita quòd ibi generetur pituita, obſtruit ventriculos cerebri, qui poſtea inſurgunt ad expellendum,& contrahuntur, & in illa contractione deficiunt mittere ſenſum & motum ad membra, & ita priuátur membra ſenſu & motu. Quòd autem poſsit fieri epilepſia abſque materia, videlicet à qualitate mala,& ab illa aura, Galenus pluribus ſignis hoc probauit in illo loco præallegato. Dicebat enim ipſe: Vidémus in ictu phalangij, qui etſi tantillus ſit, tamen diſpergitur per totũ corpus,& omnia membra inficit illa mala qualitas. Non eſt dicendum (dicebat Galenus) quòd fiat à materia venenoſa, quia illa fuit ita exigua, quòd non potuit hoc corpus totum inficere. Quare dicẽdum eſt,quòd ſit aliqua mala qualitas eleuata à tali materia venenoſa exigua, quæ poſtea qualitas per totũ corpus diſperſa & diſſeminata, ſit ſufficiens tale nocumentum cauſare. Simile poteſt contingere de epilepſia:à materia poteſt fieri mala qualitas,quę poſtea petens cerebrum poteſt eſſe cauſa contractionis ventriculorum cerebri, & facere epilepſiam: & ita Galenus ex ſententia Pelopis præceptoris ſui concluſit, poſſe à mala qualitate fieri huiuſmodi morbos. Nunquid autem à ſiccitate poſsit fieri? Dico quòd non,& in hoc differt ſpaſmus ab epilepſia, quia ſpaſmus poteſt fieri à tribus illis cauſis: epilepſia verò tantum à duabus cauſis prædictis,& non à ſiccitate:quod poteſt & à priori,& à poſteriori manifeſtiſsimè probari. Et primo à priori:nam ſi ſiccitas cauſa eſſe debet epilepſiæ, oportet quòd cerebrum ita exiccetur, vt per ſiccitatem contrahantur ventriculi cerebri, & fiat epilepſia. Sed hoc non poteſt fieri,quia cerebrum cùm ſit membrum humidiſsimum,nunquam poterit taliter exiccari, vt per ſiccitatẽ deueniat ad contractionem: quia ſi ita fuerit exiccatum, ſtatim periret homo, & ita antequam fieret epilepſia, moreretur homo. Similiter à ſigno confirmari poteſt,quia epilepſia ſubitò fit:ſtatim enim homo cadit in paroxyſmum epilepticum: illa autem exiccatio nõ poteſt(ſi habet fieri) ſubitò cauſari, ſed ſucceſsiuè, ita quòd in tempore oportet vt exiccetur. Quare relinquitur, quòd à ſiccitate non poteſt talis ægritudo cauſari. Derelinquamus ergo tertiam cauſam, & accipiamus reliquas duas, ſcilicet quòd epilepſia poteſt fieri à materia,& à qualitate ſola. Si fit à materia, fit ab humore craſſo, vtputà ab humore pituitoſo & melancholico obſtruente ventriculos cerebri: ventriculos dico anteriores, de his intelligatis. Similiter intelligatis de obſtructione non perfecta, ſed imperfecta & diminuta: quia ſi intelligeremus de perfecta obſtructione,fieret tũc apoplexia, & non epileſia: quia tunc homo penitus ex perfecta & cõpleta obſtructione ventriculorum amitteret ſenſum & motum, ita quòd iaceret ſicut cadauer (vt fit in apoplexia) ideò intelligatis de obſtructione diminutè facta. Cùm ergo habeamus morbum hunc fieri à materia & qualitate, videndum eſt modò, à quânam harum duarum cauſarum in iſto Magnifico Domino talis morbus proueniat. Ideò in hoc crediderim, quòd à qualitate mala non principaliter cauſetur, licet

reuera ipſa concurrat, & maximè quòd (vt retulit Excellentiſsimus Doctor) iſte fuit à paſsionibus animi valdè vexatus. Quantum autem poſſunt iſti animi affectus ad hos morbos epilepticos concitandos, vnicuique poterit eſſe manifeſtum. Noui ego duos, qui tantùm ex animi affectibus inciderunt in hunc morbum: vnus enim fuit quidam Laurentius Brachadenus,&Marcus Antonius Contarenus: iſti tamen in victu erant parciſsimi, non erant excrementoſi, tantùm ex animi affectibus venêre in talem ægritudinem: & ita dico quòd potuit iſta cauſa concurrere. Sed quod principaliter eſt cauſa,eſt materia craſſa,ita quòd dicerem morbum eſſe materialem. Et cùm materia potẽs epilepſiam cauſare,duplex ſit, melancholia & pituitoſa, à quânam dicetis vos? Dico quòd poteſt prouenire ab vtraque: vtraque enim materia concurrit: & ita cauſatur eſſentialiter in cerebro, & per conſenſum à reliquis membris ad ipſum demandatur. Quòd autem pituitoſus humor in hoc magnifico Domino dominetur,hoc oſtendit eius temperatura,& membra principalia. Audio quòd iſte abundat pituita multa,quæ excernitur per nares, & per os. Iſtud eſt ſignum humiditatis cerebri: habet enim cerebrum calidum & humidum,vt per ſigna manifeſta poteſt apparere, & facilè comprehendi. Similiter habet ventriculum ſatis abundantem pituita,in quo ab inordinato victu & coitu (vt retulit) maxima copia pituitæ generatur; pituitæ dico non veræ: nam,vt ſcitis, non vera pituita in ventriculo generatur. Ideò ex pituita genita in ventriculo, & item illa quę in cerebro generatur,concludo materiam eſſe tum per eſſentiam, tum per affluxum. Quòd autẽ fuerit aliqua materia melancholica, hoc facilè perſuaderi poteſt. Audio hunc eſſe melancholicæ naturæ: etſi nõ fuerit ex naturali temperatura, tamen propter accidentia animi potuit effici melancholicus. Cùm quis autem aliquando cadit in melancholiam, impoſsibile eſt vt nõ retineat illam materiam in cerebro, vt dicit Galens. Ideò cùm adhuc reliquiæ melancholiæ remaneant in hoc magnifico viro in ipſo cerebro, poteſt & ipſa concurrere ad obſtructionem. Similiter hepar habet calidum: viget enim caliditas in toto illo corpore,& ita ob caliditatem hepatis potuit fieri aduſtio: nam cùm hepar eſt calefactũ,oportet quòd & venæ ſint calidæ. Nam vt dicit Galenus ſecundo Artis medicinalis,orta debent atteſtari ſuis principiis. Cùm ergo hepar ſit calidum, non eſt mirum ſi patitur cerebrum: nam, vt dicit Galenus in tertio de Locis affectis, loquens de dolore capitis: Qui habet hepar calidum, facilè incidit in dolores capitis, quia aſcendunt materiæ & vapores, vt cauſent dolorem. Qualis fuerit in qualitatibus paſsiuis, non facilè dixerim,quòd corpus continuè mutatur. Ex humido fit ſiccum, & ſicci interdum pingueſcunt, prout vel exercentur, vel bene & in ocio viuunt: calor ille reſolutus eſt coitu, victu inordinato, & ita alteratum totum corpus. Habetis huc uſque, vt omnia colligam, cauſas morbi, & morbum ipſum, à quibus facilè poterimus indicationes curatiuas ſumere. Veniamus modò ad curam. Iſte

cupit curari, credíſne hunc poſſe curari? Vt in-
genuè fatear, morbus epilepticus, morbus eſt ma
ximus, & non niſi à vehementi cauſa poteſt cau-
ſari. Fortiſsima cauſa concurrit ad excitãdos hos
dolores, & talem ſenſus & motus ablationem: do
lor enim cùm in hoc morbo intrinſecus fiat, opor
tet quòd fiat à fortiſsima cauſa ſoluente conti-
nuum. Dimittamus modò, nunquid dolor fiat à
mala temperatura facta in quatuor qualitatibus,
an à ſolutione continui. Teneo, vt aliâs dixi, fie-
ri à ſolutione continui, & à mala temperatura:
& quòd iſta ſolutio continui ſit æquiuoca ad il-
lam ſolutionẽ continui, de qua intelligũt alij: lon
gè enim differt ab iſta. Sed de hoc diffuſius alibi
dixi, ideò nunc non eſt opus ea reuocare. Propte-
rea dico, cùm iſta ægritudo fiat à forti cauſa, quæ
cum difficultate poteſt remoueri: iſte magnifi-
cus Dominus de facili poterit mori. Audio eum
hucuſquè habuiſſe duos paroxyſmos epilepti-
cos, incipiendo à decimoquinto Iulij vſque ad
vigeſimumquartũ Auguſti: propterea facilè po-
terit iterũ cadere in hos paroxyſmos: imò nunc
conqueritur de aliquali tremore. Neq; debemus
nos confidere eius naturæ robuſtæ, & carnoſita-
ti: nam licet videatur ſanus, non propterea vacat
periculo. Nunquam vidi in ſenibus apoplecticis,
epilepticis & melancholicis aliquẽ ita curatum,
quin redierit. Qui ſemel ſtultus, ſemper ſtultus.
Noui ego Iuſtinianum quendam, qui habuit tan-
tùm vnum paroxyſmum, poſteà manſit per tres
menſes ſanus abſque moleſtia: deinde reuerſus
eſt alius paroxyſmus, deinde alius, & tandẽ mor-
tuus fuit. Ideò cura difficilima eſt, neque, vt dixi,
vacat periculo: tamen non eſt deſperandum. Ve-
niamus ad curam, & primò indicationes ſuma-
mus à morbo, & à cauſis eius. A' morbo, quum
morbus ſit in nobili membro, indicatur quòd ſit
citò remouendus, & quàm citiſsimè poteſt: epi-
lepſia enim, cùm occupet nobile membrum, mor
bus ſacer fuit ab Hippocrate appellata. Suma-
mus modò indicationes à materia. Materia iſta,
vt dixi, duplex eſt, pituitoſa & melancholica: iſta
venit euacuãda. Et quia facta fuit ſanguinis miſ-
ſio ab illo perito Medico, propterea deſiſterem à
miſsione ſanguinis, deuenirem ad concoquentia
pituitam: vt eſt ſyrupus de eupatorio, decoctum
pulegij, origani, ſyrupus de calamentho, & infi-
nita alia ipſam pituitam digerentia. Concoque-
rem etiam melancholicum ſuccum, vt cum ſyru-
po de fumoterræ, de epithymo, & talibus. Poſtea
cùm erit cocta materia, euacuarem & inciperem
à leuioribus pharmacis: non tranſirem ad con-
fectionem hamech, & pillulas cocchias. Medici-
nas enim cum colocynthide & agarico, pro nunc
non exhiberem, quia ſunt valde fortes. Quæ au-
tem recipiũt iſta, vt ſunt trochiſci Alhandal, hie-
ra Logodion: iſti aromatarij in hac ciuitate, cùm
ſit mater ſtudiorum, non conficiunt, & miror
cum villa quæuis parua habeat hæc parata. Poſt-
quam hoc corpus eſt euacuatum, ego deuenirem
ad caputpurgia, & ad maſticatoria: & vellem vt
maſticaret, ſicut de pipere, & reliquis. Deinde
per nares prouocarem naturam cum aliquo leui
ſternutatorio. Facto hoc, ſi voluerit aſſumere illa

A balnea Aponitana, cũ ſint calida, ego laudo. The-
riaca item prodeſt. De cauteriis: ego ſummope-
rè laudarem cauteria in brachiis, imò hoc eſt fa-
miliare remedium. Et vidi anno præterito nobi-
lem ſenem, qui ſolo cauterio ſanatus eſt, & erat
ſenex in quinquageſimoſecundo anno ætatis ſuę
conſtitutus.

De diæta; quia morbus longus eſt, inſtituatur
conueniens diæta, & ea ſit tenuis & attenuans, vt
Galenus conſulit puero epilectico. Pro potu po-
B terit conficere aquam decoctam cum aniſo, cina-
momo & ſaccharo. eſt enim potio gratiſsima tũ
in colore, tum in ſapore. Reſtat vnum dereli-
ctum, vtrum debeat bibere vinum? Videtur ex
vna parte quòd non, quia vinum fumoſum eſt, &
facilè replet caput. Ex alio videtur, quòd ſit dan-
dum vinum pauciferum, quod ſapit naturam a-
quæ. Sed, vt dicit Galenus in tertio de Ratione
victus, vinum ſi magnum eſt, obeſt cerebro ſua
fumoſitate: ſi verò ſit pauciferum, licet non no-
C ceat cerebro, obeſt tamen ventriculo: & ita vide-
tur conuenire, & non conuenire. Ego tamen con
ficerem vinum, & maximè quia ſumus in tem-
pore conuenienti, vellem vt ſumeret muſtum al-
bum, in quo aliquid aquæ imponeretur: & appo
nerem radicem pæoniæ, betonicę, folia ſaluiæ, ro-
riſmarini: item folia ſenæ propter humores adu-
ſtos, & alia quæ reſpiciunt hos humores, & om-
nia ſimul ebullirent, & conficiatur vinum, quo
poterit vti.

D Iſta hîc poſita non ſunt ingrata, non ſunt ama-
ra, & ſunt appropriata pro tali morbo ſanando:
oxymel cauerem, ſed mel ſcilliticum non noce-
ret: non enim ita penetrat, vt acetum ſcilliticum.
Laudant pæoniam ob ſingularem quandam oc-
cultam vim. Ego tamen ſæpè eam exhibui, ſed
ſemper coactus ſum ad alia remedia deuenire,
nec vnquam ita efficacem expertus ſum. Tamen
detur, cùm non poſsit obeſſe. Et hæc ſufficiant.

E
IOAN. CRATO LECTORI S.

*INſtitueram emendare conſultationem, quæ præceſſit: verùm quum hæc noſtris confer-
rem, ita diſcrepare inter ſe animaduerti, vt
operæprecium me facturum exiſtimarem, ſi ea
potius, quæ & puriori ſermone, & meliori or-*
F *dine ſcripta erant à Hieronymo Schreibero,
viro longiori vita digno, ſubijcerem, quàm in
corrigendo laborem ſumerem. Boni igitur hoc
conſulent rei Medicæ ſtudioſi: quòd eadem bis
edimus: & ſi fortè idem mihi alibi inopinanti
accidit, exiſtiment in tanto conſiliorum nume
ro, & exemplariorũ, quæ conferenda fuerunt
diuerſitate, vix potuiſſe fieri, quin aliquid
ſummum diligentiæ ſtudium effugeret. Certè*
G *in eodem colloquio, ita alij aliter quædam ſcri
pſerunt, vt vix eodẽ tempore dicta in pruden
tiſſima & attentiſſima obſeruatione agnoſcas.*

CONSI-

CONSILIVM LI.

Pro Magnifico Vicentino epileptico, Annorum 45. Referente Frachanziano.

VXIT vxorem pulchram annorum ſeptendecim: cum ea inordinatiſsimè vixit: cibis vſus eſt groſsis, caulibus carne porcina, caſeo, tortis ex caſeo factis, vigilans noctu, & obambulans ſæpè: die poſtea dormiés, ſequuta indè imbecillitas vētriculi, cùm eſſet antè robuſtiſsimus. Senſit cruditates etiam quatuor aut quinque horis poſt cibum. Poſtea profectus Mediolanum, incurrit in eriſipelen cū febre tertiana, quæ eum à vigeſimo ſecundo anno infeſtauit, ita vt interdum ſingulis annis ſemel aut bis vexaretur. Nunc triennio eam non habuit. Imbecillitas ventriculi durauit, ita vt manè expueret multum pituitæ. Laborauit etiam vertigine: vixit ſemper delicatè, ſine curis. Sed hoc anno curis oppreſſus eſt, vnde in Iulio quadā nocte cum eo veſpere & comediſſet & bibiſſet benè, ac dormiret, videbatur ſibi moriturus, ac in ſomno etiam clamauit commendans ſe Deo: inde cum capite ex lecto decidit, ita vt pedes ſuprà in lecto manerent. Filij accurrentes & ſubleuantes eum, viderunt ſpaſmos & ſpumam circa os. Medicus, adhibito clyſteri, ſecta vena, & extractis ferè quindecim vncias ſanguinis, præſcriptoque victus regimine, reſtituit eum, exiſtimans ſe apoplecticum reſtituiſſe. Vixit poſtea ſatis ordinatè: ſed vna die per ſolem & æſtum equitās, & poſtea cum operariis rationibus ſumendis laborans, cōſimilem rurſus paroxyſmum habuit, qui tamen tantùm quartam vnius horæ durauit partem: cum clyſteri ſine ſectione venæ eum liberaui, nūc à veſtra excellentia conſilium quærit, & integrè curari cupit.

MONTANVS.

Quod compertum eſt & conſtat in hoc collegio, eſt, quòd Magnificus Dominus patitur epilepſiam, quod ex ſyndrome, & omnium ſignorum concurſu colligitur. Intelligimus enim ex duobus ſymptomatibus, videlicet quòd perpeſſus ſit priuationem ſenſus & motus, contractionem & ſpaſmum totius corporis, & ſpumam circa os: quæ omnia nulli alij morbo conueniunt, q̄ epilepſiæ. Quare de hac non dubitandum. Suppoſito hoc morbo vel ſymptomate (non enim de vocabulis hic difficultas erit) ſi volumus curare, oportet prius diſtinguere cauſas epilepſiæ. Epilepſia eſt ſpaſmus & contractio ventriculorum anteriorum cerebri, ad quam ſequitur ſpaſmus omnium membrorum per conſenſum neruorum, ac diminutio ſenſus & motus. Quando dico obſtructionem, intelligo imperfectā: quia in hoc differt ab Apoplexia, quę eſt perfecta obſtructio. Eſt ſpaſmus: ergo eandem quam ſpaſmus diuiſionē habet. Eſt autem ſpaſmus triplex, cum materia, ſine materia videlicet à ſiccitate, & non proportionatus ad materiam. Ita Galenus tertio de Locis affectis, tres cauſas epilepſiæ nominat, vel à materia obſtruente per conſenſum, vel eſſentiam, vel ab aura, vel ab aere.

A In hoc igitur differt à ſpaſmo, quia nulla epilepſia fieri poteſt à ſiccitate: non enim poteſt cerebrum eò vſque exiccari, vt conſequatur contractio vētriculorum, ſed oporteret antea mori hominem. Deinde epilepſia ſemper fit ſubitò: ſed exiccatio non fit ſubitò, ſed per partes ſucceſsiuè: Ergo epilepſia non fit à ſiccitate. Epilepſia igitur vel fit à materia, quod omnes concedunt: vel ab aura, vel aere, & vt Arabes ducent ex Galeno, ex ſententia Pelopis ſui præceptoris, qui tertium genus **B** poſuit, quando aſcendit à membris inferioribus, vel aura aliqua, vel qualitas ſimplex. Aura, eſt ſpiritus vel flatus, qui ſua qualitate mordicat, & cōtractionem facit: vel qualitas ſimplex. Et quod hoc fit poſsibile, Galenus longo proceſſu docet & probat. Primò, qualis nam poſsit eſſe materia veneni, quæ ex ictu phalangij animalis minutiſſimi ſubitò perrepat totum corpus, & interdum interficiat: ac oſtendit id in virtute & qualitate tale eſſe, non in quantitate aut materia. Secundò, **C** quòd ventriculi cerebri contrahi poſsint, nō tantùm à materia, ſed & à qualitate mordicante, probat ratione. Videmus in neruis, quando eſt ſpaſmus non proportionatus ad materiam: item pulmo etiam ita contrahitur, & excitat tuſsim ſine materia, quando vel à calido, vel à frigido paſſus eſt alterationem. Poteſt igitur fieri cōtractio tam vniuerſalis quàm particularis etiam à qualitate mordicante & ſoluente continuum. In hoc Magnifico Dominō nōn eſt à qualitate aliqua, quia **D** nōn prȩceſsit cauſa, cur quātitas aliqua venenoſa ſit in hoc corpore, vnde eiuſmodi aura aſcendat. Eſt igitur à materia. Sed vbi fit à materia, rariſſimè aliter fit, quàm à pituita, vt ſæpe Galenus teſtatur: vbi fit epilepſia, fit ob materiam craſſam, viſcoſam, & obſtruentem. Sed non credendum eam eſſe ſimplicē, quia rarò reperiuntur, niſi miſti humores in humano corpore. Credo igitur fieri obſtructionem ventriculorum à materia pituitoſa, craſſa & viſcoſa, vel aſcendente ab inferio- **E** ribus membris, vel eſſentialiter etiam exiſtente in ventriculis ipſis, ratione cuius virtus conſurgit ad expulſionem. Habemus igitur morbum, videlicet obſtructionem: ſymptoma, epilepſiam: & cauſam, materiam pituitoſam: non auſim dicere ſolam, ſed facillimè conceſſerim Clariſsimis Doctoribus, adeſſe aliquid materiæ aduſtæ in tali præſertim corpore. Sed vtrum talis materia in cerebro generetur (quia hoc ad curam & prognoſticum valde attinet, an ſit morbus primo- **F** genius, vel per conſenſum, vel vtrunque) an ab aliis membris mandetur? Credo vtrunque concurrere, quia totum corpus præparatum ad hoc ſymptoma, & omnes fluxiones. Primò enim mandantia membra ad hoc ſunt diſpoſita, ventriculus ob inconcoctionem generat pituitam, quæ parata eſt euaporare ad cerebrum. Scitis enim quanta ſit connexio inter ventriculum & cerebrum: Hepar calidum, ergo & totus ambitus venarum: quia orta atteſtantur ſuis principiis: **G** Ergo huius etiam ratione ad fluxiones paratum. Hepar generat ſanguinem calidum & bilioſum, ex quo vapores multi, quia ſua natura aſcendunt & petunt caput. Deinde viæ etiam latæ admo-

dum, communes, œſophagus & arteria. Eſt enim corpus quadratum & ampliſsimum, & in omnibus membris robuſtiſsimum. Ergo & viæ tales ſunt interius, calidi enim eſt dilatare. Præterea membrum recipiens debile eſt, & aptum ad recipiendas ſuperfluitates & excrementa, quia calidum & humidum. Ergo ſemper abundat excrementis, & materia non tantùm in capite generata, ſed quę ab aliis etiam membris inferioribus, & præcipuè ventriculo eò deuenit. Sed in capite etiam generatur, quia humidum, & materia aſcendens ex ventriculo ſuffocat calorem naturalem, vt nec alimentum proprium conficere, nec excrementa pellere poſsit. Ita vndequaque multiplicantur incommoda: & fit vt partim per eſſentiam, partim per conſenſum ſit morbus. Et ſic habemus primò, quòd epilepſia ſit facta à materia corpulenta, frigida, pituitoſa, & aliqua parte materiæ aduſtæ aſcendentis ab hepate & toto ambitu venarum. Patent & loca mandantia & recipientia.

Accedunt etiam cauſæ extrinſecæ. In omnibus ſex rebus non naturalibus perpetuò deliquit: prætermitto febres, eriſipelas, vertigines, quæ præceſſerunt. Primò deliquit in aere, noctu obambulauit ſæpe hoc æſtiuo tempore, & maximè calido: equitauit in puluere, æſtu ac feruore: colliquauit materiam plurimam violenter. Sic de repletione & inanitione: imò die præcedenti paroxyſmum, comedit varia genera ciba-riorum, & biberat quinque vel ſex genera vini. Acceſsit immoderata Venus, & reliqua omnia, vigiliæ: tandem patiebatur ſæuiſsima animi accidentia, quæ multum faciunt ad epilepſiam. Noui duos vel tres parciſsimè & ordinatiſsimè viuentes, qui epilepſia mortui ſunt, propter ſolas animi curas: inter quos fuit, felicis memoriæ Marcus Antonius Cornelius Venetus. Ita tandem facta magna impreſsio, quę non fit à facili cauſa, ſed maxima, penitus proſternente virtutem cerebri. nam venena principalia habēt virtutem magnam valde reſiſtentem contrariis: ergo neceſſe eſt eſſe materiam multam, cùm præſertim intra vnius menſis ſpacium duos perpeſſus ſit paroxyſmos: nec adhuc tuti ſumus, quia interim etiam vertigines ſenſit. Tales cauſæ corporeæ & ſimplices. Quid poſſum dicere? Corpus calidum fuit & eſt, vt ſatis apparet: ſed in qualitatibus paſsiuis quale fuerit, non facilè dixerim, quia continuò corpora mutantur: ex humidis ſicca fiunt, & ſicca interdũ pingueſcunt, prout vel exercentur multum, vel bene & in ocio viuunt.

Calor ille reſolutus eſt multo coitu inordinatoq; victu, atq; ita alteratum totum corpus. Quia igitur membrum nobile ſubitò oppreſſum eſt à morbo maximo, qui ob magnitudinem Sacer appellatur, idq; non fit niſi à validiſsima cauſa, ita vt penitus deſtruatur propria natura, nec reſtitui facilè poſsit ad priſtinum ſtatum. Ergo nõ poſſum niſi timere, etiamſi duos tantùm paroxyſmos habuerit, & alterum leuiorem. Oportebit igitur vigilare & ſemper in cura eſſe.

Cura. Quia morbus materialis, ex intemperie cum materia. Primò materia abſcindēda, etſi im-

A preſsio facta eſt eſſentialiter in membro, ea remouenda, materia euacuanda. Continetur autem ea partim in ventriculo, partim in cerebro, omnia euacuanda: ſed ab eo incipiendum, quod propriè generat. Primò miſsio ſanguinis pro euacuatione materiæ, quæ eſt in ambitu venarum facta eſt copioſè ante menſem: & bene conſiderant clariſsimi Doctores, eam nõ amplius neceſſariam, quod color ſatis indicat.

Accedamus igitur ad euacuandam materiam, B quæ pituita eſt: datum eſt digeſtiuum, materia etiam concocta cum iis, quæ concoquunt humorē craſſum, pituitoſum & melancholicum: nũc danda medicina euacuans. Sit ea, vel pillulæ cocchię, vel confectio hamech, vel medicamentum arte confectum, in quo agaricus, colocynthis, epithymum, folliculi ſenæ, polypodium: nunc omitterem elleborũ, & leuioribus contentus eſſem. Primò, nec æqualis vis eſſet euacuantium pituitam & melancholiam, ſed fortiora pro pituita darem. C Poſt euacuationem, quia vna non euacuabit: detur aqua balnei, quæ euacuabit per vrinam, ſeceſſum & halitum: & corroborabit etiã ex parte ventriculum, quæ eſt ſecunda noſtra intentiõ. Euacuato toto, caput euacuandum venit ante ſtillicidium: non tantùm cum maſticatione ſimplicis maſtichis, ſed cum ſtaphiſagria, pipere, vel dictamnõ Cretenſi, & emungendum aliquid leniter per nares: & ita præpararem caput particulari euacuatione ad ſtillicidium, quod ipſum auertet ma-D teriam & caput corroborabit.

Ratio victus attenuans erit, vt Gal. proponit in conſilio pueri epileptici. Vnum proponam, quod omiſſum eſt à veſtra excellentia. Vtrum debeat dari vinum, quod infeſtum eſt epilepſiæ, propter euaporationem: & quia ſubtiliat & conducit alios vapores ad caput. Si igitur videretur, exhiberem aquam coctam aniſo, cinamomo & zuccaro, quæ haberet vim cõcoquendi per tres menſes: poſtea darem vinum album tenue, & medicatum cum E radicibus pæoniæ, betonica, ſaluia, roręmarino. quæ omnia ſine amaritudine, aut ingrato ſapore confortant caput: item cum folliculis ſenæ propter humores aduſtos. Oxymel cauerem, ſed ſcilliticum non noceret: item theriaca prodeſt. Cauteria plurimùm conducent. Noui nobilem etiam ſenem ex ſolis cauteriis curatum. De paroxyſmo quomodo reprimendus, nihil dico, quia & à V. Excell. præteritum eſt.

F

CONSILIVM LII.

Ad ſpaſmum, ex retentione vrinæ, & vigiliis.

NOBILIS quidam Vicentinus, ex inordinato regimine in cibo & potu, ante nouem annos in ophthalmiam inciderat, cum exulceratione crurum: curatus à Frachanzano, & nihilominus inordinatiſsimè viuens, ex cibis craſsioribus & multo vſu caſei, G quo mirificè delectabatur, in calculum incidit ſatis grauem, vt ſubinde excerneret lapides: iam demũ ante menſem incidit in omnimodam ſuppreſsionem vrinæ, ita vt intra menſem totum vix

ſex

ſex cyathos vrinę emiſerit, quanquam multa fuerint exhibita, vt ſyrupus de radicibus, & daucus Creticus. Cum per ſedecim dies autem integros nihil omnino vrinæ reddere poſſet, nunc per tres dies rurſus habuit vrinam tam crudam & turbidam, vt mirari aliquis meritò poſſet. Porrò per nouem dies continuos vigilauit, ita vt in conuulſionem totius corporis, cum febri & amiſsione vocis inciderit, & nunc patitur continuam contractionem omnium membrorum. Habuerat autem ante aliquot dies vomitum copioſum ex materia pituitoſa & bilioſa, ac item fluxum ventris. Cùm igitur tantum eſſet periculum, petiit deliberationem reiici in diem inſequentem: ſed vt tūc etiam aliquid adhiberetur, eſt clyſtere ordinatum.

℞. Centaurij minoris
Anethi
Chamæmilæ ana M. j.
Parietariæ M. ij.

Fiat decoctum in iure pulli, deinde addantur

Olei anethini ℥ iij.
Mell. roſ. ℥ ij.
Hieræ picræ ʒ vj.

Miſceantur pro clyſtere. Deinde actum eſt de phlebotomia. Montanus omittere malebat, propter tempus frigidum, & virtutem oppreſſam à materia craſſa, & frigida. Sed quia Frachanzanus & alij vrgebant, qui ex prioribus viſitationib. virtutem conſtare affirmabant: illis quantumuis inuitus conceſsit, quòd non ſit præſtantius remedium in ſpaſmo, quàm miſsio ſanguinis, ſi virtus & reliquę circumſtantię concedant. Vngatur autem totum corpus cum hoc vnguento.

℞. Olei anethini ʒ ij.
Chamæmelini ℥ j.
Olei dē ſpica ſimp. ℥ s.
Adipis anſerini, ſine ſale ℥ j.

Miſce, & fiat linimentum. Et quia de ſingulari cordis languore conqueſtus eſt, ordinauit hoc pro corde linimentum.

℞. Specierum chordial. ʒ ij.
Vnguenti roſati Meſuæ recentis ℥ j.
Ambræ
Muſci ana gr. j. Miſce.

Ad confortandum cerebrum iuſſerunt inſpergi hunc puluerem capiti.

℞. Ladani electi ʒ iiij.
Spicæ
Stœchados
Maioranæ
Roriſmarini
Aſari ana ʒ j.

Puluerizentur minutiſsimè, & inſpergantur capiti. Pro potu hæc accipiat:

℞. Cinamomi electi ʒ ij.
Aniſi ʒ iij.
Sacchari ℥ iij.

Decoquantur in aquæ communis ℔. vj. ad horam integram, & bibat. A vino abſtineat, diæta vtatur tenuiſsima, & attenuante.

CONSILIVM LIII.

De diuerſis diſpoſitionibus præter naturam, cū metu futuræ apoplexiæ, pro illuſtriſſ. Duce Bauariæ. Datum anno 1546.

PROBABILE admodum eſt, Magnificum hunc & nobiliſsimum virum à natiuitate laudabilis fuiſſe temperaturæ, neque in corporis compoſitione deliquiſſe: audio enim & bono habitu conſtare, ſemperque conſtitiſſe, & eſſe carnoſum, rubei ac floridi coloris, hilarem, ingenioſum, prudentem, & rebus agendis idoneum. Quæ quidem
B indicant, non tantùm corporis temperaturam bene habere, ſed membra quoque omnia principalia in idem exquiſitiſsimè conſpirare. Si quo igitur morbo vel laborat, vel hactenus laborauerit: non eſt, iudicio meo, vitio corporis, ſed victus rationi tribuendum. Cum tamen calidioris hepatis ſit, plurimumque ſanguinis generet, parumque exerceatur, & lautiſsimè viuat: non eſt poſtea mirum, ſi ex redundantia in varias ægritudines ſemper inciderit, & primò in adole-
C ſcentia in tertianas febres, & icteritias, ob feruorem ætatis, bilis copiam, & malam victus rationem: deferueſcente autem ætate, dum calor non ita acris adeſſet, frigidiores poſtea morbi inuaſerunt, vt teſticulorum, calculi renum, iliaci affectus, vlcera crurum erodentia propter humorum aduſtionem: & nunc cùm tantùm ſit in primo ſenio conſtitutus, totque morbis ſubiiciatur, periculum eſt, niſi exquiſitiſsimè ſibi caueat, & præcaueat, atque iterum caueat, ne in apople-
D xiam tandem etiam incidat, aut ſubitò ſuffocatus intereat, præcipuè cùm videatur hoc illi eſſe hæreditarium ob ſimilem patris interitum. Oportet igitur, vt tanquam prudens & temperantiſsimus vir muniat ſe, atque ab imminentibus periculis ſe cuſtodiat: quod non ita difficile efficiet, ſi ratione & fideli medico velit obtemperare. Neque enim, vt prius dicebamus, vitium aliquod naturale in hac corporis ſtructura eſſe opinamur: ſed ſola deprauata victus ratione contractum.
E Incipiet ergo à fundamento ſolido & neceſſario, vbi tandem totam præſeruationem, totam etiam curam inueniet, ſine quo nihil exequi poterit, & quo ſolo omnia facilè exequetur. Fundamentum illud eſt, vt in ſex rebus non naturalibus, quantum fieri poteſt, nihil delinquat. Exercitiis vtatur moderatis: euitet omnis aeris exceſſus, omneſque animi moleſtias: quotidianam alui excretionem procuret: ſomnum meridianum effugiat, omninoque ad vigilias potius declinet:
F ſed pre reliquis omnibus cibum & potum moderetur. Caueat ab aromatū vſu, qui mos apud Germanos plus nimio viget. Vnico cibo contentus ſit, ferculorumque ac omnium eſculentorum copiam euitet. Ideo à lautis menſis, & communi nobilium cōuictu, & compotationibus quammaximè poteſt abſtineat. Iuniores carnes comedat, ſicut hœdorum, vitulorum lactentium, pullorum, perdicū: oua etiam recentia & ſorbilia concedun-
tur. A piſcib. leguminibus, paſtilibus, lacticiniis,
G rebuſq; omnibus frictis abſtineat. A vino quammaximè abſtineat: in vino enim omnia ferè inueniet detrimenta, ſuarumq; omnium ægritudinū fomenta. Sit ergo vinum vel nullū (ſi fieri poteſt)

A loco cuius vtatur vel ceruiſia : vel, ſi vinũ admit-
tit, neq; ceruiſiam toleret, ſit ſaltẽ vinũ dilutum,
pauciferum, clarum, ſubtile, & modica admodum
quantitate ebibitum. Quantum ad id quod quæ-
ritur, vtrum quemadmodum conſueuit, ſit in illo
ſingulis annis ſecanda vena : dicimus, ex quo ha-
ctenus conſueuit, nõ protinus eſſe deſueſcendũ.
Sed ita viuet, quemadmodum à nobis eſt inſtitu-
tum, non aggregabit ea excremẽta, quæ indigeat
tanta miſsione ſanguinis : & tunc poterit paula-
B tim ab annua venæ ſectione deſueſcere, pręſertim
maturiori ſuccedente ætate; in regione frigida &
Boreali. Ad ſecundum quæſitum, vtrum vlcera
crurum ſint præſeruanda nullis factis cauteriis,
quæ vulgus fontanellas appellat. Reſpondemus,
cum iam natura aſſueuerit ad eas partes excre-
menta corporis, & ea quidẽ acerrima & peſsima
tranſmittere : ſi defluxus huiuſmodi intercipere-
tur, fore hoc cum maximo ægri diſcrimine. Sæpè
enim vidimus, & habemus parata exempla mul-
C torum, qui ex crurum emanantium ſanatione &
exiccatione in apoplexias, & pernicioſiſsimos
morbos inciderint. Laudamus igitur cauteria in
vtroq; crure loco cõſueto in parte exteriori qua-
tuor digitis infra genu, euitando chordas, & loca
neruorum, ritè eſſe facienda. Et vbi cauteria huc
modo peracta deſtillare, ſaniemq; emittere ſatis
copioſè incœperint: tunc niſi vlcera ſponte ſa-
nentur (id enim frequenter fieri ſolet) arte Medi-
ci nequaquam ſananda eſſe conſulimus. Ad ter-
D tium quæſitum, quódnam Thermarum genus il-
li conueniat. Reſpondemus, iudicio noſtro om-
nes calidas Thermas ab illo quammaximè eſſe e-
uitandas, quales maximè ſunt ſulphureæ, nitro-
ſæ, bituminoſæ, aluminoſæ: æneæ verò, & reliquę
huiuſmodi, in quib. tamẽ ferri minera prædomi-
natur, ac conſequenter frigidæ ſunt & ſiccæ, harũ
vſum ſummoperè laudamus : hepatis enim, re-
numq; ac dorſi feruorẽ contẽperabunt, per vrinã
excrementa corporis expurgabũt, corpusq; totũ
E ſua adſtrictione corroborabunt. Debet autẽ hoc
corpus ita præſeruari, vt bis in anno, Vere inquã
& Autumno, exquiſitè purgetur pharmacis, bilẽ
præcipuè & pituitam purgantibus. Inter quæ o-
mnibus ego prætulerim confectionem hamech,
ſyrupo roſaceo ſolutiuo admiſto. Et quoniã à me
requiritur, vt particularis modus purgandi tra-
datur, licet hoc præſentibus medicis eſſet dimit-
tendum: nihilominus, vt amicorum deſiderio ſa-
tisfaciam, particularem purgandi formam expo-
F nam. Ineunte igitur Vere circa primũ Lunæ qua-
dram, manè hora ante prandium, xij. ʒ floris caſ-
ſiæ in bolo confectas exhiberem, ac die ſequenti
ſyrupum infraſcriptum propinarem, qui habet:

R. Syrupi acetoſi ſimp.
Syrupi de ſucco limonum ana ℥ j.
Decocti acetoſæ
Seminum citri
Carnis citrangulorum, vel aranciorum
cortice dempto ℥ iiij.

G Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Sumptis ſeptem
ſyrupis, pharmacum accipiet, quod ita habebit:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſacei ſolutiui ℥ iiij.

A Cum modico aquæ acetoſæ fiat potus. Sumat
in aurora cũ cuſtodia : poſtea vtatur ſaccharo ro-
ſaceo per plurimos dies, quod etiam laudo, vt fa-
miliare habeat. Sanguis autem mittatur è vena
baſilica dextri lateris, poſt exhibitionem ſecundi
ſyrupi, tertio ſcilicet die ab aſſumpta caſsia. Quan
titas ſanguinis eſt pro virium ratione metienda.
Autumno eandem prorſus euacuationem repe-
tet, excepta ſanguinis miſsione. Quantũ ad aſth-
ma attinet, illud, vt audio, merũ fuit ſymptoma,
B ob retentionẽ materiei cõſuetę ad crura defluere:
hoc enim tantùm proximo anno inuaſit, dũ cru-
rum emanatio detenta eſſet. Propterea emanãti-
bus cruribus crediderim non ſuperuenturũ aſth-
ma : ſi tamen cõtingeret, in paroxyſmo quamma-
ximè eſſet abſtinendum à cibo & potu. Sorbitio
tamen paulatim, & per interualla exhibẽda eſſet,
modò aquæ mulſæ cum hyſſopo decoctæ: modò
cum oxymelite, eodẽ hyſſopo adiuncto. Erectus
maneat, neque omnino iaceat ſupinus, vbi ſpirat
C aer liber, frigidus, minimè ſuffocans. Illinat pe-
ctus & thoracem totũ tam anterius quàm poſte-
rius linimento ex adipe anſeris, butyro, oleo amy
gdalarum amararum confecto, adiuncta particu-
la croci. Procuret etiam cum clyſteribus acutis al
ui lenitionem : ita enim euacuabit & auertet ma-
teriam. Declinante paroxyſmo poſſet agarici prę-
parati drachmas duas deglutire ſiue in forma pil-
lularum, ſiuę ex melle roſaceo collectum, ſiue di-
lutum aqua betonicæ, vel hyſſopi & ſimilium.

D

CONSILIVM LIIII.

De diſpoſitione Apoplectica.

HEBRAEAE laboranti febre quotidiana
ſymptomata ſuperuenerunt, vt nec lo-
qui poſſet, nec ſe cõmodè mouere. Erat
autem mulier pinguis, neutiquam iu-
uenis. Metuebat D. Montanus, ne eſſet ſpecies A-
poplexiæ. Itaq; ſtatim ordinauit.

R. Mithridatij optimi ʒ j.
Sacchari roſacei ʒ ij.

E Fiat bolus, & exhibeatur. Et ſuperbibat vini
Maluatici optimi admiſti cũ aqua roſacea, æquali
pondere, quantũ capere poſſunt tria cochlearia.
Quòd ſi accipere nollet, ſolo Mithridatio fauces
& os bene illinatur. Tẽpora itẽ & nares exciten-
rur caſtoreo poſt veſperã. Poſtea vtatur clyſteri.

R. Hieræ picræ
Benedictæ ana ʒ iiij.
Mellis roſati ℥ iij.

F Miſce cum decocto ſequentium.

R. Artemiſiæ
Maioranæ
Chamomillæ
Anethi ana M. j.

Decoquantur omnia in iure, & cum prædictis
El. miſceantur. Hoc repetatur bis aut ter, ſecun-
dum exigentiam.

CONSILIVM LV.

De Paraplexia.

G NOBILIS quidam Veronenſis, annos
natus circiter 50. ante menſes aliquot
patiebatur memoriæ diminutionẽ, ita
vt aliquando non recordaretur, quid

ante

ante horam egerat. Et accepimus ab amicis eum paſſum ante annum tremorem manuum, & brachiorum, ſimul & crurum. Excellentiſs. D. Môtanus coniecit eſſe paraplexiã, quòd ſenſum & motum interdum per horæ fortaſsis ſpacium amiſerat: cumque nihil feciſſet interea temporis, quod profuiſſet ad curationẽ, ita eum aggreſſus eſt. Primò purgetur hoc modo:

R. Specierum hieræ ʒ ij.
Electuarij lenitiui ʒ j.
Cum ſaccharo fiat bolus.
Pro ſyrupo.
R. Polypodij ℥ iij.
Liquiritiæ raſæ ʒ iiij.
Seminis citri ℥ j.

Decoquantur in tribus ℔. aquæ fumiterræ, ad conſumptionem tertiæ partis: inde facta diligenti expreſsione.

R. Huius decocti ℥ vj.
Syrupi infuſio. roſa.
Syrupi de Betonica ana ℥ j.

Miſce ſic pro vno & pro aliis. Poſt ſecundum ſyrupum mittatur ſanguis ex baſilica dextri lateris: idq; propterea, quia habere conſtat eum venas ſanguine turgentes.

Hæc obſeruata ſunt in viſitatione quadam Veronæ, Anno M. D. XLV. die 30. Mar. Nec curatio iſta eſt abſoluta ab excellentiſſimo Montano, ſed poſtea huic ægro præfuerunt alij Medici. Quia verò quidam paraplegiæ potius quàm paraplexiæ voculam vſurpandam putauit, commonſtrare ei locum Galeni, qui eſt in primo Prorrh. Com. tertio volui, cùm inquit : τὴν παραπληγίαν τοιοῦτον πάθος ὑπάρχειν ἑνὸς μορίου τοῦ σώματος, ὁποῖον ἐστιν ἡ παραπληξία τοῦ παντός. *Hîc videt Galenum totius corporis affectionem paraplexiam appellare, paraplegiam autẽ partis.*

CONSILIVM LVI.

De præſeruatione ab Apoplexia & Paralyſi, ac præcipuè de curatione dolentis brachij, repletionis capitis, à qua grauitas auditus, item catarrhus, &c.

REVERENDISSIMVS Antiſtes ſibi côſulere cupiens, quærit non tantùm curationem ſymptomatum, quæ iam patitur, & quæ tamen leuia ſunt: ſed etiam tanquam vir prudens, quomodo poſsit præſeruari. videt enim hæc ſymptomata eſſe prenuncia ſæuarum ægritudinum: & in hoc rectè & ſapientiſsimè iudicat. Conſiderandus habitus corporis iſtius Domini, & ſymptomata, quæ ſunt prænuncia futurarum ægritudinum. Diſpoſitiones præter naturã, quas nunc patitur, ſunt leues. Afficitur enim brachium dextrum leui quodam dolore: imò nô eſt dolor, niſi poſt eius inſignem motum. In reliquis non laborat, & ideo non multum curat quod nunc eſt, ſed quod futurum. Conqueritur etiã de grauitate aliqua auditus in parte dextra: in reliquis nihil habet præter naturam. bene dormit, bene comedit, egerit, & exercet operationes omnes inculpatas. Dicebat quidem ſe habuiſſe quædam ſymptomata circa ventriculum, ſed nunc de iis nô conqueritur. Sunt tamẽ hæc ſym-
A ptomata conſideranda, & redigenda in ſuas cauſas: quia ſunt prænuncia grauiorum morborum. Primò dolor in brachio. Locus illius triſtis ſenſationis eſt varius. Primò eſt perioſtiũ, id eſt, membrana continens os illud inter iuncturam & iuncturã, qui dolor eſt neceſſariò in mẽbrana: nã os non ſentit. Itẽ percipit dolorẽ in vtraq; iunctura. Cauſæ quæ? Hîc non eſt abſceſſus, nô eſt ſolutio continui: ergo in complexione eſt morbus. Sed morbus in complexione eſt duplex: cum materia
B & ſine materia. Audiuimus à Reuerendiſsimo, quemadmodum conſueuerit vti regione calida, in quarto ſcilicet climate, ſed etiam in ſitu prope mare. Acceſsit in ſextum clima, imò in finem ſexti climatis, ſcilicet Tridentum, vbi mutauit aerem per duo climata: ſed etiam ſitum planè contrariũ, quia Tridentũ eſt maximè Borealibus ventis expoſitum, & regio ſua eſt expoſita Zephyris & meridionalibus ventis: & ita aer Luſitanus eſt totus contrarius aeri Tridentino. Hic aer multum po-
C tuit in corpore præparato, id eſt, ſenili. Et licet aliquam habuerit laſsitudinem ex alapis ſæpe replicatis in confirmatione: tamen quia per vndecim poſtea dies ſequentes ſemper fuit ſanus, ideo nô credo ego eam debilitatem eſſe factam propter illum motum, ſed potius propter aerẽ. Nam ſemper vnam partem magis exponimus aeri frigido quàm aliam, vt fieri ſolet: & ſic illud perioſtium & membrana, quia frigida, facilè potuit affici & lædi ab aere frigidiore & inſueto: & in habẽtibus
D ſymbolum, facilis eſt tranſmutatio, & ſic credo quòd ſit facta & impreſſa complexio frigida ſine materia: & hæc ſubita alteratio ad contrarium fecit illum dolorem. Et hæc complexio frigida impreſſa in membrana non facilè recipit curationẽ: quia membrana recipiẽs impreſsionem aliquam, amittit calorẽ naturalem & proprium, per quem natura operatur & curat morbos, & ita eſt debilis & tunc contingit, quod ſemper ſolet contingere. Vbi enim aliquod membrum ad aliquã intempe-
E riem, & plerunq; frigidam mutatum eſt, non poteſt fieri côcoctio, vt oportet, illius alimenti proprij: & ſic multiplicatur materia cruda circa locũ, & fit membrum illud rheumatizans, non quòd aliunde defluat materia, ſed quòd excrementa redundent in eo ratione incococtionis propter intemperiem. nam qualis eſt complexio membri, talis eſt concoctio. Et hæc excrementa etiam non facilè difflantur, quia membrũ eſt frigidũ, & ideo aggregatur materia. Ergo ſi quæratur à me, qualis
F ſit complexio introducta in membro præter naturam: dico, quòd complexio frigida, ſine materia à temperie aeris frigida: qua complexione ſtante, abundant etiam materiæ per viam inconcoctionis. Et ſic ſunt duo: primum, intemperies in parte: ſecundò materia, & illa materia etiam eſt compreſſa ad partes laxiores & frigidas, & ſpacioſas, vt ſunt iuncturę, quod ſæpe euenire ſolet: & ſic patitur dolorem in variis locis, atque ita etiam iuncturæ ſunt repletæ. Et quòd hæc mate-
G ria non defluat aliunde, probatur. nam modicum eſt nutrimentum, quod deuenit ad membrum, & ſic eſt etiam paucum excrementum: & ideo non eſt magnus dolor, & illa vaſa non extendun-

tur, & muſculi & chordæ & nerui magis infrigidantur: & hæc eſt cauſa illius difficultatis motus. Et hâc credo eſſe potiſsimá cauſam illius doloris: primò, frigidá impreſsioně & intemperiẽ: ſecundò, materiam aggregatá per viam incõcoctionis, quæ tamen eſt pauca: quia nullũ facit tumorem, nullum abſceſſum. Quòd ad alia membra, an à capite defluat materia ad locum per viam catarrhi? Nõ credo ego quòd catarrhus defluat ad illas partes, quia ſi ſemel incipere ille fluxus, & cum plurima pituita ſit in capite, credo quòd illi brachiũ longè ſęuiora accidentia pateretur: & ſolent fieri vt podagræ, paralyſes, morbi articulares, &c. Sed cũ ille viuat, comedat, & exerceat operationes vt alij ſani, & aliud nihil perſentit: credo quòd non ſit defluxus catarrhi ad illas partes, ſed quòd ſit tantùm materia aggregata per viam excrementi propter imperfectionem concoctionis, & debilitatem illius membri. Præterea conqueritur reuerendiſsimus Dominus ſe habere catarrhũ copioſiſsimum, quòd plurimũ expuit, & plurimum excernit per nares, & ſentit difficultatẽ auditus. Credo hoc factũ eſſe ex cauſis procatarcticis. Ná in die ſynodi per horas 13. continuas vacauit ſtudiis, vt audio: & ex hoc ſtudio ſi nihil aliud eſſet, poſſent fieri cruditates in vẽtriculo, & etiá in toto ambitu corporis: nam hepar non corrigit coctionis primæ vitium, & hinc plurimi vapores aſcendunt ad caput, & maximè cũ caput laboret in ſtudiis. Ideòque ſtudioſi plerunque habent debilem ventriculum, quia vbi actio, ibi calor (nam eſt tantùm vnus calor) itaq; cum capite laborant, deſtituitur ventriculus calore & ſua operatione, & ſic replentur capita, quia plurimùm laborant capite: vnde plurimi vapores attrahuntur ad caput, qui non poſſunt difflari, quia reſoluitur calor cerebri ex multis laboribus, & inde tales ſtudioſi ſemper habent caput repletum. Talis eſt etiam temperatura naturalis huius reuerendi Domini: ná habet hepar calidũ, quod teſtantur venæ amplæ, multitudo carnis: & cùm ſit educatus in regione quarti climatis, vbi calores intenſi, & ſunt ibi homines nigri: ipſe tamen abundans eſt ſanguine bono & naturali, & habet colorẽ floridum etiam in ſenio: & ideo eſt quidem caliditas in hepate, ſed non adurens: propterea generat plurimùm ſanguinis: vnde ſtatuo habere eum hepar calidum & humidum. Qui aũt hac temperatura hepatis ſunt præditi, in his plurimi vapores eleuantur, ſi in vllis aliis temperamentis: & ſic & ratione temperaturæ in hepate habet hoc, quòd ſit ſubiectus repletioni capitis: & hic catarrhus non ſolùm Tridenti, ſed etiam in propria regione generatus fuit: & hinc plurima materia illius catarrhi deuenit ad dẽtes. Eſt in primo ſenio, quod incipit à ſeptimo ſeptenario, id eſt, anno quadrageſimo nono, quia agit annum quinquageſimum quintum, & ideo nondum debebant cadere dentes: & dentes illi etiam ſunt corroſi, & hoc indicat continuum catarrhũ, erodentem & decumbentem ad dentes. Et hoc notandũ pro præſeruatione. Hic eſt chorus ſymptomatum: primò brachium diſpoſitum ad omnes affectus, & habet intemperiem frigidam, & ita timenda paralyſis, & priuatio motus: item morbi

A articulares: magis tamẽ paralyſim timerem. Item cùm ſit catarrhus, & nunc plurimùm excernatur per nares & os, ſi ille catarrhus ſuſtineretur: poſſet fieri apoplexia, & aliæ ægritudines frigidæ capitis. Et eſt vnum quod dicebat nobis: ſolebat euomere materiam pituitoſam, & hoc erat ei familiare: qui vomitus iam reſtitit, quia iam in ſenio virtus expulſiua eſt debilis: & multum referre, cùm conſueta euacuatio deſinit, nouit Excell. V. & cùm iam ſeneſcit, debebant euacuari illa excre-

B menta, quæ generantur ratione ſenij: & hæc materia augetur, & frigiditas corporis, & ideò defertur violenter aliò hæc materia, ſcilicet ad caput. Ideò timenda ſunt alia ſymptomata & grauiora. Tempore iuuentutis potuit illa materia difflari. Ergo habemus hîc brachium affectum, & caput nõ quidem per ſe: nam omnes ſenſus habuit acutiſsimos: & ſigna ſumpta à propriis actionibus membri nunquam fallunt: ſenſus autem interiores ſunt proprij ipſi cerebro, & non habent aliud

C inſtrumentum quàm ipſum cerebrum, & illud membrum eſt ſanum, cuius operationes ſunt ſanæ. Ergo ſi caput quid patitur, patitur per conſenſum partium inferiorũ, & non propter propriam intemperiem. Quomodo ergo præſeruabitur? Tollantur omnia illa quæ faciũt incurrere in illas affectiones, in quas poſſunt incurrere q ita ſunt affecti. Primò caueat ab omni aere exceſsiuo, qui primùm illum læſit: caueat ventos Boreales, & in tempore frigido optimè muniat caput: deinde

D habeat optimam rationem victus, ne ventriculus & hepar aggregent pituitam, & vapores aſcendentes ad caput: non laboret in ſtudiis, & in omnibus rebus nõ naturalibus habeat modum. Sed quia nõ poſſumus benè ita viuere, quin ſæpe delinquamus (nam anima præſtantior corpore) ideò ſæpè negocia ſunt obeunda, quæ nocẽt corpori, & ideò correctione opus eſt: conſulerẽ ego vt continuè vtatur medicamentis & euacuationibus familiaribus & leuibus, & diuertantur ma-

E teriæ ad partes inferiores: vt eſt vſus rhabarbari, aut aloes, quæ magis probarem, quàm hieram, quæ magis exiccat quàm aloe: quia habet aromata exiccantia vſq; ad tertium gradum. Cauerem ab vſu agarici, & omnibus quę euacuant electiuè, quia illa deſtruunt omnes mineras virtutũ. Item laudarem vt fierent cauteria in cruribus, & eſſet continuus vſus horum cauteriorum. Nam quia vult præſeruari, & hic catarrhus poſſet facere apoplexiam, quia iam etiam tendit ad ſurdita-

F tem: ideo ſuaderem cauteria, ſed poſtquam aliquoties vſus eſſet illis pillulis. Ad brachium quid faciendum? quia materia non influit aliunde, corrigenda intemperies illius loci. Et hoc tempore maximè laudarem ſtillicidium circa illud os, vt cadat aqua, quò profundius penetret. Etiam vellem ſuffumigium facere ex hac aqua, vt reciperet illum fumum: hic enim fumus aperiet & rarefaciet poros & meatus: & poſtea vbi lauabitur brachium in ea aqua, maior fiet impreſsio illius

G aquæ, quia hæc eſt craſsior quàm vapores, & ſic aqua quoque pertranſire poterit. Ac ſi prius fiat euaporatio, poſtea in illa aqua lauet brachium, deinde ſtillicidio vtatur, an facienda aliqua eua-

cuatio

euatio capitis ante hæc localia? Caput eſt repletum, & hîc eſt maxima difficultas, ne localia attrahant materiam ad brachium: & vbi ſemel incipit ille fluxus, nulla eſt materia, quæ non affluat ad locum illum: & ſic & caput erit euacuandum etiam per caputpurgia. Sed tempus calidum venit, & quod non fieri poteſt ad perfectiorem euacuationem, faciamus per vires vt poſſumus: ſi vt volumus, non licet.

Consilivm LVII.

De leui Apoplexia cum catarrho.

Casvs difficilior curatu, quàm cognitu. Naturalem complexionem ſanguineam eſſe, ex omnibus ſignis, ſtatura & habitudine corporis, & moribus ſtatuimus. Cor declinat ad humiditatem, cerebrum etiam naturaliter calidum & humidũ, tamen etiam magis abundat humiditate aduentitia: ex morbo & ætate diſpoſitionem præter naturam hanc habet, vehementiſsimum catarrhum ſcilicet. Is verò aliquando deſcendit ad nares, & palatum abundantiſsimè, aliquádo ad alia membra. ideo laborat podagra & chiragra. Vrinæ frequentes, per longum ſpacium temporis hoc modo durantes, & ex eadem materia. hanc igitur eſſe credo cauſam omnium ſymptomatum. Deinde partes, ventriculus videlicet, venæ, viæ vrinales, ex ſenio debilitatæ ſunt. In præſentiarum moleſtatur paralyſi vniuerſali, quia non tantùm in manibus per longũ tempus hoc malũ patitur: ſed torturam oculorum, oris, & in pedibus triſtẽ ſenſationem percipit. Dicitur autem leuis apoplexia, credo, quia inuáſit ſubitò: conſiderandum autem eſt, an ex nuchæ vel cerebri debilitate veniat. Hîc ex cerebro nocumentum prouenire, ſigna oſtendunt. Accidentia enim remiſſa ſunt: nõ eſt difficultas ſpirandi, & per medicamenta facillimè melius habuit, nec eſt aliqua extrinſeca cauſa ex victus regimine. Eſt igitur communis cauſa, & intrinſeca debilitas, videlicet cerebri, & ætas debilitans continuè. Quanquam ad hanc leues quoque cauſæ extrinſecæ conuenerint, bibit vina potentia, nec modicè. Aer etiam aliquantulũ iuuit. Cauſis igitur extrinſecis, materia qualitate & quãtitate cumulata eſt, & multiplicatur ſomnus, quod arguit multiplicationem ſuperfluitatum in qualitate & quantitate. Tribus diebus nihil excreuit, cùm alioqui bis aut ter ſoleret. Hoc igitur incommodum conſiderandum eſt. Vrina etiam non apparet hodie tam turbida, nec tam multa: quare timendum, ne fiant obſtructiones.

Curatio. In victu abſtineat à vino, & vtatur mellicrato, item victu tenui ad ſiccum tendente: non tamen omnino abſtinerem propter conſuetudinem, ætatem, & virtutem quoque, loco digeſtiui mel roſatum darem, propter ardorem vrinę. Non deuenirem ad fortiora. Dedi hactenus tantùm enemata ex decocto quodam, cum melle roſato heri & nudiuſtertius. Quia enim materiæ eſt multiplicatio, neceſſe eſt ſubtrahere. Nunc procederem ad euacuandum phlegma, ſuntque propoſita quædam: ſed ſtante vrinæ difficultate, ad ea nõ auderem deuenire, ſed pillulas tantùm da-

A rem, quæ euacuarent, & paulatim diuerterent à loco, quales eſſent cocchiæ, item de hiera cũ agarico, de hiera ſimplic. ſyrupi de ſtœchade, de betonica, cum decocto ſaluiæ, betonicę & ſimilium. Poſtea confortetur cum theriaca & mithridato, cum cõſerua dianthôs, ſaluiæ, ſaccharo roſato. Poſtea rurſus euacuatio repetatur, cibaria alterentur cum ſaluia & roremarino: nutriatur pullis gallinarum & columbarũ, perdicibus, auibus teneris, & aliis ad ſiccitatem facientibus.

B

Consilivm LVIII.

De leui paralyſi dextri brachij & cruris, cum diminutione motus earundem partiũ, quæ poſt Apoplexiã remanſit, pro nobili Illyrico.

Clariss. D. Ego primum acceſsi ad hunc Magnificũ dominũ, ac tota hac hyeme per interualla viſitaui, ac diligentiſsimè conſideraui ſymptomata:
C ideo primo loco dicam, & quæ vidi ac obſeruaui proferam. Iam veſtra Excell. eſt optimè inſtructa, etiam principiò, cum eſt in cõſilium vocata, licet ego ſolus poſt diſceſſum V. Excell. in cura remanſerim, quòd hic nobilis vir venit in Italiam cum literis etiam Regiis ſubſcriptis manu Ferdinandi, quæ iubent ſubditos, ac rogant exteros, vt pro viribus ſuis iuuent ſtrenuum & egregium hunc militem: hanc præcipuè ob cauſam, vt curetur à paralyſi, quam ipſe dicit ſe habere in dextro brachio
D & crure: & dicit eas partes plus cæteris diminutas, ita vt ſuſpicetur, ne tãdem deſtruantur & deueniant ad ſphacelyſmum, vel ſyderationem, & ita pereant. Licet autem hoc pręcipuè petat, queritur tamen etiam de quibuſdam cõſequentibus: Anno elapſo die S. Georgij, incidiſſe ſe ait in quãdam apoplexiam, ex qua remanſit hæc paralyſis. Sed ante hoc tẽpus paſſus eſt varia ſymptomata, quæ omnia naſcũtur ab vno eodemq; principio, videlicet à deſtillatione catarrhi à capite in partes
E ſubiectas, quæ facit diuerſa ſymptomata, prout in diuerſas partes deſcendit: quandoq; ad iuncturas & brachia deſcendit, vt non poſsit mouere: aliquando ad ventriculum, & habet appetitum vomendi, non vomit tamen, ſed longo tempore continuè expuit pituitam. Et dicit vnum animaduertendũ, quòd cùm à medicis purgatus eſſet, & miſſus ſanguis, incidit in difficultatem omnium motuum: & cùm mitteretur ad balnea, & ingrederetur, ſequuta eſt diminutio ſenſus & motus, & om
F nium virium proſtratio, quæ diu durabat, ita vt tantùm oſſa & pellem habere videretur. Id totum medicorum culpa factum ait, ſe autẽ interim non conualuiſſe. Vtrum hoc modo ſit ex vitio medicorum, nec ne? Ex pituitæ multitudine eſſe ortum conſtat: eſt enim ſubiectus maximè pituitæ generationi, quæ tota à capite oritur: quia ipſemet à capite deſcendere ſentit. Conqueritur & de aliis, ſed hæc ſunt præcipua, ad quæ reliqua cõſequuntur. Vnum aduertẽdum eſt, quod poſſumus
G coniicere ex habitudine totius corporis, & ex ratione victus præcedentis, quòd habet caput valdè ſubiectum generationi pituitæ, hepar præcipuè calidum: nam ex colore, habitu corporis, am-

plitudine venarum, hoc hepar calidum oſtenditur. A Qui autem habent hepar calidum, ſubiecti ſunt multis euaporationibus ad caput, & deſtillationibus. Et reddit rationem Galen. lib. 3. de Locis affect. de dolore capitis, cur facilè omnem repletionem capitis patiantur: quòd ſi caput etiam humidum fuerit, eius etiam ratione plura excrementa aggregantur. Et ideò non mirum eſt, ſi hic vir fuerit ſubiectus plurimis deſtillationibus, & repletus pituita generata in capite, quę mucus propriè vocatur Galeno, cùm diſtinguitur à pi- B tuita generata in ventriculo. Habet igitur ortum hoc ex naturali diſpoſitione: & quidē ſigna ſunt tale fuiſſe caput. Refert autē ipſe, quòd à principio ortus habuerit plurimas excreſcentias circa caput: primò nodum quēdam ſeu duritiem circa oculum dextrum, quem incidere oportuit, vt adhuc ex cicatrice apparet: in ea parte poſtea paralyſim paſſus. In parte ſiniſtra alias habuit excreſcentias, quæ quales fuerint, neſcit commodè exprimere, cùm interdum non ſit idoneus. Conſue- C tus eſt plurimùm expuere, & varias paſſus eſt ægritudines ex deſtillatione catarrhi. Sic conſtituto corpore, exercuit artem militarem, & gladio multa acquiſiuit: habet (vt aiunt) triginta caſtella, quorum maiorem partem gladio acquiſiuit, vir ſtrenuus, & qui multa animi accidentia paſſus eſt, ſeditiones cum aliis & bella inteſtina: & in iis amiſit multa, multa etiam ab aliis acquiſiuit. Ad hæc acceſsit ratio victus: plurimùm bibit. nec enim, etiam cùm moderatiſsimè bibit, D bibit minus ampla phiala, & tamen quærebat vtrum ſufficeret. Ego, quia in tempore ſanitatis decuplo plus ſe bibere dicebat, permiſi ratione conſuetudinis. Plurimum igitur bibere ſolitus, & liberaliter viuere: nam bene inſtructus eſt omnibus rebus. Interdum habet cētum currus vini optimi. Acceſsit igitur ratio victus, quæ diſpoſitionem naturalem corporis auxit, & nunc eſt in tempore ætatis paracmaſticę, & eſt quinquaginta annorum, in primo ſenio, vbi deficit calor. Et E quia ſic vixit, & corpus commodum ad ægritudines habet, non mirum ſi inciderit in apoplexiam, ſi modò apoplexia fuit. Ea non amplius laborat, ſed tantùm cum aliquid molitur, adhuc patitur vertigines: quæ ſunt, vt & reliqua ſymptomata, ad imbecillitatem capitis referenda. Ab ea apoplexia curatus, nunc habet paralyſim, quæ potius eſt ex relatione ſua, quàm ex iis quæ apparent, quòd cognoſcatur. Dicit membra lateris dextri minora, ſed non apparet: nam etiam filo menſu- F ram accepimus. Conqueritur ſe habere difficultatem in motu, illud nos credere neceſſe eſt: ſed video tamen non minus regere gladium in omnes partes, quàm aliquis validiſsimus. Sed dicit ſe in eo motu magnum laborem pati in iis partibus, & in omnibus articulis impedimētum: nihilominus validiſsimè mouet. Pollex aliquanto magis illi à manu diuulſus in vtraque manu, maximè tamē in dextra: fortè in ſitu eius digiti morbus eſt, quanquam neſcio an id ſit ei naturale. Eſt G præter hoc vnum aliud: multa imaginatur, quæ non ſunt. Diebus elapſis cùm optimè haberet, quidam amicus ad eum accedens, manus illi compreſsit: & poſt ipſam compreſsionem deterius ſe habere ait, cùm tamen non poſsimus aduertere. Habet & oculos truces, quæ ſignificant animi intentionem acrem: & ratione ætatis quinquaginta annorum, & etiam temperaturę, abundat humoribus aduſtis, quę omnia obſeruanda. Tota hac hyeme, & à principio cùm nihil aliud cogitarem, ſemper proteſtatus ſum, me ſolùm nō aggreſſurum curam illius: & quanquam erāt qui illi perſuadere vellent, vt tum inciperet, & illi integram ſanitatem pollicerentur: ego tamen nolui eam aggredi, niſi in Vere, & quidem non ſolus facere volui. Eſt obedientiſsimus, omnia facit quæ iubent Medici, & diligenter, vultq; curari. Tota hyeme vnctiones & linimenta habuit, pillulas item ex hiera, rhabarbaro & agarico diuerſas: ſed dimittere coactus, quia ſimplices melius operabantur & educebant pituitam (quod mirū eſt) ita viſcidam, vt non poſsit auelli à pelui. abundat enim pituita maximè, vt ſi quod corpus aliud. Sed præter hoc habet aliud: circa regionem ſtomachi in latere dextro habet excreſcentiam aliquam, vt nodus vel ſcirrhus: eſt tumor lāguidus, qualis eſt in hernioſis. Neſcio an ſit hernia ventris prope ventriculū, ita vt ſiphac (vt Arabes vocant) vel peritonæum ruptum, & aliquid omenti excidit, quod faciat herniā: ſicuti ſolet fieri in partibus inferioribus. Quòd ſi non eſt, difficillimum erit dicere, quod nam genus excreſcentię ſit. Non eſt ſcirrhus, nec glandula: ſi quid eſt, erit hernia, & quidem eſt caſus valde rarus. An poſsit curari? Quo ad morbum, dicerem facilē curatu: quia paralyſis leuiſsima, ſine deperditione ſenſus, nec cum ablatione motus eſt. Magna enim dicitur paralyſis, cum amiſsione vtriuſque: parua, cum perditione motus. Hæc eſt tantùm cū diminutione motus, vt ipſe dicit. Sed habet alia difficilia: eſt confirmata paralyſis, & ſequuta apoplexiam: nec curatus eſt, cum tentaret curam tempore morbi recentis. eſt in primo ſenio in ætate paracmaſtica: caput habet perpetuò generans pituitam: nec ſatis per omnia obediens: quia ſi vinum prohibeas, vitam adimes: & ſi parum bibat reſpectu conſuetudinis, multū tamen eſt ratione morbi, & parū ſe exercet. Hæc ita impediunt curationes, vt metuā: ideo anceps ſum propter rationes ancipites. Si mihi tamē curādus ſit, vt hodie eſt, ſic aggrederer curationē: primò exquiſitiſsimè purgarē, & ideò maturè incœpi, vt non vna vice, ſed vt pluribus euacuare poſsim. Accepit minoratiuum ex flore caſsiæ, quæ eduxit pituitā plurimam cum bile nō pauca. Iam ſyrupos accepit non paucos de betonica & cichorea, ad concoquendam bilem & pituitam: quia vtrunq; reſpexi in decoctione materię: & bene conferunt, quemadmodum ipſe dicit. Purgarem cum euacuantibus pituitam, cum confectione hamech, vel pillulis cocchiis, vel aggregatiuis: & cum his, in quib. agaricus & colocynthis ingreditur, quæ educunt pituitam & humores craſſos, & ſimul reſpiciunt ad humores craſſos, & ad humores aduſtos: habent enim ſcammonium & myrobalanos. Ideo idem eſt apud me dare hoc vel illud, quia eadem intentio eſt euacuare humores craſſos & aduſtos. Semel purgato corpore,

pore,poſtaliquot dies iterarem euacuationem:& poſtmodum vbi tempus balneorũ aduenerit, ad thermas eum mitterem:eſt enim corpus,quod aptiſsimum eſt, vt accipiat eas ſecundum omnem modum adminiſtrandi:ventriculum ſeſquipedalem habet,aptus eſt vt bibat: & quanquam hepar calidum eſt,non tamen ita poterit nocere, ſi præſertim muniamus & defendamus hepar refrigerantibus,vti cõſuetum eſt. Habet caput humidiſſimum,aptiſsimũ vt accipiat ſtillicidium.Et quia de iuncturis etiam quæritur,nataret in iis,& vteretur etiam tutò.Quid poſt balnea faciendum ſit, poſtmodum ſcribemus,cum intellexerimus quid balnea profecerint. Sed quia imaginatur multa, oportet attendere humorẽ melancholicũ, quem abundare video : quod etiam ipſa facies indicat. Sed quid de eo faciendum ſit, tempus indicabit, vbi primò euacuauerimus.Vnum omiſi,quod ad ſanguinis miſsionem attinet. Dicerem mittendũ quamcitiſsimè, ſed vnum eſt quod me impedit: dicit ſe antea ex inciſione venæ incidiſſe in priuationem ſenſus & motus, atq; ita defeciſſe, vt tantùm oſſa & pellis remanerent.Id ſanè ſiue ſit imaginatio quædam, ſiue verũ ſit, vt ſit ſecta vena à Medico imprudentiore, humoribus crudis abundantibus in corpore, qui attracti ad venas illa ſymptomata excitarunt: tutius erit eum primò euacuare à pituitoſo humore, & poſtea videre de miſsione ſanguinis. De caſu virtutis nõ eſt quòd vereamur: eſt corpus robuſtum, & facilè ſe poterit recreare, vbi ſemel atque iterum biberit: habet optima vina, nec eſt quòd properemus in eo: vult enim in conſiliis Medicorum conſiſtere, donec integrè ſanetur.

CONSILIVM LIX.

Pro eodem nobili Illyrico.

Præſcripſit D. Montanus antè colloquium, quod præceſſit. Poſt colloquium autem Friſmelica ordinauit rationem victus,quã Montanus ita moderandam eſſe monuit, ne cogerentur audire illas querelas, quæ referũtur de Medicis Cracouienſibus, quòrum tenui diæta ſe ferè conſumptum conquerebatur. Deinde dedit D. Montanus illud conſilium, quod hîc proximè ſequitur.

VRATIO,quæ in tota hac hyeme eſt facienda à ſua Dominatione, modò infrà ſcribetur. Primò omni diligẽtia conabitur ſua Dominatio habere rectam rationem victus,ſine qua ſanitas acquiri nõ poteſt. Cauebit igitur quammaximè ab aere frigido & ventoſo, & exercebit corpus ſuum manè & ſerò ante cibum,ſaltẽ per horam,exercitio mediocri, vel deambulando, vel equitando, vel alio motu ſe mouendo, donec totum corpus calefiat notabiliter,& maiorem faciat anhelitum: poſtea quieſcat circa horam ſaltem dimidiam: deinde ſumat cibum, qui quidem ſit in quantitate quãtum ſua Dominatio bene ferat, ſeruata ſua cõſuetudine & natura. Sed ſit ille cibus vnicus, & ſimplex: multitudo enim epularum deſtruit vires ventriculi, maloſque & putridos humores in toto corpore generat. Vinum eligat albũ,vel rubeum clarum quod ſit purgatiſsimum,limpidum,& tranſparens: nõ dulce,neq; acidum,ſed medij ſaporis, A quod bibat temperatè. Et ante omnia caueat ,ne inter cœnam & prandium bibat, hoc enim maximè illi nocet.Carnes quas comedet, erunt vitulinæ,hœdinę,cuniculorum,gallinarum,caponum, perdicum,& auium campeſtrium. A carnibus antiquis, vt eſt bubula, omnino abſtinebit: & à carne porcina,ſiue recens,ſiue ſalita fuerit. Item abſtinebit ab omni genere piſcium,à paſtilibus,à lacticiniis,& præcipuè à caſeo. Sit contentus prandio tantùm & cœna,nil vltrà comedat,ſiue noctu B ſiue interdiu. Quotidie curet habere beneficium alui: quòd ſi defecerit,& rarò fæces emiſerit,vtatur aloe non lota vna hora ante cœnam pondere ſcrup. duorum tertio quoq; die in forma pillularũ. Ab vſu Veneris abſtineat: eſt enim ægritudini ſuæ quãmaximè aduerſus. Hac ratione victus adhibita exactè ſingulis ſeptimanis caput abluet circa horas veſpertinas more infraſcripto. Fiat lixiuiũ ſatis acre ex cinere forti: & in eo lixiuio decoquantur folia maioranæ, ſtœchados, roſarum, C radices aſari: & facta decoctione & expreſsione dictarum herbarum, poſtea accipiatur quantitas lixiuij,quæ eſt neceſſaria pro vna ablutione, & in ea imponantur drachmæ duæ agarici inciſi,& inuoluti in panno lineo,& bulliat aliquot ebullitionibus:poſtea fiat fortis expreſsio, & colatura. Et ex hoc lixiuio lauet caput,& barbam,cum ſapone odorifero & muſcato. Item ſingulis diebus in introitu lecti vngat omnes vertebras colli in ea regione,quæ dicitur nucha, & declinet cum eadem D vnctione ad totam ſpatulam dextram,& brachiũ. Vnctio erit infraſcripta, & adhibebitur hæc vnctio calefacta.

℞. Olei vulpini antiqui
Nardini
De coſto ana ℥ j.
De euphorbio ℥ s.

Miſce,& vtere,prout dictum eſt ſuperius.Item ſingulis diebus comedat vna hora ante prãdium rotulas duas ex confectione infraſcripta.

E ℞. Garyophyllorum optimorum
Nucis muſcatæ
Cinanomi ana ℈ iiij.
Zedoariæ
Zingiberis ana ʒ s.
Piperis longi
Albi ana ℈ j.

Pulverizentur omnia per ſe, deinde miſceantur cum ſaccharo albo,& aqua betonicæ:fiat confectio in rotulis pondere drach. duarum, de qui- F bus ſingulis vicibus duas accipiat, prout dictum eſt. Item:

℞. Agarici electi ℥ s.
Aloes ʒ ij.
Nucis muſcatæ
Cinamomi
Garyphyllorum ana ℥ j.

Pulverizentur omnia per ſe,deinde miſceãtur: & cũ ſyrupo de ſtœchade fiat magdaleon,de quo ſingulis vicibus formẽtur pillulæ põdere drach- G mæ vnius, ſumendæ in aurora, in ſeptimana ſemel:& eo die cuſtodiat ſe ab aere,& ab omni motu corporis & animi:his ita peractis accedet,Deo adiuuante, Ver, in quo fortaſſe cum diuino auxi-

lio ſe ſanum percipiet. Sin minus, eadem diuina A
fauente gratia aggrediemur perfectam curationem, quam polliciti ſumus, ad laudem Dei omnipotentis, qui viuit ac regnat per infinita ſecula ſeculorum.

CONSILIVM LX.

Pro eodem. Præſcriptum eſt autem à D. Montano tertia Maij.

CIRCA principium hyemis M.D.XLVI. B
acceſsit ad nos nobiliſsimus ille vir, Illyricus natione, cùm paralyſi diminuta totius dextri lateris, præcipuè tamen manus & brachij: qui quemadmodũ ipſe referebat, plurima auxilia variis in locis expertus fuerat, diuerſorum Medicorum vſus ad ſuam ſaluté recuperandam opera: habuerat etiam Venetiis peritorum Medicorum conſilium. Quibus omnibus ita inſtructus cum ad me tádem perueniſſet, intuitusq; eſſem anni tempus, atque aeris conſti- C
tutionem frigidam, in qua verſabamur, ætatem decidentiæ (agit enim quadrageſimum annum) morbi ſpeciem non tantùm natura frigidi, ſed etiam longo tempore confirmati, nolui tentare curationem, quam ego eo tempore deſperabam. Et ita planè & explicitè, quemadmodum ſentiebam ſuæ dominationi declaraui, talem curationem tunc omnino non eſſe tentandam: ideo ei perſuadebam, ſatius eſſe vt in patriam abiret, rediturus deinde tempore magis opportuno: cumq; domi- D
natio ſua decerneret ſe hîc acturam quod ego cõſulerem, quantum ad curationem attineret, præſtare iudicauit tota hyeme morari potius in Italia: verno tempore poſtea curationem auſpicandam, quàm tantum itineris eundo & redeundo fruſtra conficere, à me petens interim, vt quæ expedire viderentur mihi, ſaltem ad præſeruandum corpus in tota hyeme diligenter præſcriberẽ. Cui rei cum eſſet planè ſatisfactum, aduentante tandem Vere, curationem aggreſsi ſumus, conſilio E
etiam ſimul adhibito alterius excellentiſsimi Medici. Nunc tandem à me petit ille idem Illuſtris dominus, vt ſicut præſcripſi, quæ ad præſeruandum facerent in præterita hyeme: ita nunc deſcribam, quæcunque & ego & alter Medicus ille conſuluimus pro curatione à principio vſque ad finem, nihil omittẽtes omnino, & aliud addentes, quæcunq; ſcilicet facere deberet poſt curationẽ, quod iam à principio commemorabitur. Volentes igitur huic ſuæ petitioni ſatisfacere, dicimus F
conſilium noſtrum hoc verè eſſe: totum corpus primò exquiſitiſsimè purgare, & miſsione ſanguinis, & pharmacia. Deinde purgato corpore, & attenuanda & corroboranda membra pituitoſo humore refertiſsima: primò Aponenſes aquas vt biberet, deinde in iiſdem lauaretur: deniq; vapores quoq; & lutum earundem thermarum affectis membris applicaret: & ex hac curatione ſperabamus illud commodè ſucceſſurũ, quod in tali caſu ſuccedere poteſt. Sanguis igitur miſſus fuit G
à communi vena non quidem dextri lateris, ne ad affectum locum tota materia traheretur, & locus etiam affectus per ſanguinis miſsionem magis etiam refrigeraretur, ſed ſiniſtrũ potius elegimus. Euacuationes verò fuerunt infraſcriptæ. Pro minoratione accepit:

R. Floris caſsiæ ℥ xij.
Cum ſaccharo fiat bolus. Deinde ſyrupos:
R. Syrupi de cichorea ſimplici
De betonica ana ℥ j.
Aquæ Iuæ artheticæ ℥ iiij.
Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſeptem. Poſt vij. ſyrupos, ſequentem habuit medicinam.
R. Caſsiæ ℥ j.
Confectionis hamech ℥ s.

Miſce, cum zucch aro fiat bolus, accipiendus in aurora cum cuſtodia. Poſt hanc pro vberiori preſeruatione ſequentes ſunt ordinati ſyrupi:

R. Syrupi de betonica
De cicherea
Oxymellis ſimpl. ana ℥ vj.
Decocti betonicæ
Cichoreæ
Iuæ artheticæ ℥ iiij.
Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Poſt ſeptem ſyrupos iterum exhibita eſt medicina.
R. Floris caſsiæ ℥ vj.
Confectionis hamech ℥ s.
Decocti betonicæ
Cichoreæ quantum ſufficit.
Miſce pro potu ſolutiuo.

CONSILIVM LXI.

De impedimento motus ſiniſtræ partis à defluxu materiæ. In quo etiam de affectione, quã vulgò Granphum vocant, agitur.

RES & ægritudo eſt in propatulo, & ea quæ patitur ſunt manifeſta, & ideo ero breuis. Patitur Magnificus vir impedimentum circa ambulationẽ in crure ſiniſtro, & circa brachium eiuſdem lateris, ita vt etiam oculus ſiniſter ingraueſcat, licet non ſit affectus, quantum ad viſionem: & ſic illa diſpoſitio occupat totam partem ſiniſtram, & eſt tãtùm in motu, non in ſenſu læſio. Quæritur quæ ſit ægritudo, & quod accidens, & ſub quo genere ponendum: item à quo morbo dependeat. Quãtum ad ſymptoma, vtrũ ſit paralyſis? Si propriè volumus loqui, dico quòd non ſit paralyſis. nam paralyſis propriè dicta eſt particularis apoplexia: & apoplexia, eſt paralyſis vniuerſalis: ſicut & ſpaſmus & epilepſia differunt, quòd ſcilicet ſpaſmus eſt epilepſia particularis, & epilepſia ſpaſmus vniuerſalis. ergo verſantur circa idem. Sed cum apoplexia ſemper habeat deperditionem ſenſus & motus, ita & paralyſis. Hîc autem videmus tantùm eſſe impedimentum in motu, & nullum in ſenſu: & ideo dico quòd non eſt paſſus apoplexiam, nec magnam nec leuem. Iuxta Hippoc. ſoluere apoplexiam leuem, difficile: & fortem, impoſsibile. Sed quomodo erit apoplexia, ſi non ſentiatur? & ſic potius erit ſubita motio alicuius humoris ad aliquod membrum, & ita non erit apoplexia, nec vera paralyſis. Eſt impedimentum in illa parte in motu, & ſic nerui & muſculi ſunt affecti, & quod ſpiritus vel virtus prohibetur vel propter intemperiem,

periem,vel propter obſtructionem. Vtrum ſit hic
affluxus materiæ,aut ſola intéperies? Audio cum
pati granphum,quę eſt conuulſio quædam leuis,
propter ſubitum tranſitum materię ad muſculos.
Vnde eſt conuulſio leuis,quia eſt materia leuis &
vaporoſa,& ſic credo illa membra debilitata. Vbi
autem eſt intemperies ſine materia, non fit ea ſu-
bitò. Ergo credo quòd ſit facta aliqua præcipita-
tio alicuius materiæ frigidæ & pituitoſæ, quia nō
habet dolorem, & eſt in vno loco, & nō habet ca-
lorem: ergò videtur quòd à materia frigida. Et i-
pſe etiam dicit ſe à Medicis per calefacientia eſſe
adiutum. Ergò habemus ægritudinem facientem
hoc ſymptoma, & eſt intemperies cum affluxu
materiæ frigidæ & pituitoſæ. Nunc de cauſa vi-
dendum illius ſubitæ præcipitationis,an à capite
an ab aliis partibus proueniat. Ego habeo conie-
cturam vnam à modo pręcipitationis,quia occu-
pauit totam illam partem ſiniſtram, quòd caput
fuerit repletum,& ſic virtus expulſiua ſurrexit &
expulit: nec credò quòd tanta materia à ventri-
culo ſit tranſmiſſa, ſed quòd à capite illa materia
deuenit ad eum locum. An ibi generata propter
aliquam intemperiem, an ab aliis membris eò de-
uenit? Egò non audio quòd præceſſerit aliquid,
quòd cerebrum ſit obnoxium alicui nocumento,
nec quo ad ſenſus interiores, nec quo ad exterio-
res. Quòd paſſus eſt aſthma,& quòd materia à ca-
pite deſcēderit,fateor: ſed inde nō ſequitur quòd
illa materia primogenio affectu genita ſit in cere-
bro, & ita credo quòd in toto corpore generatur
illa materia, & ſub modò vaporis aſcendit ad ca-
put, & ſic præcipitatur ad diuerſas partes: & vt
hoc credam,habeo indicia duo. Primum,eſt diſpo
ſitio corporis: eſt enim totum corpus humidum,
& hepar eſt calidum & humidum,etiá in ſenectu-
te: multò magis in pueritia tale fuit. omnes enim
pueri calidi ſunt,& humidi: ſunt item ingluuioſi,
& plurimum ingerunt,& hinc fiunt plurimę eua-
porationes:quia vbi calor & humiditas multa,ibi
etiam multa fit euaporatio,& ita repletum eſt ca-
put,teſte Galeno,tertio de Loc. affect. Qui habēt
hepar calidum,ſemper ſubiecti ſunt repletioni ca
pitis. Secundò,huic naturali diſpoſitioni acceſsit
poſtea ratio victus,quia delectatus ſemper eſt cō-
uiuiis,& ſic multiplicata ſunt plurima excremen-
ta. Quando erat puer,materia illa ſuperabundans
& ſuperflua præcipitata eſt ad pulmonem,& fecit
aſthma: poſtea in iuuentute, vbi calor fit igneus
& fortior,multiplicata eſt aduſtio:quia vbi pluri-
mum de ſanguine, ibi eſt plurimum de fæce ſan-
guinis, & etiam bile: & ſic natura incitata, loco
aſthmatis generatus eſt fluxus hæmorrhoidum,
per quem ſanguis melancholicus & aduſtus ex-
purgatur:quia in mutatione ætatis,vt anno vige-
ſimo primo,id eſt, in tertio ſeptenario, teſte Aph.
3.lib.mutantur ægritudines: & ſic eo tempore fa-
cta eſt alia ægritudo, ſiue potius excretio, ſcilicet
mariſcarum. Nam & Galenus quærit,an hæmor-
rhoidū fluxus ſit ægritudo,vel ſola excretio quæ-
dam. Et ſic ſemper fuit ſanus. Poſtea in ſenio,vbi
iam calor extinguitur, & refrigeratur ſanguis, &
totus habit⁹ corporis multiplicatur pituita. Hinc
in Auguſto menſe factis obſtructionibus, ne ma-

A teria exiret per mariſcas, aggregata ſunt excre-
menta: quia ſenes volunt viuere vt iuuenes, &
accedunt ad conuiuia (quod ſæpe ſoleo in ſeni-
bus reprehendere) & ideo cōgregant multas ſu-
perfluitates & frigidas & crudas,& ſic aſcendunt
vapores frigidi ad caput, & repletur caput, quo
repleto defluit materia ad partem affectam. Et
ſic habemus proceſſum huius morbi ex hiſtoria
rei. Materia eſt quidem in capite, ſed per con-
ſenſum partium inferiorum,& maximè ventricu-
B li. Quo ad prognoſticum,habemus quidem mor-
bum factum, quod eſt conſiderandum: ſed non
video morbum fientem, & nullum planè video
ſignum morbi fientis. Quando incandeſcit, re-
pletur caput: & facta eſt vertigo, quæ eſt ex bile
& crudis humoribus in ventriculo, & non ceci-
dit in terram: ſed dixit ad ſeruum vt eleuaretur,
quod non eſt mirum, quia habuit debile crus. Et
ſic non video quomodo generetur hic morbus.
Neq; erit ratione frigiditatis ventriculi, quæ non
C eſt magna: non enim expuit multum,&c. Fames
illa non eſt ſignum frigiditatis ventriculi,imò pi-
tuita relaxat os vētriculi: & nō fit fames ex pitui-
ta in ventriculo,niſi ſit & acida & pauca. Ergo nō
ſequitur, habet famem multam: ergo ventriculū
frigidum. Et ſic non credo, quòd ſit ventriculus
frigidus, nec quòd ſit in cerebro aliqua noxa: ſed
tantùm eſſe morbum factum. Deniq; dicit, quòd
poſtquam habuit bonam rationem victus, iam
melius habeat. Etſi haberet membra iſta debili-
D tata,etſi comederet mannā: tamen generarentur
ſuperfluitates. Ac propterea non credo ego quòd
ſit morbus in fieri: ſed ſolùm in facto eſſe. Ergo
cura tota ad morbum factum dirigatur, & poſtea
præſeruetur,ne iterum aggregetur materia. Nam
ſtante aliqua debilitate capitis,erit timendum ne
incidat in maiores ægritudines. Et ſic credo quòd
tantùm morbus factus ſit curandus, & nullum
membrum faciens curandum.

Petitur à nobis præcipuè, an debeat accipere
E aquam thermarum? Hęc autem aſſumi poteſt va-
rio modo, vel per potum, vel ſtillicidium, vel fo-
ueam,vel lutum. Dico ego quòd non ſit differen-
dum remedium ad menſem Septembris: ſed nūc
debemus occurrere, quia morbus factus eſt, &
membra ſunt debilia ex frigiditate: & niſi in æſta-
te ſuccurratur,multò minus fiet in Autumno: &
ideo dico,quòd in his caloribus aliquid ſit facien-
dum. Nam aer 9. Therap. eſt pro ęgritudine, quia
ægritudo eſt frigida & humida: aer autem eſt ca-
F lidus & ſiccus, & ſic eſt conueniens tempus ope-
randi. Non autem darem hāc aquam in potu hoc
tempore,ſed potius in Septembri: quia calefacit
non ſolùm ventriculum,ſed etiam venas, neruos
& muſculos, quod ex ſudore, quem prouocat vi-
demus. Quo ad ſtillicidium, dico quòd non con-
ueniet: quia illud membrū, ſcilicet cerebrū, non
eſt affectum,& morbo facto eſt occurrendum. Et
ſic non ſentio cum Medicis Venetis,qui cōſulue-
runt eius Magnificentię ſtillicidium tale. Sed pro
G parte affecta ſuaderem ego, quòd fieret ſtillici-
dium: verùm quia iam ſunt maximi calores,& aer
balnearum nunc eſt peſsimus,& propter vapores
& propter muſcas: non cōſulerem quòd accede-

ret ad balnea, ſed quòd curaret ſibi afferri eam aquam tam calidam actu vt fieri poſſet, & ſic fieret ſtillicidium pro parte affecta, & maximè circa vertebras colli, vbi fermè eſt cauſa omnium dolorũ, & etiam circa alias partes. Et quia haberemus aerem vnà operantem, ſentio quidem cum Medicis Venetis, quòd conueniat ſtillicidium, ſed non in capite, vt ipſi dicunt, ſed circa illas partes, quas dixi, ſcilicet vertebras colli, vt videāt Medici Veneti, quòd & nos rem intelligamus. Quo ad foueas & lutum, dimitterem nunc, quia nō eſt tempus opportunum. Interim tamen, vt eſt conſuetudo noſtra, & experientia edocti ſumus, ne reſoluatur illud quod eſt tenue, & indurentur partes craſsiores: emolliatur quotidie illa materia, quando ſcilicet non eſt vſus balnei. An conueniat cauterium? Ego credo quòd omnino fieri debeat: ſed maxima quæſtio eſt, in quo loco fieri debeat. In cauterio habemus quatuor. Primum, corroborationem loci, & exiccationem: ideo ſæpe applicamus ipſi loco affecto, vt Galenus applicat, ſynapiſmos capiti & parti læſæ, & Albucaſis capiti applicat cauteria. Secundum, vt fiat diuerſio. Tertiũ, vt deriuetur materia à loco propinquo ad locum alium: vt cũ in epilepſia faciamus cauteria in crure, eſt auerſio: deriuatio eſt, vt cum patiente coxendice dextra, facimus cauteriũ in loco vicino. Ideo Galenus pro validiſsimo remedio phlebotomauit eundem locum in iſchiade. Quartum eſt euacuatio à loco, vt etiam euacuetur materia in loco exiſtens, cùm ſit morbus factus. Hîc non indigemus diuerſione, quia materia illa eſt in loco, & imbibita in venis, non poteſt trahi per auerſionem: & ideo non facerem diuerſionem in pede altero, quia illa diuerſio eſſet vana & inutilis. Si ratione deriuationis, an conueniat circa partes affectas? Dico, quia tota pars à principio ad finē afficitur, neſcio in qua parte debeat fieri cauteriũ pro illa deriuatione. An verò pro corroboratione loci? Hoc cauterium non debet fieri, niſi poſt euacuationem materiæ illius loci, & ideo non pro corrobatione etiam loci cōueniet cauterium. An pro euacuatione à loco, qui eſt quartus vſus cauteriorum? Dico quòd nec hoc, quia totus ille locus patitur: igitur non video quomodo cauteriũ conuenire poſsit. Ideo primò vellem euacuare materiam ad præſeruationem, & non ad curationem: & facerem cauterium in brachio dextro, & in crure dextro, non vt curarem morbum, qui eſt in loco affecto: ſed vt, cum applico reſoluentia ad illum locum affectum, ne trahatur materia ad locum affectum. Facerem igitur cauteria in brachio & crure ſano propter diuerſionem, quia tota pars ſiniſtra eſt affecta: & non facerem propter materiam in loco exiſtentem, ſed propter præſeruationem, nō vt tollatur ægritudo facta. Et ſic accipiat iſtud ſtillicidium circa illam partem, vt diximus: & cauteria applicentur, prout indicauimus eſſe ex re Magnificentiæ ſuæ.

CONSILIVM LXII.

De Paralyſi, ſeu reſolutione medij digiti in manu, ex defluxu à capite. In colloquio.

CLARISS. viri, habemus Magnificum virum, qui conqueritur de diminuta operatione tertij digiti dextrę manus. Reſolutus enim incidit in paralyſin quam ſequitur dolor lateris, & brachij: de his quidem ſolicitus eſt, ſed maximè de digito queritur, quem mouere non poteſt. Vt igitur poſsit curari, quærendæ ſunt cauſæ paralyſis, ſeu reſolutionis, quæ nihil eſt aliud, quàm omnimoda ablatio, vel diminutio ſenſus & motus, vel alterius: & dicitur perfecta paralyſis, quando amittitur ſenſus & motus. Hîc eſt imperfecta Nam in digito non eſt ablatus ſenſus & motus, ſed tātùm diminutus, & digitus redditus debilior, vt nō ſit ſufficiēs ad actiones. Eſt igitur reſolutio imperfecta, quia ſenſus adeſt, & motus non eſt omnino ablatus. Quærendæ modò ſunt cauſæ: quas etſi vno verbo dicere queam, tamen vt iuniores etiam inſtituantur, aliquid copioſius eſt dicendum. Omnis paralyſis duas habet potiſsimum cauſas, videlicet vel ex parte inſtrumenti, vel ſpirituum. Nam omnis actio læditur, lęſis illis quæ faciunt eam actionem: & tot modis læditur, quot modis concurrunt ad eam actionem. Quia igitur in paralyſi fit læſio vel ſenſus, vel motus, vel tam ſenſus, quàm motus: fiunt hæc propter duo, videlicet vel inſtrumentum debile, vel virtutem, ſeu ſpiritus læſos, qui demittutur à cerebro, & dant ſenſum & motum. Quærendũ igitur eſt, quid læditur in hoc Magnifico viro, ſpiritùs ne, an inſtrumentum, an vtrunque: & ita inueniemus veram indicationē, & cura etiam facilis erit. Inſtrumētum lædi poteſt dupliciter, vel vt coniunctũ, videlicet nerui, muſculi, ſeu chordæ: vel quando læduntur viæ, quæ hîc etiam dicuntur inſtrumenta, quia per eas tranſit virtus ad membrum quod patitur, & cōtinuatur cum ſuo principio, ſeu cerebro, vt cùm læditur ipſe digitus, ſeu ipſum membrum continuatum. Ita igitur poteſt eſſe læſio, vel in inſtrumento, vt in neruo, vel poteſt eſſe in virtute. Lęditur autem inſtrumentum materia adueniente, vel quoniam ſit ibi mala cōplexio, id eſt ſi ſit caliditas, frigiditas, humiditas, vel ſiccitas nimia, ſiue aliqua materia. Poteſt enim impedire motus ex qualibet harum intemperierum, ſine materia. Licet frequentius fiat à frigiditate, quàm à caliditate: quia nonniſi maxima excedat caliditas, & ſiccitas corrūpere poteſt, ſed diminuere non. Hoc membrũ habet actionem diminutam, ergò eſt intemperies frigida & humida: ſed hęc poteſt eſſe vel cum materia, vel ſine materia. Et ſi cum materia, ea erit calida vel frigida. Si hîc eſt materia, nō poteſt ea eſſe calida, vel ſicca, quia non eſt corrupta actio. Ergo neceſſe eſt eſſe ex intemperie frigida & humida, ſiue ſit cum materia, ſiue non. Sed poteſt fieri ratione viarum, quæ ſunt in neruis cōtinuatis, atq; id ipſum erit etiam humidi vel frigidi ratione. Poteſt etiam eſſe vel ex parte ſpirituum, & virtutis, vt propter paucitatem reſoluantur ſpiritus, vt nō ſufficiant ad motus exercendos: vel quoniam in tranſitu impedimentum patiuntur, vt nō poſsint peruenire ad membrum mouendum. Quam igitur cauſam dicemus eſſe in iſto? Ex reſolutione vel diminutione ſpirituum non poteſt eſſe, quoniam

niam habet plurimam redundantiam ſpiritus & A ſanguinis, totus calidus eſt: facit omnia ſicut puer, cùm ſit ſenex admodum. Quod autem ſit impedimentum in tranſitu, non credo: alioqui enim & alia membra impedirentur, & non vnus digitus. Relinquitur ergo, quòd tantùm fiat ratione ipſius membri, ſeu digiti, in quo erit mala complexio: vel cũ materia, vel ſine materia. Sed quia digitus ſanè repentè fuit impeditus, ea læſio non poteſt eſſe ab intemperie, quę ſit eſſentialiter in membro. Talis enim non fit, niſi ſucceſsi- B uè: ſed benè, ex improuiſo, & ſubitò materia aliqua poteſt fluere à loco aliquo, & lædere aliquod membrum. Et ita credendum eſt accidiſſe huic Magnifico viro. Materiam autem frigidam & humidam eſſe puto, quia videmus motum diminui potiùs, quàm corrumpi, quod fit à materia frigida, & quia perſeuerat admodum: non eſt materia calida, quia iamdudum ea eſſet reſoluta. Eſt igitur cauſa intemperies frigida & humida, exiſtens in digito medio, cum materia per defluxum, & C non eſſentialiter. At durat effectus, quia membrum eſt debilitatum, vt alimentum non poſsit concoquere, propter præſentiam materiæ frigidæ & humidæ. Sed quæritur vnde fiat defluxus ille. Licet hoc ſit planè coniecturale, crediderim tamen, quòd ille ſit à capite. Primò audiuimus, eum expoſitum fuiſſe maximè Auſtris, qui potiſſimùm replent caput, ex qua repletione deſcendunt catarrhi ad partes inferiores & imbecilliores (vt Galen. teſtatur 2. de Diff. febr.) & Auſtro D flante, ſemper deterius habet. Hinc eſt prima coniectura. Secundò, quia percipit etiam dolorem in brachiis & cruribus, & tranſitus materiæ illius fit per neruos: qui cùm à cerebro ortum habeant, credendum eſt à cerebro materiam illam deſcendere: & licet in partem dextram magis defluat, tamẽ nuper admodum cœpit etiam labi in partẽ ſiniſtram, & ad varia loca defluere, tum ratione ætatis, tum propter malũ victum, & reſpectu materiæ, ſeu defluxus inualeſcentis. Etiam in E ventriculo poteſt multiplicari pituita, idq; propter duas cauſas: nam ditiſsimus cùm ſit, viuit lautiſsimè: quocunq; cibi genere vtitur, nihil laborat, neq; in Republ. neq; priuatim, ideò plurimum pituitæ generat. Ratione ætatis, etiamſi ſit calidæ naturæ, tamen redditur frigidior. Quanquã apparet ventriculum bene concoquere: eſt enim corpus illud repletum bono ſanguine, ita vt ratione ætatis ſuæ potius calidiorem, q̃ frigidiorem iudicem, ac bonas fieri coctiones in ven- F triculo non dubitem. Non enim poteſt coctio hepatis emendare vitioſas coctiones ventriculi: & qui patiũtur errata primæ coctionis, omnes ſunt coloris liuidi: iſte autem eſt rubeus. Non igitur eſt dicendum, quòd peccet ventriculus, & ideò totum referendum credo ad ipſum caput. Ex his patent cauſæ leuis illius paralyſis & doloris in latere, ac cruribus, qui fiunt ab eodẽ defluxu & ita totum eſſe credo à defluxu materiæ frigidę & humidæ, à capite ad partes dictas. G

Prognoſticum. An poſsit curari. Vbi humor frigidus, craſſus, & inuiſcatus in aliquo membro, maximè in ſene eſt, difficulter curatur, ſi modò credimus Hippocrati. Primũ ſenium iam exceſſit: agit enim 60. annum, & 4. in qua ætate catarrhi & fluxus cuiuſcunq; generis difficulter maturantur, præſertim cùm ſint in chordis & neruis, ſeu membris ſiccioribus: ita credo hîc quoq; curam difficiliorem futuram. Quomodo igitur curabitur? Si materia ſit impacta partim, & inuiſcata, partim defluat. Primò impacta remoueri debet. Sed vt id fieri poſsit, oportet vt affluens auertatur prius, & ita pręſeruabimus eum. Præſeruatiua cura refertur ad cauſam efficientem: ad coniunctam verò cauſam curatio. Prius igitur remouenda efficiens illa, id eſt, anteq̃ amoueatur morbus iam factus. Primò euacuetur totum corpus, ac in coquẽda & præparanda materia ſyrupus de Iua optimus eſt: & ideò arthritica dicitur, quia maximè conferat artubus & neruis: ſed tamen cũ volumus præparare & concoquere materiam præcedentem, & volumus ne talis veniat ad locum læſum, crediderim in hoc caſu meliores eſſe ſyrupos, qui concoquant materiam craſſam, vt ſunt minus calidi, & qui habent vim incidendi. Conueniret oxymel, atq; ſyrupus acetoſus ſimplex in maxima etiam quantitate, vt ita coqueremus materiam euacuandam, præmiſſo prius minoratiuo, quod educeret materias crudas, exiſtentes in ventriculo & inteſtinis, & flore caſsiæ, cum ſpeciebus hieræ, quæ non nimium laxabit. In euacuatione laudo agaricum, vel cũ flore caſſiæ, vel alio ex agarico compoſito, & pillulas cochias, aggregatas confectiones hamech. An modo hoc ſumatur, vel aliud, non curo, dummodò euacuetur pituita. Laudo miſsionem ſanguinis à latere oppoſito, ne trahatur materia ad locum affectum. His ita factis corroborarem caput, exhiberem ſaccharum roſatum, & fieri iuberem exiccationes ſine calefactione, vt cum chamomilla & roſis in lixiuio, & adderẽ roſas in maxima quantitate, nec vterer multum aſtringentibus, ne ſequeretur compreſsio, & augeretur fluxus. Ideò ea quæ ſunt in primo gradu aſtringentia, eſſent mihi grata, quę non penetrarent ad profundum. Poſt hæc, pro remotione materiæ iam impactæ adhiberentur loco affecto mollificantia. Non darem aquas thermarum per os, ſed ponerem digitum in luto, vel habeat lapidem molarẽ ignitum, & extinguat, vt emittat halitum, quem excipiat. Vehementer enim exiccat, vt Galenus 14. Methodi de Scirrhis docet. Poſteaquam per duos aut tres dies fuerit mollificatus digitus, iam luto vtererer aliquo reſoluente: ita tamen, vt ſemper tribus diebus molliatur, & vno tantùm reſoluatur. Videndum autẽ, ne reſoluamus materiam tenuem tantùm, & craſsior lapideſcat. Deinde vellem vt vteretur continuè cerato betonicæ, quod haberet virtutem corroborandi & reſoluẽdi, aut emplaſtro facto cum Diachilon. Poſt hæc eidem ſequentia præſcripta ſunt:

℞. Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ʒ.j.
Cum ſaccharo fiat bolus.

℞. Oxymellis ſimpl. ℥.j.
Syrupi de betonica,
Cichorij ana ℥.s.

Cum decoctione betonicæ & endiuiæ ʒ.iiij.
Miſce, pro vna vice, & pro aliis.

CONSILIVM LXIII.

In diminutione motus cuidam datum Vincentiæ, 1525. menſe Iunio.

EX accidentibus iudico defluxum à capite ad partes propinquas, videlicet ſeptem neruorum paria, quia facit impedimentum in motu, eſtque lenis ea diminutio, vt non poſsit rectè mouere quaſdam partes in capite. Secundò deſcendit per medullam ſpinalem, & impedit quoque, quia facit relaxationem in vertebris: & ideò vbi ceſſat vinculum, ibi neceſſe eſt fieri impedimentum. Eſt autem in prima, ſecunda & tertia vertebra, & declinat parum ad exteriorem partem. Tertiò, impedit deglutionem: quantum enim reflectitur, tantum reſtringitur œſophagus. Facit etiam catarrhus impedimentum in muſculis os aperientibus. Hîc autem quòd foueantur ab externis cauſis, credo: quia diu in aere humido permanſit, mœſtitias paſſus eſt, ſtuduit à prandio & cœna, moratus in loco ſubterraneo. hæc omnia ſæpe etiam cauſant paralyſin. Quare coniicio quidem, caput debilius factum, vt in eo ſit læſio eſſentialiter: ſed fouetur tamen morbus à ſtomacho & hepate calido. Et catarrhus ſalſus eſt, quia habet hepar calidum.

Cura. Remoueantur impedimenta, ne auferant ſenſum & motum. Loco autẽ nihil applicãdum: ſed tollatur cauſa; quare omittantur reſoluentia, donec poſt euacuationẽ confortetur cerebrum, & ventriculus, vt generentur boni humores. Sed primò fiat euacuatio exquiſita à iuncturis: quæ an fieri poſsit hoc calido tempore, quærendum. Ego darem caſsiæ ℥.j. cum agarico ʒ.j.ſ. frigidiori verò tempore ſyrupos. Poſtea fierent ex ſucco ſaluiæ & roriſmarini ſyrupizatis, & aqua betonicæ poſt potiones: poſt quas iterũ ſumat caſsiam cum agarico. Deinde omni die ſumeret ſaccharum roſatum vſque ad Autumnum.

CONSILIVM LXIIII.

De Paralyſi ex vulnere, pro quodam magnifico D. Paulo, 1549.

AVDIVIMVS nobiliſsimum virum vulneratũ mucrone enſis, circa quartam vertebram colli, poſt quod vulnus ſubſecutam eſſe paralyſin totius corporis, tam brachiorum, quàm etiam crurum, ita vt prorſus amiſerit ſenſum & motum: & præterea anhelitũ fuiſſe aliqua ex parte interceptũ. Sed poſt nonnullos dies adhibita curatione, anhelitus impedimẽtum primò fuit ſublatũ: deinde tota ſiniſtra pars in priſtinã ſanitatem rediit, tam in ſenſu, quàm in motu. In dextra verò parte permanſit in brachio & in crure motus priuatio, ſenſu tamen recuperato. His ita ſe habentibus, quæritur à nobis primò, quę cauſa fuerit vniuerſalis paralyſis, & vnde poſtea tam facilè in priſti- A num ſtatũ maxima ex parte fuerit reſtitutus. Dicimus ergò, ex ictu penetrãte in regionem tertię, aut quartę vertebræ, non quidem medullam ſpinalem aliquo pacto fuiſſe inciſam, inciſione inſigni: offenſam tamẽ & percuſſam, vel cõpreſſam. Qua occaſione plurima materia ad eam partem confluxerit, ex cuius concurſu loco inflammato & obſtructo, non mirum fuit, ſi ea vniuerſalis paralyſis fuit conſecuta, nõ aliter ꝙ ille, de quo meminit Galen. in lib. de Loc. affect. qui cùm de cur- B ru cecidiſſet, & percuſsiſſet vertebras dorſi, ex caſu amiſerat ſenſum & motũ brachiorum & crurum: & poſtea ceſſante inflãmatione (vt ipſe ait) brachia quoq; & crura in priſtinã rediiſſe ſanitatem. Simillimus igitur eſt caſus iſtius nobiliſs. viri, vnde poſtea curata inflammatione, & euacuatis humoribus, per illos clariſs. Medicos, tum etiam reſolutionis, vel paralyſis malum fuit remotum, quantum factum fuit circa euacuationem, & remotionẽ inflammationis. Et cùm in dextra C parte eiuſdem loci affecti, non fuerit ita euacuatio facta, vel obſtructio curata, ſiue quòd fuerit ea pars magis læſa, vel natura debilior (vt audio) ſiue quòd materia in illa parte fuerit craſsior, & magis rebellis, perſiſtit nocumentũ in parte dextra, tandiu permanſurũ (meo iudicio) quandiu nõ tolletur materia, replens eam dextrã partem, quæ eſt circa iſtas vertebras. Hæc eſt ſententia mea de cauſis paralyſis, tam præteritæ ꝙ præſentis. Quantum verò ad curationẽ attinet, tota vis D conſiſtit in reſiduo materiæ euacuando & corroborando partem affectam. Circa euacuationem, neſcio an exquiſitè totum corpus fuerit euacuatum, ſicut ego euacuandum cenſeo. Quòd ſi non fuerit factum, hoc pacto euacuare tentarem. Primò vt acciperet ʒ.ij. ſpecierum hieræ ſimpl. quæ in bolum redigerentur cũ melle roſato colato. Et facta ventris lenitione, tunc 7. diebus continuis haberet in aurora ſyrupũ infraſcriptũ, videlicet:

℞. Syrupi de ſtœchade,
E De betonica ana ℥.j.
Decoctionis ſaluiæ,
Iuæ artheticæ,
Betonicæ ana ℥.iiij.

Fiat decoctio in aqua boraginis, miſce, fiat ſyrupus. Poſt ſyrupum autem ſumat pillularum cocchiarum ℈.iiij. Et huiuſcemodi facta vniuerſi corporis euacuatione: laudarẽ maſticatoria euacuantia humores è capite, ſicut eſſent, quæ hoc modo præparentur:

F ℞. Staphiſagriæ,
Medullæ carthami,
Piperis ana ʒ.ij.
Maſtiches ʒ.iiij.
Croci ℈.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, ac cum cera fiant trochiſci ad maſticandum, qui teneantur manè in ore, ita vt expuat aſsiduè. Sed & caputpurgia laudo, placida tamẽ: ſicut eſt ſuccus maioranæ, vel betæ per nares attractus. G Hæc ſufficiant pro capitis purgatione. Locò verò affecto adhiberem ea, quæ reſoluunt & mollificant: ſiue ſeparetur mollificatio à reſolutione, ſiue ſimul vniatur. Et ſi ſeparetur, optimum eſſet

vt

vt per duos dies, aut tres, illinat locum (vlcere tamen intacto, ſi adeſt) linimento infraſcripto. A

℞. Olei amygdalarum dulcium,
Adipis porcini recentis ſine ſale,
Olei liliorum alborum ana ℥.j.
Myrrhæ ʒ.ij.
Croci ℈.j.

Miſce, fiat linimētum ſecundùm artem. Et vbi hoc linimento locus fuerit inunctus per duos, aut p̄ tres dies, tunc accipiatur decoctum althææ & maluæ in vino optimo albo, & in eo ponatur B marcheſita ignita, vel fruſta lapidis molendini, ſimiliter ignita, & vapor, qui aſcendere ex huiuſmodi lapidum ignitorū humectatione ſolet, commodè recipiatur in partem affectam: ita, vt dum recipit fumum, collum moueat hinc inde, quantum poteſt. Erit autē faciendum hoc in vaſe ſtricti orificij, vt totus fumus magis coarctetur, & ad eam partem magis aſcēdat. Deinde per vnum diem hoc facto, redibit ad mollificantia, & ſic ſucceſsiuè faciet modò liniendo, modò reſoluendo, C donec liberetur cum auxilio Dei. Deinde, ſi vult peruenire ad reſolutionem, hoc fiat vnguētum:

℞. Olei de pice, ſi haberi poteſt, vel de
Terebinthina, vel de
Euphorbio ℥.j.
Olei de croco ℥.j.s.
Olei amygdalarum dulcium ℥.iij.
Adipis anſeris ℥.j.
Butyri recentis ℥.ij.
Ceræ quantum ſatis. D

Miſce, fiat linimentum pro loco. Hoc igitur vel altero vtatur, prout magis expediet. Vltimò laudarem, quòd applicaretur ceratum, præcipuè ſanato vlcere, quale eſt, vel de betonica, vel de gummi elenij, vel (quod præſtātiſsimum eſt omnium meo iudicio) oxycroceum. Et ſuper omnia in toto tempore curationis habebit optimam rationem victus, cauendo ab omni ſuperfluitate, & vtendo optimis cibariis, & abſtinēdo à vino, quantum fieri poteſt, præſertim à vino potenti, & ab E aceto: à rebus frigidis, ac vento, à frigido aere, & coitu prçcipuè: is enim illi eſſet maximum venenum. Dabit quoque operam, vt habeat aluum apertam: & ſi non habebit, clyſteribus continuè vtatur, vſque ad perfectam curationem. Poſt hæc æger multis remediis à Chirurgis adhibitis, vſus, nondum ſanitati reſtitutus, rurſum Patauium acceſsit, cui Montanus exhibuit caſsiam cū hiera. Inſtituit inſuper, vt per tres dies ſumat aquam balneorum Aponenſium. Poſtea per decem alios F dies ſumeret ſtillicidium eiuſdem aquæ in loco, in quo vulneratus fuerat: quod ſtillicidium illi aliquantulum profuit. Poſtea iuſsit accedere ad lutum S. Bartholomæi, in agro Patauino, & tunc quando exibat à luto, ſtatim inungebat loca, quę fuerant luto operta, donec iterum lutum applicaret tali vnguento:

℞. Olei maſtichini ʒ.iiij.
Chamæmelini comp.
Liliorum alborum cum ſpeciebus, G
Coſtini ana ʒ.ij.
Irini,
de Euphorbio,
de Piperibus,
de Croco ana ʒ.j.
Styracis electi,
Myrrhæ,
Sampſuchi,
Roriſmarini,
Sauinæ ana ʒ.s.
Terebinthinę, ſeù
Laricinæ ʒ.ij.
Opopanacis ʒ.j.
Ceræ citrinæ ʒ.iij.

Miſce, fiat vnguentum. Hoc autem lutum cum iſto vnguento ſatis notabile iuuamentū præſtitit, poſtea cùm voluit diſcedere domum, tale balneum illi Leonicus præſcripſit, quo quandoque vteretur, tranſactis diebus canicularibus, in quo decoctum ſit chamæmelum, melilotum, iua, hypericon, calamenthum, pulegium, ſatureia, nitrum. Quibus, tempore frigidiori, addi poterit ſaluia, & roſmarinus, & in hoc balneo ſudet aliquantulum: & vbi primùm ex balneo exiuerit, inungatur tali vnguento:

℞. Olei antiqui ℔.ij.
Rutæ manip.ij.
Piperis,
Pyrethri ana ʒ.ij.
Euphorbij,
Caſtorij ana ʒ.s.
Radicum cucumeris áſinini recentium,
Bryoniæ ana ʒ.ij.
Maſtiches ℥.j.
Coſti,
Inulæ ana ʒ.s.
Vini albi odoratiſsimi ℔.j.

Decoquantur ad conſumptionem vini, & colentur. Tali vnguento, ſeu oleo inungatur bis in hebdomada. In reliquis, circa victum, præſcripta ſunt ea, quæ ſolent in ſimilibus affectibus ordinari. Montanus verò tum circa balneum nō admittebat ſatureiam, nec nitrum: & vnguētum, quod fuit ordinatū poſt balneum, applicari debere, omninò damnabat, quia nimium exiccat: ſed eius loco laudabat ea, quæ poſſunt & emollire & reſoluere, ſicut eſt linimentum tale:

℞. Olei amygdalarum dulcium,
Adipis porcini recentis, ſine ſale ana ℥.ij.
Bdellij,
Myrrhæ ana ʒ.j. Croci ʒ.s.

Diſſoluantur gummi in aceto. Deinde ſimul omnia miſceantur, & fiat linimentum ſecundùm artē. Aut, huius loco, etiā ſine balneo poterit vti, quod ſuprà ab Excell. Montano fuit ordinatum.

CONSILIVM LXV.

In eodem caſu Chirurgus.

AD vniuerſalem totius corporis euacuationem laudarem ſectionem venę in parte minus læſa: deinde purgarē cum medicinis electiuè educentibus, præcipuè cum agarico. Qua euacuatione diligenter facta deuenirem ad frictiones, prius incipiendo leniter, deinde augendo de die in diem, & inungendo omnia mēbra læſa à collo infra videlicet totū latus dextrum cum oleis reſoluētibus.

Sicuti eſt oleum ſicyonium: id eſt, oleum in quo A
coctæ ſint radices cucumeris ſylueſtris, & oleum
maſtichinum, & oleum de coſto: & procedendo
poſſumus augere, & ad maiorem reſolutionem
deuenire inungendo cum oleo de caſtoreo, & de
Euphorbio imponendo, de ſtyrace, ac ſagapeno,
vel laſerpitio: aut loco eius aſſam fœtidã, & ben-
zoi, vt vulgariter dicitur. Et ſi membra marceſce-
rent, bonum eſſet picare ea, videlicet extendere
picem leniter coctam ſuper pannos lineos tantæ
magnitudinis, vt poſsint cooperire membra, & B
ſic dimittere per medietatem horæ, & poſtea ele-
uare potius acriter quàm leniter, in ſecundo &
tertio: in tertiũ facta remotione inungatur. Poſ-
ſemus quoq; facere fomẽta cum rebus excalefa-
cientibus, incipiendo à lenioribus, aſcendendo
ad fortiora, ſicuti eſt chamomilla, anethum, arte-
miſia, betonica, ſtœchas. Deinde poſſemus aſcen-
dere ad calamenthum, origanum, dictamum, &
ad enulam, & ad ſimilia. Hæc fiant ſecundùm iu-
dicium Medici præſentis. Vitet autem relaxãtia; C
quæ ſunt contraria. Si verò cum his non ſanare-
tur, vſque ad menſem Iulij, poſſet adire thermas,
quales ſunt in agro Patauino montis Orthonis,
aut montis ægrotorum: nec vitupero in primis
lutum S. Bartholomæi, in agro Bononienſi, vel e-
tiam thermas *de la Porreta*. Poſthac patiens mul-
tis ex ſupradictis peractis Patauiũ acceſsit. Mon-
tanus exhibuit ei caſsiam cum hiera, inſtituit vt
per tres dies ſumeret aquam balneorum Aponen-
ſium, poſtea per decem alios dies ſumeret ſtillici- D
dium eiuſdem aquæ in loco in quo vulneratus
fuerat, quod ſtillicidium ei aliquãtulum profuit.
Poſtea iuſsit accedere ad lutum S. Bartholomei
in agro Patauino, & tunc quando exibat à luto,
ſtatim inungebat loca, quæ luto fuerant operta,
donec iterum lutum applicaret tali vnguento:

R. Olei maſtichini ʒ.iiij.
Chamomelini comp.
Liliorum alborum cum ſpeciebus de co-
ſto ana ʒ.ij. E
Irini,
de Euphorbio,
de Piperibus,
de Croco ana ʒ.j.
Styracis electæ,
Myrrhæ,
Sampſuchi,
Roriſmarini,
Sauinæ ana ʒ.s.
Terebinthinæ, ſeu Lariſinæ ʒ.ij. F
Opopanacis ʒ.j.
Ceræ citrinæ ʒ.iij.

Miſce, & fiat vnguentum. Hoc autem lutum
cum hoc etiam vnguẽto ſatis notabile iuuamen-
tum præſtitit. Poſtea cùm voluit diſcedere do-
mum, tale balneum illi Leonicus inſtituit, quo
quandoque vteretur, tranſactis diebus canicula-
ribus, in quo decocta ſit chamomilla, melilotum,
iua, hypericon, calamẽthum, pulegium, ſatureia,
nitrum, &c. Quibus tempore frigidiori addi po- G
terit ſaluia & roſmarinus: & in hoc balneo ſudet
aliquantulum: & vbi primùm ex balneo exierit,
inungatur tali vnguento:

R. Olei antiqui ℔.ij.
Rutæ M.ij.
Piperis,
Pyrethri ana ʒ.ij.
Euphorbij,
Caſtorei ana ʒ.j.
Radicum cucumeris aſinini recentium,
Bryoniæ ana ʒ.ij.
Maſticis ℥.j.
Coſti,
Enulæ ana ʒ.s.
Vini albi odoratiſsimi ℔.j.

Decoquantur ad vini conſumptionem, & co-
lentur: & tali vnguento ſeu oleo inungatur bis in
hebdomada. In reliquis circa victum inſtituit ea,
quæ ſolent in ſimilibus affectibus ordinari. Mon-
tanus tamen circa balneum non agnoſcit ſatu-
reiam, nec nitrum: & vnguentum quod fuit or-
dinatum poſt balneum, applicari debere omninò
damnat, quia nimium exiccat: ſed eius loco lau-
dat ea, quę poſſunt & emollire, & reſoluere. Sicut
eſt linimentum tale:

R. Olei amygdalarum dulcium,
Adipis porcini recentis ſine ſale ana ℥.ij.
Bdellij,
Myrrhæ ana ℥.j.
Croci ʒ.j.

Diſſoluatur gummi in aceto, deinde ſimul om-
nia miſceantur, & fiat linimentum ſecundùm ar-
tem. Aut huius loco etiam ſine balneo poterit vti
eo quod ſuprà ab excellentiſs. Montano fuit or-
dinatum, & reliquis quæ præſcripſit.

CONSILIVM LXVI.

In ſtupore & principio Paralyſis.

RECIPE Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ʒ.ij.
Miſce, & cũ zuccharo fiat bolus. Item:
Syrupi de ſtœchade,
Betonica ana ℥.j.
Decocti ſaluiæ & cichoriæ ℥.iiij.
Miſce, & ſic pro vno & pro aliis. Item:
R. Confectionis hamech ʒ.ij.
Trochiſci alhandal grana vj.
Miſce cum zuccharo, fiat bolus. Detur in auro-
ra poſt ſyrupum. Item:
R. Olei vulpini,
de Coſto,
de Terebinthina ana ℥.j.
Cum modico ceræ fiat linimentum.

ADMONITIO IOAN. CRATONIS.

HOC exiguum fragmentum neſcio quomodo in tabulam conſultationum irrepſerat. Id ſerò animaduerti. Cùm autem ſubmoleſtum eſſet numeros mutare, ne minuta illa, & ſolas medicamentorum formulas pro conſultationibus ſtudioſis obtrudere velle videar, atque iſto modo copias noſtras augere: hoc in loco Montani erudiſsimum iudicium, quod is diſcrepantiæ, quæ inter Galenum, Auerroem, atque Auicennam de

cauſis

cauſis doloris eſt, interpoſuit. Studioſis communicare volui. Sunt quidem non multò meliores formulæ medicamentorum, conſultationum nomẽ conſequutæ. Quod cum alijs autoribus factum ſit, meum non eſt tueri. Ab inſectatione autem iniuſta, & natura, & recta inſtitutione abhorreo. ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως. *Illud verò reticere nõ poſſum, mihi iniurioſè editionem tertiæ Centuriæ conſultationum Montani tribui. Nam prior eius pars, vel de alienis, quibus Montani nomen aſcriptum eſt: vel de veris quidem Montanicis in compendium quaſi redactis, conflata eſt, altera de editione Baſilienſi deſcripta. Itaque, quod minimè probo, meum non eſſe ſtudioſi exiſtimabunt, nec in hoc Opere ea omnia, quæ ſunt in tertia Centuria, ſibi quæri putabunt.*

MONTANVS DE CAVSIS DOLORIS.

Dolor eſt ſymptoma, id eſt, actio læſa ſenſus tactus, qui ſecundùm diuerſos locos quos inuadit, varias denominationes accipit. Quia verò morbi ſunt cauſæ ſymptomatum, diſcrepantia eſt inter Galenum, Auerroem & Auicennam de cauſis doloris. Galeno videtur, quòd ſola ſolutio continui ſit cauſa doloris. Auerroes penitus oppoſitum tenet, quòd ſola intemperies & exceſſus primarum qualitatum dolorem cauſet: & ſi ſolutio continuitatis, non tamen facere videatur ſine intemperie. Contrà verò Galenus, licet, ſi mala intemperies dolorem faciat, non niſi mediante ſolutione continui ipſum facere: Auicenna verò cauſam doloris ad vtrunque reducit, tum ad ſolutionem continui, tum ad malam intemperiem. Et ſic conflictantur iſti autores inter ſe. Auerroes quærens naturam rei, dicit illud ſolùm eſſe cauſam doloris, quod deſtruit miſtũ. Nam omnes ſenſus ſunt in temperatura ipſa, & maximè ſenſus tactus, qui non percipit obiecta per media: ſed inter extrema medio modo ſe habet, vnde obiectorum exceſſum ſentit. Obiectum autem tactus, ſunt qualitates primæ, ſecundùm Ariſtotelem, ex quibus qualitatibus conſtituuntur temperatura hominis, & miſtio. Fuit autẽ fundamẽtum eius, quòd omnis miſtio fit à contrariis qualitatibus. Senſus tactus ex qualitatibus primis componitur. Ergo qualitates ſunt obiecta ſenſus. Deinde à ſimili in gradu non fit alteratio, ſed à contrario in eodem genere proximo. Ergo vbi ſenſus tactus afficitur, oportet quòd partes ſenſibiles ſint compoſitæ ex qualitatibus, quæ ſentiunt exceſſum in qualitatibus, vel calidum, vel frigidum. Hoc modo oſtendit Auerroes, quòd ſolæ iſtę qualitates poſſunt mouere tactum: & quando aliquod membrum ſenſitiuum comprimitur, dolet, non quia comprimitur, ſed quia comprimendo ſanguis & calor concurrant, & ille calor faciat inæqualitatem in corpore, & dolorem. Galenus non affert rationem, ſed experimento comprobat. Videtur quòd ſolutio continui ſit cauſa doloris, vt in omnibus ſenſibus apparet. Licet enim occurrat res calida, tamen non percipitur, niſi violentia calidi percipiatur dilatando, frigidi conſtringendo: & ſic de humiditate & ſiccitate. Ita & de guſtu dicit, quòd quæ nimium frigida ſint, conſtringant, calida relaxent, humida ſuauia ſint guſtui, quia leniunt: ſicca ingrata, quia exaſperant. Omnia tandem ad ſolutionem continui reducit. Auicenna ab vtroque fieri dolorem cenſet. Ego modò conſiderans iſtos magnos viros altercantes, cognoui (ſicut plerunque fit) quòd eſt altercatio potius de nominibus, quàm de rebus, & quòd iſti petrinaciter contendunt de recto conceptu ſignificationis. Quando Galenus refert ad ſolutionem continui, non intelligit de qualibet ſolutione continui, quia libro 1. de Locis affectis, & alibi, dicit, quòd duæ ſint cauſæ doloris, ſolutio continui, & mala intemperies: ſed intelligit de ea ſolutione continui, quæ ſeparat partem à parte. Eſt enim alia quæ deſtruit temperaturam, Sic quando intemperies facit dolorem, hæc non eſt ſenſibilis ſolutio, ita quòd pars actu ſeparetur à parte: ſed intelligendo largiori ſignificato pro quacunq; immutatione ipſius miſtionis. Inde dicebam pro maiori facilitate, vt omnia iſta diſtinguerentur, videlicet quòd ſit triplex ſolutio continui. Quædam quæ deſtruit harmoniam, id eſt, proportionẽ miſtionis, quæ ſit in aliqua contraria qualitate. Et ita intelligẽdo eſt verũ, quòd calidum vel frigidum cauſet dolorẽ. Eſt alia ſpecies ſolutæ continuitatis, quæ dicitur Tenſio vel contorſio partis: hîc non ſoluitur propriè continuum, vt ſeparetur pars à parte, ſed fit dolor, quando extenduntur partes: nõ quia in his temperatura deſtruatur, ſed ſitus partium. Tertia ſolutio eſt, quando actu ſeparatur pars à parte, & diuellitur. De iſtis duobus generibus ſolutionis vnitatis intelligunt Galenus & Auicenna, quando dicunt à duabus cauſis prouenire dolorem. Primò ab intemperie: & ita quamuis fiat ſolutio continui eo modo, vt proximè accedat ad terminum ſoluendæ vnitatis, & quòd ſolutio ſit inſenſibilis: non poſuerunt, pro eo quòd diſtinguatur ab aliis ſolutionibus. Vnde dicunt, quòd ſolutio continui ſit ab intemperie, propter calidum & frigidum, quòd alterent corpus: ſed illa ſolutio ab intellectu potius quàm à ſenſu percipitur. Non enim actu ſoluunt, ſed proximè accedunt, vt ſoluant: imò etiam ſoluunt, cùm calor, vel frigus eſt immoderatum. vt eſt ſecundo de Locis affectis, de cholico dolore. Sed quia alia eſt ſolutio ſenſibilis, vel contuſio, ab hac fit dolor. Ratio Auicennæ ex fundamento artis talis eſt. Duplex eſt conſtitutio corporis, vna ex ſimilaribus & conſtitutione primorum corporum: ſecunda eſt organica, & ex diſsimilaribus. Sicut ergo duo principia conſtituentia humanũ corpus: ita duæ ſunt cauſæ doloris, quæ deſtruunt ſtructuram. Vna, quæ temperaturam, id eſt, complexionem: altera, quę compoſitionẽ deſtruit. Et propterea natura prouidit & dedit ſenſum animalibus, vt fugerẽt contraria. Sunt duo genera compoſitionis: ergo duo ſenſus læſionis, ita quòd æqualiter læditur, quando deſtruitur complexio, & quando compoſitio. Verùm Galenum benè ſenſiſſe videmus, nec contra Hippocratem, Platonem, Ariſtotelem, & ſcholam Peripateticorum pugnaſſe, & malè illum Auerroem, atque Auicennam intellexiſſe.

CONSILIVM LXVII.

De ſtupore ac diminutione motus pro Comite quodam à Sala, Genuenſi, anno 1545. Iunij 5.

PRimò temperaturam conſideremus, quæ multum ad rem faciet. Eſt itaque hic Illuſtris & Nobilis vir temperaturæ calidæ, ſecundùm hepar & cor, quod apparet ex operationibus primò hepatis: redundat enim ſanguine, venæ amplæ ſunt, color rubeus, habitus corporis: denique & pili, omnia caliditatem hepatis atteſtantur. Color quoque ad fuſcedinem tendit: eſt igitur calor in ſanguine, declinans ad ſiccitatem. Deinde cor calidum habuit, & ſiccũ, exercuit rem militarẽ, audax eſt & fortis. ergo tota temperatura calida & ſicca eſt. Accedit ad hoc, quòd agit annũ 27. eſtq; prope vigorem ætatis. Hic igitur incidit in ægritudinẽ frigidam, eſtq; maximus lapſus: ergo à cauſis validiſsimis, quia de contrario in contrarium lapſus eſt, membra calida fuerunt, nunc eſſentialiter frigida. Sed hîc obſeruandum, magnus lapſus dupliciter dicitur, primò reſpectu temperaturæ, vt in hoc caſu: ſecundò, reſpectu gradus. Non autem magnus eſt lapſus ratione intenſionis, & gradus ægritudinis, quia accidentia non ſunt ſæua. Hæc verò conferunt ad curam.

Symptomata. Patitur diminutionẽ circa actionem motus in brachio & crure, præſertim parte ſiniſtra: mouet quidem, ſed cum difficultate, non tamẽ eſt priuatio motus. In crure ſiniſtro feruet, & rubet: quæ animaduertenda ſunt, vt inueniamus curam. In colli etiam parte ſiniſtra tale ſymptoma percipit, & calorem, & quaſi feruorem. Quòd ad operationes in cerebro, nulla eſt læſa, odorat, videt, diſcurrit, optimè memoratur: imò quæ à ſeptem paribus neruorum veniunt, integra omnia habet, licet in lingua parum malè in principio morbi affectus fuerit. Iſta ſunt accidentia, vtcunq; nominari debeant. Vt curemus, quęritur an ſit ſtupor, vel reſolutio? Stupor eſt potius imbecillitas ſenſus quàm motus, qui à frigida diſpoſitione non ſolùm venarum, verùm neruorum, membranarum, &c. oritur. de Locis affectis 2. Reſolutio autem magis penes motum attenditur. Videtur igitur, cùm nullus ſenſus ſit ablatus, ſtupor potius eſſe, cum imbecillitate ſenſus quàm motus. Nec eſt reſolutio, quia mouetur, ſed cum dolore & difficultate: ergo ſi eſt reſolutio, eſt debilis, quia quædam eſt validiſsima, quædam mediocris, quædam parua. 3. de Locis affectis. Modò refert cauſas inquirere. Omnis actio ſentiendi & mouendi eſt à ſpiritibus & virtute animali, quę poſſunt impediri dupliciter: vel quia non poſſunt tranſire, ſed intercipiuntur: vel quia etiam, cùm ad locum perueniunt, non poſſunt operari, quia membrum inueniunt non benè diſpoſitum. Hîc non eſt vitium in virtute, vel ſpiritibus, quia mouetur. An intercipiatur, vel impediatur tranſitus ſpirituum? quod fit, cùm ſoluitur continuum: vel eſt inflatio, vel durities, vel obſtructio. Ego credo, ab aliqua materia deſcendente obſtructionem eſſe, & repletum eſſe

A principium: ſed illa obſtructio leuis eſt. Ideò imbecillitas facta eſt in crure & brachiis, quia membra facta frigidiora ſeipſis ſunt. Porrò frigiditas motui nocet: primò, quia non apta ſunt accipere virtutem animalem, & ad motum egent caliditate moderata. Eſt autem hîc frigiditas impreſſa in membris. Virtus non tranſit, ita nõ recipitur tantum ſpirituum, quantum oportet. Secundò, diminuto calore in membris, magis recipiunt fluxiones, à quibus hæc incommõda ſecuta. Quòd B autem frigiditas ſit in membro eſſentialiter, intelligimus ex cauſis procatarcticis: quia cùm eſſet ruri, ſaltabat, ludebat: totus igitur ſudauit, & expoſuit ſe pluuiis, ac cum madore manſit: itaque totum corpus rarefactum & reſolutum, pluuia refrigerauit: ingeſsit multũ vini frigidioris (ego quidem noui iuuenem, qui ex pilæ luſu calidus, multum aquę bibit, & factus eſt hydropicus. porrò vinum frigidum bibitum plus refrigerat) vſus præterea coitu ea nocte, reſolutus eſt calor in ce- C rebro, & ob vapores durantes adhuc, ſemper eſt noua fluxio: membra redundabant excremẽtis, quia proprium alimentum concoquere non poterant, neque repellere aliorum ſuperfluitatem. Vbi autem principium habet ægritudo? Non à cerebro, quia ſi principium hoc pateretur, non pars, ſed totũ corpus eſſet malẽ affectum. In hoc igitur viro vbi eſt impedimentum? Ibi, vbi imbecillitas incipit. verbi gratia: Si dorſi pars media læditur, fortaſſe in quibuſdam ſpondylis, in ſini- D ſtra parte afficitur, & cerebrum quoque eò expellit excrementa ſua, non tamen eſt nocumentum in cerebro: deinde materia fluens eſt miſta, habet partes frigidas & calidas. Hepar licet offenſum ſit, tamẽ fortè rediit ad temperaturam ſuam. Et hepar calidum facilè confert ad repletionem capitis, ac percipit calorem in parte ſiniſtra, & imbecillitas membrorũ eſt circa motum ob defluxum materiæ, & tales ſunt cauſæ.

Cura. Credo quòd curabitur, nulla erit difficul- E tas (vt ſpero) ſed quia duo anni ſunt, quibus laborauit, opus erit duo vel tria facere. Caput recipit excrementa, oportet igitur euacuare & diuertere materiam: ſed ne tranſeat ad locũ affectum, cauendum, verùm ad partes oppoſitas. Hoc principaliter faciendum, & membrum corroborandum contrariis. Victus ſit attenuans, abſtineat à vino: quia eius abſtinentia multi podagrici curati, & qui neruorũ morbos habent. Fiat aqua cum cinamomo, gariophyllis, ſaccharo, paſſulisque, F prouocãs vrinam. Euacuetur agarico, confectione hamech, rhabarbara, pillulis aggreg. ſed prius accepto minoratiuo. Ab oppoſita parte dextri lateris phlebotometur. Deinde ſtillicidium aquæ in ſpondylis fumat, neque caput tangat. Galenus enim ei qui ex curru decidit, remedia principiis neruorum applicauit, & ſanatus eſt. Capiti autem non applicanda medicamẽta, quia caput non malè affectum eſt. Quæ verò diuertunt, ea oppoſitis partibus ſunt facienda cauteria, ſcilicet G vt natura eò tranſmittat excrementa. Ad roborandum quia frigiditas cauſa imbecillitatis, linimentis & fomentis procederem. Sumerem autem garyophyllos, calamum aromaticũ, & acõ-

rum

rum communem (quæ tria roborant) atque vnà
ponerem in duplici vaſe, & oleum facerem, idque
miro modo roborat neruos: & quod attinet ad
malam temperiem, eam corrigũt, vigorem mem-
bris addunt, quia aſtringunt. Vtatur quoq; my-
robalanis, chebulis conditis; qui habentur Ge-
nuæ, & erunt præſtantiſsimi. Interdum etiam
zuccaro roſato.

CONSILIVM LXVIII.

*De Paralyſi imperfecta ſiniſtri lateris, cum lie-
nis tumore, & crurum palpitatione qua-
dam, ac tumore & diarrhœa.*

CASVS ab alio recitatus. Nobiliſsimus
vir, ſanus antè, & aptus ad omnes ope-
rationes, non parcens laboribus, & in
victu temperatus, patiebatur aliquan-
do hæmorrhoides, & in pede ſiniſtro tumorem
cum rubore: qui à ſeipſo diſſoluebatur, adhibita
commoda victus ratione & linimẽto: paſſus ſin-
gulis annis febres, ſed breues, quæ ſoluebantur:
cõtinuas item deſtillationes. Iam ante tres annos
ſuppreſsis hæmorrhoidib. & deſtillationib. cùm
verſaretur in pluuijs, & inordinatè viueret, habu
it in teſticulis puſtulas nigras, quas ipſe perfora-
uit, & emanauit ſanguis niger, pòſt euanuerunt.
Deinde habuit duos bubones in cruribus: qui
etiam pòſtea ſunt curati. Febres item varias, inter
dum quotidianas, aliquãdo verò tertianas per to
tam hyemem, quas ſecutus eſt tumor lienis & pe
dum. Sumpſit multa medicamẽta, quę nihil pro-
fuerunt. Menſe Maio profectus eſt ad balnea Mõ
tis falconis: diſtant à mari medio miliari, & habẽt
augmentum & decrementum ſicut mare, & ma-
ximè creſcunt creſcente luna. Ex ijs crura reſolu
ta, & lien ad naturalem diſpoſitionem redijt. Re-
lictis igitur balneis in patriam redijt, & tota æſta-
te & hyeme poſteà malè habuit: nũc febres habe
bat, nunc lien, aut crura intumuerunt. In Martio
ſequenti, duo ſunt iam anni, bibit aquã ligni, vn-
de deuenit ad hoc, vt malè moueat linguã, & brã
chium, & crus ſiniſtrum: & ad diarrhœam etiam,
in qua varij coloris excremẽta exibant, per tres
menſes: nunc malè mouet linguam, & deterius
veſperi quàm manè: malè mouet brachium ſini-
ſtrum, ſed meliùs quàm poſt potum ligni: tumet
crus, veſperi tamẽ magis quàm manè. Habet tu-
morem lienis & diarrhœam adhuc, in qua mate-
teria corrupta non bilioſa, nec flegmatica: pus
expuit etiam, & habet leuem defluxum à capite:
venit & iectigatio in vtroque crure, & videbatur
ſentire flãmas ſeu faces accenſas ſub digito craſ-
ſo pedum: ſed id nunc nõ ſentit. De reliquis
quærit conſilium: excreuit annis elapſis etiam la
pillos aliquot, & bis paſſus eſt dolores renales.
Agit iam annum quinquageſimum.

MONTANVS.

Si conſiderare volumus & apparentiã, & quæ
audiuimus, hepar ſine dubio eſt calidum ex am-
plitudine venarum, colore, pilis. Talis habitudo
hepatis eſt inſignis, eſt velocis motus, & prom-
ptarum actionum, dum eſt ſanus: poſtea ſiue id
A ratione victus ſequentis factum ſit, ſiue etiam à
natura: quia vbicunque calidum eſt hepar, ſan-
guis quidem multus eſt, ſed habet etiam multa
excrementa: victu præcipuè iam ordinato exi-
ſtente, multiplicata ſunt excrementa in corpo-
re, & ſecutus fluxus hæmorrhoidum, deſtillatio-
nes à capite: quæ vbi ſuppreſſæ, longus catalo-
gus ſymptomatum ſecutus eſt propter eam ſup-
preſsionem, febres, puſtulę, bubones, & alia: quæ
quia præterierunt, ideò non curamus ea. Conti-
B git poſtea vel ex ratione victus deteriore, vel ex
ligni potu, vel vtroq;: quia dum ruri viuebat, va-
riè affligebatur, pluuiis, ventis, & aliis: inde ſecu-
ta paralyſis imperfecta, in tota parte ſiniſtra, &
lingua etiam: tumor circa regionem lienis, tumo
res crurum circa veſperũ, &c. & refert ipſe etiã, ſe
ſubitò percipere quandã morſionẽ, ac ſi q̃s ſubi-
tò aliquid euellat, & in partib. affectis iectigatio-
nẽ & diarrhœã, vel fluxũ ventris. Quæritur cau-
ſa horũ ſymptomatum: ſine cognitione enim cau
C ſarũ nõ poterit curari. Videtur nulla difficultas.
Temperatura calida hepatis generat plurimum
ſanguinis feruentis. Inde hæmorrhoides & flu-
xus catarrhi, quia ex multo ſanguine multi vapo
res aſcendũt, ita vt ſola temperatura ad hos mor-
bos ſufficiat, ſi non accedat alia cauſa, vt ſuppreſ-
ſæ hæmorrhoides & fluxus catarrhi, & victus ma
gis inordinatus, ſiue ob decoctum ligni, ſiue ob
ſuppreſſos fluxus priores (quod ego magis cre-
do) quàm ex decocto ligni. neque enim proba-
D bile eſt decoctum ligni tam repentè generare pa-
ralyſim & eum defluxum, qui durabat per tres
menſes & amplius. Potius crediderim ex mul-
titudine humorum deprauatorum factum eſſe,
propter ſuppreſsionem euacuationum: ſed de-
coctum mouet cauſas & materias quietas alio-
qui, & præcipitauit per varias partes. materia va-
ria, craſſa & aduſta, ſanguis fœculentus propter
ſuppreſsionẽ hæmorrhoidum, & pituitoſa pro-
pter defluxum catarrhi ſuppreſſum: quæ mate-
E riæ propemodum contrariæ. Atra bilis ex adu-
ſtione generatur, & eſt calida & ſicca, phlegma fri
gidum & humidum. Et cauſa etiam eſt alia longè
deterior. Erat intemperies quædam in membris,
primò propter affluxum: ſed ea perſeuerante &
multiplicata materia, ſuffocatus eſt calor mem-
brorum. Materia melancholica deueniens ad lie-
nem, obſtruit meatus, & facit tumorẽ notabilem,
& propter conſenſum hepar etiam frigidius red-
ditum ſeipſo, quod ſæpe fit. Sæpe generatur hy-
F drops ex tumore lienis, frigefaciente hepar per
conſenſum & communicationem mutuam: &
fortaſſe lien cauſa eſt omnium horum malorum.
De frigiditate lienis non eſt dubium, quia pro-
pter obſtructiones ſuffocatus eſt calor proprius.
Quòd aũt & hepar ſit frigidius, apparet ex tumo
re crurum, quia oſtendit ſanguinem aquoſum
generari, & crudiorem: propter hepatis imbecil-
litatem, non ſatis concoctum, inde defluere ad
eas partes. Non enim tumor eſt ex materia pitui-
G toſa ibi perdurante, ſed eſt ex vaporibus, qui no-
cte reſoluuntur partim calore propter tegumen-
ta, partim etiam, quòd à calore naturali conco-
ctiones meliores fiant: nocte dum quieſcunt, in

die verò cùm agitantur, intumeſcunt, cùm coctiones non ita perfectæ ſint. Hæc oſtendunt actionem hepatis diminutam, quæ ſemper eſt à frigiditate. Secundò redundat multa pituita in venis, quòd apparet ex craſsitie venarum, quæ eſt ex frigiditate hepatis non ſatis concoquentis ſanguinem. Tertiò eſt iectigatio in illis partibus, quę eſt ex flatuoſis humoribus in ſanguine exiſtentibus, qui non ſunt concocti: & illæ iectigationes in parte ſiniſtra maximè, quæ affecta eſt & imbecillior: in altera parte calor fortior diſsipat eam materiam. Hæc oſtendunt hepar non eſſe calidum, vt fuit à principio. Quòd autem frigidior ventriculus, oſtenditur per excrementa alui, quę ſunt ſigna primæ coctionis: ſunt fæces, ſed molles, & quaſi corruptę, quia imperfecta coctio chili, non attingens proprium finem, & adiuuat ad hoc obſtructio in venis meſeraicis, quod iuuat: quia chilus non debito modo diſtribuitur, ſed quia corruptæ etiam, oſtenditur vitium ventriculi propriè, & egerit non conſuetis horis: quod ipſum etiam vitium ventriculi eſt, vt & Galenus refert. Habetis ventriculum & hepar frigidioris temperaturæ, vt lædat inſigniter operationes: & frigiditatem maximá in liene, & in eo etiam morbum in compoſitione, obſtructionem & tumorem lædentem operationes. Galenus primo libro de Differentia morborum: Tumor non eſt ægritudo, niſi lædat operationes. Ex his morbis & malis complexionibus dictorum membrorũ, quæ faciunt primam & ſecundam coctionem, & lienis etiam, qui purgat ſanguinẽ à fæce, ſequuntur deteriora ſymptomata. Primò imperfecta paralyſis in parte ſiniſtra, præcipuè diminuens motum relicto ſenſu, indicat magnam intemperiem frigidam, & vapores aſcendentes ad caput: & credo quòd habuerit leuem aliquam apoplexiam, vel epilepſiam. Principium enim læſionis fuit in capite, & communicata eſt à prima vertebra per omnes vertebras ſuccedentes. Fit autẽ hoc communiter, vt vna pars lædatur ex altera, & læſa prima vertebra, omnes inferiores communicát. Læſa igitur prima vertebra, eſt obſtructus meatus, ne tranſire poſsint ſpiritus, ſiquidem illi ad motũ neceſſarij: quod in 8. de Placit. videtur dubitare Galenus, ſiue impediens virtutem ne tranſmitti poſsit: & ita facta paralyſis per totum latus ſiniſtrum incipiẽdo à lingua. Diarrhœa eſt propter frigiditatem ventriculi, nec concoquentis, nec retinentis vt oportebat: ſecundò propter obſtructionem in meſaraicis. Tumor pedis propter hepatis frigiditatem, multiplicantis ſanguinem flatuoſum & aquoſum, generantem tumorem.

Prognoſticum. Natura indicat difficultatem rei membra principalia læſa, lienem obſtructum & refrigeratũ cum hepate & ventriculo: quæ membra concoquunt aliis membris: & in ſene agente 51. annum difficile erit remouere paralyſin, quia humores viſcoſi & impacti in neruis, in ſene vix vnquam, in iuuene difficulter remouentur. Non tamen deſiſtendum eſt, quin aliquid agamus: erit enim aliquid lucri ægro, cauebit ſibi ne in deterius labatur, & aliquanto etiam melius habebit. Curatio à natura rei. Euacuationes conſue-

A tæ ſuppreſſæ ſunt, ex eoque morbi ſecuti: ergo
iterum prouocandę euacuationes. Non curarem
euacuationes, quæ fierent per pharmaca, cùm ſit
in eo plenitudo propter ſuppreſsionem ſangui-
nis melancholici, & (nunc maximè) pituitoſi;
ideò non ponerem ſpem in euacuatione alicuius
humoris, ſed deuenirem ad ea, quæ redderent
membra fortiora, & ponerent in ſua temperatu-
ta naturali. Imbecillum enim redditur membrũ,
cùm ab eo remouetur calor. Facta igitur leui eua
B cuatione humoris pituitoſi, prouocarem hæmor
rhoides, illæ ſupplerẽt mihi miſsionẽ ſanguinis:
nec aliter euacuarẽ, quia hæmorrhoides euacua-
bunt ſanguinem per locum conuenientem & fa-
miliarem naturę: quod in euacuationibus facien
dum præcipit Hippocrates. Aliqui per ſanguiſu-
gas dicunt trahi ſanguinem tenuiorem, quia foramen
paruum eſt, quod videri non poteſt: quo-
modo igitur talis apertio vtilis in propoſito? E-
go etiam fui in hac ſententia olim, & deridebam
C eos, qui applicabát: ſed iam me pœnitet, cùm vl-
terius vidi. Tunc putabam foramen paruum, per
quod non poſſet exire ſanguis craſsior. Sed po-
ſtea vidi effluere vſque ad viginti libras vſque ad
ſyncopem ſanguinis craſsiſsimi. Et eſt ratio, quia
ſanguiſugæ trahunt ſanguinem ad orificia vena-
rum. Propter attractionem enim & ſua quadam
mala qualitate faciunt vt natura eò mittat excre-
menta: poſtmodum ſpontè aperiuntur orificia
venarum, ſi præſertim ponatur æger ſupra aquã
D calidam feruentem. Non per foramina, quæ fa-
ciunt ſanguiſugæ, effluit ſanguis ille: ſed per ſo-
lita foramina, & per orificia venarum, quæ illa ir-
ritatione aperiuntur: ſicuti cùm ex naribus pro-
uocamus ſanguinem, abſtergentibus aperimus
orificia venarum. Sed dicas: Sæpe hoc non ſuc-
cedit. Reſpondeo: Et alia ſæpe non ſuccedunt,
nihilominus tentandum eſt, cùm ſit rationabilis
operatio. Non pono ſpem in ſanguine, quem exu
gunt ſanguiſugæ: ſed in eo qui poſt ſanguiſugas
E applicatas ſæpe effluit ex ipſis orificiis venarum.
Ideò ſæpe tentandum erit, ſi non ſuccederet flu-
xus: & tantùm fieret hoc, vt venę illæ inflamma-
rentur, & intumeſcerent. Deinde aperirem eas
ferro: ſicut Medici in epidemia illa magna, quæ
fuit poſt annos Chriſti 1528. extrahebát eas ven
toſis duplicibus, & poſtea incidebant: medicinas
ſumerem leuiores, caſsiam cum hiera, non ſim-
plicem: non tranſirem ad agaricum, aut alia, ſed
potius iterarem vices.
F Pro roboratione credo conuenire balnea, ma-
ximè huic viro, ſi vlli alij in potu, lotione, & ſe-
cundùm omnem modum adhibitionis. Primò e-
nim ad corroboranda membra, aperiendas ob-
ſtructiones, corroborandum hepar & ventricu-
lum, potus aquæ erit vtiliſsimus. Secundò ad pa
ralyſin lotiones commodiſsimæ, ad reſolutionẽ
materiæ, quæ hæret in muſculis & neruis. Tertiò
non ſit contentus lotione, ſed circa primas verte-
bras vtatur ſtillicidio, non ex alto cadente, ſed le-
G uis impreſsionis: quia in primis vertebris maxi-
mè defectum eſſe iudico. Sed ſi his non iuuabi-
tur, darem mithridatem cum zuccaro roſato, aut
aqua roſacea: & per interualla interdum pillulas
hieræ,

A hieræ,vel hieram cum flore caſsiæ, vel rhabarbari,& his leuioribus ſæpe euacuaretur, vt materia quę generatur,quotidie educatur,& membra reducantur ad meliorem habitum. Localia. Nux muſcata & dictamnus Cretéſis bona ſunt ad reſolutionem linguæ,ſed præſtantiſsimum eſt mel anacardinum:quod vidi in ſeptem diebus ſanare eos, qui planè loqui non poterant. habeatur ratio victus, quæ ſæpè dicta eſt.

CONSILIVM LXIX.

B

De Paralyſi leui dextri brachij, cum vertigine, ac multis aliis ſymptomatis pro muliere.

MVLIER annorum quadragintaquinque patitur dolorem & impotentiam mouendi brachij & manus dextrę,interdum etiam ſiniſtræ: laborat etiam in dextro pede puſtulis, vel inflammatione aliquando, ſed nunc ceſſarunt: ſed tamen aliquando mouere cogitur pedem,cùm non vult: & niſi C moueat, dolet. Percipit & pruritum in auribus frequenter, vt ſæpius cogatur eas ſcalpere, aliquando etiam percipit vertiginem quandam, & lipothymiam,ſed magis hyeme quàm æſtate: patitur & tuſsim, aliquando & difficultatem anhelitus. Ventriculus item imbecillus eſt admodũ, ita vt ſi aſſumat cibum non ſatis conuenientem, inclinetur ad vomitum, & tamen non poteſt vomere: menſtrua conuenientiſsimè effluunt. Paſ- D ſa plurima accidentia animi, & multa incommoda in longo & diuturno morbo mariti.

MONTANVS.

Contigit iſti mulieri, quod eſt frequentiſsimum in omnibus, qui habent membra inæqualia,ventriculum frigidum,& hepar calidum:omnes tales ſubiecti ſunt multis ægritudinibus, & pręcipuè capitis deſtillationibus,quia generatur multum bilis & pituitæ, quorum vapores aſcen- E dunt ad caput: & hæc eſt ratio omnium ſymptomatum. Quòd hepar ſit calidum naturaliter, & fortaſſe etiam aduentitia caliditate, patet ex toto corpore, ex amplitudine venarum, colore, pilis, & de aduenticia etiam ex victu, laboribus & accidentibus animi. Ideò incœperant puſtulæ circa coxas mordicátes, conuellentes & lacerantes eam, vt variè multis modis ſe cogeretur mouere, nec ſtare, nec firmare membrum propter dolorẽ poſſet: color rubeus, pruritus maximus, F quæ omnia ſigna caliditatis & ſanguinis ſubtilioris, qui generatur in hepate ex caliditate maiore, ſicut ex caliditate temperata bonus ſanguis: has crebrò paſſa eſt, ſed euanuerunt tandem. Oſtenditur ergo & eſſe & fuiſſe calidius naturaliter,& caliditate etiam aduenticia,vt impediretur ab actionibus conuenientibus naturę.Quòd ven triculus frigidior à natiuitate, non poſſum affirmare: ſed quòd nunc ſit, apparet ex operationibus: primò aciditatem in eo percipit, quæ dimi- G nutam indicat coctionem: ſequitur enim aciditas cruditatem pituitæ, quæ incipit putreſcere, ſed non perfectè putreſcit: fundatur enim in materia ſubtiliori frigida aciditas, modò ſi materia frigida ibi, ſignum eſt, quòd non ſit coctio, ſicut fieri debebat. Ructus igitur acidi ſignificant frigiditatem ventriculi,vt & Galenus ait:talem autem aciditatem ſemper paſſa eſt. Ergo ventriculus frigidus eſt præter naturam. Secundò dicit, ſe manè ſurgere cum cruditate,ita vt non concoxerit cœnam heſternam: quod etiam indicat frigiditatem ventriculi. Eſt igitur frigiditas in ventriculo,& caliditas in hepate: quæ licet nunc extinguitur decreſcente ætate,& pituita ex ventriculo & capite illuc deſcendente,non tamen proſus extincta eſt:ideò puſtulæ inuadunt eam quidem, ſed rarius, & minori frequentia. Tertiò catarrhus ſalſus eſt, quia vapores à ſeroſa humiditate & bile aſcendunt. Caput igitur recipit vapores,cùm ventriculus frigidior, & hepar calidius, fiunt multæ vaporationes: quia calidum vaporoſum agit in humido multo, ideò plures vapores & varij aſcendunt ad caput. Quare etſi fortè aliter etiam patitur, tamen id eſt ab alia cauſa. Nam membrum de duplici cauſa patitur repletionem, vel quia ipſum non concoquit ſuum alimentum, & excreméta non expellit propter debilitatem: vel propter vapores nimios aſcendentes, qui difflari & expelli nequeunt: ideò deſtillant per aures,palatum,&c. Hîc etſi cerebrum validum, tamen multæ ſunt ſuperfluitates: quia & ventriculus & hepar, & totus ambitus venarum mittũt eò vapores in maiori quantitate, qui qualitatem etiam non naturalem habent: ſunt enim acriores,& ita repletur caput. An iam concurrat imbecillitas capitis, quæ adiuuet? Non dixerim facilè, quin optimã formam habet naturaliter,& colorem ſecundùm naturam, & ſenſitoria ita quemadmodum ſe habere debent, vt nõ poſsim dicere fuiſſe diſpoſitionem naturalem. Patitur nunc quidem vitium in auribus & oculis, ſed tñ ea omnia integra fuêre olim. Percipit & defluxũ per nares & palatum, vt percipiat propter multitudinem & malam qualitatẽ catharri excoriationem & abraſionem gutturis. Eſt ergo & in capite læſio iam, ita vt illud etiam patiatur per eſſentiam nunc,quia tam diu perſeuerant ſymptomata in ſenſoriis eodem modo: & ita contingit, vt ſymptomata quæ nunc patitur, neceſſariò adſint,vel etiã deteriora. Vbi enim vapores illi colliguntur in capite, & in eo congelantur, vel cauſant ibi morbos periculoſos, epilepſiam, lethargos: vel neceſſe eſt vt deſcendant, ſecundùm varias vias. Vapores autem partim pituitoſi, ſunt à ventriculo imbecillo, partim calidi à ſanguine euaporátes, qui calidior eſt & bilioſus magis propter caliditatem hepatis maiorem: faciunt ergo materiam miſtam, quandoq; ſalſam ſub forma pituitæ,ſed cum ſalſedine:quia admiſcentur vapores ã ſeroſa humiditate accedentes. Quandoque percipit, ſed rarius, catarrhum amarum, ex quo arguuntur vapores non ſeroſæ humiditatis: ſed ex ſubſtantia bilis, quæ amara eſt, etiam quando cum pituita miſcetur. Eſt ergo materia ex pituita inſipida & humiditate ſeroſa, quę facit ſalſedinẽ, & bile, quæ facit amaritudinem. Deſtillat autem ad varia membra per varias vias, interdũ per la-

tiores & communes, & facit excoriationem & ar A
roſionem,de qua diximus. Quandoq; ad pulmo-
nem:& cùm in bronchiis colligitur,facit difficul
tatem anhelitus: & tuſsim, cùm inſurgit virtus
ad expellendam materiam. Quandoque per ner-
uos & vertebras dorſi ad vtrunq; brachium, ma-
gis tamen dextrum defluit. Quare autem modò
in hunc, modò in alium locum feratur, ex variis
cauſis fieri poteſt,quas nos neſcimus,& vna pars
magis eſt affecta,quàm alia: ſicuti ventus nũc ab
hac,nunc ab alia parte flat : interdum tamẽ fit ex B
rectitudine : ſed ſiue ſit ex cauſa extrinſeca, ſiue
intrinſeca,nihil refert, non impedit curam, ſuffi-
cit quòd locus ille ad ſuſpiciendum magis aptus
ſit. Deuenit tandem & ad partem ſiniſtram, ſed
in dextra manifeſtè motus læditur,& partim ſen
ſus etiam. In ſiniſtra dolet quidem,ſed non lædi-
tur motus. Scitis autem, quòd quæ lædunt ſen-
ſum,debiliora,ꝗ quę lædunt motum. Et facilè fie
ri poteſt læſio in ſenſu ſeruato motu,quia ſunt di
uerſi nerui. Patitur vertiginem & imbecillitatem C
in omnibus ſenſibus exterioribus, ac tota vis im-
becillitatis eſt in vtroq; brachio, & maximè dex-
tro: quia illud dolorẽ habet,& amittit etiam ſen-
ſum, quod maximè deterret eam. Moleſtatur e-
tiam aciditate ſtomachi ex naturali frigiditate
ſtomachi, qui ex pituita deſcendente redditur fri
gidior:& facit deteriores coctiones,propter mu-
tuum illum circulum inter duo correlatiua. Ni-
hil hîc dico de cauſis procatarcticis, quòd exer-
cuit ſe in agris & accidentibus animi : illa non fa- D
ciunt indicationes.

Prognoſticum. Non facilè tolletur, imò nunquá
omninò : ſed mitigabitur hæc mala affectio, cùm
ventriculum naturaliter imbecillum habeat, &
hepar calidum. Alterum humorem crudum,alte
rum aduſtum generat,& dum ſuccurrimus alte-
ri loco, alter læditur : ſunt enim ægri duo coqui
materiæ. Igitur tota familia malè habet. Et Aui-
cenna dicit:Diſpoſitio ſtomachi pręter naturam
mater eſt omnium ægritudinũ. Et ægritudo iam E
confirmata per plurimos annos, adhibita varia
remedia,quæ nihil promouerunt:poterit tamen
leniri, & præſeruari à ſymptomatis. Cum qui-
bus,& quando? Conſiderans nunc intenſos ca-
lores,non auderem aggredi curationem ſeriò:vt
quum volo tollere ægritudinem,& eradicare,mi
tigare poſſumus. Et nunc primò inſtituerem re-
ctam rationem victus. abſtineat à potu poſt cœ-
nam & prandium : bibat vinũ, nec pauciferum,
nec potens admodum, ſed mediocre,& bibat mo F
deratè:ſurgat matutino tẽpore tempeſtiuè (quo
ſolo vidi curatos aliquos) & tũ non occurrat aeri
frigidiori & ſubtiliori,tum excreet,& ſe ab omni-
bus excrementis purget. Prandeat & cœnet tem
peſtiuè,& tribus horis poſt cœnam eat cubitum,
non cùm cibus eſt adhuc in ventriculo (id enim
peſsimum eſt habentibus ventriculum & caput
imbecille) cibaria ſint boni nutrimẽti,& nõ mul-
tiplicia. Deinde perſeuerarem, ac ſingulis 8. die-
bus, vel etiam quinquies in menſe darem caſsiæ G
portionem cum rhabarbaro puluerizato,aut mo
dico hierę vel agarici:caueat hieram ſimp. ſolani.
Rhabarbarum laudarẽ & frigidius & humidius,
ꝗ aloe, & dicitur pater & anima hepatis. Ad Se-
ptembrem poſtea,ſi hæc ſuccederent, nõ alia ad-
derem, ſed in his perſeuerarem. Si verò ſympto-
mata perſeuerarent,vellem primò exquiſitè eua-
cuare totum habitum corporis : educere primò
quæ in ventriculo & in primis venis cum caſsia:
poſtmodum humores incidere & abſtergere oxy
mellite & aliis, poſtea euacuare cum agarico, co-
lochyntide,rhabarbaro. Poſtea euacuationẽ, in-
ter omnia, quia conqueritur de ventriculo,maxi
mè laudarẽ thermas Aquarij : quas experti ſunt
Brixienſes (qui cùm ſint diuites & delicati,poda
gris & deſtillationibus,& ventriculo maximè la-
borant : quia cibis indulgent) nõ eſſe remedium
magis conueniens. Et incœpit etiam Veronæ no
tum eſſe,& vtiliſsimæ ſunt. habent multũ de ſul-
phure & aſphalto,ideò non procul inde eſt petro
leum. conferunt valdè cerebro, & ad deſtillatio-
nes. Ideò in iis conſiderem:& cùm accipiet aquas
Aquarij,nunquá percipiet calores (quia ſemper
poteſt exhiberi,etiam æſtate, vt dicũt Doctores)
tum ſe inunget linimento infrigidante:quod fie-
ri velim,vt ipſe Galenus fieri iubet, non vt vulgò
faciunt : eſt enim efficaciſsimum, ſi liniatur tota
longitudo lumborum, non renes tantùm. Eſt e-
nim valdè infrigidans, & ſufficit ad reſtinguen-
dum calorem hepatis,ſicut hodie experior in his
caloribus. Do aquam thermarũ cuidam, & non
percipit caliditatẽ hepatis propter linimentum,
& interim maximè iuuatur in ventriculo. Si poſt
hæc benè haberet, bonum eſſet : ſi perſeuerarent
accidentia, & effectus in ventriculo, perſeuera-
rem in ſupradictis,& ſumeret tandem confectio-
nes magnas mithridatum cum ſuccharo roſato
quater in menſe : item caſsiam cum rhabarbaro,
vel aloe,& alia ſupradicta. Circa brachium loca-
le adhiberem, linirem cum oleis diſſoluentibus
materiam in membris profundam, vt oleum de
euphorbio, vel etiam nardinum, quod reſolue-
ret materiam,& corroboraret membra. Quod ad
diuerſiones attinet, credo ſuperiora nõ opus ha-
bere diuerſionibus: ſed ſi haberent,laudarem lo-
tiones ex decocto roſarum,myrtorum & agarici,
qui confert ad tollendas fluxiones capitis,& cor-
roborant ita,vt podagricis etiam multũ ſeruiant,
vt refert Dioſcorides. Ad cauteria non deſcende-
rem,niſi augeretur morbus.

CONSILIVM LXX.

De brachiorum tremore, datum cuidam Germano.

PROBABILE eſt hominem ab ineunte
ætate cudendis nummis occupatum,
vehemẽtiſsimo motu,& magno mal-
leorum pondere,brachia ita exercuiſ-
ſe & calefeciſſe, vt plurimo alimento indigerent,
quod etiam commodiſsimè attraherent per vaſa
abundanti calore dilatata, tum optimè conficę-
rent ob bonum habitum, & caloris redundan-
tiam : ſed vbi poſtea à conſuetis laboribus deſiit,
conſuetũ quidem alimẽtum ad brachia deriuaſ-
ſe : ſed ocio ac deſidia effectum, vt ſublata priſti-
na difflatione,& excrementorũ expulſione,calor
naturalis

A naturalis paulatim ſuffocaretur, temperatura brachiorum frigidior redderetur, excrementa colligerentur, meatus conſtiparētur: vnde imbecillitate in iiſdem brachiis parta, præterquam quòd proprium alimentum non rectè conficeretur, etiam aliunde defluuiū pateretur: ſicut perpetuò comparatū eſt, à fortioribus ad imbecilliora defluuium fieri. Ergo & totum corpus languidius, ſegnius, obeſius effectum, & brachia præ frigiditate acquiſita, & humorum cruditate, in tremorem B inſignem incidiſſe. Curatio eſſet, vt q̄ maximè corpus exerceret in aere temperato, frictionibus longis & aſsiduis, & balneis vteretur, parcíſsimè viueret: à vino, quàm maximè poſſet, abſtineret: ſed decoctum ſaluiæ, cinnamomi & garyophyllorum addito zuccharo potaret. A cibis craſsis, frigidis, humidis, glutinoſis prorſus abſtineret, commeſſationes, potationesq; tanquam peſtem euitaret. Singulis ſeptimanis pillulis vteretur in hunc modum confectis:

C R. Agarici electi ʒ.vj.
Colocynthidis ʒ.ij.
Aloës hepaticæ ℥.j.
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ ana ʒ.j.
Salis gemmæ ʒ.iij.

Cum oxymelite ſimpl. fiat magdaleon, ex quo fiant pillulæ tres ſingulis vicibus pondere ʒ.j. ſumendæ in aurora. Poſt aliquot purgationes, brachia aſsiduè illinētur oleo, quod ex benzoi ab vnguentariis D conficitur. Cinamomo optimè condito cū zuccaro, ante & poſt cibū aſsiduè veſcatur.

CONSILIVM LXXI.

De tremore membrorum, & mouendi imbecillitate pro magnifico viro.

SVPPOSITIS his, quæ tum ab excellentiſsimo Medico, tum ab aſsidentibus & familiaribus intellexi de hoc magnifico viro, qui tot annis membro- E rum tremore, & mouēdi imbecillitate laborauit, conſiderataq; ſeptuagenaria ætate, temperatura calida & ſicca, inſigniq; extremorum caliditate, & doloribus pungitiuis, immoderataq; alui adſtrictione: conſulerem primò circa rationem victus, vt effugeret pro viribus moleſta animi accidentia, ſicut iram & mœſtitiam, quæreretq; omni ſtudio, vt cum amicis quietam vitam iucundamque degeret: calidum aerem euitaret, ptiſana, lactuca, boragine, portulaca, endiuia in fercu- F lis vteretur: ac, ſi ventriculus ferret, laudarem vt omninò à vino abſtineret, & vini loco huiuſmodi potum ſibi confici curaret:

R. Aquæ fontis ℔.xvj.
Ligni guaici ℔.j. Bulliant ad conſumptionem quartæ partis: coletur & referuetur. Eſt & hoc poculum præſtantiſsimū ad nutriendum, vt quod nihil ſegnius vino nutriat. Pro alui verò lenitione, velim vt ſingulis diebus ſumeret ante cibum libram mediam iuris pulli, in quo decocta G eſſet malua, violæ, hordeum, & 6. vel 10. pruna dulcia. Præterea acciperet quater in menſe, duabus horis ante prandium tale medicamentum:

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Rhabarbari electi ʒ.s.

Cum ſaccharo fiat bolus. Quotidie ad hepar & renes huiuſmodi linimento vtatur:

R. Vnguēti roſac. Meſue eiuſdem anni ℥.ij.
Vnguenti ſandalini recentis ℥.j.

Miſce, præterea foueret omnia membra dolentia huiuſmodi balneo:

R. Florum chamomillæ M.iiij.
Hordei M.vj.
Roſarum ſiccarum M.ij.
Violarum M.ij.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, in qua moderatè calida ſedeat ieiunus, benè coopertus veſtibus, & in aere calido: curetq; vt poſt huiuſmodi balneum ſtatim membra huiuſmodi linimento inungant:

R. Olei chamomeli,
Roſati,
Violati ana ℥.ij.

Miſce. Et niſi facta fuerint cauteria infra genu exterius, ſicut fieri conſueuit, laudo vt omninò fiant. Nec diſplicet hæmorrhoides prouocare, præſertim ſi natura per eas vias aliquid tentare videatur. Quantum verò ad aquas thermarum attinet, nullas ego laudarem, niſi fortè Calderianas, quæ in agro Veronenſi ſunt, tanquam ad refrigerandum hepar & renes idoneas. Sed quod ego præſtantiſsimum remedium iudicarem, eſſet vt ligni guaici decoctum ſumeret: nō quidem eo victu tenui, qui ſolet adhiberi pleriſque, ſed moderato, qualis ætatis temperamēto, & viribus ſulciendis conuenit. Velim tamen vt quod loco ſyrupi biberet, in aqua endiuiæ decoqueretur: qđ ſi ita fieret, ſi quid vnquam huic magnifico viro prodeſſe debet, hoc maximè profuturum credo.

Prognoſticum. An poſsit curari. Vbi humor frigidus, craſſus, & inuiſcatus in aliquo membro, maximè in ſene eſt: difficulter curatur, ſi modò credimus Hippocrati. Primum ſenium iam exceſsit: agit enim 60. annum, & quartam, in qua ætate catarrhi & fluxus cuiuſcunque generis difficulter maturantur, præſertim cùm ſint in chordis & neruis, ſeu membris ſiccioribus: ita credo hic quoque curam difficiliorē futuram. Quomodo igitur curabitur? Si materia ſit impacta partim & inuiſcata, partim defluat: primo impacta remoueri debet. Sed vt id fieri poſsit, oportet vt affluēs auertatur prius, & ita præſeruabimus eū. Præſeruatiua cura refertur ad cauſam efficientem: ad coniunctam verò cauſam curatiō. Prius igitur remouēda efficiens illa, id eſt, fluxus, antequàm amoueatur morbus iam factus. Primò euacuetur totum corpus, ac in coquenda ac præparanda materia ſyrupus de Iua optimus eſt: & ideò arthritica dicitur, quia maximè conferat artubus & neruis: ſed tamen cùm volumus præparare & concoquere materiam præcedentem, & volumus ne talis veniat ad locum læſum, crediderim eſſe in hoc caſu meliores ſyrupos, qui concoquant materiam craſſam, vt ſunt minus calidi, & qui habēt vim incidendi. Conueniret oxymel, atque ſyrupus acetoſus ſimplex, in maxima etiam quantitate, vt ita coqueremus materiam

euacuandam: præmiſſo prius minoratiuo, quod educeret materias crudas, exiſtentes in ventriculo & inteſtinis, ex flore caſsiæ, cum ſpeciebus hieræ, quæ non nimium laxabit. In euacuatione laudo agaricum, vel cum flore caſsiæ, vel alio ex agarico compoſito, & pillulas cocchias, aggreg. confect. hamech. An modò hoc ſumatur, vel aliud, nõ curo, dummodò euacuetur pituita. Laudo miſsionem ſanguinis à latere oppoſito, ne trahatur materia ad locum affectum. His ita factis corroborarem caput, exhiberem ſaccharum roſatum, & fieri iuberẽ exiccationes ſine calfactione, vt cum chamomilla & roſis in lixiuio: & adderem roſas in maxima quãtitate, nec vterer multùm aſtringẽtibus, ne ſequeretur compreſsio, & augeretur fluxus. Ideò ea quæ ſunt in primo gradu aſtringentia, eſſent mihi grata, quæ non penetrarent ad profundum. Poſt hæc, pro remotione materiæ iam impactæ, adhiberentur loco affecto mollificantia. Non darem aquas thermarum per os, ſed ponerem digitum in luto: vel habeat molarem ignitum, & extinguat, vt emittat halitum, quem excipiat. Vehementer enim exiccat, vt Galenus 14. Meth. de ſcirrhis docet. Poſteaquam per duos aut tres dies fuerit mollificatus digitus, iam luto vterer aliquo reſoluente: ita tamen, vt ſemper tribus diebus molliatur, & vno tantùm reſoluatur. Videndum autem, ne reſoluamus materiam tenuem tantùm, & craſsior lapideſcat. Deinde vellem, vt vteretur continuè cerato betonicæ, quod haberet virtutem corroborandi & reſoluendi, aut emplaſtro facto cum diachilon. Poſt hæc eidem ſequentia præſcripta ſunt:

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ʒ.j.
Cum ſaccharo fiat bolus.
R. Oxymellis ſimpl. ℥.j.
Syrupi de betonica,
Cichorij ana ℥.s.
Cum decoctione betonicæ & endiuiæ ℥. iiij.
Miſce, pro vna vice, & ſic pro aliis.

CONSILIVM LXXII.

De ſuppuratione in aure, cum febre in ſene, qui paralyſi eſt mortuus, prius à me contractè editum, eſtq́ in 2. Cent. Conſil. XIIII.

LABORAVERAT ſenex aliquot annis catarrho, acceſsit febris, & ſuppuratio in aure. D. Montanus accerſitus, audiens eum non poſſe proferre, quę vellet, & linguam hærere, cùm antea expeditiſsimè eſſet locutus: vrinas in magna quantitate, non albas, ſed liuidas, ad colorem plumbi tendentes, tenues, cum ſedimine albo, & pauco: ſitis quoque adeſſet maxima, nigredo & ariditas linguæ, dicebat initium paralyſis, ſeu apoplexiæ eſſe, quæ nihil differunt: niſi quòd apoplexia eſt vniuerſalis, paralyſis particularis. Deinde mens turbabatur, non exprimens intentiones ſuas. Hæc monebat obſeruanda, quòd ad prædictiones facerent. Febrem autẽ dicebat nunc curam requirere, & eam ſic conſiderabat. Licet in ſenibus febres non di-

A cantur acutæ admodum: ſunt tamen vt plurimum intrinſecæ, & ob hoc vulgò laticę, vel ſepultæ febres dicuntur: habentq́; hoc proprium, videlicet cum multa frigiditate extrinſeca, multam caliditatem intrinſecam. Cuius hîc ſunt ſigna: Primò, ſitis magna, quia appetitus frigidi & humidi arguit caliditatem intrinſecam. Secundò, ariditas linguæ, faucium, & ſimul nigredo. Tertiò, ſputa cruda, & tenacia: quod fit, cùm vapores calidi miſcentur cum materia flatuoſa & viſcida: B & maximè ante prandium eſt compactum ſputum, ideò tum videntur expuere bombacẽ. Quartò, ex vigiliis. Adſunt autem multa ſigna frigiditatis, vrinæ tenues & liuidæ, quæ ſignificant calorem naturalem quaſi extinctum eſſe. Et iſtæ mihi non placẽt in febricitãte, in quo vrinæ debent eſſe tinctæ. Quòd multa emittitur, non eſt criticus motus, ſed ſignificat naturam non benè regulare materiam. Adeſt ſedimentum album, & paucum: quod eſt ſignum abundantiæ pituitæ, C & materiæ viſcidæ in venis. Habemus ergo febrem cum iſtis ſymptomatis & inæqualitate. Iſta apud me ſunt difficilia, præſertim in ſene & verè frigido. Nam hæc ſymptomata in iuuene non eſſent verenda. Eſt igitur mala iſta febris. A' quo loco pendet, & vbi eſt putredo? Humor non facilè diiudicatur, pręceſsit catarrhus viſcidus cũ flatibus, ita vt in via propter compreſsionẽ diaphragmatis aliquoties coactus ſit quieſcere. Illa pituita aliquãdo eſt ſalſa propter aduſtionem, vel ad- D miſtionem bilis. Non percipit frigus, quia materia non putreſcit extra vaſa: nec typum, licet ſemper poſt prandium videatur ſentire acceſsionẽ. Habet ſuppurationem in aure: & etiamſi multum puris exiuit, tamẽ rurſus colligitur: & adeſt pulſatio, quæ arguit ſuppurationem. De dolore pedum non curo: imò vellem vt augeretur. Non enim dubium eſt, quin ſit à flatuoſa materia, quæ dum ad illas partes deſcendit, diuertitur à membris nobilioribus.

E *Cura*. Febris coniuncta eſt cum cauſa, ideò ſine ea curari non poteſt. Primò, abſtinerem à vino. Quod etſi videatur attenuare humorẽ craſſum, tamen capiti noxium eſt. Facerem autem decoctum ex aniſo, cinamomo, ſaccharo, quod extingueret ſitim, & iuuaret caput. Darem iuſcula ex betonica, ſaluia, & roremarino, & ponerem folia in panno lineo, & ſic decoquerem. Et quia nihil præſtantius in febrib. à pituitoſo humore, quàm habere rationem ventriculi, darem ante cœnam F ℈. vnum hieræ. Vterer fricationibus ex anethino oleo, cũ vino decocto. Aerem etiam exiccarem, acciperem aquam roſaceam, & imponerem puluerem garyophyllorum, & coquerem in cubiculo. Exhalaret enim odorem ſuauem & exiccantem: indigemus autem exiccatione, & non calefactione. Circa aurẽ concoctio materiæ eſt quærenda, quia pulſat. Quare acciperẽ album cepæ, & excauarem, & imponerem butyrum, & coquerem in cinere calido, & illo ſucco illinirẽ aurem, G & inſtillarem. Et ſi applicaret cotum, vellem eſſe odoratum: iaceat ſemper ſuper illa aure. Hæc in præſenti videntur ſufficere. Sequenti die æger incidit in paralyſin. Biduo pòſt habuit fluxum

ſanguinis ex naribus,qui eum releuabat aliquantulum : altero die, poſt fluxum.

Virtus laſſa cadit, ſoluuntur frigore membra,
Vitaq́, tartareas fugit indignata ſub vmbras.

CONSILIVM LXXIII.

De tremore ac ophthalmia ſiniſtri oculi, pro matrona Leonora Sacrata Fliſcha. ſcriptũ anno 1550.

AVDITIS & diligenter cõſideratis affectibus omnibus,quibus infeſtatur nobiliſs. matrona Leonora Sacrata Fliſcha: iudicauerim primam originẽ eſſe in cerebro , propter paucitatẽ & malitiã ſpirituũ animalium, non ſine tamẽ materia aliqua frigida deſcendente ad partes affectas. Materiam autem deſcendentem, malitiam, & paucitatem ſpirituũ fieri ob cerebri frigidã intemperiem. Et quòd ita ſit,coniecturas habeo:primò imbecillitatem omnium intrinſecarum actionum,quæ cerebro propriæ ſunt,ſicut ingenij,memoriæ & cogitationis: non enim actiones remittuntur,niſi ob intemperiem frigidam cerebri,præcipuè ſi humiditati cõiuncta fuerit. Cùm ergo animalis virtus in cerebro ſedem habens, ſiue ſine ſpiritus vehiculo ſubitò,tanquam ſolis radius omnes corporis partes illuſtret, ſenſumq; ac motũ adferat, ſiue vehatur ſpiritu (hoc enim apud illuſtriores Medicos non ſat compertum habetur) conſtat tamen ſine animali ſpiritu,ſiue præceſſerit,ſiue comitetur, nihil agere poſſe,vel ſentiendo, vel mouendo. Sed ſpiritus animales neque multi, neque boni eſſe poſſunt,vbi fuerit ea, quam prædiximus, cerebri intemperies. Quicunque enim habent talem temperiem, primò ſegnes in motu & ſenſu reddũtur: deinde aucto incommodo torpidi : quòd ſi vltrà proceſſerit, tremuli,ac tandem reſoluuntur, inciduntque in eam, quam paralyſin Medici vocant. Neq; hìc à me repetendum eſſe arbitror, tremorẽ membrorum fieri æquatis viribus , quæ ſunt ex parte membri grauitantis, & deorſum trahentis, & ex parte animalis erigentis : dum enim æqualiter illa quidem erigit,hæc verò grauitant,fit tremor ex duobus motibus contrariis. Quòd autem hìc tremor præcipuè fiat ob ſpirituum paucitatem,ita coniicio:primò, quòd eò magis tremit ſiniſtrum brachium, quo magis laborat,vel nititur aliquid complecti. Conſtat enim ex hoc cõnatu ſpiritus reſolui, & pauciores fieri, vnde neceſſariò quoque tremor augetur: ſequiturque deinde etiam dolor ob intemperiem frigidam confertim ad membra accedentem, ſcilicet ex ſpirituum & caloris ſubita diſſolutione. Præterea dum aliquid acriter intuetur,ſtatim admirando quodam modo brachij tremor augetur,non ob aliam profectò cauſam (ſicut ego arbitror) quàm quòd ſpiritus animales ab illo intuitu diſſoluuntur,atque ita paucioribus redditis, neceſſariò tremor augetur. Audio etiam,quòd vbicunque ſtat,cùm motus ille ſit omnium muſculorum, qui tonicus à Galeno appellatur,plurimam fieri ſpirituum exolutionem neceſſe eſt:propterea mira etiam imbecillitas totius corporis conſequitur, ingensque

A dorſi dolor : muſculi enim qui in ea parte ſunt, præcipuè laborant, & ideo ſentiunt veluti confractionem & laſsitudinem. Vbi etiam ſederit, ſi difficilis eſt exurrectio, ad quam cauſam melius poteſt referri,quàm ad ſpirituum paucitatẽ? Deniquè illud ita eſſe manifeſtiſsimè árguitur,quòd poſt quemcunque ingentem motum præcipuè ſiniſtri brachij, dolor ad cor accedere videtur: quod quidem nihil aliud eſſe crediderim, quàm quoddam veluti procœmium lipothymiæ,ſcilicet
B ex ſpirituum multa diſſolutione. Quòd autem à labore ſequatur dolor vehementiſsimus, incipiens ab ore ventriculi, terminans in vterum: cauſam eſſe crediderim, quòd in eo labore calor in magna arteria & vena deſcendentibus ferueat, & in eo feruore humores crudi attenuentur, & per ramos eorundem vaſorum deriuetur ad vterum, qui poſtea flatuati dolorem,tanquam picturę excitent: ſedatur poſtea flatu cum murmure emiſſo ob compreſsionem viarum. Cur autem frequen-
C tiſsimè infeſtetur oculi ſiniſtri pulſu, ophthalmiàq; laboret: illud eam pati crediderim cũ intumeſcat, ac ſanguine repleatur. Et cur eiuſdẽ ſiniſtræ partis facies vehementer incaleſcat, inquiſitione dignũ eſt.Id autẽ fieri crediderim,quoniam vbi dolor & imbecillitas eas partes occupauerit, calidus ſanguis & vaporoſus illuc recurrit,remouendi incommodi cauſa. Eſt enim (vt aiebat Hipp.) omnium partium corporis mutua quædã côuenientia,vt ſuapte natura altera alteri ſuccur-
D rat, & ſecundum omnes affectus conſentiant. Si verò etiam pedes intumeſcant, de huius tumoris cauſa non poſſum ita exactè proferre ſermonem, cùm nec tumoris quidẽ naturã aut colorẽ audiuerim. Supereſt tamẽ mihi dubiũ non paruũ, nunquid ſit œdematicus, an eryſipelathodes : nam cùm intelligam circa naturalia optimè habere, fortè humor aliquis calidus & craſſus ad eas partes decumbit ob hepatis caliditatem : & cùm ille tam frequens feruor appareat circa partẽ faciei ſi-
E niſtram, circa oculum eiuſdem lateris,& ceruicẽ, ſuſpicionem fecit ne hepar ſit calidius. Nouimus enim quàm facilè vaporibus calidis caput repleri ſoleat,in his qui tẽperaturã capitis calidã habent. Sed quicquid ſit, in re nõ mihi intellecta, neq; ab alio explicata, non poſſum certum ferre iudiciũ. Tales ergo , vel non multùm diſsimiles cauſas eſſe crediderim omnium ſymptomatum, quibus nobiliſsima matrona afficitur : non tamen adeò ſum pertinax,vt ita eſſe omnino contendam. Ca-
F ſus enim meo iudicio admodum difficilis eſt, qui non tam facilè à quolibet etiam peritiſsimo Medico ſit iudicandus , præcipuè in corpore, quod nunquam viderit, neque curauerit, neque ab aliquo Medico præſente fuerit explicatus, aut manu ductus ad cauſas indagands. His ergo ita ſe habentibus ſuppoſita recta victus ratione, quam credo diligentiſsimè eſſe præſtandam à peritiſsimis Medicis: ego in hoc genere curationis oculum ad illud præcipuè haberem,vt nec
G cibus, nec potus, nec aliquid extrinſecus occurrens, exceſſum in aliqua qualitate haberet, ſed omnia eſſent quàm maximè temperata.Idemque de quantitate oblatorum prorſus cenſeo. Sub-

ſtantiam tamen cibi & potus talem eligerem,quę eſſet optimi alimenti; & facillimæ concoctionis & diſtributionis: vellemque vt in hac re præcipuè ſtudium collocaretur, quod quidem omnib. diuturnis morbis videtur eſſe cōmune. Quantū verò ad medicationem attinet, optarem vt aſsiduè vteretur aliquo leui medicamēto, quod vim leniendi haberet, ventriculumque & inteſtina expurgandi: qualia duo eſſent præcipuā, vel caſſia, vel rhabarbarum, vel vtrunque ſimul confectum.nam abſque facultatum & ſpirituum detrimentò, corpus totum hoc cōſilio mundum conſeruaretur, ſanguisque purior redderetur, vnde & alimenti & ſpirituum copioſa generatio bene ſuccederet. Si ergò ter vel etiam quater in menſe ſumeret ℥ floris caſsiæ, cum ſemidrachma rhabarbari, credo bene conſultum fore. Quòd ſi fortè caſsia, vt multis mulieribus contingit, flatus & tormina excitaret: exhiberem drachmam rhabarbari cum ℥ ſacchari roſacei, vel ℥ tres aut quatuor ſyrupi roſati ſolutiui: talia enim in purgandò hoc corpore excedere nō auderē.Pro capite verò, ventriculo ac corde roborandis darem etiam nonnunquam,præcipuè vbi aer eſſet magis temperatus ,℈ ij. vel etiam ʒ j. optimi mithridati, adiecta ſemuncia ſacchari roſacei. Laudo etiā ſi matutinis horis mandet, aut, vt vulgò dicitur, pro maſticatorio vtatur maſtiche, aut garyophyllo, aut nuce muſcata confecta: caput enim corroborabit, pituitamque educet. Illinire etiam ſæpe trementia loca ex aliquo oleo odorato calefaciente ac reſoluente, non parum vtile exiſtimauerim: qualia ſunt quæ à pigmētariis venduntur,de ſtyrace,garyophyllo,& huiuſmodi.Quòd ſi conſueuerit caput abluere, omittendum non puto: ſed lixiuio dulci in quo maiorana, ſtœchas, chamæmelū & anethum decoquetur. A fortioribus autem quibuſcunque remediis in hoc morbi genere, & ab huiuſmodi cauſis generato, & in hac ætate maximè abſtinendum putauerim: credo enim ex his, vel ſimilibus, ſi curari poteſt, eſſe curandum: ſi non poteſt, quod magis ſuſpicor, ſaltem eſſe præſeruandum, ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM LXXIIII.

De tinnitu aurium antiquo,pro viro integerrimo, Domino Mathia Zeſz Bohemo.

QVONIAM & purgatio vniuerſalis,& potus aquarum thermarum præceſsit, & ratio victus eſt inſtituta: ideo ea quæ nunc ſint agenda proponam. Et primò

R. Olei de pice

Olei amygdalarum amararum ana ℥ ij.

Miſce, & frequenter auri guttatim inſtilletur: prodeſt enim ad ſurditatem, & aurium tinnitum antiquatum, & cerebrum confortat. Pro capitis autem & ſtomachi confortatione, ſemel in ſeptimana vtatur pillulis infraſcriptis, aut ter in menſe,prout neceſsitas exegerit:

R. Nucis muſchatæ

Garyophyllorum ana ℥ s.

A Zedoariæ ℈ ij.

Gentianæ ℈ j.

Roſarum rubearum

Sandalorum citrinorum ana ʒ j.s.

Aloes opt.ſucco citr.ʒ vj.

Rhabarbari electi ʒ iij.

Puluerizentur omnia per ſe,deinde miſceātur: poſtea aſpergantur aqua roſacea,& permittantur exiccari,& ita iteretur ſepties.Poſtea cum ſyrupo violato formetur magdaleon, de quo ſingulis vi-

B cibus fiant pillulæ ℈ j. num.3. cum eodem ſyrupo violatò, & ſumantur hora vna ante cœnam. Lotio pedum fiat ad prouocandum ſomnum.

R. Folia ſalicis

Anethi M.j.

Cortices papaueris albi, N.iij.

Fiat ſacculus, coquantur aqua, & ex decocto ante cubitum lauentur pedes & brachium.

CONSILIVM LXXV.

C *In aurium tinnitu à vaporū aſcenſu, præſcriptum Italicè. Anno 1550. Maij 12.*

ISTA quæ monebimus ad hyemem vſq; à D.S.obſeruanda videntur.Primum id quod fundamentum reliquorum eſt, vt diligētiſsimam victus rationem teneat. Abſtineat ab omnibus fructibus, acetariis tā crudis quàm coctis. Ab aromatis, leguminibus, pi-

D ſcibus, carne ſolida, caſeo & omnibus lacticiniis, à carnibus animalium annoſorum,veſcatur vitulina carne,pullorum,hœdorum,ouis recentibus: vinum bibat album,non auſterum, ſed bene maturum & clarum. Nigrum autem & craſſum planè vitet. Hæc ſit victus illius ratio. Cùm verò nunc inſignis ſit æſtus, purgationes ſunt breuiores hoc modo:

R. Syrupi roſati ſolutiui ℥ iiij.

Aquæ endiuiæ parum.

E Miſce, fiat potio breuis danda in auroram. In ſequenti die vtatur ſubſcripta medicina ſeu ſyrupo.

R. Syrup. de abſinthio

Mellis roſati ana ℥ j.

Aquæ cichorei ℥ iiij.

Miſce pro vno,& ſic prò quinq; aliis.Hos quinque ſyrupos vbi biberit, vtatur ſequēti medicina.

R. Rheubarbari electi ʒ ij.

Spicæ G.vj.

F Infundantur in aqua endiuię per horas decem: deinde facta diligenti expreſsione & colatura,ade ſyrupum roſati ſolutiui ℥ iiij. Miſce, fiat potio danda ſub auroram cum cuſtodia. Poſt vſum duorum primorum ſyruporum incidatur vena iecoraria in brachio dextro, extrahatque vncias octo ſanguinis,ita vt præcedēti die œnemate vtatur. Poſt iſtas purgationes, toto reliquo tempore vſque in hyemem,tantùm aluum emollire ſtudeat, quod vel vſus œnematum, vel mannæ cum

G ſcrupulo,vel media drachma rheubarbari puluerizati; aut cum zucchàro roſato recenti vncias vnà miſti præſtabit. Hoc remedium bis in ſeptimanā etiam adhibere poterit, neque in æſtu ab

hac

hac medicina abſtineri debet:ſiquidem cum zucchаro roſato ſumptũ nihil ex eo eſt periculi. Clyſteriis frequentius vel rarius vtetur,pro vt valetudinis ratio exiget.

CONSILIVM LXXVI.

De ſurditate.

CVM patiatur integram ſurditatem, in hoc firmabo ſermonem meum. Huius cauſa & ratio eſt inquirenda. quod quidem eſt ſymptoma. Cauſæ verò ſunt plures. Principales ſunt. Vel enim vitium eſt in ipſa virtute, quæ tranſmiſſa à cerebro eſt principium omnium ſenſuum: vel in inſtrumento: & hæc ſunt duo, neruus auditorius, & ipſum tympanum, id eſt, pellis illa vel membrana extenſa. Obſtructio autem eſt in poro extrinſeco, per quem tranſit aer, vt patet facilè: aut in poro intrinſeco. Primò dico, quòd vitium non eſt in virtute: nam ſi illa facultas pateretur, etiam alij ſenſus paterentur. nam hæc communis eſt, & eſt vna virtus quæ audit, videt, &c. & eſt in ſenſu communi vna tantùm. Ergo vitium erit in inſtrumento. Sed an in neruo auditorio, an in tympano? Dico ego, nec in neruo auditorio, nec in tympano eſſe vitium. Nam ſi in illis principalibus & immediatis inſtrumentis auditus eſſet illa læſio actionis, eaque abolita integrè, non perciperet aliquid omnino nec extrinſecus nec intrinſecus: vt ſi quis prorſus nihil videt, nihil nec extrinſecus nec intrinſecus videt, multò magis ſic eſt in auditu. Nam ſi neruus & tympanum illud ita eſſent infrigidata vel læſa & obſtructa, vt nullo modo poſſet tranſmitti virtus, nihil omnino audiret nec intus nec extrà. Sed ille vir non omnino priuatur omni actu audiendi, quia intrinſecus audit. Percipere enim ſe dicit tinnitus, & facultas indicat de illo tinnitu: quod non fieret, niſi illa repercuſſio fieret in tympano, & neruus auditorius haberet aliquam vim, quę poſſet deferre ſpeciem illius flatus ad ſenſum communem. Ab extrinſeco nihil percipit, nullum ſtrepitum, etiam magnum. Eſt ne læſio in extrinſeco meatu? Ergo dicendum quòd ſit vitium in extrinſeco meatu, qui eſt penitus obſtructus, per quem non poteſt pertranſire ſpecies auditiua. Sed videtur ne? Dico, quòd illa obſtructio non videtur, niſi ſit valde extrinſeca: & meatus ille tortuoſus eſt, imò quandoq; vermes incidunt in meatu, qui nullo modo poſſunt videri: ſic licet & hìc non videatur, tamen adeſt illa materia in meatibus profundioribus extrinſecis. Et ſic eſt neceſſarium per ſufficiẽtem diuiſionem, quòd cauſa huius ablati auditus ſit in meatu extrinſeco, quia nullum aliud eſt inſtrumentum. Si non hoc, nec illud: ergo hoc. Hic affectus & actio læſa in hoc meatu vnde eſt? morbus, qui eſt affectus à quo proueniunt actiones læſę prouẽtu primo. Nunquid complexio mala, an mala compoſitio, an ſolutio continui? Poteſt eſſe complexio mala introducta, tamẽ ego non video ſigna malæ complexionis: ſed eſt obſtructio integra, & ex hac facta eſt integra ſurditas: & ſic eſt morbus in compoſitione, in via ſcilicet. An ſit cũ mala complexione vel non, hæc mala compoſitio, non auſim ego in præſentia affirmare. Quę materia? Perſeuerauit hæc obſtructio iam per tres menſes, & non fuit mota materia: ergo non dicendum quòd ſit calida & ſubtilis: & regula eſt, quòd omnis morbus etiam à principio, à calida materia dependẽs, tractu temporis ſit frigidus, vt in omnibus chronicis morbis experimur. Quia igitur eſt ibi materia quieta & permanẽs ac fixa in loco, ergo craſſa & frigida. Sed duæ ſunt materiæ craſſæ & frigidę, pituita & melancholia, loquendo ſecundùm dominium, quia raro inueniuntur materiæ ſimplices. Dicam quod ſentio, vt de morbo etiam dixi. Credo quòd materia ſit melancholica, & non pituitoſa, & habeo huius rei meas coniecturas: primò, temperaturam totius corporis: ſecundò, cauſas quæ præceſſerunt: & tertiò, ipſa ſymptomata. Primò temperatura totius eſt calida & ſicca, & talis eſt ipſe, ſi quis alius: & hæc aduſtio fit ab immoderata caliditate hepatis & cordis: habet muſculos amplos, pulſus validus eſt & velox propriè, color ſubniger, pili nigerrimi, craſsi, aduſti: hęc omnia indicant inſignem caliditatem hepatis & cordis, vnde generatur ſanguis melancholicus & aduſtus, & maximè tempore paracmaſtices, vt dicit Galenus, in quo nunc eſt. Præterea habet cerebrum præparatum ad hoc: nam eſt naturaliter calidum & ſiccum, quod patet ex operationibus & ſtudiis & moribus animi: quia in perpetuo motu, ſemper varia cogitat, pili nigri & aduſti in prima ætate, & habet caliditatem & amplitudinem venarum circa illam partem, & patitur vigilias, & non redundat ſuperfluitatibus: & talia corpora redundant maximè humore melancholico. Et in hoc viro maximè circa caput abundat hic humor, quia perpeſſus eſt etiam aliquas imaginationes melãcholicas, vt audiuimus, quòd ſemel putauit, cum ſpaciaretur in villa, aliquem eſſe qui vellet eum comprimere retrò: & hæc ſunt ſigna manifeſtiſsima melancholiæ. Item vigiliæ, quæ indicant humorem ſiccum & frigidum: & humor melancholicus occupans caput inducit vigilias, quas nunc etiam patitur. Et hæc ſunt ſigna humoris melancholici, & non pituitoſi: & ita materia magis melancholica eſt, faciens hanc obſtructionem ex prædominio. Dolorem coxendicum dico eſſe à pituita, & non eſt mirum, quia ventriculus eſt frigidus: ita ſecundùm rationem rectam, humores aduſti aſcendunt ad caput cum vaporibus: & pituita, quia grauis & frigida, per vias ampliores decubuit ad coxas. Et quia humor melancholicus maximè eſt flatuoſus, & magis quàm omnes alij inde facti vapores, & ille dolor capitis, & hinc etiã vigiliæ. Quòd ſi humor pituitoſus aſcẽdiſſet, habuiſſemus ſigna pituitæ, q̃ vertitur in catarrhũ, ſi poteſt extẽdi: quia hæc eſt materia propinqua muco, & ſic deſcendiſſet per nares, per palatum: & ſi non fuiſſet excreta, ſopores effeciſſet, & aliorum ſenſuum diminutionem. Sed ſigna hæc non videmus, ergo magis à melancholico humore. Sic igitur ex ſymptomatibus & temperatura & cauſis, crediderim ego quòd humor obſtruens ſit melancholicus à prædominio. Adeſt quidem & pituita, quia raro humor ſimplex: & cùm ventriculus ſit frigidus, non poſ-

ſum negare, quin etiam aſcendat pituita, ſed humor melancholicus dominatur. Et hoc de morbo & cauſis illius, & ſymptomatis. Cauſæ repletionis capitis, & doloris, & grauitatis, & tinnitus ac ſurditatis, quæ? Dico omnia eſſe à cauſis intrinſecis, quia hepar calidiſsimum, & etiam ſecundùm totum ambitum venarum calidus eſt: & qui habent hepar calidum, ſemper ſunt ſubiecti dolori capitis, teſte Galeno tertio de Locis affectis, propter plurimos vapores aſcendentes à toto ambitu: & caput etiam calidum attrahit, & aliquo modo facit ad attractionem & aliquo modo etiá ad reſolutionem & difflationem materiæ. Et ita cùm adhuc fuit iuuenis, quia materia difflabatur, non fuit ita affectus dolore capitis: tandem obſtructis poris, cùm geſsit galeã, quæ eſt frigida, nõ potuit fieri difflatio illius materiæ, quæ euaporauit ad caput. Item in foro Iulij ſunt multæ boreales conſtitutiones. Porrò & ratio ætatis ac temperaturæ hoc docet: iuuenes enim habent humores ſubtiliores, quia inflãmantur, & ſunt in fieri: poſt paracmaſticam verò ætatem materia iam eſt aduſta & inflammata, & facta craſsior, & ſic vapores eleuati à materia craſſa & aduſta non potuerunt ita difflari: itaque materia eſt tranſlata ad membrum debilius, & hæc materia ſemper fouetur. nam hoc eſt perpetuum, quòd omnes ſuperfluitates quæ multiplicantur, recedunt ad locum affectum & debilem. Et inde dolor coxendicum, quia pituita generata in ventriculo, per vias amplas decubuit in partem infirmam, & deuenit etiam materia ad neruos ſenſitiuos: & inde factus ille ſtupor quem habuit, quia illi nerui ſunt infrigidati. An mala complexio? Fortè non eſt introducta adhuc in cerebro aliqua mala intẽperies, quæ ſit frigida, licet ſint ibi humiditates frigidæ: & ſic non credo eſſe factam eſſentialiter læſionem in cerebro, ſed tantùm illa materia ex inferioribus deuenit ad illum locum, quia habet adhuc omnia ſigna illius calidæ & ſiccæ temperaturæ, vt ſunt vigiliæ, & caliditas ad tactum: & ſic non poſſum dicere, eſſe ibi intemperiem vel naturalem vel aduentitiam cerebri frigidam.

An poſsit curari? Licet ſcimus ſurditatem cùm perſeuerat poſt ſex mẽſes, curari nõ poſſe: tamen ego ſæpe vidi curatos poſt tres aut quatuor annos, & perfectè: ideo diſtinguendum. Si intemperies eſt in tympano, & neruo confirmata, dico quòd non recipit curationem: quia neruus eſt frigidus & ſiccus, & tympanum ſeu membrana illa eſt etiam frigida & ſicca. Cùm autem natura ſua omnia opera faciat mediante calore naturali, ſi in his membris introducatur intemperies, frigida extincto omni calore, rarò curantur. Et videmus quòd quando morbi occupant membra frigida & neruoſa, difficilè curantur: & quando materiæ ſunt fixæ in illis membris neruoſis, non poſſunt curari omnino. Et ſi ille neruus eſt intrinſecus, & tympanum illud malè affectum, non poſſumus adhibere remedia, vt rectè dicebat Bellocatus: & ſic tum ratione loci, tum ratione naturæ illorum membrorum, non poſſumus curare talem affectum, vel talem ſurditatem. Sed quando eſt obſtructio in partibus extrinſecis, ſemper tollitur

A ſurditas, licet durârit per decem annos: ſed non quælibet obſtructio, ſolùm ea quæ obtinet extimam partem illius meatus extrinſeci, & etiá cùm non eſt craſſa: & ſi eſt craſſa, modò ſit per congelationem, & nõ per calefactionem. Dico quòd hæc obſtructio eſt in profundo, quia nõ videtur, & ſic ratione loci erit cura difficilis: & ratione materiæ etiam erit cura difficilis, quia non eſt per cõgelationem, ſed per calefactionem ex humore melancholico. Vnde illa medicamenta efficaciſsima

B & calidiſsima data à domino N. & adhibita, nihil effecerunt: & impoſuit in aurem validiſsimè colliquantia, & tamen non potuit colliquari, quia materia illa faciens hanc obſtructionem & ſurditatem, non eſt colliquabilis: & non obedit illi calefactioni, ſed eſt melancholica compacta, & ſic non obedit niſi cum maxima induſtria applicetur, & ſic tum ratione loci, tum ratione materiæ, erit difficilis cura: & propter ea quæ dicta ſunt, credo quôd poterit curari, ſed cum difficultate

C non parua. Cum quibus? Dicam quod ſentio. Omnino indiget duobus principalibus. Primũ, vt materia ea quæ facit morbum, & tenet ſe ſub forma cauſæ antecedentis, remoueatur, quæ eſt circa ventriculũ & hepar, & ne aſcendat ad caput. Secundum, vt illud quod factum eſt ibi, actu remoueatur. Quoad primum, euacuatio nõ eſt tentanda vno impetu: quia licet euacuetur materia, tamẽ intẽperies illorũ membrorũ manet & augetur: & ſic quia habet intemperies, ratione quarũ

D cõtinuè generãtur humores, ideo victus inſtituatur bonus, ne aggreget excremẽta. Poſtea continuè materia remoueatur & diuerſione & euacuatione & prohibendo ne fiant obſtructiones, quæ fiunt maximè in ventriculo frigido & hepate calido. Ex aloe, agarico & rhabarbaro, & poteſt addi aliquid epithymi & myrobal. Fiant pillulæ, quib. poterit vti ter aut quater in menſe. Et hoc eſſet vnum. Item maximè laudarem cauteria ad humeros, quæ facerent deriuationem: & etiam circa ti-

E bias, ſi non ſufficit, vt ſic materia antecedens prohibeatur. Poſtea nollem purgare caput, quia eſt ſiccum & calidum: & ſic non tentandum, ſi modò tollatur illud fomentũ inferius. Et licet ſit ibi materia in cerebro, tamen illa facilè tollitur: nam eſt paſsio in ſenſibus, & non in cerebro aliquis affectus, aut aliqua intemperies præter naturam: & ideo nollem tẽtare caput, modò materia antecedens nõ aſcenderet: facilè enim caput ſanabitur. Et ſic nihil facerem pro capite, nec ſternutatoria,

F nec gargariſmata: multò minus ſtillicidia, nec quicquã aliud. Quo ad aurem & morbũ factum, credo quòd aliquid ſit faciendum, & credo ego quòd cauendũ ſit ab omnib. exiccantibus & calefacientibus tanquã à peſte, quia cũ his faciemus illã materiam gypſeam: & ita haud dubiè indigebimus lubricantibus & humectantibus & calefacientibus in gradu primo, vt fomentis & traiectoriis: ſed nõ cum aqua balnei, ſed cum mollientibus in gradu primo, vt ſunt chamomilla, malua,

G althæa, glycyrrhiza, & omnia calida & humida in primo: & ex his fieret decoctio, ex qua fiat euaporatio ad aures, & cum aliis euaporationibus, vt oleo amygdalarum dulcium, chamemælino & althææ.

thææ. Vt locus emolliatur, vellem ſemper addere aliquid croci, quod emollit, ſed intenſius: ſicut & myrrha, bdellium, & alia quæ ſunt in ſecundo gradu emollientia: ſed magis ad mollientia in primo gradu declinarem. Et hæc puto ſufficere pro curatione huius viri: & non fiant hæc vno aut altero die, ſed ſemper & multo tempore. Item facerẽ linimentum ad partes extrinſecas circa aurẽ cum emollientibus: nam longo ſucceſſu temporis etiam hæc deuenirent ad locũ affectum. Abſtineat ab omnibus ſtillicidiis, & aquis calidis. Ratione ventriculi, de quo conqueritur, poſſet potare illas aquas in modica quantitate, defendendo hepar & renes, ne calefiat totum corpus.

CONSILIVM LXXVII.

De ſurditate & tinnitu aurium.

MAGNIFICVS quidam ſurditate & tinnitu aurium laborabat, quare præmiſſa totius euacuatione, caput deinde purgabat per nares. Nam attrahere cogebatur in caput brodium pulli, indito calamo in nares, cui admiſta erant.

R. Succi blitis ℥ iij.
Aquæ maioranæ ℥ ij.
Olei amigdalarum dulcium ℥ j.

Nam cùm ſuccus blitis ſit calidus, reſoluit & attrahit: & ne vis reſtinguatur, addita eſt aqua maioranæ: deniq; ad eroſionem prohibendam, adiectum oleũ. Purgauerat plus phlegmatis, quàm quiſquam facilè credat, & ſurditate atque tinnitu liberabatur. Poſtremò caput calidis & exiccantibus lauari triduo pòſt volebat.

CONSILIVM LXXVIII.

Ex ſententia Montani datum à Baſsiano Lando cuidam ſurdo 1549.

PRIMVM vſus eſt reſina terebinthina & quodam puluere, qui eſt, R. foliorum vitis roriſmarini, ſaluiæ, chamomillæ roſarum ſiccarum ana M. iij. Antequam proficiſcatur ad thermas, debet vti tali purgatione. R. Agarici præparati ʒ ij. ſpecierũ hieræ s. ℈. ij. floris caſsiæ ʒ v. miſce cũ zuccharo, fiat bolus. Poſt aſſumptum duabus horis capiat juſculũ ex pullo, deinde prandeat tribus horis pòſt. Altero die ſumat ſacchari roſati ℥ j. horis quatuor ante prãdium. veſperi hora 21. iubeat ablui caput cum lixiuio dulci, in quo hæc decoquantur. R. agarici crudi ℥ j. roſarum rubearum, myrtorum, verbenæ M. j. quibus addatur furfurum ligatorũ in petia, quantum ſatis. Poſt hanc ablutionem veſperi antequam eat cubitum, abluat pedes ex aqua dulci, in quã ſit decocta chamomilla. Tertio die accedat thermas, & illic interquieſcat: ſequenti die capite abraſo diligenter accipiat ſtillicidium, ſicut à Montano præceptum eſt. hoc facto, poſt quatriduum admoneat quid leuaminis ſentiat. Peracto toto ſtillicidio incipiat vti oleo ex pice nauali, cui ego addi iubeo galbanum, vt fiat maior recrementorum, quæ ſtupefaciunt caput, conſumptio, & vt ſint partes æquales vtriuſque. Vtatur victus

A ratione, quali ægrotantes ſolent vti: id eſt, cibis facilis concoctionis, qualis eſt caro pulli & vituli: à fructibus omnibus prorſus abſtineat, & à piſcibus, & omnibus humidis rebus, & præcipuè ab aromatibus, & quæ caput infeſtant.

CONSILIVM LXXIX.

De Parotide.

EX decocto chamomillæ, anethi, liliorum alborum ana q. s. fiat fomentum cum ſpõgia actu calida: idq; bis aut ter.
B Poſtea locus inungatur hoc vnguento.

R. Olei amygdalarum amararum
Chamomælini
Pinguedinis anſeris
Galli q. s.

Miſce, & inungatur locus diligenter ſæpius in die, vt ſemper ſit humidus. Fiat etiam peſſulum ex bombice, & imbutum eodem vnguento mittatur in aurẽ. Iuuabit ad maturationem. Poſt biduum
C cum intumeſceret locus, & mollis eſſet, ita vt ad ſuppurationem venturam ſperaret: iuſsit ſuppurantibus vti, & apponi à chirurgo quæ ad ſuppurationem deducerent: vt eſt, farina hordei, vel mica panis. Chirurgus applicuit emplaſtrum ex caricis, paſſulis, fermento, & axungia æqualiter miſtis. Id reſoluit, ita vt ad ſalutem vergeret. Vſus eſt deinde fomento.

MONTANVS dixit.

D Parotides poſt febres aut durãte febri inter malignos morbos referendas, & ęgrè curari: ex 10. vix 6. euadere: & illis etiã ſæpius redire, ac difficulter curari. Si aũt ſine febri ſunt, minus malignas eſſe.

CONSILIVM LXXX.

Pro ſtruma gutturis.

CIRCA rationẽ victus, vitetur aqua cruda, frigida, cibi craſsi, & viſcidi: vtatur aqua cocta, aut vino paucifero. Octauo quoque die, id eſt, quater in menſe acci-
E piat agarici præparati ʒ j. s. vel ʒ ij. in forma pillulari ſub decubitum, modò veſperi incœnatus dormiat: primis octo diebus à principio, lambendo mane, ſumat mellis roſati ℥ j. vel ij. poſtea loco huius oxymellis ſcillitici tantundem per quindecim dies. Exterius verò applicet linimentum tale:

R. Ammoniaci Bdellij
Hyſſopi humidæ ana ℥ ij.
Adipis porcinę eiuſdẽ anĩ ℥ ij. Croci ʒ ij.

Diſſoluantur gũmi in aceto, deinde reliqua mi-
F ſceantur ſecundùm artẽ, & cũ modico cerę fiat linimentũ. Ac cũ voluerit locũ abluere, vtatur ad hoc vino albo. In ſimili affectione hoc conſuluit.

Fiat fomentum in loco, cũ decocto chamomillæ, anethi, & radicum althææ, ſpõgia in eo madefacta. Deinde inungatur vnguento dialthæa, & applicetur lana ſuccida, & hoc bis in die. Deinde

R. Agarici præparati
Rhabarbari electi ana ʒ ij.
Garyophyllorum Nucis muſchatæ
G Zingiberis ana ℈ ij.

Pulueriſentur, deinde miſceantur & fiat magdaleon, de quo pro ſingula ʒ. fiant pillulæ tres, quas ſumat bis in ſeptimana, hora vna ante cœnã.

R. Aloes optimæ puluerizatæ ʒ iiij.

Bulliant omnia ſimul ad ſpiſsitudinem mellis liquidi, & reſeruetur in vaſe vitreo bene obturato ad vſum.

CONSILIVM LXXXI.

Tractatio de ophthalmia ad Corricium iuuenem doctiſsimum.

VIx perſuaderi poſſum, Corrici doctiſſime, me quicquam de re medica excogitare aut præſtare poſſe, quod non abs te perceptum prius ac probè deprehenſum fuerit: noui enim ingenium, noui diligentiam ac doctrinam, qua plurimum polles. Tu tamen enixè rogas atq; obteſtaris aliquid de ophthalmia cõſcribam, habiturum te illud tanquam ſacrum, & ab Hippocrate miſſum: vtinam tantæ ſpei de me conceptæ ſatisfacerem. Sed quoniam amor te decipit, facilè fero: amari enim abs te, mirum in modum gaudeo. Ergo onus adeò efflagitatum ſubire non recuſabo, haud quidem quòd aliquid noui ſperẽ in medium me allaturum: ſed tantùm ne optimò amico defuiſſe videar. Habebis autem quicquid hoc eſt, raptiſsimè ſcriptum, quum nuncius feſtinans & ad iter paratus, incunctanter exigat, & de quacunque morula conqueratur. Quum verò tres ſimiles morbi, ob naturæ propinquitatẽ, ab imperitiorib. Medicis plerunque confundi ſoleant, χύμωσις, τάραξις, & ὀφθαλμία (Græcis enim nominibus agendum, ob Latinorum inopiam) primò ſingula diſtinguemus, poſtea ad verá ophthalmiam accedemus. Eſt igitur τάραξις leuis quædam inflammatio, quæ ſine vllo diſcrimine palpebras, tunicam coniunctiuam, & reliquas oculi partes inuadit, vt nullus tamen vel minutiſsimus certè dolor conſequatur. Sed nec rubedo aut tumor inſignis apparet, vt meritò inflammationis potius exordium, quàm inflammatio appellari poſsit: raròque à cauſa intrinſeca generatur, & ſi id quandoq; contingit, leuiſsima admodum eſt, & quæ pauco curamine indigeat: ſed vera ſemper ab intrinſeco originem ducit, ſolo videlicet puluere, fumo ac rebus ſimilibus: χύμωσις autem eſt inflammatio vtriuſque palpebræ (appello hoc loco palpebras nomine dudum vſitato, quas diligẽtiores tentigines vocare malunt) quæ ad tantum tumorem attolluntur, vt vix claudantur oculi, & ſæpe affectus idem ad reliquas oculi partes communicetur. Apparet rubor inſignis in parte intrinſeca palpebrarum, & præ nimia mole inuerſæ videntur. Ophthalmia autem eſt inflammatio tunicæ coniunctiuæ, quæ ſæpe prę magnitudine totum oculum inuadit. Differt τάραξις à chymoſi & ophthalmia: tũ quia ſemper mitis, tũ quia nullius partis oculi proprius affectus eſt. χύμωσις item ab ophthalmia differt, quoniá chymoſis propriè palpebrarum inflammatio eſt, licet nonnunquam alias partes in conſenſum affectus trahat: ophthalmia ad cõiunctiuam tantùm tunicam attinet, facilè autem τάραξις in primo intuitu dignoſcitur: quæ tamen ſi negligatur, corpuſque malis ſuccis refertum inuenerit, in grauiſs. morbos incidit. Chymoſis & ophthalmia cum A ſimplices fuerint, facillimè diſcernũtur: chymoſis enim tantùm palpebras inflammat, ophthalmia cõiunctiuam: ſed vtraque ſæpe, imò & aliquando quàm pluribus oculorũ morbis complicantur, quorũ ſinguli ex propriis accidentib. à prudẽti Medico diſtinguuntur. Nos verò hìc ſimplici de ophthalmia diſſerere propoſuimus. Iuſtum ſiquidem volumen, nõ epiſtolam conficeremus, ſi varias morborum, quæ oculis euenire ſolent, complicationes, curationeſq; ſingulis correſpondentes B proſequi tentaremus. Eſt igitur ophthalmia (vt diximus) coniunctiuæ inflammatio: & quatenus inflammatio eſt, tot habet cauſas, quot reliquæ omnes inflammationes, & iiſdem curationibus tollitur: ſed indicatione ſumpta à natura loci multá habet diuerſitatem, vt poſtea oſtendemus. Nunc videndũ quomodò ſimplices ophthalmiæ diſtinguantur. Meminiſſe autem oportet, me ſimplices appellare, quæ neque vlceri, neque alicui morbo cõiunctæ ſunt: vel enim à materia, à modo C inhærentiæ, vel à forma diſtinctiones habent. A materia, nam fieri poteſt à ſanguine, à bile, à pituita, à ſucco melancholico, à flatu, ſicuti & reliqui tumores præter naturam. A modo inhærentiæ: ná quædam per eſſentiam ineſt, quædam per defluxum, quædam vtroque modo. Per eſſentiam, vt ſi coniunctiuę aliqua mala temperatura contigerit, ſiue ab extrinſeco, ſiue ab intrinſeco aere, vel cibis, vel coitu, cùm coctiones propriæ alimenti deteriores redduntur, & inde excrementa plura D colliguntur in loco, vnde poſteà inflãmatio. Per defluxum, quia à capite, vel aliis membris materia ad locum imbecilliorem pellatur eo modò, quem Galenus 2. de Differentiis febrium deſcripſit. Vtroque modo, vt ſimul & mala temperies ſeu laxitas coniunctiuæ fuerit, & defluxus ab alio membro. A forma diſtinguitur: nam quædam earum humidæ, quædam ſiccæ ſunt, quam Græci ξηροφθαλμίας vocant. Si ergo fiet à ſanguine, maximus tumor in loco apparebit, maximus etiam rubor: E tenſio præterea, pulſatio & dolor, calidæ lachrymæ exprimentur ad craſsitudinem declinantes: quæ vbi moram fecerint, facilè exiccantur: ſordes inſuper molles circa angulos oculi frequẽter apparent. Et ſi à cauſa intrinſeca euenerint, plerunq; corpus ægri ſanguine refertum videbis, prominentibus venis, colore rubro, qui fortaſſe in ocio pridem victitauerit, lautóſque cibos atq; potus ingeſſerit. Si à bile, tumor modicus magiſque in ſuperficie eminens, color ad pallidum F vergens, dolor acris & mordicans, lachrymę vel nullæ vel paruæ, ſalſæ aut amaræ, ſtatim exareſcẽtes: ſordes in angulis ſiccæ & aſperæ, plerunq; etiam vigiliæ, præſertim ſi à capite materia defluxerit. Sitis, oris amaritudo. Si materia fuerit in ſtomacho, ſæpe & febris tertio die acceſsiones habens. Et ſi materia fuerit in toto, vrinæ, & fortaſſe etiam excrementa bilioſa egerentur: ſed & corpus ægri gracile, quòd cibo & potu calidò, validis exercitiis pridem abuſum fuerit. Si à pituita, tumor G quidem magnus, ſed laxus: color quidam albus, nulla pulſatio, dolor modicus, grauitas tamen & extenſiò quædam percipietur: lachrymæ plurimæ, tenues, inſipidæ, quæ non exareſcant: ſordes vel

nullæ

nullæ,vel mollißimæ,& penè liqueſcentes:& totum corpus ægri pituitoſum, ſegne, quòd multo ocio indulſerit,& cibos potusque frigidos & humidos ingeſſerit. Si à flatu,quod rariſsimè euenit ob loci raritatem, tēſio tantùm ſine grauitate percipietur,tumorque facillimè,& tota inflammatio diſcutietur. Quòd ſi per eſſentiam,non per affluxum ophthalmia contigerit, paulatim & non ſubitò inuadet,& ante inflammationem lachrymæ, & ſordes oculorum præceſſerunt, & mordicatio à quolibet aeris leui exceſſu percepta. læditur etiam maximè à quacunque re aſtringente; quæ fortè inflammationi applicatur, cibique & potus abſtinentia iuuatur. Si per defluxum, dolor plerunque & tumoris augmentum certas habet periodos, membrique vnde excrementa illa expelluntur: affectus per ſua ſigna non ægrè deprehenduntur, eſtque plurimum caput in cauſa. Si vtroq; modo, tunc & vtriuſque notæ apparebunt. Diſtinctio itaque ophthalmiæ, quę ſumitur à forma, eſt (vt prædiximus) vt quædam ophthalmia humida ſit ſcilicet, quædā ſiccā. Humida contingit ob materiæ multitudinem, tenuitatem aut acrimoniam, & loci affecti tenuitatem, raritatemque, & aeris caliditatem relaxantem, & virtutis expultricis robur, aut contentricis imbecillitatē. Sicca ob cauſas euenit oppoſitas, & propterea Hipp. 1. Epid. ſect. 2. cū in Thaſo Auſtri & imbres præceſsiſſent, ſucceſsiſſe ait ophthalmias manantes & humidas. Et 3. Aphor. flante Aquilone ſiccas ophthalmias generari: ſiccas autem ophthalmias vereri oportet. nam ſi cum ſiccitate materia adfuerit acris & erodens, non euadet æger ab vlcere maligno. Peſsimæ verò omnium ophthalmiæ ſunt, quæ & ſiccæ fuerint, & à materia acri, & cum his imbecillitas magna oculi, & ingens à capite defluxus conuenerit. Atque hæc quidem de ſingulis ophthalmiæ diſtinctionibus dicta ſufficiant. Quæ poſtea multifariam commiſceri, conuenireque poſſunt, vt ſanguis ſimul pituitæ, aut bili, aut vtrique iungatur. Oportet igitur prius exerceri in particularibus, ſingulorumque ſigna exquiſitiſsimè obſeruare, & memoriæ commendare, & inde non adeò difficulter compoſita quęque ex ſignis compoſitis diſcernemus. Vbi ergo ophthalmia curanda nobis occurrerit, antequàm quippiam facere moliamur, oportet primò, ſi veri Medici eſſe ſtudemus, totam eius naturam exquiſitiſsimè conſiderare: huius enim cognitionē curandi indicationes ſequuntur, perpetuoque ex diſtincta cognitione, diſtinctæ reddūtur indicationes: & quà parte deficiet, eadem deficere indicationes neceſſe eſt. Natura autem exquiſitiſsimè cognoſcetur, ſi quæcunque ſuprà retulimus, diligenter rememorabimur, quæ nā materia peccet, ſit ne per eſſentiam an per defluxū, ſit ne humida, an ſicca: eruntque ſingula ex propriis notis, quas diximus, perpendenda. Supponatur primū à ſanguine bilioſo ophthalmiā generatā propter defluxū à capite, cū raritate texturę in tunica cōiunctiuā, q̄ redditur ad excremēta ſuſcipienda paratior, ſitq; ex genere manantium & humidarum: talis enim plerunq; contingit. Hæc vt manifeſtè apparet, plurimę commiſtionis eſt: nam ex diuerſa materia conſtat, bile inquam & ſanguine, & partim per defluxum, partim per eſſentiam loci affectio exoritur. Quòd ſi epidemicam quoque poſueris à conſtitutione aeris calidā & ſiccā, cui præceſſerit auſtralis calida & humida, adhuc eam magis multiplicē efficies. Qua igitur via & ratione hoc loco procedēdum? Diximus, vbi naturam rei rectè conceperis, primò iſtiuſmodi diſtinctione vteris. Habemus materiam talē, ſanguinem inquam cum bile iugiter defluentē à capite: habemus mēbrum recipiens tunicam ſcilicet cōiunctiuam relaxatam, nec reſiſtētem alienæ expulſioni: ex quibus relinquitur, aliquid iā fluxiſſe, & aliquid iam eſſe fluxurum. Hinc oriuntur indicationes quatuor: prima, vt fluxum prohibeamus: ſecunda, vt quod fluxit euacuemus: tertia, vt cauſam remoueamus, quæ talem defluxum fouet: quarta, vt membrum recipiens corroboremus, & laxitatem emendemus. Fluxum prohibebimus auertendo & euacuando: id quoque quo modo, à natura rei colligitur. Cùm ergo quod defluit, ſit ſanguis & bilis, conſtat vtrunque in hepate generari: à fonte igitur cōmodiſsimè haurietur & auertetur. Vtrū ſanguinis miſsione an euacuatione? vtrunque agendum. A ſanguinis miſsione incipiendum. Si ſanguis exuperauerit, copioſè educēdus: ſi bilis, parcius, vt poſtea purgatio à medicamēto bilem ducente paruam ſanguinis miſsionem emendet. Baſilica ergo incidenda, poſtridie purgandum. Sic humorum fluxum euacuabimus, tum repellendo, quod inter initia conuenit, tum digerendo ſeu per halitum ſoluendo, quod circa ſtatum efficiemus: tum vtroque, quod à principio augmēti vſque ad ſtatum fieri conuenit. Cauſam defluxus remouebimus, ſi rectè venabimur, quidnam efficiat, vt tanta vis ſanguinis & bilis multiplicetur in capite. Et ſi fuerit caliditas excedens, refrigerabitur: ſi fuerit viarum amplitudo, moderabitur: ſi ſuccorum feruor & tenuitas, in contrarium habitū ducatur. Membri ſcilicet coniunctiuæ raritatē aſtringentibus roborabimus. Quantum verò ad aeris conſtitutionem attinet, ſtudebimus vel contrariis qualitatibus emendare, vel ægrum in regionem ægritudini oppoſitam ducere. Et hę ſunt cōmunes indicationes, quę à natura rei ſumūtur. Sed quoniā hunc, ſicut reliquos morbos, in certis corporibus, regionibus, temporib. multisq; intercurrentibus occaſionibus neceſſariò curabimus, ideo bonū artificē ſingula quæq; iſtorū ſpectare oportet, & ſub recta via rationeque colligere, qua poſtea munitus tutò & facilè poſsit ad particulares accedere. Vbi ergo communes omnes indicationes, quæ ſumuntur à morbo, diligenter diſtinxeris, primò totam ægri naturam recenſebis, qua temperatura ſit tam in vniuerſo, quàm in mēbris particularibus, & precipuè in membro affecto: & an ægritudo tali tēperaturæ correſpondeat, an ſit diuerſa vel oppoſita, quā habeat compoſitionem, an rari denſiue habitus, an gracilis aut obeſi, quæ ſit figura atque ſtructura membrorum, præcipuè capitis, ſed potiſsimùm oculorum: vtrum prominentes, concaui, aridi vel humentes, nigri vel cęſij aut alterius coloris, perſpicaces an hebetes, venis apparētibus in oculis, affectibus obnoxij vel per-

petuò ſani. Deinde de illius cõſuetudine in victu diligenter percunctaueris, quo cibo potúue vtatur, quantum & quoties comedat. De exercitiis, item vigiliis, & de ſomno, de animi accidentibus, de coitu, de egeſtionibus, & reliquis huiuſmodi. Interrogabis, quam artem exerceat, quo genere exercitij vtatur, & in hoc potiſsimè ophthalmiæ affectũ intelliges, legerène an ſcribere conſueuerit: & quod literarũ genus, minutâſne, an ampliores, & ſi non ita multum à cibo. Regiones præterea, & anni tempora obſeruabis, calidioráne, an frigidiora: ſicciorâne, an humidiora: nunquid ægritudini conueniant, vel opponantur.' Inſuper duo alia, quæ morbi annexa vocare poſſumus, ſummoperè ſunt attendẽda. Primum, vnúſne ſit morbus, an plures complicati. Secundum, quodnam ſit iſtius morbi tẽpus, principium ne an augmentũ, an ſtatus. In primo vix credi poteſt quàm multi Medici cum ſummo ſuo dedecore, & ægri detrimẽto quotidie fallantur. Quoties enim oculum tumefactum aſpiciunt, ſine vlla diſtinctione ophthalmiam appellãt: & quod lõgè deterius eſt, ſtatim curant, quemadmodum ſimplices ophthalmiæ curari ſolent, non perſpicientes, num quis humor corneam quoque inuaſerit, & palpebras, & nunquid in ipſis palpebris aſperitas, quæ frequentiſsimè acerrimos dolores, & nouos defluxus excitat, & nunquid aliquod tuberculum, aut vlcus, aut puſtulæ paruæ è directo pupillæ appareant. Hæc & alia quamplurima cum ophthalmia ſępiſsimè complicari ſolent, niſi diligẽtiſsimè aduertatur, & ſingulis ſua propria curatione occurratur, non eſt mirum ſi poſtea cæcitas, & multa alia incõmoda ſequãtur. Ego enim miſerũ quendá ophthalmicum noui, cui in ea parte corneæ, quæ pupillę opponitur, puſtula inerat admodum exigua, vt vix ſenſu perciperetur. Huic imprudens occurrens tanquam ſolam ophthalmiam curatunus, pomum feruenti cinere maceratum zuccharoque conditum, temerè applicauit, eaque nocte cùm dolor omnino ſedatus eſſet, probeq́; obdormiuiſſet, manè lætus Medicum accerſiuit de ſanitate gratulaturus, nec minori lætitia geſtiens delirus Medicus, ſoluto oculo, propereq́; abluto cataplaſmate, ſubſequutus eſt humor aqueus, qui cryſtallinũ pręcedit, vt miſerabili euentu æger altero oculo cæcus ſubinde redderetur: illo enim cataplaſmate diſrupta puſtula profundiori quàm ſenſu apparuerat, vlcus ſubortum eſt. Dies nõ ſufficeret, ſi errores omniũ recenſere voluerimus, qui quotidie oculis curandis cõmittuntur. Nec mirũ, cùm nullũ aliud membrũ ſit, in quo tot partes inſint tam exiguæ, tá coniunctæ, tam molles, tá affectibus obnoxiæ, tam ſimul conſentientes, tá parũ medicamẽta tolerátes, vt omnino ſagaciſsimũ Medicum eſſe oporteat, qui taliũ particularũ morbos exquiſitè diſtinguat, & vbi diſtinxerit, cõmodis remediis occurrat: vt optimè de hoc, ſicut & de reliquis, veteres cõſuluerint, Medicos nõnullos oportere cæteris morbis omiſsis ſolùm eſſe oculares. Tantum enim negocij in hoc membro fore cõprehenderunt, vt vix integro officio rectè obeũdo, totus homo ſufficeret. Ergo ſi quid aliud hoc maximè intueri oportet ophthalmiá curaturus,

A ſit alius aliquis in oculo morbus, vel alia pars læſa præter coniunctiuam: & præcipuè aduertendum an in cornea, & circa pupillam ſit nocumentũ. In hoc enim ferè totius diſcriminis cardo verſatur: partis enim nobilitas, & erroris nocumentum nunquàm nos ſatis cautos reddit. Si ergo affectus aliquis in ea parte conſiſtat, videndum an vlcus vel puſtula, an nubecula appareat: & ſingulis commodè occurrendũ, rei natura cõſiderata: de his enim non eſt ſermo à nobis propoſitus, ſed B ad hoc tantũ, vt ophthalmiæ ita ſuas medicinas applicemus, vt ſeparentur à reliquis. Quòd ſi, quemadmodum etiam ſæpe cõtingit, in ipſomet loco ophthalmiæ præter inflammationem vlcera quoq; adfuerint, curatio reddetur proculdubio difficilior: quod & nos proteſtari debemus, ne fortè quod eſt in morbo, nobis id vitio vertatur. Deinde ita remedia moderari, vt ſimul & inflammationis, & vlceris ratio habeatur, ad id ſemper cautè declinantes, quod magis infeſtare videbitur. Et C hæc ſatis ſint quantũ ad morborũ cõplicationes.

De temporibus verò ophthalmiæ dicendũ ſupereſt, quæ ſunt, ſicut reliqua omnium ægritudinum, ad curationem admodum neceſſaria: lõgè enim diuerſa in principio, quàm in augmẽto, aut ſtatu, & facienda & iudicanda ſunt. Ergo tẽpora ophthalmiæ ante curationem diſtinguere oportet, quod non admodum difficile fuerit. In principio, in humida quidem lachrymæ & ſordes nulla coctionis ſigna præ ſe ferentes, ſeruabuntq́; vel D nimiam caliditatem, tenuitatem, pallorem, acrimoniam, vel frigiditatem, craſsitudinem, lentorẽ pro humoris peccãtis varietate. In ſicca verò nullæ prorſus aderunt lachrymæ, ſordes, neq; adhuc erit humor inſignis, dolor tamen infeſtabit ob cõtinuum defluxum. In augmento & humor & dolor augebuntur, lachrymæ tamen & ſordes quædam tenues meliorem conſiſtentiam acquirent. In ſtatu maximus dolor, rubor, & tumor: lachrymæ verò & ſordes in ſalubri ophthalmia æquales E albæ, concoctæ: in pernicioſa verò aut liuẽtes, aut virides, aut nigræ & fœtidæ, ac in ſubſtantia ab omni mediocritate recedentes. Erit præterea motus morbi attendendus, vtrum velox an tardus, vtrum paribus an diſparibus diebus affligat, quænam habeat accidentia. Ex quibus diligenter collectis & comparatis, diligenter prognoſticemur quoq; quid de morbo futurum ſit, & quo tempore fœliciter vel infœliciter terminabitur. Quæ omnia aſsiſtentibus prædicentes, ſimul & culpa F abſoluemur & gloriam adipiſcemur, ac præterea exquiſitè noſcemus, quomodo & circa victum, & circa remedia regendus ſit æger. Accidentibus etiam, ſi quæ erunt ſæua, quæ rationẽ cauſę habere videbuntur, opportunè occurremus: inter quæ præcipuè dolor eſt, cui frequenter cũ ſtupefacientibus remediis reſiſtemus, ne fortè tanta materiæ vis ad locũ trahatur, vt ſuffocato innato calore loci, gãgrena aut ſphacelos occupet. Cùm ergo hæc omnia quæ diximus, prudẽter & maturè col- G legerimus, à quáná materia ophthalmia generetur, ſit ne per adfluxũ vel per eſſentiá, ſit ne humida an ſicca, demum quæ nam ægri temperatura, quæ compoſitio, quæ victus ratio, quæ ars, cui aſſueue-

ſueuerit, quod tempus anni, quæ conſtitutio, quę regio in qua degit ac reliqua huiuſmodi: ac præterea ſint ne plures an vnus morbus, quodnam eius tempus, qui motus, qui periodi: cùm hæc inquam omnia rectè collegerimus, tum cum optimis remediis ſingula repellentes, & illud aureum præceptum ſemper intuentes: Contraria contrariis mederi, aut plenitudinem euacuare, aſperitatem lenire, caliditatem refrigerare, humiditatem exiccare, & ſic de ſingulis. Vbi igitur materiam probè notã habuerimus, quid obſtabit, quin hác artem rectiſsimè exequamur, ac ſanitatem reducamus? Occurrat igitur nobis Socrates 30. annos natus, temperaturæ calidæ & humidę, qui pręter conſuetudinem ſuam in regione & aeris conſtitutione calida & humida ante aliquot dies biberit vina potẽtiſsima, aromataq; & mellita cibaria ingeſſerit, plurimoq; coitu exhauſtus fuerit, & nocturno aeri plus æquo ſe expoſuerit: habeatq; in coniunctiua oculi tunica maximũ tumorem, rubrum, durũ, pulſantẽ cum dolore extẽſiſsimo, ac mordicãte, vt ferè ſenſum acuum pungentiũ percipiat: emanantes lachrymæ ex angulis oculorũ, acres, ſubſtantia mediocres, tum colore quadantenus ad citrinũ tendẽte: ſintq; in iiſdem angulis ſordes mediæ conſiſtentiæ erodentes, ſitq; grauitas ac rubedo totius capitis, cũ plenitudine venarum apparentiũ: vrinæ ruſæ & craſſæ, pulſus ingens, vehemens, frequens, & velox. Talem cùm aſpexerimus, facile eſt iudicare ophthalmicum, quoniam in tunica coniunctiua habet inflammationem. Materiam autẽ inflammationis eſſe ſanguinem bili admiſtum, ex notis partim bilẽ, partim ſanguinem indicantibus: & eſſe per defluxũ à capite, vt eius grauitas, rubedo & venarũ amplitudo atteſtantur, concurrente etiam oculorũ imbecillitate, quam præcipuè ex intemperato coitu vendicauit: atq; inter ophthalmias humidas connumerari deberet, vt lachrymæ & ſordes oſtendunt: deniq; totius corporis plenitudinem ad defluxum conſpirare, adiuuante regionis & conſtitutionis intemperie, & nocturno aere, in quo moram traxerit, & reliqua victus ratione. Eſſe verò ſimplicem ophthalmiam, nulli morbo præterea commiſtam: nã aliæ partes oculi ſunt immunes, tempus autem morbi augmentum. Ergo ſeruatis indicationibus, quas ſæpius diximus à morbi natura ſumendas, non repugnantib. aliis quæ ab ægri natura, & à reliquis annexis mutuantur, ſicut hîc minimè repugnãt, primò reuulſio, euacuatióque materiæ fluentis quærenda eſt: quæ cũ ſanguis ac bilis ſit, ad venæ ſectionẽ & purgationem properabimus. Et ſtãte totius corporis plenitudine, quã ſupponimus (quicquid alij iudicẽt vel faciãt) ego ita partirer miſsionẽ ſanguinis, vt manè (exempli gratia) baſilica ſecaretur, veſpere cephalica eiuſdẽ lateris cũ loco affecto, in ſingulis ſectionibus, tali ætate, temperatura, regione & ſtatu cœli, ac plenitudine corporis exiſtente, qualia omnia ſuppoſuimus, nõ minus quàm vncias decẽ extraherẽ. Deinde vbi altero die corpus congruè alimento recreaſſem, poſtridie manè exhiberẽ infuſionem ʒ ij. rhabarbari, adiectis vnciis iiij. ſyrup roſ. ſolut. vel ſi corpus robuſtiſsimũ, ℞ ſyrup. roſ.

A electuarij roſati Meſue ʒ v. vel electuarij de pſyllio ʒ iij. Et hęc quantum ad euacuationẽ & reuulſionem. Loco verò, nactus tali augmenti tempus, in quo ſimul & multa iam materia defluxerit, & multa adhuc defluxura eſt, applicarẽ quæ partim repercutiunt, partim per halitum digerunt. Vbi modò maximæ indicationes à loco affecto ſumuntur: illius enim partis laxitas, ſenſibilitas, patiendi aptitudo, conſenſus & vicinitas maximè pupillę, & humorum oculi: hæc omnia non ſinunt nos ap-
B plicare aliqua quæ ſint vel repercutiendo, vel reſoluẽdo efficacia. Quæ enim nimis acerba aſtringentiaq; ſunt, licet validiſsimè repercutiant, has tamẽ oculi partes irritant, exaſperant, maioresq; dolores excitant. Quæ verò nimis calida & acria, potenter quidem reſoluunt, ſed inflammationẽ augent, & à propria oculorum tẽperatura partes exterminant. In vtraq; igitur facultate tum repercutiendi, tum reſoluẽdi, applicari debẽt moderata: repercutientia quidẽ, qualis roſa, albumen oui
C confractum, myrtus, rubus, radices mori, hypociſtis, lentiſcus: reſoluẽtia verò chamæmelum, lilia, eorumq; radices, fœnumgræcum, parthænium, malua, althæa, & eiuſdẽ radices, atq; huius generis alia. Conſulo autẽ, vt nihil oculo ophthalmico adhibeatur, niſi molle, lene, nullius viſciditatis lẽtoriſue particeps, aut nimis corpulentũ: talia enim frequenter adhærent affecto loco, & ita impinguntur, dum exiccantur, vt remoueri nõ poſſint, niſi locus exacerbetur, dolor excitetur, & in-
D flãmatio augeatur. Si verò ita impacta remittãtur, vt multi imperiti & ſordidi Medici faciunt, cõpureſcunt, & alia fortè ratione etiã deteriorẽ morbum exaſperant & adaugent. Ab his igitur quàm maximè fieri poteſt, abſtinere oportet. Neq; hîc ego reticebo, quod mihi familiariſsimũ eſt, & quo frequentiſsimè magna fœlicitate vti ſoleo, roſas, myrtos, rubos, aut reliqua huiuſmodi cum fœnugræco, chamæmelo, ſeminibus lini, & ſimilibus, in aqua ſimplici, vel aqua etiam deſtillata plantagi-
E nis concoquo, atque in eo decocto pannos lineos tenuiſsimos ac molliſsimos, multiplices, ad oculi magnitudinem & formam complicatos, dudum maceratos, oculis admoueo, æſtate quidem frigidos, hyeme calidos: obſeruentq; diligẽter, vt priuſquàm areſcant, remoueantur, nouiq; iugiter applicentur: ita ſæpe repetendo, donec eorum vſus commodo eſſe videatur: ex his enim, ſine aliqua moleſtia aut grauitate corpulenti & viſcidi cataplaſmatis, repercutio ſimul, & per halitum dige-
F ro, neq; à multis periculis tutũ reddo: quale eſt, quod de pomo cocto, zuccharo admiſto, retulimus ſuprà. Laudo etiã albumẽ oui cum lacte muliеris ex optimis cibis nutritæ, cõfractum exquiſitiſsimè, vt nihil viſcidi aut craſsi remaneat, & in locum eodẽ prorſus modo applicetur, quo diximus de decocto. His ita ritè peractis, ſi adhuc fluxus perſeueraret, vel inflammatio intenderetur, quęrerem deriuationem tum ſcarificatione in venis poſt aures apparẽtibus, aut hirundinibus ap-
G plicatis: tum etiam ſi res vrgeret, vena frontis diſſecta. Poſtea ad intercipientia medicamẽta accederem. Quæ validæ repercutiunt, frõti applicantur, ſicut cataplaſmata ex albumine oui cum ace-

to,admiſto bolo armeno, terra ſigillata, & eo quē vulgò ſanguinem draconis vocāt. Quòd ſi dolor maximus adeſt, qui tolerari non poſsit, cum decocto paulò ſuprà memorato admiſcerem hyoſcyamum, & papaueris nigri ſemina, & nonnihil ex pomo mandragoræ:vel in eodem diluerem aliquid ex opiatis collyriis, quæ ex Paulo & Galeno ab omnibus recentioribus deſcribuntur, qualia ſunt ab Arabibus Sief appellata. Vbi verò iam defluxus ceſſauerit, & corpus caputq; ſatis euacuatum videbitur,tunc fomēta ex ſolo fœnugræco, & ſemine lini, & huiuſmodi reliquis per halitum digerentibus commodè poterunt applicari. Quo etiam tēpore balnea aquæ dulcis calida maximè competent: quin & eodem tempore vini potus vtiliſsimus erit,quia antea prorſus erat abnegandus. Quantum verò ad victus rationem attinet,contineri debet æger ſumma quiete in cubiculo,ſi fieri poterit,vel ad orientem vel ad ſeptentrionem verſo, iubendo ne oculos fricet, aut aliquo modo exaſperet,nec quidpiam intueri conetur. Capite elato dormiet ſuper puluinari molli quidem, ſed ex roſis ſiccis, aut minutiſsima palea, aut alga confecto. A carnibus, vino & calidis penitus abſtineat,& niſi ſecus vires eius ferant,ſola ptiſana & mulſo contentus ſit,aut eo ſaltem ferculo,quod panatellam vocant. Quotidie vel natura,vel clyſtere aluus ducatur: manè autem in aurora bibat vncias vj. decocti borag. endiuiæ, eufragiæ cū vncia iuleb roſati. Et hac arte ophthalmia ſimplex curabitur, quæ quidem per defluxū à materia ſanguinea & bilioſa generatur. Hîc reliquas quoq; ophthalmiæ ſpecies curaturus eram, quæ ab aliis humoribus oriuntur, & quæ per eſſentiam fiunt,& quæ ſiccæ appellantur,ac prætereà quę cum aliis diuerſis oculorum morbis complicantur, cum vlceribus, cum chymoſi, cum trachomate,cū hypoſphagmate,cū ruptura corneæ, cum procidentia vueæ,cum ſuffuſione,ac cæteris huiuſmodi: quæ ſingulæ propriam diligētiam,& admirandam quandam curam requirunt,& pace audientium dixerim,ab omnib. ferè Medicis noſtræ ætatis neglectā,ac penitus ignoratā: ſed nuncius interpellare me nō deſinit,vt me pudeat adoleſcentem optimum tamdiu in concepto itinere impedire. Hæc igitur omnia in aliud tempus omittam, quæ ſi exquiſitè & diligenter (vt ſpero) explicabuntur, in iuſtum volumen excreſcent: quod fortaſsè aliquando perfectum tuo nomini dicabitur, cū tu ſolus autor fueris, vt hoc magnū pelagus ſim ingreſſus. Interim me ama,vt facis,& audenter iube quicquid à me fieri poſſe ſperaueris. Vale, Patauij 16. Calend. Auguſt. M.D.XLI.

CONSILIVM LXXXII.

De ophthalmia,et quo pacto ne in eam incidat, præſeruari poſsit,pro quodam nobili Veneto, anno 1550. Feb.29.in colloquio.

STEPHANELLVS hæc expoſuit de ægroto. Nobiliſs. hic iuuenis in ætate iuuētutis cōſtitutus,ſæpe habuit principia ophthalmię,& ſemper paſſus malam affectionē oculorum, à principio natiuitatis A ſuæ vſq; ad 7.vel 8.annum:inde vſq; ad decimum ſeptimū melius habuit. Ab hoc iterū ſæpe corruptus hac mala affectione precipuè in ſiniſtro oculo,à quo tamen ſanatus,affligitur in dextro : idq; aliquando Autumno,aliquando Vere,aliquando Hyeme,ſed Æſtate rarius. Semper curatus eſt miſſione ſanguinis, aliquādo etiam alterantibus, ſed præcipuè poſt miſsionem ſanguinis melius habuit. In aliis membris nihil deſideratur, bene appetit, digerit, egerit ſuis temporibus, bene exer- B cet omnes actiones,& naturales & animales. Ætatis eſt 21.annorum,complexionis naturalis,calidæ & ſiccæ.

MONTANVS.

Clariſsime doctor,primò proponam naturam totius ægritudinis, poſtea cauſas inquiram,& ad curandi rationem inde perueniam. Apparet manifeſtè,quòd hîc magnificus Dominus per ſtata interualla affligitur in oculis inflammatione quadā, C & interdum eſt inflammatio coniunctiuæ, interdum palpebrarum : & ea diutius, & frequentius affligit. Aliquando inflammatio tendit ad partem corneæ,& occupat etiam quandoque partem pupillę. Ita multiplex eſt inflāmatio,& non ſimplex. Hoc autē habet perpetuum bonum,quòd,quantumuis magna ſit,nunquam impeditur viſio, ſed ſemper acerrimè videt : niſi cùm ipſam corneam inflammatio occuparit. Cùm hæc ita ſint, videndum ex qua materia conſtet : vna enim & eadem D eſt,eodemque nomine denominatur,in quacunque parte corporis ſit inflammatio. Ideo Auicenna in tertia primi inter ægritudines vniuerſales eam numerat:ſed tamen,ſecundùm loca,quæ occupat interdum,denominationem ſumit: ſi in latere,Pleuritis:ſi in cōiunctiua,Ophthalmia. Quia verò quandoq; etiam non tantùm coniunctiuam occupat, ſed interdum corneam , quomodo illic vocabitur? Recētiores,Oribaſius & Aetius,quando inflammatio occupat palpebras,& vicinas eti- E am partes in conſenſum trahit,ac totum oculum exercet,vocant χύμωσιν : & meminit eius etiam Auicenna de ophthalmia, ac Galenus in libello de Remediis paratu facilibus, membranæ corneæ inflammationem eſſe definit. Cùm igitur nobiliſſimus ille dominus patiatur omnes illas inflammationes cōiunctiuæ, palpebrarū, corneæ & pupillæ,omnes conſiderandæ ſunt,& videndū quomodo curari poſsint. Quò ad cauſas,eadē cōſideratio erit:ſed curādi ratio diuerſa eſt. Verū , quia F curare morbum nō poſſumus, niſi rationem eius ſciamus,& membri etiā,in quo hæret,de ipſa ophthalmia, & natura oculorū huius M.D. dicēdum erit. Certū eſt ophthalmiā,ſiue in cōiunctiua fiat, ſiue in palpebris, ſiue vbicunq; , ſemper fieri per defluxum:eſt enim deſtillatio ad oculum. Ille defluxus neceſſariò habet quatuor cōditiones. Non enim fieri poteſt,vt fiat defluxus,niſi quatuor cōcurrant : humor defluens,mēbrum à quo incipit deflux⁹,& vt terminetur ad aliquē certū locū,atq; G vt ſint viæ paratæ & diſpoſitæ,p quas tranſeat materia. Si aliquid horū deeſt,non poteſt fieri defluxus,nec vnquā poterimus curationē verā inuenire,niſi hęc omnia conſideremus. Videamus ergo, quo-

quomodo hęc defluxio fiat ſecundũ iſta quatuor.
Primò quis ſit humor: eſt humor calidus, quia in-
flammatio, vt 1. de Differentiis morborum, & 4.
de Ægritudinibus ſecũdùm loca, teſtatur Galen.
ophthalmiam eſſe calidam inflammationem, vel
à ſanguine, vel à ſanguine cum bile. Licet Auicen.
etiam ab humorib. frigidis fieri dicat: tamen id eſt
cõtra rationẽ. Licet oculus quandoq; intumeſcat,
& faciat abſceſſum ob materiam frigidã, tamen ea
non eſt inflammatio. In hoc caſu eſſe inflãmatio-
nem à ſanguine, apparet ex colore & humore re-
dundãte. Habet is enim colorẽ rubrum, & affluit
materia multa calida & acris, cum dolore, quæ ſi-
gnificant prædominium ſanguinis. Indicat etiam
curatio, quia ſicut expreſsè refert, nullum inuenit
remedium magis pręſentaneũ huic morbo, quàm
miſsionem ſanguinis, nec vnquã alio remedio fœ-
licius curari potuit, quàm miſsione ſanguinis: er-
go ſanguis peccat. An modò ſit ſimplex quęritur,
an verò permiſtus cum aliis humoribus. Rarò ali-
quis humor ſolus defluit, & ex tota temperatura
crediderim aduſtum cũ bile craſſa permiſtũ. Se-
cundò, locus vnde principaliter fluit materia. Do
mini, hîc eſt punctus, vt mihi videtur, dicã meam
ſententiam. Conſtat, humorẽ facientem morbũ
eſſe ſanguinem, qui non generatur niſi in hepate,
& toto ambitu venarum. Credo igitur humorem
peccantem, venientem ad oculos, habere ortum
ab hepate, & toto ambitu venarũ, & non à capite
principaliter. Et quidẽ verum eſt, non poſſe per-
uenire ad caput, niſi tranſeat per venas iugulares
intrinſecas ad caput: nam exteriores diſpergun-
tur per cutem, & tantùm nutriũt muſculos & par
tes exteriores capitis: ſed interiores mittunt ra-
mos ſuos præcipuè ad coniunctiuam. Reliquæ e-
nim tunicæ habent quidem venas, ſed valdè exi-
guas. Si igitur cõſideremus anatomẽ, videbimus
quòd ſi aſcendat ſanguis ab ambitu venarũ, & ab
hepate ad coniunctiuam, neceſſarium ſit vt tran-
ſeat cerebrum, & inde feratur ad oculum. Et ita
mandatur à cerebro quidem neceſſariò, licet per
accidens id fiat: quia cùm ex ambitu venarũ ma-
teria illuc delata aggregetur, à virtute illicò tum
expellitur ad partem magis debilẽ: & deinde rur-
ſus ad aliam magis imbecillem, donec tandem ta-
le membrum inueniat, quod propter debilitatem
expellere nequeat, ſed recipiat neceſſariò: vt de
Temperamentis, & de Tumoribus præter naturã
tradit Galenus. Cùm igitur materia ad oculos ex
pellitur, ſi ea defertur per venas, facit ophthalmiã
(nunc non diſputo de variis appellationibus, de
quibus aliàs dixi) ſi per neruos, effuſionẽ. Fit igi-
tur hæc inflammatio, quia per venas erumpit ſan
guis ad partes inflammatas, ob ſanguinis multitu
dinem, quæ non eſt à cerebro, ſed ab hepate, & à
venis quæ multiplicãt ſanguinem, qui deinde ad
partes magis imbecillas defluit. Ideo ego primũ
fontem, vnde emanat, dixerim eſſe hepar, gene-
rans multum ſanguinis. Et hoc verũ eſſe, ipſe rei
euentus oſtendit. Nam per miſsionem ſanguinis
ſtatim ceſſat, etiamſi non mittatur ex venis fron-
tis, vel venis capitis, ſed à venis inferioris brachij
& aliorum membrorum: quia hoc modo deriua-
tur ſanguis, ne ab inferioribus ad partes ſuperio-

A res, & ad caput aſcẽdat, & inde ad oculũ defluat.
Locus igitur vnde defluit materia, faciẽs morbũ,
eſt hepar, vbi generatur: ſecundariò caput, quod
recipit excrementa aliorum membrorum, & dein
de ad membra imbecilliora trãſmittit. Membrum
recipiens manifeſtum eſt ipſa coniunctiua oculi,
& palpebræ, aliæ partes non item: quia in illis nõ
ſunt tot venæ, nec tam grandes, ideo non fit ali-
qua læſio in illis, cùm ſanguis per venas ad eas nõ
ita diffundi poſsit. Fit igitur defluxus ad oculos,
B quia debiliores: & ad coniunctiuam præcipuè,
quia illa habet plures venas. Viæ ſunt venæ, quæ
amplæ, & ad fluxiones paratæ, propter tempera-
turã calidam. Et hæc ſunt illa quatuor, quæ con-
currunt in omni fluxione. Ex hoc defluxu modò
cauſatur inflammatio. Sed quæ eſt cauſa deflu-
xus? Cur generatur tanta multitudo ſanguinis?
Hoc fit ex naturali temperatura corporis, quę ca-
lida eſt, cuius rei manifeſta apparent ſigna. Dicit
autem Galenus, temperaturas calidas, quæ non
C excedunt in paſsiuis, plurimum generare ſangui-
nẽ: ideo maximè tolerare famem, quia abundant
theſauro ſanguinis in venis. Eſſe autem calidum,
oſtendit latitudo venarum apparentium in ocu-
lis. Ergo hepar calidum eſt, quicquid ſit de corde:
nam de hoc parum hîc laboro. Generatur igitur
multitudo ſanguinis calidioris, quia hepar calidũ:
& qualis eſt temperatura membri, talis generatur
humor. Et quia calidior eſt ſanguis, ideo non nu-
tritur. Sicut enim cùm frigidior eſt ſanguis, non
D nutritur eo corpus, ſed vertitur in pinguedinem:
ita vbi calidior, fit excrementum, quod natura va
lidior expellit (2. libro de Facultatibus naturali-
bus) ad partem imbecilliorem, per reliqua mem-
bra, quadam ſucceſsione, donec tandem ad par-
tem omniũ maximè debilem perueniat. Et quia
venæ amplę ſunt, paratior & facilior eſt defluxio.
Hac ratione factum in hoc magnifico Domino,
vt ad oculos pelleretur, cùm præſertim caput ca-
lidum habeat, vt patet ex nigredine pilorum, ex
E nigris oculis, & eminentibus. Et quoniam cali-
dum habet hepar, & meatus amplos, & ſanguis
calidior, & feruens magis natura ſurſum vergit:
ideo eryſipelata ex ſanguine tenuiori, vel bile ad-
miſta cum ſanguine, ferè ſemper in facie apparet.
Hîc igitur ſanguis ſubtilior ad nutrimentum non
aptus, cùm ad caput & partes ſuperiores defer-
tur: ibi colligitur, donec à virtute fortiori expel-
latur à cerebro, & ex iis partibus ad imbecillio-
res, vt ad oculos, qui imbecilles ſunt, vt ex figura
F & eminentia apparet. Sed quare magis ad ſini-
ſtrum? Quia ſemper ea pars magis debilis eſt: quã
uis & alias cauſas habere poteſt, quæ nobis igno-
tæ ſunt. Nõ enim poſſumus omnium rerum cau-
ſas inuenire, ſufficit ſcire eſſe imbecillitatem ali-
quam, cuius ratione non reſiſtit. Ex hoc patet, cõ-
poſitionem non bonam eſſe, ergo nec componen
tis debita ac firma reſiſtentia. Quòd ad caput hu-
mores tendunt, nõ tantũ corporeæ & intrinſecæ
ac naturales, ſed etiã extrinſecæ poſſunt eſſe cau-
G ſæ: vt mala victus ratio, quã ex relatione cognó-
ſcimus, ex ſtudiis, vigiliis, coitu, & aliis quæ affici-
unt oculos. Quæ quia nobis relata non ſunt, non
poſſumin medium proferre. Hæc volui breuiter

de natura morbi dicere, quia multa alia dici poterãnt, quæ hîc neceſſariò omittuntur. Curatio nõ videtur ſimplex in hoc magnifico Domino, ſed miſta. cùm adeſt inflammatio, curabimus: cùm non ea adeſt, præſeruationi ſtudebimus. De curatione igitur pauca dixerim, quia facilè curabitur, & non eſt opthalmia permanens, nec videtur morbus factus, ſed fiens: & cùm factus eſt, ſtatim remota cauſa, ceſſat. Habet igitur expeditam rationem, ſcilicet miſsionem ſanguinis, quá ſibi prodeſſe ſatis expertus eſt. Quærit præſeruationem, ne aliquid deterius ei contingat ex hoc defluxu, quia ætate deteriora omnia fiunt, & virtute imbecilliore quotidie reddita poſſet deuenire ad ſuffuſionẽ. Quomodo præſeruabitur? Si fieri poterit, per remotionem cauſæ, ne generetur tantum humoris fluentis: optimum eſſet, vt pulcherrimè docuit Auicenna 22. primi de podagra, cùm retuliſſet quatuor cauſas ſupradictas cuiuſlibet fluxionis. Pulchrum verbum Auicenna profert: Remota materia, reliqua omnia fruſtra erũt: neq; recipiens recipiet, neque mandans mandabit. Si igitur prohiberi poteſt, ne generetur humor, optimum erit. Habebit igitur bonam victus rationem, abſtinebit à vino, & bibet aquam: cùm ſoror eius quæ paruula eodem morbo & eryſipelate, quæ ex eadem cauſa prouenit, laborárit: interim verò ex quo à vino abſtinet, & aquam bibit, non amplius laborat, quia feruorem generationis ſanguinis, & eius redundantiæ principalem cauſam remouit. Si ergo fieri poteſt, vt abſtineat ab omnibus generãtibus calidiorem ſanguinem, maximè calidis & vaporoſis, bonum. Caueat à vino craſſo, bibat tenue, aquoſum, dilutum: quod quia diureticum eſt, diuertet etiam aliquid materiæ per vrinas. In reliquis placeret aqua. Sed quia timendum, ne continuus vſus illius noceat ventriculo, generentur cruditates, & pituita: quæ ſi eleuarentur ad cerebrum, facerent ſuffuſiones loco inflammationis, quæ longè deteriores: ideo magis expediet, vt bibat vinum aquoſum: quod tenue ſit, vt eò facilius penetret hypochondria, & abluat renes, nec ita adhæreat hypochondriis, vt aqua ſimplex. Vtatur cibariis non ſeruientibus humoribus aduſtis, aut melancholicis: ſed quę generãt ſanguinem frigidiorẽ, qualis eſt ptiſana hordeacea, quæ frigida eſt. Si hoc ordine procedet, vt ſemper minimum ſanguinis generetur, quantum fieri poteſt, bonum erit. Sed quia hoc difficile, ne homo ita viuat, vt nõ generetur multum ſanguinis, & ne aliquando excedat, nec ita promptum eſt temperaturas alterare, occupatis præſertim circa alia negocia: ideo hæc non ſufficient. Indigebit igitur cõtinua aliqua, & familiari medicina euacuante, quæ diuertat. Et quia vapores aſcendunt, faceret vt retraherentur ad oppoſitum. Darem igitur hierá vel caſsiam, quæ maximè purgat ſanguinẽ: vel vtrunq; compoſitum, quod etiá antea laudaui huic magnifico D. & laudant clariſsimi Doctores. Vtatur & rhabarbaro, quod maximè iuuabit. Inter reliqua accipiat myrobalanos chebulos: reprimunt enim vapores aſcendentes ad cerebrum, & cõfortant illud. Laudarem igitur eos ſecũdùm omnem vſum & exhibitionem, ſed

A præcipuè manè, & veſperi ſub introitũ lecti. Sed hoc quoq; non ſufficit, quia continuè generatur & eleuatur ſanguis. Ideo remedium non æquabitur cauſæ. Quare facienda aliqua diuerſio in morbo tam longo, & cauſa tam potente. Sed vbi? Galen. de Miſsione ſanguinis, & alibi dicit, renes eſſe mediũ, & veluti horizontẽ, terminantem partes ſuperiores ab inferiorib. Eſt aũt quælibet diuerſio, vel ſimplex vel miſta. Si ſimplex, à parte oppoſita, & maximè diſtante fieri debet: ſi

B cõpoſita, à loco medio. Si .n. partim deriuare, partim auertere conamur, locũ mediũ eligimus: ſi verò deriuare, tantũ locũ proximũ, vbi modò hęc fieri debeant videndum. Certũ eſt deriuationẽ fieri in morbo iam facto, vt ſi quis laborat ophthalmia iam facta, quæ diu perduraſſet, nec iam amplius fieret. In tali caſu intendimus euacuare materiam iam ad locum fluxam. Ideo deriuatione ſimplici vtimur in loco propinquo, & poſt aures, vel ad collũ fient cauteria optima, & laudabilia. Faciunt

C enim optimam deriuationem materiæ iam fluxę. Sed cũ pars materiæ iam in loco adeſt, pars verò affluat, fiunt cauteria in loco medio, & circa brachia, vt bene dixit D. Doctor, in quibus eſt miſta ſimul auerſio & deriuatio, quia vtraq; indigemus, cùm materia huiuſmodi partim ſit in loco, & cõtinuò affluat: ideo locũ mediũ, qui ſapit naturam vtriuſq;, eligimus. Sed ſi ſimpliciter auertere materiam ad locum fluentem volumus, ſine aliqua alia intentione, id facimus per locum oppoſitum,

D & maximè diſtantem. Hęc eſt ſententia Galeni, & ipſa natura rei ſic facere iubet. Hîc præſeruationem quærimus, ergo non factam, aut fientem ægritudinem, ſed futuram curare quærimus. Ergo auerſio ſimplici opus eſt, quæ à loco longinquo maximè trahit, dummodò ſeruetur rectitudo, & fiat κατ' ἴξιν. His igitur omnibus ita ſtantibus, ego qui præſeruationem quæro, & morbus nondum eſt factus, antequam adueniat, conſulerem vt fieret diuerſio, ſeu reuulſio à parte maximè longin-

E qua, ſeruata rectitudine: quod fiet, ſi ponátur cauteria in crure, quia protenditur per lineam rectã, præcipuè ſi de ſiniſtro oculo eſt metus, vt in eo crure fiat: quia ſi per renes, tanquam horizontem diſtinguitur pars ſuperior hominis ab inferiore: cauteria facta in crure, vel tibiis à ſuperiorib. trahent ad inferiora, & ita ad partem maximè lõginquam fit diuerſio. Omnino igitur velim fieri cauteria in tibiis, ſecundò in brachiis ſeu loco medio, minimè verò circa caput: quia morbus non eſt fa-

F ctus, cui deriuatio ex propinquo debetur.

CONSILIVM LXXXIII.

De ophthalmia cum principio ſuffuſionis, & vlcere in cornea, in colloquio.

HIc magnificus vir patitur quaſdam diſpoſitiones præter naturam circa oculos, quæ quidem diligẽter conſiderandæ ſunt: quoniam partim curatu faci-

G les ſunt, partim difficiles, & nunquam curabiles videntur. Primò eſt materia quædam exiſtens intra corneam & pupillam, ratione cuius videt quaſi per nebulam interpoſitam. Secundò, in cornea dextri

dextri oculi eſt album quoddam tendens verſus pupillam, non attingens tamen, quod etiam in ſiniſtro oculo videtur exoriri. Tertiò, in coniun-ctiua manifeſtam habet inflammationem, vt ex rubedine apparet. Horum trium ratione, conſi-lium petit. Sed cum iis alia quædam habet con-iuncta, quòd per interualla quędam patitur, non quidem dolorem capitis, ſed ſtricturam cum gra uitate circa frontem: præterea ſibilum perpe-tuum in aure ſiniſtra. De his ſecundariò conque ritur, ac præcipuè de oculis: de his principaliter B videndum, quia partim morbi ſunt, partim ſym-ptomata, de quibus quæritur. Nebula interpoſi-ta, eſt morbus in compoſitione: inflammatio eſt etiam morbus. Album verò in cornea, an mor-bus vel ſymptoma ſit, videbimus inferius. Con-ſtrictio capitis, & tinnitus aurium, ſymptomata ſunt. Sed quia neutrũ curari poteſt ſine ſuarum cauſarum cognitione, cùm natura cuiuſque rei per cauſas ſuas intrinſecas & extrinſecas cogno-ſcatur, prius ergo cauſæ inquirendæ ſunt. Ex C proceſſu autem paſsionum apparet ordo cauſa-rum. Cùm enim primò caput calefactum ſit, dein de dolor frontis ſubſecutus ſit, & vltimò morbi oculorum: non dubitandum videtur, an oculi prius affecti fuerint, an verò caput occaſionẽ de-derit. Quia manifeſtè apparet caput occaſionem dediſſe, ideò eius diſpoſitio inquirenda, & viden-dum quænam cauſæ fuerint. Id verò ex diſpoſi-tione naturali, & extrinſecus occurrentibus co-gnoſcemus. De diſpoſitionibus intrinſecis au- D dio, quo ad caput, ſemper habuiſſe operationes capitis ſecundùm naturam, vnde nõ ſcio quomo do poſsit eſſe diſpoſitio in capite, quæ dederit oc caſionem morbo. Conſueuit quandoq; expuere, & per nares emittere excrementa, vnde in capite humiditas coniicitur à quibuſdam. Ego dico ve-rum eſſe quod Galenus dixit, quòd caput humi-dum ſemper eſt excremẽtoſum, & redundat per nares ac os. Sed ex hoc non ſequitur oppoſitum, vt ſit caput humidum neceſſariò, vbi plurima ex- E crementa: eſt fallacia conſequentis, quia hæc ab aliis cauſis fieri poſſunt, à vaporib⁹ ſcilicet aſcen-dentibus & replentibus caput, vt fiat ſeipſo hu-midius excrementoſum, cùm in ſua natura non ſit humidum. Idem de ſomno, quòd qui humidi cerebri ſunt, multum dormiunt: non tamen va-let oppoſitum, quòd etiam ſicci cerebri natura-liter, plurimũ dormiunt interdum, propter plu-rimos vapores humidos aſcendentes, ex quibus etiam interdum ſubeth contingit, vbi febris eſt F intentiſsima & maximus calor in cerebro. Idem de colore circa faciem: frequẽter rubicundus co-lor, barba & capilli rubri, & tamen non eſt cali-dum caput: quia ſigna communia ſunt hepatis calidi, generantis ſanguinẽ calidum, qui diffun-ditur per omnes partes, & nutrit eas, & præſtat eundem vſum cuti, capiti & fronti, quem reliquis partibus. Vnde hæc ſigna communia ſunt, nec ſi-dem faciunt, niſi reliqua adiuuẽt, quæ à propriis operationibus membri ſumũtur, videlicet intrin G ſecis, quæ nunq̃ fallunt. Qui ergo rectè imagina-tur, & memoratur, habet tenuitatẽ & ſiccitatem ſubſtantiæ cerebri: quoniá humiditas obtundit, ſiccitas acuit. Qui caput humidum habent, nunq̃ ſunt ingenio perſpicaci atq; acuto, nec memoria bona pollent: ſed omnes actiones capitis debilio res habent. Ideò dicebat Heraclitus: Spiritus ſic-cus, anima prudentiſsima. Is magnificus vir, quia eſt ingenij perſpicacis, ideò eſt operationum in-trinſecarum cerebri optimarum: nam optimè de omni re diſcurrit, quamuis literas non habeat. In extrinſecis etiam quo ad motum, agilis eſt. Præte rea quia oculi à membranis cerebri oriuntur, & ſunt ſignũ temperaturæ cerebri: video in hoc vi-ro oculos paruos, & nõ magnos ſecundùm pro-portionem capitis prorſus introrſum recedẽtes, vnde crediderim cerebrũ in propria natura ſic-cius eſſe. Quo ad caliditatem, an calidum vel frigi dum cũ ſiccitate? Ex quo cor & hepar ponimus calidiſsima, ſanguis feruidus & ſpiritus calidi ge nerantur: propter quos præcipuè cerebrum fri-gidum generatum eſſe ait Ariſtotel. vt temperet & refrenet caliditatem ſpirituum, quo faciant of-ficium ſuum. Neceſſe eſt igitur, vt ſi quando cere-brum calidum cum hepate & corde concurrat, mores feri fiant, & vt ij homines habeant mores tyrannicos ob caliditatem membrorum & ſpiri-tuum. Hic vir eſt mitiſsimi ingenij, nec mores ty-rannicos habet, ideò magis iudico quòd cerebrũ cum colore faciei & barba rubra, quæ ab hepate habet, ſit temperaturę ſiccæ & frigidę, & ideò ma gis paſsibile à quacunque cauſa extrinſeca: quia frigidum diminuit omnes actiones. Video igitur tali capite exiſtente, quomodo facilè catarrhum, ſit paſſus per os & nares: quia quicunq; vapores aſcendentes non poſſunt difflari & concoqui, fa-cilè vertuntur in catarrhũ: & proindè facilè paſ-ſus eſt catarrhum, quia facilè recipiunt tales tem peraturæ, nec poſſunt concoquere: ſicut & ſenes frigidi & ſicci ratione ætatis redundant catarrho propter vapores. Quòd autem plurimi vapores aſcendãt in hoc magnifico viro, clarum eſt, quo-niam cor & hepar calidum habet, ſanguis & ſpiri tus calidi generãtur: vnde plurimi vapores aſcen dunt, & caput facilè repletur, ex qua repletione varia oriuntur ſymptomata. Sed aliud eſt non præter rationẽ, quòd ſcilicet vbi hepar calidum, ventriculus ſit frigidior ſeipſo, & non ita conco-quit, propter deperditionem pinguedinis: vnde ratione ventriculi vapores pituitoſi aſcendunt. Et quòd hoc ſit verum, inde patet, quòd aqua ali quando deſcendebat ad oculos, quę humida erat & frigida, quæ proculdubio ex vaporibus pitui-toſis ortum habuit. Ex hoc ergo aſcenſu vaporũ, exiſtente ipſa diſpoſitione cerebri apta, factũ eſt vt pateretur deſcenſum catarrhi ſine aliquo gra-uiori affectu. Succeſsit poſtea ætas, exercitium, ambulatio in Sole. Et ſicut gutta cauat lapidem non bis, ſed ſæpe cadendo: nec dici poteſt, quòd prima, vel ſecunda, vel vltima, vel penultima, ſed ipſa cõtinuatio id facit: ita ſymptomata paulatim ſuccedente tempore, & redduntur grauiora, & magis manifeſta. Præterea delectatus eſt equita-tione, venatione, liberrimè vixit, ſine delectu ci-borum, vnde aggregata materia in corpore, & at-tracti humores ad caput, & repleto capite princi pio leuius infeſtari cœpit: quoniá principio cale-

fieri tantùm cœpit caput, quę calorem neglexit. A Succeſsit grauitas circa frontem, & videbatur illi ac ſi quis ſtringeret, quia humores decumbebāt circa radices oculorum, & membranas ad baſim cerebri, quę corrugabantur, & faciebant conſtrictionem apertā ad radices oculorum. Cùm hæc quoque non curaret, & in eadem ratione victus perſeueraret, ſuccefsit inflammatio, & reliqua tandem. Primò inflammatio, quæ ophthalmia dicitur: quia dominium eſt vaporum calidorum aſcendentium, & ideò incœpit cũ lachryma, quæ B falſa erat. Cùm deinde ingraueſceret morbus, conſuluit Medicum (nam adiungebatur aliud malum in vtroque oculo) apparebat nebula, vt omninò quaſi p telam intermediā videret: quia paulatim ingraueſcebat morbus, ortus ex cauſa ſanguinea. Sed cùm ſanguis quotidie magis magiſque adureretur, vapores etiam magis bilioſi aſcendebāt, cauſa etiam bilioſa reddita eſt ipſius morbi, ideò ſordes cœperunt apparere in oculis: C ſuccefsit ergo nebula, quæ ſuffuſio eſt, ſeu deſcenſus aquæ, vt vocat Auicenna: quia aqua deſcendit inter pupillam & corneam, & ita occupat, vt radij viſorij vel viſibiles nō poſsint exire, vel ſaltem ſpiritus viſibiles ad eum penetrare. Hæc aqua aliquando craſsior, aliquando ſubtilior eſt, & diuerſorum colorum, prout purior eſt, vel impurior. Mihi viſa eſt nō eſſe alba nec cœrulea, ſed ad cineritium ſubobſcurum colorem accedere, quæ omnium deterrima vix vnquam curam recipit: imò ne per manualem quidem operam re- D moueri poteſt, videtur omnium maximè deteſtabilis. Quòd mirandum eſt, licet adhuc eſſet in principio: quia dum ſex menſes pręterierint, ſuffuſio incurabilis eſt, vt dicit Galenus, & Auicenna confirmat. Hîc nunc annum integrum patitur, & eo minus curabilis eſt. Imò Auicēna aliud dicit: Quòd cùm muſcæ tantùm per ſex menſes apparent, incurabilis eſt. Et præterea hoc aliud, materia ſcilicet alba in oculo dextro, quæ vt plurimùm ſubſequitur ophthalmiā, & incuſsit mul- E tis difficultatem in perquirēdo, quid eſſe poſsit: quia ipſæ tunicę ita ambiunt oculum, vt ſint continuę, & nihil poſsit penetrare ſine ſolutione continui. Hîc facta penetratio eſt, ergo ſolutio continui, & fortè vlcus: perſeuerante enim ophthalmia, fit arroſio. Et ita in oculo tres morbi ſunt in hoc magnifico viro, ſuffuſio, ophthalmia & vlcus: & ſunt morbi in compoſitione, & ſolutione continui. Hæc ergo ſufficiant de his tribus morbis, & qui ſint curabiles, & qui nō. Nam ophthal- F mia, & album in cornea, facilè curabitur, ſiue ex vulnere, ſiue ex reſudatione ſit: ſuffuſionem incurabilem credo. Si quis tamen etiam eam poſſibilem curatu contendat, tunc non litigare volo, dummodò conſtet non venire eum affectum eſſentialiter à cerebro. Quibus ita ſe habentibus, ſatis conſtat iam quid de prognoſtico ſentiam. Nebulam credo difficilem curatu, præſeruari tamen poterit ad plurimos annos: ſicut multos noui, curatum autem ſciō neminem. Quibus autem G remediis curandus? Dicit Hippocrates, & affirmat Galenus ſæpe ex curatione facta indicari nobis curationem veram, & naturam morbi. Medicus quidam Belgradi euacuauit illum, & fœliciſſimè ſuccefsit, ita vt remota ophthalmia melius videat. Ideò præterquàm quòd ſecundùm rationem euacuandum eſſe videmus: fiunt enim hi morbi propter vapores ab ambitu corporis ad caput aſcendentes, ſumpta occaſione ab ipſo cerebro: vnde per eſſentiam ibi eſſe dicere poſſumus, non quòd ibi ſit primogenio affectu, ſed quia ſucceſſu temporis facta, fit aliqua impreſsio in ipſa ſubſtantia membri. In curatione igitur credo euacuationem neceſſariā, & erit neceſſarium etiam, vt continua euacuatione præſeruetur, ne repleatur. Primò ergo euacuandum quod repletū eſt: euacuatio autem multiplex eſt, vt dicit Galenus de Phlebotomia contra Eraſiſtratum, qui diſputabat non eſſe neceſſariam euacuationem: quia ſola inedia euacuare poſsimus, ad quem velimus gradum. Reſpondet Galenus, verū eſſe: ſed quia ſæpe contingunt morbi, in quibus ſtatim euacuandum, vt dum tu expectares euacuationem per inediam, moreretur æger: ideò concludit neceſſariam phlebotomiam & purgationem. Hîc morbus dat inducias maximas. Si igitur vtatur inedia, id eſt, parſimonia ciborum, & delectu iuuabitur, maximè autē in tempore purgationum: quia ſi ita vti continuò vellet, extenuaretur. Purgetur item, & mittatur ſanguis, id enim refrigerabit hepar, & euacuabit: poterit autem fieri miſſio ſanguinis à media vel baſilica. Si hæmorrhoides prouocentur, fiet diuerſio cum euacuatione, quæ futura eſt vſui. Euacuetur autem cum educentibus bilem & pituitam: & ideò conueniunt pillulæ cocchiæ, aggregatiuæ, & confectio hamech. Tandem vtatur electuario facto ex ſucco euphragiæ, roſarum & fœniculi: & cum ſaccharo fiat electuarium, quo vtatur quotidie. Vtatur etiam aliquando myrobalanis chebulis: nam inhibent aſcenſum vaporū. Circa oculos vtatur collyriis noſtris, quæ conſeruant oculos, abſtergunt ſine exiccatione. Credo cauteria in cruribus, quo ad cauſam antecedentem, conferre plurimum: ſed quo ad morbum factum, nō curabitur ex iis. Erit operæpreciū localibus eum remouere, inde poterunt applicari ſanguiſugę, & lauari caput cum decocto chamomillæ, maluæ, & roſarum. Temporibus intermediis laudo vſum caſsiæ frequentem, adiuncta hiera. Auribus verò inſtillet oleum amygdalarum amararum, quod quidem non mediocriter profuturum credo.

CONSILIVM LXXXIIII.

In periculo ſuffuſionis ordinata ab excellentiſsimo Montano.

RECIPE Floris caſsiæ ʒ.x.
Specierum hieræ ſimpl.℥.ij.
Cum ſaccharo fiat bolus. Poſtea
℞. Succi roſarum puri & recentis.
Verbenæ,
Fœniculi,
Chelidoniæ,
Maioranæ ana ℥.v.

Purificentur ſucci, deinde ſyrupizentur cum ſaccharo. Deinde

℞. Huius

R. Huius ſyrupi ℥.ij.
Aquæ Euphragiæ,
Fœniculi ana ℥.ij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis, donec conſumpſerit totam deſcriptionẽ ſupraſcripti ſyrupi. Interim toto illo tempore dũ accipit ſyrupos, conſulo vt habeat beneficium alui: & ſi deficiet, vtatur clyſteribus communibus. Sumptis ſyrupis, ſumat infraſcriptum pharmacum cum cuſtodia:

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Trochiſcorum alhandal gr.viij.
Agarici præparati ʒ.ij.

Cum ſaccharo fiat bolus. Laudo etiam quòd dum accipit ſyrupos, habeat puerum vel puellam ſeptem vel octo annorum, quæ vel qui manè ieiuno ſtomacho maſticet roſam vnam recẽtem, & ſubitò poſt maſticationem ſimiliter lambat oculos. Poſt hæc ad purgationem capitis, ac ad localia deueniet. Habeat optimã rationem victus. Caueat lacticinia, paſtilia, piſces. Vinum clarum, pauciferum, album, dilutum cũ aqua, in qua decoctum ſit fœniculum, bibat. Sumat præterea interdum de hoc electuario:

R. Nucis muſcatæ,
Macis,
Cinnamomi ana ʒ.j.
Garyophyllorum ℈.ij.
Seminis aniſi ʒ.iiij.
Thymi ʒ.j.
Sacchari roſati opt. ex roſis rubeis ℥.vj.
Muſci,
Ambræ ana gr.ij.

Cum modico iuleb fiat miſtura.

CONSILIVM LXXXV.

De diminutione viſus pro matrona nobiliſsima D. Catharina Veronenſi, Comitiſſa de Sueſa.

AFFERTVR nobis auditores clariſsimi, caſus huius nobiliſsimæ mulieris, dignus conſideratione: quoniam oculorum ægritudines multa habent problemata, quæ nunc tamen omittemus. Symptoma quidem affligens hanc nobiliſsimam mulierem eſt diminutio viſus, & magis in oculo dextro, quàm in ſiniſtro: quã quidem paſſa eſt hinc ab annis quinque, & à viginti diebus incœpit eſſe in ſiniſtro. Genus autem diminutionis huius & læſionis, eſt à nobis conſiderandum. Narrat enim ipſa, in oculo dextro læſionem hanc incœpiſſe, & videbatur ei quòd ſcintillæ quædam obuerſarentur ante oculos, & radij quidam, & maximè cùm à longè in aliquod magnum lumen, ſeu lucernam intueretur: qui radij videbantur circa lumen circulum quendam facere ſubuiridem: & hoc præcipuè, cùm à remotis inſpiceret, atq; cùm in lumine magno attolleret palpebras, quòd videbat eoſdem radios: & hoc præcipuè manè cùm ſurgeret è lecto per horam, & quod in nocte opplentur ei oculi multis excrementis, & videtur quod ſit quaſi tela, ſeu vmbra quædam ante ipſum oculum dextrum: ſed cùm abſtergit oculos, & mundificat quod remouetur maxima pars illius nocumenti. Præterea dicit, quòd percipit grauitatem palpebrarum, vt vix videatur poſſe attollere, & maximè dextri: & ſi quis diligentius intueatur pupillam dextri oculi, videt obſcuritatem quandam, quę non apparet in ſiniſtro: & ſic reliqua omnia minus in ſiniſtro apparent, ita quòd videatur eſſe quaſi principium in ſiniſtro illius, quod iam confirmatum eſt in dextro. Et dicit quòd nullum prorſus iuuamentum percipit à rebus extremè frigidis, ſed tantùm à moderatè calidis, & maximũ: à rebus verò ſummoperè calidis maximè læditur, quia videtur, quòd inflammentur oculi, & quòd repleatur caput. Hæc ſunt ſymptomata, de quibus conqueritur hæc nobiliſsima mulier, & quorum curationem à nobis expoſtulat. Sed vt ſimus boni medici, inueſtigemus primò cauſas horũ ſymptomatum. Pro quorum inueſtigatione debetis ſcire, quòd hoc ſymptoma præceſsit dolor capitis, qui diu perſeuerauit, ad quẽ ſecuta ſunt poſtmodum hæc accidentia. Habuit præterea dolores quoſdam veluti arthriticos, & præcipuè circa brachia ipſa. Paſſa etiam eſt dolores cholicos, & flatus quoſdam in ventriculo: dolores præterea renũ. Quæ omnia ſunt indicia deprauatorum humorum ex aſcenſione vaporum petentium caput, qui poſtmodum craſſefacti deſcendũt ad partes inferiores per venas, neruos, nucham, atque arterias, & replent totum corpus, & percipit caliditatem à quacunque leui cauſa extrinſeca. Quantum ſit de membris principalibus huius magnificæ dominæ, dico quòd videntur omnia calida eſſe. Nam hepar, ex eo quòd poteſt per exterius iudicari, eſt calidum: habet enim corpus carnoſum, venas latas, multum ſanguinem, & reliqua omnia atteſtantur ſuprà caliditatem hepatis. Habet etiam cor calidum, quia potius eſt virago, q̃ fœmina, & aptiſsima eſt ad omnes hominis operationes, & habet generoſitatem (vt ita loquar) & audaciam maximam in omnibus rebus, ita vt videatur quòd caliditas ſit inſignis in corde. Ex operationibus prẹterea animalibus indicatur, cerebrum eſſe calidũ. Igitur habet mulier hæc omnia ſua membra calida, & vt dicit Galenus in 3. de Loc. affect. in cap. de Dolore capitis, Corpora habentia membra inferiora calida, & maximè hepar, facilè capitis repletione laborãt: & ratio eſt, quia plurimi ab hepate eleuantur vapores, qui replent caput, & præcipuè ſi ratio victus non ſit exquiſita, imò perperam facta, neque multum ſe exerceat. Præterea iſta habet ſtomachum frigidum, ideò debet multa pituita abundare: & ex ſexu etiam, quia mulieres ſunt natura frigidiores viris: & credo quòd etiam lautè admodũ vixerit, & nullum penitus exercitium facit. Quòd autem ventriculus eius frigidus ſit & imbecillis, declarant illi flatus, illi dolores cholici, & renum, qui omnes indicant non fieri bonam concoctionem. An verò ratione obiecti, an ratione ſubiecti? Crederem ego ratione vtriuſque, & quia vtatur cibis diuerſis, & quòd ventriculus non concoquat. Ex quibus elicio, quòd corpus iſtud aptiſsimum ſit ad congreganda multa excrementa, & præcipuè in capite. Præterea vexata fuit diu à maxi-

mis animi accidentibus, quę quantum valent ad
replendum caput ipſum,& ad faciendum omnes
concoctiones deteriores, norunt omnes. Habe-
mus igitur cauſas intrinſecas facientes repletio-
nem capitis, ſcilicet caliditatē hepatis, & omniū
membrorum inferiorum, & frigiditatem ventri-
culi, & etiam capitis imbecillitatem. Habemus
etiam cauſas extrinſecas, ſcilicet accidentia ani-
mi, inordinatam victus rationem, vigilias, & re-
liqua omnia, quæ videmus. Cùm igitur ex iſtis,
alter oculorum, ſcilicet dexter, magis imbecillus
ſit, quærenda modò à nobis eſt imbecillitas iſta,
quænam ſit: poteſt enim eſſe vel ratione imbecil-
litatis ipſius virtutis viſiuæ, vel ratione inſtru-
mentorum, per quæ demandantur virtus viſiua,
vel ratione ſpirituum. Quòd non ſit ratione im-
becillitatis virtutis viſiuæ, apparet: quia reliquæ
operationes aliorū ſenſuum perfectę ſunt. Quòd
non ratione ſpirituum etiam, quia ſi eſſet ratio-
ne ſpirituum, aut eſſet, quia ſpiritus eſſent craſ-
ſefacti, vel refrigerati: ſed hoc nō poteſt eſſe, quia
iidem ſpiritus, qui tranſeunt ad inſtrumentum
viſus, illi iidem tranſeunt ad reliqua organa ſen-
ſuum: ſed cùm in nullo alio ſenſuum organo læ-
datur, præterquam in organo viſus, non eſt cre-
dendum hoc ratione ſpirituum accidere poſſe.
Præterea ſi ratione ſpirituum læderetur, magis
de longinquo, quàm de propè videret: quia illi
ſpiritus egredientes magis illuſtrarentur per ae-
rem, & tamē totum oppoſitum contingit. Quòd
ſi ſit vitio inſtrumentorum, aut in neruis eſſet
obſtructio, vel impactio quędam humorum craſ-
ſorum viſcidorum. Non eſt quòd ſit obſtructio
in neruis, quia penitus viſu priuaretur, neq; in-
uiſcatio humorum: quia ſi ſic, non videretur im-
pedimentum exterius, id eſt, nebula illa & obſcu
ritas in oculo. Si igitur erit læſio in oculo, hæc po
teſt eſſe in diuerſis partibus, quia oculus ex di-
uerſis conſtat partibus, vel tunicis extrinſecis &
intrinſecis, vel in humoribus. Quòd ſi in tunicis
intrinſecis, nullum eſt indicium: quia ſi ſic, ſpiri-
tus ſemper æqualiter impedirentur, & non ma-
gis manè, quum ſurgit è lecto, quàm poſtea. Ne-
que in extrinſecis, quia in cornea nullum appa-
ret eſſe nocumentum, nec etiam in pupilla. Ideò
crederem ego potius vitium iſtud in humoribus
eſſe, quoniam circa pupillam apparebit nebula
quædā, quæ magis videtur eſſe in humore albugi
neo, q̃ quòd ſit in pupilla ipſa. Et ſic credo quòd
humor ille albugineus ob permiſtionem ſubſtan
tiæ craſsioris à capite defluentis, ſit denigratus:
quia ſubſtantia craſsiori nutriatur, & ob id non
fiat viſio ita clara, quia inſtrumentum nō eſt per-
fectè clarum. Et hoc etiam nos admonet ætas,
quia excremēta craſsiora & frigidiora fiunt, pro-
cedente ætate: hæc autem, ſicut audio, pertranſi-
uit iam 50. annos. Et ita credo, cùm ratione ma-
teriæ deſcendentis ad humorem albugineum,
tum ratione alimenti craſsioris, quo alitur, affi-
ci viſionem ipſam: cuius ſignum eſt, quòd dum
ſurgit, deterius videt: & hoc eſt, quia plurimi in
nocte vapores collecti, & deuenientes ad humo-
rem albugineum, cùm non poſsint pertranſire,
cauſant illud: ſed cùm abſtergit oculos & mun-
A dificat, & permanet per horam à ſurrectione, me-
lius videt, quia illi vapores reſoluti ſunt. Et quòd
hoc ſit, patet, quia percipit plures ſordes ſiccas,
mordaces, dum ſurgit: & hoc eſt, quia illi ſucci
deprauati diuerſi ſunt, & à diuerſis cauſis: aliqui
enim è cerebro, aliqui à ventriculo, quia humidi
ſunt interdum, & interdum mordētes, & ſuper-
cilia grauantur: hoc indicat, quòd ægritudo eſt
materialis, & quòd plurima materia tendit ad il-
las partes, & habet etiam omnia illa impedimen-
B ta inæqualiter ſe habentia, non perpetuò illam
turbant. Ex hoc autem colligimus, quòd ibi non
adſit ſemper præſentia materiæ: & quòd mor-
bus non eſt in complexione, quia nō ſemper eo-
dem modo affligitur, tum etiam quia ſubitò ad-
uenit huiuſmodi læſio. Sed perpetuò illa mate-
ria à capite emanat, quia oculus imbecillior fa-
ctus recipit excrementa à cerebro, ſicut dicit Ga-
lenus 2. de Differentiis febrium, referens cauſas
ophthalmiæ. Credo igitur ego, quòd cùm ſym-
C ptoma illud diu perſeuerauerit, dexter oculus ſit
debilitatus: & ita credo, quòd cauſæ proximæ
huius affectus ſint humores deprauati, partim bi
lioſi, partim pituitoſi, & partim aduſti, deuenien-
tes ad oculos, & occupantes palpebras, & facien
tes ſordes illas, & perturbantes humiditates ocu
li. An verò huiuſmodi humores miſceantur cum
ſpiritibus, & ratione horum fiat deterior viſio?
hoc facilè poteſt contingere.

Prognoſticum. Quibus ſic ſtantibus, quid credis
D futurum de hac ægritudine? Si verum eſt, quòd
habeat cauſas illas corporeas perpetuò affligen-
tes, & quòd iam per quinquēnium paſſa ſit iſtam
malam diſpoſitionem, & ob id quòd imbecillus
factus ſit oculus, & ſit illa membrorum inæqua-
litas, etiam ſit quinquagenaria, in qua ætate craſ-
ſeſcunt tunicæ omnes, & criſpantur, atq; humo-
res omnes pauciores & craſsiores reddūtur: cre-
derem ego huic morbo naturali, miſto cum acci-
dentali occurri neutiquā poſſe, niſi prouidendo
E ne in deterius labatur: quia oculus ſenis non eſt
oculus iunioris: ſed ſi poneremus oculum iuue-
nis in ſene, videret vt iuuenis, dicit Ariſtotel. in 1.
de Anima. Prouidendum eſt ergo ne in deterius
labatur, cū omnimoda cura impoſsibilis ſit. Hoc
autem facerem: primò iuberem vt omnia animi
accidentia dimitteret: vteretur optima victus ra-
tione: exerceret ſe quandoq;, & in ſex rebus non
naturalibus nihil peccaret. Quantum verò ad
membrorum inæqualitatem, corroborarem ven
F triculum & hepar, vt bene concoqueret, & ne va-
pores malos generaret: & vellem quòd continuè
vteretur aliquo medicamento: vellem vt corro-
boraretur etiam caput & oculi, præcipuè dexter,
& purificaretur, & abſtergeretur pupilla. Quan-
tum autē ad euacuationes attinet, vellem vt hoc
Vere faceret vniuerſales purgationes: primò ac-
ciperet aliquod lenitiuum, vt eſſet caſsia, ſeu ele-
ctuarium lenitiuum, ex quibus purgaretur ſto-
machus ab humoribus crudioribus, & educeret
G etiam humores malos in primis venis. Poſtea vte
retur quibuſdam concoquētibus, ſicut eſſet mel
roſatum, ſyrupus acetoſus, oxymel ſimpl. ſyru-
pus de endiuia. vt exempli gratia:

R. Oxy-

R. Oxymellis ſimpl.
Mellis roſati,
Acetoſi ſimpl.ana ℥.s.

Decoctio verò fieret ex ſeminibus endiuiæ,ex foliis boraginis,ex ſeminibus aniſorum, ex eufragia,ex cinnamomo. Et ſi timeremus nimiam hepatis ſupercalefactionem, poterimus addere ſemina melonum,cucurbitæ. Medicamentum verò ſit ad diuerſos humores educendos commodum, vt docet Galenus 5.Methodi medendi, ex colocynthide,agarico,& ſcammonio:& huic cocchiæ ſunt ſimiles,atque etiam confectio hamech, ſimiliter & pillulæ aggregatiuæ, quia in hac omnes humores. De phlebotomia verò vtrum ſit facienda? Ego certè video corpus admodum repletum,& licet ſit iam quinquagenaria: tamen quia eſt virago,& abundat plurimo ſanguine, & fortè ei etiam defecerunt menſtrua,ideò placeret mihi quòd poſt minorationem, quam fecerit, ſeu ex caſsia, ſeu ex lenitiuo, & poſt aſſumptionẽ duorum,vel trium ſyruporum,quòd mitteretur ſanguis à cephalica: & ſi placeret à baſilica,& poſtea procederet ad purgationem vniuerſalem. Quibus peractis placeret mihi, qd' haberet aliquod pharmacum ſibi familiare purgans caput,quo vteretur ſingula quoque hebdomada, ſicut eſſent pillulæ ex tribus illis confectæ, quæ caput euacuant, ventriculum & hepar: & corroborant etiam omnia iſta membra, quia ingreditur rhabarbarum,agaricum & aloe:& vellem quòd iſta colligerentur cum eufragia, cum capillis Veneris, cum modico macis vel cinnamomi: quæ omnia reſpiciunt caput,hepar & ventriculum,cum ſpica nardi,& conſimilibus. Vteretur maſticatorio frequẽter,quale eſſet maſtiche ſola,quia ipſa non poteſt tolerare aliquod calidum vehemens:eſt enim efficaciſsima maſtiche ſimplex ad purgandũ caput,& ſaliuam multã educit. His factis,vellem vt accederet ad diuerſiones, & ad roborationem capitis:quia iam ſumus certi,quòd ægritudo iſta materialis eſt, ſicut apparet ex ſignis iam dictis, ex grauitate palpebrarum,ex lippitudinibus oculorum: & quia etiam non ſemper permanet, aduenit etiam ſubitò: nulla autem immaterialis ægritudo ſubitò aduenit. Ideò oportet deriuare & diuertere materiam iſtam à capite: & hoc poſſet fieri cum cauteriis in cruribus, cum applicatione ſanguiſugarum,hæmorrhoidibus: quia, ſicut audio,hoc ſibi fuit vtile, cũ ſemel fecerit, & cum frictionibus in cruribus & brachiis. Quibus ſic factis,accederem ad aliquod leue collyrium in oculis apponendum. Acciperem igitur ſex vel octo radices althææ mundatiſsimas, cum tribus vnciis fœnugræci optimè præparati,& decoquerem in aqua clariſsima: & cùm eſſent decoctæ, exprimerem validiſsimè, & acciperem libram vnam decoctionis huius, & ℥.ij.aloes ſubtiliſsimè pulueriʒatæ,& lotæ in aqua violarum, & iterum ponerem ad ignem lentum,clarum,ſine fumo,& ſine puluere: & rurſus decoquerem, donec hæc omnia ad ſubſtantiam mellis redigerẽtur: quod quidem fiet facillimè,propter aloen & mucilagines illas, & ponerem in phiala, & ex hoc collyrio illinirẽtur oculi,& maximè dexter,& manè: cor-

A roboraret enim oculum,mundificaret, abſtergeret,& confortaret etiam. Et ſic voluit Galen.2.de Loc.affect. & in 2. de Compoſ.medic. ſecundùm locos, vbi dicit expreſsè de dolore capitis, quòd ſiue in ſubſtantia cerebri,ſiue in meningis fuerit, nihil refert,nec propter hoc variatur cura. Ita affectus iſte ſiue ſit in albugineo humore, ſiue in pupilla,non variatur cura,ſiue in rhagoide. Hæc ſunt, quæ mihi in hac temporis anguſtia occurrerunt: tamen rem hanc indies magis atque B magis perpendemus, & ſi quod in mentẽ aliud venerit, conſulemus.

CONSILIVM LXXXVI.

De actione viſus diminuta,pro iuuene Auguſtano.

IVDICAMVS actionem videndum diminutam in hoc iuuene, cũ procul non videat quantum oportet, ſed propè exquiſitè poſsit: nõ eſſe ob aliam cauſam, C niſi quia ſpiritus ex longo ſtudio & labore mentis rationaliſque diſcurſus, fuerunt reſoluti,pauciores que redditi, quàm vt ſufficiant longinquæ viſioni. Ac præterea ita longo vſu ac conſuetudine comparatum eſt, vt non niſi in interuallo diſtante acutè & exquiſitè videat, in quo iugiter intueri conſueuerit.

Solet etiam id contingere tum in aliis omnibus actionibus membrorum, tum maximè in viſu. D Ergo curatio huius ſymptomatis per ſua contraria proculdubiò adminiſtranda erit, videlicet vt ſpiritus multi, clari & limpidi generentur, atque vt procul intueri conſueſcat eo modo & arte,quam infrà docebimus. Spiritus generabuntur,ſi adhibuerit ſtudium in optima victus ratione, quæ perfici ſolet in rectà adminiſtratione rerum,quas Medici non naturales vocant.Primùm cauebit, quantũ fieri poteſt, ab aere multum frigido:nec minus etiam à calido,etiam à feruente. E Ventorum omne genus euitabit,præcipuè tamẽ Auſtros:& dum in Hiſpania moratur,orientales quoque: in Germania verò ab occidentalibus & omnibus ſeptentrionalibus flatibus cauebit: denique omnes exceſſus aeris ſunt fugiendi. Neq; dormiat in cubiculo, aut loco humido ſubterraneo,& vbi feneſtræ noctu ſunt apertæ. Omnes animi moleſtias, iram, mœroresq; præcipuè euitabit. In ſomno mediocritatem requiret, laudóque vt ad horas 8. extendatur: ſed poſtea meri- F dianis horis non dormiet.Nec poſt cœnam ſubitò cubitum eat, ſed duas ſaltẽ horas interponat: hæc enim capiti & oculis maximè aduerſa ſunt. Si fuerit fortè adſtrictæ alui, quærat quàm maximè ſingulis diebus naturalia excrementa reddere: nõ enim hoc parum confert ſpiritibus clarioribus, & minimè turbulentis efficiendis. Si eius natura in hac actione defecerit, aliqua parte ſupplendum. Sed præcipuum remedium erit,ſi pruna Hiſpanica dulcia arefacta numero octo vel de- G cem, cum pugillo paſſularum dulcium in iure pulli, aut carnis vitulinæ, vel optimi caſtrati exquiſitè decoxerit, & decoctum manè ſumpſerit ante prandium: hoc enim ſine moleſtia leniret

aluum, & omnes humores corporis temperabit, vnde etiam clariores ſpiritus reddi neceſſe eſt. A coitu inter cætera abſtinebit, & præcipuè ſi nõ ſit aſſuetus: nam ſi prius in eo fuerit inordinatus, non laudarem omnino omnimodam abſtinentiam, ſed tamen vt quàm maximè fieri poteſt, moderetur: hoc enim tantùm refert, vt cùm hîc in ratione victus peccetur, illud vnum reliquorum omnium diligentiam impediat. nam oculorum acumini & ſpiritibus animalibus nihil poteſt eſſe magis aduerſum. Exercitio temperato quàm maximè vtatur, præſertim ſub dio vbi cœli temperies fuerit, & ſerenitas aeris: magiſque deambulationem laudo in hoc nobiliſsimo iuuene, quàm quodcunque aliud exercitationis genus. Exercitandi hora maximè opportuna proculdubiò matutina eſt, neq; poſt exercitium frigido aeri ſe exponat, nec niſi poſt horam cibum ſumat. A prandio verò & cœna deambulare ſuauiter poteſt, quod potius laudo, quàm quòd ocioſus ſedeat ſegnis & dormitabundus. Cauebit tamẽ ab omni valido exercitio, tam mentis quàm corporis: & ſi fieri poteſt conſulo, vt poſt quatuor horas à cibo nihil ſcribat, nihil cogitet quod animum torqueat, aut ſolicitet. Bis in die tantùm comedere aſſueſcat, atque inter cœnam & prandium ne mi nimum quidem bibere aut comedere. Simplici cibo quàm maximè delectabitur: menſas varias, variaque epularum genera effugiet. Carò ab eo eligetur vitulina, caſtrati iuuenis, perdicum, atq; omnium auium terreſtrium, præterquàm in paludibus degentium: omnes antiquas carnes fugiet, & porcinas. A piſcibus magnis abſtinebit, & qui in ſtagnis ac fœtidis capiũtur aquis: reliquis parciſsimè vtetur. Olera, pręcipuè lactuca, paſtilia, lacticinia, legumina, & quę in ſartagine frigun tur, omnia hæc maximè aduerſa. Vino vtetur tenui, albo & ſubrufo, nõ multum potenti, vel certè plurimùm diluto. In ſecunda menſa comedet pineas, aniſum: quandoque etiam coriandrum cõditum, & cydonia. Hæc vbi obſeruauerit cum multa diligentia, fieri poteſt vt exquiſitiſsima ſit ratio victus. At quia corporum temperaturæ rariſsimè ſunt æquales, & vndecunque congruæ, ideò neceſſariò plurima excrementa iugiter generantur in corpore: quæ niſi arte aut natura excernantur, in tractu temporis lædunt imbecilliores partes corporis, quales ſunt oculi. Ergo enitendum, vt arte quoq; & purgationibus corpus ſtatis temporibus emendetur. Vere igitur & Autumno hoc modo purgabitur:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus hora ante prandium. Proximo die accipiat talem potionẽ:

R. Verbenæ,
Rutæ,
Chelidoniæ,
Roſarum,
Euphragiæ ana M.ij.
Seminum aniſorum,
Fœniculi ana ʒ.iij.

Decoquatur omnia ſecundùm artem in aqua fontis, ad conſumptionem duarum partium, & facta expreſsione & colatura, ſyrupizetur decoctum cum optimo ſaccharo. Deinde

R. Huius ſyrupi ℥.ij.
Aquarum euphragiæ,
Chelidoniæ ana ℥.ij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis ſeptem. Quibus aſſumptis, ſumendum erit proximo die tale pharmacum:

R. Pillularum cocchiarum ℈.iiij.

Cum melle roſato formentur pillulæ numero quinque, deaurẽtur, & ſumantur in aurora cum cuſtodia. Et hæc purgatio bis ſingulis annis repe tatur, Autumno inquam & Vere. Intermediis tamen menſibus laudo, vt hora ante cœnam ſumat vnam vel duas pillulas ex infraſcriptis, ſine aliqua cuſtodia: quod poterit fieri bis aut ter, aut etiam quater in menſe:

R. Agarici electi,
Rhabarbari,
Hieræ ſimpl. Galeni ana ʒ.iij.
Garyophyllorum ʒ.j.

Conterantur omnia per ſe, deinde miſceantur, ponantur in ℥.iiij. ſucci euphraſiæ, donec exiccetur ſuccus in vmbra, poſtea cum melle roſato fiat magdaleon: de quo ad libitum fiant pillulæ ſumendæ, ſicut dictum eſt. Et caueat ne oculos abluat cum aqua frigida, imò nec faciem, ſed cum vino optimo aromatico albo, quo etiam abluat os & dentes: nec illud in hyeme actu ſit frigidũ, præſertim vbi fuerit in Germania, vel aliqua regione frigida. Quantum verò attinet ad ſecundum propoſitũ, videlicet vt aſſueſcat procul intueri, non hoc vtiq; facere conabitur (nam magis noceret reſoluendo ſpiritus) ſed eligat loca anguſta, per quæ introſpiciat aliquod obiectum viride, ſicut arbores, prata virentia: & ſit hoc aere nõ multum claro, ſicut in meridie, ſed potius in veſpertino crepuſculo, vel aurora, vel ſaltem in loco vmbroſo, vel opaco, etiã ſi meridies fuerit. Neque inutile eſt, quòd multi opinãtur introſpicere eum per aliquam oblongam tubam intus con cauam, vel etiam vitreã, ex viridi vel cœruleo vitro, quod eſſet præſtantius, & poterit terminari viſus non tantùm ad viridia & amœna loca: ſed etiam ad limpidiſsimos fontes, & ad nitidas aquas, quę tamen nõ currant, ſed vel ſtagnent, vel ſenſim repãt. Pro lotione verò capitis vtatur lixiuio ex cinere ſalicum, vel vitium confecto, in quo maiorana, ſaluia, betonica, & citri folia decoquantur, vel lauri, ſi citri defuerint: apponaturq; ſemper agarici ʒ.j. Et hoc lixiuio caput abluatur ſine multa frictione, cum pannis lineis moderatè calidis, & exquiſitè ſiccetur, ſapoq; eligatur præparatus cum aromatibus muſco & ambra.

CONSILIVM LXXXVII.

In eodem caſu præſcriptum ab Vrbino, quod huc poſui, vt haberent Studioſi quod cum Montanicis conferrent.

FVGIAT aerem ſuperfluum, luminoſum, nec non turbidum, ventos quoque Auſtrinos & Boreales. Caput verò mediocriter ſit munitum, ita vt à frigore & calore non lædatur: per loca niuoſa & alba

alba non ambulet, nec moretur in camera, albo colore colorata: ſed potius declinet ad colorem viridem, nec ſit camera ſerena admodum, & lucida iuxta aquas. Cibos autem fugiat vaporoſos, caput replentes: veluti ſunt cepę, allia, raphanus, eruca, legumina, ſalſa, & omnia concoctu difficilia, paſtilia, piſces, carnes antiquas ſuperfluæ humiditatis: ſicut ſunt agninæ & porcinæ, anatū, ac omnium auium degentium in aquis. Sit autem panis eius benè fermentatus, mediocriter ſalitus, optimè elaboratus ex frumento nitido maturæ meſsis, modicum habens in ſe fœniculi, aut pulueris eius, coctus in furno mediocriter, non calidus, nec tertium pertranſiēs diem, mediocris quantitatis. Sint carnes facilè digeſtibiles, paucarum ſuperfluitatum: velut pullorum, caponum, gallinarum iuuenum, phaſianorum, perdicum, auium paruarum in agris degentium, turdorum, merularum, turturum, columborum in turribus degentiū. Quòd ſi quandoq; vteretur auibus ex rapina viuentibus, vtile foret. Sint etiam carnes aſſæ magis quàm elixæ, oua ſorbilia & recentia: dura autem aut frixa & albumina ipſarum dimittantur. Lac verò & lacticinia omnia, & caſeus omittenda ſunt: butyro tamen quandoque vti poteſt, & ſimiliter oleo oliuarum dulcium. Fructus autem omnes ſunt dimittendi, niſi ficus & vuæ, quæ meritò vocātur à Græcis honores fructuū: pruna, melones, & ſimilia, in principio menſæ pro lenitione ventris admittuntur: & pyra, cydonia cocta in ſecunda menſa, ad corrugationem oris ventriculi, & prohibitionem aſcenſionis vaporum ad caput. Potus autē eius ſit vinum album pauciferum, non groſſum, nullo modo caput feriens: quòd ſi tale haberi non poſsit, ſit vinum rubeum pauci coloris, non vinoſum: ſi erit nimis forte, limphetur cum decoctione aquæ fœniculi. Inter olera autem præcipuè fugienda eſt lactuca, naſturtium, caules mēthæ. Fœniculo tamē, maiorana, roremarino, ſaluia, betonica, pulegio vti poterit. Et ſi quandoque ad ventris ſolutionem vtatur ſpinacia, beta in prima menſa, non erit inutile: commiſcendum aliquid fœniculi iſtis. Capónibus aliquando vti poterit, rapis quoque, decoctis tamē & conditis cum aromatibus. Aceto magis vti poterit, quàm agreſta. Mel autem & zuccharū in moderato vſu non dānamus. Aromata verò conuenientia eſſent, vt nux muſcata, cinamomum, & ex puluere maioranæ & garyophyllorum, modò ſit eorum vſus moderatus: obſeruet tamen ne comedat, niſi præſente vero appetitu: nec toleret etiam famem, cibosque ſuos benè maſticet, ſintque cibi tantæ quantitatis, quòd ſtomachus nō grauetur, nec ſit potus qui poſsit fluctuari in ventriculo: à cibo autem nullo vtatur motu, aut ſit perexiguus. Celebrata verò concoctione, exerceantur potius inferiores partes: quod ſi fieri non poſsit, fiant in tibiis fricationes, quæ exercitij vicem ſupplent. Abſtineat quoque & à ſomno, niſi pertranſierint ad minus duæ horæ poſt cibū: meridianus tñ nullus ſit, ſit quoq; nocturnus capite eleuato, nullo modo cum facie inferius, ſed ſuper aliquod alterum, vel ſupinè iacendo. Fugiat quoq; omnes animi paſsiones ve-

A hementes, & lectiones, aut computationes à cibo: fugiatque lectiones diutinas, & præcipuè minutarum literarum. Balneo vti poterit, mundato tamē prius corpore & ieiuno ſtomacho, nec multum poſt balneū in aere moretur. Lotio pedum confert ieiuno ſtomacho, cum decoctione herbarum betonicæ, roſarum, fœniculi, chamomillæ. à coitu abſtineat quantū poterit. Si verò eſſet aſſuetus, tunc fiat cum maximis interuallis, vt ſuperfluitas illa nō retineatur. Procuret autem ex- B purgationes omnes omnium ſuperfluitatū tam primę, quàm ſecundæ, quàm aliarum etiam concoctionum: & præcipuè procuret expurgationes capitis multa expuitione: quæ ſi non fieret ſponte, maſticetur ieiuno ſtomacho granum vnum vel alterum maſtichis electæ per horam, vel cubebas, vel ſtaphiſagriam, vel opopanacum, vel ſimile quid ex his. Si verò nares expurgētur ſpontè, optimum erit: eas verò multum excitare non laudo. Aliquando verò poterit lambēdo vel ſor- C billando, & ambulando tale glutire, & paulatim ad quantitatem medij cochlearis aceti ſquillitici ieiuno ſtomacho. Si verò caput & totum repletum & graue videretur, tempore præcipuè frigidiori, vti poſſet pillulis infraſcriptis. De hiera cū agarico, de agarico præparato, lucis, ſine quibus cocchiis Galeni, azaiereth cū agarico, maſtichinis tres pro ʒ.j. Sumantur poſt cœnam leuem, poſt horam cum dimidia ſemel aut bis in menſe. Ad confortationē deinde & capitis, & vētriculi D & oculorū vtatur chebulis cōditis ſingulo manè maſticando vnū ex eis, aut ſumat zingiberis conditi, aut nucem muſcatam conditam, aut euphragiam conditam, aut triferam minorem: aut vtatur diamuſco aut aromatico roſato, vel aliquo ſimili. Odoret autem frequēnter pilam ex puluere maioranæ, comedatque fœniculum in ſecunda menſa. Et componi poſſet electuarium tale:

R. Conſeruæ cidoniorum,
Conſeruæ roſarum ana ℥.j.
E Pulueris fœniculi,
Euphragiæ,
Sileri montani ana ʒ.s.
Pulueris magaritarum ʒ.s.
Fol. auri iiij.
Syrupi de corticibus citri q.ſ.

Et fiat ad formam electuarij. Vtatur ſingulo manè pectinatione continua cum pectine eburneo, ducendo per poſteriorem partem, præcipuè expurgatis ſuperfluitatibus primæ & ſecundæ F digeſtionis. Si lauari contigerit caput, ſe lauet oculis ſuperius exiſtentibus, cum decoctione infraſcripta:

R. Florum chamomeli,
Roſarum,
Betonnicæ ana M.j.
Aſari M.s.
Agarici ʒ.ij.

Bulliant in lixiuio ramentorum vitis, & lauet ſe cum ſapone infraſcripto:

G R. Saponis electæ ℔.j.
Pulueris garyophyllorum,
Roſarum ana ʒ.j.
Corticum citri,

k

Maioranæ ana ℈.iiij.

Miſce,& componatur cum oleo odorifero ſpicato. Oculos autem ſuos illiniet manè cum propria ſaliua, poſtquam maſtificauerit fœniculum: lauet ſe in aqua frigida infundendo oculos in ea, aliquando autem in oculum immitatur infraſcriptum collyrium.

R. Tutiæ præparatæ,
Pul.margarit.an.ʒ.ſ.
Pul.aloes ℈.j.

Fiat ex his pila parua,quæ infundatur in aqua roſ.fœniculi & verbenæ,& inde mittetur in oculum, ſemper autem ante ſuos libros habeat ſpeculum terſum.Et ſi voluerit vti ſpecularibus,ſeu ocularibus,cõſeruabitur viſus eius magis. Emiſſionem ſanguinis cum ventoſis euitet maximè. Si autem eſſet neceſsitas emiſsionis ſanguinis, tunc per hæmorrhoides fiat potius. Poteſt purgari bis in anno,in Autumno & in Vere,præmiſſo prius hoc lenitiuo,ex florum caſsiæ nouiter extractę ʒ.x.cum zuccaro fiat bolus.Deinde ſumat infraſcriptum ſyrupum.

R. Syr.de ſucco endiuiæ,
de betonica,mellis roſati an.℥ ſ.
Aquarum fœniculi,
betonicæ,
bugloſſæ an.℥ j.

Poſt aliquos ſyrupos vij. vel viij. accipiat purgationem.

R. Agarici præparati ℥ j.ſ.
Rhabar.elect.℈ iiij.
Elect.diacatholiconis ʒ j.
Syrup.roſ.ſolut ℥ ij.ſ.

Infundatur rhabarbara cum agarico ſeparatim, ſecundùm artem in aquis fœniculi, betonicæ, euphragiæ, addita ſpica, & vino aromatico: agaricus infundatur, ſeu imbibatur in melle roſato, & facta expreſsione cũ reliquis bene diſſolutis,fiat potio: ſumat in aurora, tardet prãdium per quinque horas ad minus: & contineat ſe domi. His factis,ſperamus melius fore iuxta Domini informationem, & Dei voluntatem.

CONSILIVM LXXXVIII.

In oculorum affectione, & totius capitis imbecillitate præſcriptum ciui Cracauienſi Polono.

MEMINISSE debet magnificus Dominus, atque animo perpetuò tenere, & tanquam fundamentum neceſſarium præſupponere, atque ad hoc veluti ad ſcopum quendam omnes actiones ſuas dirigere: videlicet, ſe habere totum caput & oculos vtroſque imbecillos, & paratos ad recipiendas ſuperfluitates totius corporis, & ad omnia morborum genera ſubeunda, vt nulla iam arte, nulloue remedio huic vitio ſuccurri poſsit:ita enim iam confirmatum eſt, & per eſſentiam parti illi appropriatum, vt ne Æſculapius quidem ad ferendam opem ſit ſuffecturus. Et bene aduertet dominatio ſua me dicere hoc loco, imbecillitatem capitis & oculorũ, ac præparationem ad ſuſcipiendas ſuperfluitates tolli nõ poſſe; ſed A non propterea dico,quin præſeruari poſsit,& curari à malis præſentibus & futuris. Aliud enim eſt,membrum aliquod eſſe imbecille & paratum ad morbos à quacunque leui cauſa : aliud ægrotare.In hac opinione & cognitione huius rei,quã diximus, tantam inueniet vtilitatem, vt niſi id præſuppoſuerit, & conſtanter crediderit, in duo maxima incommoda & pericula perpetuò collapſurus ſit.

Primum eſt, quòd quoties inciderit in Medi- B cum, vel cuiuſcunque generis hominem, qui ſanitatem polliceatur, ſtatim illi adhærebit, & torquebitur, & in deteriorem diſpoſitionem, & fortè vltimam perniciem deducetur : quod ipſe facilè poteſt proprio experimẽto, & ſuo etiam diſcrimine cognouiſſe. Quòd ſi in aliquam bonam fortunam, vel peritum Medicum inciderit, qui præſentes morbos curauerit, ſecundum incommodum non effugiet. Si enim arbitratus fuerit ſe ita fuiſſe curatum, vt imbecillitas quoque ca- C pitis,& oculorum,& præparatio ad eoſdem morbos ſimul ſublata ſit: huius meæ admonitionis oblitus,ſuo poſtea periculo facilè recognoſcet verum & fidele fuiſſe noſtrum conſilium. Nam negligendo curam perpetuam ſui capitis,& oculorum,quam inferius explicabo, etiam ſi millies curabitur, millies quoque vel in eoſdem, vel etiam deteriores morbos pręcipitabitur. Præſupponat igitur, & fundamentum firmiſsimum habeat, ſe habere caput & oculos ſummè imbecillos, per- D petuaque cura & præſeruatione indigere, ſi vult inter homines bene eſſe. Atque æquo animo calamitatem,quę tamen non ita improba eſt & deteſtabilis,vt ſi ipſe velit,non negligenter res proprias procurare,non poſsit ſatis commodè & honeſtè, ſine multa moleſtia curari, actionesq; ſingulorum membrorum non inualidè exercere. Quibus igitur hæc omnia præſtari poſsint,nunc tempus eſt explicare. Sua verò Dominatio ea audiat,legat,& perlegat, neque corrumpi patiatur, E vel à ſocietatibus, vel à more patriæ : quæ, ſi verum fateri volumus, plus æquo voluptatibus indulget, iubeatque vt hoc noſtrum conſilium in propriam linguam vertatur,ſecumque familiariter habeat, & non tantùm ediſcat, ſed etiam exquiſitiſsimè obſeruet: alioquin præterquã quòd oculos amittet, multò etiam deteriora patietur. Longè enim humanius eſt admonere hominem de futuro aliquo periculo, in quod facilè poſsit incidere, quã ita molliter ſecum agere, ne dicam F peruerſè & doloſè, & ne triſtitia ipſum afficiamus, vt permittamus incurioſum, & nil tale cogitantem hominẽ in extremam perniciem præcipitari. Qua igitur arte S.D. præſeruari poſsit, iam explicare incipiam. Et primò ita aeris commoditate potietur, vt nec feruenti ſoli, nec vehementi frigori ſe exponat, cauebitque præcipuè ſub cœlo ventoſo ac nebuloſo diutius immorari: neque feneſtræ ſe exponat, quàm ventus aliquis perflauerit,aut aeri nocturno occurrat,vel noctu G apertis feneſtris dormiat: fugiat etiam humidas, terrenaſq; habitationes. Hyemis tempore, dum manebit in vaporariis, ſicut eſt mos ſuæ patriæ, non operiet caput, niſi operimento quodam leui: &

ui: & poſtea, dum exibit, accipiet cooperimen- A tum pelliceatum, cum veſtibus optimè ſuffultis. Vaporaria etiam non erunt valde calefacta, ſed moderatè. Cauebit intueri ignem, manere vbi fumus vel puluis aderit. Prouidebitque, quantum fieri poterit, ne iraſcatur, néue triſtetur, aut aliqua animi moleſtia multùm torqueatur. Coitu raró admodum, & moderato vtatur. Manè exercebit totum corpus, vt calefcat, & anhelitus fiat magnus, & frequens. Surgat ſingulis diebus ante ortum Solis, & procuret omnes ſuperfluitates B collectas per omnes vias excernere, tũ per aluũ, tum per vrinam, tum per ſcreatum, & per nares, tum etiam pectinando ſe, & collum facieḿq; pan no lineo molliter & ſuauiter perfricando, & aures donec rubeſcant: neque vnquam faciem lauet aqua frigida, ſed vel deſiſtat à lotione, vel vtatur vino albo: aures etiam quotidie perfricet, & abſtergat: ſimilique modo dentes etiam abluat, & os vino albo. Quæ omnia vbi manè ſurgens effecerit, tum ad conſueta negotia progredietur. C Prandebit itaque quatuor, aut ad ſummum quinque horis, poſtquã à lecto ſurrexerit, & nouem vel octo interpoſitis horis à prandio cœnabit, diligentiſsimè obſeruando, ne interbibat ſpatio aliquo inter prandium & cœnam: neque etiam cõmedat, ſed ſobriè interim degat, duobus illis tantum temporibus cibis contentus, prandio inquã & cœna, alioqui non erit tutus à recidiua. Cibaria ſint ſimplicia, cum paucis, aut nullis aromatibus: neque delectetur ciborum varietate, ſed vni D co tantum cibo contentus ſit: illa enim varietas corruptionem, cruditatẽ, & malitiam humorum generat, vnde poſtea ægritudines oriuntur. Abſtineat à carnibus antiquis, & ab his ouis quæ in ſartagine vel patella aſſantur. Abſtineat à piſcibus, caſeo, leguminibus, & auibus paluſtribus: olerum etiam vſum euitet. Vinum, ſi fuerit conſuetus bibere, eligat pauciferum, clarum, ſubtile, & miſtum aqua: quod etiam moderatiſsimè bibat. Sed ſi vini potationi non fuerit aſſuetus, vel a- E quam mellis, vel ceruiſiam bibere conſueuerit, ſecundùm patriæ ſuæ morem: tunc laudarem magis vt prorſus à vino abſtineret, & ceruiſiam, vel mulſam eligeret. Hæc ſi ritè & diligẽter peregerit, vix imaginari poterit, quantũ ſanitati ſuæ ſint collatura. Si verò contraria ſequatur, etiam medicinis omnibus adhibitis, fruſtra ſanitatem expectabit. Sed vt exactè ſuæ ſaluti conſilium adhibeatur, paucula quoque adiicientur, quæ quicquid in corpore colligitur excrementorum, F totum illud excernant. Vtetur igitur ter vel quater in menſe pillulis infraſcribẽdis hora vna ante cœnam ad pondus ʒ. Deſcriptio talis eſt:

R. Aloes optimæ,
Rhabarbari electi ana ʒ.vj.
Agarici electi ℥.s.
Garyophyllorum,
Gingiberis,
Cinnamomi ana ʒ.j.
Roſarum rubearum ʒ.ij.
Myrobalanorum chebulorum ʒ.s. G

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur cum melle roſaceo, fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus fient pillulæ tres pondere drachmæ, ſumendæ vt ſuprà. Præterea laudo, vt in Vere, ſi ſemel: in Autumno & Vere, ſi bis, mittatur ſanguis à baſilica dextri lateris. Præterea ſi his omnibus peractis reliquiæ etiam ſuorũ morborum permanſerint, laudo vt in parte exteriori vtriuſque tibiæ infra genu per digitos quatuor, cauteria fieri iubeat, quæ vulgò appellantur Fontanellæ: efficaciſsimè enim diuertunt à capite. Item laudo, vt bis vel ter in menſe accipiat bolum optimi mithridatici pondere drachmæ, additis drachmis quatuor ſacchari roſacei, tribus horis ante prandium.

Consilivm LXXXIX.

Pro eodem.

CVM magnificus Dominus tantum à nobis particularia remedia petat (iam enim vniuerſalibus euacuationibus vſus eſt, & ratio victus illi eſt inſtituta) ideo ne illi deſimus, collyrium hoc erit:

R. Radicum althææ,
Seminis fœnugræci ana ℥.iij.

Mundetur diligentiſsimè ab omni ſorde, deinde decoquantur in aqua fontis limpidiſsima, ſine puluere, ſine fumo: ſitq; aquæ pondus ℔.iij. Bulliat donec remaneat libra j. poſtea fiat fortis expreſsio & colatura. Deinde recipe aloes optimæ, raræ, & tranſparẽtis ac puluerizatæ ʒ.ij. Bulliat decoctum cum aloe ad ignem clarum ad con ſiſtentiam mellis, deinde ſeruetur ad vſum in vaſe vitreo optimè obturato. Quando oculi mordicantur, abluat vel lacte recenti, vel aqua roſacea, in qua diſſolutum antè ſit ſaccharum candi roſatum, & eligat hoc vel illud. Circa palpebrarum curationem poſtquam infeliciter expertus eſt inciſionem chirurgicam, ideò nouerit ab ea abſtinendum eſſe, à qua & ego ſemper abhorrui: ſed curabit vt euellatur commodiſsimè à perito vulſore. Et remedium celebratiſsimum apud antiquos, ne pili ſuccreſcant, eſt, vt poſt euulſionem frequentiſsimè illinatur locus lacte canis. Optimum etiam eſt, vt pili qui ſe inuertũt introrſum, reuellantur extrorſum, & deglutinentur palpebræ exteriori colla vel alio glutinis genere. Vbi abluendum caput, eligatur lixiuium dulce, factum ex cineribus dulcibus, vt cinere ſalicum: & addatur ſingulis vicibus drachma j. agarici, quæ inuoluta in panno lineo decoquatur in lixiuio, & fortiter exprimatur. Abluat autem ſe veſperi, & poſtea nõ exeat eo veſperi domo. Queritur etiam, quòd pedes ei aliquãdo ſudant, eos abluat: & hunc ſudorem vtiliſsimum arbitror, quoniam per eum fit aliqua auerſio à capite, eamque minimè impediendam exiſtimo.

Consilivm XC.

Pro eodem Polono datum.

CVM non conferrent ea, quæ rectè preſcripta fuerant, voluit Dominus Montanus, vt decocto Guaiaci vteretur. Primùm autem euacuatus eſt

caſsia, deinde bibit ſyrupum de elleboro hoc modo:

R. Decoctionis noſtræ de elleboro ʒ vj.
Syrupi de betonica ℥ j.s.

Miſce pro vno, & ſic pro alijs: dentur manè in aurora.

Poſtea accipiantur libræ duodecim aquæ endiuiæ, & libra vna ligni Guaiaci detriti vel limati, & ponantur in olla magna noua ſtricti orificij cum ſuo coopertorio, & ita dimittantur in infuſione per horas vigintiquatuor. Deinde decoquātur lento igne ad cōſumptionē tertię partis, fiat expreſsio & colatura, & ſeruetur in vaſe vitreo bene obturato, & diuidatur hoc decoctum in octo partes ſiue ſyrupos. Sumat duos in die, alterum hora 8. & prandeat hora 12. alterum hora 20. vel 19. & cœnet 22. Et dum bibit primum iſtud decoctum, ſemper anticipet & præparet ſecundum, ne deficiat, & ita perſeueret vſq; ad 40. dies ad minus. In primis 10. diebus ſuus cibus erit iſte. Comedat ℥.iij. panis in prandio, & medium pullum paruum elixatum, qui non excedat magnitudinem perdicis, & medietatem eiuſdem comedat in cœna, cum eadem quantitate panis: & panis ſit optimè coctus, nō tamen aſſatus: cauebit etiam à cruſtis aſſatis. Bibat duos cyathos vini ad ſummū, & potius paruos quàm magnos. Vinum ſit album, clarum, pauciferum. Poterit comedere poſt prandium & cœnam ℥.j. vel ij. vuæ paſſæ paruæ & dulciſsimæ, bene lotæ cum vino albo. Et ſi non poterit tolerare maiorem diætam, perſeuerabit vſq; ad 40. dies: ſed ſi poſſet tolerare, laudarem quòd poſt 10. primos dies per 20. dies poſtea ſubſequentes abſtineret prorſus à carnibus & à vino, & eſſet contentus pane & paſſulis lotis ac præparatis, ſicut dixi: & loco vini biberet decoctum eiuſdem ligni, quod quidem decoqueretur in aqua putei, & acciperet illud idem quod decoxerat in aqua endiuiæ: tolerat enim duas aut tres decoctiones, ſi vltimò bene exprimatur. Idem laudo in toto tempore 40. dierum, in quibus bibet hoc decoctum, quod ſemper octaua die ſumat tribus horis ante prandium bolum hunc:

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.. s.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Reſtitutus eſt integræ valetudini.

CONSILIVM XCI.

De viſus obſcuritate ex craſsitie ſpirituum, & aliis quibuſdam ſymptomatis.

VIDENTVR accidentia, quibus infeſtatur Reuerendiſsimus D. Oeconomicus omnia ita ſibi reſpondere, vt ab eadem cauſa dependeant. Et primò patitur obſcuritatem viſus, ſecundò plumum ſputum, vltimò manus & pedes incaleſcūt, & vltra modū ſudāt. Dico hæc omnia referri in vnā & eandē cauſā: nā aſſumpſit primò aquas thermarū, poſtea incidit in hos affectus: & nō audiuimus alias cauſas, quæ hæc potuerint efficere. Ergo videndum an ratione potus aquarū hæc

A potuerint contingere. Prius diſpoſitiones naturales conſiderabo. Eſt hepar calidum, & hoc patet ex omnibus ſignis, amplitudine venarum, colore: & habet imbecillitatem ventriculi, ratione cuius abundat pluribus flatibus. Hæc duo membra ſufficiūt ad hæc ſymptomata. Atque illę ſunt calidæ & ſiccæ, quia habent ſulphur, alumē, calcem, ſalem, & hæc omnia ſunt calida. Potauit has aquas, & hæc calefecerunt hepar, & conſequenter renes, & per conſequens totum corpus. nam

B orta principiis ſuis conſentiūt: & qualis eſt temperatura hepatis, talis temperatura venarum, & ſic etiam totum corpus ſequi ſolet: & ſic ſanguis redditus eſt craſsior: & ſi ſanguis, ſequitur etiam quòd ſpiritus, qui ſemper proportionati ſunt ſanguini. nam nihil aliud ſunt, quàm vapor ſanguinis bene cōcoctus. Ergo ſi ſanguis craſſus, & ſpiritus ſunt craſsiores. Sanguis enim redditus eſt craſsior, propter hepar ſupercalefactū, & etiā ſpiritus, qui faciunt omnes operationes in toto

C corpore. Ille autē ſenſus qui indiget ſpiritu luciſsimo & puriſsimo, meritò primò percipere debet hāc læſionē, & hic eſt viſus. Ergo hæc craſſitudo ſpirituū cœpit affligere viſum. Quòd autē ſit in ſpiritibus cauſa huius diminutę viſionis & læſæ, apparet, quia in inſtrumēto nulla eſt læſio, nec in facultate: nō enim lęſus diſcurſus: ergo lęſio in ſpiritibus. Sed hæc ratio ex remotione aliorum non ſufficit, ſed ex propriis ſignis & pathognomonicis iudicandum eſt: nā videt clarius, vbi

D eſt multa lux, deterius verò in obſcuro: ſed in obſcuro dilatatur pupilla, in claro conſtringitur. Et hæc ſunt ſigna imbecillitatis: nā lux plurima illuſtrat oculū, & humidum aqueum, & cryſtallinū: & ſi ſpiritus qui deferūtur per illū ſunt clari, non indigent magna luce illuſtrante exterius. Vnde qui habent ſpiritus claros, non poſſunt videre niſi ſemiclaudant oculos, vt quaſi ſubumbrentur ſpiritus. Et ſi contrà, eſt ſignū quòd ſint craſsi ſpiritus, vt in hoc caſu: & ob id in tenebris

E dilatantur, quod fit propter multitudinem ſpirituum. Nam cum claudimus vnum oculum, dilatatur altera pupilla: quia impetus ſpirituum qui omnes deueniunt tunc ad vnū oculum, facit dilatari pupillā. Sic in his fit: qui enim habent ſpiritus craſſos, indigent plurimo ſpiritu, ut quod deeſt in qualitate, ſuppleat natura in quantitate: & ſic fit maior dilatatio pupillæ, quia quod deeſt claritati, conatur ſupplere copia ſpirituum. Et in claro conſtringitur pupilla, quia tunc ſpiritus nō

F veniunt ad pupillam, niſi quantum opus eſt ad illam lucem. Ergo hæc eſt cauſa quare læſa ſit viſio: primò craſsitudo ſpirituum, & hæc facta eſt propter craſsitudinem ſanguinis. Illa verò propter calefactionem hepatis, & hepar ſupercalefactū ex potu aquarū. Et ſic ex reſolutione cauſarū patet, quòd potus aquarum fecerit diminutionē viſus. Item eſt alia cauſa: cum habeat naturalem imbecillitatem ventriculi, quæ nō eſt curata per potum aquæ. hinc plurimum ſaliuæ expuit, pro-

G pter expulſionē flatus: nā hæc nō proueniūt ex vētriculo, niſi ꝓpter tria, vt aliquoties iā dictū in collegiis. Et ſic ſaliua illa ꝑmiſcetur cū ſpuma, & hęc indicat flatū, aliâs nō poſſet expui. Et hi vapo-

res

res generati ex debilitate ventriculi aſcēdūt ad caput, vnde ſpiritus fiunt craſsiores, vt videmus in ſuffuſionibus, quę ortum habent ex ventriculo. Cauſa inflammationis renum (nam vrina arenoſa & color indicant hoc) eſt eadem ſupercalefactio aquarum, vt & hepatis: & renes conſentiunt hepati, tum propter propinquitatem, tum propter venas communes. Præterea eſt ſudor & ſupercalefactio manuū & pedum, & hoc eſt proprium ſymptoma: vbi ſupercalefit hepar, ſtatim inflammātur manus & pedes. Ratio eſt, quia illæ partes minus habent carnis, & venæ ſunt magis exteriores in illis partibus, & ſunt ibi multi nerui & oſſa: & hæc vbi incaluerunt, retinent calorem. Vnde in ferro intenſior eſt caliditas quàm in aqua feruente. Hac ſtante caliditate, cùm in toto venarum ambitu aggregentur plurimi ſeroſi humores propter hepar auarum, quod trahit ad ſe chylum inconcoctum, & non poteſt eum conficere: & hi humores crudi attracti ad ea loca calefacta difflantur poſtea per cutem, & hinc apparet illa humiditas: & Galenus dicit, quòd materia ſudoris eſt ἰχὼρ, & ſeroſitas in venis: ergo omnia ſymptomata dicta, ex caliditate hepatis & potu aquæ proueniunt. Sputum non prouenit ab aqua, ſed hoc etiam erat ante aquæ vſum. Et illæ aquæ non fecerunt impreſsionem in ventriculum, quòd habebat retinentiam & ſupercalefecerunt hepar, quod habebat ſymbolum: & ex his fit circulus. Plurimi flatus & vapores aſcendunt ad caput ex ventriculo, & hi iterum ad ventriculum deſcendunt.

Prognoſticum. Niſi prouideat ſibi benè, tandem incidet in flatum hypochondriacum.

Cura. Omnia ſint temperata. Caueat à vino potenti, & omnia ſua medicamenta ſint moderata in caliditate & frigiditate. cū enim ſint illa membra contraria, vtriuſque cura habenda erit. Ergo hoc ſit ei pro regula, quòd omnia actu & potentia ſint temperata. Non laboret, quia inflammat ſpiritus: & potius delinquat in nimietate ſomni, quàm in vigiliis: & vtatur continuè quæ poſsint refrigerare hepar, & non infrigident ventriculum: & hoc eſt zuccharū roſatū, quod aſſumat ſæpe & ſemper, & in magna copia: nam refrigeratio eius eſt ſatis mitis, ne infrigidetur ventriculus: & quòd non poteſt facere agens debile in pauco tempore, hoc faciet in longo ſpacio temporis, & magis etiam aget, quàm agens fortè in pauco tempore. Et admiſceatur etiam aliquid quod facilem faciat tranſitum, vt ſunt roſæ, vt Galenus 3. de Simpl. dicit, & iuuetur tranſitus cum diureticis: & ſi aliqua ſuſpicio incidat ne refrigeretur ventriculus, addamus piper tenuiſsimè contritum: quia piper eſt tenuiſsimæ ſubſtantiæ, & ſic ſecundùm tempus calefaciet ventriculum, & vis eius ſtatim difflabitur, vt ſunt illa, quæ ſunt tenuia & calida. Galenus plurimùm laudat piper, vnde ego ſæpe precor modernis meliorem mentem: qui cùm vident Galenum vti ptiſana cum pipere in febribus, putant Galenum dormire, & dicunt quòd melius ſit vti cinamomo, & ita illi ordinant cinamomum. Sed hi non vident iſtud myſterium Galeni, quòd ſcilicet piper calefacit ventriculum, & non hepar. Et dicit Galen. 4. de Tuend. valet. dioſpoliticum & diacalamenthum & ſimilia, peſsima ſunt ventriculo crudo: quia ducunt humores crudos ad hepar, & faciunt obſtructiones. Nam licet non ſit tanta caliditas in cinamomo, tamē eſt magis diuturna. Ideò zuccharum roſaceum cum modico pipere minutiſsimè contrito, vt facilè exhalet, darem ego, & conſulerem in hoc Reuerendo viro. Vtatur etiam rhabarbaro vnà cum zuccharo roſaceo, quod educit materias calidas & etiam frigidas, & aperit obſtructiones ſi quæ ſunt, & confortat. Hæc eſſet præſeruatio huius viri, & ſic longo tempore curet ſe. Miſsionem ſanguinis maximè laudarem, quia hepar calidum, prius lenita aluo cum flore caſsiæ. Vtatur etiam ſyrupo de cichorea, & cum Geleniabin, & etiam ſine aqua. Item trochiſcis de roſis minoribus interdum vterer in brodio pulli. Et non aggrederer morbum totis viribus, ne fiat deterior.

CONSILIVM XCII.

De viſus obſcuritate, & macula in altero oculo.

CONQVERITVR hîc de quadam diſpoſitione pręter naturam circa oculum, & maximè quòd in ſiniſtro oculo ſit imbecillitas videndi: videt enim quaſi per quandā nebulam, in alio oculo eſt quædam punctura. In ſiniſtro oculo adeſt etiam quædam macula circa corneā, maximè vbi terminatur ad pupillam. Petit conſilium. Et cùm omnis diſpoſitio præter naturam indigeat curatione ſibi propria, ideò inueſtigandæ cauſæ illius maculæ. Et quæ ſit cauſa illius nebulæ apparentis in viſione, inueſtigabo ego ex his quæ vidi. Iſte nobilis vir vbicunque verſatur, aut aſpicit aliquid circa aerem tenebroſum, pupilla fit maior: vbi autem in luce aliquid videt, redditur pupilla conſtrictior. Hoc eſt vnum quod eſt inueſtigandum, & hoc vidimus heri. Adeſt igitur nebula, id eſt, videt quaſi per nebulam: hoc eſt, ab vna trium cauſarum, vel ab inſtrumento, vel à virtute illuſtrante, vel à ſpiritu: his enim tribus fit viſio. Ergo apparet nebula, vel propter inſtrumētum, vt in cataracta: quia in ea, in ſpacio eſt quędam aqua obſcura, quę impedit tranſeunte ſpiritū, & reddit ſpiritus obſcuros: hoc nō eſt in hoc viro. nā hæc aqua appareret ad ſenſum, imò in vtroq; oculo pupilla eſt clara, ſine aliquo nocumento. Non etiam eſt materia obſtruēs in neruo, quia ſpiritus liberè tranſit, & pupilla dilatatur, cùm alter oculus clauditur: qđ ſignum & Auicenna ponit. Vnde arguitur quòd ſit liber tranſitus ſpirituum. Ergo nullam video obſtructionam in viis, per quas vel virtus, vel ſpiritus nō poſsit pertranſire. Sunt igitur hæ partes liberæ, & oculus quantū ad hanc viſionē impeditam. Sed virtus etiam non eſt affecta: quia hæc eſt in cerebro, & poſtea determinatur ad ipſum oculum: in cerebro autem non apparet aliqua læſio, ideò nec ad virtutem hoc referendum. Ergo relinquitur, ǭa ex tribus aliquid eſſe neceſſe eſt, quòd hæc obſcuratio ſit in ſpiritibus, & ad hoc

refero omnem hâc obſcuratione: & hoc eſt præ- A
puum. nã dum eſt in obſcuro aere, dilatatur pu-
pilla ad oculum, & videtur cornea conſtringi ex
dilatatione pupillæ. Contrà in aere claro & luci-
do pupilla cõſtringitur, & cornea dilatatur. Hoc
indicat ſpiritum quidem eſſe multum, qui deue-
niat ad oculum, ſed tamen craſſum. Ergo dixe-
rim ego, ſpiritum emanãtem, eſſe propter aliquã
materiam craſſam admiſtam factum craſsiorem.
Vnde in loco obſcuro, cum non adiuuẽtur ſpiri-
tus ab aliquo extrinſeco illuſtrante, hinc natura B
illud quod non poteſt agere, facit ex multo ſpiri-
tu, & hinc ex multo conatu dilatatur pupilla, pro
pter multitudinẽ ſpiritus aduenientem. Sed in
luce clariore illuſtrantur ſpiritus à luce: ergo mi-
nor ſpiritus requiritur ad operationem videndi,
& inde pupilla redit ad propriam ſuam naturam
& magnitudinẽ: & hoc etiam videtur in illis qui
habẽt craſſos ſpiritus. Ex illa igitur manifeſtiſsi-
ma dilatatione in obſcuro loco, & conſtrictione
pupillæ in luce, dico quòd ſit hæc læſio viſionis C
propter craſsitudinẽ ſpiritus, & nõ propter craſ-
ſitudinẽ corneæ. Et quòd hic ſpiritus ſit craſſus,
ſunt multa ſigna. Patitur etiam in oculo ſano do-
lores. Oculus qui patitur, eſt imbecillior. Et quia
quælibet impreſsio fit fortior in ſubiecto diſpo-
ſito, ideo ille oculus reſiſtit quidem plus, ſed non
ita oculus affectus. In oculo ſano non potuit ſe
defendere, quia deſcenderat materia ſtimulans
& acris: tamen ſe defendit quantum poteſt. Er-
go vterque oculus affectus: ſanus, quia eſt deſtil- D
lãs. Oculus autẽ affectus duobus modis: quia &
ſpiritus deuenientes ad oculum affectum, patiũ-
tur. Hæc videtur eſſe cauſa. Et non poſſumus i-
maginari quidem, quæ cauſa ſit in inſtrumento.
Hoc quantum ad nebulam & obſcuritatem, quã
percipit videndo. Hoc in ebriis videmus manife-
ſtè, & quibus vapores aſcendũt ad cerebrũ: nam
ſpiritus illi ſunt craſsi in eis. Et qđ illis in pauco
tempore cõtingit, fit in his perpetuò ꝓpter cau- E
ſam intrinſecã. Nunc de macula. Nõ cõſtat apud
me certi aliquid de illa: ſi dixerit aliquis, quòd ibi
ſit cicatrix ꝓpter aliquod vlcus quod præceſsit:
verũ eſt, quod contingunt quidẽ ſæpe ex vlcere:
ſed an hîc ita ſit, in hoc eſt difficultas. Si fuiſſet vl-
cus, vidiſſent illi qui curarunt. Sed hoc nobis nõ
eſt indicatum: nam an ſucceſſerit vlcus ex illo tu
more, non eſt nobis dictum. Hoc ergo apud me
eſt ignotum. Si non vlcus, ergo nec cicatrix: ſi nõ
cicatrix, ergo aliqua materia viſcida & craſſa in F
cauſa erit huius maculæ: ſicut & in reliquis cor-
poris partib. hoc euenire videmus, vt in cute, in
qua ſæpe oboritur talis tophus aut macula: & in
oculo hoc frequentiſsimè accidit. Ergo ego po-
tius crediderim hoc eſſe ex materia tali, viſcida &
duriore, niſi audiam de vlcere. Sed hanc maculã
non curo. An autem ſit in ſuperficie vel non?
Heri vidi, & ſum quidem iam ſenex, & viſum de-
biliorem habeo, tamẽ vidi eſſe in ſuperficie. Hoc
tamen relinquam in dubio, & relinquo hoc con-
ſcientiis veſtris: & pro nunc pono in dubio, quia G
variat cura prout eſt ille locus. Modò eſt viden-
dũ de illa obſcuritate viſus, quia de hac plus re-
fert, quia in deterius veniet proculdubio. Sup-
poſito quòd ſit propter obſcuritatem ſpirituum,
propter materiam miſtam: & cum materia fluat
per oculos, primò quæritur quæ ſit illa materia:
ſecundò vnde, an ſit in oculo. Quò ad primum,
dico eſſe materiam miſtam, partim pituitoſam,
quod apparet ex cõſiſtentia & craſsitudine, gum
moſitate & viſciditate. Et do eſt pituita. Sed per-
cipit punctúras aliquas & corroſiones: ergo eſt
& bilioſa. Dominatur quidem pituitoſa quo ad
quantitatem, ſed non quo ad vires. De ſecundo,
vnde deriuatur? In oculo non generatur, cùm
ſit copioſa. Et ſi eſſet tanta intemperies in ocu-
lo, quę generaret hanc materiam, eſſent alia ſym-
ptomata in oculo, & oculus non eſſet tam clarus.
Sed an caput, an partes inferiores tranſmittant?
Credo quòd nõn ſit referendum ad caput. Illud
membrum ſanum eſt, cuius operationes ſunt ſa-
næ. Sed hoc caput nõ eſt affectum, nam haberet
vitiatas operationes. Sed adeſt grauitas, & adeſt
materia. Dico, quòd hoc eſt propter aſcẽſum va-
porum. Non nego ibi eſſe materiam, ſed an ibi
generetur, videte Galenũ libro ſecundo de Diffe
ren. febr. de Cauſis periodorum, & de natura flu-
xuũ, &c. Ergo non nego à capite materiam flue-
re ad oculum: ſed non video vitium in capite vn-
de generetur in capite. Primò igitur dico, quòd
eſt imbecillitas ventriculi. Et hepar habet valde
calidum, cùm cõqueratur quòd nihil calidi poſ-
ſit tolerare. Item quòd hepar calidũ habeat, ma-
nifeſtiſsimũ eſt ex habitu corporis, & habitudi-
ne venarum: Stantibus his duobus, quid mirum
repleri caput? ex ventriculi imbecillitate multi-
plicatur pituita: ex hepatis caliditate aſcendunt
vapores ex toto ambitu venarum, vt Galenus de
dolore capitis tertio de Locis affectis. Ergo cum
ſint hæ duæ cauſæ, nõ mirum ſi patitur deſtilla-
tiones multas & catarrhum: & cum oculi ſint im-
becilli, expellitur materia ad oculos. Et videmus
omnia conſona rationi. Ex ventriculo ſunt va-
pores crudi, ex caliditate hepatis vapores calidi:
ergo materia miſta, quum habeat diuerſas mine-
ras. Concludo ergo, caput non eſſe affectum per
eſſentiam. Sed eſt repletum, dolet, grauitatem
habet capitis. Dico hæc omnia eſſe per conſen-
ſum. Item plurimùm dormit. Dico, hoc fit pro-
pter multitudinem vaporum aſcẽdentium. Vn-
de ebrij, qui aliàs ſunt vigiles, & omnino parum
dormiunt: tamen tũc cum ebrij ſunt, multũ dor-
miunt. Vnde credo, vt apparet ex toto habitu &
operibus optimis, quòd ſit in ſe calidi & ſicci ce-
rebri, & quòd non ſit deductum ad aliquam in-
temperiem: ſed eſt quidem affuſio materiæ re-
frigerantis, ſed non in eſſentia eſt mutatum cere-
brum. Ergo credo quò ſit propter materiam pi-
tuitoſã & bilioſã, & quod deueniat à capite, ſed
nõ generetur ibi, verùm à toto ambitu corporis.

His ſuppoſitis de cura dicẽdum. Poteſt ne cu-
rari? Duo ſunt hîc: primò macula, ſecundò ob-
ſcuritas viſus: & ſi tollatur materia, ille ſpiritus
remanebit in propria ſubſtantia. Tamen cũ ſpi-
ritus ſit nobiliſsimæ naturæ & oculus, facilè ac-
cipiũt nocumentum, & hæ affectiones perſeue-
rantes non bene curantur: & Auic. dicit, poſt ſex
annos non eſſe curabiles. Ego credo quòd cura
erit

erit ſatis difficilis,ſed præſeruandus tamen eſt. Si A illa macula eſt ex vlcere,non poteſt curari. Si à re quadam dura,vt diximus,& nec tunc etiam. Nam ſi res illæ duræ, & tophi in cute vix poſſunt curari,quid fiet in membro tam nobili? Ergo hæc cura impoſsibilis. Sed quia petit præſeruationem, & curationem etiam, ſi fieri poteſt, natura rei indicat nobis quomodo ſit curanda. Quia repletur perpetuò caput ex cauſis inferioribus,ergo mate ria primò eſt auertenda. Si materia eſt aggregata,euacuanda erit: quæ continuè aſcendit, erit a- B uertenda:& quæ generatur,prohibenda ne generetur:quo ad partem generatam euacuetur.Ergo euacuandum corpus. Non tolerat fortia. Ergo faciamus vt baiuli,vt Gal.2.de Cauſ.pulſuum:portant pluribus vicibus, quod alius fortis quidam portaret vna vice.Ita & nos ſæpius & leniter purgemus,vt cũ hiera,cum pillulis maſtichinis,quas dicit ſe ferre poſſe, propter agaricum, quia in capite eſt materia: euacuant etiam ventriculũ propter aloen. Item tolerare poterit pillulas de tri- C bus,vt rhabarbaro, agarico, & aloe: quia materia eſt in hepate,ventriculo,& capite.Ergo hæ pillulæ optimè cõuenirent hepati propter rhabarbarum:capiti,propter agaricum:& ventriculo,propter aloen. Exhibeantur ſyrupi,qui non tantùm attenuent materiã craſſam, ſed etiam quibus clarificentur ſpiritus: & ideo faciemus ex ſucco fœniculi,verbenæ,euphragiæ, &c. Item betonicam poſſemus addere, & facerem ita ſyrupum magiſtralem, qui attenuaret materiam, & clarificaret D ſpiritus. Et hi ſyrupi exhiberentur inter pharmacum primum & pharmacum alterum. Euacuato toto corpore, & diuerſione etiam ſimul facta per ipſum pharmacum, tamen neceſſariæ etiam ſunt poſtea continuæ diuerſiones, & hæ fiant per pillulas: licet Galenus damnet hunc continuum vſum pillularum,tamen non eſt inconueniens. Facerem ego quidem cauteria,nõ in capite,quia attraheretur materia:nec in brachiis,quia tunc etiã attraherem ab inferioribus ad ſuperiora:ſed in ti- E biis facerem, ſcilicet in vtroq; crure. Et hæc puto ſufficere pro auerſione,nõ pro deriuatione: hanc enim non intendimus. Hæc cauteria teneantur aperta non per menſes, ſed per annos. His factis non puto caput multùm corroborandum eſſe: ſi tamen videtur quòd ſint faciendæ lotiones,ne recipiat materiam, poſſent fieri cum decocto ex roſa,pro confortatione, & chamomillæ, & parum gummi ſandarachæ diluti:& aliquid etiam agarici addi poteſt, vt fiat mundificatio capitis. His F peractis, ego nollem moleſtare virum hunc cum aqua balnei, quia ſicci habitus, & calidi hepatis. A ſtillicidio abhorrerẽ vt à peſte, propter intemperiem capitis: & credo quòd peſsimè inde haberet, ſi vteretur eo. Quo ad oculum, non indigemus vna intentione. Nam non eſt veriſimile, quòd cum ſemper aliquid aſcendat, quòd non aliquid inſideat. Ideo corroboretur calor innatus oculi, & concoquatur materia. Ideo cum Galen. nihil præponat fœnugræco, hoc enim concoquit G ſine attractione,& corroborat calorem,& difflare facit, ſi ibi eſt aliquid crudi: ergo vterer frequentiſsimè decocto fœnugræci, Quò ad abſterſionem & mundificationem præcipuè illius puſtulæ,cauerem tanquã à peſte, à re mordicante. Tutiam,ſi rectè præpararetur, & veram haberemus, laudarem:ſed quia non rectè præparatur,& ſemper videmus quòd quotieſcunq; vtimur, excitet dolorem, cùm tamen ipſi antiqui dicant eam minimè eſſe mordacem, ideo omittitur. Soleo ego parare albumen oui cum zuccharo candi roſa. & ponere in ſole in aliquo vaſe donec exiccetur, & poſtea cõtundere & conterere in marmore, & de hoc puluere inſpergere oculum. Vel ſi volumus facere collyrium,diluere cum vſus poſtulat,cum modico decocti fœnugræci : hoc abſtergit ſine mordicatione. Et confortat etiam hoc collyrium exiccando, ne recipiat nouam impreſsionem. Et caueat à fortib.remediis: prædico enim ei,ſi multa remedia adhibuerit, quod efficietur totus cæcus. Hoc eum admonitum volo, & credat mihi.

Syrupi magiſtrales in oculorum affectionibus, maximè à ſpiritus debilitate & obſcuratione.

R. Succi fœniculi
Verbenæ
Roſarum ana ℥ ij.
Euphraſiæ M.ij.
Endiuiæ
Chelidoniæ ana M.ſ.

Bulliant herbæ ſimul in ij. ℔. aquæ ad cõſumptionem medietatis, deinde fiat fortis expreſsio: ac poſtea admiſceantur ſucci cũ decocto, & cum ſuccharo albo ſyrupizetur. Deinde

R. Syrupi huius ℥ ij.
Aquæ euphraſiæ ℥ iij.

Miſce pro vno & ſic pro aliis. Alibi ſic:

R. Sem. fœniculi
Aniſorum ana ℥ iij.
Euphraſiæ
Verbenæ
Roſarum ſiccarum ana M.iij.
Chelidoniæ M.j.
Rutæ M.j.ſ.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem medietatis:facta deinde diligenti expreſsione in colatura,ſyrupizetur decoctum cum ſaccharo albo.

CONSILIVM XCIII.

De quodam patiente tenebroſitatem ante oculos & leuem capitis dolorem. Colloquium cum Friſimelica & Vrbino.

CONQVERITVR de affectione quadam circa oculos, quæ ex improuiſo ei accidit. Imaginabatur tanquam nebula eſſe præ oculis, poſtea incidit in ſomnũ profundum,ex quo excitatus liuor apparuit ſub genis, & ſenſit caput aggrauari, & manſit dolor capitis, poſt imaginationem,ſeu tenebroſitatem,ſeu nebuloſitatẽ. Nebula in oculo durat per vnam horam,ſuccedit dolor capitis, & deinde ſomnus, poſt ſomnũ ſudat? Primò gradus diſpoſitionum naturalium cõſideremus, & poterimus cognoſcere gradum morbi, ac cauſas. Temperaturã cognoſcere facilè eſt,ſed gradum ſcire difficile,imò impoſsibile. Porrò hic

tria membra cõſideranda ſunt,quæ ad rem faciũt & ſunt neceſſaria: diſpoſitio capitis, in quo eſt affectus:hepatis,in quo ſanguis,& reliqui humores generantur: & vẽtriculi,qui deſeruit operationibus principalibus. Amplitudo venarũ, mollities carnis,capilli,albedo corporis, teſtantur multam eſſe abundantiam calidi & ſicci:ſed tamen à temperatura receſsit: indulſit Veneri diutiſsimè, ex qua reſolutũ corpus:nihilominus perſeuerat color & pili priores: ventriculus flatuoſus eſt,quod frigiditatem arguit: vbi eſt frigiditas in ventriculo,abundat pituita·Cùm verò multa eſt,fiunt cruditates. In capite frigiditas dominatur,& vapores multi aſcendentes cùm concoqui nõ poſſunt, ſomnolentiam generant,& grauitatem ſine dolore, oculorũ temperatura bona: & ipſe dicit ſe habere viſum optimum, pupillam paruam & cæſij coloris, qui color optimus eſt. Habet motum nec tardum, nec velocẽ. Eſt igitur optimæ temperaturæ,nec mala compoſitio, nec in inſtrumẽtariis, nec in ſimilaribus partibus vitiũ. In imaginatione verò eſt vitium præcipuum,quod nunc ſępius inuadit. Quæ eſt cauſa huius? Nullum eſt in virtute videndi vitium. Cerebrum etiam non patitur primariò affectu. Mẽbra enim afficiuntur vel per eſſentiam,vel per affluxũ,& conſenſum. Verbi gratia, cum in corpore ſano membrũ aliquod inflammatur, non eſt per eſſentiam, ſed per affluxum. Imaginationes hæ non ſunt per eſſentiam: quod nõ fiant ratione capitis:oculi enim bene vident,& caput nõ dolet,niſi per duas horas: igitur primario affectu morbus nõ eſt in oculis:nec fiũt imaginationes illæ ratione oculorũ, ſed per conſenſum, quem habẽt cum membris inferioribus, ſeu per affluxũ:nõ quidem pręterfluentẽ, ſed imprimentem,& ibi permanentem. Non itaq; in cerebro morbus propriè, nõ in oculis,ſed oculi tamen pręcipuè patiuntur,non reliqui ſenſus:quia habent humores tenues, ſunt perſpicaciſsimi, vt Gal.& Ariſt.teſtantur.Ideo ſicut ſpecula limpidiſſima facilè ſuſcipiunt maculas,ita oculi leui vapore facilè læduntur: ſunt enim acutiſsimi ſenſus. Eſt igitur refrigeratum caput ex coitu,quo etiam oculi exiccantur, vt refert Ariſt.in Poblem. Euacuantur enim ſpiritus, quibus operationes perficiũtur,& dolor capitis ſequitur.Nunc dum vapores tranſeunt partes oculi,ſequuntur nebulæ:dũ verò ſunt in capite,ſeu ipſio cerebro,ceſſat ea imaginatio nebularũ,& dolor capitis ſequitur.& quia ex humore calido & ſicco fiunt vapores acres,augetur dolor, quouſque vapores acres reſoluti fuerint:qui cum reſoluuntur,& craſsiores remanent in cerebro,fit ſomnus:& dum cõcoquuntur tales vapores,flatus excitantur: ij verò ſemper permanent,quia vapores ſemper aſcendũt: & quia propter multitudinem concoqui omnes nequeant, degenerant in humores, & defluunt vapores ſub forma humorũ, quo catarrho cum laborat, leuatur dolor capitis. Et ſic in capite nulla eſt principalis læſio,ſed merus conſenſus. Quia verò morbus per cõſenſum eſt in capite, videndũ quæ ſint membra principaliter mandantia. Id ex propriis accidentibus cognoſcitur, primò à ventriculo vapores aſcendũt ad cerebrum, qui frigidus eſt val-

A de: quod inde patet, quia abundat excremẽtis & flatibus. Deinde ab hepate quoq; ex toto ambitu venarum vapores ad caput eleuantur,quia hepar calidum, & tenuem facit ſanguinem. Ideo etiam percipit caliditatem in hepate, quando dolorem & imaginationem patitur, & ſudat etiam. Magis autem ad ſiniſtram partẽ ea materia defluit, quia illa pars eſt imbecillior. Paſſus eſt gonorrhœam, & ex longo defluxu ſeminis in eroſionem glandis incidit. Barbitonſor dedit aquam ardentiſsimã, B vnde foramen factum ex mala applicatione: ſed curatum à Medico perito,vt nec in bubones, nec puſtulas inciderit. Cùm ſedata eſſet gonorrhœa, circa brachium leues dolores percepit, qui facilè receſſerunt. Nec habet ſignum aliquod, quòd ſit morbus Gallicus. Quandoquidem capitis dolores ſoli morbum Gallicum ſignificant, ſed ſunt dolores continui,& intenſi

Quòd ad Prognoſticum, poterit curari ſi vult: quia non video inſigne nocumentum, nec morC bus per eſſentiam in capite eſt: ſed vapores dum perpetuò aſcendunt, perpetuò faciunt dolorem: aliquando non confertim aſcendunt, & tum minus dolet,& materia non ita acris,vt potuerit adhuc facere magnam impreſsionem, eſtq; diuerſa: quia multa eſt ex ventriculo, vt vincat caliditatẽ materiæ ex hepate, & venis. Sed facta eſt aliqua impreſsio in tranſitu,non magna,quæ poterit curari. Quia vt Galenus 3. de Loc. affect. & Cauſis ſymptomatũ docet: Nunquam laborat memD brum per conſenſum, quin tranſeuntibus vaporibus fiat aliqua impreſsio pro ratione materię. Si leuis ſit impreſsio,leuior affectus:ſi acris,fit etiam eroſio in tanſitu, vt in dyſenteria tranſeunte bile per inteſtina.

Cura. In morbis longis recta ratio victus obſeruanda. Primò abſtineat à Venere, in qua peccat. Bibat vinum tenue,& pauciferum,album, idque parcè. Singulis diebus beneficium ventris habeat. Galenus tertio Method. irridet MethodiE cos, quia volentes curare oculum, nõ purgabant totum: quod tamen in omnibus particularibus faciendum eſt. Quomodo euacuabitur? Phlebotomia & pharmacis,quæ bilem euacuant: & quia vapores non ſimplices, ſed cum pituita, vtatur agarico cum rhabarbaro. Vnum optimum, vſus hieræ ſimplicis,qui plurimos curauit,vt ait Galenus. Digeſtiua & concoquentia omitto,quia nota, poſt purgationem vniuerſalem factam, propterea quòd vapores per conſenſum aſcendunt F à toto: pro auerſione applicarem cauteria tibiis, quæ optima eſſent, quia perpetuò fieret auerſio. Et ita totam curam in his duobus ponerem, in auerſione per cauteria: & ne humores generarentur in ventriculo, vnde poſtea aſcenderent vapores, ſingulis hebdomadis bis ante cœnam, vel ſemel ſaltem darem ℈ ij. hieræ. Poſſet etiam corroborare caput, ſi vteretur ad hoc quoque lixiuio ex myrobalanis,& aliis facto. Decoctum ligni optimum foret, ſi eſſet morbus Gallicus: ſed G quia non eſt,illud omittamus. Vrbinus probabat cauteria, & dicebat ſe etiam in media æſtate dediſſe decoctum ligni cum maximo fructu.

CON-

Consilivm XCIIII.

De Viſione perpetuò diminuta, corrupta quoq; ſed intermittente, pro monacho S. Iuſtinæ.

CVM duobus Reuerẽdus hic pater ac-
cidentib. moleſtetur, id proculdubio
à nobis prępcnendũ, quod magis no-
tum eſt, & ad minus notũ deuenien-
dum. Accidens ergo confeſſum & notũ eſt debi-
litas viſus, adeò vt nõ poſsit à remotis conſpicere,
ſed tãtùm de proximo videat: & hoc illi eſſentiale
perpetuum eſt, cùm iam 12. agatur. annus, ex quo
huiuſmodi accidente afficitur. Aliud verò acci-
dens nõ perpetuum eſt, nec eſſentiale, quòd dum
intenſius aliquid legit, & aliquid fixè aſpicit, per-
cipit falſas imagines in aere apparẽtes, vt muſcas,
vel fila, quæ aſcendant & deſcendant per aerem.
Primum eſt propriũ, vt dixi, & eſt viſus operatio
diminuta: ſecundũ verò non eſt propriũ, ſed con
ſequens ad primum, & eſt imaginatio corrupta,
& operatio corrupta. Et ſic ſunt duo ſymptoma-
ta, ſeu accidentia, quæ nõ dant nobis indicationẽ
curandi de ſe, niſi prius cognoſcatur ægritudo, &
cauſa ipſius. Ideo ægritudo, & cauſa ægritudinis
quærenda eſt. Ipſe enim narrat, quòd dum eſſet
puer 6. annorum, ichores quoſdã in capite & cru-
ſtas habuit, quę cũ medicamentis & inunctionib.
repreſſæ fuerunt: in 13. anno poſt clauſionem illa-
rum cœpiſſe debilius videre, & hucuſq; perſeue-
rare: & hæc exiſtimat facere ad inueniendã cau-
ſam iſtius ægritudinis. Ideo à nobis videndũ erit,
an iſta fuerit cauſa. Sed prius tamen notanda ſunt
quædam, & primò cõſideranda eſt cõplexio eius,
quia ex complexione elicietur aliquid, quod ad
cognitionem cauſæ iſtius ægritudinis faciet. Iſte
enim habet habitũ corporis ſatis bonũ, robuſtũ,
& optimi eſt coloris, & habet operationes vitales
& animales optimas, quia iſte optimè cõficit ali-
menta: quæ omnia indicant ſupra caliditatẽ eius,
quia omnia iſta procedunt à calido. Ideo nulli du
bium eſt, quin iſte ſit calidæ temperaturæ. Vtrũ
verò iſta caliditas ſit æqualis per omnia membra
principalia, an verò ſit cũ ſiccitate vel humidita-
te? Ego quia non video multũ exceſſum in humi-
ditate & ſiccitate, ideo in iſtis nõ laboro: quia nõ
multum etiam faciunt ad rem noſtrã. Quòd autẽ
iſte habeat humidũ cerebrũ, ex narib. & oculis li-
cet videre, ex forma & figura totius oculi, quia
ſunt magni & prominentes: ideo cerebrum eius
& oculi labunur à temperamento per calidũ &
humidũ, quod patet ex venis in eis exiſtentibus,
quæ magnæ apparent. Quòd verò magis refert,
eſt videre de loco, in quo ſunt ſymptomata, ſcil. in
quo ſubiecto ſit iſte malus affectus, & de cauſa
materiali faciente iſtum malum affectũ. De ſubie-
cto ergo videndum eſt, ſicut præcipit Galen. 1. de
Cauſis ſymptomatũ. An iſta læſio vel ægritudo ſit
in ſubſtantia cerebri, vel in membranis eius, vel in
ſpiritibus, vel in neruis opticis, vel in inſtrumẽto:
& ſi in inſtrumento, an in tunicis, an in humorib.
ideo difficile eſt videre, vbinam poſsit eſſe ægritu-
do iſta: quia hæc eſt tota rei ſumma, ad hoc vt in-
ueniatur modus curãdi. Quòd aũt non ſit in ce-
rebro patet, qui nulla eſt de hoc cõiectura. Nã (vt
A audio) omnes cerebri operationes rectè ſe habẽt
& ſecundùm naturam: quia non conqueritur nec
de grauitate capitis, nec de odoratu, nec de guſtu,
nec de auditu, nec de alijs: ſed ſolùm de viſu, non
autem de aliqua læſione quæ in cerebro fiat: pro-
pterea illud membrum ſanũ eſt, cuius operatio-
nes ſunt ſanæ. Igitur cũ operationes cerebri ſanæ
ſint, ſequitur ipſum ſanũ eſſe. Neq; læſio iſta eſt in
membranis, quia ſi ſic, ipſe in radicib. oculorũ ha-
beret dolorẽ vel grauitatem: ſed nullum iſtorum
B habet, ergo nõ eſt in membranis. Sed fortè dicet
quis, quòd iſta eſt in neruis opticis: hoc autẽ eſſe
non poteſt, quia ſi ſic eſſet, vel eſſet cõſtipatio ali-
qua ibi exiſtẽs, vel aliqua mala cõplexio, vt nimia
humiditas, vel nimia ſiccitas: & vbi ſunt iſta, ibi vt
plurimum eſt conſtipatio. Præterea ſi eſſet ſicci-
tas, faceret alia longè ſæuiora accidentia. Non eſt
etiam humiditas, quia non eſt cõſtipatio perfecta.
Quòd autem non ſit conſtipatio, apparet ex eo,
quia nihil videret: ergo nec diminutè. Nec poteſt
C eſſe ægritudo in compoſitione, quia ſi ſic, contor-
querentur illi nerui: ſed non cõtorquentur, ergo.
Quòd autem non cõtorqueantur patet, quia ipſe
nõ habet viſum obliquũ, ſed rectũ: ſed ſi eſſet con
torſio, obliquè videret. Et ſi eſſet conſtrictio ali-
qualis, ſpiritus eſſent æquali modo, nec eſſet cau-
ſa quare debilitaretur viſus, cum per longũ tem-
pus videret: quia vbi eſt conſtrictio neruorũ opti-
corũ, vel aſtrictoria oppilatio in neruis illis, viſus
ſuus ſemper in illa paruitate perſeueraret, & non
D debilitaretur. Ideo nõ poſſumus dicere, quòd in
neruo illo ſit aliquid quod impediat. Præterea ſi
claudat oculũ alium, videbitis ſpiritũ confeſtim
irruentem in alterũ plurima copia. Ideo cum ſit
liber tranſitus totius ſpiritus ad pupillam, non eſt
dicendum, impedimentum eſſe in optico neruo:
ergo erit vel in ſpiritibus, vel in humoribus, vel
in tunicis oculi. An in ſpiritibus, nécne? Cum
ſciamus viſum principaliter fieri per ſpiritus, ſe-
cundariò per humores, vt cryſtallinum, & alios
E duos, & præcipuè per aqueum, ideo ſum in hac
re multùm cogitabundus. Quòd non ſit in tu-
nicis, certum eſt. Nam ego video quòd non ſit in
cornea, quia non apparet nocumentũ, nec etiam
in vuea, nec in parte in qua eſt humor albugine9:
quia ſi ſic, eſſet ſuffuſio iamdiu, quia ſecundùm
Galenũ ſuffuſio ad ſummũ durat per ſex menſes,
deinde fit turbulentia: ſed iſte habet oculos cla-
ros, & ſpiritus prodeuntes, & ideo in tunicis non
eſt læſio. Ideo crediderim & in ſpiritibus, & in hu
F moribus participare ægritudinem iſtam. Quòd
aũt ſit in ſpiritibus, coniicio: quia cùm iſte Reue-
rendus pater incipit videre, non diminutè videt,
ſed bene videt: cùm verò diu vidit, iam incipit di-
minutè videre: ideo credo ego quòd ſint pauci
ſpiritus, & etiam craſsi, qui non poſſunt ad longã
diſtantiam diffundi & dilatari. Et maius ſignum
eſt, quòd poſtquam vidit per multum ſpacium, &
facta eſt multa ſpirituum reſolutio, quòd tunc
ſequitur ſecundum illud accidens, & apparent ei
G muſcæ, & fila aſcendentia & deſcendentia. Ideo
credo quòd ſimile nocumentum ſit in ſpiritibus,
& etiam in humore aqueo, quia nocet ei lux mul-
ta & ſubita: & hoc eſt accidens ipſius aqueæ hu-

miditatis,quæ facta eſt propter defenſionem humoris cryſtallini: quæ cum pauca ſit & tenuis, ideo facilè læditur à multo lumine. Et ſic vitium eſt etiam in humore aqueo ex paucitate & ſubtilitate eius: & ſic ægritudo eſt præcipuè in ſpiritibus,& in humore aqueo. Vtrum verò iſta ſit materialis vel non,& à qua materia:& ſi peccent ſpiritus, qua qualitate, an propter malam complexionem, vel quia magis craſsi, vel magis ſubtiles, vel magis humidi, vel magis ſicci? Certè eſt dubium non paruum, quia iſte dominus dicit ſe lædi & ab aere lucido, & æſtiuo, & à turbulento. Quamobrem ſpiritus, ſi quidem eſſent ſubtiles, iuuarentur à contrario: ſi autem nimis craſsi, nō læderentur ab aere perlucido. Et ideo dico, quia omnis exceſſus nocet eius viſioni,quòd eſt imbecillitas in ſpiritibus,quæ non ſequitur malā temperaturam ſimplicem,ſed ſolùm paucitatē, adeò vt ſint pauci ſpiritus: qui ſi etiam tranſirent, immutarentur à ſubiecto, & inſtrumento non bene affecto: quia figura iſtius oculi, vt videtis,non eſt naturalis,ideo non eſt cōmodum inſtrumentum: & ſi ſpirituum materia ſit eadem,quæ in bono inſtrumento, bene videret, hîc tamen non poteſt commodè videre. Et ſic quia ſunt pauci ſpiritus, & etiam alterantur ab inſtrumento non proportionato & idoneo, ideo à quacunq; cauſa extrinſeca de facili læduntur. Vnde autem prouenit iſta paucitas ſpirituum? A debilitate caloris innati dixerim ego:& ſic credo quòd iſta paucitas ſpirituū cū aliqua mala diſpoſitione & affectu in humore aqueo ſit cauſa. Vtrū verò ſit aliqua materia, quæ cōcurrat ad hoc faciendū, ita vt ægritudo nō immaterialis,ſed materialis dici poſsit? Certè iſte nō conqueritur de aliqua mala ſtomachi tēperatura, & habet optimam temperaturam capitis, cū humiditas & caliditas non multum excedant in cerebro, & ſic per totum. Et ſic credo quòd imbecillitas oculi ſit cauſa cur colligatur materia,quia ſtante imbecillitate oculi, ſtat imbecillitas inſtrumenti: & alimentum, quod ad oculos defertur, non ita rectè conficitur, ſicut ſi eſſent ſecundùm naturam.* Et non video quòd ſit aliquis humor, quia non habeo aliquod indicium, quo deducar ad hoc coniectandum. Dices,quare apparēt imagines poſt fixionem viſus? Dico quòd reſoluuntur partes ſubtiliores ſpirituum,& remanent craſsiores, ideo apparent imagines poſt fixionem viſus, cùm ſpiritus non poſsint recipere obiectum ſicut eſt: quia quòd eſt intus, apparet etiam exterius. Ideo quando diu laborauit, quia partes ſubtiliores reſolutæ ſunt,& reſtant craſſæ, apparent iſtę imagines. Cùm igitur nullam aliam cauſam iſtius affectus poſsimus afferre, niſi hanc: dicendū eſt, quòd ſunt paucæ materiæ facientes huiuſmodi accidens,vel quòd nullæ ſunt,quæ directo hoc faciunt. Cùm igitur iam ſint duodecim anni, ex quo perſeuerat iſte affectus: & quia ſpiritus calor, & oculus qui eſt magnus & valde diſpoſitus ad recipiēdas iſtas diſpoſitiones; & ſic ægritudo talis,& cauſæ ſymptomatum talis,ideò quid circa curationem dicendum eſt? Certè credo quòd iſte non poſsit ſanari,neq; hoc ſperandū neq; tentandum, ſicut vnuſquiſq; veſtrûm dixit.

Sed quid faciendū? Dico quòd prouidendum eſt, ne iſti ſpiritus pauciores & debiliores fiant. Ideo alendū eſt corpus optimis alimētis,& cauendum ab extrinſecis alterantibus, neq; ſe exponere debet aeri,neq; ſoli,neq; ventis,quæ excedant,& ſic ab omni aeris exceſſu ſemper cauere. Et ab animi accidentibus: quia quantum animi accidentia faciant ad reſolutionem ſpirituum, quiſque nouit. Et à nimio ſomno,quia replet caput:& cum oculi ſint debiles,omnes ſuperfluitates tenderent ad oculos. A nimia etiam vigilia, quia reſoluit ſpiritus: & à ſomno meridiano, quia ille maximè replet caput, & maximè ad rheumata facit. Ideo in cibo & potu debet eſſe diligens: debet enim cauere à craſsis & euaporantibus cibis,ſicut ſunt legumina,paſtilia,fricta omnia: piſces ferè omnes, & præcipuè ab iis quæ proprietatem habent contra oculos,ſicut ſunt Barbones,& alia huiuſmodi, & à lactucis,quoniam craſſefaciunt ſpiritus. Et ſic eligat vinum album, pauciferum, & poſt prandium vtatur chebulis myrobalanis,ſicut deferuntur ex Damaſco, quia aſsiduus coriandrorū vſus noceret: cidonia cū zuccharo cōueniūt: & acoris communibus vtatur,qui habent ſtipticitatem,& reprimunt ſummoperè vapores. Deinde habeat aliquod familiare, quo vtatur ter in menſe ad expurgationem ſtomachi,& ad expurgandum loca cōmunia,ita vt ſemper ſint vacua: ſicut eſſent pilulæ ex tribus,ex hiera ſimp. agarico,& rhabarbaro,cum ſucco eufragiæ: & ſuccus eufragiæ eſſet optimus cum fœniculis,aniſo & zuccharo. Præterea conferrent ſyrupi ex decocto aniſorum,fœniculi,eufragiæ & verbenæ,ſi vteretur per 25. dies: & ſi vellet euacuari,mihi placeret,quia excrementa ſemper ad debiliores partes tendunt. Quantū ſit de balneis,non video iuuamentū aliquod: fortè poſſet ſequi aliquod nocumentum: poſſet tamen tentari. In potu verò cùm ſit calidi hepatis, quod ex calore, & ex venarum latitudine patet, cauere oportet ne incendatur. De cauteriis in capite,& de veſicis,non approbo: quia facerent ſpiritus pauciores,& nimis exiccarentur ſpiritus. In cruribus autem poſſent fieri, quia nullū inde ſequeretur nocumentum: & ſi aliquæ materiæ deberent aſcendere,iſta eſſet diuerſio. Et quia videt quòd peius ſe habet, poſtquam ingreſſus eſt religionem,ideo cauendum à ſuo modo viuendi: ſed comedat ſpiritus corroborantia,& à reſoluentib. abſtineat: oua enim recentia dicuntur ſpiritus corroborare, auellanæ,pini grana, & huiuſmodi. De exterius oculis apponendis nihil reperio, tantùm lauet cum rebus aſtringentibus & confortantibus, ſicut eſſet aqua roſacea cum modico aloes puluerizato,& ebulliant,deinde elambicentur: & ex hoc poteſt lauare oculos, vel cum aqua fœniculi,& ſimilibus.

CONSILIVM XCV.

QVIA poſt Excell. Montanum præceptorem noſtrū vltimò loco dixit D. Hieronymus Vrbinus: ideo breuiter oſtendā ea in quibus diſſentit à præceptore noſtro. Et primum fuit,quòd læſio iſta fieret propter nocumentū exiſtēs in humore cryſtallino,vel in-

ter

ter humorem cryſtallinum & rem quam videt:& ſic vult quòd ſint vapores multi in oculo per tempus contenti. Quia ſi aliter eſſet, illa imaginatio corrupta maneret perpetuò. Quòd autem vapores iſti ſunt congregati in oculo, hoc ideo eſt, dicit ipſe, quia operatio membri calfacit membrũ: & ideo quia membrum eſt debile fortè propter calefactionem, illi vapores trahuntur à membris vicinis ad oculum, nec ita facilè reſoluuntur: & propterea apparent tales imagines, quia oculus cùm laborat, inflammatur, & tunc percipit ardorem, & ideo ſit attractio vaporum pro tempore: & idcirco dicit Dominus Vrbinus, poteſt eſſe cauſa corruptæ illius actionis. Cauſæ verò diminutæ actionis difficilis eſt ad inueniendum. Quia non video, inquit, quomodo ſi alij cerebri ſenſus ſunt incolumes, cur non etiam viſio: ideo ait, quia pauci ſunt ſpiritus facti ex oculi exiccatione, omnino verò non amiſit: quia ſpiritus poterant diù conſeruari in inſtrumento non ita exiccato, & ſpiritus non erant ita ſubtiles, ſicut pòſt ætatis decurſu & labore ſtudij: & ſic vult quòd humor albugineus, qui eſt velut medium illuminationis & viſionis, ſit imminutus, & tunica cornea ſit rarefacta, ideoque illi vapores in ſpiritus magis exhalant quàm prius. & ſentit quòd mala temperatura calida ſit, quæ ſpiritus diminuat, & mala compoſitio, id eſt, raritas texturæ oculi, cuius ſignum eſt, quòd læditur à quocunque extrinſeco viſibili. Cura autem ita fiat: Infrigidetur, quia membrum eſt debile & recipit fomentum à capite, ſecundùm quòd multiplicatur in eo, & præparetur vnà cum roſis, cum euphraſia, cum fœniculis: & vinum rubeum eſſet conueniens, quia multiplicat ſpiritus. Præterea addidit, quod debeat per duas horas vel tres ſtare à cibo antequã eat dormitum. In reliquis omnibus conſentit cum Montano doctiſsimo, & nunquam ſatis laudato. Io. Sp. D.

CONSILIVM XCVI.

De debilitate oculorũ, & periculo ſuffuſionis ex conſenſu ventriculi, pro D. Caſparo Vngaro.

PRIMÒ abſtineat à nimia lectione & ſtudio, prçcipuè poſt prandium & cœnam, & aliis etiam horis nimis diuturna. Secundò, duo ocularia paret: vnum primò ex cryſtallo, quo in legendo vtetur: & alterum ex vitro viridi, quo non vtetur in legendo continuè, ſed pro certa interualla, quò ſpiritus recreentur. Tertiò, faciat pyramidem rotundam in acumine non perforatam, ex vitro denſiori viridi, cuius baſis tam lata ſit, vt vtrunque oculum recipiat: intus verò concauam, in quam intuens colligeret ſpiritus, & radios ad inuicem adiuuaret. Quartò, diæta vtatur debita, abſtineat à vino nigro craſsiore, & omnib. fumoſis cibariis & craſsis, qualia lacticinia, piſces, fructus & fricta. Quintò, vtatur ſingulis ſeptimanis ſemel ℥ vna hieræ ſimplicis, quam in hoc caſu mirificè laudat Galenus, ita vt ea ſola multos in Aſia per literas Romà miſſas ſe curare iactitet: vel tantundem aloes acci-

A piat, quam feliciſsimè in hoc caſu probauimus, & nunc magis in vſu habemus, quòd ex iis quæ hieram ingrediuntur, tria nunc non poſſunt haberi, & malè plerunque conficiatur. Sextò, collyrio vſitato vtatur, quãdo extrinſecam aliquam in oculis humiditatem ſentiret, aut quando in ipſis oculis videri poſsit, abſtergit enim illud & exiccat: ſed dum nihil in oculo apparet, nec ab extrinſeca inconuenienti humiditate infeſtatur, ab eò deſiſtat. Eſſe autem malum illud non eſſentialiter in

B capite, ſed ex ventriculo affecto, colligitur primò, quia ex vomitu cœperat: ſecundò, quia intermittebat quandoque, non erat continuum: tertiò, cũ amouebatur, prçcipuè ſentiebat: calefactus enim ventriculus eleuabat vapores. Collyrium commune, quo vtetur:

℞. Fœnigræci ℥ j. s.
Radicis althææ ℥ ij.

Mundentur diligentiſsimè, & decoquantur in aqua cõmuni puriſsima ſine puluere & fumo ad

C conſumptionem duarum partium. Facta diligenti expreſsione & colatura.

℞. Aloes optimæ puluerizatæ ℈ iiij.

Bulliant omnia ſimul ad ſpiſsitudinem mellis liquidi, & reſeruetur in vaſe vitreo benè obturato ad vſum.

CONSILIVM XCVII.

De ophthalmia cum vlcere ceratoidis 4. Iunij, Anno 1547. Bellocatus recitat caſum.

D NOBILIS iuuenis in vigore ætatis 21. annorũ conqueritur de dolore oculorũ cũ nocumento viſus & dolore capitis. Initium autẽ earum affectionum tale fuit. Iam agitur quintus annus, ex quo paſſus puſtulas in pene, quarũ curatio ab Empirico facta incuſsit doloré. Inde exãthemata & puſtulę in capite ſubortæ ſunt. Exhibitũ decoctum ligni in vino cũ coloquintide, & fortè etiã cũ elleboro (ſicut ſolet ab

E Empiricis fieri) ex quo ſolebat plurimũ egerere. Sublatis deinde exanthematis poſt aliquod tempus de dolore capitis querens aliũ Medicũ conſuluit, qui decoctũ ligni in aqua exhibuit per decẽ dies, ex quo ſublato dolore capitis videbatur bene habere. Acceſsit emporia, incõmodè equitans die & nocte, & negotia ſua ac mercaturã exercẽs, cœpit iterũ malè habere. Fluxit aluus per aliquot dies & menſes etiam, ſed eo fluxu ſuppreſſo iam ante quinq; menſes de dolore oculi in angulo in-

F teriori cõqueritur, qui quidẽ dolor magis exiccatur ſcalpẽdo. Appoſitæ ſunt cucurbitulæ, & facta alia remedia, inde ſubleuatus, ſed ex malo victu & vere calido incidit in eundẽ affectum & ophthalmiam. Medicus venam ſecuit, dedit purgationes: ſed magis intenſus eſt dolor, & ſequutũ aliud incommodũ, vt in affectu oculi impediatur viſio, & in altero etiam oculo doloré percipit aliquem, vt vereatur, ne idẽ illi quod ſiniſtro, contingat. Conqueritur item de dolore capitis in fronte ſuper o-

G culum læſum, & de renum caliditate. Eſt & illud notandum, quòd poſtquam cœpit dolor oculi, etiam per duos menſes aluus fluebat adhuc.

Duo ſunt in oculo huius iuuenis morbi. Pri-

mus eſt ophthalmia, quæ facilè videtur: vtinã ſe-
cundus tam facilè cognoſci poſſet. Eſt autẽ oph-
thalmia inflammatio coniunctiuæ, quæ cum in-
cipit, τάραξις conturbatio à noſtris dicitur. Cum
ad coniunctiuam accedit, opthalmia vocatur, &
mutat nomen, quia complicatur ægritudo. Iam
quintus eſt menſis, ex quo patitur, non tamẽ per-
petuò affligitur, ſed per interualla accedit, & rece-
dit, vt Galen. 2. de Differ. feb. de acceſsionibus fe-
brium enarrat, quia materia aggregata per inter-
ualla, fluit ad oculum non continuò. Ad deflu-
xum autem (vt ſemper fieri ſolet) ſequitur dolor:
quia inflammatio eſt in membro ſenſibili, & ten-
ſio & retinentia, vt Galen. refert. Pendet à mate-
ria calida, alioqui nõ eſſet inflammatio, cũ in hoc
differat inflãmatio à reliquis tumoribus. Duplex
eſt autem genus materiæ calidæ, ſanguis & bilis,
vtrum ab altero vel ab vtroque? Probabile eſt ab
vtroque fieri. quòd enim ſit ſanguis, ex calore mo
derato, atque etiam rubedo manifeſta: quòd bilis,
ex mordicatione continua, & punctura in oculo.
Igitur inflammatio cum dolore à ſanguine & bile
permiſta. Neque ſine ratione, quia maximũ ſym-
bolum, cum totius temperatura & ratione viuen
di præterita, vt intrinſecæ cauſæ & peccata ſimul
conueniant. Nam ex habitu corporis calidæ eſt
temperaturæ, in qua dominatur bilis: & eſt colo-
ris, quẽ in Menelao depingit Homerus, ξανθῦ ful-
ui, rubeſcentis, qui bilem indicat abundare. Quia
cum pallidior color, ὤχρος, ſeu citrinus dicitur, nõ
eſt naturalis bilis indicium: ſed propter admiſtio-
nem aqueæ ſubſtantiæ. Inde plerunque tales ha-
bent pilos ruffos, qui conſequuntur caliditatem,
& propter aduſtionem ſæpe redduntur melan-
cholici. Eſt igitur calidiſsimæ temperaturæ, vnde
plurimum bilis generatur, & ſanguis plurimus,
ſed bilioſus: & talia corpora, vbi in ocio degunt,
& frigidis cibis vtuntur, pingueſcunt, & bene nu-
triuntur. Et cum proprium ſit calidorum humo-
rum aſcẽdere in caput, videtur naturalem diſpo-
ſitionem habere non tantùm ad inflammationem
oculorum, ſed ad dolores capitis & ad omnes re-
pletiones, vt Galen. tertio de Loc. affect. teſtatur:
Qui calidum iecur habent, ſunt omni repletioni
capitis obnoxij: ratione cuius ſubiicitur diſpoſi-
tionibus, quas patitur. Sed præterea habuit ratio-
nes extrinſecas omnes. Incidit in Empiricum peſ-
ſimum, qui decoctum ligni in vino potentiſsimo
exhibuit, cum admiſtis medicamentis (vt ſolent
peſsimi homines) cum ſcammonio & colocyn-
thide, quæ venena ſunt. Eius ſignum eſt, quòd ex
illa decoctione plurimum egerebat. Vnde ſuſpi-
candum, non tantùm hepar calefactum ob potio-
nem ligni & vini: ſed etiam exiccatum, propter
medicamenta purgantia. Acceſſerũt negotia mer
catoria importuniſsima. Equitauit enim, & am-
bulauit in regionibus calidis, vſus vinis potentiſ-
ſimis, paſſus ſolem & aerem feruentem, ſub quo
caput maximè patitur, vt ferè impoſsibile fuerit
hominem defendi ab his ægritudinibus, vnde nõ
mirum incurriſſe in ophthalmiam. Hæc igitur
quantum ad ophthalmiam, quoniam manifeſtè
in oculo ex viſu deprehenditur, & etiam de cauſa
doloris oculi ex inflammatione: quia coniuncti-

A ua membrũ ſenſibile natura eſt, & materia acris
& erodens, vt poſtea melius dicetur. Habemus e-
tiam cauſas inflammationis extrinſecas. Atq; ita
quantum ad rationem & eſſentiam morbi, ſatis
dictum eſt. Quò ad alium morbum, qui cognitu
& curatu difficillimus eſt: quòd putant ſuffuſio-
nem adeſſe, videntur dubitare de re nõ vera: quia
cum ſuffuſio ſit aqua craſſa, quæ obſidet vueam,
eſtque inter albugineum humorem, & corneam:
videmus, quòd nec mutatur ex ea color oculi, ne-
B que ſubſtantia, niſi circa pupillam alba vel cœru-
lea macula apparet: ideo ne ſuſpicari q̃dẽ dede-
mus adeſſe ſuffuſionẽ. Dictũ eſt à doctore, quòd
ſit ſuſpicio de albugineo humore, deſcendente
propter humorem aliquem defluentem à capite.
In hoc multum difficultatis habeo, quòd hic hu-
mor non pituitoſus ſimplex, non albus eſt, ſed
cœruleus. Verùm de hoc non curamus, ſiue ſim-
plex ſit ſiue non: hoc mihi difficile videtur, quo-
modo per humorem cryſtallinum & albugineum
C perueniat ad corneam humor, & ibi figatur ſine
vlcere. Deinde ſi læſus albugineus humor eſſet,
nõ videret quicquam hic vir: quia ſi modica aqua
in pupillam incidit, impedit ne videat, quid faciat
hîc tam craſſus humor in albugineo, qui plurimũ
confert ad viſionem? Refert autem, quòd dum a-
perit oculum, videatur exire aliquid, quod velit
videre: ſed quaſi ab aliquo exteriori impediri, ne
videatur. Et quia cornea tunica eſt craſsior, &
habet quatuor cortices, non videmus proemi-
D nentiam: cum tamen videamus aliquid ſicut in-
tra pupillam, idque ſit quaſi in ſuperficie. Vnde
dicam meam ſententiam, ſemper remittendo me
meliori iudicio. Credo non eſſe læſionem in inte-
riori aliqua parte, ſed quòd cryſtallinus & albugi-
neus illęſi ſint, & interiores tunicę ſine nocumen
to: ſed quia ophthalmia quinque menſes durauit
cum humore acri, & erodente, credo factam eſſe
eroſionem, & quòd materia deuenerit ad cõfinia
corneæ: quia quandoque tam magnam habuit,
E vt occuparet corneam, quæ alioqui apta ad id eſt.
Materia itaque fecit eroſionem, & ſecutum eſt vl-
cus in corticibus corneæ: id quod à ſignis habeo.
Optimè refert Auicenna, qui diligentiſsimus eſt
in recenſendis differentiis morborum oculi, qua-
tuor genera vlcerum circa corneam exiſtentium,
prout quatuor ſunt cortices: & cum in primo, &
ſecundo cortice ſit, dicit apparere colorem albũ,
tendentem ad fuſcedinem, & ideo fumum appel-
lat, quia habet colorem fumi: eſt enim album in
F nigro. Si in vltimis corticibus vlcus eſt profun-
dius, non eſt albedo in tota cornea, ſed vel ſunt
granula, vel riuuli. Quia igitur in primis cortici-
bus, tota cornea alba erat in hoc iuuene, inde dica
tur potius vlcus in his partibus, quàm alius mor
bus. Hinc eſt, quòd cùm aperit oculum, lux vide-
tur penetrare: non tamen deprehenditur obie-
ctum, niſi obſcuriſsimè. Et quia vlcus eſt, proba-
bile erit adeſſe materiam: quod quidem & color
indicat, à quo penetrat aliquid ad interiores par-
G tes. Hæc igitur cauſa eſt non in aliquo intrinſeco
cortice, ſed extrinſeco. Vlcus factum eſt in cornea
ab ophthalmia penetrante, & perforante corneã.
Et ita duos morbos habet in eo oculo, ipſam in-
flamma-

flammationem,ſeu ophthalmiã,& vlcus exiſtens A
in cornea,factum ab eadem materia erodente tu-
nicam corneam. Quod ad oculum dextrum, in
quo ſuſpicio eſt, ne ſuperueniat aliquid : non vi-
deo ophthalmiam notabilem,non eſt color viola-
tus coniunctiuę,neq; in cornea,aut pupilla quic-
quam video coloris extranei : eſt tamen verendũ
propter tres rationes,ne aliquid aliud ſuperueni-
at. Primò,quia caput actu multum repletum eſt.
Deinde habet omnes diſpoſitiones ad id vt re-
pleatur : ex quo facilè poſtea materia poteſt de- B
ſcendere ad oculum. Poſtremò etiam alia ratione
cum materia deſcendat ad alterum oculum,& ſit
quædam approximatio,ſaltem neruorum,quan-
do materia peruenit ad punctum medium, facilè
ad vtrunq; oculum defluere poteſt in quocunq;
morbo oculorum:ideo rarò ſunt immunes ab al-
terius oculi læſione,qui in vno laborant.Eſt præ-
terea alia ratio ex cauſis procatarcticis. Habet mo
tum perpetuum,ſcribit,laborat,exercet mercatu-
ram,vnde deteritur ſpiritus:& eſt periculũ,ne al- C
ter etiam oculus cõtinua agitatione lædatur. Hæ
ſunt omnes affectiones oculorũ,& cauſæ doloris
capitis:& ex his cõſequenter apparet,quę ſit cau-
ſa doloris,& caloris renum,videlicet propter hu-
mores calidos, & vrinam calidiorẽ deuenientem
ad renes:quod & vrinę oſtendũt,quę rubeę ſunt,
ſicut & ſanguis,ad croceũ colorem accedentes,&
habent ſpumã propter cruditatẽ ventriculi. Quia
alioqui qui habent caliditatem hepatis, ferè ſem-
per ſucceſſu temporis efficiuntur ventriculi frigi- D
dioris,vt ſæpe à me dictũ eſt. Et ideo affecto ven-
triculo,generatur plurima pituita,& fiunt ſpumę
in vrina. Et hæ ſunt cauſæ omniũ ſymptomatum
& morborum,de quibus cõqueritur hic iuuenis.

De prognoſtico facilè apparet,quid dicendum
ſit. Oculus ſiniſter, quo ad ophthalmiam,poſſet
curari facilè, & vlcus, ſi vellet : ſed credo difficile
hoc fore ex parte ipſius,quòd nõ admittit curam,
quia multa requiruntur ad eam,& longo tempo-
re opus eſt.Ipſe autem occupatus eſt in mercatu- E
ra,non obedit Medicis, & in hoc credo præcipuã
difficultatem eſſe : ſi vellet obedire, poſſet curari.
Nam vidi, qui fœdiora & maiora habebant mala,
& tamen ſunt curati. Oportet autẽ vt ſit diligen-
tiſsimus, quia periculum eſt de amiſsiõne oculi,
dum longo tempore imbecillitas deueniret ad in
teriora,& ſubſtantia cryſtallini redderetur obſcu-
rior & ſiccior,propter continuum dolorem. Si i-
pſe velit,vt fiat cura,credo quòd ſit poſsibilis.

Cura. Nemini dubium eſt ophthalmiam,& vl- F
cus & diſpoſitiones in oculis pendere à cauſis ex-
trinſecis, & intrinſecis. Quoad extrinſecas cau-
ſas, & rationem victus, oportet illum attendere
vt bene ſe gerat in toto tempore curationis. In-
trinſecæ cauſę ſunt calor hepatis,& cruditates gẽ
neratæ ex diſpoſitionib. ventriculi & capitis,quæ
remouendæ ſunt. Non dubium,quin ab euacua-
tione incipiendum materia generatæ. Id duplici
via fieri poteſt,miſsione ſanguinis, & pharmacia.
Miſsionem ſanguinis repeterẽ,& ſi antè facta eſt. G
Illa enim miſsio ſanguinis, quæ nocet oculis, eſt
quę fit ſuperfluè,& ſine neceſsitate,& vbi ſanguis
non eſt mordax,aut calidus.Et Galenus etiam in
ophthalmia vſq; ad deliquium animi mittit ſan-
guinem, & curauit hominem, & ſæpe phleboto-
mia curat ophthalmiam, & meri potione, vt in-
quit Hipp. Velim igitur fieri à vena,vel communi
vel baſilica ad ℥ viij.aut x. lenita prius aluo,vt fie-
ri ſolet. Poſtmodum euacuatio fiat datis antè ſy-
rupis concoquentibus materiam bilioſam, & pi-
tuitoſam , vt iidem humores euacuarentur cum
medicamentis iam notis. Factis euacuationibus
corporis ſufficientibus , ad caput aſcenderem,
quod particulariter euacuari poteſt per caput-
purgia, apophlegmatiſmos, gargariſmata & lo-
tiones capitis,quæ diſflabunt, & diſcutient, quæ
omnia fieri poſſunt. Sed(vt ſæpe dixi) in morbis
oculorum non tentarem errhina propter affini-
tatem narium cum oculis, & vehementem motũ
capitis, qui ſequitur exhibitionem eorum, & ita
conſentit totum corpus. Circa lotiones , ordi-
narem euacuantes. Nam duplices ſunt lotiones,
confortatiuæ, & euacuantes. Non excederem
decoctum chamomillæ,liliorum alborum,& mal
uæ : diſflant enim, & concoquunt materiam ſua
commoda & temperata caliditate. Imò ſi fierent
balnea aquæ dulcis pro toto corpore, in quibus
eædem herbæ decoctæ eſſent, optimè conueni-
rent: mitigarent humores,& diſflarent materias.
Quod ad alterationem membrorum, balneum
Veronenſe propoſitum,quo nihil eſt præſtantius
in caliditate renum ab hepatis intemperie, vnde
vapores aſcendunt ad caput,ideo pręſtantiſsimũ
eſt ſuo tempore:& erit id adhibendum,vbi fuerit
exquiſitè euacuatus. De capite,an cum re infrigi-
dante alterandum? Dubitarem de eo:nõ propter
infrigidationem,ſed conſtipationem & clauſionẽ
meatuum, quæ impediret euentationem, vnde
plures humores cumulantur. Rectum tamen eſ-
ſet, ſi adderentur violæ lotioni, & inungatur ca-
put oleo violaceo, quod mitem habet refrigera-
tionem cum humiditate,& idem oleum intra au-
res poſitum:quod in alteratione capitis,tam cali-
da,quàm frigida,aliqui in aures ponunt:& video
obſeruari ab antiquis circa ophthalmiam. Quo
ad oculos,nihil præſtatius eſt,quàm vt decoqua-
tur fœnumgræcum, & radix althææ cum roſis,
quæ addent vires, & corroborabunt membra,
quod maximè faciendum in membro, ad quod
fit defluxus:& præter id etiam,roſæ ſua leni aſtri-
ctione adiuuant ad penetrationem, vt Galenus
docet in lib. de Simpl. medic. Imò ſi decoqueren-
tur hæc tria,vt fierent mucilagines,inque eo diſ-
ſolueretur Tutia,collyrium eſſet pro ophthalmia
& dolore oculi præſtãtiſsimum, quia ſedat dolo-
rem, & concoquit materiam reſiduam, & abſter-
git ſine mordicatione. Haberem vtrunque deco-
ctum pro fomentatione, & mucilagines pro col-
lyrio, & vlcere ſuo tempore. Quò ad vlcus, nihil
præſtantius quàm Tutia optimè lota, ita vt non
habeat aliquàm mordicationem, applicata vel vt
vnguentum, vel collyrium, vel pulueris modo.
Et credo, quòd Tutia non applicari debeat in
aliis oculorum morbis, quàm in vlceribus. exic-
cat enim ſine mordicatione, abſtergit, & inter
omnia medicamenta metallica tutiſsimum eſt.
Fit ex iiſdem aliud collyrium, ex fœnugræco &

aloe lota : ſed Tutia eſt melior. Vnum etiam aliud eſt, quod referam propter ſcholares, quia valde antiquum eſt, & videtur expertiſsimum & rarum. Accipitur ſubſtantia quę in ouis eſt recentibus alba præter vitellum ex viginti vel vigintiquinque, & ponitur in vaſe ſtanneo, vel plumbeo ad ſolem, donec exiccetur, poſtea contunditur cum ſaccharo candi roſato, quantum poteſt contundi. Exiccat hoc quoque ſine eroſione, & plurimum adiuuat. Ad alterum oculum conſeruandum, credo quòd cum locali tantùm tutius poſsimus procedere, quando euacuatum fuerit corpus: & curabitur oculus extrinſecis iſtis, quæ rectius adhibentur, quàm aſtringentia aut reprimentia, quia omnia talia refrigerant vel calefaciunt. Quantum ad cauteria diuertentia, laudo ea. Sed ſi hepar, ſicut dixi, eſt cauſa, quæ fouet repletionem capitis, tutiſsima erunt cauteria in crure, quæ etiam facilius fluerent: quia mercator eſt negocioſus : & plus euacuabunt, quia in hepate initium eſt, quàm ſi fierent in brachiis, cùm ſit diuerſio directa. Si verò in capite læſio, & ab eo immediatè vellemus euacuare, melius fortaſſe in brachio : ſed minor eſt in capite impreſsio. Et mea ſententia, ſi defendas hepar, & caueas ne illud & ventriculus mittant vapores ad caput, rectiſsimè fiet: quia materiam, quæ ad oculū fluit, aliter nullo modo diuertere poterimus.

CONSILIVM XCVIII.

Datum mulieri 50. annorum, ex oculi dextri caligine laborante.

MONTAN. Hîc apparet quædam diminutio viſus in oculo dextrō magis q̃ in ſiniſtro, licet etiam aliquod nocumentum percipiat in ſiniſtro. Genus actionis læſæ primò conſiderandum. Ipſa refert, quòd in dextro oculo appareant quædam ſcintillæ, & radij obuerſantes ſibi, qui videntur aut lucernæ, aut Solis circulum quaſi facere colorem viridem: præterea maius nocumentum percipere manè quando ſurgit, tunc enim plenos eſſe oculos recrementis craſsis, quibus mundificatis, ceſſare aliquantulum iſta accidentia. Adhæc velut telam aut nubeculam tenuiſsimam dextro oculo circumductam videri. Et re vera, ſi quis animaduertit diligenter, videt obſcuritatem quandam in dextro oculo. Grauitatem inſuper palpebrarum dicit ſe percipere. Et iam quinque ſunt anni, vbi incipit hoc malum : ſed per quinq; dies hoſce maximè fuit his accidentibus moleſtata. Neque poteſt ignem ferre, aut calida : à frigidis autem & moderatè calidis percipit iuuamentum. Sunt igitur & iſta ſymptomata : Imagines ante oculos verſantes dictæ: grauitas palpebrarum: obſcuratio pupillæ dextri oculi. Quæ poſſunt eſſe cauſæ horū ſymptomatū? Primò videamus, qualiter totum corpus ſit affectū. Præceſsit primò dolor capitis perſeuerans, quē dolorē ſubſecuta ſunt iſta accidentia: præterea dolores artheticos circa brachium, maximè colicos : & flatus ſæpe percepit, ita vt iudicandum ſit plurimùm humores malos, crudos in iſto corpore eſſe cumulatos, vnde va-

[A] pores aſcendunt, & cōdenſati rurſus deſcendunt per neruos, nuchā, venas, arterias, replentes corpus totum. Habet hæc Magnifica Domina membra principalia calida, hepar calidū : eſt enim carnoſa, latarum venarum. Cor calidum, quia eſt virago quędam ad actiones promptiſsima, ſatis audax, & animi fortis, cerebrum calidum : nam habet operationes omnes vegetas in motu & ſenſu, & diſcurſu. Iam verò contraxit imbecillitatem, & eam facilè poterat contrahere. Nam cum inferio-[B] ra omnia ſint calida, præterquam ſtomachus, qui eſt frigidus, quod noſcitur ex flatibus, & mala coctione: facilè fieri poteſt, vt fuligines multæ aſcendant, & replētes caput, ſymptomata dicta efficiāt. Adde etiā curas, vigilias, & accidētia animi, quib. infeſtatur. Sed accedamus ad cauſas propiores.

Imbecillitas oculi poteſt habere originem vel ab ipſa virtute imbecilli, & ſpirituum paucitate: quod non eſt, quia operationes ſunt vegetæ ſatis. Secundò, neq; ob craſsitiē ſpirituum eſt, quia reliqui [C] ſenſus ſunt exquiſitiſsimi, videt etiam longè melius à propinquo quàm à longinquo. Tertiò, vel ob obſtructionem : neq; hoc eſſe poteſt, quia non priuatur viſu. Eſt ergo in inſtrumento, vel in humoribus, vel in tunicis. Et cauſa huius impedimenti viſionis eſt, propter deſcenſum materiæ in capite. Humor enim albugineus recipit miſtionē ſubſtantiæ craſsioris, quare inſtrumentū non eſt ita clarum. Accedant ad hoc excrementa craſſa in oculis. Ipſa enim ſurgēs manè à lecto deterius [D] videt, quia humores & vapores per noctem collecti obſcurant organum: hinc percipit tunc plurimum ſordium ſiccarum & mordentium. quod argumento eſt etiam ſuccos eſſe diuerſos, non vniformis materiæ. Et quia non eſt æquale illud impedimentum, indicat materiam non eſſe ibi perpetuam, ſed à capite eò fluentem, & dextrum oculum, vtputa iam per quinque annos debilitatum, fluxiones facilè recipere. Sunt ergo cauſæ horum ſymptomatum humores deprauati diffor-[E] mes, partim pituitoſi, partim bilioſi, & aduſti ad oculos delati, facientes grauitatem, & impedientes viſum, vnde vapores eleuati permiſcētur ſpiritibus. Quibus ita ſtantibus, cum habeat imbecillum caput, & perſeueret permanens & fixa obſcuritas, fouetur à perpetuis cauſis in dextro oculo. Quare talis debilitas vix accipiet curam : omnes enim tunicæ oculorum fiunt ætate duriores & ſicciores, humores fiunt craſsiores & pauciores. Non poterimus ergo hæc mala tollere omni-[F] no, bene poſſumus prouidere ne decidat in deterius, ne amittat viſum prorſus : aut ſi vtiq; viſum amittere deberet, vt tardè fieret.

Cura. Bonum ergo eſt dimittere accidentia animæ, quietè viuat, purgetur vniuerſali purgatione: ſtomachus & caput corroborētur, oculi & palpebræ purificentur. Recipiat primò lenitiuū purgans, vt caſsiam : vel aliud, quod ex primis venis educit cruditates. Deinde vtatur concoquentibus ratione diuerſitatis humorum, vt mel roſatū, [G] ſyrup. acetoſum, vel oxymel, ſyrup. de endiuia, cū decocto, & ſem. endiuię, foliis boraginis, ſem. aniſi & cinamomi, ſem. melonū, cucurbitarū, ſi timemus calefactionem. Poſtea euacuetur cum pillulis

lis iſtis, quinto Methodi ex colocynthide, aloe, agarico, ſcammonea factis, quæ pro diuerſis humoribus purgandis ſunt optimæ: vel ſumat cocchias vel cõfect. hamech. pillul. aggreg. pro humoribus aduſtis bilioſis & pituitoſis, quia omnes in ea peccant. Phlebotomia confert. Certè habet corpus valde repletum, præterea defecerunt menſtrua (& in quibus menſtrua non purgantur, ſemper redundat ſanguis vſq; ad 60. annum) eſt & robuſta admodum. Poſt ſyrupum ſecundum conſulerem, vt ex cephalica ſanguinem mitteret. Deinde poſt purgationem vniuerſalem habeat familiare purgans caput, ventriculum & hepar ac cor, ex rhab. aloe & agarico, cum euphragia, capillis Veneris, macis, & ſpica nardi, quo vtatur quandoq;. Maſticet maſtichen ſolam, calida enim illi nocét. Auerſiones illi commodæ. cauterium in cruribus poſt euacuationes eſſet longè optimũ collyrium lene & familiare.

R. Rad. althææ mundiſsimæ ℥ viij.
Fœnugræci ℥ iij.

In aqua coquatur ad remanentiam ℔.j. Adde aloes optimæ ʒ ij. Lotæ cum aqua violarũ, & puluerizatæ. Et decoquatur ad ignem lentũ purum iterum, donec perueniat ad mellis craſsitiem. Ex iſto collyrio corroboratur oculus, & mundificatur: abſterguntur humores circa pupillam.

Odus. Omnia à Montano bene dicta ſunt. Iſta diminutio viſus fit propter humorum præſentiá in oculo. Non negauerim etiam eſſe malam nutritionem, & cryſtallini & albuginei humoris, tũ etiam vitrei. Nam in iſta Magnifica Domina, cum humores ſint deprauati, non eſt mirum, ſi cryſtallinus humor, qui nutritur ex vitreo, vt eo corrupto tempore etiam vitiatur. Vitreus autem vitiatur ex ſuccis malis totius corporis. Cõcauitas palpebræ arguit ibi exiſtentes humores, qui miſti cum humore aqueo, faciunt impedimentum viſus. laudo & omnia quæ dicta ſunt à Montano, quò ad cauſas. Quò ad prognoſtica: Iſta Domina nunc agit quinquageſimũ annũ, nõ poterit facilè recipere priſtinam ſanitatẽ ratione ætatis. Videndum tamen ne decidat in deterius. Totum quoq; corpus purgetur: peccant enim plures in ea humores, pituitoſi, bilioſi, aduſti & melancholici. Primò facta lenitione ventris, accipiat ſyrupos dictos, poſtea purgetur. Placet mihi etiam phlebotomia, quia ætas nõ prohibet. Galenus phlebotomauit octogenarium. Facta conuenienti purgatione, deueniat ad particulares purgationes. Et ſumat maſtichen per os, pro maſticatorio. Poſſet etiam diuertere materiam ad nares & loca propria: nam Galenus etiam idem fecit. Deinde vtatur collyrio dicto. Debemus cauere à valde exiccantibus indicatione ſumpta à loco, quia tunicæ oculi ſunt tenuiſsimæ, & poſſent facilè exiccari, adeò vt viſio tota tolleretur. Diuerſiones. Abluat manus & pedes, clyſteribus vtatur, ſanguiſugæ applicẽtur hæmorrhoidibus: nam & antè ſenſit iuuamentum optimum.

CONSILIVM XCIX.

Ad ophthalmiam in ſene.

R. Verbenæ
Rutæ
Chelidoniæ
Roſarum
Euphragiæ
Fœniculi
Betonicæ
Saluiæ ana M.viij.

Contundantur & ponantur in balneo Mariæ per horas 24. Poſtea diſtillentur per alembicũ vitreum, & ſeruetur aqua, quæ purificetur in ſole p totum menſem, ita tamen vt non permittatur in aere noctis. Poſtea ſcripſerat Italicè. Hac aqua lauet oculos ſuauiter abſq; fricatione ad minimum bis in die: nec detergat, ſed ſiccari permittat. Eidẽ pro purgatione in Vere.

R. Floris caſsiæ ʒ x.
Specierum hieræ ʒ ij.
Succi roſarum
Verbenæ
Fœniculi
Rutæ ana ℥ vj.

Syrupizentur cum ſaccharo purificato antea. Poſtea:

R. Huius ſyrupi ℥ ij.
Decocti infraſcripti ℥ iiij.
Miſce pro vno, ſic pro aliis.

R. Foliorum roſarum ℥ iij.
Seminis fœniculi
Chelidoniæ ana ʒ ij.
Rutæ ℥ j.

Decoquantur in ℔.iij. aquæ euphragiæ donec remaneat vna. Nihil exterius applicari voluit, niſi ſi ſaluiæ aqua abluere velit, nulla re alia.

CONSILIVM C.

De leui ſuffuſione oculi dextri, & præſeruatione.

CASVM enarrabat Friſimelica. Agũtur aliquot menſes, quòd degit in aere frigido & ſubtili, vbi erant venti, & expoſuit ſe aeri nocturno, deliquit in cibo & potu, comedens oſtrea, & dulce vinum bibens: incidit inde in dolorem oculorũ, à quo euaſit primò: ſed iterum incidẽs, vocauit medicum, qui exhibuit caſsiam, pillulas lucis, & ventoſas: nunc patitur diminutionem viſus, vt obſcurè videat obiecta, etiam in debita diſtantia admota, & diminutè in longum. Et eſt oculus ſolus, qui patitur, reliquum corpus videtur ſanũ. Oculus patitur viſionẽ diminutam, & obſcuram, & adeſt humor, vt etiam ſit mala temperies cum materia.

MONTANVS.

Ex quo conſtat Magnif. Dominum habere circa oculum dextrum, & in pupilla obſcuritatem, quæ à nobis videtur, & ab ipſo melius percipitur, cùm aliquid vult intueri: videt enim quaſi per nebulam interpoſitam, & poſtea ex quacunque leui occaſione, & delicto in cibo & potu, & rebus cæteris non naturalibus exacerbatur, fitque nebula denſior, & dolet oculus, & inflammatur: ideo duo conſideranda. Nebula, quæ eſt perpetua, & impedit viſum: ſecundò, imbecillitas magna in oculi ſubſtantia, vt ex quacunq; leui cauſa doleat. Hæc

ſuas cauſas habent, quia nihil fit ſine cauſa. Porrò cauſarum quædam ſunt coniunctæ, vt materia & forma: quædam præcedentes, quædam procatarcticæ, quæ extrinſecus occurrunt, omnes debemus conſiderare, & inquirere, ſi rectè volumus curare. Antecedentes, & coniunctæ indicant curationem: procatarcticæ nos docent de eſſentia & conſeruatione. Cauſa proxima & coniuncta eſt materia, quæ continetur in oculo, ſeu parte oculi, qualis pupilla eſt: eaq; materia iam fluxa eſt, quæ hæret ſemper in oculo. Hæc iã proxima cauſa efficiens materialiter, & formaliter huius ſymptomatis. Sed an calida vel frigida? Credo frigidam, quia primò ignaua in motu ſemper permanet: ſi enim eſſet calida, moueretur, & excitaret dolorem, quem hîc non ſentit. item quia corrumpit actionem, facit materiam videre volantem, & alia. Hic non ita corruptè videt, ſed per nebulam, & ſemper eodem modo. Et quia duo humores frigidi, potius pituitã exiſtimo, quàm melancholiã: etſi à melancholia etiam fieri ſoleat, & maximè nigra nebula. Hæc affectio à pituita eſt, quæ habuit ſuas cauſas, etſi nunc non habeat: tamen in principio habuit, & fouetur etiam nũc, vt audiuimus ex relatu. Augetur enim ſecundum varium modum viuendi, quod eſt ſignum, quòd præter morbum iam factum adhuc augetur humor, qui obſtruit, ne poſsit ſpiritus tranſire. Siue enim extramittendo, ſiue interius recipiendo fiat viſio, non poterit vel diffundi ſpirit9, vel recipi ſpecies, propter humorem in pupilla, vel tunica contentum. Vnde autem proueniat, an à tunica, an à ventriculo, quæritur. Crediderim primogenio affectu à ventriculo, quia nunquam augetur, aut dolet, aut inflammatur, niſi præcedenti die exceſſerit in ratione victus, & factę ſint cruditates. Ita prius ventriculus tranſmittit vapores ad caput, & caput poſtea ad membrum affectum. Sed quia in altero oculorum tantùm, quod etiam Galenus notat in ſignis, an ſit à capite, vel ventriculo: dicens, cùm à capite in altero tantùm oculo eſt affectus, cùm à ventriculo in vtroq;. Ideo crediderim eſſe quidẽ à ventriculo, ſed affectum etiam caput detrudere ad partem imbecilliorem. Loca igitur mandantia ventriculus principaliter, & caput eſt. Materia frigida & humida, eadem quæ fecit morbum, illa eſt etiam quæ fouet. Cauſæ procatarcticæ extrinſecæ ex aere nocturno, & borea frigidiſsimo. Audiuit cauſas in loco aperto, vbi feneſtræ præcipuè verſus boream, in quo ſemper flabant frigidiſsimi venti. Et boreas duo facit, exprimit materiam à cerebro, & à partibus ſuperioribus ad inferiores tanquam manus deducit propter frigiditatem. Secundò, conſtringit poros, nec permittit difflationem, & ita aggregatur materia. Inſuper etiam nocet, quia refrigeratione crudiores reddit omnes humores, & refrigerat cerebrum, ne poſsit cõcoquere alimentum. Deſcendit autem materia ad oculum dextrũ, quia præcipuè expoſitus fuit, & magis læſus quàm ſiniſter ab eodem vento. Hę ſunt cauſæ coniunctæ, antecedentes, & procatarcticæ. An modò intrinſecæ cauſæ conueniant, vt cerebrum humidum, & frigidum, & ventriculus generet multam pituitam? ſit dictum cõditiona-

A liter. Non ſum conuerſatus cum Magn. domino, nec ex propriis ſignis certò dicere poſsũ. His cauſis morbi præpoſitis, de gradu obſtructionis in oculo, modò. Is leuis eſt, & initium ſuffuſionis, ſeu principiũ catarractę debile: ſed nõ principiũ tale, qđ ad ſuffuſionem facilè deducere poſsit, niſi per ſex menſes relinquatur, vt dicit Auicen. & Gal. Ideo diligenter ſuccurrat, & caueat, quia nõ dexter tantùm oculus pateretur: ſed periculũ foret, ne cõmunicaret ſiniſtro. Quid igitur faciendum

B ad præcauẽdum? Sumus in hyeme, & non poſſumus diſcutientibus & auertentibus vti, & vix credo poſſe tolli morbum iam factum: ſed ad materiam iam eleuatam, & morbum futurũ debemus attendere, & facere ne augeatur humor, & ne cunctetur, quia poſtea nihil poſſemus agere. Primò igitur teneat exquiſitum victum, caueat ab aere: didicit ſuo periculo, quantum noceat ſanis, quantò plus nocebit ægris? caueat ab aere nocturno, à borea, & à frigiditate capitis: ſit recta ratio victus,

C vitet etiam euaporantia ad caput, lacticinia, legumina, & piſces, & maximè barbones, & cancros, qui à proprietate nocent oculis. Omnes piſces Venetiis capti præcipuè nocent. A vino dulci, & reliquis euaporantibus caueat. Laudarem, vt haberet lenẽ aluũ, & ſemper haberet aliquid, quod diuerteret materias ad oppoſitum: quo nihil erit præſtantius. Ideo per totam hyemem euacuarem continuò humorem, & vapores genitos ad oppoſitum diuerterem. Pillulæ de hiera optimæ ſunt,

D quas Galenus prædicat: aut etiam ex ſex rebus, accipiet bis in ſeptimana, vel ad minus ſemel. Circa oculum, pro morbo iam facto, tantùm aliquid adhiberem, quod concoqueret ſine aſtrictione. Laudarẽ collyrium, quo ſæpe vtor, ex fœnugræco, & radice althææ mundatis, quæ decoquerem in aqua, & in expreſsionem ponerẽ aloen ad conſiſtentiam mellis, & hoc vtor ad principium ſuffuſionis: concoquit materiam, alterat refrigerando, & difflat per halitum: & non attrahit, imò cooforE

E tat propter aſtrictionem aloes, & exiccat præparatum opportunè: propter althæam & fœnugræcum: etiam mollificat, ſi diligenter conficiatur ſine puluere & fumo. Si dolebit, ſignum erit non bene factum eſſe: quia cùm bene ſit, non dolet. In reliquis nihil agerem, quia hæc præſeruabunt, & ex parte etiam curabunt. Ad curam poſtea integram, expectarem Ver: quia enim video morbum non creſcere, niſi fiant exceſſus, fortè his curabitur. Si verò augeatur morbus, in Vere leniter

F aluo purgata ſanguinem mitterem: pôſt corpus exquiſitè purgarem, & vltimò diuerſiones facerem per cauteria. His certè curabitur, ſiquidem velit.

CONSILIVM CI.

De ſuffuſione perfecta, an ſit deponenda. pro Iuuene quodam.

G CLARISS. Doctor, vt per compendia quoque procedam, proponuntur nobis duo, vtrum in Nobiliſs. iuuene poſſit deponi ſuffuſio: deinde ſi debeat depo-

deponi, quo tempore id fieri poſsit, & vtrum ſecutura ſit aliqua ex eo noxa. Ad primũ: nemini dubiũ eſt eum habere caput valde imbecille, oculos eſſe commodos ad recipiendos vapores, & repletionem à toto corpore. His ſuppoſitis, vtrum debeat deponi ſuffuſio: quia obiicitur primò, quòd non deponenda, quia oculus ſit diminutus & debilis, propter continuum aſcenſum vaporũ. Deinde, ſi deponatur, dicuntur ſecutura alia incommoda, propter debilitatem loci. Cùm enim membrum eſt debile, & operatio fit, quæ nunquam fit ſine dolore: metuendum eſt, ne ſequatur inflammatio, vt non ſolùm is oculus patiatur, ſed etiam lædatur alter, quod maximè eſſet periculoſum. Hæc ſunt, quæ priores Doctores dixerunt. Quòd ſi addatur etiam hoc, vbi depoſita erit ſuffuſio, quòd redibit propter debilitatem oculi, nõ velim illud omnino aſſerere. Poteſt enim diuerti affluxus illius materiæ ad alia loca: & quia dicimus poteſt redire, dicamus etiam quòd poteſt non redire. Quare amiſit iuſtam magnitudinem oculorum? quia non tranſit alimentum, aut quia non alitur. Quòd non tranſeat, non crediderim, ſed quòd non benè nutriatur: vnde id cõtingit? quia cùm membrum non facit operationem ſuam, perit calor, propterea quòd nõ excitatur: ita hìc deſtituitur oculus calore innato, & fit priuatiuè frigidior. Deinde propter præſentiam illius aquæ: oppoſitũ enim expellit oppoſitũ. Eſt ibi deſcẽſus aquæ. Cùm ſit igitur aqua frigida, obtunditur calor innatus oculi. Interceſſerunt nouem aut decem anni à quibus non vidit eo oculo, & hæc frigiditas ſemper fuit. Non igitur eſt mirum, ſi iam induxerit intemperiem. & dico, quòd ſi eam depoſuerimus, quia deponibilis (vt dicam) videbit ſpiritus illuc prouenire, & incaleſcere membrum. Vnde ſaltem poterimus melius ſperare, quàm ipſum ita deſtitutum relinquere, quanquam de omnimoda perfectione dubito, cùm videam oculum valde diminutum: tamen cuperem ſi aliquo modo poſsibile ſit, perueniret ad propriam actionem, neque vereri debebat, quod dicitur, quòd non curabitur fortaſſe. Eodem modò reſpondetur, quòd curabitur fortaſſe. De magnitudine doloris, quod obiicitur, Reſpondeo: Iſte dolor eſt mitiſsimus, ita vt maior dolor ſit in miſsione ſanguinis, quàm in hoc membro, quando remouetur ſuffuſio. Inflammatio enim vel dolor contingunt, aut quia vniuerſum corpus nõ prius purgatum, aut quia artifex ſit malus, aut æger non obediens, atq; ita poterit ſequi: nã poſsibilitas eſt magna. Eſt autem probabile quòd non ſequatur hoc, cùm artifex ſit bonus Medicus, corpus purgauerit, & æger ſit obediens. Sed ſi ſequatur inflammatio, aut aliud incommodum, ſequetur ne vt alter oculus patiatur? Credo quòd non patietur alter oculus, etiã ſtante inflammatione. Fit enim fluxio propter duo: quia membrum recipiens ſit valde debile, vel quia ob ſuum dolorem & caliditatem attrahuntur humores. In hoc caſu, ex vtraq; cauſa, ad hunc oculum fluxio, eſſet ab altero oculo deriuatio, & non fieret nocumentum in bono oculo. Atq; ita dico, quòd etiam ſequẽte inflammatione alter oculus non patietur. Tertiò, ſtante huiuſmodi ſuffuſione, longè deterius eſt quotidie periculum. Vbi enim ſuffuſio, ſicut experimento probatur, in vno oculo, neceſſariò etiam alter oculus patitur. Et eſt ratio, quia ſpiritus decurrens à cerebro per neruos opticos, per communem terminum diuiditur. Poſtea & vnaquælibet pars ſpiritus tranſit ad proprios neruos. Vbi autem ad partem obſtructam peruenit, redit, & tranſit poſtea ad alium locũ: quod videmus apertè, cum alterum claudimus oculum, dilatatur pupilla alterius, & ita per malum contagium tandẽ inficit ſpiritus alterius oculi. Dico igitur quòd ſit deponibilis, etſi non ſimus tuti, aut certi, ſit ne futurum perpetuum. Incommoda quoq; non neceſſariò ſequuntur: & dico quòd omnino eſt deponenda. Tempus iam inſtat, ſol eſt ingreſſus Geminos, & ferè ſumus nunc in æſtate: & quia dixit Excel. veſtra, quòd tempus hoc ſit ſatis incõſtans, quod verum eſt: ſi enim tale tẽpus perſeueraret, omnino nolim fieri. Sed ſi aer fieret temperatior, velim fieri hanc operationem. Quare eam differre non eſſet ioconueniens. An ſit periculum in dilatione? Credo minimum eſſe periculum in hoc pauco tempore, cum tot ſint anni, ex quo patitur ſuffuſionẽ. De collyriis applicandis, velim ea omnino eſſe temperata ex fœnugræco & radicib. althææ. Rectificetur etiam ratio victus. Sequentia eidem ordinata ſunt.

℞. Saponis Damaſceni ℔. j.
Garyophyll.
Macis
Cinamomi ana ʒ j. s.
Iridis ʒ ij.
Stiracis calamitæ ʒ j.
Ambræ
Muſci ana gr. iij.
Agarici electi ʒ ij.

Puluerizanda pulu erizentur, & reformetur ſapo in forma pillularum ſecundum artem. Vtetur in lotione capitis. Item

℞. Floris caſsiæ ʒ xij.
Cum ſaccharo fiat bolus. Item

℞. Euphragiæ
Betonicæ
Saluiæ
Maioranæ
Endiuiæ
Roſarum rubearum ana M. ij.

Bulliant in ℔. ix. aquæ ad conſumptionẽ tertiæ partis: deinde facta expreſsione, & colatura,

℞. Nucis muſcatæ
Garyophyllorum
Cinamomi ana ʒ iij.
Fœniculi ℥ iij.
Aniſi ℥ ij.

Bulliant rurſus ad cõſumptionem medietatis, deinde facta expreſsione & colatura, ſyrupizetur cum ſaccharo albo, & aromatizetur cum duobus granis muſci, & totidem ambræ. Poſtea

℞. Huius ſyrupi ℥ ij.
Aquæ Betonicæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis, ſeptem vel nouẽ. Finitis ſyrupis ſumat ſequens medicamentum.

℞. Confectionis hamech ʒ iiij.

Syrup.roſat.ſolutiui ℥ iij.

Cum aqua Betonicæ fiat potio: ſumat præterea interdum de hoc electuario:

R. Nucis muſcatæ
Macis
Cinamomi ana ʒ j.
Garyophyllorum ℈ ij.
Seminis Aniſi ʒ iiij.
Thymi ʒ j.
Sacchari roſati optimi ex roſis rubeis ℥ vj
Muſci
Ambræ ana gr. ij.

Cum modico Iuleb fiat miſtura. Poſtea vtatur maximè pro oculo bono infraſcripto collyrio temperatè:

R. Fœnugræci ℥ ij.
Radicũ althææ minutim inciſarũ num. vj.

Mundentur optimè ab omni ſorde, deinde coquantur ſimul in q.s. aquæ puriſsimæ, ad cõſumptionem duarum partium: poſtea colentur, & exprimantur. Deinde

R. Aloes optimæ, puluerizatæ ℥ j.

Bulliant omnia ſimul ſine fumo, ad ſpiſsitudinem mellis, & ſeruentur in vaſe vitreo, bene obturato.

Alij cuidam ordinata, per hyemem in periculo ſuffuſionis.

R. Specierum hieræ ſimpl. de vj. reb. Galeni ʒ vj.
Agarici electi ʒ iij.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Myrobalanorum chebulorum ʒ j.
Zingiberis ʒ s.
Salis gemmæ ℈ j.

Contundantur omnia per ſe, deinde aſpergantur aceto ſcillitico, & permittantur exiccari, & ita iteretur ter: poſtea cum ſyrupo roſato ſolutiuo fiat magdaleon, de quo fiant pillulæ, pro ſingulis ʒ tres.

R. Fœnugræci ℥ ij. à puluere, & ſordibus mundati
Radicum althææ opt. lotarum ℥ iij.

Decoquantur omnia in q. s. aquæ puriſsimæ, ad conſumptionem duarum partium, cuſtodiendo à fumo, & fauillis: deinde facta diligenti expreſsione & colatura,

R. Aloes optimæ, puluerizatæ ℥ j.

Decoquãtur omnia ſimul ad conſiſtentiã mellis, & bene ſeruetur. Perfecta ſuffuſio nunquã curata fuit: niſi manuali operatione, & tamen poſtea deterior fit.

CONSILIVM CII.

De ſuffuſione & imbecillitate videndi.

RISIMELICA. Queritur de debilitate viſus, & quòd parum videat diſtinctè, & imagines quaſdã, & veluti flammas cernit, & in oculis videtur obſeſſa pupilla, maximè in altero, &c.

MONTANVS.

Circa ea ſymptomata, quæ enarrata ſunt, non immorabor; videnda eſt cauſa, & quam habeant A occaſionem, vt inde cura rectius inſtituatur. Et primò, temperatura & naturalis diſpoſitio corporis videnda, & membrorum, & maximè oculorũ. Hepar ex toto ambitu apparet calidum, cum ſiccitate: quia color eſt nigrior, oſtendit ſanguinẽ tendere ad aduſtionem, & venæ ampliores ſunt. Ex hepate calido, & ſicco ſanguis craſsior, facit ſpiritus turbidiores. Nam qualis eſt ſanguis, tales generantur ſpiritus: & hepate calido exiſtente, tandem ventriculi coctiones fiunt deteriores. Et in B hoc iuuene veriſimile eſt ventriculum non ſatis concoquere, & conficere cibum: ſicut fieri ſolet in iis qui ſunt humidiores, & habent caliditatẽ magnam. Quod ad caput, audio quòd ſemper laborauerit catarrhis, vt purgaretur etiam per nares, non multùm tamen: & nunc capitis grauitatẽ patitur, quæ indicat materiam adeſſe propter plurimos vapores eleuatos à ventriculo: vel etiã, quia ob debilitatem plurimum alimentum non rectè concoquitur. Et credo in hoc iuuene vtrunque C contingere: nam calidum hepar facit caliditatem per totum ambitum venarũ, & ita plurimi vapores aſcendunt ad caput. Ideo etiã dicit Galenus: Qui hepar calidum habent, ſemper habent caput repletum. Secundò, vẽtriculus frigidus, & ipſum etiam cerebrum debile fortaſsis, vt non concoquat proprium alimentum. Si enim calidum eſt caliditate ignea, non concoquit, vt debet. Deinde ſiccius eſt, vt ex toto habitu capillorum, & temperatura conſtat. Sunt enim tempora plana, & to D ta facies tornatilis. Conſiderata tẽperatura membrorum principalium, etiam oculi temperatura videnda: quia ſemper actio ſequitur diſpoſitionẽ paſsi, vt vult Ariſtoteles. Hîc nunquã habuit perſpicaces oculos, ſed ſemper fuit diſpoſitus ad tales paſsiones, & circa oculum ſiniſtrum videmus magnam copiam humidi, tendentem verſus pupillam, ita vt media pars pupillæ obducta ſit à ſuperiori parte, quæ impedit viſum: ita vt cum manum inſpiciat, non totam videat. Habet & aliud E ſymptoma, quod non apparet, ſed ex eo audiuimus. Circa noctem videt flammas, & veluti ſcintillas, quæ ſymptomata cauſas habent valde conſimiles tẽperaturæ, iam antea enarratæ: quę multo in ocio inordinatè poſtea aucta eſt. Cauſam credo multitudinem materiæ viſcoſæ, pituitoſæ & aduſtæ, deſcendẽtis ad eam partem, quę eſt inter corneam & pupillã: & credo iam incipere ſuffuſionẽ, ſicut ſatis apparet ex dictis. Imagines autem illæ apparent propter ſpiritus perturbatos à F vaporib. eleuatis. Ignis apparet veſperi, propter retentos ſpiritus, vt Galen. refert de Frictione oculorum: quia ſpiritus, qui veſpertino & frigidiori aere reprimuntur, condenſantur, & poſtea eliciuntur lucidi, ſicut fit in ictu.

Prognoſticum. Quòd ad deſcenſum aquæ, & materiæ pituitoſę, nunquam hactenus vidi curatum aliquem, qui maculas illas haberet, quin ſemper perſeuerarent. Cùm eſt integra ſuffuſio, chirurgica manu curatur, ſed nõ perſeuerat: imò pleG riq; pòſt in deterius recidunt, vt & Germani prouerbium habent, Nil prodeſt oculis: quare præſeruatione opus eſt. Abſtergatur potius cornea, quã remoueantur illi humores: ſi tamen fiet curatio,

imagi-

imagines quę apparent tollentur, & fortaſsis curabitur integra ſuffuſio.

Curatio. Materiæ aſcendentes ad caput, diuertendæ ſunt, & auertendæ, vt non aſcendant: & ſi quid aſcendit, id ſenſim euacuandum & corroborandum caput, ne recipiat: magis tamen auertenda materia ad partem oppoſitam, & vt ſolemus, primò vniuerſalem curam præmittere. Facienda primò vniuerſalis euacuatio corporis. Sanguis fortaſſe mittēdus, ſi ob calores poſsimus. Melius igitur vt expectemus Autumnum, donec iſti calidi dies prætereant, poſtea in Autumno ordine procedere poterimus. Poſt vniuerſalem purgationem in auerſione ſpem ponerem, primò cauteriis, quæ auerterent materiam ad partem oppoſitam, & maximè diſiunctam. Si non volumus diuertere etiam, ſed auertere tantùm, & ſic tutior in tibiis. Sed ego in brachiis facerem, quia ſimul etiam velim diuertere à loco, & auertere. Secundò diuerſionem facerem per pharmaca ſtatutis diebus, vel bis in ſeptimana vterer pillulis, quæ facerēt materiam ſemper deſcendere: & maximè hiera prædicatur à Galeno. Confortarem quoq; caput lotionibus. Sternutatoria cauerem, quia attrahunt materiam ad loca vicina loco affecto: ſed maſticatoriis vterer. Habet familiaria electuaria, quæ in vſu ſunt, & à V.E. ordinabantur.

CONSILIVM CIII.

De fiſtula in oculo, cum gonorrhœa, & ſuſpicione morbi Gallici: pro iuuene Ferrarienſi, mercatore. Dictum in colloquio.

IVVENIS 20. annorum conqueritur de duabus diſpoſitionibus. Primò, ſingulis ferè duobus menſibus, aut tribus, laborat gonorrhœa, & vrinæ magna difficultate. Secundò patitur duas fiſtulas, diuerſarū naturarū, in vtroq; oculo, ſiue ſint fiſtulæ, ſiue ſinus: hoc poſtea videbimus, vbi enarrauerimus cauſas eorū ratione, quorum nos acceſsit. Ad eas autē inueſtigandas multū refert, vt hoc conſideremus, quòd ante 2. annos laborauit affectione capitis, quā vulgò tineam vocant: & dicit, quòd ex anno 10. ætatis inciderit in gonorrhœā. Vſus eſt Venere ante tempus. Ex naribus eiicit materiam viſcidā & fœtentē, ita vt & ipſe & aſsidentes odorem percipiant. Per ſcreatum excremēta purulenta, & potius viridia. Hæc ſunt ſymptomata, quæ comitantur, præcedūt, & ſequuntur malam diſpoſitionem huius Iuuenis. Deliquit in omnibus ſex rebus non naturalibus. Eſt enim mercator. De fiſtulis oculorum eſt magis ſolicitus, ideò de illis primò dicemus. In ſiniſtro oculo fiſtula habet cauitatē intrinſecā, vix foris videtur: cùm comprimit, copioſè aqua exit. In altero oculo eſt etiam cum cauitate, ſed foramē ſeu orificium magis manifeſtū habet. Bis eſt curatus, & rurſus rediit malū. Per cauteria primò conſolidari non poterant, deinde orificium extrinſecus eſt conſolidatum, vt nō amplius effluat materia in ſiniſtro: in dextro autem perpetuò perſeuerat lachryma. Scire autē debetis, ſicut clariſs. D.D. norunt, quomodo cauitas & ſinus conueniant eſſentialiter,

A licet figura differant. Sinus, vel fiſtula, eſt ſolutio continui, in qua eſt durities præternaturalis, quę facit curationem difficilem, & interdum omnino non recipit, ſed in figura differunt. Nam ſinus in latū & profundum, fiſtula in longū & anguſtum protruditur, ſicut tubæ. Nam ob hanc ſimilitudinem fiſtula dicitur, & hac ratione difficilioris curæ ſunt ambo. Vtrum modò hîc ſint fiſtulæ, vel ſinus, nō poſſum determinare: quia non vidi, nec poſſunt videri. In ſiniſtro credo eſſe fiſtulā, quia
B longior eſt, vt ex compreſsione etiam propè partes remotiores apparet. Sed eadem eſt curatio. Quare de nomine non ſum ſolicitus, ſed de cura: quæ ſemper longa eſt, vbicunq; fuerit. Et hîc difficilior etiam, ratione loci nobiliſsimi, operationū nobilium, & paſsibilitatis. Eſtq; in loco cōſpicuo, vbi facit deformationē non rectè curata. Ideò merito ſum ſolicitus. Si ergo volumus curare, oportet ſcire naturam & cauſas annexas, quæ fouent & impediunt rectam curationem: quia ad locum
C accedere non poſſumus, niſi remotis illis cauſis. Perpeſſus eſt gonorrhœā anno 10. ætatis. Et peſſima ea, ratione ſigni mali, & ratione cauſæ. Ratione ſigni ſeu per viam ſigni, quia natura habebat mēbra relaxata, præcipuè vaſa ſpermatica: & virtutem tam retētiuam debilem, q̄ expulſiuam corruptam. Ac propter debilitatē illorum locorum reliqua membra ſolent eò mittere ſua excrementa. Per viam cauſæ, quia exiccat ille fluxus, & facit ariditatē. Subtrahitur enim alimentū mem-
D bris ſpermaticis, quę ſemine nutriūtur, vt & Gal. refert. Ideò areſcunt corpora, quę diu eo fluxu laborāt, & perueniunt ad tabē. Hîc incœpit ab anno 10. & ſingulis tribus menſibus bis tandē patitur: quod ſignum eſt, nō ſolùm calorem naturalem, ſed omnes virtutes eſſe debiles. Deinde mercatores ab externis cauſis multa cogūtur pati, in itineribus & victus ratione, quia omnis generis cibos ingerūt, vnde generantur cruditates. peccauit item in aere, cibo, potu, ſomno, maximè autē
E in Venere, qua ad exhauriendum corpus, & debilitandum nihil magis facit. Ita caput quoq; quod ex defluxu ſeminis maximè debilitatur, redditū fuit imbecillius. Coitum, vt teſtatur Ariſtot. excrementoſum: ideò emungit materiam craſſam, putridam & viridem, quod ſignū eſt capitis debilioris. Et perpeſſus eſt vlcera adeò magna, vt Medici dixerint eſſe tineam, vel achores Galeni, quę Arabibus Saphati dicuntur. Sunt autem vlcera emanantia in capite, quæ diuerſas cauſas, pituitā
F ſalſam & putrefactam habent, & interdū aliquid etiam ex aliis humoribus: & variæ ſunt horū ſpecies. Nam Melicerides dicuntur, cùm effluit melleus humor: Steomata, cùm materia ſeuo eſt ſimilis: Atheromata, cùm pulticulæ. Semper autem habent dominium pituitę, quoquo modo putrefactæ: quæcunq; ſit, non multum refert ad præſentem curā: hoc apparet quòd habet adhuc veſtigia in capite, atteſtantia malitiam humorum. Nunc quæritur, cùm habeamus cauſam fouētem
G fiſtulas, videlicet virtutes affectas, quæ multiplicant excrementa, & præcipuè pituitam, quæ admiſta eſt cum bile, in iuuene habente hepar cālidum, cum qua putreſcens fit deterior, mordax

erodens partes,in quibus figitur: & magna imbe A
cillitas capitis,multiplicantis excrementa : quò-
rum facilis eſt miſsio ad oculos,vt teſtatur Gale-
nus 2.de Differ.febr. Sed quæritur an aliquid a-
liud augeat malignitatẽ fiſtularum & humorum
defluentium, vt morbus Gallicus? Ego de hoc
nõ auſim affirmare,cùm non habeã ſigna. Quòd
concubuerit cum mulieribus infectis, coniectu-
ra eſt,ſed non eſt neceſſarium. Omnes eſſetis mi-
ſeri, quia credo neminem veſtrûm eſſe, qui non
cum infecta concubuerit. Eſt tantũ ſignum. Ad- B
iutus eſt decocto ligni. Verùm neq; id ſignum eſt
neceſſarium. Adiutus eſt,nõ quia laborauit mor-
bo Gallico, ſed quia lignum ſua virtute exiccat,
& roborat membra: & quia diætam victusq; ra-
tionem meliorem habuit. Ceciderunt pili,hoc ſi-
gnum approximat quidem ad rem: ſed quia eo
tempore ceciderunt pili, quo paſſus eſt tineam,
non eſt mirum, cùm ſit propria paſsio, ſequẽs il-
lum morbum, ob corruptionem alimenti. Ideò
quoq; hoc ſignum non eſt neceſſarium. Sed po- C
teſt contingere vt perpeſſus ſit,& etiam nunc pa
tiatur. Nam multi incidunt in eũ morbum,etiam
ſine bubonibus & vlceribus in virga: & multis ta
libus occurri,qui propter hanc cauſam nolebant
habere, & tamen habebant, ac potu ligni ſanaui
eos. Ideò nec affirmare certò, nec negare auſim.
In curatione tamen non abhorrerem à decocto
ligni,ſiue habeat,ſiue non,nihil impediet. Omni
enim modo exiccando iuuabit eum, & membra
confortabit. Et ſic gonorrhœæ quoq; habebitur D
ratio. Ad curam igitur. Fiſtulæ morbus factus,
non fiens, & fluxus habet cauſas fouentes, quæ
continuò ſubminiſtrant materiam. Ideò oportet
intercipere fluxũ, & tollere materiam, ac poſtea
curare fiſtulas: quæ ſi non fuerint curatæ, etiam
ſublata materia, diffluet optimum oculi alimen-
tum. Sed corpus primò curandum,quia virtutes
habet imbecilles, ideò præcipuè vtendum bona
victus ratione. Ac præcipuè attendendum,vt cu
retur gonorrhœa,quæ corpus extenuat. Id aſtrin E
gentibus poſt euacuationẽ fiet: cùm ſcilicet cor-
roborabitur, & redibit calor naturalis, ac melio-
res coctiones fient,& reſtituẽtur virtutes. Poſtea
caput curandum, ne redundet excrementis, lo-
tionibus,cum maiorana, ſena & agarico. Vtatur
deinde maſticatoriis,non caputpurgiis,videlicet
maſtiche & pipere. His factis,deueniendũ à chi-
rurgo ad fiſtulas. In quibus occurrit caro,videli-
cet calloſitas, toto genere præter naturam, ea re-
mouenda: ſed hoc fieri non poteſt,niſi prius ape- F
riatur ſinus,vt medicamẽta operari poſsint,poſt-
ſtea iniicienda exiccantia, & erodentia calloſita-
tem: mediocriter tamen, quia locus nobilis. Ha-
bemus autẽ pro hoc diachalcitidem celebratam
à Galeno. Item vnguentum Indum,ſacrum. Sed
hæc ſunt officia Chirurgi, in quæ non decet nos
intromittere. Fiat igitur exquiſita euacuatio, &
detur decoctum ligni. Cauteria etiam pro diuer-
ſione fieri poſſunt. G

CONSILIVM CIIII.

*De lachrymali fiſtula,eſt appendix conſilÿ da-
ti virgini à Saurau.*

VBI confirmata eſt,quemadmodum hãc
eſſe audio, per ſeſquiannum nunquam
aliter remoueri vidi,niſi p cauteria com
modiſsimè applicata ab aliquo pruden
tiſsimo Chirurgo. Et quamuis innumera propè
obſeruauerim ab excellentiſs. Medicis,omnia ta-
men ſemper fruſtrà fuêre tentata. Dixerim igi-
tur hanc puellam prius eſſe purgandam, deinde
adhibenbum eſſe cauterium, cum auro vel ære
omiſſo ferro. Ex ferro enim fit maior aduſtio, &
profundior cicatrix. De fluxu ſaniei ab aure ſtan-
te fiſtula, nullo pacto tentârim curationem. Eſt
enim tanquã auerſio quædam, qua ſuppreſſa for
tè & totus oculus in deteriorem aliquem affe-
ctũ incideret, proinde auris interea dimittatur.

CONSILIVM CV.

*De Catarracta, ſeu ſuffuſione dicta,& ex ob-
ſeruatione ſcripta.*

MORBVS eſt peculiaris vni membro. Eſt
primò quærendum,quid ſit quò ad no-
men: ſecundò, in quo loco ſit: tertiò,
quæ ſit natura huius morbi, quia indi-
cationes ſumũtur pręcipuè à natura ipſius mem
bri, in quo morbus eſt, & à natura morbi. Quan-
tum ad nomẽ igitur,appellatur Deſcenſus aquę,
ſiue aqua, ſeu catarracta, quia factum ſit aliquid
circa oculi partes: ſed eſt barbara vox. Græci ὑπό-
χυμα vocant,quaſi ſuffuſionem: infunditur enim
quidã humor ad eum locũ, vbi inuenitur iſta a-
qua,& impedit viſum: ergo oportet vt ſit in pro-
ximo inſtrumento viſus, nõ in coniunctiua,quia
cerneretur: nõ in cornea, quia nõ impediretur vi
ſus. Ergo vel in neruis opticis eſt obſtructio, vel
in primo inſtrumẽto viſus cryſtallino,quando di
minuitur,vel offuſcatur, aut aliquid tale: vel eſt
in humore vitreo,vel eſt in aqueo humore,vel in
foramine vueæ. Inter corneã & pupillã eſt locus
proprius deſcẽſus aquæ. Quòd ſi eſſet in opticis,
nihil aliquis videret: ſi in aliis eſſet,nihil etiã cer-
neretur,ſed apparet iſta aqua: & qui operãtur,pe
netrant coniunctiuã: & cùm perueniant ad cor-
neam,apparet acus per corneã,& vertunt acum,
& remouent iſtam aquã,obſtruitur illud foramẽ
vueæ, qđ pupilla dicitur, & fit vel diminutio vi-
ſus, vel deſtructio. Et hæc tantũ de loco affecto.
Morbus non eſt in complexione,quia nõ ob cali-
ditatem,&c. ſed eſt morbus in cõpoſitione,in eo
genere,q dicitur in via. Vitiũ enim eſt in compo-
ſitione, circa formationẽ: & hoc vel circa figurã,
ſuperficiem,cauitatẽ,meatum,magnitudinẽ,nu-
merum, ſitũ. Eſt ergo morbus in compoſitione,
in via,ſeu meatũ. Locus eius eſt vltimũ foramen
inter corneã & vueam. Materia morbi eſt viſcoſa
frigida,aliquando autem ibi non eſt permanens,
quia aſcendit à ſtomacho, & fit ibi quaſi nubes,
ratione vaporum: ſed nõ durat tale malum,& ta-
les curantur cũ hiera, dicit Galen. Aliquando ve
rò eſt eſſentialis ibi humor,& habet firmã ſedem,
&talis eſt caſus noſter: quia hic eſt per eſſentiam,
non per conſenſum. Materia enim eſt pituitoſa,
viſcoſa & craſsior, & eſt ibi per eſſentiam. Talis
materia tripliciter diuerſificatur, vel ſecundùm
quantita-

quantitatē,vel ſecundùm ſubſtantiam, vel ſecun A
dùm colorem. Sed in quantitate,quandoque ita
multa,vt occupet totum oculum,quandoq; par-
tem ſuperiorē,quandoq; inferiorem. Aliquando
variatur ſecundùm modum ſubſtantiæ,vel quia
iſta aqua craſſa,vel tenuis vel aquoſa. Quandoq;
ſecundùm colorē,quia interdum albi coloris eſt,
& clari, vt margarita Orientalis, vel fuſci, vel lu-
cidi: vel eſt tendens ad flauedinē,vel citrinus co-
lor eſt tendens ad luteum. Si ſecundùm quanti-
tatem,ex forma apparet:ſi in medio erit tantùm, B
videbit omnia,quaſi eſſet foramē in medio. Si eſt
in vno angulo, tum ex iſta parte manum oppoſi-
tam non videbit. Si eſt inferius,videbit dum ſupe
rius,& contrà. Si tenuis eſt, facilè mouetur ſur-
ſum & deorſum clauſo altero oculo, ex quocun-
que etiam adueniente motu. Si eſt craſſa,nō mo-
uetur,&eſt peſsimum ſignum. Colores videntur
facilè. Quæ è pauca materia, eſt melior, & quæ
tenuis: non debet tamen eſſe nimis tenuis,quòd
ita non poteſt deponi cum acu,neq; nimis craſſa. C
Quæ eſt alba,eſt melior,reliquę habēt partes ter-
reas & aduſtas. Inter eas quæ ad fuſcedinem de-
clinant,ea quæ eſt cærulea,eſt melior. Vbi eſt ca-
tarracta,ita vt nihil videatur,nec manus,nec lux,
caſus eſt deſperatus. Si ex mediocri motu moue-
tur,ſed non diuellitur à loco prorſus,ibi tunc eſt
matura. In caſu noſtro macula videtur in loco di-
cto,occupat totū foramen, habet vel nullum, vel
paruum motum, colorem tendētem ad fuſcum.
Miſeret me eius, quia eſt pauper, & vix curabi- D
tur. Quid faciendū? hîc eſt materia & obſtructio,
ergo apertione indiget, indicatione ſumpta à
morbo: ideò abſtergendū,vel aperiendū. Si ape-
rire volueris, deſtruetur pupilla, & indurabitur:
ſi adhibebitur abſterſiuū, corroſionē faciet, qua-
re cū abſtergētibus & aperientibus nihil poteris
operari. Si enim leuia erunt medicamenta, nihil
facient: ſi fortiora,deſtruent oculum. Ergo ad a-
cum confugiendum, ſi debet fieri operatio. Sed
corpus prius purgari oportet bene. Et eſt hic vir E
Alexander nomine, in hac parte peritus, & tem-
pus optimum eſt operandi, quia luna in oppoſi-
tione, & incipit declinare, & huius eſt ratio Phy-
ſica,non mathematica: quia humores tunc maxi
mè ad ſuperficiem deuenient,& tota materia tūc
bene ad vltimum foraminis deuenit. Quare opti
mè remouebitur, & remota nō creſcet etiam iſte
humor, quod facilè fieret alio tempore inconue-
nienti: vt ſi luna creſcente deponeretur, eſſet pe-
riculum ne aſcenderet rurſus. Quare melius tem F
pus eſt,quando luna eſt in oppoſitione: ſed inci-
pit decreſcere, & tempus ſit medium inter calo-
rem & frigus. Poſt depoſitionem experimētato-
res ouum cū croco apponunt, ſed crocus eſt ma-
turatiuum: volunt maturare, vbi nihil eſt matu-
randum. Oportet repercutientibus vti,ouum to
tum cum vitello ſolùm adhibeatis, quia reprimit
& ſedat dolorem, & prius detis pillularum coc-
chiarum ℈.iiij. fiantque pillulæ quinque, cum a-
qua fœniculi. Videtis illum eſſe ruſticum, & vix G
efficient pillulæ iſtæ tantum, quantum in delica-
to caſsia. Poſtea dandus ſyrupus hic:

R. Succi roſarum,
Rutæ,
Fœniculi ana ℥.vj.
Sacchari q.ſ.
Fiat ſyrupus,de quo detur ſingulis diebus ℥.ij,
Aquæ fœniculi ℥.iij.
Per octo dies,aut longius.

Consilium CVI.

Pro quodam patiente deprauatam viſionem, ſtuporem, & dolores articulares, & tubercula in pectore.

BREVIS erò, viri præſtantiſsimi multis
de cauſis, quas minimè in præſentia
recenſebo, eiuſdē breuitatis cauſa, ſeu
gratia. Tria (vt potui ex veſtris verbis
colligere) magnificus iſte vir patitur ſymptoma-
ta. Alterum eſt, quòd deprauatè videt,& imagi-
nes quaſdam ſibi videtur aſsiduè perſpicere. Al-
terum verò eſt ſtupor in brachio,ac in nonnullis
C aliis partibus, itemq; dolores articulares. Tertiū
verò tubercula quædam ſunt in pectore, ac pro-
pe clauiculam. Vt igitur rectè in hoc noſtro diſ-
curſu procedamus,cognoſcēda à nobis eſt natu-
ra horum ſymptomatum. Natura autem acciden
tium ſunt ipſæ cauſæ. Cauſæ autem vel ſunt ex-
trinſecæ,vel intrinſecæ. Cauſæ igitur tum extrin
ſecæ, tum intrinſecæ à nobis cognoſcendæ ſunt,
ſi curationē rectè adhibere velimus. Verùm cùm
cauſæ variè agant pro diuerſitate temperatura-
D rum: ideò in primis à nobis cognoſcenda iſtius
magnifici viri naturalis temperatura eſt,vt quan
tus in ea lapſus ſit,rectè perſpicere poſsimus. Tē-
peratura autem à nobis noſcetur per ea, quæ ap-
parent, huiuſmodi autem ſunt ſigna. Signa verò
ſumētur vel ab actionibus, vel à paſsionibus. Ab
vtriſq; igitur iſtius temperaturæ à nobis ſigna ſu
mentur. In primis autem ab actionibus naturali-
bus. Actiones naturales ſunt duplices, generati-
ua ſcilicet & nutritiua. Actiones generatiuę facul
E tatis, quæ fuerunt à principio generationis, ſem-
per nobiſcum manent: nutritiuæ verò actiones
immutātur. Quoniam verò ex ſententia Galeni,
& ſecundùm etiam rationē, temperaturā cordis
& hepatis ſequitur totius temperatura,ea de cau
ſa horū membrorū perſpicienda à nobis eſt tem-
peratura: quæ quidem meo iudicio à principio
generationis fuerūt calida,& humida, licet non-
nihil in præſentia ſint immutata. Id verò in ipſo
hepate declarat latitudo venarum, pilorū flaui-
F ties,pili circa hypochōdria, & totus habitus cor-
poris,vergens ad rubedinem & caliditatē, atque
humiditatē quandam. Talem præterea in corde
temperaturam declarat iraſcentia,& facilis placa
bilitas, pulſus magnus & frequens, pili circa pe-
ctus,& id genus alia. Quod cùm ita ſit,patet & to
tum corpus fuiſſe calidum & humidum. Verùm
his declaratis,deueniamus ad cauſas horum ſym
ptomatum. Cùm itaq; talis fuerit huius viri tem-
peratura,facilè potuit in hæc ſymptomata deue-
G nire. Primùm autē, ob cauſas extrinſecas, ob ae-
rem, ſcilicet ob inordinatam in cibo & potu, ſe-
cundùm quantitatem qualitatemq; rationē, ob
nimium ſomnū,ob ocium,ob abſtinētiam Vene-

ris, itemque ob nimiam animi mollitiem. Ab his itaq; cauſis extrinſecis congregata fuit cauſa intrinſeca horum ſymptomatum. Ob ea enim quę enumerauimus, diſtemperatus fuit ventriculus, ipſumque cerebrum, ex quo multa materia pituitoſa & cruda fuit in hoc corpore collecta, quæ per venas ad varias corporis partes delata illa ſymptomata, quæ audiuiſtis, effecit. Primùm delata iſta materia ad cerebrum, deinde ad oculos, conturbauit ſpiritus, qui per neruos ad oculos deferuntur: & conturbatio ſpirituum fuit in cauſa quare illud ſymptoma in oculo fieret. Deinde rurſus delata ad ventriculum, ſuſtulit appetitũ: in variis corporis partibus effecit ſtuporẽ & dolorem in articulis, & denique illa tubercula in pectore, quæ audiſtis. Hæ ſunt horum ſymptomatum cauſæ: reliquum eſt, vt ad curationem deueniamus, ſi primùm illud à nobis erit dictum, facilè ſublata cauſa, & tubercula & ſtuporem ſublatum iri: illud verò ſymptoma in oculo, non ita facilè curabitur, quoniam dubito ne per eſſentiam illud ſymptoma in eo oculo reperiatur ob temporis diuturnitatẽ. Primùm itaq; ſecarẽ venam, quoniã & materia multa eſt, & virtus fortis. Deinde concocta materia, cũ ſyrupis de endiuia, & boragine euacuarẽ. Poſtea darẽ ſtillicidium balneorum, & aquam in potu. Verùm ante hæc omnia inſtituere oportet rectam viuendi rationem, qui ſit attenuans: quoniam nunc hæc temperies eſt per frigidum & humidum excedens. Victus autem attenuans eſt calidus & ſiccus: potus tenuis & vinum pauciferum. Deinde regere illum oportet in aliis quinque rebus non naturalibus, ita vt corpus iſtud diſtemperatum ad temperiem reducatur.

CONSILIVM CVII.

Pro muliere quinquagenaria laborante viſus debilitate.

PVRGANDVM eſt corpus. Ante verò purgationem ſunt humores fluidi reddendi. Id autem fiet ſyrupis, vt eſt oxymel, ſyrupus acetoſus, & putamina cydoniorum, cum aquis vel decoctis conuenientibus. Medicamenta erunt colocynthis, agaricus, ſcammonea, pillulæ cocchiæ, confectio hamech, pillulæ aggregatiuæ, cùm in hoc corpore omnes peccent humores.

Pro euacuando autem capite, ſingulis hebdomadibus vti poteſt pillulis ex tribus conſtantibus, agarico ſcilicet, rhabarbaro & aloe, quæ poterunt corrigi cum euphragia, capillo Veneris, modico macis, cinamomi & ſpicæ nardi. Ad diuertendam materiam ad oculos fluentem, caute ria à me laudátur, applicatio ſanguiſugarum hæmorrhoidibus. Pro expurgando autem capite optima erit maſtix.

CONSILIVM CVIII.

De oculis lachrymantibus ex deſtillatione: quæ maxillam etiam, aures atque dentes vexat.

OPORTET nos conſiderare veram rationem horũ ſymptomatũ, ideò ſciendum, quæ ſit naturalis diſpoſitio corporis, vt poſsimus videre naturã morbi, & veram curã. Quantum ad habitũ corporis, qui exterius apparet, vt nigredo, bonitas intellectus, &c. ſtatuo hunc eſſe calidum, & in qualitatibus paſsiuis ſiccũ ꝑ exceſſum. Quòd enim habet venas latas, indicat hepatis caliditatẽ. Pulſus magnus neq; audax, neq; timidus eſt, indicant temperiem cordis. Renes quoq; calidi, cæterùm omnia indicia ſunt ventriculi frigidi. Semper enim hoc contingit, vbi eſt magna caliditas hepatis, ſequitur frigiditas ventriculi. Conſumitur enim multitudo carnis, quæ eſt in fundo ventriculi. Nec omentũ pingue eſt, nec muſculi habẽt debitam craſsitudinem. Habet ergo primùm caliditatem hepatis: quòd dũ attrahit nutrimentũ à partibus vicinis, facit vt ſit ventriculus frigidior. Deinde abundat excrementis capitis plurimis, & tñ non videtur tanta imbecillitas capitis. Nec cerebrum multũ calidum eſt: excrementa etiam non ſunt exceſsiui caloris: lachrymæ nõ habent ſalſedinem, ſed potius ea procedere videtur à quadã admiſtione pituitę ſalſæ, non multum tñ vitioſæ: ergo neceſſarium eſt membrũ eſſe frigidum. Excrementum enim rationẽ membri, cuius eſt excrementum, oſtendit: frigiditas autem eſt potiſsima cauſa pituitæ: excedit igitur cerebrum in frigiditate, vt non ſatisfaciat propriis actionibus: non multum tamẽ excedit in frigiditate, & mala ratione victus poteſt eſſe factum frigidius. Siccitas autẽ in cerebro manifeſta eſt. Facta comparatione ad cerebrũ hominis temperati, viget intellectu ratione ſiccitatis, vt eſt apud Ariſtotel. qui aſſerit ſapientes omnes eſſe melancholicos. Cùm igitur membra eſſent parata ad diſpoſitionẽ prę ter naturam, primò caput redditũ eſt ſeipſo debilius, quare ſuperfluitates aliorum membrorum recepit: & fit hoc præcipuè in iis hominibus, qui calidum habent hepar, & frigidiorem habẽt ventriculum, & ſunt maximè diſpoſiti ad capitis repletionem. Recipit igitur caput excrementa ratione membrorum mandantium, & ſuæ imbecillitatis, 2. de Differ. febr. Tum caput eſt repletũ, & in eo materia collecta eſt, cũ præſertim in ratione victus etiam peccaret. Lachrymæ erant ſubſalſæ, plurimum pituitæ aſcendebat, eaq; aliquid aduſtionis habebat, vnde factæ ſunt lachrymæ ſalſæ. Poſtea cùm acceſsiſſet mala victus ratio, & quia dormiuit ſub dio, & alia fecit ad præparandos varios humores, & vapores conducẽtia: congregatis plurimis excrementis, nõ tantùm ſunt expulſa ad oculum, ſed etiam ad maxillam eiuſdẽ lateris deſcẽdit humor, & carnes illæ laxæ receperũt, vnde deſtillarunt ichores quandoq; craſsi & purulenti. Albedo autem erat nõ ratione puris, ſed quia pituita alba eſt. Quòd autẽ maxilla non mouetur, non eſt mirum, cùm ex repletione muſculorum fiat hoc, vt nõ poſsit moueri, & reliqua accidentia in dentibus & auribus, in quibꝰ grauitatem ſentit, omnia ab hac cauſa proceſſerunt. Hîc naſcitur difficultas, vtrũ perſeuerante lachryma iam duobꝰ annis, ſit facta fiſtula, ſeu foramẽ ſenſibile,

bile, à cerebro ad locum illum, aut potius vt po- A
rus: quod non eſt adeò inconueniens, cùm à na-
tura hoc modo fiant in pueris.

Prognoſticum. Si vult ſeruare exquiſitam victus
rationem, ſpero quòd curabitur.

Curationis autem huius affectus, quo affligi-
tur hic vir, potiſsimum fundamẽtum eſt, vt pro-
hibeamus materiam, ne diſtillet: hoc verò neuti-
quam facere poſſumus, niſi membris mandanti-
bus proſpiciamus, ita quòd tota ratio curę conſi-
ſtat in eo, vt membra corroborentur, hepar ſcili- B
cet, ventriculus & cerebrum, ne generentur ex-
crementa in corpore. Quod maximè fiet recta
ratione victus, in qua quidem cùm multipliciter
delinqui poſsit, in aere, cibo, potu, & reliquis: i-
deo curabit vt ſibi viuat, & non aliis, quare non
amplius peregrinabitur. Obſeruata recta victus
ratione bis in anno purgabitur ad hũc modum:

℞. Specierum hieræ ſimpl. ʒ. ij.
Caſsiæ ʒ. j.

Fiat bolus, detur ante prãdium hora vna. Po- C
ſtea vtatur ſeptem vicibus infraſcripto ſyrupo:

℞. Syrupi de ſtœchade,
De infuſione roſarum ana ℥. j.
Decoctionis fœniculi
Aniſorum
Roſarum ℥ iiij. Miſce.

Sumat deinde infraſcriptam medicinam.

℞. Pillularum cocchiarum ℈ iiij.

Cum melle roſato fiant pillulæ, quas ſumat
manè cum cuſtodia. Temporibus intermediis. D
Interdum vna hora ante cœnam ſumat tres in-
fraſcriptarum pillularum:

℞. Aloes optimæ
Agarici electi ana ʒ. iij.
Myrobalanorum chebulorum ʒ ij.
Nucis muſcatæ ʒ j.

Puluerizentur & commiſceãtur, deinde aſper
gantur cum ſucco roſarum, & permittãtur exic-
cari: poſtea cum melle roſato fiat magdaleon, de
quo fiãt pillulæ pro ʒ iij. vel ſumat pillulas de hie E
ra ſimp. ſolas, vel cum rhabarbaro aloe: in hyeme
verò pillulas de tribus. Vtatur pro maſticatorio
ſola maſtiche tunc, cũ corpus exquiſitiſsimè fue
rit purgatum. Niſi enim id fiat, nũquam ego con
ſulerem maſticatoria, maximeq; in hoc corpore
in quo gingiuæ ſunt paratæ ad ſuſcipiendas flu-
xiones. Ideo diuerſiones potius fiant ad partes
poſteriores frictionibus & ventoſis. Pro confor-
tatione infraſcripto remedio vtatur:

℞. Tutiæ optimè præparatæ, F
Corticum ouorum puluerizatorum,
Aloes optimæ ana ʒ. j.

Inuoluantur in panno lineo, & fiat pila. In-
fundatur in aqua fœniculi, ſuſpenſa cum filo: po
ſtea ſæpe in die exprimatur ea pila in oculos, vel
ſola aloe puluerizata in aqua roſarũ poſita, quæ
roborat, abſtergit, & purgat oculos vt ventricu-
lum. Si verò perſeueraret mala diſpoſitio oculo-
rum, & ſentiret ſe non leuari cũ remediis ſupra-
ſcriptis, fiãt cauteria & fontanellæ in vtroq; bra- G
chio ſupra cubitum, per ſpacium quatuor digi-
torũ parte exteriore, tenẽdo ſemper aperta cum
pila cerea, ſicut ſolet fieri. Corroborentur autem
membra, hepar, ventriculus, & caput: inter reli-
qua maximè laudo zuccharum roſatũ, quod vi-
detur eſſe proprium morbis vẽtriculi & hepatis:
abſtergit enim, corroborat caput, & prohibet a-
ſcẽſum vaporum. Habet decoctum ex malo gra-
nato, balauſtiis, rhu obſoniorum, hypociſtide, &
ſimilibus in vino, quò os abluatur. Caput etiam
corroboretur calefacientibus, aſpergendo ei pul
ueres, tum etiam decoctis factis ex maiorana, cha
momilla, agarico, & cum ſapone confecto cum
agarico, abluendo caput veſperi, & poſtea domo
non egrediatur. Caputpurgia hîc quoq; conue-
niunt, quibus etiam Gal. in morbis oculorum v-
titur. Quòd ſi aliquis dicat hoc eſſe malum fa-
ctum, quòd diuertamus materiam ex cerebro
per locum affectum: is aduertere debet, quòd
tunc hoc licet facere, quãdo exquiſitiſsimè cor-
pus eſt purgatum: quam exquiſitiſsimam pur-
gationem, niſi præſuppoſuiſſem antea ab eo fieri
debere, nunquam ei maſticatoria propoſuiſſem:
gingiuas enim etiã habet paratas ad fluxus, neq;
tuta eſſent caputpurgia: diuerſiones potius fie-
rent ad partes poſteriores, cũ frictionibus & cu-
curbitulis ſiccis in dorſo. Sed his non iuuanti-
bus, poſtremò (vt iam monuimus) ad cauteria
erit confugiendum.

CONSILIVM CIX.

Pro muliere laborante morphæa in facie.

D. CRASSVS.

NOBILISSIMA mulier patitur defœ-
dationem in fronte, quæ deſcendit in-
fra oculos, & occupat partem aliquam
faciei, à Nouembri vſq; in hunc men-
ſem Aprilis. Credo eum eſſe morbum, qui Græ-
cis ἄχωρ dicitur, & prouenit à quouis humorum
malorum, qui miſtus ſanguini corrumpit eum,
& à natura inde ad cutim expulſus, eam vitiat.
Euacuatum hactenus eſt corpus ſecta vena, da-
tum poſtea rhabarbarum ex infuſione, nec tum
mitigatus eſt morbus, ſed potius exacerbatus.
Applicata quoque localia ſunt extrinſeca, quæ
exiccarent, & roborarent, nihil profuerũt, ita vt
videatur melius habere, cùm nihil exhibeatur.
Vnum eſt mirabile in hac muliere, ſemper enim
augetur morbus, cùm patitur ſuos menſes.

MONTANVS.

Si volumus aliqua afferre remedia huic diſpo
ſitioni præter naturam, qua laborat nobiliſsima
fœmina, oportebit prius diligenter videre ipſam
diſpoſitionẽ, à quibus cauſis pẽdeat. Et licet ego
antehac non viderim, tamẽ ex hac acceſsione, &
ex dictis veſtris, potui intelligere naturam huius
defœdationis eſſe talẽ: Color ſubalbidus eſt, cũ
nigredine quadam, ita vt color cineritius ex albo
& nigro compoſitus ſit. Quod ad ſubſtãtiam, ha
bet abſceſſum, & vlcus eſt ex materia aduſta, ac
ſicca: quòd ſi ſcalpatur profundius, ſentitur hu-
miditas emanãs. Abſceſſus ſatis magnus eſt, ſed
aliud aduertendũ, ſerpit, & dilatatur per longum
& latum deſcendendo. Habemus igitur abſceſ-

ſum ſubſtantiæ terreſtris cum humiditate, quæ A
magis in profundo eſt eius materiæ, vt ſit quaſi
ſerpigo quædam. Primò inquiramus nomen, &
poſtea eius cauſas. Impetigo eſt nomen latè pa-
tens, & multa ſignificans, & verè (ſicut ille dicit)
nomina ſunt, ſicut moneta & pecunia, tantùm va
lent, quantũ volumus. Si impetiginem intelligi-
mus, nõ eam, quã Plinius Mentagram vocat, quę
deterior eſt, quàm hodie ſit morbus Gallicus:
ſed de eo morbo (quem vulgò Volaticã vocant)
eo ſenſu nõ eſt impetigo, vel lichen: quia is mor- B
bus tantùm in extrema cuticula eſt, hic verò to-
tá cutim occupat, & eſt longè deterior. Quęritur
an ſit lepra antiquorũ, & videtur quòd nõ: lepra
enim, non quæ hodie ſic dicitur, ſed antiquorum
proportionata eſt Elephantiaſi, niſi quòd nõ car
nem & oſſa occupat, ſicut elephãtiaſis: ſed cutim
tantùm, eſtque morbus vniuerſalis. Huius verò
Dominæ morbus eſt particularis, frontem tan-
tummodo occupans. Nũ igitur ἄλφος eſt, vel λεύκη?
omnino aliquid tale videtur, eſt enim Alphos al- C
bus, niger & miſtus, quam vulgò Morphæam al-
bam, & nigram vocare ſolẽt. Supponatur igitur
morbus huius Dominæ eſſe ex genere Alphorũ.
Sed quandoque pituita, quandoq; bilis, quãdo-
que humor melancholicus adurũtur. Quęritur,
quî hic humor aduratur. Si cauſas extrinſecas e-
xiſtentes in corpere, & intrinſecas, & ſigna etiam
pathognomonica, quę ſubſecuta ſunt, cõſidera-
mus, dicimus humores miſtos aduri, maximè
tamẽ bilioſos. Primò de intrinſecis, quia in ſimi- D
libus facilis tranſitus. Si quæ vnquam mulier à
me viſa eſt, in qua dominatur calor excedẽs, hæc
certè eſt, vt colligi poteſt ex colore, motionibus:
multitudine menſium, tot pueris genitis, quæ
omnia caliditatem arguunt. Et cum caliditas to-
tius ſit ratione hepatis, & cordis calidi (vt Galẽ.
refert libro ſecundo Artis paruæ) ſequitur quòd
vtrunq; membrum, hepar & cor calidũ habeat,
id quod etiam ex ſuis propriis ſignis colligi po-
teſt. Eſt coloris ſubnigri, cum rubedine: eſt rube- E
do obſcura ad nigredinem tendens, quod arguit
aduſtiorẽ ſanguinem in hepate generari, & ma-
gis excoqui. Ipſa etiam conſtantia animi calidi-
tatem cordis arguit, & motus arteriarũ magnus.
Ergo caliditas maxima eſt, quia vt Galenus oſtẽ-
dit, qui calidi ſunt tantùm ſine exceſſu qualitatis
alicuius paſsiuæ, abundant carne ſine pinguedi-
ne, & ieiunium facilè ferunt, quia bono alimento
abundant. Quibus humiditas accedit, plus ha-
bent pinguedinis quàm carnis. Hæc modeſtiſsi- F
ma Domina eſt carnoſa admodum ſine pingue-
dine: ergo calida ſine humiditate, neque adſunt
tamẽ ſigna alicuius ſiccitatis. Vnde perpetuò tali
calore exiſtente, qui non retundatur ab humidi-
tate: redũdat ſangis, ſeipſo magis excoctus. Ideò
multi aggregati humores, ſanguis plurimus, fœ-
culentus, & aptus vt aduratur. Bilis etiam pluri-
ma, quæ propter nimium ſuum calorem facilè
aduritur. Delinquit poſtea in ſex rebus non na-
turalibus, ſicut ſemper fit in talibus temperatu- G
ris: habent enim ſanitatem integram, non facilè
læduntur, ideo non ſibi præſcribunt vllam regu-
lam vitæ. veſcuntur rebus ſibi fortuna oblatis, &

mulieres nobiles non exercentur, nunquã egre-
diuntur domo, niſi in diebus feſtis: hinc ſunt ge-
neratæ cruditates, & multiplicata eſt pituita ra-
tione multitudinis ciborum, & pauci exercitij,
quæ fit poſtea acrior in corpore calido & ſicco,
propter vlteriorem aduſtionem. Præterea con-
ſueta eſt veſci plurima carne bubula, ex qua,
quod concoquitur, generat humores craſſos &
aduſtos: quòd non concoquitur, cruditates. Et
ita multæ acceſſerunt cauſæ extrinſecæ præter
intrinſecas: accidentia animi quamplurima. Ha-
bet filios multos, & magnam familiã. eſt prom-
pta & ingenioſa, omnia vellet ipſa procurare,
ex quo plurimùm augentur humores aduſti.
Audio quoq; aliquot menſes eſſe, ex quibus non
dormit. Vigiliæ autem faciunt abundare humo-
res malos: & ita aggregati humores aduſti pluri-
mi diuerſarũ materiarum, quos natura quærens
exonerare, huc expulit. Et quia, vt Galenus dicit,
Cutis locus eſt, ad quẽ natura ſolet omnia excre-
menta expellere: hîcque eſt calor vigens, nõ ob-
tuſus ab humiditate, nec debilitatus à ſiccitate:
ideo veriſimile eſt, non tantùm ad hanc partem,
ſed etiam ad alia loca materiam expellere: vnde
mẽſtrua copioſiſsima habet, cùm ſit quadragin-
ta annorum, & menſes ſoleant deficere quadra-
geſimo quinto anno, vel quinquageſimo. Ipſa
autem nunc plus menſtruis abundat, quàm dũ
erat iuuenis: ideo etiam per alias partes expelli
materiam veriſimile eſt, per ſeceſſum videlicet,
vrinam, tranſpirationem inſenſibilem. Sed hæc
materia craſsior eſt, quàm vt poſsit per tranſpi-
rationem expelli, ideo cõtingit, quod dixit Gale-
nus, quòd cùm materia ibi firmata nõ poſsit ex-
pelli, producat diuerſos affectus, & pro diuerſa
materia, generet diuerſas ſpecies morborum, le-
pram, impetigines, morphæas. Ergo, cum & hîc
tanta ſit copia materiæ, vt per menſes, vrinam,
ſeceſſum, tranſpirationem inſenſibilem non poſ-
ſit tota expelli. Fertur igitur ad cutim: & quia
craſſa, ibi hæret, & in facie potiſsimum. Et quia
meatus ibi ampliores, & materia per ſe à calore
eleuatur, primò frõtem occupauit, vbi pori laxi:
& minor eſt reſiſtentia ratione caloris: quia ibi
nõ muſculi infracti carne. ideò ea pars frigidior,
quàm vbi plus carnis eſt, & venarum: ideo & im-
becillior, & ad eã expelluntur excrementa. Hinc
patet natura & cauſa morbi, & ſua etiam ſequũ-
tur ſymptomata: quia dominatur bilis, ideò ſer-
pit. Eſt enim propriũ & pathognomonicũ ſignũ
bilis, facere herpetas: & quia non ſimplex bilis,
ſed alij quocunque humores admiſti, ideò color
in nigro ſubalbidus eſt, color albus pituitam ad-
miſtam, color niger & ipſa ſubſtantia terreſtris,
& cruſtacea, humorem melancholicũ adeſſe te-
ſtatur. His ita ſe habentibus, videtur manifeſta
natura morbi, humores adſunt aduſti, & non ta-
men craſsi, ideo non profundũ occupant vt hu-
mores craſsi, nec extremam cuticulam tantùm,
ſicut impetigines, cùm materiæ ſunt ſubtiliores.
Materia craſſa eſt, quæ eleuatur quidem, ſed pars
craſsior ſubſidet, ita vt totam cutim occupet, &
ex pituita, quæ paulatim fit acrior, & vltimo facit
τὴν ἐσχάραν. Quare in cauſa ſunt hi humoret tres,
bilis

bilis, melancholia, pituita, omnes aduſti: & ex A hac miſtura fiũt maculæ in facie, in aliis partibus nõ itidem: quia materia expellitur per alias vias, alioquin fortaſsis in longè periculoſiorem diſpoſitionem incideret. His ita ſe habentibus, cùm potiſsimùm cauſa huius diſpoſitionis ſit intrinſeca, de prognoſtico vnum dicam. Cùm eſſentialis ſit ea temperies, & hepar calidius, difficulter tollitur. Oportet enim, vt inquit Galenus, hominem vacare ab omnibus curis, 3. lib. Artis paruæ, & de Tuenda ſanitate. Ad hæc, vt corrigatur tempera- B tura naturalis, opus eſt multo tempore, & tamen difficilimè tolli poterit, & vix tandem emendatur: & inſuper eſt periculum, ne ſuccedente ætate, cùm deficient menſtrua, & talis caliditas hepatis manere ſoleat, omnia ſint futura deteriora.

Credo aliquam partem curationis in euacuatione ſitam eſſe, cùm ſit repletum corpus, & gene ret plurimos humores aduſtos, qui ſunt educendi. Sed tamen in illa nõ conſiſtit cura integra, ſed potius in extrinſeco quodam impedimẽto, quod C auferendum eſt, ſicut dicã. Nunc in Vere ſumus, in quo humores mobiles facilè euacuantur: facerem igitur purgationes exquiſitiſsimas, non tantùm ventriculi, & eorum quæ in primis meatibus continentur, ſed totius ambitus venarum. Quo facto, facilius erit alterare membrũ. Et quia corpus eſt obediens, darem lenitiuum ex caſsia: quo facto, darem quoque ſyrupos alterantes. Et in hoc caſu ſero nihil præpono, ac poterit ſero multum & vtiliter vti. Exhiberem itaq; viij. aut D x. ℥. libram etiam omni die, ſi ventriculus toleraret: adderem etiam ſyrupum acetoſum ſimplex oxymel, etiam quod incidit humores groſſos, & facit penetrare: darem ℥. j. ſyrupi acetoſi, cum ſucco fumiterræ, & exhiberem alios conuenientes ſyrupos. Facilè enim in tam fœlici temperatura motum aliquem faceret in purgando, cùm præſertim ſerum etiam ſubducat aluum. Neque hîc vererer confectionẽ hamech, cuius darem ʒ. iij. cum decoctione thamarindi, & ſyrupo roſato & E violato, qui refrenarent calorem, & (quod ferè omiſeram) dum acciperet ſyrupos, mitterem ſanguinem è baſilica dextri lateris. Facta inciſione, acciperem idem ſerum caprinum, & infunderem in id myrobalanos, epithymum, folliculos ſenæ, polypodium, & adderem radices ellebori nigri, & euacuarem humores aduſtos ea facilitate, ſicut ſolemus euacuare in morbo Gallico cum ſyrupis noſtris, & ita fierẽt hę infuſiones, vt in vnaquaque eſſet ʒ. s. corticum radicum ellebori, & F poſſent corrigi cum ſeminibus citri & liquiritia. Hæc enim ſæpiſsimè experior feliciter in educendis humoribus. Vtatur poſtea recta ratione victus, & crebrò ac multum accipiat ſacchari roſati partẽ, & ſingulis ſeptimanis caſsiam ſimplicem, ante prandium hora vna. Hæc enim euacuat humores craſſos, & refrigerat hepar. Si ventriculus nimium relaxaretur, adderem vel puluerem rhabarbaræ, vel ſandalorum. His omnibus factis, ſi nondum perfectè curata eſſet, iuberem bibere a- G quas Veronenſes. Vidi enim magnificum quendam virum Venetum ex earum potu curatũ eſſe ab vlceribus peſsimis phagadænicis. Ideò crederem quòd etiam huic plurimũ conferrent. Quantum verò ad localia attinet, vt audio, læditur à quocunque adhibito, quia materia eſt aduſta: ideò nihil omninò apponerẽ ante perfectam euacuationem. Sed poſtea vbi facta eſſet purgatio exquiſita, ſi vellem extinguere calorem, & amouere malam illam diſpoſitionem: nõ video remedium melius, & quod magis ſit ad propoſitum, quàm eſt illud Galeni ex Solatro, cum oleo roſato contrito in mortario plumbeo. Sed illud tamẽ ipſum non applicarem, niſi completa purgatione. Poſt emundationem deſtillentur aquę ex ſucco limonũ, & thure maſculo, & eis ſæpius vtatur.

Ad maculas faciei pro nobili muliere.

℞. Olei abietis ℥. j. s.
Thuris maſculi ℥. j.
Succi limonum ℔. j.

Contundatur thus, & poſtea cũ reliquis miſceatur, & ponatur in balneo Mariæ ad lentum ignem, per horas duodecim: poſtea deſtilletur ab artifice, & ſeruetur aqua ad abluendam faciem, oleum ad inungendam.

CONSILIVM CX.

De tumore duro maxillæ dextræ, dicta in colloquio cum Chirurgo Leonico & Friſimelica in ædibus Montani. Anno 1550. Iunij 21.

IN hoc iuuene conſideranda eſt ægritudo in loco particulari, quæ ſtatis temporibus nõ ſemper contingit, ſed habet periodos. Circa maxillam dextram tumor dilatatur à mento ad aures, atq; inter hæc membra medium locum occupat. Audimus primò, quòd antea cùm fuit aliqua durities in dextra parte faciei, chirurgum tentaſſe maturare, ita attraxit materiam, & facta eſt inflammatio in loco: & cùm videbatur illi ſuppuratio, incidit, & nulla effluxit ſanies. Fuit igitur hoc initiũ. Et poſt hanc duritiem ita curatam ad vlcus deuenit, ita vt certis temporibus in eo fiãt cruſtæ, quæ decidunt adhibitis medicamentis. Nunquam tamen liber eſt, & etiam nunc fit cruſta certis temporibus ac periodis, itaq; cogitur conſulere Medicos. Sunt autem tres anni, cùm fui Taruiſij, & vidi in ea maxilla magnum tumorem, & conſideraui, & percunctatus de percunctandis, dixi eſſe propter caliditatem hepatis, vt deinceps oſtendam. Et narrauit mihi cauterium ſibi factum eſſe in brachio, quod ego non damno, & ſi in crure maluiſſem. Exhibui medicamẽta diuertentia, & refrigerantia. Medici verò noluerunt ea, quæ iuſſi facere, inde ſemper incidit in deteriores affectiones. Nunc acceſsit ad E. V. & fuit aliquo modo curatus, ſed non plenè liberatus. Ideò rurſum quærit curationem, ac petit ſibi prouideri, ne incidat in talia. Video autẽ quòd habet vlcus cum eſchara, vbi eſchara non prouenit à cauſa externa, ſed interna, videlicet humore acri & calido, inducente eſcharam: inflammatur locus ille, & fit inflammatio purpurei coloris, quæ tendit ad

rubedinem. Et ita ex colore, & ex cruſta iudico materiam eſſe calidam. Talis materia igitur calida eſt & aduſta: & quia ea defluit, certè defluit ab aliquo termino. Proponuntur duo membra, à quibus poteſt defluere: vt caput, à quo poteſt defluere ad maxillam: vel poſſunt aſcendere vapores ab inferioribus per venas: ergo poteſt eſſe à ſuperiori, videlicet à capite: vel ab inferioribus, vt ab hepate. Quod hîc mandat, an vtrunq;? Ego non poſſum determinare id, quod non indicetur ab aliqua ratione. Percunctatus ſum, nunquid antea habuerit defluxum à capite, aut apoſtemata circa adenas? Nihil dixit prorſus ſe habuiſſe, nonnunquam aiebat ſe catarrhum habuiſſe. Sed ex interrogatione diligenti non potui rimari, & in coniecturam rationabilem deuenire, quòd ſit caput læſum. Nam illud membrum, cuius actiones ſanæ, læſum non eſt: neque cognoſcimus læſum, niſi eius operationes læſæ, ſiue iſtæ vitientur, vt ſit morbus vel diſpoſitio morboſa. Nec inuenio iſta, quę ſenſui appareant. Cùm igitur non ſit in capite læſio, acceſsi ad alia: & quia omnes humores generãtur in hepate, conſideraui illud. Video in eo colorem ſubnigrum, amplitudinem venarum: habet pilos multos in capite, eſt in aliis partibus ſine pilis propter ætatem, eſt ſatis muſculoſus, circa ſuperiora magis quàm inferiora. Quæ ſigna ſunt hepatis calidi: nam tales habent ſanguinem calidum, qui magis nutrit partes ſuperiores: eſt igitur habitus calidi & hepatis calidi. Cùm igitur hepar calidum plus generat de bile & humore aduſto, & fit fruſtratio coctionis dupliciter, cùm vel non accedit ad perfectionem, & remanet cruditas, vnde ſanguis pituitoſus: vel cùm ſuperaſſatur, vnde aduſtus. In hoc igitur iuuene cùm hepar ſit calidum, in quo generantur quatuor humores, iuxta gradum hepatis plus de calido & aduſto generatur. Contrà, ſi frigidum eſſet, plus de pituitoſo & aquoſo humore generaretur. Ad tale hepar acceſſerunt cauſæ extrinſecæ, quæ id potuerunt præſtare, vt fierent ægritudines. Eſt venator, exercitatur, incaleſcit in ſole, vtitur etiam vino potẽti, quod inflammat adoleſcentes. Vtitur etiam cibariis calidis. Habemus igitur membrum, quod mandat excrementa ſua ad illam partem, habemus terminum, à quo fluit illa materia, & terminum ad quem, & quòd fluit ad dextrum: quia natura ſeruat κατ' ἴξιν rectitudinem in fluxu. Vnde Medici cùm volunt auertere, ſeruant quoque eam rectitudinem. Defluit igitur materia ab hepate, vel ſub forma vaporis, vel humoris, vel vtroque modo. Cur igitur fluxit ad maxillam dextram, non ad brachium? Meritò id factum, quia apparuit duricies circa locũ illum, & fuit malè curata. Cur fuit ibi puſtula? Hoc eſt, ac ſi quæras, cur in hac parte vulneratus? quia erat illic commoditas vulnerandi, & ita ibi materia delata ſurſum. Audiuimus etiam, quòd malè fuerit curatus, habuit duriciem quandam, tentata fuit maturatio, & talibus medicamentis calefaciunt locum, & relaxant: ſunt enim calida & humida. Vnde Galenus prohibet, dum materia defluit, ne applicentur maturantia. Et hoc eſt peſsimum: præparant enim locum relaxando ad fluxum.

A Cumque ita fuerit curatus ab inflammatione, debilitatur locus, & ita paratus fuit, vt fieret imbecillior, & excrementa ad imbecilliorem partem mandantur. Facta autem eſt imbecilla pars ob malam curationem, ob longam ægritudinem, & ità aggregata materia, quam natura expellere tentat. Ac audiuimus, quòd hoc anno peius valuit, & inflammatio augetur & minuitur, iuxta collectionem materiæ. Eſt igitur hæc pars affecta propter loci imbecillitatem, & rationem ſitus, videlicet B rectitudinem. Accidentia iam ſunt nota. Video duriciem, quæ videtur eſſe per totam maxillam, vbi erat eſchara. Quæ cauſa duriciei eſt? Credo quòd ſit materia aduſta, quę permanſit in loco: nam cùm applicamus reſoluentia, reſoluuntur tenues partes facilè, & craſſa permanẽt: quia quod facilè alteratur, tollitur, terreſtre permanet, idque difficulter diſſoluitur. Eſt hîc inflammatio, video foramina, quæ arguunt materiam fluere ad illum locum, quæ eſt acris, corrodens, C calida. Et ita credo, quòd eſt materia calida, cuius gradus multi ſunt. Si eſt aduſta, petit cutim, epidermin, & fit herpes: & quando magis aduſta, fit herpes miliaris: & quãtò plus acquirit aduſtionis, tantò minus ſerpit, ſed magis erodit. Hæc materia non eſt in extremo, quę poſſet facere herpetem phagædenicum, & ita tenuis non eſt, vt ſerpat. Quomodo igitur appellanda, vel lichen, vel impetigo? Sed cùm habemus naturam eius, de nomine nõ ita ſum ſolicitus. Poteſt fieri quòd D ſit lichen, quia Celſus dicit lichenem occupare locum circa mentum. De nomine itaque dicam nihil amplius, cùm de re & natura nobis conſtet. Paucis procedam, quia erat curatus: habet chirurgos tantùm ſollicitos, ne incidat in talia: quęritur qua arte procedere debemus, ne in talia incurrat. Faciam prognoſticum. Quando deueniet ad maiorẽ ætatem, fiet aduſtio humorum quoq; maior: & niſi ſibi cauebit, incidet in morbum aliquem malum, vt cancrum phagædenicum. Natu- E ra morbi indicat quid faciendum. Eſt membrum mandás calidum, generat humores aduſtos, qui euacuandi. Ne generentur, contempera hepar & membrum, ne recipiat, corrobora. Duę igitur indicationes: vna propter membrum mandans, altera propter recipiens. Ego procederem ita: Exquiſitè purgato corpore, quod optimè factum eſt ab excellentiſsimo Friſimelica, curarem ne generarẽtur amplius humores aduſti. Ad aliud verò ad alterationem: quòd hepar plus æquo cali- F dum debet alterari. Proponitur aqua Veronenſis Calderiana, quia habet vim refrigerandi, & vltra hoc etiam corroborat: eam vellem exhiberi extrà & intrà. Audio illum habere tumorem lienis: non mirum quòd eum habeat, quia abundat humoribus aduſtis. Quare prodeſt ei ferrum, & electuariũ de ſcoria ferri, quod tollit obſtructiones lienis. Et laudo, vt ſingulis annis vtatur his balneis. Temporibus intermediis vti vellẽ eum ſaccharo roſaceo. Fugiat exercitia valida, & vinũ G forte ne bibat, & à cibis calidis abſtineat, nec alias res alterantes deuitet. Exterius vnguentum roſatum Meſues, & alia poſſunt adhiberi. Eſt vnum, quòd hepar non facilè poteſt alterari, ne generet

neret humores aduſtos. Volo vt fiat cauterium in crure: quia in omni auerſione vbi terminus à quo,& ad quem,non debemus retrahere per eundem impetum humorem.fluit ab hepate,& volumus retrahere ad brachium:nō retrahes,imò attrahes. Sed tu volens retrahere, retrahe ad crus, & impedies impetum humoris. Hoc antea quoque laudaui, & nunc dico, verùm idem repetendo, quòd omninò faciendum eſt cauterium in crure: quia proderit,ſicut nocet illud in brachio. Quare id in brachio factum conſolidetur. Habet quoque rectam victus rationem. Circa locum læſum,quia percipit influxum, laudo ſuccum Solatri cū oleo roſato completo, vt in plumbeo mortario, piſtillo plumbeo ducatur: hoc etenim repercutiet,& conſtringet locum ne recipiat,& inflammationem tollet,id quod erit ad præſeruandum bonum. Leonicus roſas,myrthum & rhus decoquebat in vino aſtringente, vt eo fomentaretur locus ne reciperet.

CONSILIVM CXI.

De intemperie humida cerebri, & præſeruatione dentium à nigredine & putredine, pro puero nobili Germano Fuggero,datum anno 1548.

TRIA à nobis requirūtur. Primò,cùm cerebrum & caput ſuapte natura valde humidum ſit, ad temperiem magis æqualem quomodo reduci poſsit. Secundò, quomodo dentes ad putredinem nigredinemque procliues,præſeruari & cuſtodiri poſſint. Tertiò, vtrum dentes qui iam ad nigredinem & putredinem deducti ſunt, poſsint vel arte, vel natura reſtaurari. Ad primum quæſitum reſpondemus,cerebrum poſſe ad maiorē æqualitatem traduci, ablata ſuperflua humiditate, non ſolùm arte,ſed etiam natura. Conſtat enim pueros omnes humidioris eſſe cerebri, & poſtea in ætatis incremēto exiccari magis, & ad æqualitatem quandam peruenire.Habebit igitur & iſtud nobiliſsimus puer, quod beneficio ætatis in melius verget: ſed non propterea ars ocioſa eſſe debet in adiuuanda natura, præſertim cùm illa cerebri humiditas eò deuenerit,vt multorū incommodorum cauſa fuerit. Hactenus autem non defuimus conſulendo,credoq́; curatores ſuos,quæ ꝓbauimus antè,videlicet ea quę moderatè exiccant, adhibuiſſe: vt tamen magis ac magis optatum finem conſequi poſsit, nunc quoque pauca dicemus. In ratione victus præcipuam perſeuerantemq́; curam adhibere debemus,ſine qua nihil rectè fieri poteſt. Poſt reliqua aer eſt præcipuè obſeruandus. Ideò animaduertendum, ſi quandoque in Germaniam acceſſerit(nam certò acceſſurus eſt) vt caueat ab intenſa frigiditate & humiditate aeris,eligatque loca,quæ minimè de his qualitatibus participent: & ſi cogatur in tali aere manere, caput ſuum aliquo cooperimento muniat, & vtatur odoramētis calidis & ſiccis, ſicut eſt ſuffumigiū ex ſtorace, belzuino, decocto garyophyllorum, corticum citri in acéto & aqua roſata,ac pluribus huiuſmodi. Circa potum ca-

A ueat à potationibus & vino potēti: hæc enim maximè replent caput, & calorem innatum extinguunt. Fugiat ventriculi cruditates, vtaturq́; vino ſimplici & moderato. Et quiſnam cibus eſſe debeat,iam frequentiſsimè illi præcepimus: neq; enim à laudabilibus carnibus eſt abſcedendum, qualis eſt vitulina, hœdina, pullorum, & auium campeſtrium, caponū ſenum,oua ſorbilia, & fercula ex hordeo,oryza,panico conceduntur. Cauendum eſt ab oleribus, piſcibus, à lacticiniis & B leguminibus,à rebus frictis, & fructibus quantū fieri poteſt: hæc enim omnia cruditatem habent, caput replent, humoremq́; excrementitium efficiunt. Hæc in ratione victus ſeruari debent, vt caput ad æqualē temperaturā reduci poſsit. Quantum verò ad medicamenta attinet,optimum erit ſi bis ſingulis annis purgabitur, Vere inquam, & Autumno. Purgatioque ſit talis:

R. Aloes optimæ ℈.iiij.

Detur per vnam horā ante cœnam. Poſtridie C incipiat ſumere infraſcriptū ſyrup. per dies 7.

R. Syrupi de Betonica,
De ſtœchade ana ℥.j.
Decoctionis ſaluiæ,
Maioranæ,
Betonicæ.

Factæ in aqua meliſſæ deſtillatæ ℥.iiij. Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis. Vltimo pillularū cocchiarum ʒ.j. vel Indarum,vel confectionis hamech cum ſuccharo in bolo,aut in hauſtu,in de- D cocto betonicæ, prout illi placuerit: detur in aurora cum cuſtodia. Hæc ſatis ſint pro euacuationibus. Spacio verò quod eſt inter ambas purgationes, vtetur ſemel tantū in ſeptimana horā vna ante cœnam ℈.j. aloes optimę in pillulæ formam redactę,ac præterea ſæpiſsimè accipiat manè myrobalanum chebulum conditum in oriente: erit enim efficaciſsimum remedium ad exiccandum cerebrum,corroborandumque. Præterea vtetur lotionibus capitis ſingulis ſeptimanis ſemel tan- E tùm,quæ ſint ex lixiuio dulci,facto ex ſarmentis vitium,vel ligno ſalicis, quantum ſufficit: maioranæ, ſaluiæ, betonicæ, roſarum rubearum, ana manip.j.agarici ʒ.j. Decoquantur omnia in prædicto lixiuio, & cū hoc caput abluat, deinde moderatè ſiccando extergatur cum pannis moderatè calidis: abluatur veſpertinis horis ante cœnam,ita vt non amplius in aerem exeat, vſque ad ſequentem diem. Item geſtet continuè in manibus poma odorata,arte confecta,& poterunt eſſe F huiuſmodi:

R. Seminum nigillæ ʒ.iiij.
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ ana ℥.iij.
Storacis calaminthæ optimæ ℈.iiij.
Ladani electi mollis ℥.ij.
Muſci,
Ambræ ana ℈.j.

Cum maſtiche & colophonia diſſolutis ſecundùm artem, admiſcendo aquam roſaceam, & o- G leum aromaticum garyophyllorum: vel cinnamomi,fiat pomum,& vtatur vt ſuprà. Hoc quantum ad cerebri temperiem inducendam, quod primum fuerat à nobis propoſitum. De ſecundo,

de præſeruatione dentium à putredine & nigredine, erit ſciendum primò,quæcunque diximus ad cerebri temperaturam corrigendam, maximè etiam facere ad dentium præſeruationem : ſi modo credimus,ſicut credendum eſſe arbitror, dentes & nigreſieri & putreſieri ab excrementitia cerebri humiditate: erunt tamen nonnulla localiter adhibenda,vt dentes præſeruentur.Quamuis multa iam præcepimus facienda, nihilominus addentur quoque alia quædam: ita tamen, vt ea quæ hactenus inſtituimus, non propterea contemnantur: vnumque erit quod præſtantiſſimum iudico, tum ad abſtergẽdos mundificandosque dentes, tum etiam à putredine conſeruandos, quod eiuſmodi eſt: A B

R. Oſsium dactylorum ʒ.ij.
Corallorum rubeorum ʒ.j.
Farinæ lupinorum ʒ.iij.
Scillæ aſſatæ ʒ.vj.
Radicum iridis ʒ.iij.

Contundantur contundenda, & omnia miſceantur cum optimo melle:deinde fiant trochiſci parui,& exiccẽtur in vmbra: poſtea vſus tempore diſſoluantur vel in aceto ſcillitico, vel in vino albo,vel in decocto ramorum lentiſci cum vino,& cum eo liquore abluat ſingulis diebus manè dentes, & foueantur, tenendo in ore iſtum liquorem, in ea maximè parte, in qua putreſiunt dentes: ſed prius diligenter fricentur panno albo ſubtili mundo.Etſi videbũtur gingiuæ quandoque nimis rubeæ, liuidæ, vel tumentes: ſcarificentur manè,ita vt inde ſanguis exeat,qui exprimatur diligenter, & expuatur: poſtea in ore teneat vinum nigrum calefactum, in quo ſaluia, roſæ & balauſtia decocta fuerint. Aliud dentifricium optimum: C D

R. Corticum oſtreorum combuſtorum & puluerizatorum ʒ.iij.
Vernicis ſeu ſandarachæ ʒ.iiij.
Radicum iridis ʒ.ij.
Radicis ariſtolochiæ, E
Gentianæ,
Centauri maioris ana ʒ.ij.

Terantur omnia per ſe, deinde miſceantur, & excipiantur cũ oxymelle ſcillitico, fiant trochiſci parui, & poſtea tempore vſus fricentur dentes cum illis,& lauentur dentes cum aceto ſcillitico: vel diſſoluantur iſti trochiſci cũ vino, & fiat ſicut ſuprà dictum eſt. Aliud præſtans remedium,qđ dentes mirum in modum abſtergit,& à putredine præſeruat:prius frictis dentibus,ſola gutta liniat dẽtes oleo vitrioli,& poſtea perfricẽtur cum panno aſperiori : ſtatim enim decidũt ſordes per plurimũ temporis collectæ in eis.Si haberi etiam poſſẽt cedria,optimũ eſſet ad eundẽ vſum.Quòd ſi haberi non poterit,loco eius vtatur oleo ꝑ artẽ deſtillato ex vernice,ſeu ſandaracha: hocq́; idem præſtare poterit,quod cedria. Quantũ ad tertiũ, non videmus dentes euulſos aliquo pacto vel artificio refici poſſe, ſicut & aliâs affirmauimus. F

CONSILIVM CXII. G

Ex Italico, illuſtriſſ. D. Aloiſio Gonzagæ, cui duo priores dentes inferiores mobiles erãt.

SVPERIORIBVS hiſce diebus accepi literas præſtantię veſtræ, quibus remedium petebat ad firmandos duos priores dentes inferiores redditos mobiles. Quia verò cauſa mobilitatis dentium nõ vna eſt,verùm diuerſæ,& interdum contrarię: requiruntur etiam diuerſa,& ſæpe contraria remedia. Ad duas autẽ ferè deducuntur: vel conſumptionem carnis gingiuarum,ex qua alueoli,ſeu foſſulæ dilatantur. Vel nimiam humiditatem,ratione cuius dens firmari ſtabiliſq; permanere nequit. Atq; hæ cauſæ etſi contrariæ ſunt, tñ idem effectus,videlicet dentiũ mobilitas,conſequitur. Cũ verò ex literis D.V. quæ res ſuas perſpicuè quidem explicari poteſt, non potuerim cognoſcere vtra harum cauſarum adſit:ſanè animo ſuſpenſo atq; dubio quid agendũ eſſet cogitaui, ſumq; veritus ne in ignoratione veræ cauſæ, remedia inconuenientia pręſcriberem.Lectis autẽ literis ad clariſs. noſtri Prætoris cancellarium miſsis, perſpexi ſingulare deſiderium veſtræ præſtantiæ. Ideoq; hæc præſcribẽda putabam tribus potiſsimùm de cauſis. Primùm, vt afferã excuſationem ceſſationis meæ, quòd remedia mittere diſtulerim. Accidit enim hoc nulla mea negligentia,verùm quòd exiſtimarẽ anceps remedium non eſſe pręſcribendũ. Deinde vt quo pacto ſe habeãt gingiuæ, à P.V.cognoſcerẽ, quo de peculiaribus remediis rectius monere poſſem. Poſtremò viſum eſt auxilium celebratũ & vſu probatũ ab excell. Medicis:quod cum viribus diuerſis conſtet,propter miſtionem medicamẽtorum, omnibus cauſis à quibus mobilitas prouenire conſueuit, occurrere poteſt, nunc ſignificare. Eſt autẽ id tale:

R. Radicis maluarum,
Fœnugræci,
Glycyrrhizæ ana ℥.j.
Hordei mundi p.j.
Aquæ fontis ℔.ij.

Bulliant omnia ſimul ad medietatis conſumptionem:deinde exprimatur,& percoletur.

R. Sacchari candi roſati ana ℥.iij.
Confectionis Diatraganthi in forma ſolida ℥.ij.s.
Aceti ſquillitici ℔.j.
Mellis optimi ℔.s.

Bulliant omnia ſimul, auferẽdo ſpumam vſq; ad conſiſtentiam ſyrupi : ſeruetur in vaſe mundo. Hoc illiniri dentes mobiles oportet : deinde decocto ſequenti abluere :

R. Balauſtiarum,
Roſarum rubr.ana ℥.j.
Radicis Iridis,
Radicis Althææ,
Fœnugræci,
Glycyrrhizæ ana ℥.j.s.
Hordei mundi p.ij.

Decoquantur in q.s.vini albi. Puluis quo dẽtes perfricentur:

R. Sandarachæ,
Maſtichis,
Gummi Arabici ana ʒ.j.
Radicis iridis ʒ.ij.
Roſarum rubrarum,

Corallo-

Corallorum rubrorum,
Garyophyllorum ana ℈.iiij.

Puluerizentur omnia per ſe ſubtiliſsimè,deinde miſceantur,& cribellentur: fiat puluis mollis, & ſine aſperitate,quo ſuauiter fricentur gingiuę, præcipuè in parte affecta. His remediis Præſtantia veſtra tutò vti poterit, à quacunq; cauſa iſta mobilitas procedat. Quòd ſi exploratè atque diſtinctè de cauſa certior factus fuero, diſtinctius quid ſit agendum præſcribam. Ad extremum me veſtræ Præſtantiæ ſummiſsè commendo.

CONSILIVM CXIII.

Ad ſoliditatem dentium.

VTATVR vitrioli oleo bene facto. Montanus retulit ſe didiciſſe Romæ ex quadam muliere, quam Mariam Græc. appellabant: ad quam cùm veniſſet admodum iuuenis, atq; illa eſſet annorum viginti, poſtea quinquagenaria in eodem ferè ſtatu eam reperit, quæ formæ atque virium integritatem oleo vitrioli acceptum tuliſſet, atque ſignificaſſet ſe ex eius vſu dentes, quos in iuuentute peſsimos habuerat, pulcherrimos haberet, & firmiſsimos, gingiuas etiā firmas: & addidiſſe, quòd videretur ſibi ob eius vſum tardius ſeneſcere. Vſa erat autem ſingulis diebus vna aut altera guttula, gingiuas & dentes leniter fricando. Montanus his dictis procuratione cuiuſdā hęc addidit:

℞. Sandarachæ, id eſt vernicis,
Maſtiches ana ℥.j.
Gummi elemi.
Terræ ſigillatæ,
Boli Armeni ana ℥.j.s.

Gummi diſſoluantur in aceto ſcillitico, & reliqua puluerizentur. Poſtea cum oleo terebinthinæ fiat linimentū, addita modica cera, & vt prius dixi, manè fricentur dentes cum panno lineo intus & extra, ſuauiter tamen. Deinde lauētur cum vino aromatico. Poſtremò fricentur leniter cum prædicto linimento, & dimittatur ad incarnationem & purificationem dentium.

℞. Folia lentiſci q.s.
Aceti ſcillitici partem j.
Aquæ partes ij.

Coquantur ad conſumptionem aquæ, & os eo calido abluatur, tenendo illud aliquandiu, & leniter gingiuas fricando.

CONSILIVM CXIIII.

De dentium dolore, & ſiniſtræ auris.

RECIPE Reſinæ cedri, qua Dioſcorides vtitur ℥.s.
Auicenna habet gummi iuniperi, quo Italia caret.
Aceti q.ſ. & abluantur dentes.
Si dolor ad aures pertingit:
℞. Olei roſati ℥.s.
Ceparum inciſarum M.j.
Vini dulcis q.ſ.

Decoquantur inſtar pultis. Quòd ſi vehementior fuerit dolor, addatur ſemē lini, & fiat emplaA ſtrum: auri imponatur. Præter diætam matutinam pillulis quoque duabus cocchiis ℈.j. dimidia hora ante cœnam vtatur. Quia verò dolor intenſior erat, nec mitigari poterat vel repercuſsiuis, vel laxantibus & extrahentibus, nedum tolli: applicari iuſsit illi duo cauteria, alterum in loco dolenti ſecundùm aurem ſiniſtram, alterum è regione. Primùm verò Chirurgus locū ab inunctionibus mundabat, & tondebat: denique nouacula fricabat. Cauterium hoc erat. nam caute- B ria ſunt duplicia: aut enim eſt actuale, aut potentiale. Et quemadmodum illud fit ferro ignito & inciſione, ita hoc rebus terreſtribus multum, ne vis citò exhalet, & multum exiccantibus. Potentialia autem iterum bipartitò diuiduntur in ἐσχαρωτικὰ & veſicantia: horum vſus maximus in diuertendis fluxibus illis, qui in ſiccioribus locis, vnde materia dolorifica euacuari debet. Quia verò caput habet ſicciſsimā cutem, nec carnis multum adeſt, applicari fecit potentiale cauterium C ἐσχαρωτικὸν, ob materiam doloris exiccandam. Fuit autem hoc ex cinere aut ficuum, aut quercuum, aut ſarmentorum fabarum, aut ex cinere alkali, id eſt herbæ, quæ empetron eſt Dioſcoridi, vnde ſapones quoque & vitra fiunt: inde fit lixiuium, quod ad ſpiſsitudinem decoquitur, & exiccatur: addatur deinde calx viua. Multi decoquūt etiam lanarum pulueres, addito ſale, quibus loco cauteriorum ſæpe vtuntur.

D

CONSILIVM CXV.

De deſtillatione ad dentes & gingiuas, & ardore vrinæ, pro quodam Mercatore Germano.

AVDITIS omnibus diſpoſitionibus præter naturam, quæ in hoc nobili viro inueniuntur, & maturè his conſideratis, iudicauimus fundamentum totius curationis ad duo potiſsimùm eſſe referen- E dum, ad rectam ſcilicet victus rationē, & opportunam medicinarum applicationem: illud præcipuè admonētes & teſtantes, medicamēta prorſus nihil profutura eſſe, imò etiam nocitura, niſi recta viuendi ratio adiungatur, vt erat ſententia Galeni. Quantum igitur ad victus rationem attinet, oportebit primò, vt ab omni aeris exceſſu caueat, præcipuè tamen frigido & humido. Vnde nec in terrenis habitationibus immorabitur, neque habitabit vbi feneſtræ ad Septentrionem F ſunt expoſitę, præcipuè hyemis tempore: nec noctu dormiat apertis feneſtris, aut denudato corpore, ſine ſtragulis. Euitabit etiā radios lunares, & omninò in nocturno aere non immorabitur. Venti præterea, cuiuſcunq; generis ſunt illi contrarij, præcipuè tamen Auſter & Boreas. Cauebit ab omnibus animi motibus, præcipuè tamen ab ira & mœſtitia. Poſt prandium & cœnam nec ſcribat, nec aliquid intētius cogitet: ſed hilariter, & animo tranquillo cum amicis confabuletur. G Vtatur temperato corporis exercitio matutinis horis, citra ſudorē deambulando. Studebit ſingulis diebus, naturaliter alui beneficium vt habeat: quòd ſi aliquādo defecerit, manè ſumat ho-

ris tribus ante prandium ʒ.ij.vel iij.vſque ad ℥.s. A terebinthinæ Cypriæ, quæ non tantũ aluum leniet, ſed optima etiam erit ad renes expurgãdos, & prouocandam vrinã: quo auxilio maximè indiget. Ideò cõſulo vt bis ſingulis ſeptimanis hoc vtatur auxilio, etiamſi alioqui ventris beneficiũ habuerit. Somnum meridianum quammaximè euitabit. Eſt enim ſuis diſpoſitionibus omninò contrarius, & præcipuè deſtillationi. Cibo inter omnia vtatur quàmmaximè ſimplici: nihil enim illi deterius, q̃ epularum varietas, & multitudo. B Sed & vino modicè vtatur, quod ſit ſubſtãtia tenue, limpidum, tranſparens, maturũ, nec dulce, nec aſtringẽs, viribus mediocre: qđ parciſsimè bibat: cauebitq; omninò, tanquam à peſte, à compotationibus, neq; bibat inter prãdium & cœnã. Euitabit omnium piſcium eſum, præſertim Venetiis: vbi piſces, quantò guſtu iucundiores ſunt, tantò ſanitati deteriores. Fugiat omnem vſum lactis, & quæcunq; ex lacte conficiuntur: ſed à caſeo præcipuè ſibi temperabit. C Abſtineat à paſtilibus, leguminibus, rebus frixis in ſartagine, ab oleribus crudis, ab omnibus cibis, qui craſſum & viſcidum humorẽ generant. Vnde & carnes agnorum ſunt illi quammaximè aduerſæ, fortè etiam magis quã porcinæ: de agnis loquor minoribus. Nã ſi haberi poſſunt anniculi, illos reliquis omnibus carnibus præferrẽ. Inter prandium & cœnam nouem ſaltẽ horæ intercedant, fugiatq; ſemper ſatietatem & repletionẽm: parcius tamen cœ- D net q̃ prandeat. Quantò enim erit cœna parcior, tantò coctiones alimẽti erunt meliores, & minus redũdabit catarrho, & reliquis excremẽtis. Cum hac diligẽti victus ratione, quæ perpetuò illi obſeruanda eſt, vel nullo modo eſt incipienda, niſi ſit animus quoq; perſequendi: ſpero quòd maxima pars curationis ſit perficienda. Vt melius tamen, & tutius perfici poſsit, medicamentorum quoq; auxilium non contemnat: illudq; in primis obſeruabit, vt ſingulis annis in Vere purge- E tur: quod etiam ſummoperè laudarẽ in Autumno. Sit autem purgatio hunc ferè in modum:

℞. Electuarij de ſebeſten ʒ.x.
Specierum hieræ ſimpl. ℈.iiij.

Miſce cum ſaccharo, fiat bolus, dandus tribus horis ante prandium. Deinde

℞. Oxymellis ſcillitici,
Syrupi Byzantini compl. ana ℥.j.
Decoctionis ceterach,
Cichorij,
F Capillorum veneris ana ℥.iij.

Miſce pro vno, & ſic per nouem. Sumptis ſyrupis accipiat medicinam infrà ſcriptam:

℞. Confectionis hamech ʒ.iij.
Oxymellis ſcillitici ℥.j.

Cum aqua betonicæ fiat potio breuis, danda in aurora cum cuſtodia. Quòd ſi medicinam abhorreat à potu, accipiat pillulas aggreg. pondere ʒ.j.s. & fiant pillulæ num. 7. ſumendæ in aurora cum cuſtodia. Magis tamen laudo potum, ſi tolerabit. G Peracta huiuſcemodi purgatione per 15. dies continuos ſecuturos, accipiat hora vna ante prandium & cœnam ℥. s. optimi ſacchari roſati. In mediis verò temporibus, inter purgationes ordinarias, vt efficacius poſsit præſeruari, non dimittet vſum terebinthinæ Cypriæ, de qua antea locuti ſumus. Præterea in toto æſtatis tempore, laudo vt ter vel quater in menſe ſumat ʒ.j. optimi rhabarbari puluerizati cum ℥.j. ſacchari roſati optimi, tribus horis ante prandium. In temporibus verò reliquis optimæ erũt pillulæ de tribus, Ruffi, quæ conficiuntur ex æqualibus partibus myrrhæ, croci, & aloes, vt ſumat ʒ.j. per horã ante cœnam eodem modo ter vel quater in menſe. Vbi verò ardor ille vrinæ perſeuerabit, bibat ſingulis diebus manè, antequã domo exeat ad ſua conſueta negocia ℥.x. vel ℔.j. iuris pulli, in quo decoctæ fuerint liquiritia, & duę radices althææ, manipulus foliorum maluæ, & ℥.s. ſeminis cidoniorum, ex quibus facta forti expreſsione, bibat hoc decoctum calidum: perſeueret autẽ per plurimos dies: erit enim remedium efficaciſsimum, & tutiſsimum ad ardorem vrinæ ſedandum. Verum tñ eſt præcipuè animaduertendum, quod in victus ratione omiſerã, vt quantũ fieri poteſt, abſtineat à coitu: nihil enim magis contrarium ſuis diſpoſitionibus, ita vt ſi omnia fiãt, & in hoc tantùm delinquat, plus poterit hoc ſolùm ad deſtructionem, q̃ reliqua omnia ad conſeruationẽ. Et ſi hæc omnia diligenter obſeruauerit, ſpero illi omnia feliciter ſucceſſura, cum auxilio ſummi & omnipotentis Dei, cuius nomẽ ſit benedictũ.

Ad exiccandas gingiuas, denteſq; firmandos, optimum præſidium, & facilè parabile.

Primò, vt ſemper manè ſuauiter fricet dentes intus & extà panno mundo lineo: deinde abluat os cum vino albo aromatico, in quo nulla ſit ſenſibilis frigiditas: poſtea teneat in ore inter dentes commotos, & gingiuas affectas modicum aceti ſcillitici: & quantò diutius tenebit, tantò melius. Studebit enim habere frondes lentiſci viridis, quas facilè haberi poterit, & ſemper aliquid leniter ex fronde contuſa teneat in ore. Dictamnum etiam Cretenſe, quod nunc paſsim habetur Venetiis, teneat in ore aſsiduè, leniter maſticando. Calamus etiam aromaticus, & zedoaria, ſi in ore teneantur, & maſticentur, hoc idem præſtant. Decoctum etiam ligni Indici in vino albo aromatico, quo frequenter dentes colluat, ſummoperè confert.

CONSILIVM CXVI.

Pro exulcerato labro à materia melancholica aduſta, & diſpoſitione ad cancrum, præſcriptum Italicè.

PRimò quantum ad conſeruationem ſanitatis attinet, ab omnibus moleſtiis animi ſibi temperabit, maximéque fugiet triſtes & ſolicitas cogitationes: quantumq; fieri poteſt, animo læto atque hilari in ſuauitate eorum quos diligit, acquieſcat. Exercitiis vtatur matutinè moderatis, videlicet deambulatione vel equitatione p vnius horę ſpacium. Et vbi propter cœli iniurias equitatio non conceditur,

conceditur,

conceditur, domi obambulet. Operam det vt aluus ſit lubrica, & ea re ſingulis diebus hora, quæ prãdium præcedit, accipiat ius pulli, in quo decoquatur ℥. vuarum paſſarum cum pug. fol. maluæ atque 8. vel 10. prunis dulcioribus, adiiciaturque parũ zuccari. Hoc non modò aluum emolliet, verùm etiam medicamenti conuenientiſsimi loco erit. Vt ſomnus 8. ad minimum ſit horarũ, ſeſe aſſueſaciet. Vinum bibat tenue, clarum & tranſparens, quod non aſtringat, coloreque ſuffuluo ſit, aut albo, prout ventriculo ſuo conuenire ſentiet. Carnibus vtatur animalium iuuenum, ſicut pullorum vitulorũ lactantium, hœdorum: ſuo tamẽ quolibet tẽpore abſtineat à bouina & porcina, ſiue ea ſit recens ſiue ſale cõdita. Itẽ ab auibus quæ loca paluſtria incolunt, vt ſunt anſeres, anates. Item ab omnibus piſcibus, maximè qui in paludibus capiuntur. Caueat à lacticiniis, ac præcipuè caſeo. Item à paſtilibus & in ſartagine coctis. Denique ab omnibus ferculis zuccaro & vino cocto conditis. Fugiat allium, cepas, omnia aromata, omnes radices, maximè paſtinacas, napum, radiculam petroſelinum: interdum rapis bene coctis in bono iure carnium vti poterit. Abſtineat ab omnibus herbis crudis & coctis, excepta bona lactuca, endiuia & boragine. Comedat oua recentia aqua cocta. Pulmenti vice, far, oryzam, ſpeltã bono iuſculo incoquere poterit. Hæc erit illius victus ratio, ex qua maxima pars ſanitatis dependet. Quantum ad vſum medicamentorum attinet, ſingulis annis bis expurgetur corpus, primo ſcilicet Vere & Autumno: vtatur autem medicamẽto prius à me præſcripto, videlicet ſyrupo magiſtrali. Et tempore verno ante purgationem ex vena axillari dextri brachij detrahãtur ſanguinis ℥. viij. Quòd ſi etiam hæmorrhoides intumeſcẽt, conſilium meum eſt vt aperiantur. Idq; ſi fieret, dimidium optatæ ſanitatis ſe conſequutũ ſperet. Aſſumat etiam ſingulis ſeptimanis bolum ex flore caſsiæ cum ℥. rheubarbari electi, puluerizati, trib. horis ante prandium. Hoc medicamentum domi in promptu ſit, quod ſibi Venetiis mittendum curabit. Labro exulcerato ſubſcriptum vnguentum, & nihil præterea aliud apponat.

℞. Succi ſolatri purificati,
Olei roſ. compl. ana ℥. iiij.
Ceræ albæ parum.

Miſce, fiat linimentum molle. Hoc vnguento ſæpius, vtpote decies etiam in die labium inungat, atq; imponat folium plantaginis: & ſi ea deſit, maluæ, vel blitis folium mollius.

Consilivm CXVII.

De apoſtematibus cancroſis in naribus pro nobili Germano, datum anno 1546. Menſe Auguſto.

Vt poſsit conſeruari, atque etiam præſeruari ſua dominatio, oportet vt habeat rationem diligentiſsimam circa omnes res nõ naturales, & primò circa aerem, cùm ferè tota cauſa ſuæ ægritudinis ſit vitio cerebri. Quantũ fieri poteſt, euitabit omnes

A exceſſus aeris, tam calidos quàm frigidos: vnde ventos tam auſtrales, quàm boreales effugiet, & moram ſub ſole. Quòd ſi cogatur equitare vel flantibus ventis, vel ſub ſole, curabit omni artificio, vt muniat caput ab omni offenſa. Cauebit à pluuiis, & ne aliquid habeat in capite humidum, neque capillos madidos: ſed confeſtim ſi pluuiis ſe caſu obiecerit, exiccabit caput calidis linteis. Et eadem ratione vitabit loca humida & terrena, & nocturnum aerem, vel noctu apertis feneſtris

B dormire. Cauebit à meridiano ſomno. Surget diluculo, atque excretis ſuperfluitatibus conſuetis, exercebit corpus, & negocia ſua peraget. Poſt prandium ſtudiebit quieſcere, neque ſcribendo, aut aliquid vbi mentis labor acceſſerit agendo, ſe defatigabit. Conabitur iucundè viuere, atque omnes animi moleſtias euitabit. Bis tantùm in die comedet, neq; bibet intra prandium & cœnam. Dum equitat, parcè prandebit, vberius cœnabit: & hoc erit commune, quotieſcunque poſt pran-

C dium aliquot magnum exercitium ſit facturus. In reliquis temporibus par erit prandium & cœna, & neutrum ad ſatietatem. Ciborum electio talis erit: Carnes iuuenes omnes edat, præter agnorum paruorum & porcellorum: à porcis tamen ſiue iuuenes, ſiue ſenes fuerint (meo conſilio) omnino abſtinebit. Vitulinæ caſtratorum iuuenum, leporum, hœdorum, auium omnium campeſtrium, quæ non degunt in aquis, pullorum omnium, conueniunt. A piſcibus cuiuſcun-

D que generis, quantum fieri poteſt, abſtinebit: ab omnibus rebus frixis in ſartagine, à lacticiniis, præcipuè caſeo antiquo, ab omnibus oleribus, præſertim ſylueſtribus, ab ouis duris: recentia verò mollia, ſi in cinere calido vel in aqua decoquantur, vtiliter ſumi poſſunt. Hæc ferè ratio victus erit illi præſcripta. Quantum verò ad medicinas attinet, bis ſingulis annis ipſum purgandum conſulo, Autumno inquam & Vere, neque omnino prætermittendum, donec morbus prorſus extin-

E ctus fuerit. Purgatio erit huiuſmodi:

℞. Floris caſsiæ ℥. j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ ij.

Cum ſaccharo fiat bolus. Item:

℞. Syrupi de fumo terræ ſimpl.
Acetoſi ſimpl. ana ℥. j.
Aquæ endiuiæ ℥ iiij.

Miſce pro vno & ſic pro quinque. Deinde verò

℞. Confectionis hamech ʒ iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥ iiij.

F Miſce & fiat potio danda in aurora cum cuſtodia. Poſt hanc medicinã laudo vt Autumno quidem ſumat meos ſyrupos de elleboro, quorum deſcriptio talis (dedit vt in tractatu de morbo Gallico habetur). Vere autẽ poſt caſsiam aſſumptam & vnum aut alterum ſyrupum, mittet ſanguinem è vena communi dextri brachij, extrahendo circa vncias quatuor ſanguinis: ſed poſtea non ſumat ſyrupos de elleboro. Hec erit purgatio. In temporibus verò intermedijs, vt con-

G tinuò diuertatur materia, laudo vt ſemel in ſeptimana ſaltem ſumat vnam pillulam ex deſcriptione infraſcripta:

℞. Agarici electi ʒ. ij.

Aloes optimæ ʒ.ij.
Rheubarbari electi ʒ.iij.
Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Spicæ ana ʒ.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea cum ſucco roſarum puro aſpergatur, & dimittantur exiccari, atque ita iteretur ſepties. Poſtea cum melle roſato fiat magdaleon, de quo fiant pillulæ ſingulis vicibus numero tres pro ʒ. vna: ex quibus ſumat vnam per horam ante cœnam, ſine cuſtodia, ſemel in ſeptimana. Deinde permittet ſua cauteria in brachiis, ſicut ſunt aperta: imò ſi adhuc his omnibus peractis materia deſcenderet, laudo vt cauteria etiã multiplicentur, & duo fiant circa pulpam & partem carnoſam vtriuſque ſpatulæ: circa verò locum naſi, ego nollem tranſire vnguentum infraſcriptum, ſi quandoq; vlcus aliquod emergeret, vel perſeuerarent reliquiæ antiquorũ. Deſcriptio vnguenti talis eſt:

R. Tutiæ optimæ præparatæ ℥.j.
Succi ſolatri, ſucci plantaginis depuratorum ana ℥.ij.
Olei roſati completi ℥.iij.

Atteratur tutia diligẽtiſsimè in mortario plũbeo cum piſtillo plumbeo: poſtea paulatim addantur ſucci, & oleum roſatum ſemper magis ac magis confricando cum dicto piſtillo per totum diem: vltimò addatur modicum ceræ liquefactæ, & fiat linimentum pro loco. In ſingulis ſeptimanis fiat capitis ablutio talis:

R. Lixiuij dulcis quantum ſufficit pro vna vice, atq; in eo decoquatur agarici ʒ.j.
Roſarum,
Maioranæ,
Betonicæ ana man.j.

Et cum hoc lixiuio, & aliquo ſapone aromatico abluat caput.

CONSILIVM CXVIII.

De apoſtemate maligno, polypo ſcilicet in naribus, ad cancrũ accedente, obſeruatio 1546. menſe Maio.

CASVS. Nobilis hic annorum triginta, toto reliquo vitæ ſuæ ſpacio ſanus, & quoad ſibi videtur optimæ conſtitutionis, ſub annũ ætatis duodecimum, incidit in fluxum ſanguinis narium, ſine aliqua cauſa extrinſeca notabili. Nihil enim in victus ratione mutauerat, niſi quòd vino vteretur paulò meraciore, non vltra modum tamen: ſanguis effluens, ſicut & quæ hodie effluunt, ei frigidiora videntur. Is fluxus cùm diu duraret, ac quotidie etiam augeri videretur, ac poſtmodum cùm ſe in Italiam contuliſſet, in tantum creſceret, vt quotidie tribus vel etiam quatuor vicibus ſanguis è naribus flueret, ſine aliquo tamen capitis dolore: eò moleſtiæ perduxit hominem, vt cum nouem annis continuis per eam corporis partem natura ſe exoneraſſet, ipſe contrarium planè conaretur: & cùm fluxum vi ſiſtere intenderet, cõſuluit Vrbinum, qui tunc Patauij primus erat, ſub annum
A ætatis 21. qui etſi omnino diſſuaderet, & hæc incommoda quę interim ſecuta ſunt, omnia prædiceret: precibus tamẽ eò perductus eſt, vt exhibitis medicinis per os, & aperta vena ſine localibus ſanguinem ſiſteret. Ipſe paulò pòſt bene ſecum putans agi, ſine aliqua victus ratione vixit. Sanguis autem qui per nares effluere ſolitus erat, cũ illic impediretur, alias quæſiuit vias. Ac primò aures infeſtans, meatuſque illos obſtruens, ſenſum auditus per ſex fermè menſes plurimùm impedi-
B uit: tentauit & oculos, nihil tamen neq; hic, neque illic effluxit. Vltimò vſitatam ſuam viam aggreſſus per fauces, & per os partim effluxit, partim in naribus reſedit, & condenſatus eſt: ita vt cum vi digitis inde eruere conaretur, nares eo pacto quo apparet, deformaret. Hoc ad quinq ue annos poſt illam ſuppreſsionem ſanguinis factum eſt: in quo toto tempore nulla adhibuit remedia alia, niſi quòd venas interdum aperuit (ſub lingua etiam quandoque, id ter vel quater in anno)
C & corpus Medicorum conſilio aliquoties leniter purgauit. Iam quartus annus agitur, ex quo ſanguis ille, qui narium meatus (ſicut dictum eſt) obſtruxerat, neſcio quo pacto colliquatus eſt, & ipſe ad hunc defluxum humiditatis cuiuſdam continuum deuenit, ex quo primùm alæ narium ruptæ, & deinde apoſtemata, quæ ſub naribus apparent, orta ſunt. Continuè enim fluit, & eum moleſtat, niſi pãnis lineis nares obſtruat. In hoc tempore à Chirurgis variè vexatus eſt: ſemel potus
D ligni illi exhibitus eſt: bis ſuffumigia duodenis ſeptimanis pertulit: aliquoties etiam pulueribus erodentibus ſuccurrere apoſtematibus voluit: nihil profecit tamen, ſed potius fluxum augeri & validiorem reddi, malumq; latius ſerpere ſenſit: ciborum delectum nullum vnquam habuit, niſi quòd carne porcina abſtinuit. Vino ſatis grandi, non nimis tamen immoderatè vſus eſt, in ſomno & reliquo totius corporis habitu nihil planè ſentiens incommodi.

E

MONTANVS.

Dixit, fluxum illum à cauſa extrinſeca violẽta, ſcilicet ſanguinis obſtructione ortum: ac Vrbinum dupliciter peccaſſe, non ſolùm quòd fluxũ repreſſerit, ſed quòd eo repreſſo fluxu, nullum regimen vitæ ordinarit, nec alias diuerſiones fecerit. Eſſe apoſtema illud polypum, completum ex materia aduſta, melancholica, maligna, accedere ad cancrũ vlceroſum. Victus ratione exquiſitio-
F re vti voluit, abſtinere à carnibus antiquis & ſalitis, bubulis etiam & porcinis, ab omni genere piſciũ: à caſeo & lacticiniis omnibus: à frictis in ſartagine, leguminibus, & omnibus herbis, comedere tamẽ carnes vitulinas, hœdinas, pulli iuuenis: far quoque bene coctum, iura pulli & gallinarum oua recentia, ſorbilia, non dura nec fricta. Vinum bibere tenue, album, pauciferum. pro euacuatione corporis, lenitiuum dedit.

R. Electuarij lenitiui ℥.xij.

G Bene operatum eſt, & tinnitũm aurium, quem aliquot diebus ſenſerat, remouit ſyrupus.

R. Syrupi de fumoterræ,
Syrupi de pomis ſimpl. ana ℥.s.

Syrui

Syrui ſabor regis ℥.j.
Aquæ boraginis ℥.iij.
Miſce pro vno,& ſic pro aliis.

Poſt tertium ſyrupum,extractus ſanguis è baſilica dextri lateris,ad ℥.vij. ſanguis niger, melancholicus & pituitoſus valde, poſt quintum ſyrupum dedit hanc purgationem:

R. Caſsiæ nouiter extractæ ℥.j.
Agarici præparati ʒ ij.

Miſce cum zuccharo.bene eduxit,ita vt ad ſenſum etiam materiam ex capite deſcendere ſentiret.Poſt ſanguinis miſsionem & purgationem voluit vt nares & locum apoſtematis inungeret ter in die, tali linimento:

R. Succi ſolatri purificati ℥.iij.
Olei roſati puri completi ℥.iiij.

Malaxentur omnia ſimul in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo,donec craſſeſiant. Idq; per plurimum tempus, & per quatuor horas faciendum, donec linimenti ſpiſsitudinem aſſequatur, quo inungat alas narium intrà & extrà, & ipſum apoſtema cum penna ter in die,ſicut dictum.Hoc vnguentum ſanum viſum eſt ei,& lenire dolorem fluxionis, & ipſum apoſtema mollefacere. Poſt purgationem die ſequenti vſus eſt ante prãdium & cœnam vnciam ſemis zacchari roſati. Sequenti die decoctionem ſuam ex elleboro exhibuit, cum ſacchari ſufficienti quantitate ſyrupizatam, & in ſero lactis caprini,quòd calores nimium meruerit, octo vicibus, non ſex, vt alioqui ſolet. totum accepit, beneq; ſucceſsit: eduxit enim 7.vel 8.vicibus per diem, ſine moleſtia & laſsitudine aliqua materias nigras & melancholicas. Poſt hos aſſumptos ſyrupos,alumen aduſtum experiri voluit in loco affecto, vt videret,ſi quæ remedia fortiora ferre poſſet: ſed id non ita ſtatim ſuccedere videbatur. Itaq; poſt abſolutos ſyrupos ad operã manualẽ accedendũ ſtatuit, dum corpus purgatum eſſet. Vocatus Chirurgus,omnia experienda duxit,antequã ad ignita cauteria accederet,quòd malignitas vlceris ſupradicto vnguento remota eſſet,ita vt cauſticis facilè ceſſurũ videretur. Propter ſuſpicionẽ igitur morbi Gallici, quòd eo illũ laboraſſe, nec bene curatum eſſe, vuula ablata & ſigna vlcerum (licet ſanata) in faucib. oſtenderẽt, voluit vt ligni potum aſſumeret. Id factum iuxta ordinationem Montani: Chirurgus poſtea loco vnguenti applicauit emplaſtrum diachalcitis, & aliquot diebus pòſt, pulueres quos arbitramur ex mercurio ſublimato eſſe. Sed videbatur res vergere in deterius.Ideo Montani conſilio Venetias abiit ad veterem Chirurgum Treuiſanum. Is ſtatim pro ſecũdario decocto aliam illi aquam bibendam exhibuit,ex decocto certarum radicum, quam etiam inſpergebat naribus primò: deinde aperuit eas aqua erodente,intincta in illa bombice, & impoſita quatuor vel quinq; vicibus: apertas deinde ſanauit emplaſtro diapõpholygos, ad ſiſtendum affluxum: cauteria fecit in vtroq; brachio,prope poſteriorem partem humeri,vt diuerſio magis per oppoſita fieret. Quia verò tumor qui ſub naribus erat,puluerib.erodentibus,& vnguentis dictis cedere nolebat: vltimò aduſsit ære ignito, & poſtea ſubitò ceruſſam coctã adhibuit

A ad prohibendam inflammationẽ,deinde vnguento diapompholygos ſanauit. Rubedinem verò relictam vnguẽto maſtichino ſuſtulit.Vltimò canaliculos plumbeos fieri curauit, quos naribus imponeret, ne meatus iterum obſtruerentur, & vel ſimilia vel deteriora cauſarẽt ſymptomata. Ita ex parte reſtitutum dimiſit.

CONSILIVM CXIX.

Pro quodã Polono narium vlceribus laborãte.

B RECIPE Tutiæ præparatæ ℥.j.
Olei roſati,
Succi ſolani ana ℥.ij.

Ponantur ſimul in mortario plumbeo, & malaxentur cum piſtillo plumbeo tamdiu,donec habeant conſiſtentiam conuenientem. Poſteà cum modico ceræ liqueſactæ fiat vnguẽtum molle,& ſeruetur ad vſum. Aliud:

R. Sacchari ℔.j.
Salis communis ℔.s.
C Aluminis rochæ ℥.j.
Miſe, & diſtillentur in alembico.

Guttula vna immiſſa in puſtulam, exiccat, ſanat & incarnat.

Ad ambuſtionem faciei.

R. Corticum interiorum ſambuci,
Olei roſati completi ana ℥.s.
Ceruſſæ ℥.s.
Miſce, & cum modica cera fiat linimentum.

D CONSILIVM CXX.

De angina methodus, ſeu potius de ſuffocatione.

PROBATVR ex Auicenna, ſi quis vult morbũ rectè indagare, debet naturã locorum affectorũ cognoſcere. Angina ipſa eſt in laringe, ibi ſunt tot nerui, quot muſculi: locus igitur eſt admodũ cognitu difficilis, quare tractabimus iam ſecũdum verã methodum. Caput Auicennæ non eſt de Angina,ſed de E præfocationibus: ideo breuiter dicendum quid ſit præfocatio. Arabes omne anhelitus impedimentum, præfocationẽ vocant. Duplex eſt autẽ modus exercendi nos: primus vt in praxi quando ad ægrum accedimus laborantem dolore gutturis,cum anhelitus impedimento,ibi non eſt accurrendum ad libros: ſed debemus cognoſcere ibi propriam ægritudinem, & quomodo lædit. Hic eſt modus exercendi particularis: alius modus eſt vniuerſalis. Primò de cauſis vniuerſaliter F dicemus:fit iſte motus anhelitus ab aliquo inſtrumẽto (ſunt hic duo,locus & morbus,qui eſt impedimentum anhelitus). Sunt autem tria potiſsimum neceſſaria ad reſpirationem,quæ actionem faciunt.inſtrumẽta ſunt muſculi.Et quoniam dicimus inſpirationem & expirationem,neceſſe eſt eſſe vias, per quas corpus ipſum tranſit: hoc igitur eſt ſecundũ. Tertium,eſt virtus mouens. Vbi igitur vnum iſtorum tantùm impeditur, erit anhelitus impedimentum: ſi duo,maius: ſi tria,ma- G ximum. Inſtrumentis ſæpius impedimenta accidunt. Sunt autem inſtrumenta vnus ſolus magnus muſculus, qui diaphragma dicitur, & muſculi intercoſtales per ſe:hi mouent thoracẽ. Viæ

ſi obſtruuntur, & præcipuè rimula quæ Græcis γλωττὶς dicitur, ſubitò ſuffocatur animal. Aliæ viæ ſunt circuli integri, qui ſunt in ſubſtantia pulmonis, qui obſtructi aut obturati faciũt impedimentum anhelitus, atque ita etiam ſuffocabitur animans. Virtus mouens, quæ in cerebro eſt, ſi auferatur, ceſſabit anhelitus. Principium viarum eſt ipſum cor: ſi cor impeditur, ceſſabit attractio: hi ſunt tres modi, quibus impeditur anhelitus per ſe. Per conſenſum autem, vt ſi muſculi qui debent dilatari in eo quo dilatantur, coarctati fuerint à vicinis partibus: & hîc quot erunt impedientes cauſæ, tot erunt rationes difficultatis anhelitus. Viæ etiam impediuntur, ſi à vicino comprimuntur: ſic in principio motionis poteſt fieri impedimẽtum anhelitus communicatione, & ita proceſsimus nunc vſque ad primas cauſas. Cauſæ læſionum primò in muſculis ſunt, aut cauſæ proximæ. Omnes autẽ cauſæ proximæ ſymptomati ægritudines ſunt, ex definitione morbi: vbi nulla eſt differentia inter actionem læſam & cauſas. Cauſæ antecedentes morbus ſunt. Quia ab omnibus his coniunctis prouenit læſio: & cauſę proximæ ſunt morbi. Morborum autem tria genera ſunt, in complexione, compoſitione, ſolutione continui. Cùm igitur impedimentum in muſculis eſt, ſub quo continetur? Reſpondeo primò ſub complexione ſine materia. Calidum facilè poteſt per accidens exiccare muſculum, & ſic impedire motum. à frigido, vt in conuulſis: cum materia, vt ex ſanguine inflammatio: ex bile eriſipelas: ex pituita, œdema: ex melancholia, ſcyrrhus. Secundò ſub mala compoſitione in magnis obſtructionibus, vt in paralyſi, quando adeſt materia quæ obſidet viam, quę eſt inter neruum & muſculum. Ex ſolutione continui: ſi neruus frangitur, contunditur, impeditur. Cauſæ ergo antecedentes ſunt repletio in toto corpore, vel in parte corporis, vnde fluunt materiæ, & impediunt motum, & poſſunt eſſe omnes humores, & ſeroſitas ſanguinis. περικαταψυχθεὶς aliquis occurrens maximo frigori, vnde muſculi & diaphragma impediuntur ab actionibus. item cerusa bibita hoc facit: ſic & fungi, generant enim humorem vitreum. Atque hæc conſiderentur, ratione muſculorum mouentium. Deinde hic motus habet aliud impedimentum in principio motionis, vt in cerrbro: quinto enim pari neruorum affecto, poteſt fieri impedimentum, non quòd muſculi ſint affecti, ſed principium motionis. Secunda cauſa per ſe, ſunt viæ quæ poſſunt obſtrui, & præcipuè rimula, quæ fit à tertia cartilagine. Studioſè relinquo aerem, à quo ſuffocantur: rarò tamen contingit, & maximè Neapoli, in iſtis balneis & antris ſeu cauernis, & in peſtilenti aere: ſed ea reducitur ad extrinſecas ſiue procatarcticas cauſas. Quòd primò conſtringit huiuſmodi vias per ſe, vel eſt in aſpera arteria, vel in annulis paruis atque in pulmone: in his obſtructionibus ſuffocatur animal, vel quod rarò contingit, cùm indurantur omnes annuli: vel quòd ſæpe contingit, & eſt quando rimula illa obſtruitur primò & per ſe, ſicut Anacreon poeta acino vuæ deglutito interiit. Similiter fiet iſta ſuffocatio, quando muſculi annectentes tertiam

A cartilaginem primæ, inflammantur & intumeſcunt. Reliquæ omnes fiunt per conſenſum, vt quando in œſophago fit inflammatio, vel quando prima & ſecunda vertebra diſlocatur: fit enim hoc per compreſsionem cartilaginum. Mediocres conſenſus ſunt in illis muſculis, quibus ſecunda tertiæ connectitur cartilagini: vel prima ſecundæ, ſed non ſunt acutiſsimi, ſicut duo primi modi. Hactenus de cauſis vniuerſalibus, nunc de particularibus. Occurrat modò qui laboret ma-

B ximò dolore gutturis, cum difficili anhelitu: ad hunc accerſitus Medicus, audit quòd habet difficultatem anhelitus: quid debet primò conſiderari? dolor enim eſt communis ad omnẽ inflammationem. Prohibetur autem reſpiratio, vel fit difficultas anhelitus: quia aliquod impedimentũ eſt in illa rimula, per quam anhelitus tranſit, conſtringi itaque neceſſe eſt. Fit autem variis modis: vel quia muſculi proximi ſunt impediti, vel quia reliqui intumeſcunt. Nomina moderno-

C rum ſunt, quando inflãmatio eſt in muſculis interioribus, Græcis κυνάγχη dicitur, quaſi ſtrangulatio canina, quæ ita eſt pernicioſa, vt ſtatim ſuffocet: coguntur homines exerere linguam, ideo canina dicitur. Hæc citò interficit: & ego vidi quandam matronam ſic intra quatuor horas Venetiis in familia Corneliorum extingui. Quando vera eſt luxatio ſpondylium, παρακυνάγχη eſt, quę accedit ad eam: quando contingit læſio in duobus paruulis muſculis, in baſi tertiæ cartilaginis, &

D quando in muſculis annexis oſsi hyoidi: tumor prouenit ad pectus, & ſunt muſculi longi annexi primæ cartilagini. Tria ſunt veluti relatiua inter ſe, cauſæ, ſigna & indicationes, quemodmodum de cauſis dictum eſt. Dicemus etiam de ſignis: principia enim vniuerſalia debemus præponere. Signa quædam ſumuntur ab intrinſeco, quædam ab extrinſeco. Intrinſeco, id eſt à diſpoſitionibus, quæ ſunt intra corpus: extrinſeco, id eſt quæ extra veniunt, vt aer, ratio victus, exercitiũ, &c. Hæc

E non habent tantum artis, quia ea ſolum ab ægris quærimus. Quare in horum inueſtigatione nihil eſt artificioſum, ſufficit vt ſciamus quot ſint, & cognoſcamus exactè. Ab intrinſeco quædã pathognomonica dicuntur, & ſunt proxima ipſius morbi, & ab eo emanant tanquam vmbra à corpore, & referunt morbum & locum affectum. Indicantia igitur proprium affectum dicuntur pathognomonica. Quædam communia, quæ non propriè indicant morbum, ſed aliquid commune: vt ſunt

F grauitas, tarditas, velocitas morbi. verbi gratia, ſignum pathognomonicon in pleutritide ſputum eſt citrinum, ſanguinolentũ: vrina cruda vel concocta non indicat ægritudinem, poteſt in pleuriticis eſſe bona vrina, & æger moritur. mala autem ſemper malum indicat, multiplicantur enim incommoda. ita ſigna communia non indicãt certò morbum aut locum affectum. Pathognomonica dicunt habere duas cõditiones, vel ſaltem vnam earum: oportet enim vt perpetuò conſequantur

G morbũ, & vni morbo particulari tantùm cõueniant: verbi gratia, difficultas anhelitus eſt ſignum pathognomon. pleuritidis, quia illi perpetuò cõuenit, ſed nõ ſoli: orthopnœæ enim & anginę etiã con-

conuenit. Dicitur tamen pathognomonicum (A) ſignũ pleuritidis, quia ſemper ſequitur eum mor bum. Curuitas vnguium ſoli tabi conuenit, ſed non ſemper:non eſt perpetuum. Calefieri immediatè poſt cibum conuenit ſoli hecticæ,& ſemper illud eſt verum pathognomonicum ſignum. de his primò dicemus. Signa reſpiciunt ſuas cauſas,& quot ſunt cauſæ,tot erunt ſigna:ſicuti ſi cõſiderentur cauſę in communi,habemus ſigna cõmunia : ſi in particulari,particularia erunt ſigna: difficultas igitur anhelitus in ſe conſideretur, & (B) accidentia quæ ſequuntur,quæ ſigna ſunt. Vtilitas anhelitus eſt, vt calor naturalis euentetur, & ſpiritus alantur,& natura ſemper conatur ne impediatur. Vt autem anhelitus in muſculis, in viis & in virtute conſiſtit,vbi fuerit difficultas anhelitus: neceſſe eſt eam eſſe ex horum trium defectu, vel aliquorum,vel omnium. Videmus autē quòd illi qui patiuntur difficultatem anhelitus propter muſculos & vias impeditas, dilatant collum, & ſtant recti vt facilius ſpirent : ita enim non impe- (C) diuntur neque viæ neque muſculi. Hæc igitur ſigna ſunt,quæ propriè ſequuntur difficũltatē anhelitus:& ſi augetur difficultas, augẽtur & ſigna. Conſentiunt autem omnia membra in difficultatem anhelitus,quod facilè oſtẽdit ipſe pulſus,qui emanat à principio vitæ, erit neceſſariò inæqualis:ſed hoc eſt ſignum vniuerſale,vbicunq; virtus aggrauatur, vel à multitudine vel ab imbecillitate, vt bene 1. & 2. de Pulſibus dicitur. Hæc igitur ſunt ſigna pathognomonica vniuerſalia indican- (D) tia quantum. Difficultatis anhelitus ſigna diſtinguentia cauſas : primò à loco affecto, deinde ab ipſa affectione ſumuntur. Locus affectus, ſunt aut muſculi aut viæ: ſi muſculi ſeu principia mouentia ſunt affecta, videndum ſit ne in diaphragmate an muſculis intercoſtalibus vel vertebris colli ſuperioribus vel in cerebro. Si in diaphragmate do lor loci aderit, neque poſſumus ſpirare quacunq; leui ſpiratione: ſi in muſculis intercoſtalibus, poſſumus ſpirare, ſed leuiter. quod non fit vbi dia- (E) phragma fuerit impeditum : ſi vertebræ, cognoſcemus an ceciderit ex alto: an ea quæ exhibuerimus, profuerint: ſi ex cerebro, ex nocumentis cerebri ſecundum naturam cauſæ. Viæ duæ ſunt, aſpera arteria, & ſubſtantia ſeu annuli pulmonis: ſi in aſperia arteria fuerit obſtructio, erit ſtrepitus in anhelatione: ſi fuerit ratione ſiccitatis, tantùm erit difficultas in motu, ac ſi ligatus eſſet pulmo: ſi in ſubſtantia pulmonis, non fit ille ſonitus. Sed cum ſubſtantia pulmonis habeat duos vſus, vt ſit (F) ſtratum venæ arterialis, & vt excoquat & præparet cordi aerem (ſicuti hepatis caro ſanguinẽ præ parat omnibus membris: ita caro pulmonis aerẽ præparat cordi, vt inde ſpiritus generentur) non impeditur anhelitus, cùm eſt vitium in ſubſtãtia pulmonis, ſicut quando eſt obſtructio in aſpera arteria : ſed ſpiritus & aer, qui debebant præpari cordi, commiſcentur craſsis humoribus, qui fracti ob neceſsitatem penetrationis inflant pulmonem, vt impediat cor, ne ita ventiletur, vnde (G) difficulter ſpirant: & hoc modo de aſthmate fit tranſitus ad hydropem, cùm cor non nutritur ſicut debet: & eſt eadem prorſus ratio quæ in hepate. Signa particularia. Quando eſt vera cynanche in muſculis exterioribus, connectentibus primam tertiæ cartilagini, eminent oculi, rubet facies, & ſtatim ſuffocatur æger: ſicut qui ſuſpenditur, ob diſlocationem ſpondylium. Signa ſunt quòd manifeſta apparet cauitas in vertebris colli, eoq; paracynanche. Difficultas anhelitus non eſt tanta, deglutit difficulter, & præcipuè ſi in œſophago ſit tumor. Si verò tertia ſpecies, quæ eſt in muſculis ſecundæ cartalaginis, difficulter quoque ſpirat, neque acutiſsimus eſt dolor, febris remiſsior, & accidentia remiſsiora. Quando eſt in muſculis ſcutiformis, minus ſuffocantur: quia habent ſcutiformẽ cartalaginem, quæ reſiſtit inflammationi & tumori. An autem omnis angina ſit inflammatio? dubium eſt. Nam muſculi illi proprij conuelluntur ad principium ſuum, cùm exic cantur, non tantùm cùm inflammantur: & tamen ipſa actio eſt læſa, videlicet aperire ipſam lingulam aut rimam. Fecimus hactenus diſcurſum om nium ſignorũ, quæ indicant difficultatem anhelitus per ſe, nunc de iis quæ per conſenſum dicemus. Quando membra vicina inflammantur, & veniũt ad tumorem, dilatatio & anhelatio impeditur: ita lien, hepar, ventriculus, quæ membra vicina ſunt diaphragmati, inflammata, impediunt dilatationem eius. Quæ igitur ſunt ſigna diſtinguentia, an per ſe ſit, an per conſenſum? Primum quod occurrit eſt, quando nihil vitij eſſentialiter in membris propriis eſt, ſed in proximis. Si lien eſt affectus, agnoſcitur ex dolore in loco, in parte ſiniſtra, ex colore melancholiæ ſubnigro, & ſubfuſco: quando nõ purgatur lien ab eo humore, ſed tumeſcit & impedit diaphragma, & per cõſequens anhelitum: ſi ventriculus, dolor eſt circa locum & grauitas: ſi hepar, ſigna hepatica ſequuntur. ſed nunc non volo dicere, iſta enim nõ ſunt propria huius loci. Quãdo eſt propter viam, quæ ſunt annuli pulmonis, & aſpera arteria per conſenſum fit, cùm comprimuntur : præcipuè ſi fiat ſuppuratio inter pulmonem & thoracem, Græci ἐμπύημα dicunt. Impletur flatu thorax, & tunc non ſequitur pulmo. Sequitur enim dilatationem thoracis ratione vacui. Vbi autem repletus fuerit locus, non ſequitur pulmo, atque ita fit difficilis anhelitus, & viæ impediuntur nè poſsint dilatari: ſignum diſtinguens hoc, ſunt ſigna empiematis. Diximus hactenus de omnib. ſignis, indicantibus locum affectum : venien- dum nunc ad ea, quæ affectionem indicant. Sumuntur autem ab alio principio, videlicet à tribus generibus morborum: morbus vel eſt intemperies, vel mala compoſitio, vel ſolutio continui. Si intemperies aliqua eſt, vel frigida vel calida, vel ſicca, vel humida: ſi frigida, omnia ſigna ſunt frigiditatis : ſi calida, caliditatis ſigna manifeſtabuntur: & ſic de aliis. Si erit mala temperatura calida & humida, erunt omnia ſigna talia: & talis vel erit in loco tantùm affecto, vel diffuſa per totum: ſi tantùm in loco affecto, erit caliditas ad tactum: ſi cum humiditate, erit mollicies: ſi materia vt ſanguis, erit color rubeus & tumefactio venarum: ſi in reliquis partibus, apparet quoq; in aliis locis arteriarũ plenitudo: ſi fuerit iis in partib.

pulſus magnus & velox: & reliqua capita ſunt A
conſideranda, tempus anni, regio, &c. Et ſicut de
ſanguine diximus, ita & de reliquis humoribus:
ſi à bile caliditas mordax cũ ſiccitate, dolor mor-
dicatiuus & exaſperatiuus: ſi in carne fuerit, ſic
de humore melancholico, frigiditas tactu perci-
pitur, & ſic de reliquis. Ita iudicabis eodem mo-
do de ſignis, quæ ex mala compoſitione aut ſolu-
tione continui ſunt. Diximus hactenus de ſignis
pathagnomonicis, quæ aut ſoli morbo, aut ſem-
per, vel ſoli & ſemper conueniunt. Morbus hîc B
motum habet, non igitur ſufficit eſſentiam morbi
ſcire: ſed oportet ſcire tempora motus, & eorum
tempora quærenda ſunt. Sunt autem tempora
morborum, principium, augmentum, ſtatus, &
declinatio. Penes quid ſumuntur hæc ſigna?
Tempora morborum ſumuntur à motione mor-
bi, quando mouetur, ab vno loco ad aliud tendit:
vel ad ſalutem, vel ad mortem: vel aſcendit, vel
deſcendit: in iſta alteratione ſemper eſt aliquid
quod indicat. Inuenerunt igitur Medici quatuor C
tempora, & principium determinant moderni,
totum illud ſpacium, quando nõ apparet aliquis
motus: vbi autem incipit moueri augmentum,
quod dicetur, donec nõ amplius augetur: totum
deinde ſpacium, quo nec augeri nec diminui vi-
detur ſtatus: & quando diminuitur, declinatio di
citur. Ex quibus ſignis indicantur hæc? Si acce-
dam ægrum, & inueniam pulſum paruum, fre-
quentem, vrinam albam, tenuem primò: poſtea
in tertio mutatur pulſus & adhuc minor, & quod D
magnitudini deeſt, tantùm auxit frequentia. Vri-
na tamen eadem adhuc permanet. nũc eſt auctus
morbus, ſi iam ratione ægritudinis hæc accidant
(nam de extrinſecis quę pulſum mutare poſſunt,
vt coitu & aliis, nihil hîc loquimur) ſemper pon-
derabimus hoc, quod dicit Galen. in Prognoſti-
cis: Signa quæ indicant tempora & prognoſtica,
debemus conſiderare ſecundùm dignitatem, &
vniuſcuiuſque morbi maximè propria, præcipuè
attendenda. vrinę non mutantur, quando natura E
non concoquit morbum. Accidentia nõ creſcũt,
quando virtus non eſt valida: ſi ſit febris cõtinua,
vel ægritudo renum, aut veſicæ quæ habeat ma-
nifeſtum ſignum in vrina, vt ægritudo in venis:
& ſit mutata vrina, ægritudo erit mutata. Sic pro-
prium ſignũ & pathognomonicon, ſi ſit pleuritis,
& ſputum mutatur, ægritudo mutatur. Eſt enim
proprium excrementum illius morbi mutatum:
ſed ſi vrina ſit mutata in pleuritide, & ſputum re-
tineatur, nõ propterea ægritudo mutata eſt: quia F
illius coctio non fit in venis, quarum vrina eſt ſi-
gnum pathognomonicũ. Quando morbus neq;
declinat neque augetur, dicitur ſtatus: igitur ſe-
cundùm operationes naturæ meliores vel peio-
res, ſunt propria & præcipua ſigna temporũ. In-
telligantur autem iſta tempora penes mutatio-
nem. Augetur morbus, quando natura pugnat
cum ipſo morbo, & tunc in criſi Medicus longè
aliter ſe habet quàm vulgares: vbi enim apparen-
tia accidentium oſtendunt pugnam morbi cum G
natura, timet vulgaris, Medicus maximam vitæ
ſpem alit. Quantum ad tempora igitur, ſufficit
ſcire coctiones & cruditates morbo proprias. Si-

gna prognoſtica ſumuntur ab iiſdem, à quibus ſu
muntur coindicantia morbi eſſentiam, & ab inte-
rioribus: ſunt eadẽ ſubſtãtia, ſed ratione differũt:
illa tanquam vmbram conſideramus, hæc tanquã
cruda vel cocta, vehementiora aut leuiora. Conſi-
deramus autem prognoſtica penes tria: imbecil-
litatem & fortitudinem virtutis. Secundò, coctio-
nem & cruditatem excrementorum. Tertiò, pe-
nes magnitudinem accidentium, aut paruitatem.
Dies prognoſticorum ex arte dierum prognoſti-
corum accipiuntur. Indicationes. Videndũ mo-
do quomodo debeant curari. Principium curati-
onis enaſcitur ab aliqua ratione indicationis: cu-
ratio autem debetur morbo propriè, à quo tene-
tur natura tanquam à carceribus. Indicationes
autem ſumuntur non tantùm à morbo, ſed à vir-
tute quoq; & reliquis: quæ ſunt, anni tempora,
regio, ætas, temperatura, locus affectus, conſue-
tudo, ars, propria natura, vt multi ſunt qui caſsiã
nec agaricum ſumere poſſunt, & ſic de aliis. Ex
his decem tria ſunt quæ quotidie ob oculos habe
re debemus: Indicationes ſcilicet, quæ ſumuntur
à morbo, à natura, à loco affecto. Indicatio à mor-
bo, In difficultate anhelitus, ſymptoma primùm
occurrit, quod eſt remouendum: oportet igitur
remouere cauſam quę facit eiuſmodi ſymptoma:
cauſa ſi fuerit actio læſa, erit neceſſaria diſpoſitio
præter naturam. Supponamus quòd ſigna dicta
indicant quandam malam temperaturam. Con-
traria autem contrariis curantur: eſt temperatu-
ra mala, oppoſitis ergo remoueatur. Si iam diſtin-
ctæ erunt cauſæ morbi, diſtincta erit indicatio &
cura: ſi confuſæ, cõfuſa erit curatio: ſi tantùm ſcio
eſſe malam temperaturam, indicatio adhuc eſt
confuſa, neſcimus enim quale ſit eiuſmodi tem-
peramentum. Sed ſi dico calidum excedere, ſta-
tim ſequitur refrigerandum eſſe, & ſic eſt diſtin-
cta cauſa, quare curatio diſtincta. Sed talis tem-
peries poteſt eſſe vel cum materia, vel ſine mate-
ria. ſi eſt cum materia, duplices ſunt indicationes,
oportet refrigerare locum & euacuare materiam.
Materia aut fluxa eſt, aut fluit: aut partim fluxa
eſt, aut partim fluit: tria nunc facere oportet, ma-
teriam fluentem prohibere, fluxam euacuare, &
locum refrigerare. Sed nondum poſſumus opera-
ri, quia dimiſimus vnam diuiſionẽ, qualis ſit ma-
teria: ſi ſanguis eſt permiſtus bili, ſanguis per phle
botomiã extrahi, bilis euacuari debet, refrigere-
mus locum affectum, materiam fluxam euacue-
mus à loco: quæ fluit, prohibeamus ne fluat. quæ
fluxit ad locum, localibus tantùm eget, quoniam
locus calefactus debet refrigerari. Cùm igitur
mala temperatura cum materia ſanguinea & bi-
lioſa partim fluxa eſt, partim fluxura: debemus
accedere ad opus. & primò oportet videre an e-
iuſmodi materia ſit in toto corpore, an verò in a-
liqua parte. Si enim non eſſet in toto corpore,
non eſſet purgandũ totum corpus: ſi fluit à mem
bro ad membrum, illud membrum ſolum purga-
re debemus, & intercipere materiam quæ fluit
exiccando, &c. vt ſi materia fluit à capite, ad ton-
ſillas, exiccandum corpus ventoſis vel aliis, &c. ſi
à toto corpore, quid agere debemus? Eſt enim in
loco mala temperatura calida, cum materia quæ
eſt eua-

eſt euacuanda ſanguinea & bilioſa, partim fluxa & partim fluxura: hæc intercipi debet, illa euacuari: omnes ferè redundant, debemus igitur euacuare totum corpus: vbi ſanguis peccat plurimùm, à phlebotomia incipimus. Moderni fuerũt ex dimidio empirici, & dogmatici ex dimidio, qui intentiones inuenerunt, & non indicationes. Hinc ſunt quinque indicationes, ergo quinque intentiones: & quod primum eſt in diſcurſu, vltimum eſt in operatione, & econtrà. Incipimus à phlebotomia & purgatione. Hæc ars reſolutiua dicitur à Galen.1. Artis paruę. Reſolutio fiat à notione finis, primò phlebotomamus, poſtea purgabimus, & veniemus ad locum: adhibebimus diſcutientia & reſoluentia: deinde ad malam temperaturam: refrigerabimus locum, & corroborabimus, quod fit remouendo acquiſitam illam malam temperaturam. Tandem ſequetur ſanitas. Antequam ad alia deſcendamus, ſciendum diuiſiones omnes fieri ſecundùm aliquem ſcopum: & ſi ſcopi ſunt varij, varias eſſe diuiſiones. Noſtra methodus vnam ſibi eligit intentionem & finem, qui ad curationem morborum vtilior, & magis neceſſarius videtur, qui morbi eſſentiam & naturam indicat: ideo ea vſi ſumus diuiſione ſignorum, quæ præſentem morbum indicant, ſi modò alios ſcopos haberemus, alias diuiſiones ſignorum faceremus, vt Galenus 3. Prognoſt. diuidit in ſigna quæ ſemper idem ſignificāt: & ſunt pathognomonica, vel τεκμήρια, & illa quæ aliquando bona ſunt, aliquando mala. vt in vrina alba hypoſtaſis, ſudor ſtante cruditate ſignum malum: ſi appareat in die laudabili, eſt bonum tale ſignũ. Primo tamen Aphor.12. alio modo diuidit ſigna, quæ poſſunt indicare morbum, vbi dicit: Signorum quædam ſunt pathognomonica, quædam aſsidentia: quædam indicatoria, quædam cruditatis. de his omnibus diximus in diuiſione. Obiiciat aliquis: De ſyndreuontis non eſt facta mentio? Reſp. Sub hoc nomine non fecimus mentionem, ſed diximus quædam ſigna eſſe communia, quoniam non indicant certi aliquid de eſſentia morbi, & talia ſunt omnia ſigna, quæ non ſunt pathognomonica: ſic apud Philoſophos habent ſigna, quæ temperaturam perpetuò cōſequuntur: quædam tamen alia habent aliam proprietatem, quæ non fit communiter in omnibus. Vt inflammatio hepatis habet ſua ſigna propria & aſsidentia pathognomonica, vt eſt ſitis immenſa, vrina rubra & craſſa, concoctio deterior, prauitas in ea parte. Aſsidentia autem ſunt difficultas anhelitus: quando inflammatio adeò magna eſt, vt comprimat diaphragma, & difficulter ſpiret homo: verùm nos hic, quia introducendis legimus, non omnia ſumimus, ſed vtiliora, & ſub communibus συνεδρεύοντα comprehendimus. Ad rem: diximus neceſſarios eſſe locos, à quibus præcipuè curationes indicatiuæ ſumuntur, & in iis quæ referuntur ad eſſentiam morbi, tres eſſe præcipuos, in quibus maximà ars, & à quib. indicationes ſumuntur: morbus, locus affectus, & natura ſeu virtus. Sed quoniam in morbo duo conſideramus: eſſentiam & motũ, & omnia ſigna eſſent fruſtra, niſi ab iis ſumerentur indicationes, à quibus col-

A liguntur intentiones, à temporibus igitur & motu morbi ſumendæ indicationes: alia enim remedia neceſſaria in principio, alia in augmēto, alia in ſtatu, &c. Diximus antea eſſe euacuandum, quando ſit materia fluens partim, & partim fluxa. Nunc de tempore eſt quærendum, quando ſit euacuandum, an in principio aut augmento? Semper eſt in principio euacuandum. Hæc indicatio à natura rei ſumitur, vnde omnes indicationes ſumi debent. Morbus pendet à materia,

B quæ eſt res præter naturam: non debemus igitur dare inducias, ſemper enim fit cum periculo. Sed duo ſunt impedimenta ex parte corporum, quia corpora quæ purgare volueris, debes prius fluida facere: & ex parte humorum ſæpe materiæ ſunt craſſæ, viſcidæ & groſſæ, quæ etiam impediunt: concocta moueri oportet, non cruda. Stante igitur prima indicatione, ſi non poſſumus propter has duas cauſas, illæ remouendæ quamprimùm, & ſtatim accedendum ad curationem: vbi domi-

C natur ſanguis, ſtatim primo die fiat phlebotomia facienda, quia non indiget concoctione, 4. de Tuda ſanitate, & in lib. Quos & quando purgare oportet. Quòd ſi verò viæ fuerint obſtructæ, non ſubitò phlebotomandum, ne materiæ crudæ & incoctæ trahantur ad venas: ideo pręparare oportet prius vias, & humor obſtruens meatus tollendus, qui ſi bilis fuerit, tribus indiget: quorum duo propria ſunt, & vnum commune: humoribus omnibus commune eſt vt concoquatur. Conco-

D ctio autem eſt ſeparatio boni à malo, neque eſt diuerſa hæc ſententia à Philoſophis: humor autem bilioſus crudus dicitur, quando miſtus ex malis humoribus: talis enim eſt euacuandus. Si cogeremus naturam ante concoctionem, tantum boni ageremus, quantum mali, quod eſt valde incommodum: fiat igitur concoctio in bile. Et inde eſt error Raſis, quem Auicenna bene intellexit. Propria bilis ſunt, quod ob tenuitatē imbibitur poroſitatibus membrorum, ideo abſtergentia fri-

E gida adhibemus: vt aquam endiuiæ, decoctũ hordei, cucurbitę & eius ſem. vt educatur quod eſt in profundo, & obſtruit poros. Secundum propriũ bilis eſt, quod acris eſt & mordax, ita vt ſi ante præparationem extrahatur, fiant inde dyſenteriæ. Prius igitur præparetur bilis, & contemperetur rebus emplaſticis & frigidis, quæ bilis acrimoniam extinguat: factis eiuſmodi præparationibus (quas ex egeſtionibus, vt ex ſputo in pulmone, ex ſanie in vulneratis & vrinis ei deberi a-

F gnoſcatis) facilè educetur. Si pituita, tribus indiget, cōmuni primò coctione, & duobus propriis, craſſa eſt, igitur incidentibus præparari debet, & his quæ habent tenuitatē ſubſtantiæ: & quia lenta & viſcoſa, & adhærens ac impacta, oportet abſtergere, & quidem cum calidis & ſiccis in tertio. Melancholicus humor tribus indiget: primò coctione, ſecundò duobus propriis: quia craſſus incidentibus mediocriter calidis, vt aceto: & quia ſiccus leuiter humectantib. quæ ſoli humori me-

G lanch. conueniunt: vnde & practici noſtri calida & humida exhibēt, ſed multam humiditatem cũ pauco calore: ideo & comeſtio raparum, & earũ decoctum probatur modernis, & re vera optimè

cõuenirent,niſi flatuoſæ eſſent.Propter flatum enim periculum eſt ne in ſplene fiat repletio. Ventriculus enim propter flatum nõ poteſt rectè concoquere,vnde viæ obſtruuntur & implẽtur,quæ repletio tranſit ad ſplenẽ. Repetendo igitur dico, ſtatim in principio euacuandũ eſſe humorẽ, niſi impediamur ab iſtis duobus:tunc enim abſtinendum ab euacuationib.tãdiu,donec adſunt. Quæret aliquis,nunquid ſi impedita fuerit euacuatio, & in principio & in augmento, remota autẽ fuerint impedimenta in ſtatu,an tunc debemus euacuare? Reſp. Nunquã in ſtatu neq; prope ſtatum euacuare debemus, etiamſi apparet concoctio: quia hoc tempore eſt maxima naturæ pugna cũ morbo,& vnũ ex tribus his ſequetur:vel enim natura vincet, & nihil eſt quod agimus,nec oportet in periculum ponere quod certũ eſt: vel natura à morbo vincitur. Duo ſequuntur incõmoda, magis enim aggrauatur natura remediis, cùm ante morbo plus ſatis ſit occupata,& facilius opprimitur. Secundò, infamantur etiã remedia, & ars vel pugna anceps eſt, nec cõſtat an vincat natura vel morbus:& tunc quoq; nequaquam euacuare decet,quia cõmittimus rem fortunæ & caſui. In declinatione bene poteritis euacuare, & exhibere medicinas, ſi debilis ſit natura, vt non poſsit expellere inimicũ: & tunc eſt adiuuanda & confortanda primùm natura afflicta pugna,& poſtea ad iuuare eam poteritis euacuãdo.Indicationes quę ſumuntur à loco affecto,ſumuntur etiam à natura rei:mirabili enim arte hę ſe inuicẽ conſequuntur,& ſemper ſecunda præſupponit primã,& tertia ſecundam. Ex eſſentia morbi inuenitur materia,ex motu tempus,à loco affecto modus operandi. Hinc autẽ à natura rei diſcimus naturam loci affecti conſiderantes, & primò eius ſubſtantiam: vtrum carnea,neruoſa,oſſea,membranoſa: an raræ an laxæ ſubſtantiæ vt pulmo, denſæ vt renes: vtrum ſenſibilis,vt muſculi,nerui: inſenſibilis,vt hepar. conſideramus & ſitũ: item operationẽ, an nobilis, an ſit ignobilis, an ſit receptaculũ excrementorum, vt veſica, an propinquũ alicui membro nobili,vel non: an ſanguineũ vel exangue,an habeat foramina & vias. Et ſi habet,vtrum habeat finẽ vel exitum,& quomodo terminetur meatus, an intrinſecùs, an verò extrinſecùs. Hæc omnia quærere oportet, quia loci diuerſitas intentionẽ parit diuerſam. Nam ſi ſubſtantia loci carnoſa eſt, humidum membrũ eſt:iuuatur à frigidis,læditur à ſiccis: ſi ſit neruus,os,cartilago: ſicca enim ſunt & ſecundùm propriam ſuam naturam curationẽ expetunt,& multùm refert an in ſecundo vel tertio gradu. A modo ſubſtantiæ,an laxum vel denſum:in laxo poſſumus ponere medicamenta craſſæ ſubſtantiæ: facilè enim ob naturam membri penetrabunt: ſi ſolidum,durum & denſum,indigemus ſubſtãtia tenui & ſubtiliſsima:vt ſunt pulueres,qui cùm adhibentur,ſubtiliſsimè & tenuiſſimè pulueriʐatos eſſe oportet. A ſenſibilitate. Si membrum valde ſenſibile, cauendum ne mordicantia apponantur,vt neruis,alioqui in ſpaſmum induceremus ægrũ:ſi os eſt,non timemus à mordacibus, dummodo vſui ſint: ideo in κατὰ γένη à terebinthina cauet Galenus in neruis ob mordacitatem, cùm alioqui ſit medicamentum conuenientiſsimum. A ſitu. hinc etiam modum ſumentis, conſiderando an profundum ſit membrum, an ſuperficiale. Si eſt in ſuperficie,vtimur iis quę in primo gradu calefaciunt,refrigerant,humectãt vel exiccant:ſi profundius,recurrimus ad ſecundum vel tertium gradum,ne antequam deueniãt ad locum læſum,amittant vires: vnde cùm volumus exiccare pulmonem, vtimur rebus valdè exiccantibus,etiamſi vno gradu indigemus: ſi verò ventriculus ſit exiccandus, præciſam exhibemus menſurã,quia ſtatim illi occurrit. Ideo Gal. κατὰ γένη in neruorum vulneribus profundiorib. aceto vtitur,quia putat id vim ſuam amittere,antequam ad locum deueniat:ſi verò non ſunt profunda, & nerui viciniores, ab aceto caueat. Ab operationib. Nobiles operationes nõ oportet impedire,ſi vitiũ in ſtomacho: nõ licet impedire actionẽ eius rebus nimium frigidis, etiamſi talibus indigeamus: quia eius operatio, quæ corpori vniuerſo alimentũ præparat,impeditur. Fit enim coctio à calore, ideo non abſolutè frigida exhibenda,ſed moderatè calida admiſcenda. Neque relaxare oportet eum nimis,vt non poſsit cibum amplecti. ita in aliis mẽbris nobiliorib. attendendũ. Sed in bubonibus aut adenibus, vel parui momenti membris,nõ timemus tantoperè ob membrorum ignobilitatem. Si autem aliquã vitæ neceſſariam actionem faciat, membrum diligentius attendendum. Et primò repercutiatur materia, vt in Angina, ſi fiat inflammatio in muſculis intrinſecis,ratione cuius non poſsit aer tranſire per foramen, ſtatim mederi oportet, quia ne tantillũ ſtare homo ſine reſpiratione poſſet. A viis etiam inſurgit intenſio: vt in hepate, ſi eſt inflãmatio in conuexo, quia hi meatus reſpiciunt ad inteſtina, medicinam proponimus, quæ per ſeceſſum ducat:ſi in concauo, quia vias verſus renes habet,vrinam prouocantia exhibemus. Ita igitur natura loci affecti conſideranda eſt.

De paupere pleuritico.

Febre peſtifera, tuſsi ſicca, non potente quicquã eiicere laboranti, ordinata ſunt hæc à Mont.

R. Olei ſem. lini ℥.ij

Detur pro lambitiuo qualibet hora, dilatabit mirũ in modũ. Itẽ decoquatur carduus cũ aqua calida, & bibat illã quantũ poteſt: pro dolore decoquantur braſsicæ plurimæ in aqua ad perfectã conſumptionem, deinde piſtentur,cui adde pul. ſem.cimini q.s.cum butyro,farinis ſem.lini,& fœnugræci:incorporentur optimè,& fiat emplaſtrũ pro loco affecto. Et quouis manè bibat ſuccum purum Vincæperuincæ loco ſyrupi. Eſt curatus.

CONSILIVM CXXI.

In raucedine & anguſtia pectoris, hæc ordinauit: Anno 1547.

RECIPE Foliorum farfaræ,
Capillorum,
Scabioſæ,
Ceterach,

Vio-

Violarum recentium,
Marrubij ana M.ij.

Bulliant in q.s.aquæ ciſternæ ad conſumptionem mediam: deinde facta diligenti expreſsione & colatura, ſyrupizetur cum ſaccharo ad bonam formam. Deinde

R. Huius ſyrupi ℥.ij.
Decocti farfaræ, & capill.veneris ℥.iij.

Miſce pro vno & ſic pro aliis.

R. Electuarij len.℥.j.
De Sebeſten ſolutiui ʒ iij.

Cũ ſaccaro fiat bolus, ſumat 5.horis ante prandiũ. Poſtea iuit ad thermas, & cùm aquas non excerneret, ideo omittere iuſsit: & quia raucedo erat ex catarrho ad vuulam, præſcripſit ſequens medicamentum:

R. Balauſtiorum,
Verbenæ,
Acatiæ,
Roſarum ſiccarum,
Myrtillorum,
Sandarachæ,
Tragaganthi,
Gummi Arab.
Maſtichis ana ℈.ij.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceãtur, & ſeruetur puluis pro vſu infraſcripto. Primò:

R. Aquæ plantaginis ℥.iiij.
Diamoron,
Mellis roſati ana ℥.j.

Miſe, & cũ hoc a'ctu frigido, manè ieiuno ſtomacho, fiat gargariſmus expuendo: poſtea iterato ter aut quater dicto gargariſmo, accipiatur ſpatula lignea mollis, ſuper qua ponatur puluis prædictus, & illinatur & aſpergatur à miniſtro in vuulam & partes adiacentes, & ita iteretur ſingulis diebus. Deinde

R. Olei amygdalarum recentium, penidiarum ana ℥ iij.

Miſce, fiat lambitũ, de quo ſumat ſingulis diebus, paulatim lambendo ſæpe & parum, vacuo tamen ſtomacho, ne impediatur coctio. Item

R. Maioranæ,
Myrtillorum,
Sandalorum citri,
Sandarachæ,
Roſarum rubearum,
Ladani electi ana.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſce, fiat puluis ſubtiliſsimus pro capitis commiſſuris.

CONSILIVM CXXII.

De aſthmate pro nobili muliere Vicentina.

HISTORIA referente Stephanello: Nobiliſs. mulier, ætatis viginti ſeptem aut 28. annorum ab ineunte ætate vexatur difficultate anhelitus, & primũ octauo ætatis anno ea laborauit, quo tempore id fieri putabant propter vermes, & adhibita ſunt remedia, quæ tamen morbũ eum non ex toto eradicarunt, ſed ſubſequentibus temporibus iterum eam inuaſit, quia tũ menſtrua ſua nondũ habuerat. Medici cùm viderent ſe eam integrè non curari poſſe, exiſtimauerunt ſub aduentum menſtruorum malam illam diſpoſitionem mutatum iri, ſed id non eſt factum: venerunt enim menſtrua, ſed nec tempore debito, nec iuſta quantitate: quare viro data eſt, ſi fortè ex conceptu liberorum, & partu malũ mitigaretur, & melius haberet, peperit quin quies: quatuor filios & vnam filiam, ſed filiorum vnus morbo quaſi hæreditario mortuus eſt difficultate anhelitus, nec vnquam reſpirare commodè potuit. Menſtrua etiam cùm non concepiſſet, latebant interdum, interdum verò alba & fœtida effluebãt: quod videntes Medici ante quinquennium eam iterum ex integro purgarũt. Exhibuerunt aquas thermarum & cauteria etiam in vtroque crure, in vltimo partu malum ingraueſcebat magis, ita vt pleuritica videretur: ſed tum etiam ope Medicorum liberata eſt, non tamen integrè reſtituta, ſed adhuc vexatur aliquando, idq; hyeme & tempore frigido & humido, magis quàm calido & ſicco.

MONTANVS.

Conſtat igitur inter nos clariſsimi viri & nobiliſsimi ſcholares, vexari hanc dominam difficultate anhelitus, & quidem ea ſpecie, quæ Aſthma dicitur. Eſt autem Aſthma, vt deſcribit Galenus & Auicenna, cùm quis citra febrem crebrò reſpirare cogitur, nec niſi erecto thorace ſpirare poteſt. Quęrendum igitur de natura huius ſymptomatis vel morbi, vt vocare volumus, & de cauſis etiam à quibus omnis indicatio & recta curandi ratio ſumitur. Cauſæ Aſthmatis tres eſſe poſſunt extrinſecæ & intrinſecæ, hæq; duplices. Quædã enim intrinſecæ, ſunt cauſæ materiales, quæ præſtant materiam ac ſubiectum morbo: quædam verò efficientes. Ita igitur ſunt triplices cauſæ Aſthmatis: nunc oportet videre, quomodo ſe habeant in generatione huius ſymptomatis: incipiam ab intrinſeca materiali, quia citius agit efficiens aut tardius pro diſpoſitione ſubiecti & materiæ in quam agit. Videndum verò primùm, vtrum hoc corpus ſit naturaliter diſpoſitum ad hoc ſymptoma, an verò propter validiſsimas cauſas alterantes ſit facta mutatio & impreſsio. Circa ſubiectũ, reuera de diſpoſitione huius corporis non facilè dixerim, quia quandoque coniecturis remotis progrediendum eſt, & maximè circa qualitates paſsiuas, quæ continuò mutantur. Quandoque coniecturis rationalibus procedendum, quibus facilè perſuadetur humanus intellectus. Quia tã citò cœpit laborare ſub annum ætatis 7. vel 8. ſuſpicionem mouet fuiſſe diſpoſitionem naturalem generandi materiã & cauſam huius rei: ſed quicquid fuerit eo tempore, de præſentibus videamus. Cùm conſidero venas amplas potius quàm ſtrictas etiam in oculis & vaſa latiora, video hepar principium eorum eſſe calidum à principio ortus ſui: hæc enim ſigna ſunt quæ non mutantur, & ſunt ea ex quibus colliguntur qualitates paſsiuę, de quibus non facilè dixerim. De corde non poſſum notare, niſi ex amplitudine arteriarum, quæ permanet, reliqua enim mutantur. De cerebro ex capillis iudicari non poteſt, quia iſti etiam arte mutantur: poſſunt tamẽ fuiſſe à natiuitate nigri. Sed quantum ad principalem cõſtitutionem cor-

poris,quæ nunc eſt,non quæ fuit olim,credo iam
in illa mag. Domina omnia membra cōſpirare ad
intemperiem frigidam & humidam. Primò enim
redundat deſtillatione humoris pituitoſi, muco-
ſi,frigidi & humidi, quod ſignum eſt alimentum
eius eſſe tale,quia excrementum eiuſmodi:& vir
tutem debilem eſſe, quæ non concoquat alimen-
tum proprium, quia eſt multitudo excremento-
rum : ventriculus pituita abundat,quod apparet
ex rugitibus & flatibus,de quibus præcipuè que-
ritur hæc mag. domina,quòd occupent totū ven-
trem,ita vt videantur interdum occaſionem præ-
bere aſthmati, & ex illis oriri difficultas hæc an-
helitus. Sunt & aliæ coniecturæ ventriculum a-
bundare pituita, ſed ſatis eſt ſingulorum vná da-
re rationem. Hepar ſine dubio nunc frigidum &
humidum (olim calidum fuiſſe dixi) quia ſangui-
nem pituitoſum & flatuoſum generat. His ita ſe
habentibus,cor conſecutiuè frigidum & humidū
eſt (intelligendo has conſtitutiones ſecundū na-
turá propriam membrorū, & referendo eas com-
paratione ad eadē membra naturaliter ſe haben-
tia : nam cor etiá frigidiſsimū, calidius tamen eſt
hepate quouis) & dico cōſecutiuè,quia ſtante fri-
giditate & humiditate ſanguinis, ex eo nutrimen
to etiá ſpiritus generantur frigidiores. Nam vt &
Galen.teſtatur: Qualis ſanguis eſt,tales ſunt etiá
ſpiritus: & quia nutrimentū cordis frigidum,cor
etiam conſecutiuè ſe ipſo frigidius redditur. Atq;
ita totum corpus eſt lapſum ad frigidam & humi-
dam temperaturam. De vtero quia hepar calidū à
principio fuit, & renes & vterū tales fuiſſe puto.
Quòd ſi is etiá nunc patitur,fit illud conſecutiuè:
& fortaſsis minus patitur vterus quàm omnia re-
liqua membra,quia officium ſuum rectè facit, re-
ctè concipit & etiam parit maſculos. Sic diſpoſi-
to corpore non dubium eſt, quin ſit facilis lapſus
ad aſthma: qui morbus frigidus eſt, & rariſsimè
aliter fit, niſi vel à materia frigida, vel qualitate
cum materia miſta. Ergo cauſæ diſpoſitiuæ ſimi-
les in hoc corpore : & facilis fuit impreſsio, cùm
præſertim ſtatim in prima iuuentute eam inuaſe-
rit, neceſſe eſt diſpoſitionem ſimilem & ad hunc
morbum aptam fuiſſe: patitur ergo,quia ad eum
eſt diſpoſita. Acceſſerūt cauſæ extrinſecæ,quæ in
bene præparato corpore multum faciunt,& id al
terāt variis modis pro diſpoſitione corporis. Tūc
iuuenis comedit fructus omnis generis, & pecca-
uit in reliquis cauſis alterantibus, ſicut & hodie
peccat circa eaſdem. Hinc factæ cauſæ corporeæ
intrinſecæ in corpore præparato, videlicet mate-
ria frigida multiplicata eſt & excrementoſa in ſin
gulis membris,donec tandē cœpit laborare præ-
cipuè ex capite,& in vētriculo ſentire rugitus. Po
ſtea cùm apparerēt menſtrua,talia erāt quales hu
mores in venis,videlicet materia pituitoſa & mē-
ſtrua alba corrupta:item & fœtida,quia cùm ſan-
guis ille ſit craſſus & viſcoſus,vt vix tranſire p ve-
nas poſsit, corrumpitur propter moram in loco
anguſto & calido : ita putreſcit ac fœtet, eſtq; va-
riorum colorū pro diuerſitate putredinis (vt obi-
ter etiam aliquid dicamus de menſtruis illis). Hę
ergo ſunt cauſæ efficientes, quæ poſtea materia
proxima efficiuntur, pituita videlicet, ampliore

A eam ſignificato intelligendo : non pro ea quæ in
ventriculo tantùm,ſed etiá alibi per totū corpus,
& maximè in cerebro generatur. Humor ergo pi-
tuitoſus & flatus,ſunt cauſæ intrinſecæ & corpo-
reæ. Sed quia difficultas anhelitus poteſt fieri ex
trib.cauſis, quas συνεκτικὰς vocat Gal. de Cauſis
pulſuum : itē de Difficultate ſpirandi & de cauſis
anhelitus: ex virtutis debilitate,ex aucta neceſsi-
tate,ex corrupto inſtrumento,videndū quænā ſit
cauſa difficultatis anhelitus in hac magnifica do-
B mina. Credo aūt hîc omnia tria impediri, qđ vi-
delicet ipſa virtus, propter aggrauationē humo-
rum proſternatur, vt dicit Gal. de Plenitudine &
de Miſsione ſanguinis: vbi non vult mitti ſangui-
nem, quando in corpore eſt multū pituitæ : pro-
pter quòd virtus aggrauata ſit debilis. Augetur e-
tiá neceſsitas,nō quia eſt materia frigida,ſed quia
ipſa in bronchis cōtinetur, eoſq; obſtruit, vt im-
pediat liberū tranſitū ſpirituum: atq; ita coarcta-
tur calor circa cor, & propterea fit maior neceſsi-
C tas euentandi. Tertia cauſa: Inſtrumentū etiá nō
poteſt liberè dilatari,quia oppletur pituita & ob-
ſtruitur. Eſt igitur impedimentū in omnibus tri-
bus his: & non tantùm vnū inſtrumentū impedi-
tur,ſed præter brōchos diaphragma etiá compri-
mitur propter flatus in vētriculo. Porrò ex ſolius
diaphragmatis compreſsione fieri interdum dif-
ficultatē anhelitus,etiá teſtatur Galenus. Ideo de
hoc flatu hæc magnifica domina præcipuè que-
ritur. Apparet hinc etiá in quo loco ſit materia fa-
D ciens difficultatē anhelitus, partim in bronchis,
partim in vētriculo,vbi flatuatur & facit difficul-
tatē anhelitus. An modò ibi fit per cōſenſum, an
per eſſentiá? Apparet ex ipſa re pulmonē pati, prę-
cipuè per defluxum: quia quoties patitur hæc no
biliſs. domina aſthma, ſemper præcedit dolor ca-
pitis frigidus, & percipit deſtillationem quandā
à capite defluentem : cuius ſignum eſt, quod oc-
cupet bronchos, quia percipit ſonitum quēdam,
quando ſpiritus tranſit bronchos, vt quaſi rauca
E ſit, & cum ſtrepitu loquatur. In cauſa eſt ventri-
culus ex magna parte,qui mittit materiam ad ca-
put, & facit vſitatum illum circulum, de quo to-
ties audiuimus. Hinc igitur apparet natura mor-
bi, quæ eius cauſæ, quòd habeat omnes diſpoſi-
tiones procatarcticas etiam perſeuerantes & effi-
cientes magnas: ac materiam pituitoſam,ex capi-
te & ventriculo, & locus etiam,videlicet in bron-
chis, præcipuè & ventriculo aptus.

Prognoſticum. Quia naturalis diſpoſitio talis
F eſt,& coniungitur etiam tot cauſis, vix poterit in
tegrè ſanari. Quia autem membra mandātia man
dare conſueuerunt, & recipiētia recipere: fit qua-
ſi habitus, qui (vt ſcitis) difficulter à ſubiecto re-
moueri poteſt. Et vię propter cōtinuum defluxū
etiam dilatantur & debilitantur,ſicut & Galenus
inquit, ſuperfluas euacuationes facere vlcera,
quia dilatant vias, & faciunt aptas ad omnes flu-
xiones : ideo difficillimum erit tollere habitum;
cùm præſertim nunc ſit in florida ætate & ipſa ἀκ-
G μῇ ante quam ſi non ſoluūtur catarrhi, non facilè
poſtea curantur in decreſcente ætate. Habebit igi
tur affectiones iſtas toto tempore vitæ ſuæ, ſed ſe
cundùm maius & minus, prout volet obedire Me
dicis.

dicis. Si conſiderabit ſuam ægritudinem, & erit temperans, patietur accidentia leuiora: quia cùm tollitur materia qualiſcunque ſit, membra etiam ad fluxionē habituata roborātur, tollitur fluxio, vt dicit Auicenna de Podagra.

Cura. Materia igitur tollenda, intercipienda & auertēda: deinde opera danda vt corroborentur membra principaliter mandantia & recipientia, quantum eſt poſsibile. Fiant euacuationes conſuetæ & vniuerſales bis in anno, Vere & Autumno exquiſitè, idque continuetur. Nam Galenus de Phlebotomia, dicit ſe multos ex aſthmate & epilepſia liberaſſe, ſolis purgationibus vernis temporibus. Poſt etiam certis interuallis habeat euacuationes ſuas leuiores familiares: quas etiamſi infamare videtur Galenus 3. Aphoriſ. tamen in talibus morbis magnis neceſſarias & vtiles comperimus, & fortaſſe non id vult Galenus: dicta enim talium virorum diligenter inſpicienda, & rectè interpretanda ſunt. Accepit heri lenitiuum ex caſsia, dentur modò ſyrupi ex betonica & oxymellite ana ℥ j. addātur aquæ deſtillatæ. Sed quia materia frigida & flegmatica, malim decoctum ex cichorio & endiuia ℥ iij. Euacuetur poſtea cum confectione hamech vel pillulis cocchiis, vel etiā fortioribus, ſi videatur neceſſe. Poſtea bibat aquā thermarum, quæ ſupplebunt euacuationem, & membra etiam confortabunt. Stillicidium ſi adhibere vult, ſit leue, & fiat non niſi bene euacuato corpore, cum maſticatoriis, caputpurgiis: non tamen gargariſmis. Pro diuerſione poſtea, quia habet fontanellas in vtroq; crure, fieri etiam poſſunt in bracchiis: ſed ego magis laudarem, ſi fierent continuò veſicatoria ad verticē capitis, quibus ego multos curaui ab eiuſmodi fluxionibus & catarrhis. Pro confortatione membrorum vtatur exquiſita diæta: abſtineat à crudis & fructibus: ſumat ſæpe ſaccharum roſat. & theriacam interdū: habeat & pillulas in vſu, quæ aſsiduè euacuent materiam, in quibus contentus eſſem hiera & aloe: à fortioribus cauerem, & præcipuè ab agarico: lædit enim ventriculum, & auget fluxiones, trahendo à ſuperficie, & circumferentia ad centrum. Vinum bibat album & pauciferum, in quo decocta ſint betonica, ſaluia, & roſmarinus.

Cuidam alteri Aſthmatico dedit caſsiam cum hiera, poſt ſyrupos de betonica & liquirit. cū decocto enulæ & hyſopi. Tertiò purgauit cū caſsia & agar. Quartò miſit vt biberet thermas Aponitanas, & vltimis ſex diebus in iiſdem nataret. preſcripſit autem victus rationem & pillulas de hiera cum agarico.

CONSILIVM CXXIII.

In paroxyſmo Aſthmatico datum anno 1547. in Ianuario.

SVMPSERAT manè caſsiam, & tamen in paroxyſmo, qui veſperi ſemper affligebat, erat: loqui non poterat, æger anhelabat, & cum tuſsi multum expuebat.

MONTANVS.

Tres eſſe intentiones dicebat, quarum prima A eſt diuerſio: eam fieri volebat per clyſteria, & quidem eo veſperi dari clyſter ex decoctione cōmuni cum vnciis quatuor oxymellis, & vnciis duabus mellis roſati. Secunda, dilatatio pectoris, quā voluit fieri cum oleo amygdalarum dulcium, id continuò paulatim lambendo: & recitabat hiſtoriam de quodam domeſtico ſui patris, qui ſemper cùm ſentiret veturum paroxyſmum aſthmaticū, bibebat hauſtū olei ſimplic. & ſanabatur. Tertia, ſi catarrhus deſcendat à capite, eum intercipere: B id ſe non ſentire aiebat, ſequenti tamen die pro euacuatione materiæ pituitoſæ, voluit, ſiquidem conſtaret virtus, exhiberi ſequentem bolum.

R. Agarici trochiſcati ʒ j.ſ.
Caſsiæ ℥ j.
Miſce, fiat bolus. vel
R. Agarici trochiſcati ʒ ij.
Syrupi violati ſolutiui ℥ iiij.

Miſce, fiat potus. cibus ſit ptiſana: quo minus nutritur, eo melius. potus oxymel & cū decocto C beton.m.capil.vener. quæ ſunt herbę pectorales.

Monacho cuidam aſthmatico.

Ordinato victu couenienti, prout poſſet, prohibitis piſcibus, leguminibus bulboſis, frixis, &c. præſcribebat electuarium ſic confectum: Accipiat radices enulæ, eaſque contundat exemptis filis contuſioni repugnantibus. Adiiciat poſtea contuſæ tantundem ſaccari, & tantundem terebinth. laricinæ: vtatur manè trib. horis ante pran- D dium, & noctu ante cœnam: præter id ſemel vel bis in menſe vtatur veſperi ʒ j.ſ. Agarici in pillulis, eoque ſerò parcè cœnet.

CONSILIVM CXXIIII.

De difficultate aperiendi mandibulam ex catarrho, pro D. Andrea Ponticello dictatum.

SYMPTOMA frequenter afficiens hunc E nobilem virum, quod eſt clauſio oris violenta, & mutua dentium inſertio, cum aperiendi impotentia, ſiue ſit per contractionem muſculorum temporalium, ſiue ob momentaneam reſolutionem inferiorum, qui ad os mandibulæ aſcendunt: certum eſt fieri à materia frigida, vel tenui admodum, vel ſub forma vaporum, quæ ad eas partes tanquam debiliores à capite violenter exprimitur. Quòd materia frigida ſit, indicat perſeuerantia morbi, per- F ceptio frigiditatis, color extrinſecus, & iuuari mirum in modum à calidis. Quòd tenuis vel vaporoſa, quoniam (vt audio) æger manifeſtè percipit deſcenſum: quòd etiam catarrho laborauerit: quòd muſculi recipientes debiles ſint, oſtendit: quòd prius in iiſdem partibus conuulſionem eſt paſſus, & quòd tamdiu perſeuerauerit in hūc ipſum locum expulſio. Sed & hæc eadem perſeuerantia demonſtrat nocumentū iam per eſſentiam in capite, licet fortè inter initia potuit aliun- G de habere conſenſum. Optimum pro ſalute conſulo, vt vir nobiliſsimus primò non prætermittat annuas purgationes, ita vt bis eodem anno repetantur, Autumno inquam & Vere: ſintque

vel pillulæ, vel potiones, vel ſolidiora antidota, A dummodo admittat talia, qualis eſt agaricus, colocynthis, elleborus niger, pityuſa, & reliqua huiuſmodi. Propterea laudauerim hieram Galeni ex colocynthide, hieram Logodij, Rufi, Archigenis: confectionem hamech, pillulas aggregatiuas, & quas cocchias appellāt: decoctum vel infuſum agarici & rhabarbari cum ſyrupo roſato: bolū ex caſsia & agarico, & plurima huius ordinis: vt tamen materia prius attenuetur concoquaturque cum oxymellite, ſyrupo de betonica, de ſtœchade B ſimplici, cum decoctis ex aniſo, fœniculo, ammi, cymino, betonica & huiuſmodi. Et poſt purgationes vtatur caputpurgiis ex ſucco betæ, & tandem etiam cyclamini, & elaterij. Pro muſculorū corroboratione illiniatur, mundo exiſtente corpore, ex oleo hoc modo confecto:

R. Foliorum ſaluiæ,
Menthæ
Betonicæ ana man.s.
Radicum conſolidæ maioris, C
Calami aromatici,
Enulæ ana ℥.s.
Garyophyllorum,
Piperis,
Cardami maioris,
Nigellæ ana ʒ.ij.
Roſarum rubearum man.j.

Contundantur radices & ſemina mediocriter, deinde bulliant omnia ſecundùm artem in ſufficienti quantitate vini albi odoriferi, ad conſump- D tionem duarum partium. Inde facta diligenti expreſsione & colatura, adde olei anethini libram vnam. Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem vini, & in fine decoctionis adde euphorbij optimi pulverizati ʒ ij. croci ℈ ij. & vtere. Item ſingulis quibuſq; decem diebus laudo vt deuoret duabus horis ante cœnā pillulas ex tribus rebus confectas, videlicet rhabarb. aloe, & agarico, æquis portionibus cum melle roſato ſimul confectis. Sit autem pōdus pillularū pro qualibet vice ℈.ij. E Ratio victus pręterquàm quòd boni & facilis ſucci ſit, declinet etiam ad genus attenuantium: vtaturq; aſsiduè aniſo, fœniculo, cinnamomo, confectis cum ſaccharo. Quæ ita peracta ſi non ſuffecerint, laudarem non tamen ab iis deſiſtendo, vt accederet ad fortiora auertentia & deriuantia, quale eſſet cauterium, aut perforatio occipitij, in parte tamen inferiori circa tertiam colli vertebrā, & in cute tantùm, vel in vtroque brachio ſupra cubitum ad 4. digitos, in parte exteriori carnoſa. F

CONSILIVM CXXV.

De catarrho ad fauces diminutione viſus, & purulentis auribus.

OMNIA quæcunque afficiunt hunc nobiliſsimum virum, ſunt circa caput. Audiuimus enim totum corpus optimè valere: non ſolùm audiuimus, ſed videmus, quòd optimè nutriatur. In actionibus na- G turalibus & vitalibus bene ſe habet. Sed in capite patitur tria. Primò catarrhus defluit, & occupat fauces, & ille timet, vt ad alias quoque partes

A defluat. Secundò, queritur de detrimento facto in oculo, & cùm ablatus ſit viſus, timet de altero. Tertiò, quòd habet aures purulentas. Nos igitur eius petitioni ſatisfacturi, conſideremus ſymptomata circa caput, quia de aliis non conqueritur. Eſt itaque catarrhus, qui à capite deorſum (quia catarrhus ſignificat defluxum) defluit ad partes ſubiectas. Materia verò ad fauces defluit, de qua quæritur, an ſit generata in cerebro, vel à cerebro quidē defluat, ab aliis verò membris tranſ- B mittatur. Nam prout fit à diuerſis catarrhus, ita habet diuerſas quoq; cauſas. Non dixerim, cerebrum nō eſſe affectum, nec quòd ab inferioribus nihil aſcendat: quia audiuimus, quę pręceſſerunt ab infantia. Cerebrum ſemper fuit affectum. Habuit ſæpe ſcrofulas, quæ fiunt à materia viſcida. Et cùm vteretur nutrice, cerebrum affectum fuit. Ceſſantibus ſcrofulis, paſſus eſt fluxum narium, qui indicabat repletionem capitis. Nunc verò hæc ſymptomata, quæ enumerata ſunt, patitur. C Ergo habet cerebrum affectum. Planè igitur credo caput imbecille eſſe, & malā in cerebro intemperiē, ratione cuius generetur catarrhus. Ac propterea in cerebro læſionē eſſentialiter facientem catarrhum. Sed eſt ne intemperies pura, ita vt nihil aſcendat à partibus ſubiectis? Non eſt poſsibile, quia habet caliditatem & humiditatem in corpore. Color ad albedinem cum rubedine tendit, habet venas amplas. Caret pilis, quia caliditas cū humiditate non generat pilos, vt in pueris. Eſt co- D pia ſanguinis, & ad ea confert temperies hepatis: nam in eo fit ſanguificatio. Et ſanguis immutat corpus, vt ſit humidum & calidum, quia hepar calidum & humidum multum ſanguinis generat. Habet etiam cor calidum & humidum, de aliis enim iam non curo. Qui verò habent caliditatem & humiditatem, in illis fit redundantia vaporū, & ideo talibus facilè repletur caput à vaporibus. Et ſi quis habet imbecille cerebrum, plures aſcendunt. ratio eſt: quia vapores ſuapte natura aſcen- E dunt: & quia cerebrum imbecillum, non concoquuntur, refrigerantur, & condenſantur. Vt in alembico fit, vel in generatione pluuiæ. Habemus igitur vaporoſas materias, & deinde imbecillum cerebrum. Eaque imbecillitas eſt accidens conſequens ægritudinem, videlicet intemperiē, quam videmus ex humiditatis redundantia. Huius eſt ſignum excrementorum copia. Nullum enim vt 2. Artis paruæ lib. dicitur, eſt ſignum quod indicat magis humiditatem cerebri, quàm excre- F menta. Præterea cum humiditate eſt calor, vt apparet ex magnitudine venarum. Adeſt igitur caliditas & humiditas: ſed lōgè maior eſt humiditas, caliditas verò remiſsior. Cùm igitur plus ſit de humido, nihil mirum, ſi ſint tot catarrhi: quia caliditas non poteſt reſoluere tantam humiditatē, præſertim cùm ſit imbecillitas cerebri naturalis, facta ab humiditate, & accedente caliditate. Reſpondemus igitur quæſtioni, quòd catarrh⁹ in capite generetur, partim per eſſentiā, propter caliditatē & G humiditatē cerebri: partim verò per conſenſum à membris inferiorib. demandantibus ratione caliditatis & humiditatis. Propterea non mirum eſt, ſi à primo ortu fuerunt generati catarrhi: quia

pueri

pueri inepto cibo vtũtur: multiplicati verò ſunt A vapores, & à frigiditate condenſati, & à natura expulſi ad emunctoria. Cumque natura fecerit quantum potuit, reliqua in Medici diligentia po ſita ſunt.

Collegium de Catarrho in ædibus Montani, Anno 1550. Iunij 15.

BELLOCATVS.

NOBILIS vir annorum ætatis 30. qui antè perpeſſus multas diſpoſitiones, acceſsit B vt reſtituatur ei ſanitas, & præſens conſeruetur. Laborauit ſcrofulis circa guttur, fuit curatus, & curatio diù fuit protracta, & vſus victu pro libitu ſuo, & non lædebatur à 12. anno ad 28. & non fuit læſus: quia fluxum narium paſſus eſt, paſſus eſt dolorem dentis maximæ ſiniſtræ, euel lit eum: in alia parte doluit alius dens, & perpeſſus nocumentum oculi dextri, & de quo etiam conqueritur nunc, non poteſt rectè diſcernere obiecta dearticulatè oculo iſto. Acceſsit aliud, pa C titur deſcenſum catarrhi ad palatum, & cogitur eum expuere: nõ facit tuſsim, ſed excreationem. De his ſymptomatibus nunc conqueritur, dens euulſus nõ moleſtat eum, & alter corruptus eſt, quia eũ tetigit ſucco chelidoniæ, & in fruſta com minutus excidit. Is vir eſt temperamenti calidi & humidi, caput eſt calidum & humidum: per humidum labitur, atteſtantur excremẽta per nares, eiecta multa per ſputum & deſcenſum per fauces. De caliditate, quia eſt proprium capitis D calidi attrahere humiditates, & redundare eis, quando ſcilicet caliditas eſt iuncta cum humiditate. Item læditur facilè à contrario, hyeme læditur à frigiditate facilè caput, & æſtate à ſole. Ab extrinſecis facilè læditur, quæ teſtãtur raritatem corporis: quia rara facilè læduntur à cauſis extrinſecis, & ideò multiplicantur multi catarrhi. Acceſsit item, quòd per aures effluxit vt ſanies, & fiunt exanthemata. Ventriculi & hepatis non percipit nocumẽta. ventriculi non: quia optimè E appetit, concoquit, non aggrauatur. Credo hepar labi à temperatura per caliditatẽ. Signa ſunt, amplitudo venarum, carnoſitas corporis: non eſt valde carnoſus, ſed muſculoſus, tamẽ pili nõ ſunt in regione hepatis ob humiditatem materiæ, quæ diffunditur: hepar calidum eleuat vapo res multos, & fit catarrhus. Moleſtatur nunc catarrho & hebetudine viſus. Hebetudo viſus vel eſt ratione virtutis, vel ſpirituum, vel quòd non tranſmittatur ad oculos: vel quia ſunt obſcuri, F vel etiã quia inſtrumenta deſeruientia viſui ſunt læſa: ſunt inſtrumẽta tunicæ, quæ interdum obſcurantur, & humor cryſtallinus, in quo fit viſio: ego volui experiri, clauſi alterũ oculum, ſpiritus proueniũt optimè, quia clauſi & ſimilis permanſit, &c. non eſt etiam obſcuritas. Cur tamẽ non rectè diſcernit? eſt materia catarrhoſa collecta, quæ obſcurat, & deuenit hæc materia catarrhoſa ad humorem ambientem cryſtallinum: qui eſt inſtrumentum viſus, & ita non bene ſuſcipiun- G tur obiecta. In parte ſiniſtra, quia natura fuit ſollicita, ne vtraq; pars periret: & in ſiniſtra magis, quia debilior eſt. Cauſa alterius ſymptomatis, quòd ſæpius cogitur expuere, eſt materia multa catarrhoſa deſtuẽs. Puſtulæ circa aures ex eadem materia. Cauſa igitur horum malorum eſt materia catarrhoſa, generata in capite, quæ demandatur ad diuerſas partes. Cauſæ catarrhi tam internæ, quàm externæ. Externæ, cibus malus, vt dixit: item prohibitus fluxus narium. Acceſsit ad id temperatura calida & humida capitis, quæ apta eſt ad generãdum catarrhum. His ſtantibus, cùm iſte morbus diu egerit radices in oculo, credere eſſe difficilem curam, vt poſsit tolli ex oculo: ſed ne alter oculus inficiatur, debemus eum tueri. De catarrho dico, licet non eſt difficile tollere, tamen etiam impoſsibile, quia eſt illi connaturalis: tamen poſſemus præſeruare diuertendo & euacuando catarrhum. Primum omnium eſt opus, vt tollamus materiam præſentem: & quia nunc non eſt tempus conueniens, cupit conſilium, & curam differt in Autumnum. Eſt igitur operæprecium vt euacuemus catarrhum ex capite, & roboremus caput, & diuertamus ſi quid generabitur. Curatio ergo auſpicanda ab hoc, vt totum corpus euacues, & hoc miſsione ſanguinis per venam iecorariam, quia refrigerat hepar. In Septembri igitur ſeca iecorariam: ſi vis à capite euacuare, ſeca mediam. Lenito aluum primò, & quia eſt in florida ætate, extrahe copioſè ad ℥. x. & deinde euacua catarrhum præſentem, primò digere remittentibus caliditatem hepatis, & attenuantibus catarrhũ ſyrupo de betonica & roſato, adde aliquid cichoreaceorum, vt refrigeres hepar. Si eris in tempore frigidiore, lenito primò hiera cum caſsia, & concoctione facta euacua caput cocchiis, de agarico Meſue, vel agarico cũm caſsia, adde parum rhabarbari pro bile. Põſt hæc vniuerſalia deuenirem ad maſticatoria, cauerem à ſternutatoriis propter affinitatem oculi cũm naribus, ne materia attraheretur ad oculos, & eſſem contentus maſticatoriis, quia etiam ſymptoma oculorũ deſiit: ſed ne diu in his perſeuerem, ne trahas ad dentes. Et quia catarrhus eſt ratione hepatis, eſſet optimũ refrigerare hepar aquis Veronenſibus, non obſunt ventriculo, & euacuant ex vijs ductuum. Itaque expurget corpus, & ſumat aquas in Iulio, & poſtea deuenirem ad cauteria, quę haberent vim diuertendi materias: & quia materia fluit ab inferioribus, facerem cauteria in tibijs, quia volo diuertere à toto corpore, non autem à parte: & ſi diuertant cauteria brachij, tamen plus à toto tibiarum. Purgetur interdum, aliquando cocchiis, frigido tempore de maſtiche, de aloe, de agarico. Hoc modo voluiſſem vt præſeruaretur, vt octo dieb. interiectis his vteretur. Et caſsia vtatur tempore calido, adde pulueres aniſorum, vel fœniculi pro diſcutiendo flatu. Fugiat aromata euaporantia ad caput, vina fortia. Vtatur cibis generantibus bonum chymum, & non cacochymis: aut, vt ſunt carnes pullorum. Olera fugiat. Vtatur frictionibus & exercitatione ante cibum, vt corpus diffletur, & materiæ quæ tendunt ad caput.

FRISIMELICA.

Aureæ pillulæ & bilem & pituitam euacuant,

& cocchiæ etiam. Roborarē caput,& hoc ſiccan-
do, decoquo betonicam, roſas, chamomillam,&
laua caput. Robora caput imponendo pulueres.
Laudarem maſticatoria aſsidua,& euacuationes
repetitas.

CONSILIVM CXXVI.

De catarrho,qui in oculis facit viſionem corruptam, in auribus tinnitum, in brachio ſiniſtro ſtuporem.

HISTORIA. Magnificus vir natus an-
nos 30. moleſtatur in dextro oculo, ita
vt percipiat obtenebrationem,& ei ap
pareant nigra, quæ aſpicit,& quaſi per
telam aranearum perſpiciat. In auribus ſentit tin
nitum. In collo, humeris, brachio, coxendice, in
ſiniſtra parte affligitur: & nunc in motu ſiniſtri
brachij quoque impeditur, etſi illud mouet. Pa-
titur dolorem in iunctura clauiculæ, vbi annecti-
tur oſsi pectoris. Dum aſſumpſit cibum, ſentit
grauitatem & eructationes graues. Hæ ſunt de
quibus conqueritur.

MONTANVS.

Clariſsimi D.D. propter multas cauſas ſumus
hîc conſulturi de ſymptomatibus. Primò, hîc eſt
viſio corrupta, tinnitus aurium aliquādo illi mo-
leſtus eſt, percipit defectum in motu brachij ſini-
ſtri,& ſtuporem in tactu, circa clauiculas tumo-
rem cum duritie: de quibus quærit à nobis con-
ſilium. His conſideratis, ſi aliquid dicere volu-
mus de ſymptomatis, aut ea remouere, non poſ-
ſumus id facere, niſi noſcamus naturam, & cau-
ſas ſymptomatis. Et cùm cauſæ ſint duplices,
quædam intrinſecæ, quædam extrinſecæ: de in-
trinſecis nobis dicendum, quæ non æqualiter al-
terant, ſed prout variæ ſunt impreſsiones,& ꝓut
variè reperiuntur. Quod vt rectè intelligere poſ-
ſimus, videndum eſt quæ ſit temperatura, per ea
quæ ſenſui apparēt, ac per iſta ſigna deueniemus
ad occultorum cognitionem. Sunt autem duo
membra, quæ conſtituunt temperaturam totius
corporis, cor tanquam principium formale, he-
par tanquam materiale. Ideò oportet nos inqui-
rere naturam iſtorum duorum membrorum, ex
quibus temperaturam totius cognoſcere facilè
poterimus. & quantum variantur hæc, ab iis ſi-
gnis cognoſcere oportet, quæ ꝑpetuò talia ſunt,
& à principio generationis talia fuerunt, de qui-
bus 2. lib. de Temper. Primò igitur ab his incipia-
mus, quæ à principio generantur,& hæc ſunt pi-
li, qui oriuntur in pubertate: illi non ſunt albi,
qui indicant dominium pituitę, verùm flaui. Sed
cauſa flauitiæ eſt miſtio quædam nigricantis co-
loris, cum florido, qui à bile eſt: obſcuritas verò
indicat quandam aduſtionem. Inde colligimus,
quòd à principio generationis fuerit calidus. Mu
ſculi quoq; robuſtiores apparent, & carnis mul-
titudo. Carnoſi homines ſunt, vbi caliditas eſt:&
vbi ea cum humiditate fiunt, pingues. Poſtea a-
ctiones per ſe vniuſcuiuſq; membri naturam o-
ſtendunt. Hic magnificus vir ſemper abundauit
ſanguine, etiam nunc, cùm non rectè valet. Per-

A petuò itaque vidimus ſigna caliditatis, etiam in
his, quæ ab initio generationis apparent. De cor-
de autem: in thorace plurimi pili, amplitudo tho
racis, pulſus magnitudo, velocitas, frequentia,
omnia caliditatem cordis indicant: huic mem-
bro tamen crederem ſiccitatem adiunctam. Am-
plitudo venarum, etſi fieri poteſt vt in ſectione
venarum appareāt minores & anguſtiores, quia
carnoſitas plurima eſt, & pinguedo: non poteſt
tamen tanta eſſe anguſtiā, quin reſpondeat copia
B ſanguinis, quę humiditatem hepatis arguit. Cor-
pus igitur totum ex his iudicari poteſt calidæ &
humidæ temperaturæ: eſt enim expreſſa Galeni
ſententia, vbi hęc duo principalia conueniunt in
temperatura, corpus totum neceſſariò tale eſſe,
& cerebrum tale eſſe, omninò arguunt ſenſuum
operationes,& præcipuè interiorū. Eſt quidem
diſcurſus mediocris, non excellentis, cuius cauſa
eſt humiditas. Spiritibus enim ſiccis eſt pruden-
tiſsima anima. Ventriculus autem quòd ſit frigi-
C dus ob caliditatem hepatis, eſt veriſimile. Sic ex
his ſignis temperaturam totius & præcipuorum
membrorum venari oportet, quæ à primo ortu
talia ſunt,& ſemper permanent. Verùm ſi ſuma-
mus ſigna ab humoribus, qui quotidie generan-
tur in corpore, videbimus indies immutari ta-
lem habitum in mollitie, craſsitie, gracilitate, ſe-
cundùm dominium variorum humorum. Sicut
hoc corpus lapſum etiam eſt à ſua naturali tem-
perie, ob malum regimen: victus enim ratio mo-
D dò frigidior & humidior. Deinde quod ad colo-
rem, qui de humoribus indicat: quia rubedo in
hoc corpore non eſt viuax, ſed obſcurior, potius
pituitæ dominium eſt, quæ album facit corpus,
non floridum. Totum igitur corpus hoc immu-
tatum eſt, & ſubſecutæ ſunt diminutæ actiones
& impedimēta, cùm membra ob temperaturam
mutatam opera ſua non rectè perficerent. Sed
cùm corpus calidum & humidū à natura, quæ-
nam fuerunt cauſæ extrinſecæ, quæ illud immu-
E tarunt? Vbi eſt caliditas & humiditas in corde,
hepar quoque calidum generat plurimùm ſan-
guinem, deinde bilem, non tamē multam,& plus
pituitæ. Vbi enim caliditas iungitur humidita-
ti, fit elixatio, non autem vllo modo aduſtio. Vn-
de abundant tales pituitæ, quod Galenus teſta-
tur, ideò iam ſanguis eſt humidior. Hîc acceſsit
poſtea mala victus ratio, rarò ſe exercuit, ſemper
in ocio degens, cùm egeret exercitio plurimo: ex
hoc etiā cœpit multiplicari pituita. Ingeſsit plu-
F rima cibaria omnis generis: plurimo ſomno de-
ditus fuit, verſatus in aere nocturno,& habitauit
in loco, propter ſitum ſuum, ſemper frigido. Fa-
cilè igitur aggregata ſunt excrementa ob ſymbo
lum, quod habuit cum loco, & cauſæ intrinſecæ
facilè mutātur ab extrinſecis. Continuò & quo-
tidie aucta pituita, ſuffocatus eſt tandem calor
naturalis à multitudine materiæ: & ſecundùm
varios impetus, quos habuerunt humores, factæ
variæ ægritudines. Acceſsit hoc vnum, quòd plu
G rimi vapores aſcenderent ad caput: nam qui cali-
di ſunt hepatis, facilè patiuntur repletionem ca-
pitis:& in cerebro, quod frigidius eſt, reſpectu he
patis, naturaliter incraſſati deſcendunt: inde &
defluunt

defluunt ad varias partes, præcipuè verò ad iugulum & clauiculam: hinc eſt initium omnium malorum. Ante oculos apparet nigredo & obſcuritas, quia ſpiritus perturbâtur ab humore craſſo & pituitoſo. Vapores omnes pituitoſi id efficiũt, ſicut apparet in aere extrinſeco, quando illum nebulæ obſcurant: ita ſecundùm magis & minus deſcendunt huiuſmodi humores ad alias partes, & faciunt dolores, vt ad iſchiam in brachio efficiunt ſtuporem: quia virtus non poteſt tranſire & penetrare ad locum, ſicut fit in ſole obſcurato. Vbi neruus eſt obſtructus, fit ſtupor: & tũc percipit impedimentum circa motum. Ventriculus etiam factus eſt frigidior, & deteriores fiunt cõctiones, ob quotidianum deſcenſum catarrhi, vt ita omnia ſymptomata pendeant ab vna cauſa. Atque adeò iam habetis eorum cauſas, tam intrinſecas, quàm extrinſecas. Sum enim breuior, quia ter incidi in vertiginem, dum hæc dixi.

De prognoſtico. Nihil eſt quòd impediat curationem, niſi id contigerit, vt ipſe nolit parére. Si infirmus cum morbo facit, ſine dubio non curabitur: quia duo plus valent contra vnum. Si autem ſtat ex parte virtutis, euadet. In quacunq; tandem parte ſit materia fluxa, poterit relinquere aliquid malignitatis, maximè, quando diu talis intemperies permanſerit: vt in oculo, qui patitur obtuſionem viſus: & dubium eſt omninò, an iam morbus ſit factus per eſſentiam.

Curatio quomodo facienda? Ex quo dominantur plurimi humores crudi propter malã victus rationẽ, patet quòd oporteat remouere cauſam, malam victus rationem. Cùm autem lapſum ſit hoc corpus ad frigiditatem & humiditatẽ, victus ratio debet offerri contraria, ſcilicet calida & ſicca. Primò, carnes ſint ſine excrementis, vt carnes auium montanarum cum modico cinnamomi. Ante prandiũ vtatur aniſo: betonica optima eſt etiam, & grata guſtui. Granum, qđ illi conueniat, poteſt eſſe hordeum, reliqua omnia relinquat. Panicum exiccat, ſi optimè coquatur, ſed parũ adfert nutrimenti. lac amygdalarum dulc. non omninò improbatur. Non enim prorſus vinum auferrem, ſed offerrem, ita vt moderatè ſumeret album, tenue & pauciferum, vel cum aliqua aqua permiſtum. Euacuatio fiat attenuantibus & concoquentibus: & prius euacuetur ſanguis, poſtea humores attenuentur. Oxymel, ſyrupus de betonica, cũ decocto ex aniſo, fœniculo & betonica, pro attenuatione humorũ conueniũt. Poſtea fiat euacuatio cum agarico, vel colocynthide miſta cum aliis. Factis euacuationibus, quia eſt lapſus à tẽperatura calida, tutò calefacientibus vti poſſumus. Ideò laudarẽ balnea, quibus primùm in potu, poſtea ſtillicidio vti poterit. Reducetur enim hac via corpus ad ſuam naturalem temperaturam. Vltimò velim vt faceret cauterium in crure.

CONSILIVM CXXVII.

De deſtillatione à capite & multis affectionibus, quibus caput per conſenſum patitur, ac aliis plurimis ſymptomatis, pro Marchione Montisferrati, datum Anno 1548.

A TALI ſuppoſita temperatura nobiliſſimi viri, qualem audiuimus, quę dupliciter eſt inæqualis: primò, ſecundùm totum, cùm recedat à temperamento per calidum & ſiccũ: ſecundò, per membrorum nobilium inæqualitatem & contrarietatem: eſt enim, vt refertur, frigidioris ventriculi, & calidioris hepatis. Suppoſita inquam tali temperatura, dicamus hoc corpus paratiſſimum eſſe ex propria ſua natura ad multa magnarum ægritudi-
B num genera, & perpetua præſeruatione egere. Quandiu ergo fluebãt hæmorrhoides, & ſanguis etiam è naribus, vtrunque etiam magna copia, vt intelleximus: & quandiu fiſtulam in ano apertam & fluentem ſuſtinuit, ob tales diuerſiones, purgationes & deriuationes, corpus hoc aliquãtò melius habuit: vbi verò omnia ſuppreſſa ſunt, non ſine ratione deſtillationes, vlcera, animi deliquia, & fortè etiam acceſſiones epilepticæ, imaginationes melancholicæ, febres acutæ, puſtulæ,
C & exanthema in cute, ſtupores & grauitates capitis, aliaque id genus ſucceſſiuè infeſtarunt, infeſtantque nobiliſſimum virum. His ergo omnibus multisq; aliis, quę proculdubiò progrediente ætate ſuccederent, niſi vita intercipietur, prouiſurus, proponã duo communia neceſſaria, tam in præſeruatione, quàm in curatione ſeruanda: primò, diligentem victus rationem: ſecundò, auxilia quæ haberi poſſunt, tum per pharmaciam, tum per manuum operationem. Quantum ergo
D ad victus rationẽ, circa aeris qualitatem conſulo, vt omnes vitet exceſſus tam caloris q̃ frigoris: propterea æſtate atq; hyeme regetur diligentius q̃ temporibus mediis: æſtatis enim calor ſanguinem adurit, & humorem præparat melancholicum: hyemis verò frigiditas auget ventriculi imbecillitatem, crudos humores & flatus generat, & in his omnia ſunt ſemina ſuarum ægritudinũ. In vtroq; ergo exceſſu ea cura adhibenda eſt, vt æſtate à caloris iniuria, in hyeme à frigore, quan-
E tum fieri poteſt, ſe muniat, atq; defendat. Somnum & vigilias ita moderetur, vt longè magis inclinet ad ſomnũ: longè enim præſtat in tali temperatura ſomnum excedere, q̃ vigilias. Nihil autem magis pernicioſum ſibi exiſtimet, q̃ animi inſignes moleſtias, ſiue fuerit ira, ſiue mœſtitia, ſiue timor: hæc enim omnia tanquam venena caueat humores corrumpentia, membris principalibus perniciem afferentia, concoctionem omnem impedientia. Quærat igitur omni ingenio
F lætè & iucundè cum gratis amicis viuere, occaſionesque omnes alterandi animi euitet. Vſum Veneris neque omninò interceperim, neque admodum conceſſerim: parcius tamen eius vſum eligerem ad excitandũ potius corpus, quàm reſoluendum. Caueat quammaximè ad Venerem accedere, vel poſt plurimos animi aut corporis motus, vel poſt ciborũ plenitudinẽ. Studeat ſingulis diebus excremẽta corporis reddere. Quòd ſi vel natura vel ægritudine fuerit impeditus, e-
G runt remedia ſalutaria, vt tribus horis ante prandium, vel iij.ʒ. terebinthinæ deglutiat, vel ius pulli, in quo decoctę ſint betæ, malua, mercurialis, & pruna dulcia: vel vt ſumat cochlearia duo optimi

aceti ſcillitici,vel vt manducet ac deglutiat ʒ.mediam optimi rhabarbari:hæc enim omnia excrementa alui optimè educēt, ac membra naturalia ſine læſione corroborabunt. Corporis autē exercitio quantum fieri poteſt,congruis horis incumbat,quæ erunt maximè matutinæ: ſitq; exercitij genus longum potius q̃ velox, vſq; ad inſignem anhelitus mutationem,& cutis humectationem: notumq; illi arbitror, poſt exercitiū muniendū corpus ab aeris frigidioris iniuria, atq; in loco tepido quieſcendum, neq; ad cibi ſumptionem accedendum, niſi vbi prorſus quieuerit anhelitus, & totius corporis aduēticius calor, ita vt omnia ad priſtinum ſtatum redierint. Quantum ad cibi potusq; rationē attinet, obſeruetur præcipuè ne ingeratur nouus cibus, niſi prius ſumptus prorſus concoctus fuerit, & diſtributus: quo errore, ſicut pleriq; omnes,delinquūt, ita ab eo maximè cauendum eſt, tanquam ab omnium malorū fonte & origine. Accedat ergo ad cibum cū naturali fame,quod vt fieri poſsit, parcè comedat,ac bibat, tam in prandio, q̃ in cœna: imò ſi bis in die comederet, corpus illud non toleraret,vt multi non tolerant. Laudarem vt potius ſemel tantùm ſingulis diebus veſceretur,q̃ aſsiduè importunis cibis ſibi cruditates & humorū putredines compararet. Et hoc caput eſt & fundamentum curationis totius,ſine quo reliqua omnia corruent,& neceſſariò deſtruentur. Caueat etiam à ciborum varietate: ex ea enim prauitas concoctionis, putredo,cruditas, ſatietas nauſeatiua, humorū malorum redundantia, & omne ægritudinū genus producitur. Sit ergo vnico cibo contentus, eligatq; qui optimi ſit alimenti. Vinum quærat maturum, colore medium & ſubrufum, ſubſtantia tenuiſsima,lucidū, & tranſparens: neq; acidum, neq; aſtringens,qualia multa ſunt circa Mediolanum. De particulari autem ciborū electione nihil dicendum arbitror,cùm nihil vulgatius, nihil omnibus magis expoſitum ſit,q̃ ea maximè expetenda,quæ ſint optimi nutrimenti, & facilis concoctionis: credoq; hæc omnia ſuæ dominationi iam vſq; ad faſtidium inculcata. Hæc igitur ſatis erunt, quantū ad totam victus rationem attinet. Reliquum eſt ad ſecundam partem propoſitam accedere,quę circa medicationem & chirurgicas operationes verſatur. Pro medicatione igitur compertum habemus,corpora inæqualiū membrorum perpetua præſeruatione egere: quacunque enim diligenti cura circa victus rationē adhibita, neceſſaria tamen pluribus excrementis redundant: quæ niſi optimè euacuentur,morbos pariunt. Ergo bis ſingulis annis hoc corpus euacuandum iudicamus, Vere inquā & Autumno: poſſeque euacuationem hoc modo perfici:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Rhabarbari pulueri zati ℈.ij.

Miſce, & fiat bolus cum zuccharo, ſumendus manè ante cibum. Sequenti die bibat infraſcriptum ſyrupum:

R. Syrupi de cichorea Nicoli completi,
Mellis roſati colati ana ℥.j.
Aquæ boraginis ℥.iiij.

Miſce pro vno,& ſic pro aliis vſque ad ſeptem. Deinde accipiat huiuſmodi pharmacum:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Cum aqua boraginis fiat potus breuis, ſumendus in aurora cum cuſtodia. Quòd ſi fortè à potione pharmaci abhorreret, loco eius ſumi poſſent pillulæ aggregatiuæ pondere ʒ.j.s. vel bolus confectus ex ʒ.iiij. confectionis hamech cum diacatholiconis ʒ.vj. Perfecta hac euacuatione, per quatuor ſubinde dies laudarē vt manè & veſperi ante cibum ℥.s.ſacchari roſati deglutiret. Quòd ſi etiam in purgatione Veris poſt ſecundum ſyrupum mitteretur ſanguis è baſilica dextri lateris, crederem hoc præſtantiſsimum fore. Et hæc pro annua purgatione. Prò membrorum corroboratione præſtantiſsimum eſſet, ſi bis ſingulis menſibus,imò etiam ter ſumeret tribus horis ante prandium bolum confectum ex ʒ.j. optimi mithridatici, & ʒ.iij. zucchari roſ. A' reliquo pharmacorum genere conſulerem vt poſtea abſtineret: neque enim tot inculcare corpori,præſertim debili proficuum eſt, cùm omnia illud habeant commune, quòd humanæ naturæ aduerſentur, ſecundùm propriam ſubſtantiam. De ſtillicidiis & potu aquarum thermarum, dicam quod ſentio. Primò ſtillicidia in commiſſuris capitis prorſus reſpuo in hoc clariſs.viro: eſt enim melancholicus,&augeretur exiccatio cerebri,quo nihil deterius melancholicis. Præterea caput, iudicio meo,deſtillationem illam non patitur, quoniam ſuapte natura non humidum ſit, imò potius ſiccum: ſed deſtillatio prouenit ob multum vaporum aſcenſum,quo caput iugiter repletur. Eſt autem hoc maximè commune: primò,vt quicunq; calidi hepatis ſint, ad repletionem capitis ſint paratiſsimi,quemadmodum affirmat Galenus 3.de Loc.affect. Secundò,quicunq; frigidioris ventriculi ſunt, perpetuā habent materiam crudorum vaporum per vias latas caput replentium. Non eſt igitur mirum,ſi clariſsimus vir patiatur deſtillationes,quamuis etiam ſuapte natura ſit ſicci capitis,fortè etiam calidi. Quantum autem huiuſmodi cerebri temperaturis ſtillicidia thermarū ſint aduerſa, teſtatur Galen.6.de Sanit.tuen. De potu verò thermarum,fortè ſi quę eſſent temperatiores, non nocerent, cùm & membra naturalia euacuarent, & obſtructiones aperirent, & robur etiam adderent. Hæc tamē iuuamenta fluxa temporaneaq; eſſent, quibus poſtea ſuccederet exiccatio ab omni thermarum genere inſeparabilis: quam exiccationem quæ incommoda vitæ conſequantur,omnes Medici norunt. Ex his facilè eſt videre, quid ego de aquis thermarum ſentiam. Quātum ad chirurgicam attinet operationem, laudo primùm,vt quacunque arte fieri poteſt, commodè fiſtula renouetur: plurima enim mala & orta & oritura arbitramur ex illius fiſtulæ ſuppreſsione. Quòd ſi etiam hæmorrhoides prouocarētur,quibus & antea fuit ſubiectus, fortè & fiſtulæ vicem ſupplerēt. Sed præterea ſummoperè laudo,vt cauteria fiant,non circa humeros,imò in vtraque tibia in loco conſueto. Membra enim naturalia ſunt illa,quę patiuntur,& caput in conſenſum trahitur:& ideò auerſiones circa infe-

ca inferiora ſunt faciendæ, credoque ex crurum cauteriis non mediocre ſucceſſurum iuuamentum, præcipuè ſi reliqua quoq; inſtituta conuenerint. Omninoque illud concludimus, neceſſariò aperiendos eſſe plures veluti fontes, quibus redundantes huius corporis materiæ continuè deriuentur, auertantur, & expurgentur.

CONSILIVM CXXVIII.

De catarrho, tuſsi, anhelitus difficultate, dolore capitis cum vertigine, dolore podagrico, & œdematico tumore cruris pro duce Mel fenſi, Anno 1550. die 10. Iunij.

INTELLECTIS his omnibus, quæ à clariſsimo Doctore diligētiſsimè explicata ſunt circa diſpoſitiones præter naturam illuſtriſsimi & excellentiſsimi Principis & Proregis in Italia Regiæ Maieſtatis Galliarum: videtur hæc eſſe ſumma. Patitur primò deſtillationem catarrhi ad partes ſubiectas, quæ interdum difficultatē anhelitus inducit: aſsidua tuſsicula infeſtatur, nonnunq̄ etiam podagrico dolore afficitur, ac præterea œdemate & tumore crurum laborat: dolore etiam capitis, & vertigine nō parum vexatur. Quæ cùm à nobis diligenter perpenſa conſiderataq; fuerint, coniecimus, probabilibus rationibus ducti, fontē primamq; originem horū omnium ſymptomatum eſſe imbecillitatem membrorum naturalium ex frigiditate contractam: quæ quidem frigiditas exceſsit, tum longo ætatis prouectu, tum etiam mala victus ratione in omnibus ſex rebus non naturalibus. Hoc ita eſſe, ſatis indicare poteſt tumor ille pedum œdematicus: & ſanguis aquoſus, qui ex fluxu hæmorrhoidis conſpici ſolet. Ea ita igitur exiſtente intemperie frigida tum ventriculi, tum hepatis, par eſt omnia conſequi ſymptomata enumerata: præcipuè cum his accedat quoq;, vt audio, capitis intemperies frigida: plurimi enim vapores crudi tum à ventriculo, tum à toto corporis ambitu ad cerebrum aſcendunt: itaq; non mirum eſt, ſi inde deſtillatio continua generetur, cùm ea materia vaporum ſit perpetua, ſequitur etiam, vt pro raptu materiæ & catarrhi deſcendentis ſecundum locorū diuerſitatē varia ſequātur ſymptomata, tuſsis inquam, anhelitus difficultas, dolores articulares, capitis etiam grauitas, dolor & vertigines. Quæ cùm ita ſe habeant, habita ætatis ratione, iudicamus illuſtriſsimum Principem multa præſeruatione indigere, moreſque ideò illi permutandos eſſe, vt proculdubiò longè facilius ſit præſeruare, quàm curare. Quæ quidem præſeruatio nullo modo à Medico fieri poteſt, niſi illuſtriſs. Princeps eodem prorſus ſtudio teneatur. Primò tota victus ratio immutanda eſt, aeriſq; exceſſus omnes ſummoperè vitandi, frigidi tamen præcipuè & humidi. Cauebit flatus omnes tam Auſtri, quàm etiam Boreæ. Fugiat quantum fieri poteſt, omnes animi moleſtias, atq; à cœna & prandio ociabitur animo & corpore, nihil vel intenſè ſcribendo, aut cogitando, aut dictando (vt Principes ſolent) ſed molliter deambulabit. Neque dormiet interdiu,

A niſi in tota ætate fuerit conſuetus, vel plus æquo noctu vigilauerit. Si ergo dormiendum fuerit, ſomnus erit perquā breuis: & ſi fieri poteſt, non decumbat. Procurabit ſingulis diebus, vt venter obediat: & ſi natura defuerit, arte ſupplendum eſt. Propterea q̄ maximè probauerim frequentem vſum terebinthinæ Cypriæ: nam præterquàm quòd ventrem leniet, conferet etiam catarrho & pectori, neruos cerebrumque corroborabit, vrinam prouocabit: quod ſenibus maximè B eſt expetendum. Si etiam caricis aut ficubus aridis pinguioribus vtetur, ferè ad eoſdem vſus conferet. Sumere etiā interdum oxymel ſcilliticum, vel acetum eiuſdem ſcillæ, ſi ventriculus tolerabit, ſummoperè proderit nō tantùm ad molliendam aluum, ſed etiam ad humores craſſos viſcidoſq; incidendos, ad tuſsim & podagram. Conſulerem quoque, vt aliquo illorum, vel omnibus interpolatim & alternatim vteretur, etiam abſq; leniendæ alui neceſsitate. Quantum verò ad ci- C bum & potum attinet, primò illi omnis menſa Principum lauta & delicioſa omninò interdicenda eſt: vnico enim cibo & ſimplici contentū eſſe oportet, qui ſit facilis concoctionis & optimi nutrimenti. Neq; in eligenda materia multum immorabor, cùm vulgatiſsima ſit, habeatq; aſsiſtentem Medicum prudentiſsimū & doctiſsimum. Potus ſit vini minimè dulcis, ſed maturi, clari, limpidi, & vnius ſaltem anni, non multū potentis, medij coloris, quòd etiam parcè bibat: abſti- D nebitque omninò à potu à prandio & cœna. Hac victus ratione ſibi propoſita vtatur, quæ nullo modo varianda eſt, ſed habitus in ea faciendus: habere enim in præſeruatione ferè totam ſpem debet. Laudo poſtea, vt nonnullis etiam medicamentis vtatur, quæ poſſunt ventriculū & hepar corroborare, & ab illis intemperiem frigidam remouere. Laudo igitur vt vtatur ante cibum diatrionpipereon, quod in rotulis ex ſaccharo conficiatur, vel diacalamentho eodem modo confe- E cto. Nonnunquam etiam ſummoperè confert vſus mithridatici antiqui, quod ego theriacæ prætulerim in illuſtriſ. Principe. Vbi præterea compertum erit Medico prudentiſsimo corpus idoneè euacuatum eſſe, neq; redundare excrementis: laudarem tunc temporis frictiones quoque omnium membrorum, & balnea aquæ dulcis, in quibus tamen decoquerentur roſæ & chamæmelum, & aliquid etiam abſinthij: vt ſimul & calor innatus augeretur, concoctiones difflationeſq; F fierent meliores, ac preterea tonus ſingulis membris adderetur. Quę intentiones etiam augebuntur, ſi poſt frictiones & balnea totū corpus inungatur ex oleo garyophyllorum odorato, vel ex reſina, aut gummi nucis muſcatę, quod iam deferri incœpit à Luſitanis: eſt enim pręſtantiſsimum remedium, quod multa experiētia comprobauimus ad omnes artus corroborādos, contra podagram, & morbos articulares. Conſulerē pręterea vt ſingulis annis illuſtriſsimus Princeps bis pur- G garetur, Vere inquam & Autumno: eſſet autem purgatio mitis, conueniens ætati & morbo. Neq; ego tranſcenderem in purgatione vſum caſsiæ & rhabarbari, augendo & minuēdo doſim, put pur

gatio bene ſuccederet, & virtus toleraret: nulla A enim purgatio eſt tam exquiſita, quæ perfici non poſsit his benedictis medicamentis, ſi modò doſim pro viribus metiamur. Nullus præterea humor eſt in humano corpore redundans, qui his duobus medicamentis educi non poſsit, ſiue ille ſit craſſus & viſcidus, ſiue terreus aduſtus, ſiue ſubtilis & bilioſus, vt quotidiana experientia deprehendimus: & vt teſtatur quidem apud Græcos Actuarius, apud Arabes verò Meſue. Non ergo hæc medicamenta excedenda putauerim. B Quantum verò profuturæ ſint annuæ huiuſmodi purgationes, repetitæ in affectibus illuſtriſs. Principis, teſtatur Galen. tum in lib. Quos, quomodo, & quando, &c. tum in Meth. de Miſsione ſanguinis. Vt tamen melius præſeruari poſsit Princeps illuſtriſsimus, nō diſpliceret, vbi prius aliquāto tempore omnia quę diximus, rectè peracta fuerint, accederet etiam ad vtriuſq; cruris cauteria: plurimùm enim poſſunt in auertendis vaporibus & humoribus, qui raptum habent ad caput. C Conſulo etiam, vt familiarem habeat vſum, vt manè maſtichen mandat, & inde caput purgetur: vel garyophyllum, vel portiunculam nucis muſcatæ, vel folia dictamni Cretenſis, quæ non ſint arida. Iſta enim plurimùm poterunt ad expurgandum caput: neq; aſcenderem ad validiores apophlegmatiſmos, ſed his tantùm eſſem contentus. Quantū verò attinet ad errhina, quæ vulgò caputpurgia appellantur, dimitterē huiuſmodi auxilia in Principe illuſtriſsimo, tanquam quę D nimis excutiant, agitent & commoueant. Hæc omnia ſi diligenter, & ſuo quoque tempore rectè peracta fuerint, ſperò illuſtriſsimum Principem præſeruandum, tum ab his ſymptomatibus, quibus nunc afficitur, tū etiam à deterioribus: quæ neglecta curatione cōtingere poſſent ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM CXXIX.

De catarrho frigido cum ſumma debilitate membrorum naturalium, pro iuuene. E

CASVS per Friſimelicam. Aguntur plurimi anni, quòd vidi iſtum puerum, & ferè ſemper cum obſtructione membrorum naturalium hepatis & ſplenis: ita vt ſæpius laborârit, aliquādo febri, aliquādo dyſſenteria, aliquando aliis morbis. Anno ſuperiori percuſſus eſt baculis, & ob eas contuſiones valde læſus eſt circa collum & dorſum: euaſit tamen, F ſine meo auxilio, pòſt ſecuta febris. Ego vocatus miſi ſanguinem, & curaui cum magna difficultate, propter tumorem ſplenis & obſtructiones. Erat Autumnus, iuſsi vt rus iret, præſcripta ratione victus, & aliis quibuſdam, quæ corroborarent membra naturalia: quæ omnia neglexit, ſuo modo viuens. Ego eum non vidi amplius: ſed recitant ipſi incidiſſe eum in tumorē & inflationem omnium membrorū, & præcipuè crurium, cum magna totius corporis imbecillitate: vrinę etiam G videbantur extraneæ, nihil omninò rectè, viuebat ſuo modo ita per hyemem vſq; ad Bacchanalia. Et ſi videbatur aliquantò melius habere, nun quam tamen erat integrè ſanus: non bene egerebat, & aliquando cibum euomebat: quod magnam arguit imbecillitatem membrorum naturalium. Poſtea de nouo iterum inordinatè vixit, & acceſsit etiam ad ſaltationes, ſuperuenit illa febris cum puſtulis quibuſdam per totum corpus, quas anus quędam Variolas dicebat, Medici Petechias cum febri peſtilentiali, miſerunt ſanguinem, ad quod ſecuta paralyſis totius eius lateris: quæ cum receſsit, manſit impedimentum in voluendo collo, membrorum naturalium magna debilitas, tumor & inflatio pedum, ſub noctem præcipuè: poterat tamen ire quò vellet. Nunc afficitur etiam catarrho à capite ad varia loca defluente, maximè tamē ad collum, & eius motum impedit, antè ad humeros etiā. Sed eo nunc non amplius vexatur. Et niſi huic catarrho ſuccurratur, periculum erit de hydrope, vel apoplexia, aut ſubita aliqua paralyſi.

MONTANVS.

Symptomata quibus affligitur hic iuuenis, notiſsima ſunt, & ſenſui apparent. Primùm, de quo maximè conqueratur, eſt tumor in collo, impediens ſenſum & motum: ſenſum, quia percipit dolorem obtuſum, præcipuè ſub veſperam. Motum, quia nō poteſt mouere & flectere in partes, antè, retrò, dextrorſum, ſiniſtrorſum. Secundò queritur de dolore capitis grauatiuo, quaſi videatur trahi deorſum. Item quòd ſit aliquid in capite, quod videatur moueri. Tertiò malè concoquit, & vomit cibum, multis menſibus intumeſcunt crura veſperi, & in omnibus partibus corporis ſentit laſsitudinem. Pro his quærit conſilium. De præteritis nihil dico, quia eorum fiet mentio in inquirendis cauſis, quę ſint neceſſariæ ad curationem: præcipuè autem videndum eſt, an omnia ab vno pendeant primo, an à diuerſis: id enim plurimū refert. Si ab vno primo, eo ſublato, remouebuntur omnia ſymptomata: ſi à diuerſis, erit quoque diuerſa curatio & compoſita. Dicam quod ſentio, primò de cauſis intrinſecis diſpoſitiuis has video ex parte temperaturæ & compoſitionis perpetuò diſpoſitas ad has ægritudines: habet caput & collum non proportionatum reliquis membris, pectus anguſtū, membra inæqualia: nec dici poteſt calidus & frigidus ſimpliciter, ſiquidem temperatura à totius diſpoſitione denominari debet. Hepar calidum habet, quia morbos calidos perpeſſus eſt, & abundat bile: ventriculum frigidum, ideò ſæpe in frigidos morbos incidit: ſemper ſenſit gurgitationes circa eas partes, & frequentes obſtructiones paſſus eſt. Habuit igitur, quòd omnes facit ægritudines à materia pendentes, vel mediatè, vel immediatè, inæqualitatem horum membrorum, ob quam pituita & bile abundet, & ideò naturalis diſpoſitio fecit pro aggregatione humorū. Caput etiam deforme, quale Therſites habere dicitur ab Homero maius proportione & acutum: quod ſignum eſt, materiam quidem redundantem fuiſſe, ſed non bonam: & ita ratione compoſituræ, caput aptum eſt ad recipienda excrementa. Cùm igitur membra generātia materiam naturaliter ad hoc

diſpoſita

diſpoſita ſint, vt multam materiam generent, & A caput membrum recipiens debile, & aptum ad recipiendũ ratione ſitus, & euaporationũ aſcendentium à ventriculo per vias latas, & propter rectitudinem: ab hepate verò propter calorem generátem plurimam bilem, & ſanguinem craſſiorem & fumoſum, & venas ac vias etiam latiores: ob quas cauſas, ſicut dicit Galenus, qui ſunt calidi hepatis, ſunt ſubiecti repletionibus capitis: hinc factum eſt, vt corpus præparatum ſit ad malas fluxiones, propter talem diſpoſitionem B membrorum. His ita ſe habentibus, contigerunt plurima citra cauſas extrinſecas & intrinſecas, quæ habẽt vim cauſæ efficientis, & adduxerunt eum in hunc ſtatum, in quo nunc eſt. Concluſiones circa collum & dorſum, quibus partes debilitatæ & affectæ, vt ſe ipſis ſint imbecilliores: & fuit in timore: accidentia animi corrumpunt ſpiritus. Acceſsit febris cum obſtructionibus quæ durauit diu, & ſemper ſunt imbecillia membra naturalia, poſt tranſactam decimamquartam, vt C dicit Auicenna in prima quarti. His factis imbecillioribus, egeſtiones etiam ſunt mutatæ: non continuit ventriculus cibũ vt oportet. Etſi morbus eſt ablatus opera veſtræ excellentiæ, tamen membra corroborare non poterat: quia dum ruſticaretur, vtebatur peſsima victus ratione. Cùm igitur eſſentialiter eſſent malè diſpoſita, propter malum etiam regimen incidit in has diſpoſitiones (quia in habentibus ſymbolũ eſt facilis tranſitus) videlicet in obſtructiones, vnde deterior D color quaſi luteus, vt minus promptus eſſet ad actiones, & nunquã fuit in bono ſtatu poſt illas contuſiones. Incidit igitur in febrim, quę pendebat ex humore frigido, miſſus ſanguis ſtante cruditate in venis & frigiditate. Humores igitur redditi craſsiores ſeipſis, & rebelles magis. Auicenna quarta primi, & de Tuenda ſanit. quart. item de Miſsione ſang. Ideò etiam ſtatim incidit in paralyſin eius lateris propter humores crudos, ſubitò illuc delatos. Dũ iſta febris tranſiuit, perman- E ſit imbecillitas in membris naturalibus, & plenitudo, quoad virtutem, humorum crudorum & bilioſorum: ex frigiditate ventriculi, & caliditate hepatis, quos dum natura pellit ad membra imbecilliora, caput repletum, & inde materia deſtillauit: primò ad ſpatulas, propter contuſiones prædictas, quæ reſolutæ ſunt: remanſit autẽ circa vertebras colli imbibita, & cauſat ſymptomata: impedit ſenſum, quia dolet, & motum, non enim poteſt mouere. Huius igitur ſymptomatis F cauſa eſt materia frigida & cruda, per neruos à capite deſcendens ad ea loca, & fit dolor ex mala temperatura, & adeſt tenſio: vnde etiam dolor, dum flatuatur materia, etiamſi non moueat. Licet autem hæc materia deſcendens à capite generetur, ex parte tamen inferiores partes fouent eã, & præcipuè ventriculus. Interdum quaſi obſtupeſcit, & incidit in ſomnum profundum: interdum facilè exiccatur, propter vapores oppoſitorum humorum producentes oppoſitos effectus: G atq; ita apparent cauſæ omnium ſymptomatum circa caput. Habet tenſionem magnam circa ventriculum cum duritie, vt ventriculus non poſsit claudi ſupra cibum, aut complecti ſicut oportet: quod cùm non ſit, percipitur grauitas, maxima murmuratio, & tandem vomitus: quæ omnia accidunt, quia non bene complectitur ventriculus cibum, propter oppilationes & tenſionem. Hîc eſt morbus in compoſitione, factus ex mala intemperie cum materia & ſine materia etiam: quia ventriculus naturaliter frigidior, plus etiam infrigidatur propter affluxum materię deſcendentis à capite: fit enim circulus ille nothus & famoſus apud Medicos, vt vapores à ventriculo exhalent ad caput, & inde ad ipſum ventriculum materiæ iterum delabantur. Habet igitur ventriculus frigiditatẽ naturaliter & per præſentiam materiæ, quæ eſt cauſa illarum obſtructionum: & quando non bene ſe habent illa membra propter obſtructionẽ & intemperiem etiam contrariam, non fiunt coctiones vti oportet. Ideò excrementa cruda: quæ forma etiam humorum & vaporum tendunt deorſum. Ideò circa veſperum præcipuè deſcendunt ad crura: quia dum ambulat, aperiuntur & dilatantur viæ, vt materia facilius dilabatur: ipſa etiam materia attenuatur, & virtus fortior fit propter auctum calorem, vt materiam expellat ad membra debilitata. Ita videtis omnia quatuor, quæ in omni defluxu ſunt aduertenda, ad hoc eſſe diſpoſita: mandans, recipiens, vias, & ipſam etiam materiam. & hæ ſunt cauſæ omnium ſymptomatum, quæ videntur omnia oriri ab vno principio, à membris naturalibus generantibus materiam: licet membra præcipuè affecta, de quibus ipſe conqueritur, ſint caput & collum: tamen materia quæ facit morbum, eſt à membrorum naturalium intemperie, ad quem ſequuntur ſymptomata, & eſt vnũ principium. Ergo curatio ſimplex, remouere videlicet cauſam, quæ facit affectum.

De prognoſtico. An poſsit curari? Credo non facilè, quia membra naturalia affecta, quaſi hæreditario affectu à natiuitate, & acceſsit iam habitus: ita vt niſi conſiderem in adoleſcentia, non crederẽ curari poſſe, ſed in ætate ſpes eſt. Deinde tanta vis eſt mali, vt omnes morbi q à frigida materia fieri poſſunt, ſint timendi. Secundum enim diuerſum raptũ materiæ fieri poſſunt apoplexię, vel epilepſiæ, ſpaſmus, tetani, opiſtotoni, paralyſes, aſthmata, phthiſes, hydropes, ſecundùm qđ precipitabitur materia. Sed quia circa caput pręcipuè perpetua eſt grauedo: ideò de apoplexia, vel epilepſia maximè eſt metuendum: quia iam quaſi videtur ſtupidus, & perpetuò dormire, neſcit explicare quæ vult. Item de paralyſi timeo, quam iam ſemel habuit. Sed de futuris contingentibus non eſt determinata veritas.

Cura. Si debet curari, fiet id per confortationem membrorum naturaliũ, & apertionẽ obſtructionum, id quod intendebam tum, cùm primò viſitarem eum: ſed nõ poteram agere durius cum eo, accedẽte hyeme, præcludebatur via eradicandi humores impactos. Ideò ſat erat mihi tum, ne caderet in deterius: ſed quia pater ſollicitus eſt de filio vnico, cui poteſt relinquere diuitias, & ægritudo eſt pertinax, quærit curationem inſtantiſsimam, & mauult nunc eam fieri, quàm

poſtea: quia metuit ne cadat in deterius, facilè A
accedo in eam ſententiam, vt curetur nunc. In-
ueniéda igitur alia curatio. Si volumus corrobo-
rare, oportet humores impactos in ventriculo &
primis venis, neruis & capite euacuare: nec ad id
ſufficit vna coctio & vna euacuatio, ſed neceſſe
eſt paulatim & alternatim cōcoquere & euacua-
re ſecundùm commune præceptū. Leniatur ven
ter, concoquatur incidentibus oxymel, ſyrupo
de betonica: euacuetur cum his quæ ſunt accom
modata, vt agaricum, confectio hamech, cocchię, B
&c. Poſtea reiteretur coctio cum fortius inciden-
tibus, & euacuarem iterum. Sed quibus velles
corroborare? Si tempus eſſet thermarum, illæ
èſſent optimæ pro euacuando, corroborando, &
penitus eradicādo catarrho, ſed ſumus in inimi-
co tempore. Interim vti poſſumus amaris, ſyru-
po de abſynthio, cichorio, quæ corroborant & a-
periunt. Electuaria magna: ſed ego propter ſuſpi
cionem morbi Gallici (quanquam parentes hoc
audire nolint) & pro corroboratione iſtorum C
membrorum, & exiccatione catarrhi, exhiberem
decoctum ligni. Poſt purgationem tamen exqui-
ſitiſsimam, quæ nunc fieri non poteſt, caleface-
ret, exiccaret & confortaret. Non exeat in aerem
frigidiorem, ſed domi ſuæ, & in aere temperato
obambulet propter medicinas, vt incommodi-
tas temporis arte ſubleuetur. Poſt collegium hęc
ordinata:

R. Caſsiæ nunc extractæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. Galeni ʒ.ij. D

Cum ſuccharo fiat bolus, ſumatur ſtatim, pro-
pterea quòd cras (vt ipſi arbitrantur) futurum
ſit nouilunium.

R. Syrupi de betonia,
Oxymellis ſimpl. ana ℥.j.
Decocti betonicæ ℥.iij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis. Hoc col-
loquium D. Montani in pauca contuleram, ob-
ſeruatis præcipuis intentionibus curatiuis. Ea
ſunt expreſſa in ſecunda Centuria, conſult. xlviij. E
Nam tum quidem cùm ad meum vſum conſilia
& curationes præceptoris mei colligerem, nihil
minus quàm de editione cogitabā. Nec eſt quòd
cogitent Lectores, ſe vbiq; in conſultationibus,
quæ de colloquiis cum Doctoribus ſunt confla-
tæ γνήσια legere. Hoc pro pietate in Montanum
& beneuolentia mea erga rei medicæ ſtudioſos
monere volui.

CONSILIVM CXXX. F

De catarrho deſcendente ad vertebras colli, & impediente circumgyrationem capitis. Item, de immunda matrice coniugis, pro D. Hieronymo Beck, Anno 1546. 11. Nouembris.

IN eo caſu primùm locutus Friſmelica,
hæc dixit: Nobiliſsime conſeſſus, propo
nitur nobis nobilis Germanus, qui agit
annum 55. ætatis, temperaturæ calidæ G
& humidæ, vt ego poſſum coniicere: non enim
eſt diſtinctè id ſcriptum à Medico quodam, ſed
ex ſignis colligo; color enim corporis rubeus eſt
miſtus cum albedine quadam: qui teſtatur ſuper
caliditate & humiditate, & optimo ſanguine: eſt
etiam vir mediocriter carnoſus, lætus, hilaris, tra
ctabilis, & bonorum morum, quæ omnia ſangui-
nem moderatum indicant, cùm certum ſit mo-
res etiam ad diuerſitatem humorum permutari,
vt etiam Galenus & Hippocrates teſtantur in li-
bro de Natura humana: pili etiam non omninò
nigri, ex quibus omnibus colligo probabiliter,
eſſe eum temperaturæ calidæ & humidæ: incidit
olim in quartanam ex eſu fungorum, ex qua eua
ſit, ita vt nō remanſerint affectiones aliquæ: quæ
ſolent ſequi quartanas, vt tumor lienis. Labora-
uit poſtmodum aliquando renibus: emiſit are-
nulas, vel ex caliditate renum, vel immoderato
victu, vel negociis nimiis, vel equitationibus,
quibus multum vtuntur Germani, & fortaſsis
ex frequenti coitu (eſt enim coniugatus) ſed de
hoc non conqueritur. Nunc autem alio laborat,
de quo conſulit nos. Scribitur, quòd laboret do-
lore in ſpatulis prope collum & vertebras (quem
dolorem ſequitur ſymptoma) vt non poſsit fle-
ctere collum in partes, & fortaſsis etiam non de-
mittere: ita impeditur motus, & cùm vult ridere,
percipit dolorem, idque aliquot iam annis pati-
tur, & maximè cùm exponitur aeri frigido, iuua-
turque magis à calido, & læditur à frigido. Quod
ad conſuetudines, negocioſus eſt in Reipublicæ
negociis & magiſtratu: in victu ſatis moderatus
nunc, etſi iunior indulſit ſodalitiis (vt ſolent no-
biles eius regionis) viuit in regione temperata ſa
tis, non paluſtri, nec montana. Hæc eſt hiſtoria.
Quærit primò integrum conſilium, quomodo
poſsit iuuari, an medicinis, an verò balneis po-
tius: & ſi balneis curari debet, qualia illi ſint ex-
hibenda, & quomodo: ſi enim in Germania repe
rire poſſet, bene eſſet: ſi non, diſpoſitus eſſet huc
venire. Secundò, quærit etiam de honeſtiſsima
ſua muliere, ſed dicemus de ipſo primùm. Sum
iſtius ſententiæ, quòd morbus huius nobiliſsimi
viri, dicatur defluxus deſcendes, q impediat ner-
uos & motum, ne poſsit mouere collum ad eas
partes: ideò dolet, quia motus non eſt naturalis,
ſed violentus, impeditis neruis. Cùm enim om-
nis motus fiat medio muſculorum per virtutem
voluntariè motiuam, per neruos ad illos muſcu-
los delatam: iſta virtus neceſſariò recipi debet à
muſculis, & nerui præparati eſſe ad tranſmiſsio-
nem. Hîc autē impediti ſunt & obſtructi à re ex-
tranea, non quidem vt non ſuſcipiant (ita enim
nullus omninò motus fieret) ſed diminutè ſuſci-
piant, ita vt ſi velit mouere, motus ille ſit violen-
tus, qui cauſat dolorem, ſicut fit à motu violen-
to: ſequitur enim eum ſoluta continuitas, & ad
hanc oritur dolor. Qualis materia? credo craſſam
eſſe & frigidam: ſi enim ſubtilis, diſſolueretur, &
non eſſet continuus dolor. Deinde præcipuè do
let, cùm exponitur aeri frigido: quia tum auge-
tur illa frigiditas, quæ eſt cauſa difficultatis in il-
la motione, vt ita fiat maior dolor. Eſt igitur mor
bus huius nobiliſsimi viri mala temperatura cū
materia craſſa & frigida, quia non reſoluitur, ſed
durat dolor, & eſt continuus. item quia læditur
à frigidis. An verò genita ſit materia in illis par-
tibus,

tibus, an verò illuc tranſmittatur? credo tranſmitti à cerebro, à quo omnes nerui oriuntur vel mediatè, vel immediatè: & illi qui ad ſpatulas tendunt propiores ſunt, ideò facilius recipiunt. Sed dicas, Cur caput non laborat, ſiquidem in eo generetur illa materia? Reſpondeo, Quia fortius eſt, & genitam materiam ſtatim expellit: nec mirum eſt ibi fieri repletionem in tanta ætate, quam in illis partibus magnam eſſe audio, & regione frigida collata ſaltem ad temperatam. Etſi in victu continens ſit, tamen laboribus & verſatione in Republica multum ingraueſcit caput, & congeruntur ſuperfluitates multæ: & fortè etiam per conſenſum eſt à ventriculo, qui valdè conſentit cum capite, ita vt à Galeno libro tertio de Locis affectis, dicuntur germana illa duo membra, propter mutuũ conſenſum. Cur circa mutationes Lunæ præcipuè dolet? Galenus lib. 3. de Diebus criticis dicit, quòd circa nouilunium & plenilunium fiât maximæ mutationes in nobis, quia iſta duo ſydera præcipuè in nos agũt, & maximè Luna propter vicinitatem. Et Auicenna de Ventoſis inquit, creſcere in nobis humores ex motu Lunæ: creſcente igitur humiditate, creſcit cauſa morbi, ideò morbus & ſymptomata ſequuntur.

De Prognoſtico. Poterit curari, ſed cum difficultate. etſi enim ſenes ſunt frigidi & ſicci, tamen ſemper ex inconcoctione abundant humiditatibus & excrementis, ita ratione ætatis eſt vna difficultas: deinde etiam regio frigidior & humidior eſt reſpectu temperaturæ. Præterea ſi aliquæ malæ diſpoſitiones contractæ ſunt in ventriculo & capite, illæ temperies erunt, quæ nobis quoque adferent difficultatem: ſed nihilominus curatio eſt aggredienda, quia temperatura bona, ipſe obediens, & regio non nimis intemperata.

Ad curam. Quæ curandi ratio? Primò, vt tollatur mala temperatura frigida, cum materia exiſtente in loco: quod cũ fiet, locus exercebit operationes: tollemus temperaturam tollendo cauſam, ſeu ipſum defluxum à capite: poſtea corroborandum caput, & ventriculus etiam, ſi is quoque ad eam fluxionem iuuat. Ratio curę incipienda à cauſis remotioribus, & primò euacuandum totum corpus. Vtrum ſit mittẽdus ſanguis? non poſſum aſſerere, ſed malim omitti eam: quia humor peccans frigidus & humidus eſt: regio frigida, & ætas vix admittit: ſi tamen omninò velit, fiat in Vere. Sed ego euacuarem corpus aliis pharmacis euacuantibus pituitam, & ita procederem: primò leniatur venter cum caſsia & hiera: deinde concoquerẽ materiam calefacientibus, attenuantibus & incidentibus, vt ſyrupo de betonica, de iua, de oxymelle, melle roſato, & ſimilibus. Poſtea euacuarem materiam concoctam cum hiera diacolocynthidis, quæ eſt optima, pillulis cocchiis, aut electuario diaphenicon, aut confectione hamech. Et quia fortaſſe non ſufficiet vna euacuatio, poterit ea reiterari bis aut ter etiam pro exigentia. Poſt euacuationem vniuerſalem corporis, euacuarẽ etiam caput cum caputpurgiis, ſternutatoriis, & maſticatoriis: & deuenirem tandem ad alterationem capitis, calefaciendo, roborando & exiccando, facto decocto ex betonica,

A chamomillis, ſtœchade, origano, pulegio. Tunc etiam roborarẽ caput & ventriculum confectionibus magnis, quæ valent ad permutandas temperaturas frigidas: quale eſt mithridatum, quod optimum apud nos conficitur, & ad eum tranſmitti poteſt, & miſceri cum ſaccharo roſato. Eſſet & bona confectio Aureæ Alexandrinæ ſi fieret. Præterea curatis omnibus membris tranſmittentibus, poterimus poſtmodũ venire ad morbum iam factum, curando euacuare materiam exiſten- B tem in loco, & auferre temperaturam malam, factis inunctionibus ex oleo chamomillino, nardino, maſtichino, &c. ſi timeretis horum caliditatem, poſſet addi roſaceum: ſunt & emplaſtra plurima ad hoc conducentia, ſacrum Galeni temperatum: item alia quæ ſunt calida & ſicca. Ad quæſitum modò de balneis. Tentanda res primùm medicinis, & poſtea balneis, ſeu thermis. debet eſſe calidæ & ſiccæ, tenuium partium, qualia ſunt balnea ſulphurea, quæ erunt præſtantiſ- C ſima: quòd ſi erunt commiſta, vel calx, vel alumen non eſſet malum. Si hîc eſſet, conſulerem vt immergeretur in Aponitanis, & acciperet ſtillicidium: & ſi illæ non ſufficerent, vteretur thermis ſanctæ Helenæ, quæ vehementiores ſunt. Idem in Germania facere poterit, ſi habuerit talia naturæ ſulphureæ: quòd ſi non haberet, eſſem illius ſententiæ, vt ſibi conſtrueret aliquod balneum ex aquis temperatis, in quibus decoqueretur ſulphur & alumen, & in illis mergeretur, & ſtillici- D dium acciperet. Nam Galenus 1. de Simpl. etiam metalla concoqui iubet, & illis vti. Sed quæreret aliquis de tempore quo deberet vti thermis. Hac hyeme quæ acrior nunc eſt in Germania, & erit antequam hæc ſcripta ad eum deferantur, vteretur ſolumodò optima ratione victus: abſtineat à cibariis craſsis & humidis, à lacticiniis, piſcibus & carnibus etiam craſsioribus, à vinis potẽtibus: & quia vtitur vaporariis, caueat ne ſe ex illis ſubĩtò transferat ad aerem frigidiorem. Per interual- E la vtetur pillulis, vt interdum cocchiis, vna aut altera pro lubricitate ventris, & euacuatione materiæ, quæ eſt in ventriculo & inteſtinis. Aduenientepoſtmodum Vere, conſulerem vt expurgaret totum corpus, eo ordine quo ſuprà, & tum vteretur balneis, vt ſuprà diximus: & videtur quòd plurimùm proficere poſsit. Sed quia, vt Galenus teſtatur de Victu tenuante in ægritudinibus longioribus, præcipua cura conſiſtit circa victum, præſertim quando materia eſt frigida & F craſſa, velim eum potiſsimùm vti victu attenuante & tenui: & id ipſa ratio dictat, quia calor naturalis, ſi non oneretur nimio cibo, vertit ſe ad eam materiam, eamque concoquit, partim vtilem in nutrimentum transferens, inutilem verò expellens: cùm verò plurimo victu oneretur, calor naturalis ſupprimitur, vt nec materiam illam aggredi, nec oblatum etiam alimentum rectè concoquere poſsit, ita plurimum pituitæ generatur, & augetur cauſa morbi.

G De coniuge, quæ ſcribitur habere matricem immundam, & multo phlegmate onuſtam, credo eam laborare menſtruis albis, habet cõgeſtam pituitam in vtero, & ideò ſemel tantùm pepe-

rit partum imbecillem : qui ſtatim eſt mortuus. Quæritur quomodo curanda, & an balnea illi quoque conueniant. Nouit excellentia veſtra, quòd menſtrua alba proueniãt aut ex iecore, aut ex ventriculo : crediderim ego quòd iecur malè affectum mittat huc ſuperfluitates ſuas ad matricem, quæ eſt receptaculum multorum malorum humorum. Corrigetur alteratione, & ſic tolletur mala temperatura illa. exhibebitur primò hiera cum caſsia, poſtea ſyrupi, quales ſuprà dicti ſunt: deinde cocchiæ, vel alia quæ purgant pituitam: ſed quia corpus tenue, vteretur hiera ſępius, quæ temperat temperaturam frigidam & humidam. Poſtea, ſi biberet aquas balnearum, quæ calidæ & ſiccæ eſſent, temperabuntur membra naturalia, ventriculus, hepar & matrix (quod idem fortaſſe nobiliſsimo viro faciendum erit, quod ſuprà omiſeram) poſtea immergetur etiam in iis, vt magis roborentur omnia iſta membra : vterer etiam confectionibus magnis & mithridato, inungerem ventriculum & hepar oleis calidis : imponerem in matricem corroborantia eam : ſed potiſsimùm victu vterer attenuante, quæ optima foret ratio curandi.

MONTANVS.

Duo quæruntur à nobis principalia. Primò, quomodo curádus ſit à nobis quidam Dominus in Germania, qui laboret hoc ſymptômate. Habet circa ſcapulas & vertebras colli dolorem remiſſum, ſed perſeuerantem, qui exacerbatur ſub coniunctione Lunæ: cui eſt annexũ impedimentum in motu ad circulum non in inflexione, ſed circumquaq; mouendo. De hoc doctiſsimè conqueritur ſuis literis, & petit cõſilium diſtinctum, vtrùm competat curatio cum balneis, aut thermis, ſeu fontibus calidis, an cũ pharmacis : quod fortaſſe ſit diſcrepantia aliqua inter Medicos illius loci, vtra magis cõueniat ratio, vel ipſe etiam nobiliſsimus vir ab alterutra abhorreat. Secundò interrogat circa honeſtiſsimã vxorem ſuam, quę conqueritur de immunditie vteri, quomodo ea ſit curanda. Vt igitur eius dominationi ſatisfaciam, incipiam à primo. Ex quo patet illud ſymptoma qualitate, quantitate, & in quo loco ſit etiam, videlicet circa vertebras colli, apparet iam natura ſymptomatis. Dolet dolore remiſſo, qui exacerbatur circa coniunctiones Lunæ, & impedit motũ circularem. Hæc ſymptomata nota ſunt ex ipſa relatione, ſed cauſæ facientes ea latent, & tantùm patent Medico experto in diſcurſu & curationibus. Quæ igitur ſunt cauſæ? eſt hîc dolor & impedimentum motus. Duo igitur læſa circa facultates ſentiendi & mouendi, quæ ambo ad animalem virtutem pertinent: quæ læſa eſt dupliciter in ſenſu & motu. Quærẽdæ ergo cauſę ſunt, & primò intrinſecæ. Quia actio animalis impeditur, & omnis actio animalis immediatè procedit à cerebro, ergo nocumentum erit vel in cerebro, vel in inſtrumentis à cerebro immediatè procedentibus, q̃ ſunt nerui. Ergo hîc eſt impedimentum vel in cerebro, vel in neruis, vel in vtroq;. In quo igitur eſt cauſa efficiens hoc ſymptoma? Primò credendum, quòd ſit in cerebro, apparent

A coniecturæ: audio circa coniunctionẽ Lunæ maximè eum pati : & nos ſcimus ex Auicenna, cùm loquitur de actionibus Lunæ, quòd vim habeat in noſtris corporibus, & præcipuè de cerebro loquitur, ita vt id dicat creſcere & decreſcere ad motum Lunæ: & omnes ægritudines cerebri exacerbantur ſecundùm Lunam, vt epilepſia: & omnes defluxus à capite maximè exacerbãtur circa coniunctionem Lunæ, quæ vt Galen.3.de Dieb.criticis dicit, maximam facit motionem intenſiuè & B extenſiuè. nam per tres dies durat. Oppoſitio verò maximam quidem facit motionem, ſed intenſiuè tantùm, nõ extenſiuè, quia fit in puncto tantùm. Quoniam ergo in coniunctione exacerbantur morbi cerebri, nõ leue argumentum eſt inde dependere defluxum eiuſmodi. Deinde ille Dominus eſt optimi habitus, viuidi coloris, bonę carnis: ergo bene concoquit, & bene diſtribuit, & primam & ſecundam digeſtionem habet vt oportet. Nec conſueuit laborare multis morbis, ſemel tan C tùm quartanam habuit ex eſu fungorum, & fortaſſe alia accidentia, & in renibus deſtillationem arenularum : ita vt ſi colligamus totã hiſtoriam, corpus hoc non eſt ſubiectum morbis, quia membra naturalia bene diſpoſita habet. Quod cùm ita ſit, & hic morbus perſeueret, nõ poſſumus habere aliam cauſam, niſi cerebrum. Eſt ergo in cerebro primarius affectus, tanquã in membro mandante, & ex eo eſt origo & fomes huius fluxus. Cerebri autẽ intemperies eſt frigida & humida, vel D natura: quoniam ſæpe hoc contingit, vt hepar & cor ſint bene diſpoſita, & tamen cerebrum ſit humidius : vel etiam propter cauſas extrinſecas, vt quia degit in aere humidiore, & in ſtudio legum difficili verſatur, ac negociis publicis, vnde plurimùm laborat etiam tempore coctionis : propter quod impedimẽtum concoctionis vapores aſcendunt, & ita cerebrum laborat : & propter malam hanc victus rationem non leuis eſt cauſa huius morbi. Ex his concluſerim, temperaturam frigi- E diorem & humidiorem in cerebro q̃ oporteat, ratione cuius abundant excrementa, quæ collecta tandem, vt Galen. refert de ophthalmia, à virtute expulſiua depelluntur ad locum magis debilem & imbecillum. Iam de membro ſuſcipiente dicendum. Sunt autem nerui: hi ſiquidem ſunt, qui ſuſcipiunt nocumentũ, ex quo cauſantur prædicta ſymptomata. An verò illi etiam conſentiant? hoc eſt neceſſarium: nam ad hoc vt fiat defluxio, non tantùm requiritur vt peccet membrum mandãs F in generatione, ſed requiritur etiam imbecillitas membri ſuſcipientis. Quòd enim membrum ſuſcipiat, fit vel quia alteratur ad calidum, & attrahit violenter : idque duplici ratione ob dolorem aut inflammationẽ, vel ex debilitate membri ob aliquam malam intemperiem. In hoc caſu noſtro fit decurſus à cerebro ad neruos. An modò ſit violenta attractio, an imbecillitas? Credo vtrunque concurrere : adeſt enim dolor qui attrahit, & eſt imbecillitas. Sed materia an calida, an frigida? G Nemini dubium eſt, eſſe potius frigidã, quoniam omnia atteſtantur ſuper frigiditate tali, perſeuerantia per longum tempus : ſi enim materia calida foret, difflaretur, nec tandiu perſeueraret. Et

eſt

eſt dolor remiſſus, & oẽs acuti morbi, vt 1. Aphor. docetur, ſunt vel à materia calida, vel ꝓpter nobilitatẽ loci. Cùm igitur hic morbus chronicus ſit, neceſſariò eius cauſa eſt intemperies frigida. Eſt igitur etiã debilitas loci, ꝓpter intemperiem frigidam: propter quam nec expellit excrementa, nec concoquit proprium alimentum. Hæc facit vt facilè recipiat, & dolor poſtea etiam facilè attrahit, & ita recipiens dupliciter recipit. Nec eſt mirum, quia ſubinde generatur materia in intemperie frigida & humida, ideo perſeuerat & exacuitur in coniunctione Lunæ, propterea quòd in cerebro præcipuè eſt talis paſsio. Dolet autem propter materiam præſentẽ, quæ facit intemperiem, compreſsionem & ſolutionem cõtinui. Præterea impeditur in motu, quia ad hoc vt fiat motus, requiritur virtus illuſtrãs neruos, & obedientia inſtrumenti, vt ſit aptum ad recipiendam impreſsionẽ. Hìc neutrum eſt, vt oportet: nam virtus non poteſt illuſtrare: nam non poteſt tranſire ad membrum quod malam habet temperaturam, vel obſtructiones, ſicut radius ſolaris nõ poteſt tranſire per aerem nimis nebuloſum. Hìc eſt materia: ergo virtus nõ poteſt illuſtrare, & inde ſpiritus impediuntur, & refrigerantur. Deinde inſtrumentum etiam non poteſt extendi, dilatari, & contrahi, qđ fieri debet in motu. Hìc muſculus & chorda repleti ſunt viſcidis & craſsis humoribus, vt non poſsint contrahi & dilatari. Apparet iam catalogus cauſarum iſtorum ſymptomatum, quorum curatio queritur. Prima cauſa ſymptomatis, quo ad conſiderationem, membrum mandãs eſt cerebrum, quod habet intemperiem frigidam & humidam, aggregans humores & excremẽta. Secunda, recipiens locus, propter intemperiem frigidam, & in cerebro, & in vicinis membris. Audimus primò de ſtudio, exercet artem, quæ ſola poteſt reſoluere caliditatem cerebri, propter cogitationes & actiones cauſarum non ordinatas, quæ augent cruditates. Regio frigida & ætas eſt in 55. anno. Primum autem ſenium terminatur ſeptimo ſeptennio: hoc eſt, 49. anno, vt in 3. Aphoriſmorum, ſub finem: & inde incipit ſecundum ſenium vſque ad 63. qui eſt climactericus maior. Sunt enim nouies ſeptem, quem terminum paucíſsimi ſuperãt, ita vt meritò ſacrificaret Diis maximo ſacrificio Auguſtus Cæſar, cùm eũ annum euaſiſſet, vt ſcribitur apud Aulum Gellium. Ita ratione ætatis frigidus eſt, & abundat excrementis: ſenectus enim per ſe morbus eſt: & vbi ſenes, qui natura ſunt frigidiores, nanciſcuntur aerem frigidiſsimum, nihil eſt pernicioſius: indigent enim calore, & inde æſtate melius degunt, ſicut iuuenes hyeme, vt bene docet Galenus in Aphoriſmo illo: Ventres hyeme calidiores ſunt natura, &c. eorum ſcilicet, qui iuuenes & robuſti ſunt: non ſenum, qui læduntur à frigiditate.

Prognoſticum. Si ergo iam verum eſt, intemperiem eſſe in cerebro & in neruis, & eſſe in ſenectu te conſtitutum, in regione frigida, morbum longum & antiquum, non eſt facilis curatio. Et ratio eſt, quia non habemus virtutem & calorem, cuius nos Medici miniſtri ſumus, ita validum, vt nobis de eo polliceri poſsimus. Nam ad curatio-

A nem, vt dicunt Hippocrates & Galenus, tria requiruntur: natura, ars & fortuna. In hoc natura nobis deeſt, quæ ſine dubio debilior eſt in ſene. Ergo dubio procul erit difficultas in curãdo, nõ eſt tamen deſperandum. Curatio verò an cum pharmaco, an cum balneis facienda? Hoc quæſitum nõ eſt proponendum: quia nemini dubium eſt, quin curari cùm debeat, vtrumque futurum ſit vſui. Eſt enim intemperies cum materia. Ergo euacuanda eſt materia & auertenda, & remouenda intemperies in mandante & recipiente: quæ
B cùm ſit frigida, calidis remouebitur: & ita vtrunque faciendum erit, neque erit diſiunctiuè proponenda quæſtio. Euacuationem hac hyeme non tentarem: contentus ſit leui fomento, & recta victus ratione, fugiat frigus, & maneat in vaporariis, ſed non ita calidis, vt quidam apud Germanos conſueuerunt, vt excoquãt & elixent carnes ſuas: ſed vellem vt mediocriter calefierent, & minus in illis veſtitus eſſet, quàm cũ exiret, ne ſubi-
C tò obiiceretur aeri frigido. Abſtineat à vino potenti: & ſi ſtudet, moderatè id faciat, & ventre pleno minus laboret & cogitet. Vbi hęc in victu omnia peracta erunt, tunc facerem linimentum in iis partibus, quod nec attraheret, nec repercuteret: ſed calefaceret, ita vt iuuaret coctionem materiæ, vt poſſet facilius poſtea eradicari. Accipe-rem itaque myrrham, in qua vis eſt concoquendi materiam frigidam & craſſam, & aſtringit leuiter, vt corroboret membrum, ne recipiat nouam ma-
D teriam: & gummi ammoniacum, quod vtrunque diſſoluatur in aceto. Et ne timeat acetum, cùm Galenus exhibeat acetum in longè profundiorum neruorũ vulneribus: quibus poſtea addatur oleum chamomillinum, quod reſoluit ſine attractione: & oleum roſaceum, quod penetrat, & crocum. Hæc miſta ſimul illinantur. His peractis habeat aliquas pillulas leuiores, quæ non moueant materiam, quam poſtea non educant. Ideo fugiat cocchias, ſed ſint ex aloe ac hiera ſimplici.
E Poſtea accedente tempore verno, ſi verum eſt, quòd corpus redundat ſanguine, non eſſet alienum vt fieret ſanguinis miſsio: cùm podagra etiam & alij morbi frigidi curati ſint à Galeno miſſione ſanguinis. Deinde erit euacuanda materia: proinde dabitur minoratiuum ex caſsia & hiera. Syrupus de cichorio laudatur à Nicolo inuentore eius in ægritudinibus capitis, & epilepſia. Conuenit etiam ſyrupus de iua, de ſtœchade, ſimplex & compoſitus. Facta concoctione, euacuarẽ cum
F omnibus, in quibus agaricus & colocynthis ingreditur, ſiue pillulis, ſiue electuariis. Ideo confectio hamech, electuarium Indum, pillulæ cocchię aggregatiuæ, confectio hieræ compoſitæ, conueniunt. Poſt euacuationem ad corroborationem membrorum laudo theriacam & mithridatum, quia mirum in modum conferũt. Ad quæſitum, an conueniant thermæ Italicæ, an verò Germanicæ? non poſſum reſpondere, quia Germanicarum naturam nondum perſpectam habeo. Hoc
G vnum dixerim, balnea conuenirent, ſed calida, & maximè ſulphurea: & ſi quid haberent aluminis admiſtum, non refuto, quia corroborarent membra. Si talia habet in Germania, vtatur illis, ſed

bene prouideat. Factitia proſunt quidem, meo tamen iudicio non poſſunt conferri cum natiuis. Nam artis confectiones & miſturæ, non ſunt ita perfectæ, vt illæ quæ à natura fiunt. Noſtræ thermæ bonæ eſſent: quare ſi non reperiret idoneas in Germania, poterit in Italiam accedere. Modus adminiſtrationis fieret, vt biberet, lauaret ſe, & vteretur ſtillicidio in capite, & parte læſa. Ad ſecundum, cùm proponatur mulierem matricem habere immundam, quia quæſtio confuſa eſt, non poſſum etiam niſi confuſè reſpondere: & curatio neceſſariò cōfuſa erit, cùm indicatio ſit confuſa. Eſt immundicies: ergo abſtergenda: ſed cum quibus? Non patet, quia à variis cauſis pendere poterit. Mundificetur ergo, ſed cum quibus? ſit autem ſiue à calidis, ſiue à frigidis humoribus, vtatur hiera ſimplici, quod eſt præſtantiſsimum in iſtis defluxibus menſtruorum alborum, Galeno etiam teſtificāte: quia diuertit & euacuat, & corrigit membra mandantia. Vtatur ergo illa.

CONSILIVM CXXXI.

De catarrho, pro illuſtriſsima Ducißa Vrbini.

CVM illud nobis propoſitum ſit, vt curemus deſtillationem illuſtriſsimæ Duciſſæ, præcipuam curam ac diligentiam in recta victus ratione in primis illi adhibendam eſſe exiſtimamus. Igitur à vario ciborū genere ſibi temperet, comedat parcè, potiſsimùm in cœna: inter vnam menſam & alteram nihil bibat. Vinum illi conueniens, tenue ſit oportet: aut ſi natura tale nō fuerit, aqua erit diluendum, modò illi aqua à natura non ſit infeſta. Nec verò illi eſſet aduerſum, ſi vinum lenem quandam dulcedinem haberet. A' fructibus, piſcibus, lacticiniis & paſtilibus eſt abſtinendum. Interim dum vtitur hac victus ratione, eius Excellentiæ conſulo, vt quotidie in nocte, hora ſomni, inferius deſcribendi electuarij cochlearium vnum accipiat, illique admodum conſultum eſſet, ſi ſæpius etiam in die exiguam eius quantitatem in os acciperet, nec tamen ſtatim deglutiret: ſed tandiu ibi retineret, donec paulatim, & ſua ferè ſponte in ſpiritalem arteriam deſtillaret. Hoc illi proculdubiò ſaluberrimum eſt futurum. Illud quoque mihi maximè probaretur, ſi faceret ſibi conſuetudinem ſumendi bis in ſeptimana medullam caſsiæ fiſtularis, recens è canna extractam: idque per horam mediam ante prandium. Quantitas autem eius medullæ ſit, quanta è canna ponderis vnciarum quatuor extrahi poteſt. Curabit autem eius Excellentia, vt ſe præſente è canna extrahatur, atq; illam ſtatim deuorabit: plurimi enim eo modo libentius accipiunt, quàm conſueto. Illi tamen liberum erit, hócne an illo modo velit accipere, perinde enim eſt. Electuarij deſcriptio ea eſt, quæ ſequitur.

℞. Capitum papaueris albi num. xx.
Liquiritiæ raſæ ℥. ij.
Carnis ſiliquarū pinguium, dempto cortice, & exemptis acinis ℥. iij.
Bulliant omnia ſimul in libris decem aquę fon-

A tis, donec remaneant duæ. Deinde
℞. Zucchari albi ℔. j.
Penidiarum ℥. iij.
Syrupizentur omnia ſimul ſecundū artē, vſq; ad conſiſtētiam mellis, deinde ſeruetur ad vſum.

CONSILIVM CXXXII.

De catarrho cum duodecim grauißimis ſymptomatis in colloquio cum Sonzino.

B POSTQVAM clariſsimus Doctor Sonzinus omnia ita exquiſitè in hoc caſu conſiderauit, & tam diligēter tractauit, vt vix mihi dicendum aliquid relinquerit: ego vt loco meo ſatisfaciam, dicā pauca quædam, quandoquidē & in morbi eſſentia, & in curatione conueniam cum excellentia ſua. Obſeruaui igitur ex relatis, duodecim eſſe ſymptomata, quibus partim conſueuit affici vir iſte, partim nunc afficitur: & quatuor ſunt ea, quę conſueuerunt hunc hominem moleſtare, quæ ſunt cauſæ
C iſtorum ſymptomatum, quibus nunc vexatur. Nam in tempore pueritiæ paſſus eſt fluxum ſanguinis narium copioſiſsimè quidem & frequentiſsimè. Poſt quem ſubſecutus eſt fluxus hæmorrhoidum, è quibus emanabat plurima ſanguinis copia. Nunc autem eaſdem quoque patitur, ſed non cum fluxu ſanguinis, ſed cum dolore tamen & tenſione, & grauitate. Tertiò, paſſus eſt dolorem nephriticum maximum, cui Medici q̄ pluri-
D mis remediis occurrerunt. Quartò, dolorem arthriticum, ita vt nullus articulorum ſit, qui non infeſtetur dolore. Et iſta ſunt, quæ conſueuit pati, quæ etiam ſunt cauſa eorum, quæ nunc patitur, & ſunt octo. Primò, percipit dolorem quendam propter materiam à nucha p̄ medullam ſpinalem ad inferiores partes deſcendentem, quæ quidem materia actu calida eſt, à loco vnde incipit, vſque ad locum quò pertingit: id eſt, à capite vſque ad pedes, & alias partes, ad quas defluit
E huiuſmodi materia. Secundò, iſta materia deuenit etiam ad fauces, & guſtu ſalſa eſt. Tertiò, patitur inflammationem inſignem in ſummitate narium cum rubedine, ex qua emanat materia quędam virulenta, quæ videtur eſſe pus quoddam: quæ materia calida admodum eſt, & feruens. Poſt exitum verò iſtius materiæ, exit ſanguis, cuius exitu ſubleuatur ab ea. Quartò, habet tumorem ſplenis ſatis apparentem tactui. Quintò, ardorem vrinæ, leuem quidem: ſed interdum im-
F peditur vrina, vt nō poſsit liberè exire, & tenuiſſimè exit, ita vt plurimum temporis abſumat in mingendo, nec exitus vrinæ ſatisfacit virtuti expulſiuæ. Sextò, in vrina ſunt arenulæ rubeæ, quæ ſubſidunt in fundo. Septimò, dolores patitur podagricos, & quandoque etiam chiragricos, & quoddam ſtillicidium aquæ frigidiſsimæ. Octauò, conſueuit pati, maximè tempore æſtatis, ingentem dolorem capitis. Vltimò, imbecillitatem ventriculi maximam habet, addit ſe vix poſ-
G ſe alimenta conficere. Scio, Domini, vos admirari, quomodo in iſto corpore poſsint tot eſſe præter naturam: ſiquidem videtur nullum membrum principale illæſum habere, & vnum ex illis ſympto-

ſymptomatis videtur alteri aduerſari. Sed ſi cognoueritis temperaturam iſtius, mores & exercitia, facilè cognoſcetis omnia iſta tum ex temperatura ipſius naturali, tum ex viuendi ratione orta fuiſſe. Incipiamus à temperatura membrorum principaliũ, & primò à temperatura naturali cerebri, quod quidē calidiſsimũ eſt, vt licet videre ex multitudine operationũ, non dico ex optimo diſcurſu (quia bonitas ingenij non à caliditate cerebri prouenit, ſed potius à temperata frigiditate:) ſed bene multitudo operationũ cerebri à caliditate prouenit. Iſte perpetuò cogitat & meditatur. Præterea indicat nobis calidum cerebrum aliud, ſcilicet quod non poteſt in hyeme operimentum aliquod capitis ferre: & ſi apponatur aliquod, ſtatim inflámatur, & ſic ſemper à calido læditur, maximè in æſtate. Color etiã faciei hoc indicat, licet hoc ſignum ſit commune, vt Gal. 2. Art. par. declarat. Qui habent in facie rubedinem plurimam, & in oculis venas apparentes, illi habent temperaturam cerebri calidam: ideo ex iſtis iudico cerebrũ illius eſſe calidum & ſiccum. Quòd autem hepar & renes calidos habeat, patet ex colore faciei, ex venarum amplitudine: & nihil calidi poteſt pati, nec hepar, nec renes, ſed maximè frigidis iuuantur. Quòd etiã cor habeat calidum, argumēto eſt, quia eſt plurimorum negociorum: fuit miles animoſus & audax: iſti mores ſequuntur temperaturã cordis. Quòd renes ſint calidi, indicatur ex arenulis illis rubeis, & ardore vrinæ, & ſic habet cerebrum, hepar, cor, renes calidos. Aliud modò eſt ſymptoma illis oppoſitum, ſcilicet ventriculus frigidus, quod indicatur, quia non bene concoquit cibos: minimum ſitit: cùm habeat tot membra calida, & catarrhum maximè calidum, deberet multùm ſitire, parũ appetit, & eſt profundiſsimi ſomni: & hoc non niſi à frigiditate ventriculi prouenire poteſt, in quo generatur plurima pituita, à qua eleuantur vapores plurimi frigidi ad caput, & ſic cauſant ſomnum, licet temperatura cerebri potius ſuper vigiliis indicet, quàm vt ſomnũ admittat, quia eſt calida. Cùm igitur habeat iſta mēbra taliter præparata, & tales mores, & huiuſmodi exercitium, in quo nihil facit ſecundùm rationē: ſed cùm ſit mercator, exponit ſe aeri frigido, & patitur frigus pedum, & multa incommoda in itineribus cùm terra, tũ mari, & equitat cum non debeat, & edit horis incongruis, & dormit quando poteſt. Ex hoc igitur vitæ genere non eſt mirandum, cum talia mēbra principalia habuerit, ſi in tot ſymptomata inciderit: nã ſcitis quòd dixerit Gal. 3. de Loc. affect. cap. De dolore capitis, quòd vbi hepar & totus venarum ambitus calida ſunt, corpora illa repletioni parata eſſe: & ratio eſt, qã vbi hepar & venæ ſunt calida, habet ſanguinē feruentem, ex quo eleuantur vapores: & ſic cum cor ſit calidum, & arteriæ, in quibus ſpiritus eſt feruens, tranſmittuntur plurimi vapores ad caput, & faciunt ipſum redundare plurimis excrementis: & cum acceſſerit ad hoc frigiditas ventriculi, eleuantur vapores pituitoſi, & replent caput. accedit etiã mala victus ratio. Et ſic in hoc ſunt omnes cauſæ, quæ repletionem capitis faciunt. His ita ſtantibus, dum adoleſcens fuit, ſubiectus erat

A illis fluxionibus, tum propter temperaturam, tũ propter victus rationem: & cum expurgabant ipſum, ſanus degebat: ſed iam ſunt viginti anni, ex quo ſanguis ille deſtitit, & tunc immutatio ſubſecuta, nephritis ſcilicet, id eſt, dolor renum: quo curato, in dolorē articulorum omnium incidit, & in podagram, & tũc habebat fluxum hæmorrhoidum: ille autem non ſufficiebat, ſed iam ſunt quatuor anni, ex quo ſuppreſſæ ſunt hæmorrhoides. Nunc autem tantam grauitatem, dolorem & in- B flammationem ſentit: & ita à duabus conſuetis euacuationibus deſtitutus fuit, ſcilicet à fluore ſanguinis narium & hęmorrhoidum, & perſeuerant eædem cauſæ aggregantes ſuperfluitates, & inde ſunt hæc omnia ſymptomata: quia annum iam agit quadrageſimũ quintum, & eſt in principio ſenectutis, & iam calor naturalis incipit diminui, cum ſit deſtitutus à propriis euacuationibus. Videndum eſt an ſit vna cauſa omnium iſtorũ ſymptomatum. Et dico quòd primum eſt caput, C quod primogenio eſt affectum. Et notate, quòd differt dicere aliquod membrum eſſe primogenio affectum, & eſſe affectum per eſſentiam.

Nam membrum dicitur primogenio affectum, cum læſio primò apparet in eo, & prius ægrotat ipſum, quàm alia: per eſſentiam verò dicimus membrum eſſe affectum, cum membrum in propria eſſentia læditur, & non per conſenſum. Et ſic caput erat primogenio affectum propter vapores aſcendentes ad ipſum, quia in ipſa læſio primò vi- D detur, poſtea verò læſum eſt per eſſentiam. Gal. 3. Aph. 12. Deſtillatio capitur dupliciter: propriè & impropriè. Propriè deſtillatio, quæ ad fauces vel pectus deſcendit, dicitur catarrhus: & ſic ille nullum catarrhum patitur, quia nullam læſionem habet in pectore, nec tuſsim, nec anhelitus difficultatem, de quo etiam mirandum eſt. Intelligo autem catarrhum impropriè, pro fluxione à ſuperioribus partibus ad inferiora: & ab iſto proueniunt omnia ſymptomata: & iſte à capite per va- E rias vias deſcēdit, qua eſt maxima copia materiæ: primò per vias cõmunes ad fauces & ventriculũ peruenit. Non autem deſcendit per aſperam arteriam (quod cur fiat, aliàs dicam) ſed per venas, arterias, neruos, & ſic per omnia vaſa, & per ſpondylos: & refert quòd percipit humorem calidum à nucha per ſpondylos vſq; ad pedes peruenire, & per viam communem ad fauces, & ſentit ſalſedinem. Et quotidie bis excernit, & hoc eſt ratione catarrhi, quia alioqui deberet huic eſſe aluus F ſtrictiſsima: ſed catarrhus deſcendens lubricat & debilitat contentiuam, & ad ventriculum etiam deuenit, cuius ſignum eſt, quòd leui ſcreatu expuit. Quòd etiam eadem materia per venas & neruos deſcendit, apparet ex tumore illo podagrico, & ex tumore ſplenis. Et non ſufficiunt iſtæ etiam viæ, ex quibus nunc à capite ad alias partes ſolet defluere, quia materia eſt multa, ideo ſentit repletionem capitis, grauitatem, & æſtate maximè affligitur à dolore capitis. Hæc cùm ita ſe habeat, G primò videndum quæ ſit materia defluens, quia ſcimus iſtam defluere. Iſta eſt calida & ſubtilis. Quòd ſit calida patet, quia ex guſtu ſalſedinem percipit, & caliditatem etiã in defluxu, & inflam-

mationem in naribus : & quod exit, eſt calidum: A
tum etiam propter materiam deſcendentem ad
renes, quia in vrina apparent arenulæ rubeæ, vt
Epidemiorum parte tertia,commentario quinto
& ſexto : vbi docet ex colore arenularum cogno-
ſcere, quæ ſit materia peccans. Sunt autem are-
nulæ rubeæ in iſto,ergo materia calida. Sed cur
eſt quòd materia iſta deſcendat per neruos , &
non faciat contractionem, ſpaſmum & cōnuulſio
nem ? Dico quòd hoc non fit, quia non firmatur
in neruis : ſed expulſiua virtus fortis eſt, ideo ex- B
pellit ad iuncturas , & capita muſculorum, vbi
prouocat dolorem mordicando,propter qualita-
tem ſuam malam, & propter intemperiem quam
cauſat : & facta dolore , attrahitur noua meteria:
quia vt bene dicebat Galen. 2. de Different. febr.
& de Tumoribus,præter naturam:membrum po
teſt dupliciter debilitari, vel quia priuatur pro-
prio & innato calore, vel quia habet caliditatem
præter naturam. Sed in iuncturis eſt vtrunque:
primò ſunt debiles ob priuationem proprij calo- C
ris : hoc autem contingit propter materiam, quæ
ad eas partes præcipitata fuit, quæ multis de cau-
ſis ad illas partes magis quàm ad alias confluxit:
tum etiam quia adeſt dolor : & vbi dolent, inci-
piunt intumeſcere , & tunc ſequitur inflamma-
tio , & apparet tumor quidam nitens, & color
eius eſt ruber tendens ad purpureum : quod in-
dicat multum ſanguinis craſsioris ad illas partes
per venas deſcendere & facere inflammationem:
& ſic talis podagra eſt calida,quæ eſt ſemper cum D
inflammatione. Quantum ad alium exitum ma-
teriæ, ad fauces & ad ventriculum, percipit tum
ex guſtu,quia apparet ſalſedo : tum quia peſsimè
concoquit,& ſentit materiam ad ventriculū præ-
cipitari. Per venas quidem capitis parum mate-
riæ ad nares tendit,& ea facit inflammationē:quę
quia tumet & rubet, ideo eſt materia ſanguinea;
& cùm ſit feruens, ideo facit veſicas in naribus,
poſt quas èxit aqua purulenta, & vltimò ſanguis
ater. A' quo modò cauſatur tumor ſplenis ? Di- E
co quòd iſte habet hepar calidiſsimum , ideo re-
dundat plurimo ſanguine fæculento & craſſo:&
qui tales ſunt, dicit Ariſtoteles, in paracmaſtica
ætate, melancholici fiunt, & humoribus melan-
cholicis redundant. Cùm igitur iſte ſic habeat he
par calidum & ſiccum, ideo redundat plurimo
ſanguine craſſo & melancholico. Quòd ita ſit,pa-
tet ex fluxu hæmorrhoidum,quæ etiam nunc in-
tumeſcunt:licet natura propter imbecillitatē ex-
pulſiuè non poſsit ſeſe exonerare,& propter ma- F
teriæ craſsitiē, ideo ille ſanguis ad ſplenē defluit:
& cùm plurimus ſit & fæculentus,non poteſt cō-
fici ab ipſo,& ideo ſuperfluitatibus plenus reddi-
tur, & intumeſcit, vt dicit Galenus. Quòd verò
cùm intumeſcit ſplen,corpus marceſcit : fit,quia
tunc redundant humores craſsi maliq́ue. Et ſic
dico,quòd ſplen intumeſcit magis propter multi
tudinem alimenti mali & craſsi, quàm ex catar-
rho à capite defluente. At dicit Hippocrates ſex-
to Epidem. comment.ſecundo , Aphoriſmorum G
quarto:Qui ſubiecti ſunt catarrho, non incidunt
in tumorem ſplenis . Et Auicenna capite de
Catarrho, idem dicit de ſplene, qui videtur con-
trariari Galeno : quia Galenus affert tres cauſas:
& primam accipit tanquam Galeni, & ipſum im-
pugnat. ſed ipſe Galen.eam refutat,& adfert alias
Auicen. quas etiam habet Galē.& dicit,quòd cau
ſa cur catarrhoſi nō fiāt ſplenetici,eſt:quia patien
tes catarrhum ſunt frigidi, & plurimis cruditati-
bus abundant,& non fæce ſanguinis:& cùm non
abundent fæce ſanguinis propter frigiditatem,
ideò ſplen ipſorum non poteſt intumeſcere. Sed
Galenus recitat tres cauſas,& primam quæ Sabi-
ni fuit,refutat : quòd qui patiuntur in vno mem-
bro , non poſſunt in alio affici. Hoc non eſt bo-
num. Secunda ratio,quæ mihi videtur cum prio-
ri eadem eſſe, quòd natura ſcilicet non poſsit ex-
crementa ſua tranſmittere ad tot diuerſa loca:ſed
cùm fuerit aliquod membrum debile, ad illud
omne ſuperfluum depellit. Tertia,quam appro-
bat Galenus & Auicenna etiam accipit, eſt, cum
dicebat:quòd qui catarrhoſi ſunt,frigidi eſſent,&
tales non abundarent fæce ſanguinis. Sed cur eſt
quòd ille ſimul deſtillationem & tumorem ſple-
nis patitur? Dico id fieri propter caliditatē mem-
brorum inferiorum:& eadem cauſa quæ facit de-
ſtillationem pro parte, facit tumorē ſplenis:quia
generat plurimum ſanguinē craſſum & fæculen-
tum,ex quo repletur ſplen.Primò igitur eſt catar
rhus ſalſus,qui fit propter vapores bilioſos,ab he
pate & ambitu totius eleuatos ad caput:& cum
ipſum calidum reperiāt,magis ibi excoquuntur.
Vrina acrior, in qua arenulæ rubeæ : hoc fit tum
propter materiam deſcendentem ad illas partes,
tum propter earum acrimoniam. Vrinæ impedi-
mentum & ſuppreſsio fit,quia materiæ catarrha-
les collum veſicæ & meatus obſtruunt, & ita ſtri-
cta via ſubtilis exit vrina. Et hæ ſunt cauſæ mul-
tiplicantes ſymptomata. Sed quod nam iudi-
cium facis de hoc homine ? quia video , quòd ſi
iſta fluxio non fieret, caderet vel in apoplexiam,
vel in peſsimos morbos. Dico quòd ſtante ven-
triculi frigiditate, quæ eſt cùm ꝑpter catarrhum
deſcendentem, tum propter caliditatem hepatis,
abſumentem pinguedinem omenti , tum deni-
que propter peſsimam victus rationem: ſtante e-
tiam caliditate hepatis & cerebri,concludo quòd
caſus ſit difficillimus , tamen minorando mate-
riam medicamentis,& rectam victus rationē prę-
ſcribendo, credo quòd ſi non ſanabitur ex toto,
in meliorem tamen ſtatum redigetur. Ideo ſi poſ-
ſemus refrigerare mandantia membra,ne tam ca-
lida eſſent, illi multum prodeſſet & maximè con-
uenientibus alimētis,quibus remoueremus cau-
ſas,ne materiæ de nouo generarentur. Cura igi-
tur ad hoc dirigatur, vt cauſæ harum fluxionum
corrigantur. Et licet cerebrum mandet , tamen
inferiora etiam ad ipſum mandant,ſcilicet hepar,
ventriculus, & ambitus totius & omnium vena-
rum. Ideo debemus incipere à cauſis proximis,
quod fiet prohibēdo,ne materia noua generetur:
quia ſi remoueatur materia nunc generata,& pro
hibeatur ne noua amplius generetur, remouebi-
tur etiam fluxio. Cum igitur plurima adſit mate-
ria generata in hoc corpore, & cacochymia, ideo
euacuanda materia.Et notate,quòd exquiſitè an
tequam è domo proficiſceretur,euacuatus eſt, &
poſtea

poſtea propter agitationem maris plurimũ euo-
muit: nihilominus aliqualiter euacuarem, & prępararem materias, & rurſus euacuarẽ vel ter, vel
quater, vt ita exquiſitiſsimè corpore euacuato, al-
terarem membra, & ſic prohiberem ne noua ma-
teria amplius generaretur. At cùm tria genera e-
uacutionis ab Excell. V. ſint propoſita, videlicet
miſsio ſanguinis, cauteria, & euacuantia pharma-
ca, ego laudarem miſsionem ſanguinis: quia cali-
ditas membrorum inferiorum, eſt cauſa omnium
iſtorũ ſymptomatum: & ſic euacuaremus ſimul
& refrigeraremus hepar, facta prius lenitione al-
ui cum flore caſsiæ: quia ſemper omnem ſangui-
nis miſsionem volo vt præcedat aliqua lenitio al-
ui, nõ tantùm per clyſterem communem, aut flo-
rem caſsiæ, quæ euacuat à ventriculo craſſos hu-
mores, feruidos & aduſtos, ſine aliqua attractio-
ne: quin etiá do minoratiua cũ ſcammoneatis ali-
quando fortioribus. Quicquid dicant alij, nun-
quam ſtatim ad digeſtiua deſcẽdam: quia ſi prius
digeſtiua exhibemus ante aliquam minorationẽ
materię, humores crudi per venas tranſeunt, atq;
eas obſtruunt, & ſic augent putredinem: vel eam
ſi non adſit, efficiunt. A baſilica igitur dextri late-
ris mitterem ſanguinem. Syrupi eſſent de endi-
uia, de roſis. Intermitterẽ ſyrupum de papauere
ſimplicem: quia volumus præparare materias, nõ
ſiſtere. Præterea adderem oxymel (quod licet in
ægritudinibus neruorum vituperetur, tamen
video Hippocratem exhibere in pleuritide, cu-
ius cauſa eſt paſsio membranæ, & pręſtantiſs. eſt:
& tertiò κατὰ γένη, vbi neruus in profundo eſt vul-
neratus, iubet cum medicamẽtis miſceri acetum,
vt virtus medicamenti vi ipſius aceti perducatur
ad locum: nam in tranſitu annihilatur virtus ace-
ti, maximè quando permiſtum eſt cum melle. Et
licet in iſto abundent humores bilioſi, illi tamen
ſunt permiſti cum pituita, cuius ſignum præbet
ſalſus humor: qui vel propter aduſtionem pitui-
tæ, vel (vt Auicenna voluit) ob permiſtionem bi-
lis cum pituita prouenit, cum aqua endiuiæ, bu-
gloſſæ, vel decocto eorũ, aut aliis huiuſmodi. Quo
ad euacuationẽ, euacuarem etiam cum cocchiis
in principio, vt Gal. 5. Meth. etiam euacuat cum
iſtis: & Rhazes ab eo accepit, & cocchias appella-
uit. Ibi nanq; curat Galen. catarrhum cum iſtis in
principio: & ſunt optimæ in euacuanda materia
craſſa, pituitoſa, exiſtente in iuncturis, quia à lon-
ginquo trahunt, & cum pillulis de hermodactylis
& aliis in quibus agaricum & colocynthis ingre-
diuntur: quia in hermodactylis eſt vis trahendi à
iuncturis, vnde inflant venas: ideo primæ, ſcilicet
cocchiæ, magis placerent. Euacuato corpore, de-
uenirem ad corroborationem membrorum, & ra
tione podagræ diuerſionẽ facerem. Credo quòd
ſi poſſet à vino abſtinere, cum tanta caliditas ſit in
inferioribus membris, quòd præſtantiſsimũ hoc
eſſet remedium, licet habeat ventriculum imbe-
cilliorem: fortaſſe ſi remouebitur catarrhus, & cõ
temperabitur hepar, melius concoquet: & ſic pro
potu darem aquam correctam cum zuccharo, vel
cum modico cinamomi & aniſorum: & quia e-
tiam Galenus dicit, quòd vinum potens noceat
neruis: ſed patientibus podagram, vinum prohi-
A betur, non quôd fortè tantùm à potentia no-
ceat, ſed etiam alia de cauſa. Galenus tertio de
Ratione victus, loquens de vino: ne trahat, in-
quit, materias fluxioni paratas per vaſa: & ideo
aquoſum & ſubtile etiam nocet, quia aperit &
præparat humorem, vt fluat ad iuncturas. Ideo
vetamus vinum podagricis, quia timemus ni-
miam apertionem, & humorum ſubtiliatio-
nem. Sed aqua magis refrigeraret quàm vinum,
& non ita attenuaret. Et Auicenna proponit a-
B quam mulſam, abſtergit enim, & per vias vri-
næ purgat: ſed aqua cum ſaccharo & modico pi-
peris an noceret ſpleni? dico, quando ſpen eſ-
ſet tumefactus ex vẽtoſitate vel frigiditate, quòd
noceret: ſed intumuit propter caliditatem, ideo
proderit potus. Sed cur eſt quòd aqua chalybea-
ta exhibetur ſplenetico indurato? propter feruo-
rẽ ſanguinis hoc fit, quia refrigerat hepar: quod
vbi eſt refrigeratum, minus generat de fæce ſan-
guinis. Hinc falsò exiſtimant, qui putant ex in-
C flammatione hypochondriorum intumeſcere
ſplenem. Quòd ſi vinum voluerit, illud ſit dilu-
tiſsimum, quantum poſsibile eſt. Quod ad cau-
teria in capite, neque actualia, neque potentialia
facerẽ: quia vitium non eſt cerebri, ſed membro-
rum inferiorum, quæ mandant ad ipſum. Si eſ-
ſet catarrhus ex imbecillitate tantùm cerebri,
quòd non poſſet concoquere proprium alimen-
tum, fortè conuenirent: ſed quia tota materia ab
inferioribus membris ad ipſum eleuatur, vt non
D poſsit concoquere, nec difflare, nec reprimere
tot vapores: & quia calidum eſt cerebrum, non
facerem cauteria, ſed cum pulueribus frigidis &
humidis: quales eſſent ex flore nenupharis, vio-
larum, roſarum (quia roſæ propter tenuitatem
ſuę ſubſtantiæ, faciunt vt talia penetrent, & ſunt
frigidæ etiam) vapores reprimerem, & contem-
perarem temperaturam cerebri. Quòd autem
cauteria non facerem ad talos, in cauſa eſt mul-
titudo ibi neruorum, chordarum ac ligamento-
E rum, ſed potius infra genu: & plurimos noui ta-
liter curatos, exhibitis prius opportunis reme-
diis. Nec mihi diſplicet, ſi aſſumeret aquas ther-
marum Veronenſium, quas Calderianas vocãt;
quia conferrent ſpleni, & refrigerarent membra
inferiora, hepar, renes, & ventriculum corrobo-
rarent ſua aſtrictione. Ideo ſi aliquæ aquæ con-
ferunt, credo quòd iſtæ conferrent. Deinde in
conſeruatione, vellem vt denuò iſto remedio v-
teretur, acciperet maximam aquæ quantitatem,
F & in ipſa myrobalanos, folia ſenæ, epithymum
decoqueret, in quo decocto infunderentur roſæ
multoties, & in hac infuſione pro vna libra qua-
tuor vel quinque drachmas rhabarbari appone-
ret, & facta infuſione exprimeret, & faceret ſyru-
pũ, qui optimè euacuaret materias craſſas & ca-
lidas omnes, & refrigeraret hepar: & acciperet
vel ſemel qualibet ſeptimana, vel ter in menſe ℥.
iiij. pro vice. Nam ex myrobalanis habemus con-
fortationem iuncturarum, & ex rhabarbaro con-
G fortationem hepatis. Et hæc ſunt quæ in hoc ca-
ſu volui dicere.

Pro viro robuſto podagrico, purgatio.

℞. Pillularum cocchiarum ʒ.j.

Cum melle roſato formentur pillulæ, ab eo ſumendæ in aurora, cum cuſtodia. Deinde: A

R. Mellis roſati
Syrupi de betonica ana ℥.j.
Aquæ ſaluiæ ℥.iiij.

Miſce pro vno & ſic pro aliis quinque. Deinde:

R. Pillularum aggregatiuarum ℈ iiij.
Trochiſcorum alhandal gr. viij.

Cum melle roſato fiant pillulæ, & ea ſumat in aurora cum cuſtodia.

De tumore pedum. B

Si & manè & veſperi pedes ſemper tument: ſignum eſt materiam ibi firmatam, quæ reſoluatur ex ſaluia, roſa, chamomilla, decoctis in vini & aquæ æquali portione, cũ modico ſalis: & in eo teneat pedes manè & veſperi, ante cœnã, beneq; abluat. Si verò veſperi tantùm intumeſcant, manè non, cruditatis ſignũ id eſt, & ratione victus corrigendum: & trochiſcis de abſinthio vel rhabarbaro. Quia obſtructiones tollunt, & ſeroſos humores per vias vrinales educunt ac hepar roborant. C

CONSILIVM CXXXIII.

De catarrho defluente ad diuerſas partes, & efficiente dolorem in perioſtiis, vnde ſuſpicio de morbo Gallico, cum affectu quodam melancholico.

EX relatione noſtri Hebræi comprehendo duo. Primum quod noto ego, eſt, quòd habet aliquam diſpoſitionem ex parte rei, & non ex imaginatione: & eſt quod patitur defluxum catarrhi, qui veniens à cerebro ad partes diuerſas, facit diuerſos dolores. Huic diſpoſitioni poſſumus credere. Poſtea patitur paſsiones quaſdam imaginarias, quas nõ patitur ex parte rei. Dicam primò de catarrho. Cauſæ catarrhi fuerunt fortes, ſcilicet procatarcticæ, cum eſſet in balneo illo, tunc incœpit ille catarrhus. Hæc fuit quidem cauſa primitiua: ſed multa dederunt occaſionem huic cauſæ primitiuæ, vt commoueret antecedentes: nam & hepar eſt calidum, & ventriculum habet frigidum, & hæc diuerſitas eſt valde mala in conſeruatione ſanitatis. Et quando eſt hepar calidum, & ventriculus frigidus, facillimè multiplicatur catarrhus. Nam in ventriculo frigido cibus non concoquitur: hepar autem auarum propter caliditatem igneam trahit humores hos crudos, etiam ante tẽpus, & ſic plurimi humores crudi diſtribuuntur per venas, quia ſecunda concoctio non corrigit primam & præcedentem, & ſic fit neceſſariò euaporatio ad caput. Hinc omnes illi qui habent ventriculum frigidum & hepar calidum, ſemper habent repletũ caput, & hi etiam facilè patiuntur affectionem hypochondriacam. Hæc eſt naturalis eius diſpoſitio, quam facilè mouent cauſæ externæ: ſolet enim comedere plurima, quę poſſunt aggregare humores crudos. Et cauſa illa procatarctica quę fecit vt deueniret ad actum catarrhi, ad quem naturaliter diſpoſitus erat, fuit iſtud balneum: nã ex iſto balneo colliquati ſunt humores: & illa vini potatio Germanorũ maximè replet caput, quia reſoluũt humores, & fluere faciunt congelatos à frigore. Hic igitur catarrhus cùm incœpit, ſemper ita durauit. Nã videmus in illis fluxib. quod cùm ſemel incipiunt, ſemper poſtea illam partem afficiũt: vel quia illa pars facta eſt imbecillior, vel quia ita conſueuit natura, vel quamcunque aliam cauſam velimus reddere. Et ſic etiam videtur contigiſſe in hac parte. Vtrum ſit infectio Gallica? nam dolor eſt circa crura & perioſtiũ, qui loc⁹ videtur eſſe proprius morbi Gallici, nam per hoc ſignum diſtinguuntur dolores Gallici à doloribus articulorũ, quia hi ſunt in iuncturis: dolores autẽ Gallici ſunt inter iuncturam & iuncturam. Item deciderunt pili ex ſupercilio. Hę ſunt quidem coniecturę, nõ tamen habent aliqua ſigna certa. Hæc ſigna non poſſunt nos inducere, quòd fuerit morbus Gallicus: ſed ſolùm fuit ille catarrhus, qui occupat partes iſtas diuerſas. Quo ad affectum melancholicum, quia multa imaginatur ſibi, quòd patiatur morbum Gallicum, quem tamen non patitur: ergo credo in tali habitu eſſe humorem melancholicum, tum quia totum illud genus Hebræorum eſt ferè melancholicum, tum quia ſanguinem habet craſſum, & hepar calidum. Et ſic nõ eſt omninò expers ab affectione illa hypochondriaca, quia habet hepar calidum, & ventriculum frigidum: & ſi non patitur melancholiam hypochondriacam, incipit fieri, & habet per totum ambitum humorem melancholicum. Hos duos affectus vt tollamus, quid agendum? Ego vellem omninò dare aquam balnei, quia habet catarrhum, & habet dolores circa vniuerſas partes corporis. Catarrhus eſt frigidus, & occupat omnes partes corporis, & ſic non eſt omittenda occaſio illa, & eſt etiam tempus. Manè darem minoratiuũm, item ſyrupum, vt oxymel, cum aqua betonicæ, ſaluiæ. Euacuarem cum confectione hamech, vel pillulis aggregatiuis, cocchiis, &c. Purgato corpore, ſtatim mittatur ad balneũ. Fortè etiã hepar cum aliqua miſsione ſanguinis poſſemus purgare ab humore melancholico. Aqua illa corroborabit vẽtriculum, & diſtribuetur per venas, & corroborabit totum corpus: & ſic, & iuncturæ, & muſculi corroborabuntur. Euacuabit etiam hæc aqua per ſudorem humorẽ melancholicum, vt ego experientia obſeruaui. Et vidi multos qui ex vſu harum aquarum incœperunt nutriri, & accipere bonum ſanguinem, cùm antea eſſent extenuati, non quidem per ſe propter has aquas: ſed per accidens, quia ſcilicet euacuabatur humor melancholicus & ſiccus. Et ſic etiam propter humorem melancholicum conuenient hę aquæ. Poſt balneum ſi adhuc eſſet catarrhus, ponerem cauteria pro diuerſione, ne ita vapores aſcendere poſſent ad caput, & fiant circa vtrunque crus. Poſtea accipiat ſemper per interualla aliquid, ne aggerentur humores: vt ſunt pillulæ illæ de tribus, quas maximè laudo ad hanc intentionem.

D E F G

CONSILIVM CXXXIIII.

De dolore dorſi, ex deſtillatione frigida, pro mercatore Veneto, 1549. rectius ad Iſchiadica referendum.

MANIFE-

MANIFESTE patet ex hiſtoria, laſſitudinem præceſsiſſe hunc dolorem. Ait enim, quòd cùm in Quadrageſima præterita plurimum laboraſſet dorſo, incidit in laſsitudinem longam, vnde dolor cauſatus eſt: qui dolor labor, à Græcis πόνος dicitur. Sed πόνος eſt affectus potius laboris, quàm labor, & ſequitur ex defatigatione: & ſicut contingit hoc ſponte fieri, ita quoque à cauſa extrinſeca: fiunt enim ſæpe iidem morbi à cauſa extrinſeca, qui à cauſa intrinſeca fieri ſolent. Cùm igitur ſoleant eſſe, & ſint (vt 3. de Sanit. tuenda dicit Gal.) tres laſsitudines diuerſæ, quæ indigent diuerſa curatione, quædam vlceroſa, quædam extenſiua, quædam apoſtemoſa (vt ipſe appellat) vnaquælibet iſtarum habet diuerſas cauſas corporeas. Et quamuis à diuerſis accidentibus extrinſecis fiat, ſunt tamen ſemper eædem cauſæ coniunctę proximæ. Vlceroſa fit propter humores acres erodentes, qui decurrunt ad locum læſum ex labore. Extenſiua fit, dum flatus tendit ad muſculos, & facit extenſionem. Apoſtemoſa, compoſita eſt ex vtraque. Quærendum eſt, quæ nam laſsitudo ex his tribus ſit in hoc viro. Ex quo perſeuerauit illud idem, quod factum eſt à cauſa extrinſeca: primò dixerim non eſſe vlceroſam, quia non audio perpeſſum eſſe corroſionem in loco, ſed tantùm grauitatem quandam circa dorſum, ita vt non poſsit erigi: videtur enim tanquam clauum infixum habere in dorſo. Nec eſt apoſtemoſa, nam illa eſt cum maxima caliditate, & cum extenſione, quæ rariſsimè contingit, & illam ſemper ſequitur febris. Ergo cùm nec vlceroſa, nec apoſtemoſa, relinquitur quòd ſit tenſiua propter humores craſſos, vt denotat morbus, & perſeuerantia ipſius doloris. Refert enim ipſe dolorem eſſe grauatiuum, fixum & permanentem in loco: dicit etiam, hactenus eum ita perſeueraſſe, licet variet ſecundùm tempus. Credo igitur quòd ab ea cauſa primitiua, videlicet à labore & nimio exercitio contigerit idem: quod in laſsitudine ſpontanea contingit, vbi multiplicantur humores ſiue acres, ſiue calidiores, ſiue frigidiores, qui tenſionem faciunt: vel apoſtemoſam laſsitudinem, quæ eſt à materia miſta. Quoniam ergo humores plurimi ſunt in corpore, à quacunque leui cauſa mouentur, & faciunt laſsitudinem. Contigit id in hoc ex nimio labore dorſi: licet enim non adſit multitudo materiæ, nihilominus propter maximum dolorem relaxatę ſunt partes dorſi, arteriæ, & venæ, & nerui, & propterea incaluit membrum, & propter calorem apertæ ſunt magis viæ: calor etiam attraxit, vnde materia defluxit, & ex ea cauſatus eſt dolor. nam non dicerem, quòd tanta eſſet materia frigida, quæ ſponte defluxiſſet, ſed contigit hoc violenter. Quòd non fuerit materia multa, quæ potuerit hoc facere, habeo coniecturã ſatis rationabilem. Habet corpus hoc membra ſua principalia minimè præparata, vt generent humores pituitoſos. Habet hepar calidum, vt ex toto ambitu apparet, & quod potius calidos, quàm frigidos humores generet. Præterea nunquam conqueſtus eſt de ventriculo: videtur ergo ventriculus calidus. Nec de catarrhis conqueritur, & conſequenter habet cerebrum calidum, quod nõ potuit generare humores frigidos, quantum ad naturalem diſpoſitionem. Nihilominus patitur ægritudinẽ frigidam, quæ ægritudo non proportionatur ſuæ temperaturæ. Sed vnde contigit? Eſt mercator, vendit merces, manet in ſua officina ſemper, & mala ratione victus vtitur. Potuit ergo contingere hoc tum ratione diſpoſitionis corporis, tum ratione cibationis, præcipuè tempore Quadrageſimæ, in qua vſus eſt cibariis maximè generantibus humores crudos: qui dum habuiſſent occaſionem à cauſa procatarctica, & incaluiſſet dorſum, fecerunt morbum iſtum, de quo nunc conqueritur. Credo igitur defluxiſſe materiam frigidam ad locum à cauſis extrinſecis violenter, non ratione propriæ temperaturæ: nam propter malum victum & artem quam exercet, generatus eſt humor, ex quo dolor. Nemini dubium eſt, quòd materia defluens congregatur in aliqua parte, & quòd ex ea collectione fiunt duo: primò intemperies, quæ eſt frigida: ſecundò materia defluxa, quæ ſi frigida fuerit, refrigerabit locum: ſi calida, calefaciet: & itidem de paſsiuis dicendum. Vnde generatur intemperies in membro ſecundùm affluxum materiæ. Materia frigida eſt, vt apparet ex dolore, & perſeuerantia longa doloris: iam enim eſt annus, & tamen reſolutus non eſt ex aliqua parte, imò augetur potius. Materia frigida & viſcida eſt, ergo probabile quòd impreſſerit talem intemperiẽ in membro ad quod defluxit. Secundò, dum materia ibi colligitur in neruis, muſculis, & locis anguſtis, extenditur & flatuatur, & ex tali extenſione cauſatur dolor. Iſtæ ſunt duæ cauſæ doloris propriæ, vt altera poſsit inducere dolorem ſine altera, vt rectè eſt interpretatus Auicenna ſententiam Galeni: licet importunus Auerrois malè intelligat Galenum, vtitur enim æquiuocatione. Ex intemperie ergo primò cauſatur dolor: deinde ex extenſione & ſolutione continui: ergo ſi vtrunque conuenit, & domiuatur hoc & illud, fit acutior dolor. Ego crediderim quòd materia genuit intemperiem, & probabile eſt (loquor de materia fluxa) quòd materia affecerit locum eadem intemperie, qualis ipſa eſt. Ideo non percipitur amplius dolor, quia æqualiter facta eſt intemperies in loco: & illud euenit (quod diximus in lectionibus de phrenitide) propter humorem bilioſum exiſtentem in capite, quando æqualiter occupat totum cerebrum, cerebrum non percipit amplius nocumentum, quia factum eſt tanquam hecticum: ita contingit in membro, vbi perſeuerauit diutius humor: facit enim membrum tanquam hecticum, vt æqualiter per totum membrum inducatur qualitas ſecundùm naturam humoris. Et ideo non percipit dolorem, niſi quando flatuatur materia propter extenſionem & ſolutionem continui, cùm non poſſit percipere dolorẽ propter illam intemperiem habituatam. Hîc adeſt intemperies permanens frigida, & materia ſuis temporibus flatuatur & extenditur: ergo ſecundùm varietatẽ temporũ dolor efficitur. Iſta eſt ægritudo, ex qua ſequitur

quòd locus eſt factus imbecillior, & tandem illæ diſpoſitiones permanentes: factus autem eſt imbecillus propter intemperiem frigidam & humidam, qua intemperie inducta, neceſſarium eſt vt exiſtente corpore tali, vbi ſemel eſt facta illa occaſio, defluant poſtea humores, qui aggregantur in corpore ad illam partem, qui humores ſunt neceſſariò pituitoſi. Ex imbecillitate præterea loci, & intemperie, datur occaſio noui defluxus, ita vt iam partim materia fluxerit, & fecerit morbum: partim fluat, & faciat morbum, & partim factura ſit. Oportet ergo iſta omnia diſtinguere rectè, & pro recta curatione. De materia quæ fluit, dico quòd non eſt vniformis: ſed talis, qualis natura cibariorum, ex quibus, pręcipuè in corpore calido, probabile eſt quòd generentur humores calidiores, & deſcendant ad partem debiliorem. Eadem ratio eſt de humoribus fluxuris. Hactenus habuimus, qui ſit ille morbus, à quib. cauſis dependeat, & vtrum ſit factus, an fiat: vel partim factus ſit, & fiat, vel futurus ſit. Dicamus modò de accidentibut. Dicit quòd in tēpore hyemis & æſtatis melius ſe habeat, quàm in Vere & Autumno. Vnde cauſatur iſta diuerſitas? Stante illo humore pituitoſo, certum eſt quòd non generatur dolor, niſi quando flatuatur & extēditur humor pituitoſus: & hoc fit in temporibus mediis, in Vere & in Autumno: in Hyeme quieſcit, quia tunc materia non flatuatur, quæ excitet dolorem: in Æſtate tantùm reſoluitur, quantum flatuatur: in tempore medio flatuatur, quia attenuatur & colliquatur humor, & non poteſt reſolui: aptus enim eſt vt colliquetur, ſed non reſoluitur. Vnde dolor maior cauſatur in temporibus mediis, quàm in temporib. calidioribus, vel frigidioribus, propter cauſas iam dictas. Quęritur an humores bilioſi præter pituitoſos adſint? Poſſunt adeſſe, nihilominus eſt pituita à prædominio. Non tamen negarim etiam adeſſe plurimum de bile, propter temperaturam ſuam naturalem, & de ſanguine, licet ſanguis ſit parcior. Eſt dicendum de loco affecto. Cùm dicat ſe dolere circa vltimas vertebras dorſi, dico ex ſententia Auicennę: vbi dolor, ibi ægritudo. Eſt ergo credendum, quòd ibi ſit circa illas partes materia impacta, & propterea credo breuiter humorem eſſe, vbi dolor eſt, & in profundo: quia non audimus quòd extra appareat tumor ad tactum: ſed interius percipitur dolor circa oſſa & neruos, qui proximè deueniunt ad vertebras. Vtrum in perioſtio? Credo potius eſſe in vertebris, quia conſentit totum crus, & coxa: non poſſet hoc fieri, ſi in perioſtio eſſet, tantū enim doleret in ea parte. Si in muſculis, læderentur illæ partes, quæ mouentur à muſculis: ſed cū ſentiat totum crus, & muſculi illi non moueant crus, qui ſunt affecti: credendū eſt quòd nerui vigeſimæſecundæ vertebræ ſint læſi, & dolorem patiantur, & ita per conſenſum cauſent dolorem in mouendo crure.

De Prognoſtico. Quia verò materia viſcida & craſſa eſt infixa in parte frigida & priuata calore, nemini dubium eſt, quòd tum ex parte materiæ, tum ex parte loci curatio erit difficilis. Materia enim quæ craſſa eſt, non facilè concoquitur, & ex-
A pellitur: vbi poſtea eſt in membro frigido & exangui imbibita, quod non habet rationem concoquendi, longè difficilius tollitur. Præterea ſi membrū nō habeat meatus apertos & vias, ſed ſit denſum & compactum, difficilior adhuc eſt curatio: vt ſi adhuc materia eſt in profundo, cui difficulter poſsint applicari remedia, ſequitur etiam ratione ſitus difficultas curationis. Ergo tum ratione ſitus & compoſitionis, tum ratione materię erit difficilis curatio, & longa, vt quotidiana ex-
B perientia videmus. Quòd ſi etiam ratio ſocietatis acceſſerit, & membri affecti cum aliis membris mandantib. ſit conſenſus aliquis, tantò difficilior eſt adhuc curatio. Cū ergo laborent huiuſcemodi nerui exiſtentes circa vertebras, & cerebrum ſit aptum ad hoc vt multiplicet catarrhū & pituitam, ſiue (vt Græci dicunt) βλένναν, ſiue mucum, magis & minus ratione temperaturę: cerebrū enim ſuapte natura eſt frigidum, quod aſcendentibus vaporibus plurimam materiam generat: vnde cum
C in partibus ſuperiorib. generetur pituita, conſenſusq́; magnus ſit, propter talem conſenſum membrorum ſuperiorum cum ſpondylis fit, quòd continuè deſcendat materia, & foueatur augeaturq́; morbus, & ideo fit difficilior curatio. Quòd ſi acceſſerit ætas ſenilis, facilius quidem corripietur à catarrhis: ſed difficilius tamen curabitur propter imbecillitatem caloris concoquentis, vt Galenus teſtatur in Aphoriſmo: βρόγχοι & coryzæ in valde ſenibus coctionem non admittunt. Tot ſunt ra-
D tiones, quare curatio nobis difficilis erit.

Cura. In curatione non debemus diſcedere à natura morbi. Morbus iſte partim eſt factus, partim futurus: vtrique debetur curatio, ſed diuerſa. Quantum ad factum, debemus remouere intemperiem frigidam & humidam, & ita confortare locum. Materia impacta frigida eſt, quæ eſt cauſa propinqua, & continetur in morbo. Sunt cauſæ aliæ, eſt materia continuè affluens, & eſt materia fluxura. Quid debemus facere? Incipiendum eſt à
E cauſa coniuncta, quia adfert indicationes curandi. Materia fluxura habet rationem primæ cauſæ antecedentis, & non eſt in parte, ſed in toto: quandoq; enim materia excrementoſa eſt in toto corpore, quæ habet rationem illius cauſæ: quæ vbi commodos habet meatus, defluit ad locum imbecillem. Ergo primò euacuanda eſt materia factura morbum: vnde breuiter euacuarem totum corpus, & redundantes humores, qui in corpore generantur. Hoc corpus eſt calidum & ſiccum, ergo
F multiplicat humores calidos & ſiccos, & ſanguinem cholericū: redundat ergo bilis & melancholia, ſed minus: poſtea ſecundum proportionē de ſanguine magis generatur, quàm de bile, & de melancholia. Igitur cùm velimus euacuare, debemus reſpicere ad redundātes humores. Sed quia etiam adeſt aliquid de pituita, dico quōd euacuari debent omnes humores. Lenita igitur prius aluo, extrahendus eſt ſanguis, non dixerim ratione magnitudinis morbi: quia extenſiuè morbus iſte
G non eſt magnus, niſi intenſiuè. Sed propter futurum morbū vellem quòd caueret omnino ab omnibus excrementis: ita crediderim eſſe mundandum totum corpus. Mittatur ſanguis à baſilica, non tan-

non tantùm ratione diuerſionis, ſed euacuatio- A
nis: quia non eſt maior diuerſio à brachio, quàm
à pede, vt oſtendit Galen. ſexto Epid. qui, primo
commento, loquens de affectibus renum. Et ſic
æqualiter poſſumus facere diuerſionem, vel à pe-
de, vel à brachio: ſed eligerem brachium, quia
magis euacuaretur ſanguis, propter baſilicā ma-
gis reſpicientem fontem, quàm ex ſaphena. De-
inde curarem ſyrupos conficiendos, vt ſanguis
redderetur bonus. Non dimitterem ſyrupum de
cichorea Nicoli ſine rhabarbaro, qui habet aliquā B
vim incidendi humores craſſos, & adæquādi. Ad-
derem etiam aliquid oxymellitis, propter adæ-
quationem, & inciſionem. Poſtea haberem deco-
cta ex betonica, iua, ſaluia, boragine, & reliquis
propter intemperiem calidā hepatis. Poſtea de-
uenirem ad euacuationem materiæ: deinde ac-
cederem ad materiam quæ defluit, quæ debet
diuerti, ne defluat. Et licet, quando erit euacua-
tum totum corpus, non fluet amplius: nihilomi-
nus laudo vt confortetur corpus faciendo ablu- C
tiones capitis. Deuenirem poſtea ad morbum fa-
ctum, qui curatur deriuatione & euacuatione.
Et in hoc caſu, ſicut conſueuimus, debemus fa-
cere deriuationem prope locum affectum: & de-
riuationes optimæ ſunt in hoc caſu per clyſteres
acutiſsimos, qui deriuant materiam à loco, pro-
pter vicinitatem loci. Fierent clyſteres cum deco-
cto centaureæ, & aliarum herbarum, quæ poſsūt
habere abſterſionem, vt anethum, chamomilla,
& alia huiuſmodi. Imponerem hieram picrā Lo- D
godij, Hermetis: quoniam acrius purgabunt hu-
mores. Hæc breuius dico tantummodo pro for-
ma medēdi. Poſtea facta iſtā deriuationē per cly-
ſteres acutos, oportet, ſi aliquid reſiduū erit ma-
teriæ, deuenire ad ea quæ educāt è loco: non di-
co de repercuſsiuis, quæ non cōueniunt in mor-
bo facto, ſed in futuro. Ergo euacuarem à loco af-
fecto, & videmus quòd tunc vtitur Galenus Ibe-
ride, & his quæ ſolent inducere vlcus in locum.
Facta ergo prius diligenti euacuatione, facerem E
ſcarificationem, vel adhiberem etiam cerata. Præ-
terea ſi aliquid perſeueraret doloris, & accederet
tempus Maij, non diſpliceret ſi acciperet aquas
thermarum, & ablueret ſe in iſtis: & etiam acci-
peret per potum, quia locus ex aluminoſis aquis
confortaretur, & aliquid etiam reſolueretur: ha-
bēt enim calcem & alumen iſta balna. Poſtea his
omnibus ritè peractis quantum ad præſeruatio-
nem, facerem cauteria ex oppoſito loco, ne mate-
ria flueret amplius. Placeret terebinthina, quia F
diuerteretur materia per aluum. Vtatur acoro, &
tādem ea accipiat quæ poſſunt corroborare par-
tes neruoſas, & ſi quid eſt impactum reſoluere, ſi
acceſſerint ad partes iſtas.

Sequentes pulueres non habentur in alijs exemplaribus, quæ nos vidimus.

Pulueres pro catarrhoſis à cœna, poſt quorum vſum non bibendum amplius.

℞. Cinnamomi electiſsimi ℥ s.
Fragmentorum lapidum precioſorum ana ℈ s.
Oſsis de corde cerui ℈ j.
Sem. meliſſæ ʒ s.
Zucchari ʒ s. Fiat puluis. Vel:

℞. Cinnamomi electi ʒ s.
Coriandri præparati ʒ j. s.
Sem. meliſſæ ʒ s.
Raſuræ cornu cerui vſti
Corallorum rubeorum ana ℈ j.
Sacchari ʒ vj. Fiat puluis. Vel:

℞. Cinnamomi electiſsimi ℥ s.
Sem. meliſſæ ʒ j.
Coriandri præparati ʒ j. s.
Pellicularum ventriculorum galli ʒ j.
Sacchari ℥ j. Fiat puluis.

CONSILIVM CXXXV.

De catarrho ad occipitium & dextrum brachium deſtillante, cum ventriculi imbecillitate, & alijs ſymptomatis in ſene 58. annorum.

SI bene conſidero caſum huius magni-
fici viri, cognoſco ſemper fuiſſe, dum
erat iuuenis, ſanum & inculpatæ vale-
tudinis, vt de nulla re conquereretur:
ſed ſuccedente ætate, curæ illi maiores erant, &
aer, in locis vbi degebat, deterior fuit, ideo inci-
dit in diſpoſitionem præter naturam. Atque ideo
non confero rationem morborum, quibus affli-
gitur, in cauſam aliquam intrinſecam, ſeu tempe-
ratura membrorū: quia, vt dixi, cùm fuit iuuenis,
bene valuit: & cùm iam cōſenuit, peſsimè valet:
eſt enim in ſecundo ſenio. Nam primum ſenium
in ſeptimo ſeptenario, id eſt, anno 49. finitur: ipſe
habet 58. annos: ſenectus verò ipſa morbus eſt:
ſequuntur enim eam multa incommoda, & præ
cæteris in ea omnes coctiones fiunt deteriores.
nam calor imbecillior cùm ſit, multiplicātur ex-
crementa, præſertim in eo qui non habet rationē
ſenij, vel propter neceſsitatem, vel propter ele-
ctionē. Nam, vt audio, fuit in infortuniis patriæ
& bellis continuis, magnas curas animi habuit,
aer mutatus in deterius, & ratio victus in cibo &
potu commutata eſt, & non ſemper fuit eadem
per omnem ætatis decurſum. Ad has cauſas ac-
cedēte ſenio, incidit primùm in has ægritudines.
Queritur autem de ventriculo, qui habet inſignē
frigiditatem, quam percipit. Nec mirum ſi in hac
ætate & tot cauſis accidentibus fiant cruditates,
& pituita in ventriculo multiplicetur, quæ facit
frigiditatem: & quia flatuatur ſæpe, ideo infla-
tiones in ventre ſuperiore & inferiore percipit, vt
multos emittat flatus & ructus, & illis emiſsis
percipit iuuamentum: & cùm flatus intercipiun
tur interdum, vt exire nequeant, faciunt verti-
gines, ſed ſubitò tranſeunt: quia à flatu ſunt, qui
ſtatim euaneſcit: ſed vbi materia craſsior & cru-
dior ad partes alias præcipitatur, vt ad colon in-
teſtinum, & ibi flatuatur, nec exire poteſt, inci-
dit in paſsiones colicas: & ſummis anguſtiis af-
G flictatur, donec educatur clyſteribus. Quando in
hypochōdrio dextro vel ſiniſtro acrem dolorem
percipit, tūc poſtea vrinas arenoſas emittit: quia
materia quæ facit calculos, eſt pituita, quæ adu-

ritur in renibus vel veſica ibi collecta, vt docetur in libro de Affectib. renũ: qui aſcribitur Galeno, ſed reuera non eſt Galeni. Ideo mingit cũ dolore, quia calculi minuti adhuc exiſtũt. Cùm verò illi ad caput aſcendunt, quod iam omnino eſt imbecillius redditum propter frigiditatẽ, nec propter debilitatem alimentum proprium conficit: fit vt deſtillationibus laboret, quas omnes ſenes patiũtur. Hippocrates verò dicit, catarrhos in ſenibus difficulter concoqui: quod quidem à Galeno in commento exponitur, difficulter, id eſt, nunquã. Quòd verò in hoc nobiliſsimo viro catarrhus deſtillet & defluat ad partem poſteriorẽ capitis, ad occipitium: cauſa reddi poteſt, quòd illa pars ſit in eo imbecillior. Nã ſemper in corpore eſt vna pars debilior alia, etiãſi neſcimus cauſas: ideo dolores ibi ciet, vt non poſsit mouere caput, & totũ brachium dextrum: in ſiniſtro nõ tam inſigniter cruciatur. Hæ ſunt cauſæ omnium ſymptomatũ: inter quas tamen præcipua eſt ſenectus, ratione cuius multiplicantur cruditates, quæ occupant varia mẽbra. Quòd autem integrè curari poſsit, difficillimum eſt affirmare: id enim non fiet, niſi reſtituatur in iuuentutẽ. Iam accedit ad climactericum maiorem, quẽ cùm euaſiſſet Auguſtus Cęſar, ſacrificauit diis. Huius recordetur, & ſe regat, ſicuti debet in hac ętate. Nunquã curabitur quin habeat catarrhum: nec erit eius ventriculus tam robuſtus, ſicut fuit ante annos triginta aut viginti: ſed tantùm lucrabitur ex optimo regimine, vt melius viuat. Primùm oportet vt habeat victus rationem conueniẽtem morbo & ætati, & vt curet coctiones, ne generentur cruditates. Vtatur cibis boni nutrimenti, & excrementi pauci, vt generent bonum ſanguinem. Sit cibus facilis concoctionis, & non redundet in quantitate, & non ſit multiplex. Non bibat poſt prãdium aut cœnã, nec ſtatim à cibo dormiat, & cœnabit ſicut fert natura. Non niſi duabus horis poſt cibum eat cubitũ, interea ſenſim deambulabit, vt bene deſcendat cibus. Manè ſurgat, & matutinis horis antequàm prãdeat, ſe exerceat: ita enim euitabit multitudinem excrementorum, & plus quàm putet, quod illi plurimũ ad rectã valetudinem conferet. Procuret quotidie beneficiũ alui vt habeat. Quãtùm verò attinet ad medicamenta, quandoq; Autumno & Vere euacuatio generalis faciẽda. Sed ſi habeat rationem victus congruam, & præterea aliquo familiari vtatur remedio per interualla, vt hiera, vel caſsia iuncta cũ hiera, quæ melior quàm hiera ſola: quoniã hiera nimium exiccat, ſicut & aloe, non erit opus illis maioribus euacuationib. & vniuerſalibus quę extinguũt calorem naturalem. Accipiat quandoque terebinthinam, quæ ad colicam & ad renes vtilis erit, quæ etiam à Galeno laudatur in ſenibus. Quòd ſi vera terebinthina reperiri non poſsit, habemus laricinam, quam etiã Galenus accipiẽdam in eius locum dicit. Pro corroboratione ventriculi diacalamenthum bonum eſt in ſene: ſed in tot cruditatibus magis laudatur driatriõpipereon, quod etiã poſſet miſceri cum ſaccharo roſato. Poteſt etiam admittere lotionem capitis, & ſemper in lixiuio decoquat ʒ j. agarici, qui mihi plurimùm in hoc caſu probatur: lauetur autem veſperi caput, nec egrediatur poſtea ædes. Ex vſu balneorum non poterit nõ habere vtilitatem, cùm maximis redundet cruditatibus. Si verò quis timeret ſiccitatem, quæ ex harum thermarũ potu accederet, dico quod ea non poteſt fieri, ſi temperatè ſumatur, & paucis diebus: quia tunc minus exiccabunt. Laudo & caputpurgia, ac maſticatoria: quòd ſi maſtichẽ maſticabit quotidie, maximè erit vtilis, quia diuerteret materiam à parte poſteriore ad anteriorem: nec nocebit, etiamſi quandoque ad ventriculum deſcenderet, quia illi etiam cõuenit. His non ſufficientibus, ad cauteria, tanquam ad ſacram anchoram, deuenirem.

CONSILIVM CXXXVI.

De catarrho ſalſo in magnifico quodam.

CASVS recitatus à doctore N. vir magnificus in ætate iuuentutis: agit enim viceſimum quintum annum, temperaturæ calidæ, qui paſsiuis parũ excedit per ſiccum, & in quo vniuerſa mẽbra ferè cõſpirant in calidum & ſiccum: magis tamen in calidum, licet fortaſsè caput factum eſt humidius humiditate aduẽtitia, cum permutaſſet aerem & viuendi rationẽ. Nam ex Bergomo in Cyprũ nauigauit in aere feruẽtiori: vſus eſt ſuperfluo exercitio venando ſub ſole ardentiſsimo, in meridie diebus etiam canicularibus: vſus eſt etiam vino potentiori: atque inter reliqua membra quæ incaluêre, maximè fuit caput, vnde genitus eſt fluxus calidus & ſiccus, quod declarat ſapor ipſius catarrhi ſalſus, qui defluit ad varias partes corporis, & maximè ad guttur & ad laringa, & pro parte ad ipſum pectus, & tracheam arteriam, ita quòd interdum aufertur vox, vnde excitatur tuſsis: & interdum expuit ſanguinem commiſtum, quia exulceratio eſt in ipſa trachea arteria, vnde aliquando emanat ſanguis, ſicut etiã è naribus. Hîc dimittitur ſanguis à capite per colatorium ad inferiores partes, poſtmodũ eum expuit: macrefactum eſt vniuerſum corpus ex ipſo catarrho, quæ omnia vir magnificus cupit curari, & petit conſilium curandi à viro excellentiſsimo & à me.

MONTANI,

Vel Vrbini potius: nam iſta (ne quid diſsimulem) non videntur Montani: veruntamen quia ei adſcripta ſunt, ac rectè cogitata, ſubijcienda putaui.

In primis oportet vt curemus membrũ mandans, & originem horum omniũ malorum affectuũ, videlicet caput. Deinde ſi aliquod aliud eſt membrum affectum per conſenſum à capite, illud etiam curetur. Curatio capitis erit, vt alteretur infrigidando & roborando, ſed prius euacuetur: ante euacuationem autem capitis præcedat euacuatio totius, & alia membra alterentur, quæ ſunt affecta. Primò totũ æquabitur victu, & euacuabitur pharmaco: miſsionẽ ſanguinis non audemus tentare, quia attenuatum eſt corpus, & timemus vlteriorem exiccationem, ac ne deueniat ad tabem: victus ſit minimè excrementoſus: vnde eligẽda ſunt cibaria, quæ facilè concoqui poſſint, & humores potius vergentes ad frigidum & humi-

humidum generent, & in primis laudatur ptiſana integra,& alica,& cremor ptiſanæ,zea (quam iſti appellant far) panis lotus,pullinæ carnes,gallinarum iuuenum & pinguiū, quæ non ſunt detentæ in carceribus, ſed liberè ſunt euagatæ:hœdorum carnes,caſtratorum iuuenum.Rarò vitulinam carnē comedat,& interdum piſces. Saxatiles illos piſces Bergomenſes non abhorrerem, & oua ſorbilia, ac lactucam cui interdum boraginē admiſcerem.Et vbi vētriculus non repugnet,aut non adeſt febris, non denegaretur lac vaccinum, recens mulctum,calidum,zaccaro cōditum. Vinum quidem ſit pauciferum, & in parua quantitate,ſubalbidum aut rubrum,ſubtile, tranſparēs, vergens rarò ad aliqualem dulcedinem. ſomnus ſit moderatus, non in meridie, nec ſtatim à cœna aut prandio. Commodis horis conueniunt exercitia,vitet aerem nubiloſum,vētoſum, & nocturnum : vitet ſolarem æſtum,vt plurimùm ſe domi contineat, nec multo vtatur aere. Bergomenſis enim ille aer tenuiſsimus eſt & frigidus, ſit læto animo & bene ſperet:operā det vt habeat beneficium quotidianum ventris cum clyſteri,& interdum ſtatim ante cibum, vtatur ℨ v. caſsiæ. Cùm primùm erit Bergomi, & quieuerit per biduum ſaltem, incipiet euacuare corpus cum pharmaco lenitiuo, hoc modo:

R. Floris caſsiæ nouiter extractæ ℥ j.
Specierum hieræ ℨ j.

Cum zuccaro fiat bolus:accipiat hora vna ante cibum, aut ſeſquihora. Deinde concoquatur materia cum hoc ſyrupo:

R. Syrupi de betonica ℥ j s.
Syrup. de bugloſſa ℥ s.
Decoctionis boraginis ℥ iij.

Miſce, & cum biberit ad minus ſeptem de iſtis ſyrupis, ſingulo man eeuacuetur vniuerſum cor pus hoc pharmaco:

R. Pillularum cocchiarum ℈ iiij.

Fiat pillulæ v.quas accipiat ſummo mane per quinque horas ante cibum.Subſequenti die quieſcat,& manè vtatur iure pulli, in quo decoctum ſit hordeum. Deinde paretur ſternutatio cū ſternutatoriis & caputpurgiis : ſit caputpurgium leuius primo hoc:

R. Succi blitis ℥ ij.
Aquæ hordei ℥ j.
Zucchari ℨ ij.

Fiat caputpurgium cùm primò ſurrexerit è lecto,ita quod attrahat. Huiuſmodi ſuccis inungātur nares, & vtatur ſingulo mane ſexies aut ſepties per octo aut decem dies. Deinde huic caputpurgio addatur ſuccus iridis depurati ℥ j. & fiat ſternutatorium cùm vſus fuerit ſaltem per triduum:nec citò deueniat ad lotionem capitis,quę fiat poſt caputpurgium per duas horas manè cū hoc lixiuio. Fiat in primis lixiuium dulce ex cinere ſalicis aut arbore nucum,cum quo decoquantur hæ herbæ:

R. Foliorum maluæ
Matris violarum
Lactucæ ana M. j.
Ladani ℥ s.

Decoquātur & colentur,& lauet caput, quod
A poſtmodo diligentiſsimè exiccet, nec eo die prodeat in aerem frigidiorem. Vt etiam alio auxilio vtamur & roboremus caput ipſum euacuato corpore,ſicuti dictum eſt,aſpergantur ad commiſſuram coronalem hi pulueres :

R. Garyophillorum
Macis
Cinnamomi ana ℨ ij.
Roſæ ℨ ij.

Fiat puluis ſubtiliſsimus, & vtatur ſicut dictū
B eſt,eo puluere. Fiant interdum ſtillicidia ante cibum, & hoc non erit malum.

R. Aquæ fontis lib.j.
Roſaceæ quartam j. tepidè cadat ſuper commiſſuram coronalem.

Membra autem recipiētia hoc pacto,erunt curanda aut roboranda,vt exiccentur & temperentur in ſuis actiuis qualitatibus. Ad hoc vtatur diarodio cū ſapa,deſcripto à Galeno in 6. κατὰ τόπους, & ſyrupo de papauere, & violaceo. Et vbi tuſsis
C infeſtat,vteretur ſyrup.de glycyrhiza : ſi conficeretur ſyrupus ex ſucco farfaræ cum zuccaro, eſſet optimus. Deinde inungatur pectus cum oleo amigdalino aut violato:& ſi eſſet anguſtia pectoris,cum ſeſamino,& liliaceo,& recenti butyro. Si verò ſanguis eiiceretur plurimus, vteretur frequenter electuario iſto :

R. Zuccari roſati
Violati ana ℥ j. s.
Boli armeni orientalis ℨ j.s.

D Cum ſyrupo farfaræ aut violaceo fiat miſtura. Si punctura,vteretur ſingulis quindecim diebus: quod omnino neceſſarium eſt his pillulis, quòd crederem opportunum remedium.

R. Pillularum de hiera cum agarico ℨ j.
Cocchiarum ℈ j.

Fiant pillulæ quinq;, quibus vtatur manè per quatuor aut quinque horas ante cibum:vbi omnia eſſent facta, conſulo balneum aquæ tepidæ: ſed cuſtodiat ſe,ſicut imperabunt excellentiſsimi
E Medici,qui præſentes erunt. Hac ratione poterimus ſuccurrere membro mandanti & ſuſcipienti hanc curationem,ſi obſeruabit, credimus fore opportunam,poſsumusque ſperare virum hunc magnificum euaſurum, aut ſaltē præcauere imminentia mala, & à præſentibus curari poſſe. 1547. 28. Octobris.

CONSILIVM CXXXVII.

De Catarrho.

F PATITVR Nobiliſsimus ille iuuenis tuſsim ex deſtillatione catarrhi ſalſi, craſsi & pituitoſi lōgo tempore. Expuit aliquando etiam ſanguinem : habet interdum febrim,& tenſionem circa hypochōdria, & vigilias:ſputum eſt purulētum. Quod ad temperaturā eius, in paſsiuis ſiccitas dominatur per totum corpus:in actiuis eſt inęqualitas.Hepar & cor calida eſſe,ex venis latis & magno arteriarum pulſu conſtat : ventriculus frigidus,quia ſupera-
G bundat in eo pituita, & vapores ad caput aſcendunt,cerebro exiſtente frigido & ſicco. Talia corpora ſunt deſtillationi obnoxia, vt patet ex libro de Locis affectis : quia propter caliditatē venarū,

multi vapores petũt caput, & id propter frigiditatem, vel ſaltẽ remiſſam caliditatem eos cõficere non poteſt: ideo infrigidãtur, & accipiunt formá catarrhi. Deſtillatio igitur eſt ob dictas qualitates, & eſt ſalſus catarrhus, propter aduſtionẽ ſicci terreſtris in aqueo humido, factam à vaporibus calidis adurentibus. Fuit autẽ intemperãs in ſex rebus non naturalibus, præſertim in coitu, & cerebrũ adeò ſiccum & frigidum, vt non tantũ aliena; ſed & propria alimenta non poſsit concoquere. Hinc plurima generatur pituita, quæ poſtmodum deſcẽdit per tracheam arteriam ad pulmonem. Et quia ſalſa eſt ſubſtantia & mordax, excitat tuſsim non inſurgentem ad expulſionẽ. Sputum etiam ſanguinis ob ſalſum & rodentem humorem aliquem in pulmone, vel muſculis thoracis facientem ſuppurationem, idq; teſtatur dolor in ſiniſtro latere pręcipuè: ſed ea corroſio nõ magna eſt, quia non multum ſanguinis videtur, nec ſæua admodum accidẽtia. Febris putrida, pulſus magnus, vehemens & creber adeſt. Eſt enim putredo in pulmone ex materia ſalſa & pituitoſa, quæ per reſpirationem communicatur cordi. Ea verò cùm attigerit ſubſtantiá cordis, erit hectica. Tenſio hypochõdrij dextri eſt è materia pituitoſa à ventriculo deueniente ad venas meſaraicas, & obſtruente eas, ventriculo præſertim ob debilitatem non bene concoquentem chylum. Vigiliæ propriam & immediatá cauſam habent ipſam cerebri ſiccitatem, quæ efficit vigilias, ſicut humiditas ſomnum. Pituita enim præternaturalis non facit ſomnum, ſicut ſenes etiam in quibus abundat pituita propter ſiccitatẽ cerebri, non poſſunt dormire: quia cruda eſt pituita, & non concoquitur à cerebro.

Prognoſticum. Stãte tali intemperie, difficile eſt huiuſmodi corpus reducere ad temperamentum proprium. Cùm autem nõ poſsit tolli cauſa, difficilè tolletur morbus. Deinde omnis corroſio in pulmone, etiam minima, eſt difficilima curatu. Tertiò pro aſsidentibus, arcendi ſunt proximi à conuerſatione huius ægroti, propter vlcus pulmonis: nec pretermittendũ, vt ſputũ exiccetur in cubiculo. Medicum etiam certum eſt, poſſe incidere in phthiſim propter odorem ſputi.

Cura. Hoſtis peſsimus eſt, cõtinua deſtillatio à cerebro: ea ſi remouẽda, tollẽdæ eius cauſę. Curetur igitur primũ, vt ſit corpus mundũ. Darẽ caſſiam ſtatim, vt vẽtriculus perpetuò eſſet mũdus, darẽ rhabarbarũ ſingulis dieb. ad magnitudinem ciceris. Euacuato poſtea corpore, pro auerſione materiæ: fiant cauteria in crurib. & humeris, quæ minus periculoſa ſunt, q̃ ea quę fiunt in cõmiſſuris. Cibis vtatur refrigerãtib. & emplaſticis, chõdro, farre, ptiſana. In ſingulis ferculis ponatur pes vitulinus vel diacodion, vel gũmi tragagãthi. Sumat ſingulis dieb. mel roſatũ ℥ j. s. decocti betonicæ ℥ iij. confert pectori: & ſuper comedat ſaccharum roſatũ. Bis in ſeptimana ſumat caſsiam. Deſtillatio continua eſt, primò propter vapores aſcendentes ab ambitu totius, ac propter vapores aſcendentes ex ventriculo: deinde propter frigiditatem cerebri, non concoquentis alimentum proprium.

A

CONSILIVM CXXXVIII.

Ad frigidum catarrhum.

LENIATVR in primis venter caſsia cum hiera, poſteà ſumat aliquẽ ex his ſyrupis, vt ſyrupus de ſtœchade de ſimpl. ſyrupus acetoſus, de betonica, oxymel vtiles ſunt. Decoctum autẽ ſit betonicæ, endiuiæ & cichorij, vt habeatur etiá ratio hepatis calidioris. Medicamẽta in hoc affectu commoda
B erunt agaricus, rhabarbarum, & agaricus cũ rhabarbaro vel cum caſsia. Pro expurgando autẽ capite vtilis erit pro maſticatorio maſtix, ſtaphiſagria, piper, & radix capparũ maximè cõmoda ad extrahendá pituitá. Caputpurgium autẽ fiat ex ſucco maioranæ, betę, cyclaminis. Ad corroborándum autem caput puluis ex garyophyllis, agarico, & ladano pari portione vtilis eſt. Lotio etiam capitis cũ rebus calidis commoda eſt. Pomũ etiá odoriferum continuò in manibus habeat, confe-
C ctum ex nigella, ladano, nuce muſcata, & garyophyllis, ambra & muſco, vtile profectò ad caput calefaciendum & corroborandum.

Ex tertia centuria deſumptum, atque ex alio factum.

CONSILIVM CXXXIX.

Cuidam mulieri in catarrho ad pectus deſcendente, hæc ordinata.

D CONFICI iuſsit ſyrup. ex ſucco farfaræ, betonicæ, capillorum veneris, liquiritia & ſcabioſa, &c. & hunc exhiberi ità, vt poſt quartum vel quintũ quemq; ſyrup. acciperet ℈ j. agarici, & ita per vices paulatim attenuet, & euacuare conetur: capiti verò inſpergat puluerem ex ſandaracha, roſis ſiccis, ſandalis, ladano, tenuiſsimè pulueriza tis omnibus & cõmiſtis: cerata capiti applicari non probat ab exẽplo puellæ cuiuſdá, quæ in catarrho copiosè fluenti ex cerato applicato, quod catarrhũ ſiſtebat,
E per dies aliquot curata videbatur, ob catarrhũ firmatũ: ſed paulò pòſt ita copiosè fluebat vt moreretur: ſubitò enim vna vice tantũ catarrhi defluebat, vt ſuffocaret. Nec cauteria in ſutura coronali probat. Etſi enim duo adiuti ſint, tres tamẽ ex iis mori vidit, neque amplius velle ſe facere dixit.

CONSILIVM CXL.

De anguſtia pectoris ex catarrho & imbecillitate ventriculi, pro Gallo anno 1546. 6. Nouemb.

F PVRGETVR principio hunc in modum:

R. Caſsiæ ℥ xij. Poſtea

R. Succi farfaræ
Betonicæ
Saluiæ
Violarum
Calendulæ ana ℥ vj.

G Purificentur ſucci, deinde cum ſaccaro fiat ſyrupus. Poſtea

R. Huius ſyrupi ℥ ij.
Decocti betonicæ

Viola.

Violarum A
Farfaræ ℥. iij.
Miſce pro vno,& ſic pro aliis.

Poſt ſecundum ſyrupum mittatur ſanguis ex vena communi brachij dextri: id enim & tẽpus, & morbus, & complexio exigere videtur. Poſt exhauſtos ſeptem ſyrupos:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Agarici præparati ʒ.ij.

Miſce, cum ſaccharo fiat bolus.Poſt hanc purgationem vniuerſalem habeat pilulas,quibus ſæpe vtatur,quarum deſcriptio talis erit: B

R. Agarici præparati ʒ.iij.
Aloes ſuccocitrini ʒ.iiij.
Rhabarbari electi ʒ.ij.
Spicæ
Garyophyllorum
Nucis muſcatæ ana ʒ.j.

Puluerizentur,& miſceátur,& cum ſyrupo de ſtœchade fiat magdaleon: de quo ſingulis vicibus fiant pillulæ tres,põdere vnius drachmæ, de C quibus vnam accipiat ſemel in ſeptimana, tribus horis ante cœnam. Item

R. Lachrymæ abietis pinguis ʒ.ij.

Inuoluantur in nebula,& deglutiat cũ vino ſemel in ſeptimana,trib.horis ante prandium.Item

R. Boli armeni orientalis ℈. j.

Deglutiat bis vel ter in ſeptimana in introitu lecti. Item

R. Dictamni Cretenſis
Pyrethri D
Piperis ana ʒ j.
Staphiſagriæ ℈. ij.
Maſtichis ʒ. ij.

Puluerizentur omnia, & cum cera pauca fiant trochiſci maſticandi manè tribus horis ante prandium, maſticãdo eos continuè per horam, & expuendo, bis aut ter in ſeptimana. Præterea fiat inunctio narium tali linimento:

R. Adipis anſerini
Olei amyg.amararum ana ℥.j. E

Vngat veſperi in introitu lecti partem naſi ſuperiorem,quæ eſt inter vtrunq; oculum. Item

R. Decocti betæ
Maioranæ, Hordei
Betonicæ,quantum ſufficit.
Cum modico zucchari.

Et hoc actu calidum attrahatur per nares manè antequam egrediatur ædes.Præterea tali brodio vti poterit:

R.Enulæ campanæ ℥.j.dempto meditullio in- F teriori,decoquatur in ſcutella brodij ad conſumptionem duarum partium.Deinde facta diligenti expreſsione,addatur ſucchari ſemuncia, & ſumatur actu calidũ ter in ſeptimana tribus horis ante prandium. His etiam pilulis vtatur:

R. Succi abſinthij.
Liquiritiæ ana ʒ.j.

Miſce,fiant pillulæ ſex, quarum ſumat vnã alternis diebus,1.hora ante prandium.Habeat diligentem rationem victus,& ſe muniat à frigidiore G aere,& à ventis. Ad æſtatis poſtea initium,purgato corpore modo ſuperius dicto, bibat aquas Aponitanas.

Consilivm CXLI.

Pro eodem, Anno 1547.

Cvm ordinatis non ritè vſus per hyemem, Vere redeunte in eadem incidit ſymptomata: catarrhum videlicet defluentem cum difficultate anhelitus aſthmatica. Montanus caſsiæ ʒ.xij.dedit, poſtea ordinauit ſyrup.

R. Succi farfaræ
Betonicæ
Saluiæ
Violarum calendulæ ana ℥.vj.

Purificentur ſucci, deinde cum ſaccaro fiat ſyrupus. Poſtea

R. Syrupi ſupraſcripti ℥. ij.
Decocti betonicæ
Violarum
Farfaræ ℥.iij.

Miſce pro vno,& ſic pro aliis. Poſt ſecundũ ſyrupum mittatur ſanguis ex venà cõmuni brachij dextri. Id enim & tẽpus,& morbum, & complexionem exigere dicebat. Poſtea rurſus bolum ſequentem.

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Agarici præparati ʒ.ij.

Miſce cum ſaccaro, fiat bolus. Poſtea ad thermas abiit,eas bibit primò, deinde in iiſdem lauit, propter aſthma ſeu pectoris anguſtiá : poſt thermarũ potum meliùs habens aliquanto, Venetias iuerat,ac ibi victus rationẽ variè excedens, cum amicis liberius viuens in febriculá incidit, ex qua poſtea Patauij expirauit.

Consilivm CXLII.

Purgatio pro catarrho ſalſo cum frigiditate ventriculi & dolore capitis.

Recipe Florum caſsiæ ʒ.xij.
Cum ſaccaro fiat bolus.
R. Succi farfaræ, Scabioſæ, Betonicæ,
Cetrach recentis ana ℥. v.

Purificentur ſucci, poſtea ſyrupizentur cum ſaccaro albo. Deinde

R. Huius ſyrupi ℥.iij.
Decoctionis infraſcriptæ ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis vſque ad ſeptem, vel etiam nouem.

R. Liquiritiæ raſæ ℥. iij.
Polypodij ℥.ij.
Capillorum veneris M. j.
Betonicæ M.s.

Decoquantur iſta in lib.ij.aquæ farfaræ, donec remaneat ℥.xvj. Deinde fiat colatura,& ſeruetur decoctum per 4. ſyrupos.Poſtea decoctum repetatur quantum ſufficit.

R. Agarici præparati ʒ. ij.
Floris caſsiæ ʒ.x.

Miſce cum ſaccaro:fiat bolus, ſumat poſt vltimum ſyrupum in aurora.

R. Saccari roſati
Violati ana ℥. iiij.

Miſce,& ſumat vna vice ℥.s.vna hora ante prãdium,& vna hora ante cœnã,& ſub introitũ lecti.

CONSILIVM CXLIII.

In catarrho ordinata nobili Veronenſi.

FIAT lixiuium forte, in quo decoquatur agaricus, quo lauetur caput ſemel vel bis etiã in ſeptimana: diebus deinde mediis aſpergatur puluere ex ſandaracha, roſis & agarico facto: per nares attrahat decoctum iridis, maioranæ, arantiorum, & fiant fontanellæ in brachiis per tranſuerſum, & in cruribus per directum diuertentes, vt quæ non proſunt ſingula, multa iuuent, & ſaltem aliquid diuertatur. Pro muniẽdo pulmone omni nocte ante ingreſſum lecti accipiat granum boli armeni quantitate ciceris, ſemper ante cibum & poſt cibum accipiat ℥.j. ſaccari roſati, cuius vſum Auic. & ego aliquando expertus ſum Venetiis in quodam, cui exhibui etiam vſq; ad lib. vnam s. in die, adeò vt non reperiretur ſacca. roſ. Venetiis, & curaui eũ à catarrho deterrimo. Singulis dieb. vtatur ʒ.j. mithridatij. Sequẽti die cum de veſicatoriis & cauteriis loqueretur, dixit ſe in catarrhis abhorrere à cauteriis capiti adhibendis, etiãſi viderit magnos in iis effectus: tamen rarò commodè fieri, & vt bene fiant magnum ſemper adeſſe periculum, & ſe Venetiis puellam iuuenẽ, & Patauij etiam ſcholarem adoleſcentem, vtrumq; in catarrho non deſperato, poſt cauteria facta, miſerè mortuum vidiſſe, cùm tamen ab excellentiſſimo chirurgo & ſine dolore facta fuiſſent, eiuſq; cauſam allegabat fibras illas duræ matris trãſeuntes meatus cranei, & alligantes cerebrum cũ neruis commiſtis, qui ſunt ſenſibiles valde, & facta aduſtione in cauterio ad os vſq; illæ partes facilè læduntur, ad quod ſequuntur ſpaſmi. Præterea ſunt quædam capita, quæ futuras habent valde largas, per quarũ commiſſuras maiores etiã duræ matris portiones tranſeunt, quæ eo facilius lędũtur: ſi tamen bene fiant, & non lędantur aut aduruntur nerui aliqui, valde proſunt, ſed eſt magnũ periculum, & propterea Galenus in tota cura catarrhi nunquam dignatur nominare cauteria, ſed tantùm veſicatoriis vtitur. Arabes tandem (qui ſua omnia habent ex Galeno) cùm viderent veſicatoriis nõ proficere, ad cauteria proceſſerunt. Feci periculum cum iis, quæ recitat Galenus de ſtercore columbino, & adhibui ſylueſtriũ, & domeſticorum: ſed nihil profeci ad effectus eoſdẽ. Laudat Galen. & cantharides. Sed Arabes videbantur modeſtiores propter vrinationes. Et ego ſcio quòd poſt exhibitum veſicatorium ex cantharidibus, minxit toto die & nocte. Multi etiam ſanguinem mingunt propter vrinationes copioſas, ideo ad cauteria tranſierunt relinquentes veſicatoria: erant enim ignari anatomiæ, vt quæ lege apud illos prohibita erat: & eam quam ſciunt, videtis fragmẽta eſſe ex Galen. collecta. ideo hæc non ita conſi derabant.

Complementum pro Veronenſi.

Factus eſt deinde empyematicus, acceſsit in fine Ianuarij N. cum Montano, qui nihil cõſuluit, cùm videret eum extremè laborare: loquebatur tamen de tinna aquæ dulcis, & inunctione ex

A amygdalarum dulciũ oleo, quod dicebat optimũ remedium in omni catarrho, & maximè in hoc caſu: deinde poſt balneũ exhiberi lac dulce recens mulctũ, idq; optimũ remediũ affirmabat, ſi præſertim ſtuba fieret in qua lauaret, ne externũ frigus ſubitò poſt balneũ occupans ei noceret. Poſſunt coqui in aqua folia maluæ, violarum, ſalicũ: ſed parum ſpei ſuperaret, quòd magna laboraret difficultate anhelitus, cum inſigni debilitate virtutis. Mortuus eſt tandem in medio Februarij.

B Lac aſini in catarrhis datur, vel ob ſalſedinem, vel vt nutriat. remouet enim ſalſedinem. Et cùm à ventriculo benè concoquitur, humectat & nutrit corpus.

Ordinata cuidam Scholari in catarrho non admodum maligno.

Singulis diebus voluit vt biberet brodiũ pulli manè loco ſyrupi, vel brodium carnis de vitello, in quo decoqueretur betonicæ borag. mararubij

C ana M.j. deinde ſingulo triduo voluit vt acciperet vnam cannam caſsiæ fiſtulæ, & ex ea ſuccum comederet tribus horis ante cibum: quia aperit, diuertit, & humectat. Erat enim temperaturæ ſiccioris. omni die prætereà ſumet ſaccari roſati ℥ s. immediatè ante cibum, niſi ea die accepit caſsiã: vinum bibat album, tenue, comedat pullos, carnẽ vitulinam, far benè coctum, panem in brodio, ſalatam (vt appellant) conceſsit ex lactuca, endiuia, boragine, capparibus, neque planè crudis vti

D voluit: vt abſtineret à nimio ſtudio præcepit.

CONSILIVM CXLIIII.

In catarrho regimen præſcriptũ doctori Caſſano à Montano.

ACCIPIANTVR ℥.xj. vini maluatici boni, olei amygdalarũ dulcium recẽtis ʒ.ij. agarici elect. puluerizati ʒ.ij. bulliant ſimul lento igne ad vini conſumptionẽ: & facta forti expreſsione, hoc purũ oleũ

E imponatur auribus modò dicto, ſed aromatizetur duobus granis moſchi & ambræ: ac non ſolùm iniiciatur guttatim auribus, ſed intus atque foris maximè ſecundum oculorum angulos eo inungãtur nares. Fiat etiam lixiuiũ ex cinere ſarmẽtorum vitium, & imponatur ſtœchas chamomælum, maiorana, & folia ſenæ. Hoc omni ſeptimana caput abluat. Sapo autem fiat hoc modo:

R. Saponis damaſceni ℥.viij.
Iridis, garyophyllorum ana ℈.iiij.

F Nucis muſcatæ ʒ.j.
Agarici electi ʒ.ij.

Miſce, & ſecundùm artem cum oleo benzoino fiant pilæ ſaponis, quæ poterũt aromatizari cum ambra & moſcho. Præterea fiat puluis pro ſutura coronali:

R. Garyophillorum
Nucis muſcatæ
Macis ana ʒ.j.
Sandarachæ, id eſt vernicis

G Maſtichis
Gummi elemij ana ℈.iiij.

Puluerizentur & miſceantur. Ad hęc fiat quoque cerotum tali modo:

R. La-

R. Ladani pinguiſsimi, quam vocãt de Barletta ℥. j.
Maſtichis ʒ.ij
Benzoini puluerizati ʒ.ij.s.
Moſchi,
Ambræ ana g.iiij.

Miſce, fiat cerotum ſecundùm artem, & in forma ⊢ applicetur cõmiſſuræ coronali & ſagittali. Accipiantur etiam infraſcripti pulueres, & iniiciantur prunæ, & attrahat fumum tali dexteritate anhelitu, vt caueat ne ardeſcant, & emittant mordacem fumum. Volo enim vt moderatiſsimè fumum atque ſuauiter ore recipiat.

Sandarachæ, id eſt vernicis,
Gummi Arabici,
Thuris,
Maſtichis Tragacanthi,
Ladani aua ʒ.ij.

Pulueriżentur omnia per ſe, deinde miſceantur: omni etiam ſero ante ſomnum ad magnitudinem grani ciceris, boli armeni optimi deglutiat. Poſtremò ſingulis ſeptimanis ſemel hora vna ante cœnam accipiat drachmam vnam pillularum, quarum hæc ſit deſcriptio:

R. Aloes electiſs.
Rheubarbari,
Agarici optimi ana ʒ.iij.
Nucis muſcatæ,
Garyophyllorum,
Roſarum rub. ana ʒ.j.

Miſce cũ melle roſato, & fiat magdaleon. Atq; hæc remedia præter ſuum ſaccharum roſatum quo conſueuit vti, adhibenda cenſeo.

Hoc conſilium inter prima Montani numerandum eſt, idq; fuerat Italicæ præſcriptum, cuius copiam mihi fecit eximius artis medicæ doctor Ioannes Sprembergius collegameus. Fuit autẽ hic dominus Caſſanus inter præcipuos profeſſores in Academia Patauina habitus, eiusq; doctrina exteris nationibus ita probata, vt multos Germanos in Italiam alliceret. Sed cum demortuo ſuccedere Montanus, tum primum verè dignitas artis medicæ enitere, atq; ſchola Patauina celebritate florere cœpit. Quæ autem fuerit D. Caſſani de Montani excellentia opinio exiſtimare facilè eſt cum curationi corporis ſui in difficillimo atque læthali morbo eum adhibuerit.

CONSILIVM CXLV.

De catarrho ad oculum & aurem ſiniſtram dicta Venetiis in colloquio, Anno 1544. Februarij die ſeptimo.

CONQVERITVR de fluxu à capite ad oculum ſiniſtrum, in quo apparet macula. Eſt etiam ad aurem ſiniſtram & fauces fluxio, ergo quatuor conſideranda. Primùm locus, vnde fluat, eſt cerebrũ. An verò per eſſentiam ibi generetur non conficiente cerebro alimentum proprium, an verò per cõſenſum aliunde deferatur, videndum. Hepar conſtat eſſe calidum, ex habitu toto, aduſtione & pilis nigris. Ventriculus autem frigidus eſt, vt ferè omnibus accidit, qui calidum habent hepar. Stante hac inæqualitate, debilitantur membra, & ge-
A nerantur plurima excrementa, & mittuntur ad caput, quod debilius antè: quia ſæpe laborauit catarrhis, & acceſſerunt cauſæ extrinſecę. Fuit ſæpe in mari perpeſſus magna incommoda, ita caput debilitatũ, vt alimentum proprium conficiat, nec aliunde trãſmiſſa cõcoquat. Secundò loco videndum membrum, ad quod terminatur defluxus, ſuntq; plura. Tertiò, viæ, ſunt autem venæ, nerui & foramina circa cerebri baſin. Quartò, materia. Spuma in vrina ſignum materię flatuoſæ, eaq; eſt
B partim aquoſa, partim craſſa: quia excrementa membrorum, ad quæ fluit, diuerſa ſunt, & in ſapore ſalſedinem referre dicuntur. Fit autem per aduſtionem ſalſedo, ſicut putredo ex calore remiſſo, ideo apparet rubedo in ſiniſtra parte. Aduritur autem ea materia ratione calidioris hepatis.

Prognoſticum. Licet morbus leuis, cauſas tamẽ magnas habet. Si igitur membra talia permanſerint, verendum ne talis perſeueret affectus, vt iis contingit qui omnia negligunt. Curatio pro eua-
C cuatione materiæ ſæpe exhibeantur pillulæ cocchiæ ex agarico, & colocynthide. Euacuant enim & diuertunt materiam per ſeceſſum. Primùm autem totum corpus euacuandum, poſtea tales pillulas habeat pro præſeruatione. Illæ autem non debent eſſe ex validiorib. quia deſtruunt virtutem, cùm crebrò illis vtimur. Non etiam ſunt exhibendæ, niſi cùm vrget neceſsitas. Exhiberem itaq; ſemel in ſeptimana. aut in 15. diebus hunc bolum:

D R. Agarici,
Specierum hieræ ſimpl. ana ʒ.j.
Floris caſsiæ ʒ.iiij.

Fiat bolus, vel fiant pillulæ, quales ſunt de tribus, de quibus accipiat ℈.j. Per vices hæc darem, ſed pillulas non tam libenter, propter exiccationem. Caueat ab omnibus, in quibus ſcammoniũ, & thurbith eſt, quia lædunt ventriculum. Pro concoctione meliori ante prandium & cœnam ſumat ſaccharum roſatum: corroborat ventricu-
E lum, & hepar, ac auget ſpiritus, & calorem innatum: prodeſt cerebro ob odorem: frigidius èſt hepate, & calidius quoque ventriculo. In introitu lecti, ſemel aut bis in ſeptimana ſumat parum boli armeni orientalis, pro exiccatione catarrhi. Pro conſeruatione oculi, velim vtatur collyrio abſtergente, quod tale eſt:

R. Aquæ roſatæ ℔.iiij.
Sem. fœnugræci ℥.j.
Radices althæę num.j.

F Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, deinde huic decocto addatur aloes opt. pulueriʐatę ſacchari candi roſati ana ʒ.ij. Ad aurem. R. Olei facti ex pice nigra nauali, addantur vni parti duæ partes olei roſati. De cauteriis & veſicatoriis hoc tempore nihil dicemus. Lotio capitis, cum decocto eorum, quæ exiccant & roborant (quæ aliàs diximus) eſt vtilis. In cibo ac potu abſtineat à vino potenti. Caueat à commeſſationibus. Cœna ſemper ſit parcior. Abſtineat à venere, quia vires
G deſtruit ventriculi, & ſubſtantiam cerebri.

CONSILIVM CXLVI.

Pro muliere Vicentina, catarrho laborãte, perq;

certas periodos patiente dolores ventriculi, in colloquio dicta Anno 1545. Aprilis 29.

A NE repetam ea, quæ à ſingulis explicata ſunt, vnum proponam, cuius ratione vocati ſumus. Patitur dolores periodicos circa os ventriculi acutiſsimos, cũ ſæuiſsimis accidentibus, vt dicemus. Iſte dolor eſt ſymptoma, ergo pendet ab aliquo morbo, qui inquirendus eſt vnà cum ſuis cauſis. Sunt autem tria inquirenda, morbus, ſymptoma, & cauſa. B Incipiamus à morbo, nam ſymptoma ſatis patet: eſt enim dolor ſæuiſsimus. De morbo igitur quærendum, an pendeat à materia, an ſine materia ſit, & an ſit aliquid in ventriculo vitij, quod ſine materia poſsit facere dolorem, an fiat propter materiam. Dico, quòd pendet à materia, quod quidem multa arguunt. Primò audiuiſtis, cùm eam occupat dolor, eiectam eſſe materiam per vomitum, & ita liberatam. Item ſupprimitur aluus ante dolorem, & poſt illam ſuppreſsionem materiæ, C ſequitur dolor. Item, quando habet ſua menſtrua debita, libera eſt: & (vt vno verbo dicam) quando habuit euacuationes aliquas, fuit libera iſta nobiliſſima domina per totum quinquennium, quando laborauit ſcabie manuum, quia per eas euacuabatur materia, ſicut & per duritiem mamillæ: & in ſumma, quocunque modo euacuata fuit materia, ſemper fuit incolumis. Quandoq; eiecit multum per ſcreatũ, & per deſtillationes, quibus etiã fuit leuata. Eſt ergo iſte morbis materialis. D Quæ verò materia, quæ fecit morbum & dolorem? Credo eſſe pituitoſam. Dico autem pituitam, & eam, quę in ventriculo generatur, & eam quoq; quæ in cerebro, & facit deſtillationes, & propter ſimilitudinem pituita dicitur, quia humor eſt frigidus & humidus. Huius rei ſigna ſunt. Primò, quia talis materia per deſtillationem fluit. Secundò, tempore vomitus etiam eiicit huiuſmodi materiam. An verò ſola ſit pituita, an verò admiſti alij humores E ſint? Reſpondeo, non parum ſucci melancholici admiſtum eſſe, idq; ideo iudico. Primò, quia ante dolorem ſemper inſignem famem ſentit, ex qua intelligit venturum dolorem. Sed fames non generatur principaliter ex pituita, vt Galenus 6. de Vſu partium, vbi de vſu ſucci melancholici loquitur, ait eum incitare famem, non ob frigiditatem, ſed ratione corrugationis, quia auſterus eſt, & facit corrugationem. Ita aciditas pituitæ non tantùm ex ipſa pituita eſt, in hac nobiliſsima Domina, F ſed ex aduſtione humoris melancholici. Eſt enim quædam ſpecies pituitæ, quæ acceſsit commiſtione humoris melancholici, quam etiam Auiceña refert. Secundò quoq;, quia circa regionem lienis apparet tumor, qui vel nunquam, vel rarò deliteſcit. Tertiò temperatura, & totius habitus corporis calidus, & ſiccus: generat igitur multum melancholiæ in hac ſua ætate paracmaſtica, ſeu potius in deſcenſu, in quo præcipuè melancholia dominatur. Quartò, animi accidentia, quibus valde & continuè moleſtatur. G Incidit etiã in maximos terrores, cùm vidit virum in armis, & periculis verſari. Nec mirum etiam, ſi hac vltima cauſa ſublata, tamen permaneret dolor & tumor, quia reliquæ iam corporeæ cauſæ permanent & perſeuerant. Hos igitur humores arbitror notandos, pro iis, quæ affligunt nobiliſsimam hanc dominam. Nunquid autem morbus in vẽtriculo incipiat per eſſentiã, an ibi ſit per conſenſum? Certum eſt, partim per eſſentiã in ventriculo, partim non ex primogenio affectu vẽtriculi, ſed cerebro eſſe, & quidem id primum eſſe affectum exiſtimo. Cœpit laborare primò, ob noui velaminis facti ex iuncis geſtationem, quo humectatum eſt caput, & poſtea cœperunt deſtillationes, nec ceſſauerũt, donec facerent dolorem ventriculi. Sed quæ cauſæ deſtillationis, cur ex geſtatione velaminis excitatus catarrhus? Primò dicendum de temperatura cerebri, quam ego exiſtimo quoad qualitates paſsiuas, & nunc, & antè ſiccam fuiſſe. Senſus enim excitatiſsimi & interiores & exteriores, id ex ſiccitate, vt Galen. ex Heraclito refert in lib. Quòd animi mores, & ſpiritus ſiccus anima prudentiſſima: ergo ſiccitati debetur prudentia. Intelligo autem non ſiccitatem carbonum, ſed talem, qualis conuenit humano cerebro. Humiditas enim obtundit, ideo pituitoſa capita ſunt obtuſo ingenio. Ex forma, facies eſt optimè figurata, & bene formata & expreſſa, id ſiccitati conuenit, ſicut humida temperatura omnia cõfundit, & facit bacchos. Præterea neq; collum plenum & robuſtũ, ſed gracile & omnia bene figurata. De caliditate & frigiditate dubiũ eſt iudicium: quia ab vtroq; pariter læditur, nec circa ea quæ apparent, facilè aliquid colligi poteſt. Credo etiam nõ eſſe talem aliquem exceſſum in actiuis, neque fuiſſe etiam. Sed ſi quis nunc eſt, euenit ab aliis cauſis, & ex eo geſtamine. Prius nihil excremẽtorum habuit, ergo valde ſicca. Et primò caliditas fuit moderata, ſed nunc puto totum corpus calidum & ſiccum. In hepate credo plus eſſe de calido, quàm de frigido. Sed longè plus de ſicco, quàm humido. In corde caliditas & humiditas fortè æqualis, quod colligo ex operationibus, quia irata placatur facilè. Talis autem temperatura, in qua excedit ſiccitas in corde, etiamſi non ſit nimia caliditas, illi non facilè placãtur. Deinde ſanguinem generat ſubtilem, & vaporoſum, & ideo prudentiores ſunt tales, facileq; alterantur à quacunque cauſa extrinſeca. Habent etiam mollem carnem, & texturã raram, ita vt quiduis facilè euaporare & tranſpirare poſsit. Dum ſana erat, exercebat ſe, & viæ erant apertæ, & expirabant ſuperfluitates: poſtea propter raritatem exercitij, aucta excremẽta, & retenta, prohibentq; tranſpirationem. Vidi plurimos, & ego quoq; ſic portaui, quòd cooperiunt totum caput, & maximè ſuturam coronalem, propterea incidere in catarrhos. Vbi igitur cœpit defluxus fieri, & retineri vapores, membrum ſeipſo redditum debilius eſt, quia excrementa ſuffocant calorem ita tenuem, & euaporabilem, & aſſueſit membrum ad recipiendũ, & debilitatur ab excrementis, quæ excernere nequit. Impingitur materia in foraminib. cutis, & ita generatur catarrhus. Cauſa igitur defluxionis nõ eſt adueniens noua caliditas, vel frigiditas, ſed illa detentio vaporũ, quæ poſtea ad fauces deſcenderunt, vbi diu hæſerunt, ſicut bolus: quod ipſa etiam ſenſiſſe ſe ait, à quo li-

berari

berari non poterat. Acceſſere poſtea animi accidentia, **[A]** validiſsimè augentia reſolutionē, quibus calor innatus eſt diminutus,& ventriculus paratus, vt recipiat facilè excrementa, à quibus debilitatus: poſtea ad eum defluxerunt ſuperfluitates plures, quàm expellere poſſet. Ita paulatim deſcēdente deſtillatione, & accedentibus cauſis proximis,& vltimò ab ortu & diminutione menſtruorum, ſecutus eſt dolor ventriculi, cuius cauſa primogenia fuit in cerebro, & per cōſenſum in ipſo, ſed credo tamē eſſentialiter quoq; factam eſſe læ- **[B]** ſionem in ventriculo. Primò imbecillitatem propter intemperiem frigidam : cuius ratione generatur multa materia pituitoſa, quæ cum altera pituita, quę deſcendit ex cerebro,& humore melancholico, qui ex ſplene eſt, congregata, facit validiorem cauſam horum affectuum, cōſpirantibus ſimul tribus membris,& duobus humoribus. Et ſic humores craſsi, mucoſi,& tenaces expuuntur, & euomuntur, ita vt vix diſtrahi poſsint, quia mucus à capite deſcendens naturaliter viſcoſus: & **[C]** cùm poſtea moratur in ventriculo, magis denſatur,& iungitur cū pituita ibi generata. Iſta igitur cauſa à capite, & vētriculo, partim per eſſentiam, partim per conſenſum eſt: & ſic habemus, quòd morbus ſit materialis, quæ item materia, & vbi generetur. Sub quo verò genere morbi? An ſub ſolutione continuè propriè dicta, ad quam ſequitur dolor? An verò in complexione ſeu temperatura? Credo, quòd in vtroq; ſit. Eſt in complexione,& ea quidem materialis: ſed vtrum materia re- **[D]** mota, ſit futura libera? vtinā. Hîc nobis aqua hæret. Si enim nihil eſſet aliud præter materiam, facilè curaretur. Sed credo malam complexionem fixam in ventriculo, cuius ratione ſemper morbus poſt curationem reuerſus eſt, & reuertetur, niſi illi intemperiei ſuccurratur. Puto autem eam eſſe frigidā,& ſiccam. Quòd frigida, cōſtat: quòd ſicca, ex gracilitate muſculorum colligimus. Ac per affluxum quidem materiæ, frigiditas, & humiditas eſt multa, quę etiā inter ipſas tunicas im- **[E]** bibita, ſine dubio fouetur ventriculi multa humiditate craſſa,& viſcida. Sed quod ad eſſentiam attinet, ſigna ſunt ſiccitatis ventriculi, cuius ratione etiam multa pituita generatur, vt Galenus teſtatur primo libro de Temperamentis. Frigiditas verò eſt, quod patet ex habitu corporis, gracilitate abdominis, quia ventriculus non calefit debito modo, vbi nō eſt pinguedo abdominis muniens eum. Quòd ad ægritudinem, in compoſitione eſt manifeſta obſtructio: percipimus tenſionem, **[F]** an ſit perpetua haud ſcio, non enim tetigi: ſed ſi perſeueret, planè in compoſitione vitium dicendum eſt. Habemus eſſentiam morbi, quòd ſit cum materia,& quæ materia: item quomodo per conſenſum, & per ſe, quæ item ægritudo, & ſub quo genere: nunc quærendæ cauſæ. Et prima cauſa corporea, eſt temperatura corporis, cum raritate texturæ, & ſanguinis ſubtilitate, quæ facit, vt ſit paratum ſubiectum ad omnia nocumēta extrinſeca, & hæc præcipuè cauſa eſt, cur hic ſecutus **[G]** morbus. Deinde ſunt aliæ extrinſecæ acriores, omitto longinquas, & tantùm dico de his quę faciunt nouum dolorem, quo ante per octo annos vexata eſt ſemel tantùm, nunc rediit ſingulis annis aliquoties, & interim ſemper exit catarrhus per ſcreatum, qui antea liberabat eam: nunc verò per triennium perſeuerat ſcreatus, nec tamē prodeſt amplius. Quæ eſt cauſa? Acceſſerunt cauſæ, quæ lōgè acriores morbos exiccare poſſunt. Dormiebat ruri, in loco humidiſsimo, vt tapetes etiā marceſcerent. Erat ei ædificium in cella vinaria, & ibi permanebat aſsiduè in multa humiditate. Deinde verſabatur in ventis Septentrionalibus, non temperabat ſibi in cibo, & potu, comedebat varios fructus. Habet etiā ſuppreſſa menſtrua, & hæ cauſæ extrinſecæ acceſſerunt, vt non mirum etiam, perſeuerante ſcreatu & catarrho, non eſſe liberā à morbo ventriculi, cùm nō ſufficiat ſcreatus ad excernendam pituitam, quia plus iam generatur in vētriculo: & ego credo vterum eſſe ſicut ventriculum affectum. Nam menſtrua ante valde aquoſa abſque ordine naturæ variè fluxerunt,& nunc agit annū 44. vel 45. licet enim ſint tempora conuenientia ſuppreſsionis menſiū, nō tamē ſubitò ſupprimuntur: ſed præcedit ordo irregularis. In hac repentè ceſſarunt propter aliquā cauſam, cōſentiente fortaſsis vtero cum ventriculo. Quæritur modò primò, num curari poſsit? Non enim cura tentanda eſt, ſi nulla ſpes, ne infamentur bona remedia. Reſpōdeo de vera & perfecta cura, loquendo ita, vt ſanitati perfectiſsimè reſtituatur & ſtatui, in quo fuit ante annos 14. ego nihil promitto. Indigebit perpetua præuiſione, alioqui niſi aduertet, ſemper incidet in hunc, & alios morbos, adiuuante illo catarrho, qui eſt quaſi morbus factus, & illi congenitus. Sed ſi ſui curam habebit, nō infeſtabitur amplius, vel ſaltē melius habebit, erit tamen ſemper ad talē lapſum diſpoſita. Non enim video, quomodo hic ventriculus per 14. laborans annos, curari poſsit. Hoc tamen fieri poteſt, vt viuat cum minori moleſtia plurib. annis. Omiſi rationē omnium ſymptomatum, quæ ſequuntur morbum, ſyncopen,& alia, ſed nolo repetere dicta ab aliis, nec in hoc immorari: deueniamus ad curam. Debemus prouidère, ne generentur humores: quoties enim generantur, ſicut audiuiſtis, inuadit eā hic dolor. Et quia difficillimum in hac membrorum debilitate prouidere, vt nihil generetur: quia ſemper accidunt errata aliqua: ideo quando non poſſumus prohibere, videndum vt euacuemus. Primò igitur opera danda, ne generetur morbi cauſa,& ſi generata fuerit, vt euacuetur: & quia non continuè euacuari poteſt, vt diuertatur. Circa primum, ne generetur, duo facienda. Ratio aptiſsima victus ſit, in cibo & potu omnia ſint facillimæ concoctionis, optimi nutrimenti, & aliquantiſper attenuantia, ne faciāt ad generationem pituitæ. Vinum etiam tale ſit, aer, exercitium, animi accidentia, & reliqua moderata. Balnea etiā aquarum dulcium in hoc caſu conueniunt,& in iis multū conſiderem, iuuarēt etiam coctionem. Præterea haberet, quo corroboraret ventriculum, & cerebrum, quod mihi maximè placeret. Et optimum eſſe pro confortatione eius crederē ſaccharum roſaceum, cui ſi voletis addere modicum mithridati, mihi non diſplicet. Item ſaccharum violatum, vel boragina-

tum etiam bonum pro cõfortatione. Deinde pro euacuatione, vtatur per menſes duos, vel tres, vel quatuor euacuantibus, quæ neq; calefaciant, neque exiccent, vt hiera ſimplici, cum flore caſsiæ. Corroborabunt enim, & non metuenda eſt exiccatio. Pro tertio, in tanta duratione morbi, pro diuerſione laudarẽ vſum cauteriorum in brachiis: quæ optimè iuuabunt, id quod nos natura docuit. Cùm enim puſtulas habuit in manu, non laborauit. Et quia morbus vrget, ad grauiorem medicationem deueniendũ, quia magni morbi maxima requirunt remedia. Thermas etiam probarem exiſtente tanta copia humiditatum in ventriculo, & in ipſis tunicis, quia exiccant. Et laudo, vt exhibeantur moderatè per 16. dies. Hip. in libro de Aere & aquis, improbat vſum balneorũ, quia faciunt dyſenterias. Sed ipſe ibi loquitur, de vſu eorum cõtinuo in cibo. Hîc per ſedecim dies exhibentur ſine cibo, & poſtea cibi addentur humectantes, & ſiccitatem aquarum metallicarum reſtinguentes. D. Frachanzianus dixit in hoc colloquio, Galenum nuſquam meminiſſe aquæ thermarum, quàm in 4. de Tuenda ſanitate, vbi quoſdam eam exhibere refert, poſteriores autẽ & Paulum etiam multis in locis.

CONSILIVM CXLVII.

De vſu thermarum in catarrho.

IVVENIS laborans catarrho ſalſo, defluente ad pectus, & impediente interdum reſpirationem, & in ſiniſtro latere dolores magnos faciente, exiſtẽte magna caliditate hepatis & frigiditate vẽtriculi: adductus à Steph. ad Mont. rogabat an pro corroborando ventriculo & euacuanda materia conueniret potus thermarum: an verò propter caliditatem hepatis eſſet omittendus. Arbitrabatur Stephanella eſſe exhibendas, quia vſum maximum præſtarẽt in euacuanda materia, & confortandis membris, ita tamen, vt 15. aut 16. cyathos non excederet, & hepati fomentis ſubueniretur, quæ caliditatem thermarum refrænarent.

MONTANVS

Primò conſiderabat temperaturam iuuenis, & eam in paſsiuis qualitatibus in ſicco excedere videbat ex habitu corporis, ex iracundia, & aliis, eamque ſiccitatem Venere nimia quoq; auxerat. In actiuis verò inæqualitatem eſſe obſeruabat, hepar calidum ex venarum amplitudine, ventriculum autem frigidum, tum ex conſequenti, ob caliditatem hepatis, tum ex tot catarrhis, & malis coctionibus ceu ſignis iudicabat. Ita hepar calidũ & ſiccum, vẽtriculus frigidus & ſiccus, repugnãt coctioni, quæ fit per calidum & humidum. Quod ad thermas, omnino diſſuaſit eas, non quòd metueret calefactionem hepatis, ſed propter ſiccitatem ventriculi, quæ potu aquarum augeretur magis. Et diligenter cauendum dixit, ne ad phthiſin deduceretur. Quòd ad catarrhũ, exiſtimauit eum remiſſurũ, vbi fonti, ſeu vẽtriculo ſuccurreretur: idq; contrariis faciendum dicebat, videlicet calidis & humidis. A frigidis etiam, & humidiſsimis abſtinendũ, ſicut etiã ab omni ſicco. Optimũ eſſe

A abſinthium aiebat, & ſyrupus fiat pro coctione materiæ, poſtea euacuetur cum drachmis ſex caſſiæ miſtæ, cũ ʒ.s. vel ℈.j. hieræ, quæ corroborabit ventriculum, & ſimul refrenabit lubricitatem caſſiæ. Ab hiera alioqui, & aloe ſimplici abſtineret, quia exiccant. Sed temperata cum caſsia exhiberi poſſunt. Quod enim adeſt humectationis in caſsia, in aloe ſiccitate compenſari poteſt. Vtatur victus ratione conuenienti, & humectante. Extrinſecùs applicetur emplaſtrum ex vitellis oui, B carnibus cidoniorũ, dactylorum, cum maſtiche, & vino. Vel inungerem linimento corroborante, ex oleo chamæmelino, vel amygdalarũ dulcium: cum maſtiche, & modico olei garyophyllorum, ſed emplaſtrum magis placet. Abſtineat à multitudine medicinarum, & ſi omnino thermas vult bibere, non dentur vltra ſex vel octo cyathos: nec aliam aquam accipiat, niſi primam reddiderit exquiſitè. Victus ſit tenuis, & humectans, vinum album, tenue & ſubdulce, quod ipſum etiam hu- C mectet.

CONSILIVM CXLVIII.

De catarrho fluente ad nares, & os, cum febri.

VM offertur nobis Dominus, qui cõqueritur de catarrho defluente ad nares, & os, atque inflammatione, cum qua adeſt febris: & ego ſim eiuſdem ſententiæ, cuius V. E. nempe febrem & inflammationem dependere à catarrho, ideo de catar- D rho tantùm loquar. Catarrhus iſte quantum ad ſubſtantiam, partim craſſus partim ſubtilis eſt: quoad qualitates calidus, ita vt efficiat inflammationes, atque omnino ſalſus. Non quæro nunc, vtrum ab intemperie capitis ſit, vel ab aliis partibus. Dico quòd ab vtroq; habeat originem. Hepar calidum eſt, vnde vapores eleuantur. Ventriculum habet debilem, & vixit malè, & non exercuit corpus, vnde aggregauit multa excrementa, & ita à ventriculo, & hepate multi vapores ele- E uantur, & fit catarrhus, qui defluit ad ſubiectas partes. Is igitur catarrhus eſt in capite, atque indiget curatione. Proponam id quod ſentio. Poteſt curari catarrhus vel curando membra mandantia, vt Galen. 5. Method. curabat catarrhum per cauſtica, exiccando, & prohibebat defluxum. Secundò, poteſt curari, vt prohibeamus defluxum, corroborando partes, in quas decumbit. Tertiò, vt diuertatur. Quartò, vt tollatur catarrhus euacuando, & ad hoc proponit pillulas co- F chias Galen. Eſt & alius modus curandi, quatenus vel ſubtilis, vel craſſus vel corrodens. Quæritur quid modò agendum cum hoc catarrho? Videntur aliqua in hac curatione non attingenda. Ego dimitterem catarrhi ſuppreſsionem, applicatione rerũ ad caput, quia caput eſt calefactũ, nec eſt purgatũ. Itẽ diuerſio non eſt tuta, quia ſi diuertemus, ad partes affectas id fiet: nã omnes ferè partes eo affectæ ſunt. Sed per nares poſſumus diuertere, & iſta eſſet diuerſio cõmodiſsima, quæ mihi G quoq; placeret, neq; eſt prætermittenda. Cùm ſit euacuatus, ſinatur nunc & præparentur materię, ac dentur ſyrupi, ac poſtea euacuatio fiat, quia diuertetur materia per loca apta, videlicet per inteſtina.

ſtina. Præparatio humorum, cùm ſint viſcidi (nō enim poteſt expuere, niſi habeat liquorē in ore) fieri poſſet cum ſyrupo roſaceo, qui contemperat acredinem catarrhi: huic cōmiſcerem acetoſum ſimplicem, factum ex ſaccharo, qui incidit & refrigerat, hoc modo. ℞. Syrupi roſ. & acetoſ. ſimpl. ana ℥.j. Da cum his ſyrupis ius pulli. Nam cōtemperabit humores: & huic iuri pulli non præfero aquas deſtillatas. Quantum attinet ad catarrhū, qui deſcēdit ad fauces, & corrodit eas, indigemus contemperatione. Sunt autem inflammationes partim factæ, partim fiunt, vt ipſe conqueritur, quia ſemper defluit, quare nos debemus habere duas intentiones. Factæ indigent repreſsione, & lenitione, atq; euacuatione. Poteſt etiam fieri repreſsione tantùm, ſed repellentia non ſint acria, neq; valdè repellentia, vt Galenus oſtendit lib. 6. de Compoſitione medicamentorum. Conueniunt roſæ, & albumen oui, quod lenit. Sed quia indigemus ablutione, decoquerem in aqua vel endiuiæ, vel ſimplici hordeum, roſas, ſebeſten, iuiubas, liquiritiam, & chamomillam cum aliqua portione maluæ. Hæcq; lenient & mitigabunt, repellent & confortabunt. Sed quia opus eſt, ne ſtatim vis medicamenti tranſeat ſolido, ideo concutiatur albumen oui, & inſpergatur ſaccharum cum aqua roſacea, & teneat in ore. Item in ore habeat ſolidum aliquod, vt diacodium, quia prohibet defluxum catarrhi, & ita continuè aliquid in ore geſtet. Quantum ad victum, ptiſana nihil melius ei exhiberi poteſt. Far quoq; coctum in iure pulli dari poteſt, quod contemperabit humores. Item exhibeatur panatella, albumen oui cum luteo. Vinum non eſſet concedendum, ſi rectè progrederetur. Hippocrates lib. 3. de Ratione victus inquit: Tribus caſibus prohibetur vinum, quando materia petit caput, quando eſt cruda, & quando internæ ſunt inflammationes. Sed conſuetudini eius aliquid permittendum, & cùm petat, exhibeatur parum vini. Ablutio oris cum vino non conuenit, quia inflammat, & vapores ex eo ad caput aſcendunt. Si aluus non fluat, adhibe clyſtere lenitiuum. Poſt collegium hæc eidem ordinata.

℞. Roſarum M.j.
Sebeſten,
Iuiubarum ana N.x.
Liquiritiæ raſæ ʒ.iij.
Miſce pro decoctione.

℞. Aquarum ſolatri,
Portulacæ,
Plantaginis,
Scabioſæ,
Lactucæ ana ℔.j.
Syrupi roſati recentis,
Diamoron ana ℥.ij.
Miſce pro gargariſmo.

℞. Syrupi roſati recentis,
Acetoſi ſimpl. ana ℥.j.
Miſce pro ſyrupo, quem temperabis iure pulli, vt Montanus iuſsit.

CONSILIVM CXLIX.

De catarrho in pectore putreſcente, & febrem excitante pro muliere Veronenſi.

BELLOCATVS.

LABORAVIT febri, quæ poſt curationem rediit ſemper, & diuerſis modis, iam ab Auguſto, nunc vexatur cā tarrho, faciente grauedinem capitis & anhelitus difficultatem, quę proſternit appetitum, vt nihil comedat, niſi ſit in forma potus magis quàm cibi. laborat etiam nunc febri, etſi ipſa non ſentit, niſi quòd noctū vaporationes ſe ſentire ait, idq; tribuit cibo ſumpto. Catarrhus meo iudicio à capite ad pectus defluit, & facit difficultatem anhelitus propter impactionem in aſpera arteria, ne poſsit aer liberè tranſire, & refert quandā putredinē, vt videatur minari vlcus vel phthiſim. Qualitatem ipſa refert dulcem potius quàm amaram vel ſalſam, vnde coniicimus frigidum, quòd etiam profunditas & inclinatio ad ſomnū teſtatur, cùm antè plus vigilarit. Ergo teſtatur frigiditatem & humiditatem cerebri, etſi per ſe in 55. ætatis anno ſicca ſit, tamē hoc eſt accidentale, atteſtatur etiā grauedo capitis, & obtuſio ſenſuū, quòd videtur ſibi nō ità memorari & diſcurrere: parum etiam catarrhi ad ventriculum deſcendit, & facit vt omnis appetentia adimatur ac proſternatur. Flatus item oſtendunt caliditatem debilem, non intenſam. Eſt igitur catarrhus humidus & frigidus: & quia putris, cauendum ne fiat vlcus in pulmonibus. Cauſæ autem cur debilitatū ſit caput, vt generet tantum catarrhi, eſt ambulatio ad ægrotantes affines, dolores animi, & non recta victus ratio. Item morbi, febris tot diebus & menſibus, in hac præſertim ætate: apparet tumor circa hypochōdria in dextro & ſiniſtro latere ex materia craſſa, quæ fecit obſtructionem. De febri ſum anceps, an ratione putredinis, an verò habitualis iam ſit & fixa in membris. Quod quidē videtur ex pulſo duro, & eſt fortaſsè in ſecunda ſpecie hecticæ. Eſt enim pulſus paruus & durus, nec percipit caliditatem illam, cùm ſemper febricitet, quod etiam ſignum eſt, eſſe iam habituatam: & præceſſerunt tot febres, quæ in hoc corpore calido & ſicco naturaliter etiam cùm ſana erat, facilè potuerint cauſare huiuſmodi febrim. Difficultas anhelitus eſt ex materia deſcendēte ad pectus, quæ etiam appetitū proſternit, quia pars eius etiam ad ventriculum deuenit. Quid faciendum? conſiderans aphoriſmum: Raucedines in ſenibus non concoquuntur, & addit Galenus: Quia à cauſa frigida, quæ contumax coctioni. & maximè dicit de difficultate anhelitus: ideo maximè vereor, ne ſit dubiū potius de pernicie quàm de ſalute, ſed quid agendum? Primò febris, ſecundò catarrhus adeſt, quæ duo ſunt principalia: ſed prius catarrhus tolli debet, qui frigidus & humidus: febris hectica calida eſt & ſicca, ideo difficultas in curatione, quia morbi cōtrarij: oportet procedere cum iis quæ ita ſunt auxilio vni, vt alteri non noceant. Primò euacuandū pectus & caput, non admodum ſoluentibus, nec calidis, quia augerent febrem: ſed nō prætermitterem, quin euacuarem caſsia, vel ſi magis placeret manna: permitterem etiam aliquam portiunculā agarici, nō magnam tamen, ſed potius iterarem vices, quàm

augerem quantitatem. Catarrhus craſſus eſt & fri- A
gidus, opus haberet calidis quæ inciderent, ſed ea
oberunt febri. Nec acetoſis vterer, quia ventricu-
lus excarnis, & valde debilitatus eſt. Non neglige-
rem tamen ſyrup. de iuiubis, qui extinguit calidi-
tatem ſanguinis, de liquiritia, cum decocto capil-
lorum veneris & betonicæ contemperatum. Po-
ſtea paulatim euacuarem caputpurgiis & ſternu-
tatoriis leuioribus, vt decocto corticũ mali aran-
cij, vel aliis, non elleboro, maſticatoria non adhi-
berem. De febri. Iam humectantia & infrigidantia B
danda erunt, ſed ea augent catarrhum: adhibẽda
igitur quædam extrinſecùs, quæ non faciant ob-
ſtructiones, oleum amygdal. dulcium cum modi-
co olei violati. Balneum fortè conueniret, ſed id
remitto veſtris excellentiis. Materia in pectore e-
ducenda, opus lambitiuo, quod careat acetoſita-
te, ideo ſyrup. de liquiritia, de iuiubis, & ſi vrge-
ret res, ſyrup. de hyſopo aut braſsica darẽ: ſed in-
terim dum non vrget, aliis vterer leuioribus, vt
zuccharo candi. Pro ventriculo facilè aliquid da- C
ri poteſt, extrà non valde aſtringentia poſſunt ad-
hiberi, ſed cauendum, ne materia tendat ad tuni-
cas, & faciat plus periculi. Pro tumoribus quoq;
extrà nihil adhiberem, ne fieret maior attractio
materiæ, habeat ſedes continuè, & aluum lenem.
Victus ratio difficilis, ſtarem in panatella, pane in
iure pulli, ouis ſorbilibus, contuſo ex pullis, &c.
Vinum etſi nec febris, nec catarrhus exigit, quia
tamen virtus proſtrata eſt, concederem vinũ ſub-
dulce, non auſterum nec aſtringens. D

Friſimelica eadẽ omnino enumerare viſus eſt,
niſi quòd catarrhum dicebat miſtum ex materia
frigida, quia inſipidus & bile craſſa, quæ genere-
tur propter febrem, & ob id imminere vlcus in
pulmone, vel etiam in præſenti eſſe: ſi incipiet ex-
puere ſanguinem, iam de eo deſperatum. Quan-
quam ſic etiam difficillimè curabitur, propter ob-
ſtructionem ingentem, & febrem hecticam, quæ
catarrho planè contraria. Quare res protrahi po-
teſt, & pallio tegi, priori ſanitati nunquam reſti- E
tui poterit. Victus tenuis non attenuans, ſed me-
diocris, darem pro ſyrupo aliquid oxymellitis cũ
ſyrupo de endiuia, & admiſcerem aliquid beto-
nicæ, euacuarem cum leuioribus, agaricum non
exhiberem, niſi in parua quantitate.

MONTANVS.

Habemus catarrhum maximè vrgentem nos,
cuius ratione vocati ſumus. Eſt enim ſæuiſsimus
ratione qualitatis & quantitatis, & ratione ſym- F
ptomatis. In pulſu videntur hæ eſſe differentiæ,
vt ſit paruus, frequens, inæqualis, & etiam durus:
circa hypocõdria tenſio eſt, proſtratio appetitus,
difficultas anhelitus, & corpus videtur tabeſcere:
quæ ſymptomata cùm omnia ſint præter naturã,
diligenter ſunt conſiderandæ cauſæ eorum, vt re-
cta prognoſticatio & cura inueniatur. Videtur ca-
tarrhus cauſa omnium ſymptomatum, ideo ab
eo incipio. Eſt ex genere fluxionum, ideo habet
locum vnde manat, locũ ad quem, vias item per G
quas, materiã etiam quæ fluit. Hæc quatuor ſunt
conſideranda. Primò emanat à capite, quia nulla
fluxio catarrhus dicitur, niſi à capite emanet: ſed
quia non ſemper ibi generatur, videndum an ibi
generetur, an ſit per affluxum. Ego ex temperatu-
ra & affectionib. animi iudico eſſentialiter gene-
rari in capite. Nam & hoc familiare eſt toti fami-
liæ, & locus Veronæ talis eſt, vt homines poſt
quadrageſimum annũ omnes laborent catarrho,
& pleriq; eo moriantur: ibi cùm fuit nuper, ita au-
ctus eſt catarrhus in ipſo cerebro, vt non potue-
rit diſcutere vapores aſcendentes, nec proprium
alimentum conficere. His accedunt aliæ cauſæ,
febres longæ & diuturnæ exiccantes corpus, &
deprauantes omnes coctiones, ex quibus etiam
vapores aſcendentes moleſtant caput. Ita catar-
rhus ille ex ventriculo quotidie augetur, vbi non
fit coctio. Cùm igitur omnes hæ cauſę cõcurrant,
& catarrhus membrum mandans habeat, prop-
ter cauſas extrinſecas, & propter vapores etiam
aſcendentes, ideo non mirum, quòd tamdiu per-
ſeueret. Recipiens membrum eſt vnum pręcipuè
pulmo, ideo per tuſsim excernitur. Eſt enim tuſ-
ſis motus pulmonis, ad excernenda excrementa
in eo contenta, & ſputum etiam quod expuitur
ſpumoſum eſt, ideo potius ex ſubſtantia pulmo-
nis, quàm ex alio loco. Hic igitur eſt locus recipi-
ens, viæ ſunt communes per colatorium ad tra-
cheam arteriam, & inde ad pulmones, ſed non ta-
men ad pectus fluit: & ſi id quod nos præcipuè
ſolicitos facit, ad pectus fluit, tamen ad ventricu-
lum quoq; pars deſcendit quædam: & quia frigi-
dus & humidus eſt, ideo relaxat & proſternit ſen-
ſum appetendi, & ſic fit mala coctio. Et ex eodem
catarrho, quia materia craſſa & viſcoſa deſtruens
concoctionem, ideo venæ meſaraicę, & quę ſunt
inter lienem & ventriculum, obſtruuntur ex par-
te; & quia materia viſcidis in locis calidioribus in-
flatur & turget, & generat flatus, de quibus que-
ritur magnifica domina. Materia etiam plurima
ad muſculos peruenit, propter quã tenſio magis
eſt in muſculis, quàm in venis aut inteſtinis, quia
raro ſentiuntur: ideo ego non crediderim, nec in
hepate, nec in ſplene vitium eſſe, quia nec color
nec coctiones id oſtendunt in excrementis. Et
Hippocrates ait: qui catarrho laborant rarò duri-
tie ſplenis laborant: omnia igitur ſymptomata e-
narrata eueniunt ex catarrho defluente à capite
ad pulmones & ventriculum. Nec ſunt ſigna he-
cticæ pulſus frequens, paruus & inæqualis, ſed
cauſa omnium eſt catarrhus. Galenus 5. de Locis
affectis, & 2. de Cauſis pulſuum: quando mate-
riæ craſſæ & viſcoſæ in pulmonibus, pulſus par-
uus eſt & inæqualis, quia non dilatatur ſufficien-
ter pulmo, propter grauedinem. quia igitur par-
uus eſt pulſus, & non implet neceſsitatem euen-
tationis, ideo ſuppletur frequentia, quod deeſt
magnitudini: & excremẽta præcipuè extinguũt
calorem naturalem, faciunt virtutẽ motiuam, &
omnes alias debiles. Hæc igitur ſunt cauſæ pulſus
parui & frequentis, ſed de duritie pulſus ambigi-
tur. Galen. 2. de Pulſ. & 3. de Prognoſt. pulſ. Cur
pulſus paruus & frequens in febri peſtilẽti? quia
morbus in ſubſtãtia cordis, quæ cùm generet ſpi-
ritus, generat paucos & malos ſpiritus, quia ſta-
tim debilitatur virtus: ideo pulſus paruus, & ta-
men frequens, quia magnus eſt calor præter na-
turam,

turam,q̃ euentationẽ requirit, durus verò pulſus eſt propter ſiccitatẽ. Hæc quidem ſunt ſigna com munia febris hecticæ, ſed non propria, ita vt ſoli hæcticæ conueniant, ideo non ex iis concludendũ eſt, quòd febris hectica ſit. Pulſus enim & durus, & frequens, & paruus eſſe poteſt, ex qualibet cauſa alia: ſic durus pulſus ex qualibet ſiccitate, poteſt tabeſcere & macreſieri, non tamen eſſe hectica. Scimus enim propter defluxum catarrhi, plurimas fieri atrophias, & defectum caloris naturalis, quia ob malum nutrimẽtum deſtruitur, nec deducit alimentum ad partes alendas vel nutriẽdas, nec concoquit. Sic in hac magnifica domina habemus cauſas, quę faciunt velocem, paruum & durum pulſum, ipſam ſenectutem: poteſt enim exiccari corpus non ab hectica tantùm, ſed à qua cunque alia cauſa, quæ impedit coctionem, quia materia tranſit in excrementa, quæ debebat abire in nutrimẽtum, & calor diminuitur: ideo corpus non nutritur, ſed tabeſcit, idque cõtingit frequẽtiſsimè laborãtibus catarrho, etiam ſine hectica. Vtrũ ſit iam hectica? Reſp. ea à duobus arguitur, vt dicit Galenus, temperies naturalis & intemperies debent ſenſu iudicari, quia actu tales ſunt. Vtrum calor hecticus debet ſenſu deprehẽdi? bene Galenus dicit: Vbi hectica, ibi calor mordax ad tactum, ita vt quò vehementius tangas, tanto magis ſentias, cuius oppoſitum in hac muliere, quia ſentitur frigiditas, ideo nõ eſt hectica. Quod ad ſignum de inflammatione poſt cibum. Contingit id quidem febri hecticæ, ſed non in ea ſola, & hæc non ſtatim à cibo grauitatem ſentit, ſed noctu, nec eſt à cibo. Hę rationes me mouent, cur nõ exiſtimem eſſe febrim hecticam, & deprehendi in hac magnifica domina cùm quieuit, ſæpe non adeſſe febrim, in horis matutinis, quando quieſcit, non ſentio illam inęqualitatẽ pulſus nec paruitatem: quanquã vt dixi, illa non ſunt ſigna propria, deprehendi eam aliquando ſine febri. Ergo non eſt hectica. Adeſt quidem febris, ſed non hectica, ſed talis quæ ſequitur putredinem, & eſt per accidens, pendet ex catarrho: vtinam ſolus catarrhus poſsit curari, materia eſt craſſa & pituitoſa, quæ putreſcit in pulmone propter moram: vlcus nõ eſt, quia nõ ſunt ſigna, poſſunt putreſcere materiæ ſine vlcere, in ea qualitate pectoris calidi, & humida bene debemus vereri, quia quod tãgitur à putrido, putrefit facilè, & pulmo maximè aptus putredini: ſed quia hîc ſumus in ſenio, durior eſt & ſiccior, ideo non ita facilè putreſcit, ſicut & Auicenna & Galenus in Commento 46. tertij Apho. Eos qui tranſeunt trigeſimum quintum annum nõ ita facilè incidere in phthiſin. Quid igitur dices? prognoſticon manifeſtum eſt, cum habeat tantùm catarrhum ſine febri hectica, à capite defluentẽ, vix poſſum credere quòd curetur, quin citò etiã deueniet ad mortem: tabeſcit enim magis, & plurima habet animi accidentia. Quid faceres? Vnum dicam, vt concordentur Prophetæ & ſcriptura: Auicen. in tertio de Fluxu catarrhi: vbi febris cum catarrho, non cures febrim, etiamſi ſit hectica. Hîc igitur catarrhum curabimus, quo facto duo fient, videbimus ſi ſit hectica, & facilius occurrere poterimus, non curato catarrho inci-

A det in hecticam & phthiſin ſeu vlcus pulmonis, ſicut fiet ſi non præueniet mors: eſt enim in maximo periculo, vt hæc omnia fieri poſsint: volumus igitur curare catarrhum, quicquid ſit de hectica, debet euacuari materia quę fluxit, quæ fluit diuerti. Ego in ſpatulis ambabus veſicatoria adhiberem, & etiam cauteria, illis non ſatisfacientibus, vt materia diuerteretur à loco nobiliſsimo, nec me impediret quicquã, ſi poſſet ferre virtus, inciperem tamen à veſicatoriis. materia fluxa ex-
B cernenda, ſed quia natura prompta expuit cum magna difficultate, adiuuarem eam: darem diuretica, quæ diuertunt & euacuant per vrinam, & aluum lenirem, & euacuarem paulatim & frequenter, ſed leuioribus. Caſsia præſtantiſsima eſt, ſed ab eius vſu frequenti abhorreo, quia nimis relaxat virtutem naturalem, ideo velim vt ventriculus corroboraretur rhabarbaro, quod prodeſſet ventriculo: quare in frequenti vſu caſsiæ ſemper adderem rhabarbarum: ſyrupos darẽ concoquen
C tes, & adderem decocta polypodij, liquiritiæ, ſcabioſæ & betonicæ, vt fiet facilior excretio, & poly podium occurrit humori melancholico (cui ſubiecta eſt hæc mulier) ſua qualitate, & euacuando, & ſimul conuenit pectori, quia amicum pectori & ſimiliter liquiritia: nec malum erit poſtea iterare florem caſsiæ cum aliquantulo rhabarbari, vel hierę ſimpl. roborantis ventriculum, ne ſequatur nimia relaxatio eius, & ita perſeuerarem euacuãdo & concoquendo materiam. Galenus quinto
D metho. de Oxymellite, id inter omnia acida non exaſperare dicit, & ab omnibus aliis cauere iubet, in affectibus pulmonis, præterquam in hoc: ideo ab eo non abhorrerẽ, ſi adderetur aliquid ex melle roſato, quod leuiter aſtringit. Quæ enim valde aſtringunt, exaſperant: quę in primo gradu aſtrin gunt, corroborant. Cras igitur detur decoctum, ſequente die caſsia vt dixi, correcta. De febri cum tempore paulatim videbimus viſitando eam ſæpius, optimè cognoſcemus ſi adſit febris hectica
E nec ne. Poſt collegium dum domum iret Friſimelica & Bellocatus, contendebant eſſe hecticam, ſed curata eſt, nec fuit hectica.

Consilivm CL.

De catarrho diuturno pro generoſo Domino Adamo à Dietrichſtein, Anno 1546. Menſe Iulio dictatum.

F In adoleſcente vix annum vigeſimum agente, alioqui boni habitus, ſatis pro ceri corporis & optimæ indolis, non poteſt eſſe catarrhus tam diuturnus, tam moleſtus, tam confirmatus, niſi intemperies cerebri inſigniter frigida & humida fuerit: eſt enim catarrh⁹ mucoſus, pituitoſus & frigidus. Vnde autem cõtracta fuerit huiuſmodi intemperies, ſiue à natiuitate, ſiue à magno exceſſu circa omnes, vel aliquas ſex res naturales, haud ſatis compertum habeo: quantum verò ad præſens nego-
G cium attinet, non ita multum refert, ſiue naturalis, ſiue acquiſita hæc fuerit intemperies. Hoc vnum proponendum, neq; facilè, neq; citò remouendum fore, imò indigere exactiſsima diligen-

tia Medici quidem, ſed longè magis ægrotantis: ex longa enim perſeuerantia curationis poterit æger ad meliorem habitum deduci. Alioqui periculum imminet ne in deteriorem aliquem morbum delabatur, præcipuè ætate maturiori ſuccedente. Enixè igitur tanto diſcrimini eſt reſiſtendum, atq; in primis exquiſitiſsima ratio victus habenda eſt, ſicut verè in omnibus diuturnis morbis obſeruari debet. Primaria ergo diligentia circa aerem ſit: omninò enim tam frigiditas, quàm humiditas aeris eſt vitanda, ſed nec flatus cuiuſque generis admittendi: vel enim cerebrum replent, vel refrigerant, vel conſtipant, omnes certè concutiunt, atque agitant. Terrena etiam habitacula frigida & humida vitabit. Vbi ſtudia literarum, vel aliqua mentis intentio ſit adhibēda, obſeruabit ne fiat cibo adhuc exiſtente in ventriculo: probabile autem eſt ibi fore per quatuor aut quinq; etiā integras horas, interim ergo quieſcēdum, vel leniter deambulandum, remiſſo animo ſimul cum amicis lætis ac iucundis, & quacunq; hora omnino animi moleſtias euitabit: illæ enim catarrhum nō tantùm fouent ac augent, ſed omnino etiam generant. Exercitia laudamus matutinis horis, quæ ſint placidiora quidem, ſed longiora, vſque ad manifeſtam mutationem anhelitus, totiusque corporis calefactionem inſignem, ita tamen, vt poſt exercitium euitet aeris exceſſum omnem, flatus, frigiditates, humiditates, mutetque veſtimenta, ſi fortè ſudorem habuerit. Laudo ne comam nutriat, caputq; abluat ſemel ſaltem ſingulis ſeptimanis, ſitq; ablutio talis: Sumatur lixiuium dulce ex cinere vel ſalicis, vel populi, vel ſarmentorū vitium, vel nucis, aut huiuſmodi, & ex eo quantitas eligatur vnicæ ablutioni conueniens, in qua chamæmelum, roſæ, maiorana & betonica decoquantur ſimul cum duabus drachmis agarici minutim inciſi, & in panno lineo inuoluti, qui poſtea pannus poſt decoctionem diligenter in ſuo decocto exprimatur. Hoc lixiuio caput abluat, adhibito ſapone aliquo odorato, quales diſtrahuntur à pigmentariis: hora ablutionis tutior eſt veſpertina, ante cœnam ſcilicet, vt aeris omnia incommoda facilius euitare poſsit. Poſt ablutionem ſuauiter ac leniter exiccetur, cum pannis moderatè calidis. Vni rei præcipuè ſtudeat, vt manè ante ſolis ortum exurgat, neque comedat niſi quinque horis poſtea: ita enim catarrrhus noctu collectus optimè concoquetur, ac digeretur, ac cibus in prandio ventriculum purum inueniens, optimā concoctionem perficiet. Nihil enim peſtilentius his, qui catarrho ſubiecti ſunt, quàm ſerò è lecto ſurgere, atq; ad prandium accedere, nocturno catarrho adhuc fluctuante: à prandio caueat ne aliquo modo dormiat, neque bibat, neque comedat: nihil enim inter prandium & cœnam omnino ſumendum eſt, ſi quis catarrho liberari ſtudet: imò & cœna longè parcior debebit eſſe quàm prandium, tam in cibo, quàm in potu: laudaremq; ſi veſperi à carnibus abſtineret. ſed nec cubitum eat, niſi ſaltem duabus horis tranſactis à cœna, interimq; leuiter deambulet, vel ſtet: ita enim noctu leuiſsimum caput erit, excrementis ac vaporibus omnibus liberum. Ergo vt hæc commodè fieri poſsint, præueniet horas vt maturè ſurgat, maturè prandeat & cœnet. Cibus illi omnino ſimplex eſt eligēdus: ciborum enim multitudo catarrhis aduerſiſsima eſt. Vinum ſit illi pauciferum, album, limpidiſsimum, bene maturum, quod etiam parciſsimè bibet. Carnes animalium iuuenum, caſtratorum, pullorum, hœdorum, vitulorum, leporum etiam iuniorū & cuniculorum & auium campeſtrium. Abſtineat à paluſtribus cuiuſque generis, piſces etiam euitet & caſeum, & lacticiniorum vniuerſa genera, & legumina, & paſtilia, panesq; azymos, & quæcunque in ſartagine aſſantur. His ita rectè diſpoſitis neceſſarium eſt quàmplurimo tempore ſeruare inſtitutum: neque enim tam facilè, ſicut etiam ſuprà diximus, tolletur affectus, tam longo tempore confirmatus. Quantum verò attinet ad medicinas, noui hunc illuſtrem dominum ab quocunque genere medicamentorum abhorrere, vt neſciam an vnquam talem inuenerim, ideo ne fruſtra offerantur, quæ nullo modo ſunt admittenda, placidiſsima quæque proponamus, quæ non niſi à pertinaciſsimo reiici poſſunt: & primò vtatur ſaccharo roſato, in ſingulis anni tēporibus, ſingulis etiam diebus ſi libuerit, vel ſaltē ter aut quater in ſeptimana, ſumet autem vna hora ante prandium, & ℥.s. ſingulis vicibus. Vtatur etiam hora vna ante prandium odoratiſsima & iucunda confectione, quæ habet.

R. Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum:
Sem. citri ana ʒ.j.
Ligni aloes opt. & ſinceri ʒ.ij.
Sacchari optimi quantum ſufficit.

Miſce, & fiat confectio in rotulis ʒ. ij. & vtatur ante prandium & cœnam, ſingulisque vicibus rotulam vnam aſſumat: quòd ſi pateretur rhabarbari optimi ſcrupulum vnum manè tribus horis ante prandium mandere ſenſim primò, deinde deglutire, haberet remedium præſtantiſsimum. Quòd ſi id noluerit, enitatur ſaltem bis ſingulis menſibus, nōn cœnatus ire cubitum, & eo veſperi lectum ingreſſurus, ſumat ʒ.j. infraſcriptarum pillularum.

R. Rhabarbari electi,
Aloes ſuccocitrini,
Agarici optimi ana ʒ.j.s.
Nucis muſcatæ,
Garyophyllorum,
Gingiberis ana ʒ.s.

Puluerizentur omnia per ſe, poſtea miſceantur, deinde aſpergantur ſucco roſarū puro, & permittantur exiccari, & ſic iteretur ſepties. Deinde cum melle ſimplici fiat magdaleon, & ſeruetur ad vſum. Item laudo vt in ingreſſu lecti vnam aut alteram guttam in vtranque aurem iniiciat olei ex optima Terebinthina, & oppoſito bombyce muſcato dimittat vſque ad ſequentē lucem. Si etiam mandet manè granū maſtiches, expuatque quicquid ſaliuæ redundauerit, ſaluti egregiè conſulet. Atque vbi hæc ritè & diu peracta fuerint, ſpero Illuſtriſs. D. ab omni deteriori diſpoſitione prę ſeruandum, atque ad meliorem habitum profecturum, diuino tamen aſpirante auxilio.

CONSI-

Consilivm CLI.

De catarrho cum dolore capitis, tinnitu aurium, ac multis aliis ſymptomatis. Pro Polono collegium. 1546. Maij 27.

Bellocatvs.

Abemvs caſum difficilem nobilis Poloni, ætatis annorum viginti octo, vel circiter, qui ab ineunte ætate varia patitur ſymptomata: in pueritia puſtulas, in adoleſcentia dolores capitis, pectoris, dentium, defluxum catarrhi, gonorrhœam, febrem quotidianam, dolores artuum, præcipuè circa pedes, & maximè dextrum. Poſtea vſus peſſimo regimine in ſex rebus non naturalibus: coitu, ſcriptionibus inordinatis poſt cibum, & omni hora, gonorrhœam paſſus per ſex menſes, & ea ſuppreſſa dolores oculorum: ſucceſsit dolor in ventre inferiori cum torminibus magnis: ſucceſſit febris ingens ob potum vini cum dyſenteria magna, quibus curatis iterum ſenſit dolores circa partes pedum poſteriores, ita vt ambulare nõ poſſet, & hi dolores circa pectus & partes vicinas ſecuti. Nunc de talibus conqueritur ſymptomatis: de tinnitu in aure dextra maximo, de dolore capitis, de fluxu catarrhi, de dolore in humero, in digito etiam magno dextri pedis, qui non impediunt eum in negotiis, ſed noctu tamen plus affligunt. Habet & bubones in inguinibus: propter hoc acceſsit ad thermas in Germaniam, & p men ſes ſeptem bene habuit, ſed quia reuerſus ad inordinatum regimen, ſymptomata redierunt.

Montanvs.

Ex tam immenſa congerie ſymptomatum, elicimus primò tinnitum aurium, dolorem capitis, defluxum catarrhi, dolorem in vtroque brachio, & in pede: & ſi hæc ſymptomata conſideremus, omnia referri debent ad defluxum: proueniunt enim omnia à defluxu materiæ. Cùm igitur materia ſit, quæ facit ſymptomata, videndum vbi ea generetur, & qualis ſit. Habet dolorem capitis & tinnitum aurium, quæritur an ſit propter primogenium affectum in capite? an propter conſenſum capitis cum alio membro? Idem quærendum de dolore in cubito & digito pedis, ſi curationem rectè inſtituere volumus. Eſt etiam defluxus catarrhi, qui licet ſemper in capite generetur, ſed interdum etiam cerebro fortiori ac validiori exiſtente fit, quum vapores ab aliis membris aſcendentes tot ſunt, vt à cerebri caliditate concoqui nequeant, ſed ad inferiora iterum depellantur. Primò igitur cauſæ intrinſecæ conſiderandæ, poſtea & extrinſecæ: vbi enim & naturales & acquiſitas diſpoſitiones habemus, affectum facilè agnoſcemus. Membra habet inæqualia, hepar calidiſsimum, & ſymptomata talia, quæ hepatis caliditatem ſequuntur. Stomachus eſt frigidus, quod indicant plurima excrementa, ſemper redundauit deprauatis humoribus à prima ætate. quod quanquam ad rationem victus referri poteſt, tamen ab hac præcipuè cauſa dependet, quod ſatis conſtat, cùm ſine dubio multi alij

A in eadem domo eadem & peiori fortaſsis ratione vſi, non laborauerint, & quòd talia membra neceſſariò eiuſmodi faciant accidentia, etiam in bona ratione victus ſæpe auditis. A' calore præternaturali hepatis fiunt humores aduſti & deprauati, etiam conſiſtente optima ratione victus. Ita ventriculus frigidus ſemper plus pituitæ præternaturalis facit, quæ finem debitæ concoctionis non aſſequitur, & cùm peruenit ad hepar, non poteſt illud emendare vitium primæ concoctio-
B nis, niſi ſit admodum leue, & quia calor præternaturalis plus faciet de excrementis de bile & ſuc co melancholico adurendo chilum: non igitur mirum hunc iuuenem à pueritia ſubiectum tot morbis cholericis, propter copiam bilis vnde febres tertianæ, & phlegmatis, vnde febres quotidianæ. Et vapores aſcendentes à ventriculo frigido replent caput, generantque varios catarrhos & defluxus per diuerſas vias deſcendẽtes: à quo poſtea etiam diuerſi affectus, prout ad diuerſa
C membra defluũt. Duo igitur illa membra diſtemperata, & in ſua diſcraſia oppoſita: alterum frigidum, alterum calidum, cauſæ ſunt omnium horum affectuum. Ad hæc acceſsit peſsima ratio victus: ſcribebat tota die, laborabat mens, & omnes coctiones fiebant deteriores. Poſt ſcriptionem ſine exercitio præcedente ad crapulam & conſortia comeſſationum acceſsit, quod generabat excrementa deterrima: præcipuè circa caput, quod debilitatum erat exercitio mentis continuo: &
D iuuit aer frigidus, & illius regionis, qui multum facit ad alteranda corpora, vt refert Hippocrates de Aere & aquis, & locis. Ob has cauſas incidit in magnas diſpoſitiones, & acceſsit hoc, quòd incidit in malos Medicos, qui curauerunt eum venenis, applicuerunt argentum viuum, quod repercutit humores à partibus exterioribus ad intrinſecas, & ita ſubitò & validè, vt pellat ad centrum: & ſuâ etiam qualitate deſtruit naturã membrorum, vt videmus paralyſin ſequi, & vertigines
E & epilepſias, ita vt vnumquodq; membrum cui applicatur, deſtruatur à propria temperatura: nec ea tantũ quibus applicatur, ſed ea etiam, quæ recipiunt vt caput, &c. Hæc igitur cauſa ad reliquas acceſsit, deſtruxit membra, & eorum temperaturam naturalẽ, ita vt ſi prius habuiſſet temperaturam laudabilem, ratione cuius reſiſtere potuiſſet fluxui, nunc non poſsit reſiſtere propter debilitatem. Ideo circa eas partes humores colliguntur, nec expelli poſſunt: caput debilitatum catarrhum nõ ita tenuem generare poteſt, vt prius
F & membra alimentũ ſuum non ita conficere, nec excrementa expellere, ita vitium eſt in mandantibus & recipientibus. Mandantia ſunt membra hepar & venticulus, quæ tanquã fons in quibus generatur materia, humores ſcilicet & vapores deprauati, qui mittuntur ad alias partes, per muſculos & neruos ad membra inferiora: per alias vias latiores, ad caput vnde defluxus illius, videlicet, materia miſta eſt, ſicut duo etiam vaporum
G genera miſta ſunt, quæ ſemper aſcendunt. Ideo apparent etiam ſigna miſta ex pituita & bile. Recipientia caput principaliter, deinde & alia, quæ ipſa etiam debiliora propter continuitatẽ deflu-

xus,qui obtundit & ſuffocat calorem naturalem, vt reddatur ſeipſo frigidior: & inunctio etiá adiuuit ad faciendum caput imbecillum ad excernendas operationes debitas. Hinc cauſantur ſymptomata,dolor capitis,tinnitus aurium,quia materiæ viſcoſæ dum inflantur, turgent propter calorem debilem, qui non poteſt difflare, ſed inflat tantùm : fit tinnitus aurium,quia materia mouetur,& ſpiritus exire nequeunt, in materia viſcoſa moti à calore imbecilli.Poſtea pars deſcendit per vias latas.Quare non ad pectus? quia partes illæ fortiores ſunt,vt non recipiant, ſed repellant. Alia pars per vertebras, ſpondylos & venas etiam, ac arterias neruosque ad muſculos deuenit,& facit dolores articulorũ & iuncturarum, ſed neſcio an dolor in ipſis iuncturis, an verò inter iuncturam & iuncturam,quia his diſtinguitur dolor podagricus à morbo Gallico , quia morbus Gallibus occupat partes quæ ſunt intra iuncturas : articularis verò ipſas iuncturas infeſtat. Omnia igitur ſymptomata pendent à membrorum inæqualitate, accedente mala ratione victus, & debilitate aliquorum membrorum & illinitione Mercurij: ſed vtrum aliqua mala qualitas in hoc iuuene faciat difficiliorem curationem? Verſatus eſt cum meretricibus, quæ magnam copiam morbi Gallici habebant,& eſt verecundus valde, ita vt cum medicis liberè nõ loquatur. Succeſsit ſcabies longa & bubones, non habeo argumentum demonſtrans,ſed coniecturas multas,quæ coniunctę faciunt opinionẽ firmiorem. Circa Prognoſticum. Quia membra ita naturaliter ſe habent, vt neceſſariò multiplicentur excrementa : indigebit continua ratione victus exquiſitiſsima,maximè cùm membra mandantia ſint inæqualia,& recipientia debilia,& maior nũc ætas in deterius labatur.Neque curabitur,niſi ſummam diligentiam præſtet in ratione victus, ita vt tota quaſi cura ab ea ſola pendeat.ſi obtemperabit in ratione victus, & purgabitur debito modo,per vices & interualla temporum,facilè curabitur.

Curatio. Eſt fluxio materiæ, ergo euacuanda. Quia materia fluens,concoquendum & euacuandum eſſe,tritum eſt ab omnibus:id factum eſt, licet poſſet fortaſſe fieri vlterius. Sed quæritur de balneis , ventriculus frigidus abundat materia humida plurima, caput debile propter longum defluxum, & materiæ malitiam,credo optimum remedium fore potum thermarum, cum bibet non ſexaginta cyathos, ſed quatuordecim : cum enim quatuordecim libras aquæ in ventriculo habuerit, ſatis erit, nec accipiet ſecundam aquã, niſi primam egeſſerit. Hepar nõ poterit admodum offendere in trãſitu, quia ſtatim ad renes defluit, & in tam parua quantitate abſterget, mundificabit,prouocabit vrinam, & addet robur membris. Poſtea ex euentu res melius iudicabitur : ſi profuerint hæc, iniungenda ratio victus, & ſingulis menſibus bis vel ter pillulis,vel electuario aliquo euacuabitur ſubinde,in quibus non tranſeatur aloe,caſsia,rhabarbarum. Ad agaricum nunquam deuenirem in illis aſsiduis euacuationibus. De ſtillicidio,quia caput imbecillius, commodum erit, ſi ſit moderatè calidum, & non ex nimis alto

A cadat. Caput habet diſcraſiam frigidam, ergo bene tolerabit,etiáſi natura fuiſſet alioqui calidum.

Puluis pro exiccatione catarrhi.

Poſt purgationem.
R. Sandarachæ,
Maſtiches ana ʒ.ij.
Maior. Stœch. Florum maior. ſem.
Baſilic.ana ʒ.i.s.
Garyophyll.
B Nucis muſcatæ,
Macis ana ℈.iiij.
Sandalorum ſing.ana ʒ.j.

Pulueriżentur omnia, deinde miſceantur, & fiat puluis ſubtilis pro commiſſuris capitis : ponat in capite veſperi poſt pectinationem, ſub introitum lecti,& manê etiam ſi velit.

Pro diuerſione aliqua per nares.

Vngat nares pinguedine anſeris,attrahat item C per nares ſuccum maioranæ.

In catarrho cũ tuſsi ſicca & anguſtia pectoris, ſi neſcias an tenuis vel craſſus, oleum amygdalarum dulcium cum ſaccharo fiat bolus , vtiliſsimum & ſecuriſsimum : dilatat pectus,& facit expuere. Aut
R. Olei amygd.dul.recentium ℥.s.
Penidiarum ℥.j. Miſce.

CONSILIVM CLII.

D

Pro puero, cui catarrhus fœtens per nares copioſus exibat.

CVRABITVR,ſi volet,facilè. Abluat caput agarici decocto,purgetur ſola hiera,quia humidus,vtatur ſucco maioranæ,& maſticet maſtichen: ſed præferrem decoctum betæ vel maioranæ cum zuccaro, vel mannæ duo,vel tria grana,& attrahat per na- E res : vtatur bono regimine victus. Retulit Montanus,ſe quendam pro deſperato à medicis Veronenſibus Venetias miſſum, phthiſicum iá, & qui quotidie duas ſcutellas puris expueret , curaſſe ſolo vſu zuccari roſati : ſed id dediſſe in maiori copia,ita vt ferè nihil aliud comederet,& pharmacopolæ Veneti illi zuccarum roſatum vendere nollent, ſed cogeretur aliunde afferre. Vixit tribus annis pôſt ſanus. Sed quia mulierem pulchram habebat, in eandem recidebat ægritudinem : ex F qua mortuus eſt poſt triennium.

CONSILIVM CLIII

De catarrho & fluore ſanguinis ex hæmorrhoidibus cum macie corporis, & dolore pectoris pro illuſtriſs. matre illuſtriſsimi Ducis Florentiæ.

CLARISS. D. diffusè ſunt explicata omnia circa caſum illuſtriſsimæ huius Do- G minæ. Quare ſolummodo attingam, quę neceſſaria eſſe videbuntur. Primùm audiuimus, quòd iſta Illuſtriſsima mulier habet

ſua

ſua membra nobiliora valde inæqualia, quod eſt
maximè attendendum.Habet enim ventriculum
frigidum & humidum, cùm deberet eſſe calidus
& humidus pro concoctione facienda. hepar eſt
frigidum & humidū, cùm deberet eſſe calidum:
eſt tamen exceſſus frigiditatis:habet præterea ce-
rebrum calidum & humidum, cor verò calidum
& ſiccum. Stantibus ergo iſtis membrorum inæ-
qualitatibus,nobiliſsima hęc mulier vexatur mul
tis diſpoſitionibus præter naturam, quæ ſunt ſe-
ptem. Prima enim eſt catarrhi deſtillatio à capite
deſcendens ad inferiora, qui in ſubſtantia modò
tenuis eſt,modò craſſus:in ſapore verò perpetuò
eſt inſipidus. Secundò patitur flatus & rugitus
in ipſis inteſtinis. Tertiò dicunt hâc pati fluxum
hæmorrhoidum admodum excedentem, qui in
principio confertim conſueuit fluere in maxima
copia,ita quòd quandoq; effluxerint vigintiquin
que libræ, quandoque verò decem, quandoque
duodecim. Et aiunt hunc fluxum ferè ſemper
præceſsiſſe menſtrua. Nunc verò non ità confer-
tim & affatim fluit iſte ſanguis, ſed paulatim &
continuè:& ſicut tunc menſtra talem fluxū præ-
cedebant, ita etiam nunc præcedunt, & ſubſe-
quuntur:non tamen tempore menſtruorum pa-
titur huiuſmodi fluxum. Quartò patitur diminu
tionem menſtruorum, ità vt nunc duæ aut tres
vnciæ ſanguinis effluant. Quintò, ipſa eſt arefa-
cta & extenuata,& cachexiam habuit,& circa ocu
los,& fauces,& circa tibias tumores quoſdā. Sex-
tò, habuit vrinas continuò albas, tenues & cru-
das,& in magna etiam quantitate,licet nunc nòn
ſint tam copioſę.Septimò,aiunt habere dolorem
pectoris,modò in dextro latere,modò in ſiniſtro,
modò in medio,quod στέρνον appellant,qui talis eſt
naturæ: in principio incipit calor, & motus flu-
xionis ſanguinis futuræ, & paulatim deſcendit,
quouſquè ad pectinem deueniat: & cùm ibi eſt,
tunc erumpunt menſtrua, & ceſſat talis dolor. I-
ſta ſunt accidentia præter naturam afficientia no
biliſsimam hanc mulierem, quæ ſcripta ſunt ab
excellentiſsimis illis Medicis, quæ conſideranda
ſunt à nobis: quoniam,vt inquit Galenus,neque
affectus præter naturam,neque ſymptomata,ne-
que ægritudines poſſunt curari non cognita cau-
ſa & eſſentia ipſius:quoniam ab eſſentia,& à pro-
priis cauſis ſumuntur veræ indicationes curan-
di. Et ideò ſeriatim procedendo,primò dicā cau-
ſam illius deſtillationis catarrhi, à quo multa in-
commoda dependent: nulla enim natura inue-
niter magis prona ad catarrhos generandos, quā
ea, quam diximus iſtam nobiliſsimam mulierem
habere, quia cùm ventriculus ſit frigidus & hu-
midus, ſequitur quòd fiat mala decoctio, & per
conſequens multi adſunt humores crudi, à qui-
bus multi vapores ad caput eleuātur. Cerebrum
autem cùm ſit calidum & humidum, ideò ido-
neum eſt,vt habetur lib.2.Artis medicinalis,ad ſu
ſcipiendas tales ſuperfluitates & vapores, qui à
plurimo ſanguine & tenui,in hepate antea calido
& humido generato,eleuantur.Vnde nō tantùm
à ventriculo,ſed etiam à tota maſſa ſanguinea plu
rimi vapores aſcendunt ad caput, qui, cùm eius
cerebrum ſit calidum & humidum, facilè ab ipſo
A ſuſcipiuntur, & maximè ſi accedat aliqua ex ex-
trinſecis cauſis, vt ſi fiat peccatum circa cibum &
potum,circa animi accidētia, circa aerem, in qui-
bus omnibus puto hâc nobiliſsimam mulierem
peccaſſe: habitat enim Florentiæ, vbi eſt aer ſub-
tiliſsimus,qui eſt cauſa fluxionum.Præterea non
eſt mirum ſi quando talis catarrhus fuit craſſus,
quandoq; verò tenuis, quoniam talis fuit ſecun-
dùm varios cibos, & varias concoctiones.
B Quòd autē ſit perpetuò inſipidus, hæc poteſt
eſſe cauſa, quoniam hepar, ventriculus & cere-
brum,omnia iſta ad hoc conſpirāt. Et ſic videtur
mihi,quòd iſtæ ſint cauſæ iſtius catarrhi & quali-
tatis,ſubſtantiæ & ſaporis. De ſecundo modo di-
cendum eſt, ſcilicet de flatu, & rugitu, & dolore
inteſtinorum. Si enim ventriculus ipſius natura
eſt frigidus & humidus, & ſæpe fiunt deſtillatio-
nes à capite, & fiat ille circulus debili exiſtente ca
lore,ratione obiecti fiunt flatus: quia cùm mate-
ria eſt frigida, & calor innatus eſt debilis, ſtatim
C ex eo eleuātur vapores & flatus, ex quibus ſequi-
tur dolor.De tertio accidente dicendum eſt,ſcili-
cet de fluxu hæmorrhoidū,vnde proueniat. Cer-
tè ad inueniendam cauſam huius fluxus, vtar di-
ſtinctione Galeni 3.de Cauſ.ſymp. Vel enim talis
fluxus fit ratione vaſorum & meatuum, qui ma-
gis dilatantur: vel quia dilatantur orificia vaſo-
rum propter rarefactionem (prætermitto modò
dilatationes vaſorum quæ ſint ex cōtuſione, atq;
etiam prætermitto fluxus,q ex eroſione ſint,quia
D non faciunt ad rem noſtram) vel fit talis fluxus
vitiò ſanguinis, vel quia plurimus fit ſanguis, vel
quia nimis tenuis, vel quia ſit acris, ita vt excitet
virtutem expulſiuam: vel nimis feruens,ità vt fa-
ciat intumeſcere venas: vel fit ratione membrorū
mandantium,quorum virtus ſit potens in expel-
lendo: vel ratione imbecillitatis virtutis recipien
tium: ex iſtis enim poteſt cauſari talis ſanguinis
fluxus. Sed dices, à qua cauſa putas prouenire i-
ſtum fluxum ſanguinis? Dico quòd fortè ab om-
E nibus. Primò enim quod concurrat dilatatio ve-
narum & orificiorū, poteſt coniectura aſſequi ex
duobus ſignis: nam dicit fluxum ſanguinis incœ
piſſe,dum igni dorſum expoſuit, ex quo non tan-
tùm vena caua propter caliditatem, poteſt fuiſſe
aperta, ſed etiam aliæ, quia calidi eſt aperire, ita
quòd cauſa procatarctica fuerit caliditas. Alia
coniectura poteſt conſequi à iuuātibus & nocen
tibus,quia bis cùm aquam balnei Villæ & Aqua-
rij ſumpſerit,illicò ceſſauit fluxus: aqua enim A-
F quarij eſt aluminoſa & aſtringens. Præterea ex ſo
la lymphatione aquæ balneorum Villæ, quæ au-
cta eſt ex impoſitione ferri, vnde aucta eſt vis a-
ſtringendi,fuit liberata. Adhæc exiſtimo illud ac-
cidens non ſolùm contigiſſe ex vaſorum apertio-
ne, ſed etiam propter ſanguinis multitudinem,
quoniam emanarunt interdum 25.libræ ſangui-
nis,interdum 10. interdum 12. Et præterea talis
effluxus hæmorrhoidum euenit, poſtquam dimi
ſit phlebotomiam frequentem. Quia igitur impe
G ditæ fuerint conſuetæ excretiones, & vt ſcitis ex
2. de Ratione victus in morbis acutis, conſuetu-
do interdum vertitur in naturam: quia igitur di-
miſſa fuit phlebotomia conſueta,natura tentauit

aliam excretionem. Et ſic patet quomodo multitudo ſanguinis fuerit cauſa huius defluxus. Etiam acredo, & tenuitas ſanguinis fuit in cauſa, quia ſanguis qui exit,tenuis eſt,& prius à prædominio cholere,nunc verò aquoſus. An verò nunc etiam ſit cholericus, néc ne? Dico quòd non poteſt eſſe cholericus: ſed fuit feruor in ſanguine tunc, dum bis aſſumpſit ſtillicidium Sancti Philippi, quod calidum eſt,vt illum catarrhum ſiſteret, & ſemper poſt aſſumptionem irrigationis, in fluxum ſanguinis deuenit,ita quòd calefacto corpore data fuit occaſio prodeundi ſanguinis. Et ſic ratione latitudinis venarum, & apertione orificiorum, & ratione virtutis expulſiuæ fortis, & ratione multitudinis ſanguinis & acredinis, & tenuitatis ipſius factus eſt iſte fluxus. Porrò licet ille Medicus,qui ſcribit ad nos caſum,dicat quòd corpus ſit arefactum, addit tamen, virtutem non reſolui: & ad hoc etiá concurrit imbecillitas contentiuæ. Et quia dubitatum eſt, an iſte ſanguis fluat à partibus ſuperioribus, ſcilicet ab hepate, & ad inferiora per inteſtina deſcendat: nam dicunt,eſt maxima copia, & videntur potius declinare in hanc ſententiam, quàm quod ſit fluxus hæmorrhoidum. Sed nõ inconuenit quin etiam ex hæmorrhoidibus poſsit prouenire:imò credo quòd ex ipſis veniat,ſi poſſet videri,quia iam multitudo ſanguinis facta fuerat. Et nos vidimus nõ tantum 25.libras fluxiſſe ex hęmorrhoidibus,ſed etiam 36.& 40.in paucifsimis diebus, & ex naribus in vno die 10.& 20.& 25.libras vidimus effluxiſſe, in quo tamen ſunt ſubtiliores venæ. Ideo dico, quòd non concludit, hîc eſt fluxus ſanguinis copioſus à ſede, ergo non ex hæmorrhoidibus: non tamen ego aſſero quòd ex hæmorrhoidibus cõtingat, quia nullam habeo coniecturam ſuper hoc: ſed tamen bonum eſſet ſi haberemus præſentem, & poſſemus videre, quia ſi ab hæmorrhoidibus flueret, facilè videretur. Sed ſi eſſet ab hepate talis fluxus per concauitatem inteſtinorum,eſſet commiſtus cum fæcibus quandoque, quod tamen non eſt dictum ab excellentiſſimo illo Doctore. Siue ergo ab hepate,ſiue ab hæmorrhoidibus, ſatis eſt quòd ſit ex apertione venarum, & ex multitudine ſanguinis & ab acrimonia, tenuitate, & eius feruore. Tertium ſymptoma eſt,quia habet menſtrua nunc diminuta,propterea quòd eorum quantitas non excedit duas vel tres vncias ſanguinis. Dico quòd hoc eſt duabus de cauſis: vel ratione ætatis, quia agit, vt audio, quadrageſimũ ſecundum annum, & fortaſſe amplius, & plerunq; in tali ætate deficiunt menſtrua ex toto, vel ſaltem diminuuntur. Præterea habet auerſionem, ſcilicet fluxum hæmorrhoidum, ideo non angor in hoc. Quòd autem adeſt vrina alba, tenuis & cruda, de hoc non habenda eſt cura, quia frigeſit corpus ex rarefactione habitus, & ex frigiditate coctiones fiũt deteriores, & ideo vrina apparet crudior: & color, qui deberet eſſe in vrina, fortaſſe auertitur per defluxum ſanguinis. Preterea dicunt,quòd adeſt arefactio corporis & imbecillitas, & tumor in facie, oculis & tibiis: hoc habet cùm ſit frigidius corpus,& rarefactum, quia factis deterioribus concoctionibus,

A facta eſt atrophia, & ſic non poteſt fieri aſsimilatio, & ſic conſequitur diſpoſitio ad cachexiam,& ad hydropem,vt ſecundo de Facult.natural.& ſic ad anaſarcam. Poſtremò ait dolere ei pectus modò in parte dextra,modò in ſiniſtra,modò in medio, & poſtea cùm ſequitur fluxus, ceſſat dolor. Talis poteſt eſſe cauſa, quia pars ſubtilior & tenuior catarrhi peruenit ad aliquas venas, quæ ſiue trahatur à venis, ſiue ab arteriis, ideo diſtenduntur, & ſic cauſatur dolor, quia natura illuc B tranſmittit talia excrementa,& non ceſſat motus naturæ, donec tranſmiſerit ad loca conſueta, ſcilicet ad vterum. Cùm igitur talia ſint ſymptomata, talesque habeant cauſas, ex tali notione cauſarum poſſunt preuideri quid circa ſingula ſit iudicandum, & qua arte ſit ſingulis occurrendum. Quoniam ergo plurimus ſanguis euacuatus eſt, ideo videndum quòd corpus ſit infrigidatum,& rarefactum: ex quo ſequitur, quod etiam hepar ſit infrigidatum, & ideo poſſet ſequi hydrops, ſi- C cut patet ex ſexta particula Aphoriſ. Vel etiam ex retentione ſanguinis poſſet fieri ſcirrhus in ſplene,vel in hepate,& ſic ſequetur omnino hydrops, quod apparuit ex illis tumoribus. Sed dices,quare nunc non apparent illi tumores? dico quòd ratio eſt, quia non effluit ſanguis in ea copia, qua prius. Verùm ſi talis ſanguis fluxus non ceſſauerit,refrigerabitur hepar,& ea frigiditas quæ nunc eſt per abſentiam caloris, ſcilicet ſanguinis, fiet poſitiua, licet nunc exiſtimem quòd non ſit poſi- D tiua, & ſic omnino ſequetur hydrops: quia hydrops eſt propria paſsio, ſequens ad ipſam hepatis frigiditatẽ. De deſtillatione autem dico,quòd ea non poteſt penitus ſiſti: bene poteſt mitigari, ſi voluerit vti recto victus regimine, & ſic alia ſex ſymptomata poterunt emendari, ſi ipſa voluerit vti recto regimine: quod autem curetur non credo. Et ſi poſsit omninò ſiſti talis fluxus hæmorrhoidum,ego non laudarem,quoniam Hippocrates & Galenus ſexto, Aphoriſmo 12. dicunt,quòd E ſemper cùm fluunt, debet vna aperta relinqui, quia aliter fieret collectio multarum rerum præter naturam, & ſic deueniret vel ad ſcirrhum hepatis, vel ſplenis, & tandem in hydropem caderet. Pro cura verò omnium iſtorum ſymptomatum tradam diſtinctas curas omnium. Et pro deſtillatione à capite ad inferiora: primò corroborabimus membra, ex quibus eleuantur vapores, vt hepar & ſtomachum: dico ſtomachum roborandum, ne ita eſſet aptus ad recipiendum. Sup- F pono tamen vniuerſales euacuationes fieri cum conſuetis,& cum facillimis. Si enim vellet hac æſtate purgari,aliud eſſet,quàm ſi Autumno: quoniam hac æſtate ſumeret leues ſyrupos, qui plures haberent intentiones, & reſpicerent omnes affectus: & ideo eligerẽ ſyrupum de endiuia,quia habẽda eſt ratio ne hepar nimis incaleſcat, & ventriculum corroborare oportet, vt poſsit melius concoquere. Et hoc non facerem cum vehementer calidis, ſe cum moderatè calidis & ad robora- G tionem corporis,& inferiorum,darẽ ſyrupum de betonica, quia nõ habet caliditatẽ, de qua timendum: & habet proprietatẽ reſpiciendi caput, mel roſatum, ieleniabin zuccarinum, & acciperẽ ſingulorum

gulorum ʒ.vj.ita vt eſſent ʒ.xviij.in ſingulo ſyrupo,& cum decoctis ſiue ex cichorea,ſiue ex coma abſinthij, ex betonica,ex violis. Poſt aliquot ſyrupos darem vel mannam, vel caſsiam cum infuſione rhabarbari,vel cum ſyrupo roſato ſolutiuo. Sed nunc non conſiſtamus in agarico ſtante illa caliditate. Si verò Autumno vellet purgari, pro digeſtione materiæ exhiberem oxymel compoſitum : pro euacuatione darem agaricum, & eius infuſionem , & darem confectionem hamech: quoniam euacuat materias craſſas , & euacuat à capite propter myrobalanos,& habet vim aſtringendi & corroborandi . Poſtea procederem ad corroboratione͂ membrorum per exterius & interius ; & vellem quòd recta victus ratione vtere͂tur.Pro corroboratione ventriculi & capitis, vellem quòd continuè vteretur zuccharo roſato , & bolo armeno , antequam ingrederetur lectum , quia Galenus multos aſthmaticos ſolo bolo armeno ſanauit , præterea corroborat inferiora ; & exiccat catarrhum,& co͂fortat,& corroborat omnia membra principalia : ideo dicunt iſti , quòd reſiſtit venenis. Et ſic iſto bolo armeno vteretur ſingulis diebus, vel ſalte͂ alternis in veſperi , cum vadit dormitum. Conueniunt etiam lotiones capitis cum lixiuio dulci,cum roſis, balauſtiis exiccantibus & infrigidantibus : quia caput calidum eſt & humidum,ideo cum co͂trariis debemus occurrere,cum myrtis,cum corticibus granatorum & etiam cum agarico decocto in lixiuio : & ſapone confecto ex agarico , iride, & ſapone communi.De reliquis verò accidentibus,& de flatu, credo quòd curata deſtillatione , & roboratis membris;omnia ceſſabunt:tamen pro flatu vterer zuccaro roſato, cum cinamomo , cum garyophylllis, macis,& reliquis huiuſmodi : & iſta corroborant etiam ventriculum . De fluxu quærerem moderationem tantum , & maximè ſi non ab hæmorrhoidibus : & omnia quæ diximus, conferunt etiam ad corroborandas virtutes. Vellem vt vteretur myrobalanis chebulis , indis , & citrinis , & præcipuè chebulis.Præterea in ſex rebus non naturalibus nollem ipſam delinquere: & ſi poſſet euitare illum aerem tam ſubtilem , laudarem vt iret aliquò extra vrbem : præterea fugeret animi perturbationes , & accidentia , quantum fuerit poſsibile , & vteretur moderato exercitio. Cibus autem neque nimis tenuis , neque nimis craſſus ſit,ſed medius: ſed ſi eſſet aquoſus ille ſanguis effluens & acris,darem cibos craſſos.Vellem præterea vt vteretur confectione facta ex piſtachiis, & ex ſeminibus melonum, cum granis pini , licet fortaſſe melius eſſet ſine huiuſmodi granis . Et ſic crederem quòd poſſet præſeruari, non tamen curari.

Dixerat Montanus frigiditatem in hepate eſſe priuatiuè, Vrbinus contendebat poſitiuè:Montanus ſe ita declarauit,dicens,quòd ſingula membra noſtri corporis à principiò generationis , & ab ipſo ſpermate , habeant proprium calore͂ , qui eſt in potentia , & reducitur ad actum à calore cordis . Sed cùm calor cordis diminutus eſt in hac Do. propter multitudinem excretionis ſanguinis , ob id calor proprius & innatus hepati

A non poteſt tam benè actuari , vt prius, & ita dicitur hepar habere frigiditatem priuatiuè , id eſt, per ablationem caloris aduenientis. Non autem poſitiuè,ita quod calor hepatis proprius ſit diminutus & redactus ad temperaturam frigidam. Et cùm hoc ita ſit, debet curari cum refrigerantibus ſanguinem. Si verò poſitiuè eſſet in hepate, oportet alterare ipſum , cum rebus calidis. Et ſi quis inſtare velit, dicens,quòd etiam poſitiuè ſit frigidum. Quia cùm calor cordis actuans calorem he-
B patis fuerit diminutus , ita vt non poſsit actuare proprium calorem , neceſſe eſt , vt is etiam diminuatur. Quia non videmus quomodo poſsit calor actuans imminui,niſi etiam imminuatur proprius. Reſpo͂deo, Quòd ſi ita eſſet in hac Illuſtriſſima Domina , ſequerentur ſeuiora accidentia. Quòd autem diminutus ſit calor actuans, co͂ſtat ex fluxione ſanguinis.

Consilivm CLIIII.

C

De iiſdem affectibus pro eadem , in omni fluxu ſanguinis vtile.

QVONIAM inter malos corporis affectus huius Illuſtriſsimæ Dominæ,quæ quadragenaria eſt,præcipuus eſſe videtur ille ſanguis eiectus à ſede:vnde credimus etiam corpus exaruiſſe , & ſeipſo imbecillius redditum iampridem, quòd tum crura, tum
D facies intumuiſſe videantur, & à deſtillatione, vt patet,non parum foueri: & cùm non ſit nobis explicatum,vtrum à venis,quas hæmorthoidas vocant , an ab inteſtinis deferatur, determinare nolumus id, quod coniecturis tantùm aſſequi poſſumus. Et quanuis à venis hæmorrhoidalibus, plerique noſtrûm potius effundi arbitrabantur, tutiorem tamen partem eligimus : itaque remedia ita moderaturi ſumus , vt vndecunque fluxerit, communis vtilitas conſequatur. Primò ergo
E ex malo corporis habitu neceſſarium eſt excrementa multa in ventriculo , & venis , & extra venas quoque aggregari : poſtea natura ſtimulata ad expulſionam non deſinit à continua ſanguinis excretione,cum quo & laudabilis excernitur. Propterea conſulimus , vt is à medicis præſentibus proximè ſiſtatur,& corpus exquiſitè purgetur, ita tn̄ vt habeatur ratio temporis & virtutis, nec ad valida medicamenta accedatur.Igitur mol liri prius ventrem volebamus,vel clyſteri,vel ele-
F ctuario de ſebeſten ſine ſcammonio , vel lenitiuo ſimplici,vel tali quopiam,prout in variis regionibus varij vſus ſeruari ſolent. Deinde ſyrupum quoque exhiberi , qualis eſt de cichorea Nicoli, vel roſaceus,vel de betonica,hoc modo:

R. Syrupi de cichorea Nicoli ℥.j.s.
De betonica ℥.j.
Decoctionis betonicæ,
Cichoreæ ℥.iij.

Miſce , fiat ſyrupus ſumendus nouem aut de-
G cem diebus.Deinde ſumeretur medicamentum, quod haberet rhabarbari optimi drachmas duas, ſpicæ grana ſex : madefiant in aqua agrimoniæ: addatur diacatholiconis drachma, ſyrupi roſati

ſolutiui vncias duas. Miſce, & fiat potio. Qua pur gatione perfecta, ſi ſatis corpus purgatum fuerit, bene erit: ſin minus, tunc iteretur. Purgato autẽ corpore, tunc volumus primò, vt ſingulis diebus ante prandium & cœnam vtatur ſaccharo roſaceo ita præparato:

R. Sacchari roſacei vnius anni ʒ.iiij.
Garyophyllorum ʒ.s.
Cinnamomi ʒ.j.

Miſce, & accipiet ʒ.j. ſingulis vicibus, & perſeueret in eo. Poſt cibum verò per horam ſumat myrobalanos chebulos optimè præparatos, ex his ſcilicet, quæ ex Alexandria deferuntur, & Genuę potiſsimùm inueniuntur: & in hoc pręſidio ſummè confidimus. Præterea conſulimus vt ſingulis ſeptimanis dormitura aſſumat boli armeni quantum eſt granum ciceris. Deinde vt ter vel quater ſingulis menſibus ſumat rhabarbari optimi ſcrupulum in puluerem redactum: quæ admiſceantur vel cũ drachma ſacchari roſacei, vel cum paſſulis & ſaccharo. Poſtea ſtomachus quidem illinatur aſsiduè iſtiuſmodi vnguento:

R. Olei de floribus aranciorum, quod habetur in officinis eorum, qui conficiunt aromata ℥.j.
Mannæ belzoini, quæ ibidem reperitur ʒ.j.s.
Garyophyllorum,
Macis ana ʒ.s.
Ladani optimi ʒ.ij.

Miſce, & fiat linimentum pro ſtomacho: erit enim ſtomacho vtiliſsimum, & odoratũ, & principe dignum, ſi rectè conficiatur. Ad hepar verò aliud vnguentum nõ minus nobile parabitur ita confectum:

R. Olei de roſis paruis confecti, quod apud vnguentarios vulgò appellatur oleum de roſettis ℥.j.s.
Olei de ſpica, quod apud eoſdẽ vnguentarios inuenitur ℥.j.
Maſtichis,
Rhabarbari electi ana ʒ.j.
Specierum triaſandalorum ʒ.j.

Miſce cum modico ceræ albæ, fiat linimentum pro hepate. Præterea volumus vt ſingulis ſeptimanis caput abluat hoc modo: Conficiatur lixiuium ex cinere ſalicis, aut vitis, in quo decoquantur roſæ, myrti, & ladani durioris fruſtulum, & agarici ʒ.ij. quo lixiuio lauabitur caput, & ſapone infraſcribendo vtatur:

R. Saponis optimi ℥.ij.
Agarici ʒ.ij.
Iridis,
Garyophyllorum ana ℈.ij.
Camphoræ ℈.j.

Miſce, & fiat ſapo ſecundùm artem. Laudamus præterea vt maſtichen aſsiduè teneat in ore, mandat, expuat, coneturq; vt per nares pituita excernatur, fiantq; à Medicis præſentibus caputpurgia, prout illis magis opportunum videbitur. His igitur ita diligenter peractis, non minor pars reliqua eſt, & maxima: ſine hac enim fruſtra reliqua adhibebuntur. Eſt autem ratio viuendi, q̃ exquiſitiſsimè ſeruare debebit, ſi ſe ab extrinſecis peri-

A culis præſeruari voluerit. Ergo primùm eliget aerem temperatum, cauendo à nebuloſo & craſſo, & à tenui & frigido, qualis eſt Florentinus, præſertim accedente hyeme: & vitabit etiam ventos, Solis ardorem & pluuias, & demum omnem aeris exceſſum. Et curabit vt quotidie naturalia excrementa excernãtur per aluum, per vrinam, per palatum, per nares. Iubebitq́ue ſibi fieri matutinas frictiones in brachiis & partibus ſuperioribus, quæ ſunt ſupra diaphragma, ſintq; frictiones

B leues & longæ. Deinde cùm è lecto ſurrexerit, ſe exerceat deambulando, donec anhelitus immutetur. Cibum eligat, qui optimum ſanguinem generet, & facilè concoquatur, qualis eſt caro perdicum, pullorum, phaſianorum, hœdi, annalisq; caſtrati: & ſi ob nimiam inanitionem ſanguinis debilem ſe ſenſerit, ſumat quatuor ouorum recentium vitella, & cũ vino albo aromatico aquæ permiſto lentè decoquantur ad lactis conſiſtentiam, & hoc ferculo ante cibum vtatur: eſſet enim opti

C mi nutrimenti, & velociſsimi: vtatur præterea ouis ſorbilibus. Farre, oryza & ptiſana hordeacea veſcatur. Caueat à fructibus, oleribus, leguminibus, & iis cibariis, quæ vulgò lacticinia & paſtilia dicuntur. A' piſcibus etiam abſtinẽdum eſt. Poſt cibum etiam vtatur confectione ex piſtachiis, ſeminibus melonum, & ſaccharo. Vitet ciborum diuerſitatem, neque ad menſam accedat, niſi præteritum cibum rectè concoctum ſenſerit. Vinum eligat pauciferum, maturum, ſubſtantia & colore

D moderatum, quod etiam parcè bibendum eſt: ac potiſsimè obſeruabit, ne inter cœnã & prandium bibat, longè tamẽ deterius eſt, ſi poſt cœnam dormitura potauerit. Inter medicamenta vnicum ſupereſt præſtantiſsimum, quod ſuperius ſuo loco omiſſum fuerat, quod ita habet:

R. Succi foliorum myrti,
Succi agrimoniæ,
Succi abſynthij,
Succi hypociſtidos ana ℥.ij.

E Hoc ſucco poſt purgationem inungantur renes, venter, ſtomachus, & vtraq; hypochondria, & quod eſt in partibus inferioribus circa lumbos: eſt enim membris mandantibus efficaciſsimum, & vaſis recipientibus corroboratiuum. Hæc ſi fuerint peracta, ſperamus illuſtriſsimam Dominam à multis imminentibus periculis pręſeuatam iri, Deo fauente.

CONSILIVM CLV.

F *De catarrho, in quo periculum de tabe, pro Nobili Veronenſi, Anno* M.D.XLV. *vltimo Martij.*

NIC Veronenſis ciuis meus, ex familia nobili, quatuor menſibus, vt audiuimus, decubuit. Factus eſt ferè tabidus ob copiam catarrhi defluentis à capite ad pectus & ſtomachum, vnde extenuatio & macies totius corporis ſequuta eſt, liber tamen

G ab hectica febre exiſtit. Cuius, vt veram curationem inſtituamus, principio operæprecium eſt caput exiccare, pectus deinde corroborare, quod vtrunq; futurũ credimus materiæ euacuatione. Pro

Pro capitis exiccatione puluis ſequens toti capiti aſpergatur.

℞. Sandarachæ ʒ.iij.
Maioranæ,
Roſarum rubearum ana ℥.vj.
Seminum ocymi ʒ.ij.
Ladani ʒ.iij.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur. Quòd ſi non eſſet præſens puluis tantæ efficaciæ, vt inde aliquod iuuamentum ſequeretur, vtatur ſinapiſsimis Galeni deſcriptione quinto Metho.ex ſtercore columbino.Pro ſtomachi con fortatione vtatur ſæpiſsimè zuccaro roſato. Pro catarrhi,lenitione & confortatione pectoris,melle roſato. Præterea vtatur diacodio confecto in hunc modum.

℞. Capitum papauerum num. xx.
Siliquarum dulcium ℥.iij.
Liquiritiæ raſæ ℥.ij.

Eximantur è ſiliquis grana, & decoquantur poſtea omnia in libras duodecim, aquæ puriſsimę ad conſumptionem trium partium, vt ſcilicet remaneant libræ tres. Deinde colentur, & exprimantur. Poſtea:

℞. Penidiarum,
Zuccari candi roſati ana lib. s.

Decoquantur omnia ſimul ad conſiſtentiam mellis, & ſumat de hoc electuario cochleare vnum in introitu lecti. Præterea pro euacuatione catarrhi ſumat ſingulis menſibus bis aut ter hunc bolum:

℞. Specierum Hieræ ſimpl. ʒ.ij.
Floris caſsiæ ℥.j.

Cum zuccaro roſato fiat bolus. Aquam bibat, in qua cocta ſit farfara, & eam miſceat cum oxyſaccharo. Fiat etiam lixiuium forte,in quo decoquatur agaricus, quo lauetur caput ſemel vel bis etiam in ſeptimana. Diebus intermediis aſpergatur puluis iam ordinatus. Per nares attrahat de coctum iridis,arantiorum,aut maioranæ. Poſtremò fiant fontanellæ in brachiis per tranſuerſum, & in cruribus per directum diuertentes, vt quæ non proſunt ſingula, multa iuuent, vt ſaltem aliquid diuertatur. Veſicatoria ſi fierent in capite, mirum in modum mihi placerent. A cauteriis autem capiti adhibendis,etiamſi viderim in his magnos effectus,abhorreo: nam raró commodè fieri illa poſſe ſcio,& vt benè fiant,magnum ſemper adeſt periculum. Et vidi ego Venetiis puellam iuuenem, & Patauij ſcholarem etiam adoleſcentem, vtrunque in catarrho non deſperato, poſt cauteria facta miſerè interiiſſe,cum tamen ab Excellentiſsimo chirurgo & ſine dolore fierent. Huius verò cauſam exiſtimo fibras illas duræ matris tranſeuntes meatus cranei, & alligantes cerebrũ cum neruis commiſtis, qui ſunt valde ſenſibiles, vnde facta aduſtione in cauterio ad os vſque, illæ partes facilè læduntur, ad quod ſequuntur ſpaſmi. Præterea ſunt quædam capita, quæ futuras habent valde largas, per quarum cõmiſſuras maiores etiam durę matris portiones tranſeunt,quę proinde facilè læduntur. Si tamen hæc cauteria in capite benè fiunt,& non lęduntur, aut adurun tur nerui,valde profunt, ſed eſt magnum pericu-

A lum. Et propterea Galenus in tota cura catarrhi, nunquam dignatur nominare cauteria, ſed tantùm veſicatoriis vtitur. Arabes tandem, quia ſua omnia habent ex Galeno, cum viderent veſicatoriis ſe parum proficere: nam ea quæ recitat Galenus de ſtercore columbino,& aliis,vt cantharidibus, quia cantharides moleſtiores ſunt propter mictum ſanguinis,ideo ad cauteria tranſiuerunt, relinquentes veſicatoria. Arabes enim erant ignari anatomiæ, vt quæ lege apud illos prohibita B fuit: & eam quam ſciunt, videmus eſſe fragmenta ex Galeno collecta: & proinde hæc non ita diligenter conſiderabant. Sed de his hactenus ſufficiat.

CONSILIVM CLVI.

In catarrho ſalſo & pulmonis eroſione præſcriptum, & ex Italico Latinum factum.

QVANVIS prudentia & conſideratio C rerum omnium diligens viri huius Magnifici mihi ſit perſpecta: tamen vt rectius memoria teneat rationem gubernandæ valetudinis ſuæ,& ne ſingularia quædam præſidia obliuioni tradantur, præſcribemus diſtinctè prius victus rationem, deinde ea quæ ad medicationem facere videantur. Intellexit autem Magnificentia ſua ex noſtro colloquio, præcipuum quòd ei omni ſtudio obſeruandum eſt, illud eſſe,vt fugiat moleſtas animi perturbationes, D & vt ea quæ occaſionem his præbere poſſunt, vitet. Itaque relinquat adminiſtrationem Reipublicæ,nec rei familiaris anxiè curam gerat. Neque de vlla re magis cogitet quàm vt tranquillitati ſuæ conſulat, & quietam hilaremque vitam degat. Nam abſque hoc,audiuit noſtrum conſilium ſibi parum profuturum. Imò omnia remedia fruſtra adhiberi nulliusque momenti eſſe, ſi hoc curarum impedimentum obſtiterit. Deinde admonitus eſt,vt eligat aerem laudabilem,& ſuæ natu- E ræ conuenientem, ſerenum & liberum, maximeque temperatum. Et fuit laudatum domicilium quod Murani habet, tanquam ſuæ ſaluti conuenientiſsimum. Aſſuefaciat autem ſe vt quotidie beneficium ventris habeat, hocque ſibi tanquam præcipuum adminiculum valetudinis commendatum eſſe ſinat. Quòd ſi natura in expellendo officio ſuo defuerit, adiuuet illam œnemate communi, aut iuſculo ſumpto ante cibum, in quo decoquatur malua, violæ & lactucæ,ac 4. F vel 5. pruna ſicca dulciſsima. Bibat verò hoc iuſculum matutinè priuſquam domo exeat, & hoc quidem præcipuè in æſtate. Hyeme verò huius loco,decocto carnis vitulinæ,vel caponis,in quo ebulliat blitum, vtatur. Hoc iuſculum non tantùm aluum leniet,verùm etiam ad materiam quæ ad pectus fluit educendam faciet. Moderatè ſe manè exerceat deambulatione concitatiore donec anhelitus frequentior fiat, corpusque incaleſcat, & ſudor emanare incipiat. Deinde in loco G calido,nec ventis expoſito quieſcat per horę ſpacium, quo tranſacto cibum ſumat. Victus illius ſit ſimpliciſsimus, videlicet vnũ ferculum ex carne cum ſuo iure cocta. poſt cuius eſum nõ alia aſ-

ſumat, quâm ea quę vaporibus reprimendis ſunt idonea, ſicut eſt pyrum vel cotoneum coctum, vel eius ſuccum zuccaro conditum, vel coriandrum, aut lactucas conditas, vel ſimile quiddam. Ita tamen vt vno ſolo ſit contentus. Nec cœnet prius quàm manifeſtè ſentiat, priorem cibum concoctum ex ventriculo deſcendiſſe. Neque ad mẽſam accedat, vel corpore defatigatus, vel mente iracundia, & dolore perturbata, ſed operam det, vt antè corpus refocilletur, & animus conquieſcat. Cibum autem diligenter maſticet. Bene enim manſum rectius coquitur. Dum accumbit ſæpius potius atque parum quàm multum vno hauſtu bibat, & paſtum cibo non potu claudat, & eo tempore quod interiectum eſt, donec rurſus ad victum redeat, potu prorſus abſtineat. Præcipuè verò horis quæ ante decubitum ſunt. Si tamen caloribus vrgeatur, quo minus ſibi à potu temperare poſsit, bibat parum bonæ aquæ cui zuccarum roſarum, vel iulepum admiſceatur. Potus ſit vinum album aut medij coloris, ex vuis bene maturis, nullius aſtrictionis particeps, paucis ferum. Si tamen paulò meracius ſit, aqua admiſta contemperetur. Abſtineat à potione frigida, præſertim verò aqua gelida refrigerato. Carnes quibus vtetur ſint vitulinæ, hœdinæ, pullorum, columbarum iuuenum, & auium campeſtrium pręter coturnicum. Ex piſcibus eligat rubellionem, triglam, vel auratas, bene præparatos, elixos vel aſſos, caueatque non ſolùm piſces, ſed omnia in ſartagine præparata. Conueniunt oua recentia in aqua vel cineribus cocta, ita tamen vt relicto albumine ſolùm vitellum aſſumat.

Ex pulmẽtis, farre aut oriza bene coctis vti poterit, offulas etiam modò ſine caſeo conficiantur, cõcedimus, potius ex pane cocto aut intrito fiãt, quibus petroſelinum, agreſta, cucurbita, & interdum ſpinachia vnà cum boragine & betonica incoquatur. Æſtate iuſcula agreſta puriore, aut vua criſpa contemperetur. Inter acetaria conueniens eſt lactuca cum boragine cocta. Aliquando etiam crudam concedimus, cum aceto paſſulato, aut roſato.

Hyeme conueniunt cichorei & paſtinacę radices bene coctę, fructibus nonniſi ante paſtum vtatur. Minus autem nocent pruna præſtantiſsima, eaque quæ vulgo myrobalana & Verdatia vocantur atq; melonis fruſtum, quantum à natura interſectum videtur. Ficus etiam bene maturas Autumnales concedimus, modò è præcocibus abſtineat. Vuas minimè probamus, præſertim in iis qui catarrhis obnoxij ſunt. Ab aliis cibis & fructibus quantum poterit abſtinebit. Cubitum non eat niſi duabus horis à cœna. Deambulet autem leniter, aut in porticu, aut cubiculo. Somnũ diurnum fugiat, præſertim poſt prandium. Medicamenta in tali valetudinis conſtitutione & temperatura corporis debent eſſe innocua, & illorum vſus rarior. Quãtum verò attinet vt corpus excrementis vacet, & ſanguis purgetur, duo ſunt in colloquio propoſita: quæ ad valetudinis conſeruationem plurimum conferunt. Primùm, vt ſingulis decem diebus aſſumat mediam vnciam, aut drachmas ſex, zucchari roſati cum rhabarbari optimi in puluerẽ redacti ſcrupulis duobus. Capiat tribus horis ante prandium. Præterea cum Magnific. ſua meliori valetudine vſa fuerit dum hęmorrhoides fluerent, omnino nobis rectum videtur, vt diligenti ſtudio prouocentur. Et iudicauimus vt interdũ ante cœnam capiat eius rei gratia pillulas ex aloe non lota. Id ſi modò ſuccedat, laudo quoque. At cum appareant tumentes, tunc quando ventrem deiicit, ſi vſus aloes non contulerit, ſuaderem, vt opera chirurgi duas quæ præcipuè tumefactæ eſſent aperiret, vulnusq; bene diduceret, tũ temporis cum natura per illas ſe exonerare conſueuit. Adhibeatur autem chirurgus diligẽs, exercitatus, & qui dextrè aperire poſſit. Quantum ad ea attinet quæ ad confortandum atque alterandum exhiberi poſſunt, prætulimus reliquis omnibus remediis in catarrho ſalſo Diacodion liquidum, vel vt eſt præſcriptum: Capiat verò cochleare vnum hora decubitus, & ſi neceſſe ſit matutinè. Neque ſumat niſi ſalſedo vel tenuitas catarrhi poſtulet. Vbi ſiccitatem & aſperitatẽ laryngis vel gulæ ſenſerit, dragacantho zuccaro candido & violato, glycyrrhizæ ſucco malum moleſtum corrigat. In continuo autem vſu præcipuè matutinis horis eſſe debet zuccarum roſatum ad vnciam mediam, cui plurimum cõfidimus, idque magnoperè commẽdamus. Ad hæc bis vel ter in ſeptimana hora decubitus ad magnitudinem ceraſi rubei, boli armeni optimi accipiat. Plurimum enim contra deſcenſum catarrhi conducit. Et hæc remedia ad præſentis affectus curationem videntur mihi ſufficere, quem adhibita recta victus ratione confidimus diminutum potius, quàm actum iri. Quod faxit Deus pro ſua benignitate infinita.

CONSILIVM CLVII.

De deſtillatione catarrhi ad partes ſubiectas, fluore alui penè dyſenterico, aſsiduo vomitu, torminibus ventris; cum febre aſsidua & inſigni totius corporis tabe, pro adoleſcente filio Medici Vicentini.

NON ab re Excellentia tua onus iſtud grauiſsimum vix ſubeundum putat curandi huius nobiliſsimi adoleſcentis, tanquam illius diuini præcepti memor: Caue ne malarum ægritudinum curam ſuſcipiens, mali medici nomen adipiſcaris. Præterquam enim quòd difficillimis quàmplurimis, & inter ſe etiam diſcrepantibus morbis infeſtatur, adeò conſumptus eſt & labefactatus, tamque virium imbecillium, vt penè nulla omnino via relinquatur, qua etiam medicus audaciſsimus aggredi velit prouinciam tam difficilem: nihilominus, vt tibi viro amiciſsimo & doctiſsimo morem geram in re tam ardua, tanquam Iphicles Herculi ſine adminiculo, dicam quod faciendum iudicarem. Cùm ergo adoleſcens iſte nobiliſsimus ſimul deſtillatione catarrhi ad partes ſubiectas laboret, alui fluore penè dyſenterico, aſsiduo vomitu, rugitibus, & torminibus ventris, febre fortè aſsidua, inſigni totius corporis tabe:

Ego

Ego tentandum cenſerem primò, vt fluor alui ſiſteretur, vomitus ſedaretur, & ventriculo robur adderetur, vt corpus nutriri incipiens redderetur validius, noſque ſimul aptiores redderet ad reliquos affectus tollendos: quòd ſicut fieri poſſe dubito, ita iá faciendū neceſſarium eſſe duco. Et quoniam ab excrementis bilioſis tam per vomitum, quàm per ſeceſſum maxima copia redditis, iudicamus eſſe hic maximam hepatis caliditatem, cuius ratione fortè ex plurima bile aſsiduè generata, & ad ventriculum inteſtinaque erumpente, perſeuerat alui fluor, vomitus, inappetentia, & ſitis: ideo ad hepar accederem curaturus, tanquam ad omnem malorum fontem: quod cū calidum ſit refrigeratione procul dubio indiget: cumque eius tonus ſit valde remiſſus, leui etiam adſtrictione roborandum iudico: & vt hæc fiant, aliquo exquiſito, potenti, & parato remedio indiget. Nihil igitur ad hæc omnia peragenda præſtantius occurrit, quàm potus thermarum Calderianarum: in illis enim, propter plurimam ferri materiam, magna vis eſt refrigerandi & aſtringendi: nec tantùm id præſtat, ſed & validiſsimè præſtat. Et quoniam, ſicut Hippocrates dicit, maximis morbis maxima & exquiſita remedia adhibenda ſunt, ſicut etiam Galenus teſtatur in quinto Metho. in magno morbo à leuioribus incipere nihil aliud eſt, niſi parare ægro longum interitū: ideo hanc præcipuè æſtatis occaſionem nactus, quàm citiſsimè ad hoc auxilium accedat, priuſquam vires huius corporis, alioqui ita affectæ, ad extremum debilitentur. Et ſi ſuſpicio aliqua occurreret, ne inde ventriculus aquarum frigiditate læderetur, facilè huic quoque incommodo occurrere poſſemns, illinentes eam ventriculi partem, quam refrigerandam timemus, cum oleo quod vim habeat calefaciendi ſimul & corroborandi, ſicut præcipuè oleum eſt odoratū ex garyophyllis, quod à pigmentariis confici ſolet, addita maſtiche, & modico ceræ. In ratione autem victus occurrit magna dubitatio, nunquid huic iuueni vinum competat: viriū enim imbecillitas, ac vetriculi frigiditas, vinū potius expoſcere videntur: at illa inſignis hepatis caliditas, febris, & deſtillatio, omnino contrarium poſtulant. Crederem ego in hoc caſu, tantiſper dum hepar refrigeretur, cui maximè, vt ſuprà dixi, inſiſtendum eſt, tutius eſſe ſi omnino à vino abſtineret, vtereturq; vel iure leui pulli iunioris, quod vulgò aquam pulli medici appellant, vel etiam hordei decocto in optima & tenuiſsima aqua, quę facilè diſtribuatur, & tranſeat hypochondria: cui ſi quid etiā adderetur quod ventriculo conſuleret, moderatę caliditatis, non etiam diſpliceret, & hoc eſſet quale eſt cotoneum cum ſaccharo conditum, ſi eius fructum ſimul cum aqua hordei decoqueretur: fieret enim potus iucundus ventriculum roborans: & cotoneum ex condimento & ſaccharo patet aliquid remiſſæ caliditatis acquiſiuiſſe. Ergo huiuſmodi potus, præter hoc quòd hepar refrigerabit, non etiam ventriculo nocebit. Hoc vellem clariſs. Doctor, tentare, antequam ad aliquam aliam curationem accederem. Quòd ſi Excellentię quoque tuæ idem videbitur, nihil vltrà morandum iudicauerim, quin ad opus accedatur. Si verò contrà ſenſerit, idque ad me ſcribere dignetur, enitar ſedulò, vt aliud proponam, quod magis Excellentiæ tuæ ſatisfecerit, cui plurimum me commendo. Erit etiam mihi gratiſsimum audire ſucceſſum curationis filij tui ſuauiſsimi, & quidnā proficiant remedia, quæ ſimul conuenimus eſſe facienda. Oro igitur vt me quoque admoneas, nam de eo æquè ac de filio meo audire cupio, quod benè ſuccedat. Vale.

CONSILIVM CLVIII.

De præſeruatione à Catarrho ſalſo, ſputo ſanguinis, ſtillicidio vrinæ, & de potu thermarum Lucenſium, pro equite Corn. Clementino. Datum Anno L. Iunij 9.

DVo ſunt quę à nobis in caſu illuſtriſsimi equitis Cornelij Clementini requiruntur. Primò, qua arte ſit præſeruandus à deſtillatione pituitæ ſalſæ à capite ad partes ſubiectas, à ſtillicidio vrinæ, & excretione arenarum, viſcidæque materiæ, & à ſputo ſanguinis ob corroſam venam paruam pulmonis contingente, vt refertur. Secundò, vtrum illi competant aquæ thermarum Lucenſium. Incipiam ab hoc ſecundò, nam & hoc videtur maximè ad præſeruationem conferre. Supponentes igitur hepatis ac renum caliditatem, vnde par eſt & vrinæ ſtillicidium, & arenas generari, Lucenſes aquas, illas inquam quæ ferreæ ſunt, crediderim præſtantiſsimum fore remedium hepati & renibus corroborandis, tum excedentem caliditatem contemperando, tum laxitatem vaſorum ad mediocritatem ducendo: redundet etiam ſalſedinem pituitę, quam probabile eſt ob hepatis ſanguinisque feruorem fieri: ſimul etiam venis pulmonis egregiè tonus addetur: & cum ſalſedo deſtillantis materiæ retundetur, maxima ex parte tolletur periculum corroſionis. Nec obſtat ventriculi frigida & humida intemperies: primò enim remouebitur humiditas, cum omnes thermarum aquę, ſiue calidæ, ſiue frigidę fuerint, ſemper exiccent. Exiccata ergo redundante humiditate, ventriculus proculdubio reddetur robuſtior, & aptius cibum amplexabitur, & cōſequenter felicius concoquet. Quantum verò ad aquarum frigiditatem attinet, poterit interim defendī ventriculus cum linimento calefaciēte, quale eſt oleum de garyophyllis odoratum, de ſtyrace, addita maſtiche & ladano. Non ergo ab harum thermarum vſu abſtinendum cenſuerim. Reliquum quod ad præſeruationem attinet, cùm iam plurima ſint peracta à clariſsimis illis medicis, eius reī potiſsimum gratia, præcipua ſunt duo cauteria, tum brachij, tum ſincipitis. Neque veriſimile eſt eos, qui ad tantam acceſſerunt præſeruandi diligentiam, dimiſiſſe exquiſitiſsimam victus rationem in omnibus ſex rebus non naturalibus. Ideo ne ineptire videar, indignum duxi, vt hic à me explicarentur circa victus rationem, quæ etiam ſemidoctis medicis ſunt comperta. Vnum tantùm proponam, quod in omnibus his affectibus, & in

tota ſyndrome, nullo penitus repugnãte,ad præſeruationem ſummoperè conuenire videtur, videlicet frequentiſsimus vſus duorum remediorum,ſecundùm omnẽ adminiſtrationis modum, ſacchari inquam roſacei & rhabarbari. Conſulerem ergo eius illuſtriſsimæ D. vt ſingulis diebus ante cibum vteretur ſaccharo roſaceo, etiam ad vnciæ quantitatem, ac præterea quater in menſe tribus horis ante prandium manderet, ac deglutiret drachmã optimi rhabarbari. In reliquis omnino abſtineret ab omnibus validioribus medicamentis: & in qualibet etiam magna purgandi neceſsitate nõ excederet rhabarbarum, caſsiam, mannam, & ſyrupum roſatum ſolutiuum. Quæ omnia ſi rectè obſeruentur, & addentur his, quæ clariſsimi illi Doctores iampridem conſuluerũt, ſpero nõ tantùm ad præſeruationem ex catarrho cum ſputo ſanguinis, ſed etiam curationem, vbi oportuerit,ſubuentura.

CONSILIVM CLIX.

De præſeruatione ſputi ſanguinis, & curatione catarrhi deſcendentis ad pectus.

LABORAVIT quidam Patauinus fluxu ſanguinis ex pulmone, qui curatus erat à Bellocato. Rurſum tamen ex valido exercitio & nimia Venere,incidit in eundem affectum. Excellentiſsimus Montanus catarrhum maximã cauſam huius mali eſſe voluit, q̃ ex cruditatibus generatis in ventriculo, & ſub forma vaporum ad cerebrum delatus eſſet, deinde ad pectus & pulmonem, permiſtus multo flatu deſcendiſſet, ac venulam quandam in pulmone ſuo impetu & mala qualitate ſoluiſſet. Cura igitur & præſeruatio talis fuit. Nos habemus eundem caſum, quem Galen.in 5.Methodi habuit de ſputo ſanguinis à catarrho originem trahente, ergo eiſdem etiã indicationibus curatiuis vtemur. Sicut autem Galenus teſtatur, tria potiſsimùm erunt facienda. Primum:vt fiat venæ ſectio,& minoratio materiæ ſimul: cum his enim diuertetur ſanguis, nec amplius ad locum affectum defluet. Et quoniam ab excellentiſs. Bellocato fuit ſecta vena, & euacuatum caput pillulis cocchiis, ideo de hac prima intentione nihil dicemus. Secundum: Galenus inſtituit veſicatoria in capite, vt catarrhus deſcendens ad pulmonem interciperetur:ſed quoniam non poſſumus habere ea,quę Galen. vſurpauit, vtemur nos interea ſinapi, euphorbio,pyrethro,cantharidibus, quibus veſicas excitemus,quas teneat apertas, quandiu fuerit à catarrho moleſtatus. Tertium: Fiat confortatio pectoris cum electuario papaueris albi, cum ſaccharo, & vigeſies etiam roſato, vt ait Auicenna, nec tranſeat papauer album. Noſtri moderni ſepties,decies exhibent Philonium in ſputo ſanguinis, quo nihil deteſtabilius, teſte Galeno in libro κτ τόπους. Ratio victus ſit tenuis,mediocris,nec darem inuiſcantia multa, vt ſunt pedes vitulorum: timeo enim cruditatem in ventriculo ex his generari. Potus nec ſit vinũ, nec propterea aqua, quia frigida nimis,& cauſa erit maioris catarrhi copiæ. Decoquatur hordeum in aqua, cui admiſcerem

A & medullam,& ſemina pomorum Cotoneorum, quibus conſultum erit ſputo ſanguinis:præterea aſtringunt etiã,nec calefaciunt ventriculum,abſque eo,quòd non hepar calefaciant, quod admodum calidum in iſto nobiliſsimo viro. Abſtineat etiam ab omnibus exceſsibus,præſertim à coitu, ſi vitam ſuam propriam amet. Habuit ſecum mulierem, ex quo incidit in maximã imbecillitatem ventriculi, vnde plurimus catarrhus generatus fuit. Veſicatoria valentiora poſſent fieri ex adar- B ce,lepidio: id eſt, piperella,ſeu iberide,& tandem cauſtica capiti applicari.

R. Pyrethri,
Sinapi ana ℥.ij.
Euphorbij ʒ.iij.
Cantharidum ʒ.ij.
Fermenti,
Caricarum denudatarum ana ℥.j.

Fiat miſtura cũ lixiuio. D.Bellocatus vſus eſt in catarrho defluente ad pectus iſtis pillulis opt.

C R. Dragacanthi,
Succi liquiritiæ,
Gummi Arabici ana ʒ.j.

Cum ſapa quantum ſufficit,fiat paſta.

CONSILIVM CLX.

De catarrho cum tuſsi & ſputo ſanguinis, pro Matrona Veneta nobiliſsima.

SOLEBAM primo loco loqui, quia pri- D mus adfui, & vidi ſputũ ſanguinis, audieram etiam prolixius de catarrho, vt reliquos clariſs.Doctores rectius informare poſſem. Talis igitur eſt magnifica Domina, laborat ſputo ſanguinis per interualla,& quidem rarò, ita vt duobus annis & dimidio, quibus laborauit catarrho, bis tantùm laborauit ſputo ſanguinis, quum tamen continuè laboret catarrho. De vtroque igitur dicendum erit,& primò de iis quæ ſenſui apparent, ex quibus poſtea reliqua, E quæ minus nota ſunt,elicientur. Primò de ſputo ſanguinis,quantum ad quantitatem non multus eſt & copioſus. Imò ſi volumus iſtam quantitatem æſtimare, dicẽdum erit potius eſſe paucum. Quia in ſpacio 24.horarũ non audio eam expuiſſe, niſi hoc manè paululum: ſanguinis quantitas erat 3.vel ad ſummum 4.guttæ, ampliores quantitate fortaſsis vnius vnguis, ita vt non ſit quantitas omnium ʒ.j. ſanguinis, ſubſtantia craſsiſsima eſt ſanguis & compactus, color obſcurus & F niger: quo ad miſtionem admiſtus eſt ſputo, ſed ita vt emineat ſupra omne ſputum, tanquam ſit flatuoſum aliquid, quod faciat eum ſupereminere. Heri videbam ſanguinem non admodum diſſimilem hodierno, niſi quòd copioſior aliquantulum erat, non multum tamen: & hæc ſunt, quæ bis vidi. Poſtea audiui ex chariſsimo marito,& aſtantibus eam ante ſex dies, cùm eſſet Venetiis, confertim & repentè expuiſſe ſanguinem copioſum, ad quantitatem dimidiæ ſcutellæ vna vice, G idque cum tuſsi,quę poſthac etiam ſemper durauit, ſed nunquam reiecerit ſanguinem deinceps niſi nunc. Medicus Venetus Maſſa, deterritus quantitate ſanguinis,ſtatim nulla alia re præmiſſa vo-

ſa voluit ſiſtere ſanguinem, & vſus eſt reprimen- A tib. à primis qualitatibus, vt frigidis: & ſecundis etiam, vt reſtringentibus, videlicet bolo armeno, tragacantho: & inuiſcantibus, vt portulaca: ita viſus eſt ſupprimi ſanguis, vt pauca quantitate eiiceretur: poſt hæc eiectus ſanguis per ſputa, non tanta quantitate, & ſemper circa horas matutinas. Et notandũ eſt, quòd manè quãdo excitatur, expuit ſanguinẽ. Toto reliquo tempore noctu & die, eiicit quidem catarrhum, ſed ſine ſanguine. De catarrho qui cũ ſanguine eiicitur, ſub- B ſtantia craſſus eſt, colore non albus, ſed liuidus, ſpumoſus nõ omnino quidem, ſed habet ſpumã intermiſtam cum ſubſtantia catarrhi, ſapore ſalſus dicitur, ſed ſecundùm diuerſa tempora maior & minor ſalſedo percipitur, ſemper tamẽ aliquid ſalſedinis habet, & ſemper cum tuſsi eiicitur per annum & dimidium. Dicit ſe præterea ſentire grauitatem capitis, ac veluti torporem quendam, vt ipſa appellat. Hæc ſunt quæ audiuimus & vidimus de catarrho & ſputo, quæ ambo diligenter C conſideranda, & vtrunq; curandum eſt. Incipiemus primò à ſputo ſanguinis, quod cũ tuſsi educitur. Ergo in pulmone eſt ſanguis ille, qui inſurgente virtute expellitur. Eſt enim tuſsis motus pulmonis, qui fit ad excernenda ea quæ ſunt in pulmone, præter naturam: vt & Gal. & Auicenna definiunt, & præcipuè Auicenna diligẽter diſtinguit huiuſmodi ſputa ſanguinis cùm dicit: Quando ſanguis expuitur, fit illud vel ſpuendo, tũc eſt in ore: vel ſcreando, & eſt in gutture: vel vomen- D do, & eſt in ventriculo: vel tuſsiendo, & eſt in pulmone. Hic per tuſsim eiicitur, ergo eſt in pulmone. Sed hìc poteſt à multis locis exire: non enim neceſſe eſt, ſi eiiciatur à pulmone, quòd ibi ſit primogenius affectus: videndum igitur an à pulmone exeat, an ex aliqua parte pectoris defluat, vel à capite deueniat, & poſtea per tuſsim expellatur. His enim modis poteſt ſanguis reiici à pulmone: vel enim à capite defluit, & ibi colligitur, ac inſurgente natura per tuſsim expellitur: vel ex ipſo E pulmone emanat, aut corrupta ſubſtãtia pulmonis percuſsione aliqua, vel acri materia: aut etiam non ex ſubſtantia pulmonis, ſed ex venis, apertis earum orificiis, vel diſruptis aut corroſis, vel ab aliqua parte pectoris. Videndum igitur vnde proueniat in hac M.D. Quòd ſi à pulmone, vel venis in eo cõtentis reiiceretur, tum eſſet iſta admiſtus ſpumæ, vt minima pars ſanguinis eſſet cum minima parte ſpumæ: ſanguis etiam floridior eſſet, & ſubtilis. vt teſtatur Galen. de Vſu partium. Et F ſi hinc deflueret, actum eſſet de M.D. Nec eſt à vena rupta, quia eſſet ſanguis rubeus & clarus in maiori quantitate, nec tam craſſus, quia putrefactus eſt. Etiã colligi poteſt, quòd ex longinqua parte ad pulmonem deferatur: videlicet vel ex capite, vel ex aliqua parte pectoris, ita vt morã aliquam faciat, antequam eò deueniat. Vtrum iam à capite ſit, an ab aliqua pectoris parte, in hoc, vt ingenuè fateor, ſum dubius: licet quod à capite deue- G niat, ſignum ſit, quia per nares etiã defluit, tamen his poſteriorib. diebus nihil per eas defluxit, neq; in faucibus dulcedinem aliquam percipit, quod fieret ſanguine per eas deſcendente. Heri aliquot

guttæ apparuerunt per nares defluere. Sed cùm inde non cœperit huiuſmodi ſanguinis excretio, ideo anceps ſum vtrum à capite an à pectore. Quòd autem à pectoris aliqua parte prouenire poſsit, patet: quia ſi ex capite deflueret, eſſet parata, & facilis excretio per branchos ſine tanta tuſsi. Hæc tuſsis tota die & nocte durat, & tamen eius paruam quantitatem eiicit horis matutinis, cum magna difficultate, quod ſignum eſſe ſanguinem in pectore & muſculis. Et aliud ſignum quòd nocte magis patitur quàm interdiu, quod ipſum etiam refert Auicenna in hoc caſu: & apparet etiã dolor in pectoris certa parte, qui arguit ſuper ſolutione continui. Si eſſet ſine ſolutione continui, ita vt ſanguis reſudaret, quod fieri poteſt ex qualibet parte, id fieret ſine dolore. Sed quando prouenit ex ſolutione continui, vt in inflammatione & apoſtematibus apparet, fit cum magno dolore, vt in pleuritide: longè igitur plures coniecturæ ſunt, quòd ex pectore emanet, & in hac parte anceps ſum propter difficultatem: non eiicit niſi poſt longam tuſsim, magisq; noctu quàm die laborat: ſanguis etiam propter morã longiorem in pectore craſsior eſt & liuidus, & dolorem ſentit tendentem verſus axillam inferiorẽ ſiniſtram in regione thoracis, idq; maximè tum cùm ſpuit ſanguinem, isq; dolor eſt in vna parte pectoris, licet per conſenſum neruorum faciat etiam dolorem circa ſpatulam: ſed ſiue à capite ſiue à pectore ſit, ſatis eſt, vt videmus illum ſcopulum, ne ſit à pulmone: à pectore quidẽ magis periculoſum, ſed tamen ſanari poteſt. Vtinã à capite, quia tum adhuc facilior curatio. Vtrum autem reiiciatur à pectore, vel quia aperiantur orificia venarum, vel quia reſudet, vel ſunt venæ corroſæ? Magna ſuſpicio eſt de corroſione, quia catarrhus ſalſus eſt, calidus & acris, & tuſsis eſt validi motus, qui dubium facit ne ſit rupta vena. Sed quia pauca quantitas, nõ credo ruptam venam aliquam: ſed eſſe arroſionem & abſterſionem aliquam, vt ſit in catarrho ſalſo. Ita credo ſputum ſanguinis in hac magnifica Domina prouenire à pectore propter apertionem orificij venæ alicuius, propter catarrhum ſalſum abſtergentem & erodentem, & motum tuſsis validiorem, & ipſam etiam naturã ſanguinis, quem credo in iſta domina ſubtilem eſſe & flatuoſum propter ſpiritus admiſtos. Apparet enim ex naturali diſpoſitione corporis & excrementis, calidum eſſe hepar. Item ex colore corporis, gracilitate abdominis, venis amplis, & quòd eſt prompta ad omnes actiones, quæ omnia ſunt ſigna caliditatis. Eſt ergo calidioris & ſubtilioris ſanguinis. Redundat autem pituita plurima propter ventriculi frigiditatem maiorẽ, quàm naturaliter debeat eſſe. Id quod ab actionibus iudicatur, quia ſcilicet pituitã generat, & alioqui ſequi videtur neceſſariò ad caliditatem hepatis, quæ ab ſumit pinguedinem omenti, & muſculos inferioris ventris graciliores reddit, & corpus extrinſecis aeris offenſionibus magis obnoxium: ſicut ſit omnibus qui ſunt calidi hepatis, vt ventriculum habeant frigidiorem. Hinc igitur ſanguis ſeipſo ſubtilior eſt, & propter pituitam admiſtam flatuoſus etiam. Propter quod cùm calor agit in ma-

r

teriam viſcidam, flatuatur: ita igitur ex naturali A etiam temperatura ſanguis facilè flatuatur, & expellitur per orificia venarum. Habemus igitur naturam morbi, materiam, locum affectum, & cauſas cur exeat ſanguis inde: videlicet propter abraſionem ac propter ſubtilitatem ac flatuoſitatem ſanguinis. Catarrhus oritur à diſpoſitionibus intrinſecis paratis ad catarrhum, quia hepar calidũ, ventriculus frigidus, & cerebrum ſi non à natura (ſicut omnino arbitror) tamẽ violenter factus eſt calidius. Ideo & catarrhus ſalſus eſt propter va- B pores calidos, qui eleuantur & miſcẽtur pituitæ. Et ita fit ſalſedo & catarrhus. Nam propter naturalem diſpoſitionem generatur plurimum pituitæ in ventriculo, & caput propter ſuam caliditatẽ venas apertas habet & latas, attrahit facilè, ſicut omnes qui calidi ſunt capitis, ſunt ſubiecti deſtillationibus, quia viæ paratæ ſunt, & propter caliditatem attrahitur materia. Stante autem huiuſmodi diſpoſitione naturali, cauſæ procatarcticæ facilè imprimunt. Solita eſt ſe multum exponere C ſoli, ad dealbandos crines, vt ſolent eiuſmodi nobiles & magnificæ mulieres: ocioſè vixit in deliciis: comedit fructus in magna quantitate, & omnia alia etiam quæ offeruntur ſine delectu, nec ſe exercuit mouẽdo corpus, igitur aggregata eſt materia & inſuper morata in ſole. Ergo non potuit non neceſſariò laborare catarrho. Hæc igitur eſt diſpoſitio naturalis cauſæ corporeæ, extinſecæ, & procatarcticæ. Hic catarrhus deſcendit per vias communes ad pulmones: cùm verò natura ſur- D git ad expulſionem, reiicitur cum tuſsi: durauit autem iamdiu propter cauſas iam enumeratas.

Prognoſticon. Nemini dubium eſt de ſputo ſanguinis, ſi à pulmone deueniret, quod actum eſſet de M. D. ſed quia, vt dictum eſt, vel eſt ex capite vel ex pectore (dico enim diſiunctiuè de iis, de quibus non ſum certus) vtrunq; curabile eſt, ſed maior erit difficultas, ſi à pectore. Hìc coniecturis agitur, non demonſtrationibus. Ægritudo curabilis eſt, ſed ſi tamen obedire nolit, ſecùs poteſt E contingere. Oportet igitur vt velit, quia illa altera ægritudo catarrhus ſcilicet, non tam facilè curabitur, vt ſputum ſanguinis: cauſas enim habet magis validas.

Cura. Oportet corroborare membra quæ generant catarrhum, habita ratione ventriculi, hepatis, pectoris, & viarum etiam. In alimentis oportet vtatur bonis cibis, generantib. bonũ chilũ, & minimè excrementoſis: quantum ad ſputum ſanguinis præſens, quod primo reſpiciendũ eſt, lau- F darem vt abſtineret à calefaciẽtibus ſanguinem, quæ enim eum refrigerant, & craſsiorem faciunt, magis conueniunt: quia qualitate peccat ſanguis & quantitate. Videndum igitur ne ferueat & flatuetur. Ideo diminuemus victum, & talem exhibebimus, qui generet bonũ ſanguinem, ſed paucum, vt carnes pullorũ & auium: & ſint cibi inuiſcantes, ſed non probo craſsiora, vt iura ex pede vitulino nunc in principio, quia metuo eſſe ſan- G guinem cõcretum, qui ſi putreſceret, eſſet magnũ periculum. Ideo abſtergere volui, & refrigerare magis quàm incraſſare: ideo ordinaui ptiſanã & aquam mulſam cum zuccharo coriandro, & ciba-riis lenioribus: ptiſana abſtergit & refrigerat: aqua mulſa, ſi quis eſſet ſanguis leuiter concretus, ſine arroſione ſolueret. Coriandrum præter abſterſionem & reſolutionem refrigerat etiam: volui etiam vt continuò lamberet mel roſatum, vt confortaret & abſtergeret, & ſi quid eſſet cõcreti ſanguinis, illud expueret. Nolui adhibere fortiora propter ſuſpicionem venæ apertæ. Aetius & Paulus in hoc caſu inſtituunt vſum mellis ſimplicis, ſed mihi mel roſatum magis placet, quod præter abſterſionem confortat etiam, & eſt ſuſpicio venæ apertæ, propter vſum continuum ceparũ & alliorum, quod inter ſigna Auicẽna in hoc caſu recenſet. Ideo Maſſa non vſq; adeò malefacit, dan do inuiſcantia & refrigerantia, in his perſeuerarẽ, & omnino abſtinerẽ à vino: quod tamẽ heri non potui ei perſuadere: noluit enim quicquã comedere, niſi vinum exhiberetur: ſi vos illi perſuadere poteſtis, vt omnino abſtineat, faciatis. Curabitis etiam vt aluum ſemper lenem habeat: ego deciſſem caſsiam: ſum autem impeditus propter fluxum menſtruorum, quẽ hac nocte habuit ſatis copioſè vt audio. De ſecanda vena. Galen. de Miſſione ſanguinis, propter duas cauſas venam ſecare iubet: vel ratione multitudinis ſanguinis, ſi ſit maior quãtitas, vel ſi propter impetum maiorem fluit ſubito motu, confertim ad aliquam partem: hic non eſt impetus magnus, nec tanta copia, aut quantitate effluit. Si tamẽ poſthac tanta copia appareret, vt diuerſione ſit opus, paulatim extrahendus erit: duæ vnciæ vna vice, idque bis aut etiam ter iterandum. Id enim obſeruaui in huiuſmodi diuerſionibus plurimùm prodeſſe: ſed ſi non ſequeretur maior impetus, planè abſtinerem: quia habuit copioſum fluxum menſtrui: vt ipſa natura videatur ſua ſponte diuertere. Ab euacuatione autem abſtinerem niſi retentis menſtruis, à morbo poſtea magis vrgerer: nec dum etiam excederem caſsiam & rhabarbarum, quod ſiſtit & purgat ſanguinem. Syrupos hactenus non dedi, ſed mel roſatum tantùm lambere iuſsi. Quòd ſi vultis alios, poteſtis ſyrupum roſa. iuleb ſaccarinũ vel roſaceum exhibere, cum aquis conſolidæ & plantaginis, ſi eſſet exulceratio: vel cum aquis boraginis aut betonicæ, ſi nulla exulceratio adeſſet. Denique ſecundùm impetum ſang. & qualitatem & quantitatem iudicabit Medicus continuè. De futuris enim nõ poſſum dicere. De catarrho poſtea longior cura erit reperienda: diligentiſsimè ſe gubernabit in ſex rebus non naturalibus. Abſtineat à mora ſub ſole: nec cum vitæ periculo conetur ſuos crines dealbare: ac illud conſideret, ſe tum melius habere, cùm ab huiuſmodi pernicioſa conſuetudine abſtinet. Habeat rectã victus rationem: contenta ſit vnius generis cibo, eumque parcè etiam comedat. Vinũ bibat parcè, tenue, dilutum, nec inter paſtus bibat vnquam: nec interdiu dormiat. Poſtea facerem diuerſiones per cauteria in cruribus: non enim aſpernanda ſunt: cum nihil illis ſit melius in defluxionibus continuis catarrhi. Laudarem denique omnem diuerſionem rectam, vt frictionem, &c. Optarem vt in continuo vſu haberet ſaccharum roſ. neque ab eo vnquam diſcederem: nam in catarrhi ſalſi deſcenſu plurimùm

mùm confert. Poteſt miſceri cum ſaccharo viol. poſſunt etiam addi ſemina aliqua frigida, vel etiá inuiſcantia, vt tragacanthum. Vtatur præterea maſticatoriis, & pręcipuè maſtiche ſimpl. quę tuta eſt: etiam ſi aliquid eius deſcenderet, confortaret pulmonem. Si vultis etiam caput corroborare, in aures immittẽdum eſt oleum amygd. amar. vel caputpurgiis vtendum. Hæc ſatis. Galen. 3. de Sympt. cauſis dicit: Cùm ſanguis fluit, id fit vel ratione ſanguinis, vel virtutis, vel inſtrumenti. A virtute ſolet accidere in criſi, cùm natura ſuperat morbum. Ab inſtrumentis, propter ſolutionem continui, vel aperta orificia: à ſanguine, ratione malæ qualitatis aut quantitatis.

CONSILIVM CLXI.

De catarrho & ſputo ſanguinis cum phthiſi, pro puero Hebræo. Anno 1546. Martij 20. hæc conſuluit.

PRIMò ſputa diligenter extinguantur pedibus in terra: nec expuat in muros aut lectum: quia periculum eſt à tabe, aliis dolorem haurientibus, pręcipuè conſanguineis & iuuenib. Comedat carnes vitulinas, pullinas, hœdinas, oua recentia cocta in aqua aut cinere. Vinum pauciferum ſit albumq́; Caput ſæpe lauetur, idq́; veſperi, quãdo amplius nõ exibit ædes ex lixiuio dulci, in quo decoquantur camomilla, maiorana, & agarici drach. vnam in petia ligata, & poſtea exprimantur. Aliquando terebinthinæ videlicet laricinæ, aut pinguedinis abietis accipiat ad quantitatem nucis, corroborabit caput, mundificabit pectus, & aluum molliet. Capilli incidantur, & in vertice ponantur huiuſmodi pulueres, capite prius mundato pectine.

R. Ladani electi ℥.ij.
Roſarum rubearum,
Sandarachæ ana ℥.iij.
Garyophyllorum ℥.j.
Maioranæ ℥.j.s.

Pulueriżentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & impoſita capiti permittantur per diem & noctem. Quouis manè loco ſyrupi bibat brodiũ, in quo decoquantur enulæ, marrubij, ſingulorum quantum ſufficit, & hyſſopi parum. Enula piſtetur ante, & poſt decoctionem fiat fortis expreſsio: quòd ſi guſtui ingratum eſſet, addatur mellis aut zucchari parum. Hoc per decem dies continuabit, poſtea quieſcet per quatuor aut ſex dies, & iterũ inchoabit. Interdum clyſteres fiant vſitati ex rebus ſolitis cum melle roſato, vel etiam ſimplici, cùm roſatum raròbene præparetur. Pruna non conueniunt illi, ſed paſſulæ ſunt conuenientiſsimæ.

Pro exiccatione catarrhi defluentis poſt omnimodas purgationes.

R. Sandarachæ,
Maſtichis ana ℥.ij.
Maioranæ,
Stœchados,
Florum maioranæ,
Sem. baſiliconis ana ℥.j.s.
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ,
Macis ana ℈.iiij.
Sandalorum omnium ana ℥.j.

Puluerizentur omnia, deinde miſceantur, & fiat puluis ſubtilis pro commiſſuris capitis, & imponatur veſperi capiti poſt pectinationem in introitu lecti, & manè etiam ſi volet. Pro diuerſione aliqua per nares vngat nares pinguedine anſeris: attrahit item per nares ſuccum maioranæ.

Etiam hoc monuit Scholares, vt in catarrho cum tuſsi ſicca & cùm nihil reiicitur, atque neſciant, vtrũ materia ſit tenuis vel craſſa, accipiant oleum amygdalarũ dulcium & addito zuccaro faciant loch. Eſſe enim vtiliſsimum & ſecuriſsimũ abſtergere & promouere ſputa. Itẽ poſſe ſic fieri:

R. Syrupi violati,
Comp. Meſ. ℥.j.
Penidiarum ℥.s.
Olei amygd. dulcium ℥.j. Miſce.

CONSILIVM CLXII.

De catarrho cum tuſsi, excretione ſanguinis, vigiliis, & corporis extenuatione, in colloquio cum Domino Frachanziano & Friſimelica, Anno 50. Aprilis die 23.

HABEMVS in hoc nobiliſs. viro duo, ratione quorum vocati ſumus, catarrhum, quo triennio laborat, & cum tuſsi excreuit ſanguinem. Quærit igitur à nobis de his conſilium. Nam quæ conſequuntur hæc duo, de iis poſtea dicemus, vt de vigiliis, & corporis extenuatione. Nunc de catarrho qui deſcendit à capite. Non enim eſſe, aut dici catarrhus poteſt, niſi deſcendat à capite ad diuerſas partes, & ita poſito catarrho, dicimus affectum eſſe caput. Membrum enim læſum eſt, cuius actiones ſunt læſæ. Nunquid cùm catarrhus ſit ex capite, etiam ſanguis ex capite? Fluit certè ex capite in pulmonem, ergo in capite eſt. Sed videamus, an ſit principaliter, vel per conſenſum. Caput dicimus eſſe affectum. Affectio in membris pluribus modis fit. Primò, cùm in eo principaliter eſt, & primogenia affectio dicitur. Secundò, quando ab aliis aduenit, quod per conſenſum vocamus. Hîc quæritur, an ſit per conſenſum, vel eſſentialiter, quia ad curationem hoc nos ſcire refert. Si dicamus, quòd ſit principaliter ortum à capite, quodq́; ſit primogenio à capite, nullo modo ſimpliciter verum eſt: ſed ſi intelligamus quòd primogenio afficiatur, quia fit ſuſcipere aptũ excrementa redundantia in corpore, propter ſuam debilitatem, quia ſemper fortiora membra ad imbecilliora demandant materias, poteſt concedi. Quia membrum non ægrum per ſe, ſed ſanum, tamen cùm ſit imbecillum, eſt aptum ad recipiendum excrementa. Crediderim autem in hoc viro, ſi vllum membrum aptum ad recipiendum excrementa, & debile ſit, hoc eſſe caput. Affectus igitur in capite per conſenſum eſt, & eſt intemperies cum affluxu materiæ. Quia intemperiem du-

plicem ponimus per eſſentiam, & per affluxum materiæ, quia propter imbecillitatem recipit caput omnem euaporationẽ. Vnde verò imbecillitas? Credo propter cerebri compoſitionem & intemperiem. Arbitror enim cerebrũ eſſe calidum à natiuitate, quia audio mobilẽ in omnibus operationibus cerebri, & validum eſſe, quod fit ratione caliditatis, præterea venæ oculorum tument. Quòd ad paſsiuas qualitates, inclinat ad ſiccitatẽ, eſt prõptus ad operationes. Magis enim acuit homines ſiccitas, quàm caliditas. Vnde Galen. in libro, Quòd animi mores, dicit ſiccitatem plurimùm conferre ad motum. Si vis argumentari, quòd ſit humidũ, quia multùm dormiuit: dico quòd ſomnus non indicat humiditatem naturalem, ſed aduentitiam, quia vapores intus ad cerebrum euehũtur. Ideo ſtatuo, cerebrum eius fuiſſe naturaliter calidum, & ſiccum, & ita aptũ erat ad attrahendos vapores, quia calida & ſicca ſunt apta ad trahendum. Item calidi eſt dilatare, & ita diſpoſitio ad recipiendum, quia venæ amplę facilius concedunt aditum. Eſt igitur intemperies cum affluxu materiæ, quæ attracta ab imbecillitate cerebri tum in compoſitione, & intemperie naturali. De intemperie aliorũ membrorũ quoq; videamus. Fuit ſemper gracilis & bilioſus, id indicat hepar eius calidum. Idem colores pilorum teſtantur. Habet igitur hepar calidum & ſiccum vel naturaliter, vel conſecutiuè: ita autem fit ventriculus frigidus, licet naturaliter nõ ſit frigidus, quia omenti pinguedo exhauritur, quæ adiuuat cõcoctionem, & muſculi abdominis tenues ſunt, quia exiccantur ab hepate calido, & inde frigidus ventriculus euadit. Stante frigiditate ventriculi, & caliditate hepatis, non ſolùm ſequitur quãtitas vaporum, ſed & qualitas. Tempore adoleſcentiæ, cùm non eſſet hepar tam calidum vel igneum, erant vapores mitiores, & ita cùm adoleuit, non potuit bene dormire: quia calor acrior euaporat, vt ex ferro: ſed cùm puer eſſet, optimè dormiebat. Cùm verò eſt factus iuuenis, primò ratione ætatis factum eſt hepar calidius, & acceſſerunt talia, quæ acuunt humores. Vſus plurimo coitu, inde exiccatur humor, & acuitur vapor. Exhauſta enim humiditate naturali, fit calor acrior. Deinde ratio victus idem potuit præſtare, ventriculo exiſtente imbecilli. Et ita ex ratione victus, & coitus, & hepatis calidi, eſt ventriculus frigidus, & multa in eo excrementa generantur. Non mirum igitur, ſi caput afficitur, quia Galeno 3. de Locis affectis autore, illi ſunt apti ad dolores capitis, in quibus hepar calidum, vnde plurimi vapores eleuantur, quibus miſcentur vapores frigidi à ventriculo, & deueniunt ad caput, & fit catarrhus diuerſus, ex hac collectione diuerſa. Fit autem varia proportio catarrhi, iuxta proportionem vaporum, efficiturq; diuerſus in ſapore, colore, & ſubſtantia. Subſtantia quidem aquoſus, vel craſſus, colore niger vel albus, ſapore ſalſus acidus, &c. Quod fit, vt dixi, ex varia commiſtione vaporum. Porrò deſcenſus catarrhi ad pulmonem cauſa eſt difficultatis anhelitus, quia fit repletio pulmonum, vnde ſe non poſſunt bene dilatare, quia iſta diuerſa materia replet pulmones.

A Vnde etiam vigiliæ ſunt, quia vapores calidi eleuantur ad caput. Fit verò acidus à frigiditate, & à putredine ſalſus: & in ſenibus plerunque acidus, quem vigiliæ ſequuntur, quia non eſt mitis vapor. Quantum autem ad ſanguinem, quòd à cerebro fluat, apparet ex eius ſubſtantia: eſt enim niger & groſſus: ſi à pulmone, floridus & tenuis eſſet. Et à ſignis aſsidentibus, quia videmus quòd expuit ſanguinem, non per tuſsim, & ex ſanguine effluente è naribus. A ſignis ſubſequentibus
B etiam, ſi à pulmone eſſet, corroſi pulmones forent, & is iam tabidus: nam Galen. dicit, non poſſe tales curari, qui expuunt ſanguinem è pulmonibus, & vix triduum viuere. Eſt igitur ex venis capitis, & per conſenſum capitis. Nam ſanguis calidus generatus in hepate profluit per venas & arterias, & venæ tument, & aperiuntur orificia venarum, & defluit ad pulmones, & ex illis excernitur per tuſsim: ſed procedit tamen generaliter à capite. Hactenus de morbis, cauſis, & ſym-
C ptomatis. Quantum ad curationem, cùm ſint membra affecta ex principalibus, & affectio quaſi naturalis ſit, vix poteſt curari, ſed debet præſeruari. Non igitur debet viuere, ita vt illi, qui habent membra naturaliter bene affecta, ſed eo modo, vt habeat rationem membrorum diſtemperatorum. Deinde videndum eſt, vt intercipiamus congeriem materierum ad cerebrum, vt ſit cerebrum ab his immune. Primò igitur interciperem aſcenſum vaporum, & ab hoc interciperem,
D ac deuenirem deinde ad cerebrum alterandum & roborandum. Ita primò cauſæ facienti conſulerem, poſtea morbo iam facto. Sed ante omnia euacuarem corpus, etiam miſsione ſanguinis, & pharmaco. Quæritur an ſanguinis miſsione debeamus euacuare. Clariſsimi domini volunt mittere ſanguinem, ſentio cum illis, quia multitudo ſanguinis dat indicationem euacuationis ſanguinis. Sed quia ſecundùm Galenum non ſemper emittimus ſanguinem, vt euacuemus, verùm vt di-
E uertamus & refrigeremus, vt dicit in Meth. de Miſsione ſanguinis. Duo igitur indicant in hoc viro mittendum: primò vt refrigeremus hepar, & diuertamus vapores, & ita mitterem parcè, ſicut fecit Galenus, vbi erant humores mali, qui etiam parcè mittebat, & epicraſiam vocabat, & alebat bene. Quod ad euacuationem, corpus eſt exiccatum: ideo timemus exiccationem ratione euacuationis. Exiccatio eſt in pharmaco duplex: cauſa euacuationis, & ratione ſiccitatis medicamento-
F rum. Euacuarem igitur lenibus, vt agarico, rhabarbaro, cum caſsia, vel manna, ſyrupo cichorij, oxymelle, melle roſato. Facta euacuatione, vtrum membra ſint confortanda? nunquid balnea etiam conueniunt, pro contẽperatione? Videmus ventriculum frigidum & ſiccũ, licet cùm adſit pituita, ſit frigida intemperies & humida. Sed naturalis intemperies eſt ſicca, & ita illi materiæ contentæ, videlicet pituitæ, debetur euacuatio, frigiditati autem & ſiccitati alteratio. At thermæ con-
G ueniunt ventriculo ratione frigiditatis, ſed ratione ſiccitatis non conueniunt. Vnde Galenus iubet ſemper conſiderare qualitatem vtrunque. Et ita ſi magis exiccauerint, augebis eius frigiditatẽ,

quia

quia caliditas fundatur in humido radicali. Sed an conueniant thermæ hę? Cùm ſit materia pituitoſa, conueniunt modicè, & paruo tempore exhiberi poſſunt, vt exiccetur pituita, & calefiat ventriculus. De aliis membris nō multa dico in præſentia Medicorum. Facta ei ſunt cauteria in cruribus, & rectè, quia experiētia & ratio dictat, quòd materia auertatur ad membra illa ignobilia. Obſeruetur igitur ratio victus. Pro capite laudo lotiones, in quibus agaricus, roſę, chamomillum, betonica, &c. roborant enim iſta. Et iis factis, credò illum optimè valiturum.

Collegium de catarrho cum ſputo ſanguinis in ædibus Montani, 23. April. Anno 1550.

CVRA FRANCANZANI.

EVACVATIO totius, poteſt præſtari pharmaco & ſectione venæ. An conueniat ſectio venæ? eſt corpus emaciatum, nec calidus catarrhus, & ita videtur ſuperſedendum à phlebotomia. Euacuarem pharmaco: abundant in corpore humores bilioſi, generati ab intemperie hepatis, pituita à frigiditate ventriculi. Lenirem caſsia & hiera, præpararem ſyrupo roſato recente, melle roſato ratione ventriculi, & de betonica, decoctum cichorei, boraginis. Euacuarem agarico (nam eſt medicina pectoralis) vel diaphœnico, quod eſt optimè præparatum. Facta euacuatione vna & altera. Quia corpus refertum, euacuarem caput per nares, piper, meſanthium cum oleo, & inunge nares: naſalia etiam quadrant, & etiam illa quæ attrahuntur per nares: poſtea ablue aqua hordei vel violacea, vt remoueas intemperiē calidā inductam. Poſtea bibat aquas thermarum Aponenſium. Sed habet caput calidum, ergo. Dico, etſi calidum erit, maius tamen iuuamentum ex roboratione ventriculi, & ex exiccatione capitis, quàm ex calefactione detrimentum percipiet. Poſtea roborarem caput, & refrigerarem ac exiccarem. Accipiat roſas, myrtillos, raſuram cupreſsi, chamomillam, aliquid ſampſuchi, & fiat lixiuium non acre, & embrocharem caput: habeat pulueres ex conſimilibus ad frigiditatem inclinantibus, abradat caput, & in ſacculo hos pulueres applicet. Interius diarhodon Abbatis non nocet ventriculo. Aromatici roſati, diarhodon Abbatis parum commiſce cum ſuccharo roſato. Pro diuerſione fluxus deueniendum erit ad exulcerationem crurum. Interim vtatur recto victu, caueat calida, & humida, non exponat ſe aeri malo. Vtatur per interualla aloe, pillulis de aloe, æſtate hiera cum caſsia.

FRISIMELICA.

Aliquando expuit ſanguinem, aliquando catarrhum: hæc trutinata ſunt à Doctore, dicam breuiter quæ videntur opportuna. Proponitur caſus, quòd laborat catarrho, qui eſt compoſitus quo ad qualitates: eſt enim aliquando ſalſus, aliquando dulcis, & ita etiam quoad ſubſtantiam, & etiam à principio natiuitatis laborabat catarrho: nunc laborauit eo maximè, & ſanguis profluit, quærit curam. Præponam temperaturam, eſt temperaturæ calidæ & ſiccæ. Hæc duo membra cor & hepar conſpirant ad id. Ventriculus eſt frigidus & humidus, malè concoquit, vt audio. Iſta membra difformia multa mala generare ſolent. His ſtantibus inquiram cauſam horum ſymptomatum. Cauſæ ſunt huius morbi, & puto originem omnium prorepere à capite, eſt intemperies in capite calida & humida. Tria genera cauſarum faciunt morbum, mala diſpoſitio corporis, mala ratio victus, & aer. Iſta tria ille habuit. Cura ſit incipere à membris mandantibus, & ita ad recipientia. Mandantia ventriculus & hepar: caput partim recipit ab his duobus, mandat toti corpori. Antequàm venias ad roborationem horum, primò euacua vniuerſum corpus, non ſeca venam: quia corpus eſt emaciatum. Deuenirem ad euacuationem corporis moderatam, ne exiccetur corpus, quia timeo ſiccitatem naturalem: nam ſuperfluitates exiccandæ moderatè. Euacuatio leuibus peragenda, agarico, &c. Euacuato corpore, roborarem ventriculum & iecur. An pro roborandis his exhibenda aqua metallica thermarum? ſum anceps, ſcio pro roborando & alterando ventriculo plurimum prodeſſe, pro frigido ventriculo valet, timeo caliditatem iecoris. Sed conſulemus iecori medicamentis? Sed ego timeo ſiccitatem corporis. Si biberet, inungendum eſſet iecur & corpus. Pro roboratione ventriculi aromat. roſat. diarrhodon cum zucchаro roſato. Pro capite: Euacuabo caput per nares, ſint moderati ſucci & caputpurgia. Euacuato capite deuenito ad alterationem ad leuem exiccationem. Moderatè calefacientia ſunt diuerſa. Laua caput ſæpe roſis & aliis. Laudo pulueres maſticis, roſarum & alios. Auenzoar applicabat illos pulueres vulgatos. Cum his non vadet, cùm eſt morbus in intemperie, debes euacuare, & alterare ac tollere cauſam generantem. Si non potes tollere cauſam, debes ſæpe euacuare materiam illam: ſi non potes facere, vertes aliò. Prohibebis generationem horum humorum, & victu & medicamentis. Si aucta materia, euacua pillulis, caſſia: ſin minus potes euacuare, diuerte ad membra minus neceſſaria. Laudo ego cauteria.

CONSILIVM CLXIII.

De catarrho cum ſputo ſanguinis, & febre, & tuſsi pro Veneto, dicta anno 1543. Ianuarij 30.

FRISIMELICA.

ORPVS totum eſt calidum & ſiccum: ex operatione patet, & colore, & duobus membris calidis, hepate & corde. Facilè iraſcitur, habet ægritudines cholericas multas, & eryſipelata. Caput calidum ex diſcurſu, an humidum vel ſiccū, neſcio, non ſunt mihi cogniti mores ipſius, ſed

tamen videtur habere aliquam humiditatem, renes calidi. Expuit ſanguinem, cruſtas incurrit,& febres ex intemperie. Nam morbi fiunt ex aere, malo regimine & intemperie. Sanguis deuenit à capite, & quia deſcendit ad pectus, cum tuſsi etiam eſt excretus, craſſus: niger à capite, rubeus à pectore. Cauſa catarrhi, intemperies capitis: & quia membra inferiora tranſmittunt capiti, catarrhus eſt ex diuerſa materia, quia aliquæ partes citrinæ, aliquæ albicantes: præterea quandoque inſipidus, quandoque ſalſus. Iſte catarrhus oſtendit maximam frigiditatem capitis, ſed partes calidæ ſunt propter hepar calidum, quod mittit vapores ſurſum. Materia deſcendens fecit ne vlcus? Sum anceps, quia ſputamina ſunt aliquantulum purulenta, vt mihi videtur, ſi non eſt vlcus, fumus prope vlcus: fortaſſe etiam aliqua materia in cauitate eſt collecta, & putreſcens facit febrem, aut fortaſsis etiam eſt fixa & hectica.

Prognoſticon. Difficile prohibere defluxum catarrhi, & cura dura, quia caput eſt maximè affectum & totum corpus.

Cura. Curetur mandans & recipiens. mandans eſt caput & vniuerſum ferè corpus, ſicut iecur, ventriculus, renes. & alterentur iſta, & antequam id fiat, euacuetur corpus miſsione ſanguinis, quia ægritudo magna, & ætas & vires conſentiunt: à baſilica euacuetur etiam. Deinde roborentur omnia, & caput per enarrata, per cauterium aut per ſinapiſmata, quæ ſunt ſingularia apud Galenum, fiant diuerſiones. Circa recipiens, pectus euacuandum & roborandum cum dictis ſyrupis de praſio, betonica, decocto farfaræ, & aliis, cum loch. 7. κατὰ τόπους. Zuccharum roſatum corroborat pulmonem. Eſt hic magnificus miles, qui viuit ſanus cum zuccharo roſato. Comedit enim illud multum & in maxima quantitate: ſi poteſt vti ptiſana, eſſet commoda. Patitur nobiliſsimus ille iuuenis, tuſsim ex deſtillatione catarrhi ſalſi, craſsi, & pituitoſi longo tempore. Expuit aliquando etiam ſanguinem. Habet interdum febrim, & tenſionem circa hypochondria, & vigilias. Sputum eſt purulentum. Quod ad temperaturam eius, in paſsiuis ſiccitas dominatur per totum corpus: in actiuis eſt inæqualitas. Hepar & cor calida eſſe, ex venis latis, & magno arteriarum pulſu conſtat. Ventriculus frigidus, quia ſuperabundat in eo pituita & vapores ad caput aſcendunt, cerebro exiſtente frigido & ſicco. Talia corpora ſunt deſtillationi obnoxia, vt patet ex libro de Locis affectis: quia propter caliditatem venarum, multi vapores petunt caput, & id propter frigiditatem, vel ſaltem remiſſam caliditatem eos conficere non poteſt, ideo infrigidantur, & accipiunt formam catarrhi. Deſtillatio igitur eſt ob dictas qualitates, & eſt ſalſa, propter aduſtionem ſicci terreſtris in aqueo humido, factam à vaporibus calidis adurentibus. Fuit autem intemperans in ſex rebus non naturalibus, præſertim in coitu, & cerebrum habet adeò ſiccum, & frigidum, vt non tantùm aliena excrementa, ſed & propria alimenta non poſsit concoquere: hinc

A plurima generatur pituita, quæ poſtmodum deſcendit per tracheam arteriam ad pulmonem. Et quia ſalſa eſt ſubſtantia, & mordax, excitat tuſſim, natura inſurgente ad expulſionem. Sputum etiam ſanguinis eſt ob ſalſum catarrhum erodentem venam aliquam in pulmone, vel muſculis thoracis, & facientem ſuppurationem. Idque teſtatur dolor in ſiniſtro latere præcipuè, ſed ea corroſio non magna eſt, quia non multum ſanguinis videtur, nec ſæua admodum accidentia.
B Febris putrida, pulſus magnus, vehemens & creber adeſt. Eſt enim putredo in pulmone ex materia ſalſa & pituitoſa, quæ per reſpirationem communicatur cordi. Ea verò cùm attigerit ſubſtantiam cordis, erit hectica. Tenſio hypocondrij dextri eſt è materia pituitoſa, à ventriculo deueniente ad venas meſaraicas, & obſtruente eas, ventriculo præſertim ob debilitatem non bene concoquente chylum. Vigiliæ propriam & immediatam cauſam habent ipſam cerebri ſicci-
C tatem, quæ efficit vigilias, ſicut humiditas ſomnum. Pituita enim præternaturalis non facit ad ſomnum, ſicut ſenes etiam in quibus abundat pituita propter ſiccitatem cerebri non poſſunt dormire, quia cruda eſt pituita, & non concoquitur à cerebro.

Prognoſticum. Stante tali intemperie, difficilè eſt eiuſmodi corpus reducere ad temperamẽtum proprium. Cùm autem non poſsit tolli cauſa, dif-
D ficilè tolletur morbus. Deinde omnis corroſio in pulmone, etiam minima, eſt difficillima curatu. Tertiò, pro aſsidentibus, arcendi ſunt proximi à conuerſatione huius ægroti, propter vlcus pulmonis, nec permittendum, vt ſputum exiccetur in cubiculo. Medicum etiã vidi incidere in phthiſin ex ſolo odore ſputi.

Cura. Hoſtis peſsimus eſt continua deſtillatio à cerebro, ea ſi remouenda, tollendæ eius cauſæ. Curetur igitur primò, vt ſit corpus mundum:
E darem caſsiam ſtatim. Vt ventriculus perpetuò eſſet mundus, darem rhabarbarum ſingulis diebus ad magnitudinem ciceris. Euacuato poſtea corpore pro auerſione materiæ, fiant cauteria in cruribus & humeris, quæ minus periculoſa ſunt, quàm ea, quæ fiunt in commiſſuris. Cibis vtatur refrigerantibus, & emplaſticis, chondro, farre, ptiſana. In ſingulis ferculis ponatur pes vitulinus, vel diachodion, vel gummi tragacanthi. Sumat ſingulis diebus mellis roſati vnciam
F vnam ſemis. Decocti betonicæ vncias tres. Conſert pectori, & ſupercomedat ſaccharum roſatum. Bis in ſeptimana ſumat caſsiam. Deſtillatio continua eſt, primò propter vapores aſcendentes ab ambitu totius, ac propter vapores aſcendentes ex ventriculo: deinde propter frigiditatem cerebri, non concoquentis alimentum proprium.

CONSILIVM CLXIIII.

G *De catarrho, & ſputo ſanguinis periodico cum febricula pro nobili Veneto in collegio cum Sonzino Vrbino & Friſimelica.*

HVIVS

HVIVS nobiliſsimi viri ſupponatur hepar, & cor calidæ admodum temperaturæ à natiuitate fuiſſe, & ventriculũ à natiuitate frigidum, ſicut hoc perpetuò accidit iis, qui habent hepar calidum. & rationabile eſt, quia tales non habent multam carnem in ſuis ventriculis, quæ vna cauſa in ventriculo faciens caliditatem, cùm videlicet plurima caro eſt in fundo ipſius: tum etiam, quia caliditas hepatis conſumit pinguedinem quæ in omento eſt, quæ etiam ad caliditatem facit: tum quia muſculi longitudinales abdominis graciles ſunt. Et ideo quia tales non habent muſculos amplos circa fundum ſtomachi, nec pinguedinem circa ipſum mirach, & circa cutem, ideo malè concoquunt. Præterea habẽt & hoc nocumentũ, quòd non retinent in ventriculo cibum, quâdiu debebat retineri pro optima concoctione, quia hepar propter ſui intenſam caliditatem attrahit ad ſe citius quàm oporteat. Habet igitur nobiliſsimus ille vir frigidum ventriculum à natura, cum hepate calido, addita omni mala victus ratione, & maximè coitu: quia vt audiui, in duodecimo ſuæ ætatis anno cœpit vti coitu immoderato admodum. Et nos ſcimus quòd in illa ætate, cùm fit incrementum, vix ſufficit alimentum pro incremẽto corporis, ideo non opus eſt vt aliò demandetur: & huiuſmodi habent texturas raras, vt non poſsint ſuſtinere ſanguinis miſsionẽ. Et ſcimus ex Galen. quòd maior fit euacuatio ex vnica ſeminis emiſsione, quã ſi quadrageſies mitteretur ſanguis. Ideo credo ego, quòd cauſa iſta fuerit efficaciſsima ad augẽdam ventriculi frigiditatem. Sunt & alia ſigna. ſolitus eſt redundare pituita acida, quam euomit aliquando. Habet præterea cerebrum inæquale admodum. Et quia video aliquos medicos hæſitare circa capitis temperaturam, ex hoc arguo cerebrum neque temperaturæ admodum calidæ, neq; admodum frigidæ eſſe: quia ſic faciebat Galenus 3. Meth. loquens de aceto: quia acetum non excedit neque in caliditate, neque in frigiditate: ideo, inquit, dubitauerunt multi an eſſet calidæ, an frigidæ temperaturæ. Ita ergo de cerebro iſtius nobiliſsimi viri, dico non excedere multùm per caliditatem, neque frigiditatẽ. Et primò quantùm ad agnata: pili enim ſunt albidi, & ſic capilli: an verò ſint molles & tenues, quia non tetigi, non poſſum hoc dicere: habent enim colorem atteſtantem ſuper debilitatem caloris, & ſuper aliqua frigiditate. Vtrum verò cùm remiſſa caliditate vel frigiditate iuncta ſit humiditas, vel ſiccitas? Si dicere debeo quid ſentiam, dico quòd magis ſiccitas dominatur: & ratio eſt, quia video promptitudinem operationum: & cum non ſit immenſa caliditas, ſed remiſſa, ſi ei iuncta fuiſſet humiditas, non fuiſſet ita acris ingenij: ſed vbi non eſt caliditas admodum intenſa, & ei iuncta ſit ſiccitas, illi promptiſsimi ſunt ad operationes, & acris admodum ingenij, & magis etiam, quàm qui calidi ſunt admodum cerebri. Ideo qui moderatam habent frigiditatem cum ſiccitate, illi ſunt acerrimi ingenij: propterea videmus melancholicos optimi ingenij eſſe, quia habent cerebri temperaturam

A frigidam & ſiccam, non tamen cum multa frigiditate. Arguitur præterea ex ægritudinibus calorem cerebri eſſe diminutum: & quia non poterat conficere alimentum ſibi demandatum, ideo puſtulis redũdabat, quæ puſtulæ à pituita ſalſa proueniunt. Habuit etiam à principio ſuæ ætatis redundantiam catarrhi per nares, quæ omnia arguunt ſemper debilem cerebri caliditatem.

Item ex mala victus ratione, & præcipuè ex coitu redditũ eſt frigidius, quia nos ſcimus quã-
B tum infrigidet coitus. Ideo quantum ad cerebrũ, crederem ego quòd ſit frigidæ & ſiccæ temperaturæ: & ſic etiam ventriculus, quia ſiccitas eſt ei naturalis cum caliditate remiſſa, quæ poſtea ad frigiditatem declinauit, tum propter inordinatũ regimen, tum propter coitum, cuius ſignum eſt redundantia pituitæ: cùm etiam hepar ſit calidæ & ſiccæ temperaturæ. Ex qua membrorum inæqualitate ſi ſtuduiſſet dedita opera in iſtas ægritudines incidere, nihil aliud feciſſet, & maximè ſi
C in fluorem ſanguinis deuenire voluiſſet. Primò enim habuit fluorem ſanguinis per nares, ſecundò per ſputum, tertiò per vrinam. Et iam ſunt ſeptem anni, ex quo patitur ſymptomata hæc. Præterea incidit in aliam diſpoſitionem peiorem, ſcilicet in catarrhi deſtillationẽ à capite, à qua procedunt ſymptomata multa: & præter fluorẽ ſanguinis habet tẽſionem circa hypochondriũ dextrum, & etiam quandoque cum dolore ad tactũ, quæ incipit in confinio thoracis, & membrorum
D naturalium. Patitur quoq; difficultatem anhelitus: & quæſiui ego diligentiſsimè, an percipiat ſonitum aliquem in anhelitu, & negat ſe ſentire. Habet præterea febriculam diuerſam quidẽ, quia prima vice qua tetigi ipſum, inueni calorem adurẽtem tactum cum pulſus inæqualitate. Heri verò cùm tetigi, ſenſi caliditatẽ quidem, ſed admodum remiſſam, & in pulſu non tantam inæqualitatem: & hodie reperi caliditatẽ adhuc minorẽ: & vrinæ rubeæ perſeuerant. Et iſta ſunt acciden-
E tia, quibus affligitur nobiliſsimus vir iſte. Et licet nunc non patiatur ſanguinis fluorem, tamẽ non minus eſt conſiderandus, quàm ſit catarrhus qui adeſt, quoniam natura ſanguinis nobis anſam & ad iudicandum, & ad curãdum maximã dabit. Incipiam ergo primò à catarrho, deinde ad fluxum ſanguinis deueniam. Quãtùm de catarrho, oportet primò videre in quo loco generetur catarrhus iſte: deinde, cuiuſnam ſit naturæ, & reliqua quæ in catarrho cõſiderari debẽt ac ſolent. Catar-
F rhus enim eſt ſpecies fluxionis: generatur vbi excrementa multiplicantur, vel in toto vel in parte, & in partem corporis imbecilliorẽ demandãtur. Quod contingit in iſto viro ex membrorum inæqualitate, & mala victus ratione, cacochymiæ multę, & deprauationes atque multorũ humorũ diuerſitates, & etiã ex animi accidentibus quamplurimis, quæ paſſus eſt nobiliſsimus vir iſte, ſecutę ſunt. His aggregatis cùm cerebrũ à natiuitate fuerit debile, & nunc maximè ſit debilius pro-
G pter cauſas iam dictas, non mirum eſt ſi iſte fluxionem patitur tũ propter vapores à toto, tum à ventriculo, & ab hepate aſcendentes. Et caput eſt magis aptum ad ſuſcipiendas ſuperfluitates, vt

dicit Galē.3. de Locis affect. quàm reliquum corpus, in quo eſt caliditas in ambitu venarum, & in hepate. Cùm verò cerebrũ naturaliter debile ſit, non poteſt difflare vapores illos nec cōcoquere & hoc nō ſolùm propter conſenſum, ſed etiā per eſſentiam, & ratione propriæ imbecillitatis: ideo verè rheumatizans eſt. Habet præterea texturam admodum rarā: ideo à quolibet extrīſeco tum calido tum frigido patitur mirū in modum, cùm etiam non habeant calorem innatum validum. Quãtum verò ad naturam catarrhi, tenuis eſt & frigidus, & inſipidus, quandoque tamen ſalſus. Quòd autem ſit tenuis, cognoſcitur ex hoc, quia fluit, & in principio tenuior adhuc erat. ideo Venetiis medici plurimùm laborarunt, vt craſſefacerent, ſicut refert magnificentia ſua. Quòd autē ſit frigidus, patet à ſubſtantia, quia pituita per ſe frigida eſt, niſi aliquid extrinſecùs adueniat. Præterea eſt pituita inſipida, quæ arguit maiorem frigiditatem. Ad hæc longam moram traxit, diu etiam perſeuerauit; ſed cùm catarrhi diu perſeuerant, licet ſint homines cerebri calidi, tandem fiunt frigidi. Tum etiam propter priuationem ſignorum catarrhi calidi, arguitur catarrhum iſtū frigidum eſſe: quia ſi eſſet coryza, quod nomen tractū eſt, ἀπὸ τοῦ κορύζειν, quod eſt lacerare & mordicare, quod etiam annotauit Auicenna, nares mordicaret: ſed non habet mordacitatem aliquā in deſcenſu, neque in naribus, neque in palato, neque in faucibus, & eſt ſine ſapore aliquo. Non habet præterea ſitim, ideo iudicandum eſt eſſe frigidum. Quòd ſi aliquando aliquam ſalſedinē habuerit, hoc fortè fuit, quia ſalſedo, vt voluit Galenus & Ariſtoteles, fuit propter putredinem humoris craſſi & aduſti: vel, vt voluit Auicenna, propter permiſtionem vaporum calidorum & acrium, fit ſalſedo. In iſto ab vtraque cauſa tum à pituita putreſcente, vt videbimus, tum ex permiſtione vaporum calidorum, quia totum & maximè hepar calida ſunt, à quibus euaporant vapores calidi & acres in non parua copia. Ideo in natura ſua frigidus eſt, & tenuis, & inſipidus, quandoque tamen ſalſus, propter cauſas iam dictas, & loquor de fluente. Quantùm ad deſcenſum videbimus, quòd habet tres vias per quas deſcendit: primò per gulam ad œſophagum: & nos vidimus, cùm acceſsimus ipſum, euomentem catarrhum, & pituita illa defluebat à capite. Item deſtillatio illa quæ eſt ad ventriculum, facit obſtructionem, & difficultatē anhelitus, quia tangit ipſum diaphragma, ideo poteſt facere anhelitus difficultatem. Alia via eſt per quam deſcendit catarrhus iſte, & eſt per venas capitis, & deuenit ad venas thoracis, & fortaſsè eſt occaſio non leuis quòd expuat ſanguinem. Tertia via eſt aſpera arteria, & deſcendit ad pulmonem, & excitat tuſsim, quæ eſt motus à natura factus ad expellendum excrementa in pectore contenta. Videndum modò eſt, an iſtud quod expuitur ſit in concauitate pectoris, quia locus ille non eſt debilitatus, nec dolor præceſsit, nec abſceſſus aliquis, ſicut ſolet contingere in epyematibus poſt ægritudines pectoris, & poſt pleuritidem, & poſt peripneumoniā. Ideo credo ego quòd ſit in ſub-

A ſtantia pulmonis. Vtrum modò ſit purulentus? Dico quòd non eſt immunis, nec liber omnino ab aliquali putredine, quæ fieri ſolet in humore qui poteſt putreſcere, & non deſcēdit ad fundum aquæ, quia non totaliter putridus eſt, & quia permiſtus eſt cū pituita ſpumoſa. Quòd ſi odoretis, ſentietis aliqualem putredinem, non qualis eſt illa quæ prouenit ab vlcere: & fit iſta putredo à caliditate hepatis & membrorū inferiorum, quæ reſoluit ipſius tenuiores partes. Poſſet etiam per

B admiſtionem bilis deferri per venas, quod non credo, quia bilis ſigna perciperentur. Vtrum verò ab vlcere facto in pulmone proueniat ſanguis iſte? dico quòd non, quia nullum eſt ſignum hoc indicans: nam ſi eſſet vlcus in pulmone, adeſſet febris fixa perpetua: & licet ſit exemplum Gentilis, neſcio quomodo potuerit ipſe imaginari, quo pacto etiam ſi inducatur callus in vena, non perſeuerat febris hectica. Præterea non audiui, quòd magnificēntia ſua incaleſcat poſt cibum,

C quod indicat mihi non eſſe febrem fixam. Ad hęc ſi tangetis arterias, non inuenietis in ipſis maiorem caliditatem quàm in reliquis partibus, quod quidem obſeruaui; neque etiam duritiem aliquam. Tum magnificus vir habet inæqualitatem in pulſu, quæ non conuenit pulſibus hecticorum, imò ſunt illi æquales. Præterea ſi eſſet hectica febris, colliquarentur ſolida membra: ſed non colliquantur, imò nutriuntur. Et ſic dico quòd non videtur mihi, quòd adſit febris hecti-

D ca. Neque etiam eſt ſuſpicio de phthiſi: quia ſi eſſet phthiſis, vt dicit Galenus libro primo de Locis affectis, volens indicare an vlcus ſit intrinſecum vel extrinſecum, dicit eſſe pus. Non igitur eſt phthiſis, quia non adeſt ſanguis cum pure, neque pus vllum, neque viride, neque pus quod non poſsit cōmiſceri cum ſputo. Ac vbi eſt vera tabes, non poteritis ingredi thalamum, quin percipiatis odorem malum. Præterea virtutes omnes cōnſtant: ſed ſi tabeſceret pulmo, non cōſta-

E ret virtus cordis, nec eſſet talis color, ſi eſſet conſumptio in ſubſtãtia membrorū. Sed quę eſt cauſa huius febris? dico quòd iſta eſt febris potius putrida, proueniēs ab humoribus pituitoſis emanantibus per venas pectoris, qui diffundūtur per ſanguinem, & faciūt febrem occultā, quam Græci Typhodē appellauere, & Laticam Arabes, quæ ſimillima eſt hecticæ. Et aduertatis quòd textus antiquus Auicennæ habet, cum rigore: ſed nouus ſtat bene, qui dicit: ſine rigore. Talis ergo

F febris eſt, nec ita facilè eſt iudicare, licet ſit calor præter naturam, & pulſus inæqualis: quia, vt bene dicit Galen. 4. de Cau. pulmonū & in de Loc. affect. loquēs de Antipatro medico, vbi materiæ ſunt in pectore contentæ, fiunt pulſus inæquales. Cùm igitur ſint in iſto humores in pulmone qui putreſcunt, faciunt calorem quendam præter naturam, qui medius eſt inter calorem febrilem & non febrilem, & faciunt etiam maximam inæqualitatē quæ fit propter vapores illos putri-

G dos eleuatos ad ipſum cor: & quia cor non poteſt ita bene euentari, ideo fit febris erratica. De fluore ipſius ſanguinis duo dicam: & primò de cauſis fluoris ſanguinis per ſputum: deinde de eo qui

per

per nares, & qui per vrinas, & quare cœnoſus aliquando fuerit. De ſanguine igitur qui per ſputum eiicitur, certum eſt quòd vel à ſuperiorib. vel ab inferioribus membris excernitur, & per tuſſim à pulmonis partibus eiicitur, & non per vomitum: quia tuſsis, vt iam dixi, eſt motus factus à pulmone, ad excernenda excrementa ipſius pulmonis. An verò ad pulmones à capite demandetur, plurima ſunt indicia quę poſsũt hoc perſuadere. Primò, quia ante fluxum apparet calor & grauitas circa ipſum caput, & cũ emanat ſanguis à pectore, illico ceſſat & calor & grauitas illa. Pręterea eſt & alia coniectura, quia eo tempore quo defluit ſanguis per tuſsim, eodem tẽpore defluit etiã per nares. Et ſanguis qui expuitur, niger eſt quandoque: poteſt etiã addi priuatio ſigni, quod eſt, quando à pulmone deuenit, ſpumoſus eſt, vt dicit Galenus 5. Aph. 14. & 5. de Locis affect. iſte verò ſine ſpuma eſt. Sed quia alij medici qui ipſum curarũt, non affirmarunt quòd à capite flueret, imò inquit, quòd ei dixerunt à partibus ſuperioribus pectoris emanare: ego, ſi quod ſentio in medium afferre debeo, dicerem à pulmone emanare, & non à capite. Et ad hoc me mouet autoritas Galeni in quinto libro de Tuenda ſanitate, qui dicit contra antiquos: Etiam ſanguis à capite defluit, dum fauces occupat, & ſi mordacitatem nullam habeat, tuſsim excitat, & maximè antequam venit ad pulmonem: nam ſi perueniret, ibi congelaretur & concreſceret, & faceret ſęuiſsima accidentia, & rigores maximos, & contractiones caloris, quorum neutrum huic accidit. Præterea ſanguis dum defluit, percipitur maximè in vigilia: ſed iſte nobiliſsimus vir nunquã percipit talem deſcenſum, ideo non poſſum perſuaderi quòd à capite defluat. Neque rationes, quæ iſtis difficultatem pariunt, vim aliquam faciunt: nam dicunt, cùm accidit iſti ſanguinis ſputum, percipit caliditatẽ circa caput & grauedinẽ, quæ cùm expuerit, ceſſat, quia credo hoc eſſe ex vaporibus eleuatis à partibus inferioribus qui petunt caput: dum enim ſanguis aggregatur, inflãmatur pulmo, & fit id quod fieri ſolet in peripneumonia: ſiquidẽ peripneumonia eſt inflammatio pulmonis. Cùm igitur ſanguis iſte tenuis permiſtus pituitæ à toto defluat ad partes pulmonis, inflammat ipſum, à qua inflãmatione eleuantur plurimi vapores qui petunt caput, & inflãmant & aggrauant ipſum. Et quia fluit à naribus etiã tunc tẽporis, dico quòd illa poteſt eſſe cauſa, quòd cùm ſanguis eſt feruẽs in toto, vel ab aliqua cauſa antecedẽti, vel à cauſa aliqua extrinſeca, à pluribus partibus poteſt ſimul erumpere: poteſt enim pars illius ſanguinis deuenire ad nares, & illinc fluere: & ſic eſſe cauſa quòd caput inflãmetur & aggrauetur, cùm ſanguis à toto trãſmittatur ad nares. Et quia quandoque talis ſanguis qui expuitur, niger eſt, ideo credũt iſti à capite prouenire. Sed poteſt etiam à pulmone fluere, & eſſe talis coloris: quia ſcimus, quòd nihil citius putreſcit quã ſanguis, cum eſt extra venas. Ideo quãdoque apparet rubeus, quia illicò cùm exit venas expuitur: quandoque verò ſubniger, quia facit moram, & in principio apparet aliqua-
A liter ſpumoſus ex vehementi tuſsi: cùm verò facit moram, deficit eſſe ſpumoſus. Quia bene valet argumentum: Expuitur ſanguis ſpumoſus, ergo prouenit à pulmone: non tamẽ valet eius oppoſitũ, non eſt ſpumoſus, ergo non prouenit à pulmone: & hoc dicit Galenus 5. Aph. 13. qui dicit: Quicunque ſanguinem ſpumoſum expuunt, his è pulmone eductio eſt. Galenus in fine illius cõmenti dicit, quòd cum is ſanguis qui expuitur, ſpumoſus eſt, indicat vlcera in pulmone, ita quod
B verè dicatur ſolius pulmonis vlcera indicari, non verò vlcerato pulmone ſpumoſum expui. Dicit Galenus: Sępius enim vidimus quoſdam ex alto cadẽtes, vel calcitratos, atque in palæſtra percuſſos, ſanguinem plurimum expuere cũ tuſsi bene coloratum, ſine vllo dolore, quem ratio dictat ex aliquo pulmonis vaſe diſrupto prodire. Et ſic dico quòd licet non ſit ſpumoſus, poteſt tamen à pulmone exire: neque credo quòd à ſubſtantia pulmonis exeat, ſed à venis in eo exiſtẽtibus. Sed
C contrà inſtabis, ſi à pulmone, ergo phthiſis. Dico quòd non valet, quia triplex poteſt eſſe cauſa exitus ipſius, vel apertio ortificiorum venarum, vel diſruptio, vel corroſio ipſarum. Dico quòd quãdo eſt corroſio in ipſis venis, quòd tunc caueat à phthiſi: cùm verò diſruptio eſt in venis, quia vt plurimùm, ſicut dicit Galenus 5. Meth. propter ſolutionem continui fit inflammatio, & ſic fiunt tabidi: ſed ſi ante triduum eis occurratur, plurimi ſanantur: quia ſi prohibeatur inflãmatio, tũc
D ſanantur: ſed ſi ita relinquantur, poſt triduum, ſequitur inflammatio, & ſic tabidi fiunt. Sed in apertione orificiorum venarum, quod in extrinſecis partibus videmus quandoque, quòd in naribus aperitur aliqua vena, quæ poſt fluxionem ſanguinis clauditur: ſic etiam dicendum in interioribus, quia illa orificia clauduntur: & nos curauimus annis præteritis Cameranum, & alium doctorem de Batagliis, qui ſpuebat ſanguinem ex apertione orificiorum venarum. Eſt tamẽ hoc
E etiam periculoſum, quia poteſt contingere quòd ſanguis ille non bene excernatur, & cùm ibi retineatur putreſcit, & putrefacit quod ſibi proximum eſt: quia quod tangitur à putrido, putrefit. Et ita credo eſſe in iſto nobiliſsimo viro, quòd orificia venarum pulmonis aperiantur quandoque, & fuerint cauſa expuitionis ſanguinis: & quia bene mundificatus eſt, & expuitur totus ille ſanguis, non cauſat accidẽtia talia. Sed adeſt tuſſis maxima, quæ ſi perſeuerabit, credo quòd faci-
F lè ad rupturã venæ deueniet. His ſtantibus, quid dicendum de hac ægritudine? quia eſt deſtillatio perpetuò perſeuerãs à capite ad pulmonem & ad pectus, & fluxus ſanguinis periodicus à pectore timendus eſt, & eſt tuſsis vehementiſsima, propter quã maius adhuc inſtat periculum de ſputo ſanguinis. Dico quòd ſtantibus eiſdem cauſis ſequuntur ijdem effectus: quia niſi remoueatur illa mala cerebri & ventriculi intemperies, in peius quoque dilabetur. Sed quomodo reduce-
G tis cerebrum & ventriculum ad propriũ temperamentũ? quia nõ facile erit, imò difficillimũ, maximè cùm ſit lapſum ad cõtrarias qualitates, à caliditate ſcilicet ad frigiditatẽ, eſt tamen poſsibile.

Sed

Sed id, quod mihi facit difficultatem, eſt, quia dicit Galenus 1. Aphor. oportet ſeipſum præſtare obedientem, & non tantùm medicum oportuna facientem. Et quia morbus eſt longus, certè credo quòd non poterit pati optimam victus rationem, in ſex rebus non naturalibus, & maximè in cibo & potu, in animi accidentibus, & in Venere, quia (vt credo) habet pulcherrimam vxorē. Et ſic poſsibilis eſt cura, ſed difficillima, ſi quæ alia ſit. Quia verò adeſt iſtud ſputum ſanguinis: & vos ſcitis quid dicat Hippocrates in quarto lib. Aphoriſm. Sanguis eiectus à quacunque parte corporis, malum. Præterea adeſt multitudo catarrhi, quæ maior eſt, quàm ſit cibus & potus quem aſſumit: & eſt malus etiam, quia purulentus, varius, quia ſubtilis & craſſus: & tam diu perſeuerat, ideo mali moris eſt, quia fuit curatus ab excellentiſsimis medicis, & tamē non potuit ſanari. Ideo dico, quòd licet ſit viaticum, habet tamen iter longum admodum: propterea attendēdum eſt ad virtutes non tantùm præſentes, quia propter longam ægritudinem tandem fient debiles, & ſic non facile eſt prognoſticari. Credo tamen quòd poſsit curari, & quòd ægritudo longa ſit, eradicabilis tamen: & quia virtutes in hoc itinere tam longo poſſent deficere, ideo illis prouidendum eſt maximopere. Quantùm modò attinet ad curam, vos ſcitis eſſe ſententiam Galeni quinto Methodi, in capite de Cura catarrhi, vbi eſt ſputum ſanguinis, à leuioribus non eſt inchoandum: quia ſic facere, eſt parare ægro longum interitum, ideo à fortiſsimis inchoarem curare. Et Galenus in eo loco à tribus maximis & validiſsimis inchoat: primò cū validiſsimis euacuantibus, & ſæpiſsimis: & legatis ipſum, quia docet facere quaſdam pillulas cum agarico, quæ valde ſimiles ſunt pillulis cochiis, & ſæpiſsime euacuabat: ſecundò in ſynapiſmis fortibus: tertiò in corroboratione membrorum, ad quam intentionem perficiēdam vtebatur diaſpermaton, & theriaca noua, & antiqua. Ideo in primis curādum eſt, vt corpus iſtud exquiſitè euacuetur: & circa euacuationē huius corporis propoſita ſunt duo inſtrumētā: primum fuit emiſsio ſanguinis: ſecundum pharmacia. Quantùm ad euacuationem, poſſumus ipſam facere. Quantùm ad indicationes ſumptas à cauſis antecedentibus: ſunt enim vapores calidi, & multi aſcendentes à toto ad ipſum cerebrum, ideo inſurgit vna indicatio, quòd remouenda eſt caliditas hepatis, quod fiet per euentationem ſanguinis, vt videmus etiam ex vrinis; quia ſunt rubeæ, quæ indicant etiam de quantitate ſanguinis, & ideo poſſet ex hęmorrhoidibus, ſi apparuerint, fieri. Et licet adſit multa pituita, tamen poterit fieri parciſsima: quia dicit Galenus quinto Methodi, & quarto de Tuenda ſanitate, quòd vbi eſt putredo miſta in febribus, etiamſi indigeamus phlebotomia; debemus tunc vitæ theſaurum conſeruare, qui eſt ſanguis. Et idem dicit Auicenna primò & quartò. Quantùm poſsibile eſt, caue à miſsione ſanguinis, quia eſt theſaurus vitæ. Et iſtud corpus indiget magis euacuari per pharmacum, quàm per miſsionem ſanguinis. Ideo ſi feceritis copioſam phlebotoA miam, facietis multa incōmoda, tum quia ſuſpicio eſt de ruptura venæ: & ſcitis Galenum in de Miſsione ſanguinis dicere: Non ſolùm faciēda eſt phlebotomia, quando magnus eſt morbus, ſed etiā quando futurus eſt magnus. & quinto Methodi & Auic. capite de Catarrho: Vbi corpus diſpoſitum fuerit ad rupturam venæ, & pectus anguſtum fuerit, & ipſe fuerit longus, & ſi nunquam inciderit in rupturam venæ, mittas tamen ſanguinem propter præcautionem: & ſi cùm ſit B multitudo ſanguinis, ratione cuius ſoleant rumpi venæ, vel cùm ſanguis ſolitus ſit erumpere ad partes pectoris, tunc indicatio eſt de miſsione ſanguinis. Quia autem in Vere maximè ſolet abundare, ideo indicatione ſumpta ab hoc, non eſſet malum mittere ſanguinem in iſto ſubiecto, & hoc vt prohibeamus vapores aſcendentes ab hepate ad caput, vel ratione auerſionis. Ideo paulatim extraherem, verbi gratia, vncias duas: deinde nutrirem, & iterum alias vncias duas, & ſic iteC rum nutrirem, & ſic partiremur. Quantùm verò ad euacuationem, dico quòd totum debet eſſe exquiſitè euacuatum, quiá tunc caput magis potens erit ad excernendum proprias ſuperfluitates, & debemus vti euacuationibus quæ trahant à capite. Ideo in ſingula hebdomada euacuarem ipſum, cum rebus tamen leuibus, & non dimitterem agaricum: quod ſi vomitum excitaret, abſtineremus ab ipſo, ſed prius tentarem an excitaret. Exhiberem igitur florem caſsiæ cum agariD co, vel terebinthinam, vel cum confectionibus conſuetis, vt eſſent pillulæ aggregatiuæ, quæ optimæ ſunt, quia haberent quicquid habent illæ pillulæ Galeni: nam in illis eſt rhabarbarum, agaricum, ſcammonium, & portiuncula colocynthidis, cum myrobalanis: purgarem cum cochiis: pilulæ etiam de hiera cum agarico ſunt leuiores. Sed quia non euacuamus, niſi concocta materia, eaque diuerſa ſit in pectore, alia enim eſt craſſa, alia fluida: ideo diuerſa præparatione indigēt quæ E fluunt, & quæ craſſæ ſunt. In craſsis vterer rebus abſtergentibus, & incidentibus: in fluidis autem incraſſantibus, & hæc de materia iam fluxa. Quæ autem à capite defluunt, videntur præparatę: neque enim admodum craſſæ, neque admodùm tenues, neque parietibus adhærentes ſunt. Ideo pro inciſione materierum craſſarum, quæ in pectore continentur, vterer rebus valde incidentibus & abſtergentibus, vt eſſet ſyrupus de liquiritia, ſyrupus de farfara, de hyſſopo, de betonica, F & cōnſimilibus. De corroboratione verò membrorum mandantium & recipientium, primò de recipientibus cùm bene euacuata eſſent, vterer zuccaro roſato in maxima quātitate, & bolo armeno: nam bolus armenus ſimplex poſt purgationem prohibet deſcenſum catarrhi ad pulmonem: & vterer etiam theriaca noua & veteri: ſed cùm ſunt vigiliæ, noua: quando non adſunt, veteri. Et vellem vt acciperet mirobalanos chebulos conditos, quia confortant ventriculum, cereG brum & hepar. Quæritur modò, an ſtillicidium in hoc caſu capiti conueniat. Et quia dixêre aliqui, quòd temperatura huius capitis eſt calida & ſicca: quod ſi ita eſſet, minimè conueniret, quia

dicit

dicit Galen. de Tuen. ſanit. iis qui ſunt calidi & A
ſicci capitis, non conueniunt thermæ,qua magis
augent affectum. Sed ſi quis dixerit,quod bene à
natiuitate caput fuit calidum & ſiccum, nũc au-
tem permutatum ſit ad frigidum & ſiccum. Ideo
non abſtinerem à balneo calido:imò credo quòd
per ipſum reducerẽ cerebrum ad proprium tem-
peramentum calidum & ſiccum : prius tamen
quærerem caput ex omni parte expurgare, & cũ
caputpurgiis, non tantùm ex aqua maioranæ,
betæ, & violarum, quia videntur illa fruſtrà ad- B
hiberi : ſed deuenirem ad ſuccum cyclaminis, id
eſt, panis porcini,& ad alia huiuſmodi, quæ ma-
ximam vim in expurgando capite habent. Abſti-
nerem à gargariſmis, quia ſuſpecti ſunt propter
deſcenſum materiæ:nam maiorem quantitatem
ipſius traherent. Quantùm ad maſticatoria, vte-
rer maſtiche ſimplici primò, deinde ſtaphiſagria
cum pipere, vt per os catarrhum expueret, ne ad
pectus deſcenderet. Ad reliquas diuerſiones,
quia factum eſt cauterium in genu ſiniſtro, face- C
rem etiam in dextro, & in aliis quoque partibus,
ſicut in brachio & collo, quia ab iſta ægritudine
imminet maximum periculũ. Accederem etiam
ad ſynapiſmos ex thapſia,ex flammula Iouis, ſeu
rhannunculo. Cauerem tamen à cantharidibus,
propter illum mictum ſanguinis. Et ſic procede-
rem cum reliquis huiuſmodi veſicatoriis,quæ fa-
cerent cruſtas. Deinde ſuper caput, pro con-
fortatione apponerem pulueres ex ladano, ga-
ryophyllis, & agarico, pari portione. Vellem & D
vt caput lauaret cum aqua, in quibus decoctæ
eſſent herbæ calidæ, & odoratæ, quas propter
temporis anguſtiam prætermitto. Haberet præ-
terea pomum quod continuè odoraret, confe-
ctum ex rebus odoratis: vt ex nigella, ladano,
nuce muſcata, garyophyllis, mace, ambra, mu-
ſco. Et hac via procederem.

CONSILIVM CLXV.

De tuſſi ex catarrho cum ſputo ſanguinis, pro adoleſcente Bononienſi. E

DISPOSITIONES præter naturam
huius adoleſcentis nobiliſs. in membris
eſſe ſpiritualibus nemo dubitare poteſt:
tuſsi enim affligitur, quæ earũ partium
proprium ſymptoma eſt: & quod per tuſsim ex-
cernit, Catarrhus eſt craſſus,virulentus ſubniger
ad citrinitatem quoque declinans, quandoq; ſal-
ſus: & præter huiuſmodi catarrhum ſanguinem
etiam nonnunquam expuit quantitate paucum, F
colore (vt audio) varium, quãdoque enim atrũ,
quãdoque rubentem. Hactenus in promptu eſt
ſymptomata contemplãti, quæ pars corporis af-
fecta ſit. Iam verò duo ſuperſunt cognitu diffici-
lia, ſine quorũ cognitione vera curatio non po-
teſt inueniri. Primum, vtrum vitio ſpiritualium
vtrumque ſymptoma cõtingat, catarrhus inquã
& ſputum ſanguinis,an alterum tantùm,vel neu-
trum:an verò nihil iis patientibus,quantum in ſe
eſt,aliunde deferatur materia atque oriatur. Cui G
alia quoque annectitur difficultas : nã vbi etiam
conſtaret aliunde fluere iſtas materias,ad hæc ſu-
pereſſet inquirendum,cuius membri vitio id fiat
principaliter,an cerebri an ventriculi,an hepatis,
an omnium, vel plurium ex iſtis? Altera princi-
palis difficultas eſt cogitare, quæ pars ſpirita-
lium potiſsimum afficiatur, vtrum muſculi, an
cauitas pectoris, an caro pulmonis, an branchi,
& lenes arteriæ, & venæ, vel plura ex iſtis. Hæ
ſunt difficultates, ſine quarum exquiſitiſsima cõ
gnitione & diſtinctione, neceſſarium eſt cura-
tionem etiam cæcam, & fortunæ deſtinatam eſ-
ſe, non electioni, aut arti. Ad primam igitur dif-
ficultatem audiuimus nobiliſsimum iuuenem à
primis ſtatim annis ſemper ſubiectum fuiſſe de-
ſtillationibus, ex quo arguitur vitium & affectũ
fuiſſe in cerebro eius, cuius ratione plurimis ex-
crementis redundauit. Vel igitur humiditas ce-
rebri naturalis (teſte enim Galeno ſecundo li-
bro Artis medicæ, cerebrum humidum, excre-
mentoſum, & deſtillationibus ſubiectum eſt)
vel hoc fuit nõ naturalis humiditatis ratione, ſed
frigiditatis potius, quæ etiam ſiccitati coniuncta
fuit:talis enim temperies cerebri frigida & ſicca,
fortè etiã magis quàm humida, deſtillationi ſub-
ijcitur, non quidem ipſius temperaturæ rãtione
(à ſicco enim quatenus ſiccum eſt, nullum pro-
uenit excrementum humidum) ſed quoniam in
frigido & ſicco cerebro neceſſariò plurima excre-
menta colliguntur, tum quia proprium alimen-
tum non bene conficit caliditatis defectu, tum
quia non bene difflat & diſcutit excrementa,tum
etiam quia ſuperfluitates reliqui corporis ad tale
cerebrum propter imbecillitatẽ facilè aſcendunt,
neque difflantur. Neceſſe eſt igitur vt colligãtur,
condenſentur,& multiplicentur,vnde oritur de-
ſtillatio. Cerebrum igitur huius nobilis iuuenis
eſt frigidum potius & ſiccum in ſuapte natura,
quàm humidum. Argumento eſt tum ipſius ca-
pitis forma, tum animales operationes intrinſe-
cæ, ex quibus frigiditas & ſiccitas cerebri argui-
tur : hæ enim duæ qualitates in cerebro maximè
faciunt ad prudentiam, quemadmodum erat A-
riſtot. & Galeni ſententia: & non, vt vulgus me-
dicorum opinatur. Stante tali diſpoſitione ce-
rebri, accedit poſtea naturalis hepatis caliditas,
quæ arguitur ex amplitudine venarum, & co-
lorẽ cutis ſubnigro & pilis. Accedit præterea
cordis caliditas, quod indicatur ex promptitu-
dine ad iram, & ex motu arteriarum. Vbi au-
tem huiuſmodi temperatura calida hepatis fuerit
cum frigiditate & ſiccitate cerebri cõiuncta, ma-
xima occaſio exoritur ad deſtillationes & catar-
rhos generandos : caliditas enim hepatis ſangui-
nem feruentem bilioſumque generat, à quo con-
tinui vapores ad cerebrum eleuantur. Ideo de
Locis affectis Galenus dicebat, eos maximè ple-
nitudini capitis eſſe ſubiectos, qui calidi hepa-
tis ſunt. His poſtea ventriculi imbecillitas ac-
cedit, & fit integer circulus, & perfectus omni-
no, vt nihil etiam deſit iam ad omnem numerum
cauſarum catarrhi explendum. Imbecillitatem
autem ſimul vẽtriculi eſſe inſignem in hoc nobi-
li iuuene,multa declarãt, ſiue iſta imbecillitas ſit
naturalis, ſiue acquiſita:hoc enim mihi non con-
ſtat, niſi quod potius crediderim fuiſſe acquiſi-
tam : habuit enim cauſas extrinſecas ad vẽtriculi

robur debilitandum validiſsimas, ſed præcipua fuit illud aſsiduum ſtudendi munus horis etiam importuniſsimis, quod cuilibet etiam mediocri patet, quantum poſsit in corrumpenda concoctione, & omnibus ventriculi viribus relaxandis. Acceſſerũt & aliæ cauſæ extrinſecæ validiſsimæ, videlicet moleſta animi accidentia, & mala victus ratio in omnib. ſex rebus non naturalibus, quæ potuerunt ſimul & cerebri & ventriculi vires debilitare. Sed tarditas etiam concoquendi cibum, manifeſtiſsimum ſignum eſt imbecillitatis ventriculi. His ergo omnib. ita ſe habentibus, non eſt difficile iudicare catarrhum in pectus deſcendere, per conſenſum ſcilicet aliorum mẽbrorum: primò propter imbecillitatẽ cerebri aggregantis plurima excrementa ratione ſui temperamenti frigidi & ſicci: ſecundò propter intemperiem calidam & ſiccam hepatis, ratione cuius plurimi & aſsidui vapores aſcendunt ad caput: tertiò, ratione ventriculi tardè & diminutè concoquentis, & plurimam pituitatem generantis, cuius vapores perpetuò ad caput aſcẽdunt per vias latas. Tot igitur ſunt cauſę deſtillationis. At cùm potius ad pectus deſcẽdat, quàm ad alias partes, neceſſe eſt aliquam quoque occaſionẽ eſſe in ipſo pectore, cuius ratione ad illud potius, quàm ad alias partes materia deſtillat, inter quas potiſsimã iudicauerim præparationem loci: ad nullas enim partes commodius deſcendit materia fluens à capite, quàm ad bronchũ, ſeu caput laringis, quod ſemper a pertum & præparatum eſt, propter neceſsitatem reſpirationis. De cauſa autem ſalſedinis catarrhi, quam interdum percipit, non eſt difficile videre: facilè enim ſalſus effici poteſt, propter vapores calidos ab hepate abſcendentes. Quòd verò non perpetuò ſalſus percipiatur, ſed rarò admodum, ſignum eſt maximum, inſignem eſſe intemperiem in vẽtriculo, cuius ratione plurima pituita generatur, quæ poſsit omnem acrimoniam humorum retundere: ſignum etiam eſt cerebrum immodicè frigidum; & ipſum retundere ſalſedinis cauſas: & inde eſt quòd quoties ſalſedinem percipit, ſicut ipſe refert, prius illi incaluerat cerebrum ab aliqua cauſa extrinſeca. Quòd etiam catarrhus per antiquam tuſsim à pectore eiiciatur ſubtilis admodum & fluens, indicat cruditatem & frigiditatem catarrhi propter cauſas prius commemoratas. Quòd verò quando à pectore excernitur, craſſus, quandoque ſubuiridis, quãdoque etiam ſubniger eſt, indicat plurimam moram factam in pectore calido, vbi partes ſubtiles fuerunt reſolutæ, àddita etiam aliqua putredine propter nimiũ calorem. De ſputo autem ſanguinis, quæ ſit eius natura, & quæ cauſa, in ſecunda difficultate dicetur. Et hæc ſatis de prima difficultate à nobis propoſita. Nunc accedamus ad ſecundam, quæ talis erat, Vtrum ſanguis iſte per tuſsim reiectus, vel à cauitate pectoris, vel à carne pulmonis, vel à bronchis, vel lenibus arteriis, vel à venis in pulmone exiſtentibus excernatur? Plurimùm enim refert, & ad prognoſticũ de eo quod futurum eſt, & ad cognitionem præcipuè curationis, vtrũ ſit hoc, vel illo modo. Circa hanc partem coniecturis procedere oportet;

A res enim cognitu difficillima eſt: primò tamẽ re-
mouebimus ea, quæ mihi nullam difficultatem
faciunt. Neque à carne pulmonis ſanguinem illũ
excerni veriſimile eſt: nam neque hoc eſſet ſine
febri in habitu, neque ſine pure, neque ſine fœto-
re anhelilus: tum enim maximum vlcus adeſſet,
cùm nulla corporis pars facilius putreſcat, quàm
caro pulmonis. Præterea ſanguis à pulmone eie-
ctus ſpumæ ita eſt admiſtus, vt minima pars ſpu-
mæ parti minimæ ſanguinis admiſta ſit. Non etiã
B prodire ab arteriis, ſatis indicat ipſa primùm craſ-
ſior ſanguinis ſubſtãtia: deinde, quoniam perpe-
tuò ſanguis exiret: non enim poſſet cõſolidari ar-
teria pulmonis. Si etiam à bronchiis vel aſperis
arteriis eiiceretur, propter ipſorum ſolutam con-
tinuitatem, aliquid ex ipſorum ſubſtantia prodi-
ret ſimul, quod nunquam viſum eſt. Quòd etiam
non prodierit ex rupta vel corroſione alicuius ve
næ in pulmone exiſtentis, facilè inde coniicitur,
quòd & maior copia ſanguinis exiret à vena vel
C corroſa, vel diſrupta. Neq; poſſumus dicere fuiſſe
conſolidatam, quia corroſa nunquam conſoli-
dari poteſt: diſrupta verò intra triduum poteſt
conſolidari, poſtmodum autem nũquam, vt Ga-
lenus quinto libro Methodi docet: videmus e-
nim in nobili iuuene ſputum ſanguinis etiã per
aliquot menſes perſeueraſſe. Relinquitur igitur,
vel quòd hic ſanguis reſudet per poros, vel mea-
tus ipſarum venarum, vel quòd certis quibuſdã
temporibus aperiantur orificia, vel capita capil-
D larium venarum in pulmone exiſtentium, vnde
excernatur ſanguis plus vel minus, ſecundùm
quod magis vel minus illa orificia aperiuntur,
quemadmodum videmus fieri exterius apertis
iiſdem venarum capitibus, vel in naribus, vel cir-
ca hæmorrhoidas: quandoq; enim multus ſan-
guis inde exit, quandoque paucæ guttulæ, prout
orificia illa magis vel minus aperiuntur. Inde eſt,
quòd nobilis etiam iuuenis quadam die excreuit
tantum ſanguinis, quantum eſt hemina vel ſcu-
E tella. Hactenus videtur hoc eſſe ſatis probabile,
& in hac parte potius hæret malum. Poſſet tamẽ
etiam fluere per colatorium ſimul cum catarrho,
ſicut etiam frequenter contingit, vt inde poſtea
ſimul cum eodem catarrho ex pulmone per tuſ-
ſim exiret: & huius rei augetur ſuſpicio ex eo,
quod audimus, videlicet quòd cùm eiiceret illam
quantitatem ſanguinis magnam, quam paulò ſu-
prà diximus, non excernebat per profundã tuſ-
ſim, ſed per leuem quendam ſcreatum: indicabat
F enim à capite hunc fluxum deuenire, quia cùm
maiores aſperæ arteriæ bronchos occuparet, &
mordicaret, leuem illam tuſsim & ſcreatum ex-
citauit. Sed aliud eſt, etiam quod non temerè
præteriri oportet, ſed diligentiſsimè conſiderari
& examinari. Refert nobilis iuuenis ſe ab hinc
ſex annis, minus & magis quidem, perpetuò ta-
men fuiſſe detentum dolore quodam circa ſini-
ſtram mamillam, qui dolor ſæpiſsimè tactu ex-
ternè percipitur: dumque in eam ſiniſtram par-
C tem decumbit, magis dolet, & premitur: at ſi in
dextris decumberet, ſedato dolore quieſcit: de-
nique in quancunque partem decumbit, ſemper
minus dolet, quàm ſi in ſiniſtram ſeſe flexerit.

Ait

Ait præterea dolorem illum ſemper aſcendere,
vſque ad humerum ſiniſtrum. Ex his ergo omni-
bus ſecundùm rationem colligimus,materiam a-
liquam quotidie colligi, & deſcēdere ad illas par-
tes, tanquam ad debiliores : & quòd locus huius
collectionis ſit, vel in muſculis extrinſecis illius
partis ſiniſtræ,vel in concauitate quæ eſt inter il-
los, partis ſiniſtræ : vel in concauitate, quæ eſt
inter illos muſculos, & membranas, quæ coſtas
ambiunt. Cur autem locus ille fuerit debilita-
tus, multæ potuerunt eſſe cauſæ: duas tamen
non parui momēti vidimus: primam, percuſsio-
nem in ea parte: ſecundam, armorum geſtatio-
nem. Quibus ita ſe habentibus, non eſt alienum
quòd ex illis partibus ita debilitatis materia,quæ
ibi collecta reſidet ad partes interiores pectoris,à
pulmone mediante tuſsi excernatur. Vbi etiam
conſiderandum eſt, nunquid ſubſequutum vl-
cus aliquod ex longa humoris corruptione fue-
rit, vnde etiam ſanguis cum materia ſimul excer-
natur. Hæc ergo habeo,quæ de cauſis huius ſpu-
ti ſanguinis poſſum afferre, ſi ex principiis artis
ſecundùm rationem, & non caſu vel ad placitum
loqui volo. Reliquum modò eſt, vt prædicti om-
nes affectus remoueantur. Circa quod duo prin-
cipaliter erunt agenda: alterum verſatur in præ-
ſentium ſymptomatum curatione: alterum circa
imminentium præſeruationem. Quantũ ad præ-
ſentium curationem, triplici curabimus inſtru-
mento: primum erit ratio victus: ſecundum me-
dicatio, vel pharmacum: tertium auxilia per cor-
pus chirurgicum. Per rationem victus: aer pri-
mò occurrit,in quo diligētiſsimè erit enitendum,
vt omnes exceſſus deuitet: pariter enim & à fri-
giditate & caliditate aeris, ſicut & à nimia humi-
ditate,& à ſiccitate lædetur. Quærat igitur maxi-
mè temperatam: nam alteratio facilè contingit,
vel propter ventos, vel propter pluuias, vel pro-
pter viciſcitudines, æſtatis inquã & hyemis. Ita-
que neque ſe ventis,neque pluuiis,neque feruori
æſtatis, neque algori hyemis exponat, ſed ſe in o-
ptima domo contineat: vel ſi neceſſarium fuerit
exire, muniat ſe ab aeris iniuria,caput præcipuè:
vitet etiam nocturnum aerem, & loca ſubterra-
nea & humida. Raró abluat caput: quãdo autem
lauandi tempus erit, eligantur horæ veſpertinæ,
ita vt poſtea non exeat domo,neque aeri ſe expo-
nat. Lixiuium erit ex cinere ſalicum, vel vitium,
in quo decocta ſint chamæmelum, anethum, ro-
ſæ & maiorana, ponatque in ea parte lixiuij, ita
præparata & excolata, quia vult lauari, tantam
quantitatē agarici boni electi puri, quantum eſt
pondus drachmarum duarum, dimittaturq; in-
fundi in eo lixiuio dictum agaricum per totã no-
ctem in petia linea: poſtea manè ebulliat ebulli-
tione vna, & cum hoc lixiuio lauetur caput: erit
enim vtile, & tanquam medicina,non tantùm cu
rans,ſed etiam præſeruãs. Exercebit corpus mo-
deratè,non fortiter: & in primis exercebit partes
inferiores, ad quod deambulatio optima eſt. Ho-
ra exercitij ſit matutina,reiectis excrementis con
ſuetis, ſitque tribus horis ante prandium, ita vt
perfectè quieſcat ab exercitio ante cibi aſſumptio
nem. Optimum etiam erit illi, ſi frictiones manè

A fiát in partibus inferioribus, & in brachiis etiam,
antequam ſurgat è lecto:& quantò erunt longio-
res,& crebrius repetitæ, tantò melius: erit enim
efficaciſsimum ad roborandum corpus, & ad di-
uertendam materiam. Exercitium autē crurum
paucum admodum debet eſſe. Sed inter reliqua,
duos maximè affectus vitet: iracundiam & mœ-
ſtitiam. Cauebit ab aſsidua ſcriptione, vel lectio-
ne,præcipuè poſt cibum, maximè pronè incum-
bendo ſcripto libro. Procuret vt quotidie benefi-
B cium alui habeat: quòd ſi quandoq; deficiat,non
negligat: eſt enim illi admodum opus, vt vtatur
aliquo modo clyſterum lenientium, cum aliquo
ex his tribus, quæ ſubſcribentur. Primum eſt,ac-
cipere ius pulli tribus horis ante prandium, in
quo iure decoquantur malua mercurialis: & fa-
cta expreſsione & colatura,addatur ſemuncia ſac
chari cum modico olei dulciſsimi, & bene matu-
ri, vel olei amygdalarum dulcium. Secundum
remedium eſt, vt accipiat terebinthinã pinguem
C & puram, quantitate drachmarum duarum, vel
trium,&deglutiat:vna verò hora poſt ius dictum
ſumat terebinthinam in forma pillularum,aut in
bolo,vt melius placuerit. Tertium eſt,vt accipiat
quinque aut ſeptem ficus aridas, pingues admo-
dum & optimas,à quibus totam cutim detrahat,
& accipiat tantùm carnem mollem intrinſecam,
& cum hac carne admiſceat drachmas duas me-
dullæ cartami,& fiat bolus,quē deglutiat eodem
modo, & horis, ſicut de duobus ſuperioribus di-
D ctum eſt. Iſta tria ſunt optima & familiariſsima
remedia ad aluum emolliendam, in ſanis etiam
ſine aliqua moleſtia. In nocte quærat, vt ſeptem
horis tantùm dormiat: octo quidem etiam dor-
mire poterit:nõ enim imperamus:ſed caueat po-
ſtea tanquam à peſte,à ſomno meridiano. Bis tan
tùm in die comedat, atq; hora comedendi ſit ho-
ra quinta,poſtquam lecto ſurrexit. Spacium in-
ter prandium & cœnam ſint horæ nouem,ſi pran
dium iuſtum & integrum fuerit. Poſt cœnam nõ
E ingrediatur lectum, niſi poſt duas horas, & inte-
rim non ſedeat,non dormiat,neque apud ignem
moretur,nec frigeat,præſertim caput:caueat à ca
lore,calefiat autem ſenſim,non ſubitò ad ignem:
deambulet,vel ſtet: duo enim optima inde acqui
ret: ſuauius noctu dormiet,ſecundò melius con-
coquet,& minus lædetur à catarrho. Vbicunque
autē igni approximabit ad frigoris iniurias pro-
pellēdas, ſit ignis mediocris,ſcilicet ex lignis dul-
cibus, & caueat ne caput incaleſcat. Inter pran-
F dium & cœnam neq; aliquid comedat, neque bi-
bat, præcipuè poſt cœnam: nihil etiam catarrho
deterius,q̃ dormituris bibere. Potus ſit vinum co
lore rufum,clarũ, limpidum, bene maturum,po-
tentia mediocre, quod nullo modo ſit acidum,
vel acerbum: tale enim vinum aduerſiſsimũ eſt,
tuſsimque præcipuè excitat. Cibaria ſint vnius
tantùm generis: nihil enim deterius, quàm cibo-
rum inter ſe differentium varietas. Abſtinebit
ab omni lacticiniorum genere,ab omnibus paſti-
G libus,ab acribus eſculentis,ſicut ſunt allia,cæpæ,
& huius generis:ab aceto,præcipuè acri & poten
ti: ab omnibus oleribus, præter betonicam, ſal-
uiam,boraginem & lactucam,quæ etiam non tan

tûm ratione cibi, ſed ratione medicamenti cuiuſ- A
dam conceduntur. Cauebit ab omni piſcium ge-
nere, qui capiuntur in paludibus: rarò etiam &
parcè alios comedat, qui in optimis aquis degũt:
& non omnis generis, ſed quales ſunt lucij, mar-
ſones, themali, & huiuſmodi. Cauebit tamen à
frixis in ſartagine, non tantùm à piſcibus, ſed om-
nibus quæ hoc modo friguntur: ideò & oua de-
teſtabilia ſunt, decocta in ſartagine. Abſtinebit à
carnibus ſalitis cuiuſcunque generis: à carne an-
tiqua, ſicut bubula, & caſtratorum antiquorum: B
abſtinebit à carne porcina tanquam à peſte: ab
omnium auium genere, quæ degunt in puluſtri-
bus locis, ſicut anates & anſeres. Fercula eligat,
ſicut far & oryzam, hordeum, ſpeltam, panicum:
omnia iſta grana ſint optimè decocta in iure opti
mo: admiſceatur aliquid lactis amygdalarum dul
cium, vel ſeminum melonum. In æſtate conue-
nient etiam cucurbitæ coctæ cum modico cina-
momo. Ab acetariis conſulo vt abſtineat. Fru-
ctus parciſsimè comedat, non omnium tamen ge C
nerum, ſed aliquid peponis optimi, vel pruni ge-
nus, quod vulgò Verdaceum appellatur: ficus e-
tiam optimè maturas, vt in tempore Autumni:
pyra decocta cum ſaccharo: ſi quandoque etiam
comederit pineas poſt cibũ, aut auellanas, dum-
modò parcè id fiat, & bene dentibus conterat,
non erit omnino aſpernandum. Carnes conue-
niunt vitulinæ, hœdinæ, pullorũ, nonnunquam
etiam columborum iuuenum & pinguium, om-
nium auium campeſtrium pinguium, præter co- D
turnices: nec vitupero carnem léporis iunioris,
vel cuniculi, oua ſorbilia, vel in aqua decocta, non
indurata, ſi fuerint recentia, & ante cibum exhi-
bita, ſunt optimi nutrimenti. Et hæc de tota diæ-
ta, ſiue victus ratione ſufficiant. Quantum atti-
net ad medicamenta, quanquam Galenus in 5.
Therapeutices curet catarrhum cum ſputo ſan-
guinis validiſsimis purgationibus, nihilominus
ſpectata habitudine nobiliſsimi iuuenis, corporis
gracilitate, hepatis caliditate, & virium omnium E
imbecillitate, vnum propono, quod illi perpetuò
obſeruandum erit, ſi me iudicẽ ſequatur, vt nun-
quam inclinet animum ad ſumenda aliqua me-
dicamenta fortia aut ſolutiua, in quibus ingredi-
tur aut ſcammonium, vel colocynthis, vel turbit,
vixque aſſentiat agarico: qui quidem erit ſumma,
& veluti apex omnium ſuarum medicinarum, vl
tra quem excedere perniciofum erit: imò nec a-
garicum temerè ſumendum puto: neque ſolùm,
aut non præparatum, vt infrà patebit. Laudo igi- F
tur, quòd corpus quidem ſuum ſæpe expurget,
eſt enim hoc neceſſarium, cùm ſit admodum ex-
crementoſum. Purgationes verò ſint in omnibus
qualitatibus moderatę. Simplicia quidem ſint, ſi-
cut caſsia, rhabarbara, manna, medulla cnici, te-
rebinthina, & vltimò agaricum. Compoſita ſint,
ſicut ſyrupus roſaceus, vel violaceus ſolutiuus,
electuarium de ſebeſten ſimplex, electuarium le-
nitiuum, quandoque etiam hiera ſimplex de ſex
rebus, raro tamẽ propter nimiam exiccationem. G
Purgabitur autẽ purgatione magis exquiſita bis
in anno, Vere inquam & Autumno. Forma au-
tem purgandi talis erit:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Pulueris glycyrrhizæ,
Hyſſopi ana ℈.ij.

Miſce, & cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus hora ante prandium. Sequenti die incipiat ſumere infraſcriptos ſyrupos:

R. Syrupi violacei compoſiti Meſue
Mellis roſacei colati ana ℥.j.
Aquæ tuſsilaginis ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis. Poſt ſyrupos ſumat alterum duorum medicamentorum, prout ille felicius ſuccedet. Alterum tale erit:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Agarici præparati ʒ.ij.

Miſce, cum ſaccharo fiat bolus. Alterum:

R. Rhabarbari electi ʒ.ij.
Spicæ gr.v.

Irrorentur vino albo aromatico, & infundantur in aqua tuſsilaginis per horas decem: deinde facta diligenti expreſsione & colatura, adde agarici optimi præparati ℈.iiij. Syrupi roſacei ſolutiui ℥.ij. Miſce, & fiat potio breuis, danda in aurora cum cuſtodia. Iſtæ erunt annuæ purgationes. In mediis autem temporibus, laudo etiam quòd frequenter aliquid ſumat, quod leuius purget, ne ſcilicet excremẽta aggregentur. Purgationes autem erunt, vel quales dictæ fuerunt in capite de Diæta, vel quòd aſſumat caſsiam ſimplicem hora vna ante prandium vnciæ pondere: erit enim medicina facilis, pectori & hepati vadlè conueniens, quæ euacuabit ſine exiccatione, à qua tanquam à peſtifero veneno abhorreat oportet. Laudarem ergo præcipuè, ſi ſuus ventriculus toleraret, & nihil aliud impediat, ſicut febris, vel inflatio hypochondriorum, vel dolor capitis, à quibus Deus ipſum cuſtodiat: laudo, inquam, iſtis non impedientibus, vt poſt Autumnalem purgationem manè bibat lac aſininum, aſinæ quàm fieri poteſt ſaniſsimæ, & iuuenis, neque multum diſtantis à partu. Bibat autem manè, non hora ſyrupi, vt malè conſueuerunt alij, ſed hora tertia diei, poſtquam reddiderit ſua omnia excrementa conſueta, & bibat cyathũ, vel duos, etiam tres, quantum ſcilicet ſuus ventriculus bene tolerare poteſt. Poſtea abſtineat à cibo, donec bene cognouerit lac eſſe perfectè concoctum, & fame prouocetur ad cibum, tũc modicè prandebit: erit enim hora tarda, hortorque vt ſit contentus pro prandio iuſculo hordeaceo cũ ſaccharo, & poſtea cœnet vberius, ſeruando quæ dicta ſunt in capite de Diæta. Perſeueret in hac lactis potione vſque ad 15. dies, magis tamen aut minus, prout melius vel deterius tolerabit. Iſtud erit remedium efficaciſſimum ad humectãdum corpus, & nutriendum, & reuocandam famem, quod etiam verè poterit iterari, imò & æſtate, & quotieſcunque libuerit, ſi modò proſperè illi ſucceſſerit, vt ſpero. Hæc de purgantibus, quæ per os ſumi debent. De linimentis autem, vel cerotis exterius applicandis, nihil ſcribo, in illis enim parũ confido. Quantum verò attinet ad opus chirurgicum, in primis mihi placeret, ſi catarrhus perſeueret, vt facta purgatione Autumnali applicarentur veſicatoria capiti, & excitarẽtur veſicæ & cruſtæ, quę poſtea omni di-

ni diligentia conſeruarentur. Idemque omnino A fieret circa partem ſiniſtram pectoris,vbi percipit dolorem: vel ſi nollet veſicatoria, propter moleſtiam (eſſent enim moleſta in ea parte) ſaltem foueat, & illinat locum modo infraſcripto.

R. Hyſſopi,
Betonicæ,
Saluiæ,
Scabioſæ,
Centaurij minoris,
Pulegij ana man.s. B

Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ, & vini albi,æqualiter commiſtis, & cum ea decoctione calida foueatur locus cum ſpongiis. Facta fomẽtatione locus ſtatim exiccetur,poſtea inungatur hoc linimento:

R. Adipis anſeris,
Gallinæ,
Butyri recentis ana ℥.v.
Myrrhæ ʒ.iij.
Croci ℈.ij. C
Euphorbij ℈.j.

Miſce, & cum modico ceræ fiat linimentum. Laudo etiam, quòd pro auerſione materierum aſcendentium ad caput,poſt purgationem ordinariam fiant cauteria vel fontanellæ in vtroq; crure in loco conſueto; & dimittantur apertæ vſque ad perfectam ſanitatem. Si etiam quandoq; hæmorrhoides ſponte accederent,optimum eſſet: ac nõ accedentibus, ſi contingeret (quod Deus auertat) ſputum aliquod ſanguinis,laudarem vt pro- D uocarentur,& tenerentur apertæ:eſſet enim optima & recta diuerſio. Et hæc de chirurgia ſatis. Quantum verò attinet ad præſeruationem,ne ſcilicet incidat in ſputum ſanguinis,& membra omnia corroborentur,nihil vnquam poterit præſtantius habere,quàm frequentiſsimum vſum ſaccari roſacei,quo vtetur manè,veſperi,& quacunq; hora voluerit, dummodo non impediat horas coctionis. Magnum eſt etiam arcanum ad exiccandum catarrhum pectoris, & ipſum pectus corro- E borandum, tum ad prohibendum ſputum ſanguinis, ſi in introitu lecti deglutiat boli armeni orientalis optimi, quantum eſt granum ciceris rubei: eſt enim efficaciſsimum in præſeruatione,ſicut periculoſum in curatione. Veſicatoria ex his confici ſolent,ex folio apij naſcentis in pratis,flore luteo,foliis aculeatis,cortice interiore bryoniæ, flammula Iouis,ſinapi, euphorbio, pyretro, thapſia, naſturtij ſemine, herba quam vulgò appel- F lant ſalſariam,quæ naſcitur in hortis,folio oblongo & pingui,guſtu erodente linguam,longo pipere,& ſimilibus.Inter reliqua tamen efficaciſsimũ, & perpetuæ veritatis in omni temperatura,quod nunquam fallit,ſunt cantharides.

Eidem ante ſcriptum conſilium hæc fuerunt ordinata.

Primò detur clyſter communis veſperi cum melle roſato,ſequenti die caſsiam accipiat.Poſtea ſingulis diebus accipiat infraſcriptum ſyrupum G duabus horis ante prandium:

R. Mellis roſati ℥.ij
Aquæ farfaræ ℥. iij.

Bis item vel ad minus ſemel in ſeptimana accipiat ℥. s.ex infraſcripto electuario:

R. Sacchari roſati ℥.vj.
Rhabarbari electi ʒ.ij.

Miſce: & hoc modo habita bona victus ratione progredietur vſque ad ſuum colorem.

CONSILIVM CLXVI.

De catarrho & ſputo ſanguinis

HABEMVS caſum Nobiliſsimi iuuenis,qui eſt in capite de ſputo ſanguinis. Poteſt autem deuenire ſanguis à capite,ventriculo, vel à partibus ſpiritualibus. Hîc à pectore prouenit; quia cum tuſsi reiicitur, quæ ſanguinem certiſsimè à pectore reiici teſtatur,vt Galenus oſtendit libro de Locis affectis, capite de ſputo ſanguinis. Aguntur autem iam plures anni, quibus etiam expuebat ſanguinem, ſed neſcit dicere qualis fuerit, multus an paucus: ſucceſsit dolor in latere dextro, & catarrhus continuè defluens à capite ad pectus & ventriculum, proſternens appetitum. Eam ob cauſam & maximè propter debilitatem ventriculi noſtro conſilio bibit hac æſtate aquas thermarum, quibus videbatur leuatus à catarrho, & ſic tamen permanebat tuſsis & dolor in hypochondrio,licet minor eſſet quàm antea:ſucceſsit febricula, magis ex ſupercalefactione hepatis, quàm alia de cauſa, ab ea liberatus perſeuerabat cum tuſsi & ſiti maxima,ita vt ſæpe etiam noctu biberet,aliquando vinum,aliquando oxyſaccharum. Ante octo dies cùm vehementer moueretur faciendo panem exercitij cauſa, cœpit cum tuſsi eiicere ſanguinem, non ſpumoſum admodum, ita vt putarem à pectore effluere,cum præſertim doleret latere dextro prius: & poſtquam expuiſſet ſanguinem non doleret amplius in eodem latere, ſed in ſiniſtro, & erat ſanguis admodum miſtus cum catarrho,nec in magna quantitate: nam per totum non eiecta eſt ℥.j. Ego itaq; vt ſuccurrerẽ, videns repletionem corporis,lenita aluo miſi ſanguinem ex dextro latere, & extraxi vncias ſex.Poſtea non ita expuebat ſanguinem, nihilominus tamen fluebat catarrhus. Perſeueraui igitur in iis quæ ingroſſarent ſanguinem, iuſsi pro victu coqui pedes vitulinos in aqua cum radice ſymphiti, ſercula dari ex farre, panem fieri cum aqua feruente,bibi aquam portulacæ: ſyrupos dedi ſæpe de roſis,de portulaca cum aqua ſymphiti plantaginis, & portulacæ. Habuit præter hæc medicamentum ex zuccaro roſato cum bolo armeno & modico myrrhæ, vt eſſet quod deduceret ad locum affectum longius remotum, quod & Galenus præcipit. His vſus, viſus eſt melius habere, heri iterum expuit ſanguinem, credo quòd non ſibi temperauerit à venere. Et cœpit heri etiam conqueri de ſalſedine catarrhi, quam non ſenſiſſet antea.Ideo dedi pillulas cocchias, quas in hoc caſu exhibet Galenus.

Cùm fuerit, adſitq; ſputum ſanguinis cum catarrho, & adhuc immineat periculum de maiori, noſque hîc ſimus,vt prohibeamus periculum fu-

turum, vt rectè curemus, inueſtigandæ ſunt cauſæ huius fluxus ſanguinis. Ex potu aquæ thermarum viſus eſt leuari: quod valde notandum. Oſtendit enim morbi fuiſſe mineram, & fomentum ratione ventriculi, qui cum multas generat cruditates, vapores aſcendebant ad caput fouentes & augẽtes catarrhum. Viuit cum meretrice, ideo ſequuntur incommoda, quæ ſolẽt conſequi dum nolunt roborare ſe, & vires augere. plus comedunt quàm poſsint conficere, & virtus debilitatur aſsidua venere, ideo incidunt tales in peſsimas ægritudines, propter plurima excrementa aggregata. Propterea iſtum catarrhum credo habere fomentum à membris inferioribus. Eſt præterea naturaliter calidi hepatis, & ideo ventriculi frigidioris. Quare omnia habet, quæ ad catarrhum requiruntur. A ventriculo per vias latas aſcendunt vapores crudi ad caput. In venis multiplicatur ſanguis craſſus, aduſtus, & excrementoſus: cumque viæ ſint latæ, facilè ex iis aſcendunt, & exhalant fumi ad caput. Ideo Galenus tertio de Locis affectis dicit, eos qui calidi ſunt hepatis, naturaliter ſubiectos catarrhis. Hîc verò catarrhus habet variam naturam, quandoq; ſalſus eſt, quandoque non: aliquando ſubtilior, pro varietate humorum & vaporum aſcendentium, pro ratione etiam putredinis, accidentium animi, motus, ciborũ. Credo autem quòd ex longo deſcenſu deuenit ad ſputum ſanguinis. Nec puto rupturam venarum, aut corroſionem: non enim tam citò conſolidata eſſent. Nec credo reſudationem, quia ſanguis eſt craſsior, ſed arbitror fuiſſe apertam venam aliquam, & eius rei habeo rationem, quia video præceſsiſſe flatus. In vrinis abundat ſpuma, & plus etiam abundaſſe dicitur diebus præcedentibus. Vbi autẽ materia flatuoſa & craſſa in venis, & hepar eſt calidius, calor aggrediens materiam illam craſſam flatuat, hinc facilè impellitur. Secundò etiam ratione vaſorum, quia cum homo laborat, calor & ſpiritus reddunt ſeipſos calidiores, fit maior motus, & ideo facilius aperitur vena, & hinc credo, eum deueniſſe ad ſputum, eamque ob cauſam facilis erit reſtrictio, quia ceſſante motu, ac materia educta per medicamenta, & miſsione ſanguinis facta ceſſauit, & vena non eſt amplius aperta.

Cura. Galenus 5. Methodi tria ponit capita principalia in fluxu ſanguinis, ex catarrho. Primùm, quòd vbi ſputum ſanguinis, debemus remouere cauſam, vel per miſsionẽ ſanguinis, vel per pharmacum, vt ipſe ſe feciſſe dicit in puero & muliere. Hæc optimè facta ſunt in hoc iuuene. Miſſus eſt ſanguis, & datæ ſunt pillulæ cocchiæ, quæ exhibentur ibi à Galeno, licet ſub alio nomine. Secundò, Galenus omni diligentia quærit interceptionem catarrhi, applicat capiti veſicatoria, vt ad hunc modum prohibeatur deſcenſus. Tertiò, confortat pulmonem, contra fluorem ſanguinis, & ne recipiat defluentem catarrhum cum iis, in quæ ingreditur ſuccus papaueris, & ſemina frigida, ne fiat ruptio venarum. Quod igitur ad hæc duo poſteriora pertinet, poſt præmiſſas euacuationes adhiberem aliquid circa caput, quod roboraret & prohiberet deſcenſum. Primò tonderentur capilli, & applicarentur veſicatoria, quibus cum efficacioribus propter tempus nunc careamus, facerem vnum ex adarce, euphorbio, ſinapi, naſturtio, pyrethro, cum modico etiam cantharidum. Licet enim in iis ſit periculum de prouocatione ſanguinis per vrinam, id tamen non omnibus contingit: & ſi contingit, minus periculum eſt, & remotis cantharidibus, iterum facilè vtetur ſine diſcrimine: ſine ipſis autem non facilè habebimus effectum. Ideo erit neceſſe eas addere, & poſtea cum fermento & caricis applicarem, vt fieri ſolet, tribus aut quatuor locis, & tenerem aperta, vt materiam diuerterem, deinde educerem, poſtea pectus roborarem. Et quia ſputum ſanguinis non eſt ratione corroſionis venæ, nec ſubtiliſsimus ſanguis, ſed potius ex feruore & ebullitione ſanguinis, propter cauſas dictas, ideo non ita anxiè intẽderem incraſſantia, ne augerem pituitam. Et ideo non exhiberem aquam portulacæ, quam tamen ipſe etiam heri ordinaui cum bolo armeno, & dragacantha. Audiebam enim tantam copiam ſanguinis effluere, vt periculum eſſet de ſyncope, ideo feci curam coactam. Nunc quia non video talem caſum, ab iis abſtinerem, propter ſuſpicionem frigidi ventriculi, qui coitu etiam debilitatus eſt, ne vſu frigidiorum, & maximè portulacæ, cum per ſe ſit craſſæ ſubſtantiæ, & frigidiſsimæ, & per deſtillationem aqua extracta multo frigidior ſit ſine dubio, cùm etiam à rebus calidis extractæ aquę ſint frigidæ. Ideo ab ea abſtinerẽ, niſi hoc requireret maior copia ſanguinis, quę nos cogeret ad curam ſymptomatis. Biberet ergo loco eius aquam in qua coctum ſit hordeum, cum carnibus cotoneorum, quæ mundificaret, aperiret ſine corroſione, roboraret ventriculũ ſine calefactione. Poſſunt etiam addi ſemina cotoneorum, quia in iis eſt mucilago quædam, valde propria pectori, quæ facit ad remouendum acumen, & eroſionem catarrhi. Vtatur alimento mediocri, cibis qui facilè concoquuntur. Quod ad electuaria confortantia pulmonem, non aſcenderem ad ea, quibus omnes vtuntur moderni, & communiter hodie practicantes, à quibus abhorreo vt à peſte, qui omnes ad Philonium accedunt, & id ſæpius exhibent, cum Galenus ſecundo libro 2. Loc. capite de dolore, & duodecimo capite Therapeut. de dolore inteſtinorum oſtendat, quantum ipſe abſtineat ab opiatis: & ſi quando cogatur ſemel exhibere, quanta cura laboret in ventriculo corroborando. Credo etiam D. Caſsianum hanc ſolam ob cauſam mortuum eſſe, quod toties N. & N. exhibuerant Philonium, vt ita ventriculum eius proſternerent: & eius vxor lachrymans mihi conqueſta eſt, ſe pluſquam 30. libras ſoluiſſe pro Philonio. Ego itaq; exhiberẽ ſemina frigida, quale eſt ſemen papaueris albi cum ſaccaro roſato, quod non iubet tranſire Auicenna in iſto caſu.

CONSILIVM CLXVII.

De ſputo ſanguinis.

PRIMO dicimus cauẽdum eſſe ab omni eſu leguminum, & ab iis quæ paſtilia vocantur, à lacticiniis, à rebus frictis in ſartagine, ab vuis, & pomis, & omnibus

omnibus quæ ſunt flatuoſa: præterea à rebus acri A
bus, vt ſunt omnia aromata, allia, cepæ, & huiuſmodi: itē à vino dulci & à turbido, muſto & craſſo, ab aceto & rebus ſalſis: à carnibus antiquis, & ab auibus paluſtribus, & piſcibus, præſertim qui capiuntur in paludibus & aquis cœnoſis. Non comedat diuerſa cibaria: neque vbi habet in ſtomacho cruditatem, ſupercœnet aut prandeat, ſed abſtineat, donec ſe concoxiſſe percipiat. Habeat quotidie ventris beneficium: quòd ſi natura deſecerit, adiuuet eam modò clyſteri, modò vncia flo- B
ris caſsiæ, modò decocto maluæ, betæ, & mercurialis, cum oleo & ſale: cuius amplum cyathum bibat duabus horis ante prandium, calidum, & ſi illi adiiciat vnciam ſaccari, adhuc erit præſtantius. His igitur procurabit, vt aluus molleſcat, modò hoc, modò illud eligendo, ne natura vni remedio aſſueſcat. Si etiam vtatur paſſulis dulcibus ante cibum, lenietur venter, & conferent pectori. Caueat ab exercitiis vehementibus, ab equitationibus violentis, præſertim ſub frigidiſsimo aut cali C
diſsimo aere, aut ventis expoſito. Caueat ab ira, rixa, clamore, & denique vitet omnes motus corporis & animi etiā. Coitu vtatur moderatiſsimè. Quantum verò ad medicamenta attinet, purgetur bis in anno, Vere inquam & Autumno, poteritque purgationis modus eſſe talis:

R. Floris caſsiæ ℥.j.s.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumat hora vna ante prandium. Sequente die bibat ſyrupum hunc:

R. Syrupi de betonica, D
De lupulis ana ℥.j.
Decocti betonicæ,
Lupulorum ℥.iiij.

Miſce pro vno hauſto, & ita pro aliis vſque ad nouem. Bibitis ſyrupis, proximo die ſequenti tale pharmacum accipiat:

R. Rhabarbari electi ʒ.ij.
Spicæ gr.vij.

Irrorentur cum vino aromatico, & infundantur in aqua lactis per horas decem. Deinde facta E
diligenti expreſsione, colaturæ adde.

R. Confectionis hamech ʒ.iij.

Miſce, fiat potio danda in aurora in cuſtodia. Hunc modum purgandi debet ſeruare tam in Vere quàm in Autumno, niſi quòd laudarem vt in Vere venam ſecaret baſilicam dextri lateris. Ante omnia verò pro conſeruatione ſanitatis, laudo vt omni menſe accipiat tribus horis ante prandium tale lenitiuum alui:

R. Rhabarbari electi ʒ.j. F
Floris caſsiæ ℥.j.

Miſce, fiat bolus cum zuccharo. Singulis verò diebus ante prandium & cœnam dimidium vnciæ zucchari roſati ſumatur: & hoc conſulo toto anno non eſſe omittendum. Sumat præterea ſemel in ſeptimana fruſtulum boli armeni ad quantitatem paruæ fabæ, dum ingreditur lectum. Et hoc ſeruando euitabit, nutu Dei, diſcrimina, quæ negligenti poſſunt accidere.

Potus ordinati expuenti ſanguinem.

R. Hordei mundi M.j.
Ramorum portulacę ʒ.iij.
Gummi Tragacanthi ʒ.j.

Bulliāt in vitro aquæ coctæ cum ſacchari opt. ℥.ij. vſque ad conſumptionem quartæ partis.

CONSILIVM CLXVIII.

Montani de ſputo ſanguinis & eius fluore per nares & vrinas, cum catarrho: eiuſdem curatio cum tenſione & dolore hypochondrij dextri, anhelitus difficultate & febricula.

His ſtantibus quid dicendum de ægritudine? Quia eſt deſtillatio perpetuò perſeuerans à capite ad pulmones & ad pectus, & fluxus ſanguinis periodicus, qui admodum timendus eſt, & tuſsis vehemens, propter quam maius inſtat periculum. De ſputo ſanguinis dico domini, quod ſtantibus eiſdem cauſis, iidem ſequentur effectus, quia niſi remoueatur mala illa cerebri & ventriculi intemperies, in peius oportet dilabatur. Et quomodo reducetis cerebrum & ventriculum ad proprium temperamentum, quia non facilè, imò difficillimum, maximè cum lapſum ſit ad contrarias qualitates, à caliditate ſcilicet ad frigiditatem. Eſt tamen poſsibile. Sed illud mihi facit difficultatem, quia dicit Hippocrates primo Aphor. Oportet ſeipſum præbere opportuna facientem, & non tantùm medicum. Et quia morbus eſt longus, certò credo quòd non poterit pati optimam regiminis rationem in ſex rebus non naturalibus, & maximè in cibo & potu, in animi accidentibus, & Venere, quia vt audio, habet pulcherrimam vxorem. Ita quidem poſsibilis eſt cura, ſed difficillima, ſi quæ alia. Et quia adeſt ſputum ſanguinis, & vos ſcitis quid dicat Hippocrates quarto Aphoriſmorū. Sanguis à qualibuſcūque ſupra malum. Præterea adeſt multitudo catarrhi, quæ maior eſt, quàm ſit cibus & potus quem aſſumit: & eſt malus etiam, quia purulentus, varius, ſubtilis & craſſus, & iam diu perſeuerat, ideo mali moris eſt, quia ab excellentiſsimis medicis non potuit curari. Et ideo dico, quòd cum habeat iter longum, propterea attendēdum eſt ad virtutes, non tantùm ad præſentem ſtatum: quia propter longam ægritudinem tandem fient debiles. Sic non facilè eſt prognoſticari, credo tamen quòd poſsit curari, & quòd ægritudo longa eſt eradicabilis tamen, ſed quia virtutes in hoc tam longo itinere poſſent deficere, ideo illis prouidendum eſt maximopere. Quantum modò ad curam attinet, vos ſcitis eſſe ſententiam Galeni quinto Methodi, in capite de cura catarrhi: vbi eſt ſputum ſanguinis, à leuioribus non eſſe inchoandum, quia ſic facere, eſt parare ægro longum interitum, ideo à fortiſsimis inchoarem curationem. Et Galenus in eo loco à tribus maximis & validiſsimis inchoat, primò cum validiſsimis euacuantibus & ſæpiſsimè, quia docet facere G
quaſdam pillulas cum agarico, quę valde ſimiles ſunt pillulis cocchiis, & ſæpiſsimè euacuat: ſecundò ſinapiſmis fortibus vtitur: tertiò corroboratione membrorū, in quo vtebatur diaſperma-

ton, & theriaca noua & antiqua. Ideo in primis curandum eſt, vt corpus iſtud exquiſitè euacuetur: & circa euacuationem huius corporis propoſita ſunt duo inſtrumenta, miſsio ſanguinis & pharmacia. Quantum ad euacuationem, poſſumus eam facere. Indicationes ſumuntur à cauſis. Sunt autem vapores calidi & multi aſcendentes à toto ad ipſum cerebrum. Hinc inſurgit vna indicatio, quòd remouenda ſit caliditas hepatis, quod fit per euacuationem ſanguinis. Et quia vrinæ ſunt rubræ, ac pituita craſſa in corpore indicatur de quantitate ſanguinis, & ideo poſſet ex hæmorrhoidibus ſi apparuerint fieri. & licet adſit multa pituita, tamen poterit fieri parciſſima, quia dicit Galen. quinto Metho. & quarto de Sanit. tuend. quod vbi eſt putredo miſta cum febribus, etiamſi indigemus phlebotomia, quòd debemus tunc vitæ theſaurum conſeruare, qui eſt ſanguis. Et idem dicit Auicenna prima quarti: Quantum poſsibile eſt, caue à miſsione ſanguinis, quia eſt theſaurus vitæ. Iſtud verò corpus magis euacuatione per pharmaciam indiget, quàm per miſsionem ſanguinis. Ideo ſi feceritis copioſam phlebotomiam, multa incommoda inde ſequentur. Sed quia ſuſpicio eſt de ruptura venæ, & Galenus in libro de Miſsione ſang. dicit: Non ſolùm facienda eſt phlebotomia, quando morbus eſt magnus, ſed etiam quando futurus eſt magnus. Et quinto Methodi capite de catarrhis: Vbi corpus diſpoſitum fuerit ad rupturam venæ, mittas tum ſanguinem propter præcauendum. Et ſic cum ſit multitudo ſanguinis, ratione cuius ſoleant rumpi venæ, vel cum ſanguis ſolitus eſt erumpere ad partes pectoris, tunc indicatio eſt de miſsione ſanguinis. Et quia in Vere maximè ſolet abundare, ideo indicatione ſumpta ab hoc non eſſet malum mittere ſanguinem in hoc, & vt prohibeantur vapores aſcendentes ab hepate ad caput, vel ratione auerſionis, ideo paulatim extraheremus, verbi gratia, vncias tres. Deinde mitterem ad alias vncias ij. & iterum mitterem, & ſic diuiderem. Quantum verò ad euacuationem, dicò, quòd totum debet eſſe exquiſitè euacuatum, quia tunc caput magis potens erit ad excernendum proprias ſuperfluitates, & debemus vti maioribus medicamētis quæ trahant à capite: ideo ſingulis hebdomadis euacuarem ipſum; cum rebus tamen lenientibus, & non dimitterem agaricum: quòd ſi vomitum excitaret, dimitterem ipſum, ſed prius tentarem an excitaret. Ideo exhiberem florem caſsiæ cum agarico vel terebinthinam cum agarico vel confectionibus conſuetis, vt eſſent pillulæ aggregatiuæ, quæ optimæ ſunt, quia habent quicquid habêt pillulæ Galeni, nam in illis eſt rhabarbarum, agaricus ſcammonea & portiuncula colocynthidis. & cum myrobalanis purgarem cum cocchiis pillulis, etiam de hiera cum agarico ſunt leuiores. Sed quia non euacuamus, niſi concoquamus materiam, & quia ſunt diuerſæ materiæ in pectore: aliæ enim ſunt craſſæ, aliæ fluidæ, ideo alia præparatione indigent quæ fluunt, & alia quæ craſſa ſunt, ideo in illis vterer rebus abſtergentibus & incidentibus, in fluidis autem incraſſantibus. Et hæc de materia iam fluxa. Quæ autem à capite defluunt, videntur præparata, neque enim admodum craſſæ, neque admodum tenues, neque parietibus adhærentes ſunt: ideo pro inciſione materierum craſſarum quæ in pectore continentur, vterer rebus valde incidentibus & abſtergentibus, vt eſſet ſyrupus de liquiritia, de farfara, de hyſſopo, de betonica, & conſimilibus.

De corroboratione verò membrorum mandantium & recipientium. Recipientia cùm benè euacuata eſſent, vterer zucchario roſato in maxima quantitate, & bolo armeno: nam bolus armenus conuenientiſsimus eſt, & poſt purgationem, prohibet deſcenſum catarrhi ad pulmonē. Et vterer etiam theriaca noua & veteri, ſed quando adſunt vigiliæ noua: quando non adſunt, vetera. Ac vellem vt vteretur myrobalanis chebulis conditis, quia confortant cerebrum, ventriculum & hepar. Quæritur modò an ſtillicidium in hoc caſu capiti conueniat: & quia dixêre alij, quod temperatura huius capitis eſt calida & ſicca, quòd ſi eſſet modò conueniret, quia dicit Galenus ſexto de Sanitate tuenda: His qui ſunt calidi & ſicci capitis non conueniunt thermæ, quia magis augent affectum. Sed rectius dicemus, quòd bene à natiuitate caput fuit calidum & ſiccum, nunc autem permutatum eſt ad frigidum & ſiccum. Ideo nòn abſtinerem à balneo calido, imò credo quòd per ipſum reducerem cerebrum ad proprium temperamentum, videlicet calidū & ſiccum. Prius tamen purgarem caput cum caputpurgiis non ex aqua maioranæ bliti & violarum, quia videntur illa fruſtra operari, ideo deuenirem ad ſuccum ciclaminis & alia huiuſmodi, quæ maximam vim in expurgando caput habent. Abſtinerem à gargariſmatibus, quia ſuſpecta ſunt propter deſcenſum materię, quam in maiori quantitate traherent. Quantum ad maſticatoria, vterer maſtiche ſcilicet primò, deinde ſtaphiſagria cum pipere, vt per os catarrhum expueret, ne ad pectus deſcenderet. Quantum ad reliquas diuerſiones, quia factum eſt cauterium in genu ſiniſtro, facerem aliud in dextro, & in aliis etiam partibus, ſicut in brachio & collo, quia ab iſta ægritudine imminet maximum periculum, & accederem etiam ad ſinapiſmos ex thapſia. A flammula Iouis, apio canino ſeu rhanunculo abſtinerem. Cauerem quoque à cantharidibus propter mictum ſanguinis. Et ſic procederem cum reliquis huiuſmodi veſicatoriis, quæ facerent cruſtas, deinde ſuper caput pro confortatione apponerem pulueres ex ladano, garyophyllis & agarico pari portione. Vellem & caput lauaret cum aquis in quibus decoctæ eſſent herbæ calidæ & odoratæ, quas temporis anguſtia nòn ſinit recitare. Præterea haberet pomum, quod continuò odoraret confectum ex rebus odoratis, vt ex nigella, ladano, nuce muſcata, garyophyllis, maſtice, muſco. Et hac via procederem.

Pro

Conſilivm CLXIX.

Pro Iuuene nouendecim annorum, qui laborauerat febre, nunc ſputo ſanguinis & aliis accidentibus. 1546. In colloquio cum tribus Doctoribus.

Vvenis nouendecim annorum, qui laborauit prius tertiana ſeſquiannum, incidit rurſus menſe Maio in tertianam, à qua curatus eſt, ſimplici exhibitione B caſsiæ, & ſyruporum. Superuenit icteritia cutim colore inficiens, poſtea fuit ſanus per menſem Iunium, nunc menſe Iulio redit tertiana ſine icteritia, ſed ſenſit dolorem ſub mamilla dextra, cui cùm adhibita eſſent fomenta, ſuperuenit febris continua. Hinc omnia membra deſtituta ſuis operationibus, adhibitæ cucurbitulæ; quia venæ ſectione noluit virtutem deiicere: menſe Nouembri totum corpus ſcabie repletum fuit, Menſe Ianuario vena ſecta. Hinc grauiſsimus do- C lor capitis, cui occurrit Medicus cucurbitularum appoſitione, poſtea febri incipiente parum ſanguinis expuit, & præſertim vbi ſe calefacit. Nunc & conqueritur de his ſymptomatibus, primò de defluxu catarrhi ad partes circa fauces, larynga & nares, hincque acredinem mordicantem percipit: ſecundò habet dolorem in thorace: tertiò de imbecillitate ventriculi: quartò de capitis dolore & vehementi pulſatione arteriarum in capite conqueritur. Iſte iuuenis cùm huc venit gra- D tia ſtudendi, erat omnino gracilis & citrini coloris, habebatque hæc omnia grauiora quàm nunc. Primò dicam de naturalibus: ſecundò de præternaturalibus: tertiò de intentionibus curatiuis: ac vltimò de remediis.

Primò. Temperatura quæ ſumitur à temperie principalium membrorum, videtur vergere ad calidum & ſiccum. Conqueritur de fluxu catarrhi, & æſtate & hyeme: æſtate enim à calido reſolui- E tur iſte humor & deſcendit, hyeme comprimitur cerebrum frigore, ac ſicuti manibus compreſſa ſpongia, ita cerebrum humiditatem hyeme dimittit. Ventriculus eſt imbecillis, aggregauit plurima excrementa, quæ eleuata à calido, quò abundat: tendit enim ſua ætas ad tempus ætatis bilioſum, ac caput ſupercalefactũ attrahit alimentum antequàm rectè ſit percoctum. Hìc morbus eſt intemperies cum affluxu, lenirẽ ventrem, ac poſtmodum ſecarem venam. Nunquam enim pars F corporis curanda, niſi totum ſit curatum, inciderem itaq; baſilicam. Deinde ſyrupo de cichorea, agrimonia, eupatorio, betonica, parum concoquerem materiam, eamq; poſtea euacuarem cum ſimplici rhabarbaro & agarico, qui à ventriculo & à capite euacuat, ſicut rhabarbaro ab hepate. Darem electuarium de pſilio, ſebeſten, item pillulas de Azaiereth. Vtatur cibariis generantibus optimum ſuccum: vina potẽtia & fumoſa fugiat, nec vtatur multum auſteris, ſed bonis, non decli- G nantibus ad aliquam extremitatem. Confortetur caput embrochiis, caputpurgiis, pulueribus cum ladano ſuper coronalem fiſſuram. Darem zuccharum roſatum propter cerebrum, hepar & A ventriculum, oleum ex cidoneis: anethi exhiberem extrà, ventriculo, vterer frictionibus.

Frisimelica.

Ventriculi eſt concoquere & appetere. Vtroque hìc deſtituitur, & fluxu à capite laborat, caput videtur in cauſa omnium horum. Dolorenim capitis prouenire videtur à mala temperatura ipſius capitis, calida ſcilicet & ſicca, hinc omnes capitis partes incaleſcunt, & inde fortaſſe orta aliqua ſoluta continuatas ex bile miſta cum ſanguine. Omnia iſta fiunt in meninge, ac venis in temporibus exiſtentibus, bilis miſta in his venis ſanguini eas mordicat & corrodit, ac dolorem capitis, infert etiam humores exiſtentes in maioribus venis faciunt has arteriarum pulſationes. Hinc & catarrhus erodens, qui defluens ad ventriculum appetentiam eius tollit, inflammatque ventriculum ita, vt corruptè concoquat. Sanguis non eſt reiectus per tuſsim. Sequitur ergo à cerebro deſcendere, quod etiam ex hoc colligitur, quia parum ſanguinis attrahit ac emungit per nares, & catarrhus etiam ad muſculos intercoſtales defluens in thorace cauſat dolorem. Laborauit tertiana: ibi bilis educta manſit ſuper calefactum hepar: hinc recidiuam fecit, ac tanta copia bilis generata, potuit pars quædam bilis demandari ad pectus, & ibi facere dolorem. Iecur, quod maximè conſentit cum capite vnà temperandum eſt. hoc videtur difficile: quia vtrunque naturaliter calidum & ſiccum eſt, nihilominus aliquid erit tentandum. Primò euacuandum vniuerſum corpus, leniendum ſyrupo de cichorio & frigidioribus: vt cùm ſyrupo ex zuccharo, aceto & aqua: hæc enim leniter infrigidant, & membra corroborant. Pro purgatione, caſsia, tamarindis, manna, ſyrupo roſaceo recenter facto vterer: antiquus enim à caliditate reſoluitur, ac commiſcerem rhabarbarum, vt educeretur bilis. Galenus vtitur calidioribus medicinis in ſputo ſanguinis. Sed hìc non facerem, quia aliàs omnia ferè membra ſunt ſupercalefacta. Inciderem venam communem: quia & iecur, & caput refrigerandum. Non darem maſticatoria, ne attraheretur materia ad pectus affectum. Vterer caputpurgiis: adhiberem etiam oleum roſatum: ad contemperandum dolorem capitis applicarem pulueres roſarum. Temperetur etiam zuccharo roſato, & confectione diarrhodon, & triaſandalorum, vtatur ptiſana, & victus ſit vergens ad aliquam frigiditatem. Vtatur carnibus pullorum, vitulorum: lactuca condita cum modico cinamomi non eſſet mala, quieſcat anima & corpore. Aquas ſulphureas exiccantes, & inflammantes deteſtarer. Cauteria in brachiis aut cruribus adhiberem ad diuertendam materiam à capite. Sed maximè contempe- randum eſt hepar, quod ob ſuam caliditatem omnia hæc mala facit.

Montanvs.

Quanuis patiatur deſtillationem catarrhi falſi ac ſputum ſanguinis & calorem capitis, tamẽ di-

co, quòd non opus eſt hìc multis verbis, tanquã in re inutili, vt dicit Galenus libro 1. Prognoſticorũ. Quòd autem non debeamus his inquirendis diu inhærere, quia ſunt leuia, oſtendam. Quia hæc ſymptomata omnia, vel habent cauſas intrinſecas, & tum ratione membrorum intrinſecorum quæ patiuntur. Vnde ſequuntur ſymptomata mala. Si eſt ægritudo in temperatura exiſtens in aliquo membro, iſta intemperies, vel erit ſine materia, vel cũ materia. Dico nullum eſſe in hoc membrum, quod laboret intemperatura. Licet à primo ortu hepar habeat calidum, tamen ibi eſt ſanitas integra, quia non fuit ægrotabilis, niſi intra duos annos incidit in tertianam, quę fuit tempori etiam proportionata. Et quia in rebus non naturalibus peccauit: iam ſunt duo anni, quibus nõ fuit ſanus, nunc verò melius habet quàm antea. Licet nulla ratione adhibita deuenit ad optimum colorem, & in omnibus ſuis operationibus eſt lætus, ſolus catarrhus ipſum infeſtat: ventriculus optimè concoquit: quia craſsior ſit quàm antea, & ſemper tendit ad ſanitatem, nec poſſum videre vllam intemperiem, quæ facit hoc corpus νοσερὸν, nec etiam acquiſita adeſt intemperies, quia non tenderet ad meliorem ſtatum corporis ſui: ſed ſua membra vincunt quicquid eſt vitij in hoc corpore, quia robuſta ſunt, aliâs ipſa vincerentur. Vnde itaque catarrhus ille ſalſus, qui eſſe non poteſt, niſi vel propter intemperiem cerebri, vel propter intemperiem inferiorum. Aduſtio enim agens in inſipidum, facit ſalſedinem, quod indicat aduſtionem: & acredinem, quod indicat bilem.

Eſt itaq; hìc intemperies cum affluxu materiei, non propter intemperiem membrorum. Primò laborauit tertiana, quia multiplicauit plurimos humores bilioſos, ac mala ratione victus, hepar ſupercalefacit, non fuit curatus ſicut oportuit, nec eſt euacuatus, nec alteratum hepar, vi tamen ſuæ naturæ expulit hanc bilem per icteritiam, quæ criſis fuit imperfecta propter redundantiam plurimam materiæ. Quia ante primam ſeptimanam expulſa, vt docet Hippocrates, icteritia, ante ſeptimam mala. Poſtmodum tamen, vt hìc, nihil nocet. Hinc curatione imperfecta, & hepate non alterato rediit febris, & natura rurſus per icteritiã expulit in parte, hinc rurſus ſucceſsit continua tempore Autumni, quia pori obſtructi, nec ita materia euacuari potuit, tandem tamen ad eandẽ cutim iterum expulit virtus: non fecit icteritiam tum, quia humores longo tempore facti aduſtiones, & etiam propter tempus anni: ideò ſucceſsit ſcabies & pruritus in cute. Et quia ventriculus etiam deſtructus ob ingentẽ ſupercalefactionem, hinc ſalſedo in iſto humore pituitoſo, qui pruritum efficit. His ſtantibus & manente plenitudine & intemperie hepatis calefacti, & ventriculi debilitatis, quia Medicus non euacuarat, nec hepar contemperarat, & ventriculum corroborarat trochiſcis de roſis & abſinthio, ad hepar infrigidãdum, & ventriculum corroborandum, vt in longis febribus fieri debet. Hinc calor hepatis manſit & debilitas ventriculi. Et quia fuit Taruiſij in aere putrido, ſemper malè habuit: ad huc veniens

A ſqualidus & macer fuit, quia humores adurebantur: ex quo humores aſcendentes ad caput. Galenus tertio de Locis affectis: Vbi hepar eſt ſupercalefactum, neceſſariò in venis calidus eſt ſanguis, quia euaporans aſcendit ad caput, hocq; ſupercalefacit, aſcendit etiam pituita à ventriculo per viam latam ad cerebrum. Hinc virtus expulſiua capitis ab his humorib. irritata, ea reiicit ad inferiora ad fauces vnde delabitur in ventriculũ, & erodit ſuperficiem illarum partium: & ſic omnes iſti dolores ex hepate ſupercalefacto, & B ventriculo debilitato emanarunt. Quia tamen aerem meliorem nunc habet, & virtus omnia vincit: itaque tendit ad ſanitatem, & optimè ſe habet reſpectu prioris temporis. Ceſſantibus enim accidentibus, declinant etiam cauſæ, quia accidentia cauſas comitantur, vt vmbra corpus. Concoctio deiecta ex catarrho deſcendẽte prouenit, tardè concoquit, quia ventriculus non bene complectitur cibum ob catarrhum deſcendentem: ſed melio- C rem generat ſanguinem, vt apparet ex colore, qui ſubinde melior fit. Non igitur tanta in hoc ægritudo. Tantùm rationem victus mutarem, purgarem leni euacuatione, exhiberem caſsiam, ſyrupum de infuſione roſ. recentem, & de ſucco endiuiæ, & melle roſato propter ventriculum, & aqua de cichorio vel endiuia.

In cichorio non eſt caliditas, quæ ſupercalefacit hepar, & ſi comparetur ventriculo, calida eſt: ſi hepati, frigida, ac corroborat vtrunque mem- D brum. Darem itaque ſyrupum de cichorio, & exhiberem florem caſsiæ, & ſyrupũ recentem cum infuſione rhabarbari. Nec ſtuderet, pueri ſi æſtate benè valent, ſatis diſcunt. Non tranſgrederer medicinas benedictas. Quia natura per ſe morbum ſuperaret, abſtineretq; ab omni intemperie in ſex rebus non naturalibus. Et ſic tantùm leuiter euacuarem, & darem ſyrupum roſarum, vt dixi, atque iſta mihi ſufficere videntur.

E

CONSILIVM CLXX.

In tuſſi poſt ſanguinis ſputum & febriculas.

CVRRIT nobis adoleſcens nobilis curandus annum agens viginti duo. Temperatura totius corporis ad calidum & ſiccum vergit, vt plurima ſigna teſtantur. Atque vt omnia eius mala recenſeam, menſibus abhinc quatuordecim aut quindecim, cùm prauiſsima ratione victus vſus eſſet, & præ- F cipuè pila multùm luſiſſet, aſsidua corruptus tuſſi, magnam portionem ſanguinis cum ſputo eiecit, idq; per aliquot dies perſeuerauit: ſed adhibitis remediis ſanguinis effuſio ſuppreſſa eſt, tuſsicula tamen remanſit: inde ad tres aut quatuor menſes cùm adoleſcens iſte iterum ad ſolitum pilæ ludum reuertiſſet; rurſus in ſanguineũ ſputũ incidit, quod item paucis diebus auxilio Medicorum ſuppreſſum eſt.

G Veruntamen tuſsis nunquam ſedari potuit, ſed vſq; in hodiernum diem perſeuerauit. Præterea ſputa eiiciuntur liuidi ac viridis coloris, craſſa, tenacia, rotunda, purulenta, mali odoris. Corpus pręterea emarcuit. Item calore mordaci quodam

dam ac febrili vexatur, vt pulſuũ velocitas ac frequentia, nec nõ bilioſus vrinæ color demonſtrat, ſed præcipuè veſpertinis horis quòdam horrore ac febricula manifeſta tentatur. Item eius facies quodammodo tornatilis ac pallidior effecta eſt. Hi ſunt affectus præter naturam, qui in præſenti ægro reperiuntur: primarius tamen, & à quo cæteri tanquam à fonte proueniunt, eſt materiæ pituitoſæ frigidæ à capite deſtillatio, quæ tamen à ventriculo, iecore, omnibusq; inferioribus membris fouetur: ſecundarius eſt vitioſa pulmonis affectio, per quam pituita in eum deſcendens ita putreſcit, vt omnino purulenta videatur, ac ſi nõ vlceratus eſt, periculum certè ingens eſt ipſum propediem vlceratum iri: fieri enim nequit, quin pus tandiu in pulmonibus commorans, eos proximè ad putredinem deduxerit. Viſis itaq; morbis ac eorum cauſis, iam ad curationem accedamus. In primis ratio victus probè inſtituenda eſt, quæ in longis ægritudinibus potiſsimà curationis pars habetur. Aer itaq; cùm morbi cauſa humida ſit, ad ſiccum vergat neceſſe eſt. Vitetur itaque paluſtris, nebuloſus, ac ventoſus, fumidus & puluerulentus, in frigido & calido mediocris ſit: nam calidus nimis morbo videlicet febri noceret, frigidus cauſæ ſcilicet materiæ pituitoſæ frigidæ, & ſpiritum conſtringeret. De motu & quiete ita ſentio, ipſum otio & quiete potius egere, quàm corporis agitatione, ſed poſt cibum maximè ne impediatur concoctio, quã ipſe magnopere indiget.

Loco autem exercitationis leuibus frictionibus vti oportet manè, præcipuè ante cibum, crura, fœmora, brachia, dorſum fricantes, deorſum trahant. Somnum vt vigiliam partiatur, vt noctu quantum concoctioni ſatis ſit dormiat, neque ſtatim à cœna dormitum eat, ſed horam ſaltem interponat, leniterque interim deambulet, niſi fortè febricula aut imbecillitate corporis impediatur: iaceat in latus aut in ventrem, ſupinus autem minimè, ceruicali vtatur in quo pluma nõ ſit, ſed aut panni linei, aut herba illa, in qua vitrea vaſa continentur. Meridianum ſomnũ euitet, niſi fortè & per longum tempus aſſuetus ſit, & nimiam ex vigilia reſolutionẽ patiatur. De inanitione & repletione corporis, quantum videlicet ad excrementa attinet, conſulendum eſt, vt quotidie ante cibum alui & veſicę purgamẽta deiiciat, aut ſpontè, aut per clyſteres & glandulas communes. Animi motus ita temperet, vt ne iraſcatur, nec triſtetur, neque curis ſollicitetur: ſed hilaritate & lætitia perfundatur, bonaq; ſpe recuperandæ ſanitatis ſuſtentetur, vt honeſtis delectamentis relaxetur. In cibis & potionibus exquiſita diligentia vtendum eſt, præſertim cùm ventriculus haud ita bene ſuo munere fungatur. Panis itáque deligatur ex optima tritici farina, bene fermentatus, bene coctus, parũ ſalitus, nonnihil furfuris habens, nõn vetus & durus, ſed recens & mollis. Carnibus veſcatur hœdi, vituli lactentis, veruecis interdum, pullorum gallinaceorum, caponum, gallinarumque iuuenum, perdicum, phaſianorum, francolinorum, auiumq; omnium fragilium carnium in pratis & arboribus degentium. Veſcatur & vitellis ouorum recẽtium. A' lacte & caſeo abſtineat, & à ſuilla carne, elixiſque omnibus vtatur, minimeque ſalitis. A' piſcibus caueat omnibus, præterquam ſaxatilibus, caueat & à leguminibus. Sed interdum aſſumere poterit ius cicerum rubrorum, in quo petroſelini radicula & parum roriſmarini incoctum ſit. Frequentiſsimè autem veſcatur hordei granis elixis bene coctis, cum aliqua ex ſupradictis carnibus, aut eius cremore. Olera ſatius eſt vt dimittantur, quàm vt ſumantur, interdum tamen, ſed rarò veſcatur capparibus, oleo & aceto mitiore & paucisſimo ſale conditis, boragine quoque & bugloſſa coctis eodem modo præparatis. Interdum betis elixis ad leniendum aluum veſci poterit, aut oleo conditis, aut cum carne coctis. Fructus omnes horarij abiiciendi ſunt. Veſci autẽ debet nucleis pineis cum ſaccaro ante cibum, aut amygdalis, aut ſeminibus melonum, nonnunquam & piſtaceis à cibo: frequenter autem vtatur vua paſſa cum ſaccaro ante cibũ & poſt. Potio ei ſit aqua cocta cum zuccharo, aut cum melle per aliquot dies ad minuendam pituitam caloremque febrilem temperandum. Quòd ſi id fieri debilitas virium non patiatur, vinum ei concedatur tenuis ſubſtantiæ, albi coloris, dilutum valde. Et hæc pro victus ratione abundè ſufficiant. Reliqua curatio duabus inſtrumentis adminiſtrãda eſt, chirurgia & pharmacis, prius habitis indicationib. quæ tales ſunt: Cùm multa materia in hoc corpore ſit à capite præcipuè ad pulmones deſcendẽs, & aſsiduè noua generetur, præſens materia educenda eſt, noua ne generetur prohibendum eſt, membrũ mittens corroborando ne generet, & membrum ſuſcipiens ne admittat. Pro euacuanda chirurgia, id eſt, ſectio venæ, videtur periculoſa, cùm iſte ſit ſatis exhauſtus, ſed potius ἐπικράσεις facienda eſt, id eſt, paulatim mali humores ſunt euacuandi per medicamenta, & boni per conuenientes cibos generandi. A' fortibus autem & acutis purgatoriis medicinis cauere oportet, ne febris augeatur, & ne magis, quàm conueniat, corpus diſſoluatur, viſque vitalis & naturalis infirmetur. Itaq; à principio flore caſsiæ vtatur, exempli gratia ʒ.x. cum ℈.s. ſeminũ fœniculi, aut aniſi, aut eliquetur cum decocto pectorali, aut aqua boraginis. Deinde per ſeptem aut octo dies in aurora accipiat huiuſmodi ſyrupum calefactum, vel etiam frigidũ, æſtatis tempore:

℞. Mellis roſacei ℥.s.
Oxymel ℥.s.
Aquarum boraginis,
Violarum farfaræ ana ℥.s.

Miſce, & fiat ſyrupus. Acceptis ſeptem aut octo huiuſmodi ſyrupis, deinde talem bolum accipiat:

℞. Florum caſsiæ proximè extractæ ℥.s.
Agarici præparati ʒ.j.s. vel ij.

Miſce, & cum ſaccaro fiat bolus. Sed quoniam & materia noxia multa eſt, & intemperies ventriculi ac capitis frigida iam inueterata eſt, quæ veluti perẽnis fons iugiter nouam materiam creat; ideo non ſatis erit vna euacuatio, ſed opus eam ſæpe repetere. Igitũr euacuato corpore, ſemel eo

quo dixi modo, iterum talem ſyrupum inſtituere oportet, qualem modò inſtituemus: neque enim in longis morbis iiſdem ſemper remediis vtendum eſt, ſed variandum ne vni remedio adſuefacta natura nihil ab eo patiatur. Quia paſsio & actio fit à contrario. Syrupum ergo talem accipito:

℞. Syrupi de cichoreo Nicoli ſine rhabarbaro,
De glycyrrhiza,
De betonica ana ℥. mediam.
Aquarum betonicæ,
Endiuiæ,
Capillorum Veneris ana ℥. j.

Miſce, & fiat ſyrupus, quem accipiat per octo dies. Deinde exhibeatur ſuperius ſcriptus bolus: nullum enim præſtantius eo pharmacum in tali caſu reperiri poteſt. Sic bis aut ter purgato corpore in vniuerſum ad capitis ipſius purgationes veniendum erit, per ea quæ ἔῤῥινα & ἀποφλεγματισμοὶ vocantur. Errhina ſunt ſucci & aquæ quæ per nares attrahuntur, vt aqua violarum, aut maioranæ, aut ſuccus betæ: aut ſi ad fortiora accedere oporteat, accipiatur fruſtulū radicis iridis, & inunctum oleo amygdalarum dulcium, aut amararum in nares iniiciatur, ibique aliquantulum teneatur: item in nares oleum ſeſaminum immittito, ad vltimum ſuccum cyclaminis aut anagallidis, quando ſuperiora non profuerint. Apophlegmatiſmus fit mandendo grana maſtichis, aut radicem pyrethri quæ fortior eſt, vel fiant trochiſci. Deinde caput per extrinſeca euacuetur, & roboretur per irrigationes, quæ fiant ex decocto betonicæ, camomilli, ſaluiæ, aſari, & roſarum aridarum. Poſſunt ſacculi rerum calidarum aut temperatarum & exiccantium pleni capiti applicari, vt pote ex milio, furfure & ſale, aut ex camomilla, betonica, maiorana, ſampſuco, ſerpillo, calamēto, & huiuſmodi. Aut pulueres ſuper ſuturam coronalem infricandi ſunt. Vnus ſcilicet qui ab antiquis valde laudatur ex cinamomo, garyophyllis, & macere minutiſsimè tritis cōponitur. Poſſet item fieri puluis ex ſandaracha, maſtiche, coriādro, coralliis, ſchœnanto, ſpica, & pipere ſimul tritis conflatus. Poſſent etiam alij id genus pulueres multifariam variari ex rebus exiccantibus magis aut minus calidis, prout vſus ipſe requirit, qui vt firmius capiti adhæreſcant, poterūt cum cera aut reſina miſceri, & ad cærati formam reduci. Si per hæc materia deſtillans adhuc ſuppreſſa & exiccata non fuerit, per fortiora eam difflari aut diuerti neceſſe erit. Quamobrem vtile erit adhibere capiti poſt aures, aut non longè à ſutura, quæ corona dicitur veſicatoria, quorum modus & materia ſatis à bonis chirurgis dignoſcuntur: vel cauteria, quæ poſtremò cæteris non iuuantibus adhibeantur cum ferro candenti, aut cum medicinis vſtoriis. Hæc autem capite affigere propter nimiam violentiam periculoſum eſt, ideo aut brachiis aut cruribus à peritis chirurgis admoueantur. Ad retrahendam autem difflandamque materiam in toto corpore redundantem, balnea aquæ dulcis tepidæ ante cibum congruenter adhibita mirum in modum proficient, cum prius tamen per pharmaca corpus optimè mundatum fuerit. Quantum ad tuſsim & pulmones attinet, multæ inunctiones externis & tuſsicularia remedia per os aſſumenda adduci poſſunt, quæ tamen cum omnibus nota ſint, conſultò omittimus: illud tantùm adiicientes, vt ſomno ſedandæq; tuſſi vtantur etiam diacodio cum ſapa facto. Præterea ad totius corporis maciem & ſiccitatem leuandam, poſtquam à balneo ſuprà dicto egreſſus fuerit, totum eius corpus oleo amygdalarum dulcium tepido, pauco, roſaceo admiſto inungatur. Per hæc ſalutem huic adoleſcenti reſtitutam iri ſperamus. Patauij anno 1550. Septemb. 15. Datum ex ſententia Montani.

Consilivm CLXXI.

De ſputo ſanguinis & puris, ex catarrho cum febre hectica, pro quodam ſtudioſo.

Clarissime Doctor, non ero longior, cū ille morbus ſit admodum expoſitus per ſuū genus: videmus enim eum laborare ſputo per tuſsim: expuit enim catarrhum putrefactum, cum aliqua parte ſanguinis, vt apparet, & febrem continuam patitur. Hęc ſatis ſunt nota. Sed diſtinctè inuenire cauſas & locum affectum in hoc caſu, eſt admodum difficile. De febre quæ adeſt non dicam multa, quæ pendet ex catarrho tanquam accidens. Circa inquiſitionem cauſarū videmus difficultates quaſdam. Excellentia veſtra propoſuit coniectura probabili, quòd poſsit eſſe vlcus in pulmone, quia præceſſerunt cauſæ quæ potuerunt hoc facere: & videtur ſibi quòd vena ſit eroſa, quia putreſcit catarrhus ſalſus, ex quo fit corroſio: & quia vaſa illa pulmonis ſunt valde parata ad corroſionem propter mollitiē, ideo admodum probabile eſt, quòd ſit ratione corroſionis. Præterea cum perſeueret cum ſanguine eiectio puris, eſt probabile quod pendet ab vlcere: quia vbi pus, ibi eſt vlcus: & ſanguis qui expuitur, eſt ille qui non potuit conuerti in pus. Et ſic videtur eſſe ex vena in ſubſtantia pulmonis & pus, & ſanguis. Dicam ego primò, clariſsi. Doct. me habere difficultatem circa hoc. Nam ſi eſſet vena corroſa, cum illę venę in pulmone habeant plurimum ſanguinis, videremus hic plus ſanguinis. Conſpicimus autem paucum ſanguinem, & plurimam quantitatem catarrhi & puris. Ergo ſi ex eodem loco deuenirent ſanguis & pus, deberet eſſe vlcus magnum: & ſic, ſi eſſet in corpore venæ, plus etiam ſanguinis eſſet. Præterea quanuis ille locus ſit putrefactus, tamen ſanguis defluēs ad corpus venæ & locum illum non eſt putrefactus, & ſic ſanguis appareret & in maiori quantitate, & clarus, & purior. Vnde videmus in aliis vlceribus venarum ſanguinē effluere clarum, quia qui affluit, nondum eſt corruptus & putrefactus. Et ſic facit mihi difficultatem, num ſit ratione exulcerationis pulmonis. Eſt tamen pus. Dicam ego quod ſentio. Primò, credo quòd illud pus ſit ex catarrho deſcendente à capite, qui putreſcit in concauitate pectoris, vel in pulmone: poſtea enim dicam qui locus ſit affectus ex his. Ratio eſt, quia habuit ſemper catarrhum. Solet autem contingere quòd pituita à capite deſcendens,

dens, craſſeſcit & putreſcit; eſt enim ſanguis ſemicoctus: & ita cum ſapiat aliquid de natura ſanguinis, & ſit humida, facilè putreſcit, & magis quàm humor melancholicus aut cholericus, quia eſt humida, & ſanguis ſemicoctus: ſanguis autẽ omnium facilimè putreſcit, licet putredo pituitæ non ſit ita deteſtabilis vt putredo ſanguinis. Vnde Galenus quærit, quare putredo ſanguinis ſit ita deteſtabilis. Facilius putreſcit ſanguis quàm pituita, quia eſt calidus & humidus, & ita habet cauſas putrefactionis ſuæ tã ab extrinſeco quàm ab intrinſeco: ſed phlegma tantùm ab extrinſeco, quia eſt frigidum & humidum. Vnde etiam dicit Galenus, quòd corpora calida & humida facilius patiantur putredines, quia hæc corpora ſubiecta ſunt putredini omnis generis. Corpora frigida & humida etiam patiuntur putredines, ſed non tantùm. Ergo pituita etiam facilè putreſcit, ſed non in eo gradu, & tã intensè vt ſanguis. Habuit ergo catarrhum, qui eſt pituita, teſte Gal. 2. de Facult. natur. Hæc cũ ſit in loco calido & humido, id eſt, in pulmone, & illis partibus, credo quòd cõtinuè putreſcat illa pituita, & catarrhus ille deſcendẽs, & quòd non ſit pus ex vlcère quodam, ſed ex catarrho ex capite deſcendente, & putrefacto propter motũ in illis partibus. Hinc contingit, quòd dum putreſcit in illis partibus, habet aliquam ſalſedinem, ratione cuius abſtergit, & addit etiam aliquam patefactionem ipſe locus, propter plurimum motum, quòd ſcilicet quædam venæ apertæ ſint potius vel relaxatæ, quàm quòd ſint corroſæ: & ideo etiam effluit ſanguis, & expuitur interdum plus, interdum minus, prout illæ venæ plus aut minus aperiuntur ex illa materia ſalſa tranſeunte. Et ſic non credo hìc eſſe corroſionem, ſed potius apertionem quandam venarum, non magnarum, ſed paruarum: vnde etiam ille ſanguis apparet non verè rubicundus, ſed ſanioſus, propter motum: & ſic reiectio ſanguinis eſt ex apertione, & non ex vlcere. Et hoc de catarrho & pure ſatis. Vtrum autem locus affectus ſit in pulmone, an in concauitate pectoris, quæritur. Dico ego, ex quo video difficultatem anhelitus, & in loquendo, quòd potius illa materia ſeu catarrhus putreſcat in pulmone, quàm in aliis partibus, & ciat ibi illa ſymptomata: & quòd locus affectus ſit pulmo: & quia eſt ſalſus ille catarrhus & abſterſiuus, ideo facit apertionem venularum minimarum in pulmone. Atque ita ſanguis prouenit ab eadem cauſa, à qua pus: nam pus prouenit à catarrho putrefacto, ſanguis autẽ à catarrho ſalſo & abſtergente: & ſic catarrhus eſt cauſa illius ſanguinis qui vnà eiicitur cum catarrho. Sed quæritur, vtrum catarrhus deſcendẽs, ſit in ipſo capite principaliter & per eſſentiam, an ſit ex partibus inferioribus quæ generant continuè materiam catarrhi, & ſic aliunde proueniat, & non generetur in cerebro. Audiuimus quòd dixit, ſe antea perpeſſum eſſe affectum hypochondriacum, & quòd fuerit ſemper triſtis à natura & melancholicus, & multum comedit, &c. Et video omnes adeſſe cauſas catarrhi. Nam ſi eſt melancholicus, propter paſsionem hypochondriacam, & omnes illi qui laborãt melancholia hypochondriaca, ha-

A bent propriè ventriculum frigidum & hepar calidum, vt audietis cras in futuro collegio, quòd hoc ſemper ſit neceſſarium in illa affectione, ſi aderitis. Quibus ſic ſtantibus, habemus omnes cauſas catarrhi, ventriculum frigidum, & hepar calidum, auarum, quod ſemper attrahit chylum inconcoctum & crudum. Et cum poſterior concoctio nõ corrigat priorem, hinc ſit quòd in omnibus venis multiplicentur ſuperfluitates, & in toto ambitu venarum. Vnde quia hepar eſt cali-
B dum, & venæ etiam neceſſariò calidæ, quia orta atteſtantur fonti: cum humores illi crudi ſint in loco calido, fiunt plurimæ euaporationes. Ergo ſuapte natura hoc corpus fuit paratum ad hoc vt pateretur catarrhum, teſte Galeno. Præterea dicit ſe fuiſſe ocioſum, & in ſtudiis verſatum eſſe: & quantum ſtudia conferant ad catarrhum, nouerunt illi qui ſtudent. Vnde Marſilius Ficinus rectè dicit, ſcholares non habere hoſtẽ maiorem quàm catarrhum. Et ſic non mirum ſi incidit in
C catarrhum. Incurrit autem in catarrhum tempore conuenientiſsimo ad hoc, id eſt, hoc anno ineunte Vere, in quo anno non habuimus Ver, ſed hyemem immeditatè conſecuta eſt æſtas: & non credo quòd in quinquaginta annis tale habuerimus Ver, propter maximas humiditates: & ideo videmus etiam quòd plurimi hoc anno in catarrhũ inciderunt. Et ſic omnia conueniunt ad cauſas catarrhi, & diſpoſitio corporis, & genus vitæ, & conſtitutio anni: fortaſſe etiam habet caput de-
D bile, quamuis ego hoc non ſcio: ſemper enim fuit timidus, propter ſpiritus frigidiores, & inde caput fortaſſe frigidũ fuit. Hinc apparet etiam cur catarrhus ſalſus ſit: quia cũ frigidus ſit ventriculus, & hepar calidum, à quo ſiũt aduſtiones illius pituitæ in ventriculo generatæ, & inde ſalſedo, quę ſit ex partibus aduſtis in ſubſtantia aquea, vt dicit Ariſto. in ſecundo Meteo. Et ſic habemus catarrhum cum ſuis cauſis, locum, & materiam catarrhi. Adeſt febris continua, quæritur an ſit acci-
E dens, vel morbus diſtinctus à catarrho? Dico quòd hæc febris eſt potius accidẽs catarrhi: quia dum putreſcit illa pituita in pulmone, & exeat putrida in tam magna quantitate, & locus ſit vicinus cordi, vnde non mirum vapores putridos ductos eſſe ad cor, cum aer trahatur ad cor per pulmonem, & ſic etiam trahuntur vapores putridi, & inde propter putredinẽ in pulmone factam febris eſt continua. Vtrum hectica, vel putrida tantùm? Dependet à vaporibus putridis. Cùm
F perſeuerauerit hæc febris tamdiu in corpore habente hepar calidum & ſanguinem aduſtum, & propter vapores ꝓpinquos cordi, videtur quòd ſit etiã in ſubſtãtia ipſa cordis: & ſic facta impreſſio caloris, & ſic in ipſo corpore cordis, ſit facta febris hectica: & ſic credo eſſe febrem hecticam. Et habemus ſigna, quia incaleſcit poſt cœnam & prandium, & hoc eſt inſeperabile à febre hectica. Pulſus eſt valde inęqualis: primò, quia aliqua putredo: ſecundò, quia materia eſt in pulmone, ex
G quo ſemper ſit inæqualitas pulſus, vt Galen. prędixit mortem habenti maximam inæqualitatem pulſus, cùm eſſet adhuc ſanus, & de Cauſ. pulſ. libro ſecundo vide plura. His ita ſe habentibus,

præſente catarrho & illo pure, ſi quæratur à me vtrum ſit phthiſis, dico quòd eſt phthiſis: ſed non propriè vlcus pulmonis, ſed eſt illa phthiſis, de qua loquitur Auicenna in vltima parte capitis illius dè phthiſi: & dicit Auicenna eſſe quandam ſpeciem phthiſis, quando catarrhus deſcendit à capite, & putreſcit in pulmone, ex quo areſcunt corpora, & conſequuntur eadẽ ſymptomata, quę conſequuntur exulcerationem pulmonis. Et ſic eſt quædã phthiſis hæc affectio, ſed non propriè: & tales homines ſæpe obueniunt nobis in cura, & credo etiam excellentias veſtras ſæpiſsimè tales habuiſſe: & caſus ille propter quẽ vocatus fui Taruiſium, erat ille ipſe caſus, & ſimilis huic prę-ciſè. Et notate hoc: Rariſsimè curantur, & vt plurimum moriũtur, quia contabeſcit cor & pulmo: & credo quòd ille iuuenis habeat malam intemperiem in pulmone, ex tanta putredine contractam. Ego tamen aliquos curaui: & ne hoc per arrogãtiam dictũ à me eſſe putetis, addam etiã hoc, quòd vbi vnũ curaui, ibi cẽtum fuerunt mortui.

Aggredienda itaque in hoc cura, ſed cum prognoſticatione. Cum quibus? Exquiſitis morbis exquiſita remedia adhibenda ſunt: nõ curabitur remediis leuibus, ſed validiſsimis. Deſcendit catarrhus, catarrhum primò ſiſterem, factis tamen prius purgationibus, ſi nõ factæ ſunt: & raderem totum caput, & veſicatoria applicarem capiti, prius ex leuioribus, tandem etiam ad fortiora, vt ad cantharides deuenirem. Puto Excellen. V. meminiſſe, quomodo matronæ cuidam nobili laboranti tali catarrho & phthiſi, applicauimus etiam veſicatoria ad caput, & natura ſuppleuit id quod nos non potuimus facere, & caput totum obductum fuit veſicis & cruſtis, & ſanata eſt ab hoc catarrho, & adhuc viuit. Ideo in hoc adoleſcente etiam veſicarem caput, donec fierent cruſtæ. Poſtea deuenirem ad exiccationem pectoris & pulmonis, & veſicarem totum pectus: & tandem facerem cauteria circa vtrunque brachium, & ſic vbique exhalaret materia, & ita deſinet putredo, & fiet diureſio materiæ illius. Vnde Galenus in phthiſi vera, circa pectus præcipit cauteria, vt ſatis expurgetur. Sed hæc non poſſunt fieri ante præparationem corporis. Primò igitur euacuarem corpus cum caſsia & agarico: non darẽ ſcammoniũ & pillulas cocchias. Poſtea ad expurgandum pectus ab illa materia, ſingulis diebus darem oxymel cum melle roſ. & ſumat vna vice ad ℥. ij. Paulus dabat ad expurgationem pectoris mellis ℥. ij. vna vice his qui expuebant pus. Et ego potius mel roſ. darem, quàm mel ſimplex. Ad derem oxymel, propter penetrationem: dicit enim Meſue, & rectè, quòd facit penetrare medicinas ad partes, ad quas fortaſſe non penetrarent. Et Galenus ſępe admiſcet ſuis medicinis acetum. Ergò manè accipiat vnciam vnam & ſemis mellis roſ. & ℥. s. oxymellitis, & ſumat vna vice tantùm. Item loco ſyrupi acciperet magnam ſcutellam iuris pulli manè, in quo iure eſſent decocta hordeum, liquiritia, & farfara, ad remittẽdam ſalſedinem & acredinem catarrhi. In reliquis parum confido, & credo quòd ſi poterit curari (quod tamen non polliceor) ſic curabitur, ſcilicet vt veſi-

A cetur caput, exiccetur pectus cum cauteriis, & fiant veſicæ & cruſtæ etiam.

CONSILIVM CLXXII.

De cura pleuritici.

IVVENIS quidam Nouocomenſis febri laborabat, cum magna anhelitus difficultate, tuſsi vehementi, cum dolore inſigni lateris pungitiuo, ægrè ex puens. Montanus pleuriſin metuens, qua ante
B bienniũ etiam laborarat, ſtãtim ſequentibus vti voluit.

℞. Florum chamomillæ,
Meliloti,
Roſarum ana m.j.

Contundantur groſſo modo, & in aqua decoquantur, pro fomentatione loci affecti cum ſpongia. Item

℞. Olei chamomillę.
Sem. lini ana ℥.j.
C Roſati completi,
Anethini ana ʒ.ij.

Miſce cum modico ceræ: fiat linimentum poſt fomentationem. Pro victu, panatella vtatur ſine butyro, & ſale. Vino penitus abſtineat, ita vt non odoret. Bibat aquam hordei cum ſaccaro, qua os etiam ſæpius abluat: & quæ exhibentur, dentur tepida. Veſperi deinde accipiat bolum:

℞. Caſsiæ nouiter extractæ ʒ.x.
Pul. liquiritiæ,
D Hyſſopi ana ʒ.j.

Cum ſaccaro fiat bolus. Sequente die venam aperire iuſsit, & extrahi ſanguinem ad ℥.v. vel vj. donec mutaretur color, è baſilica ſiniſtri lateris, vbi erat dolor, & ordinauit:

℞. Syrup. violati ℥.ij.
Penidiarum ℥.j.
Syrupi de liquiritia ℥.s.

Miſce pro lambitiuo. Item

℞. Syrupi violati Meſ.
E De farfara ana ℥.j.
Aquæ ſcabioſæ,
Helenij ana ℥.ij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Hunc bis ſumat in die, manè & veſperi, tribus horis aut quatuor ante cœnam. Inungat partes pectoris antè & retrò oleo amygdalarum dulcium, ita ne tangat regionem ventriculi. Sequente die cum Montanus Venetias abiret, & Bellocatus vrinas ictericas tingentes, & ad nigredinem obſcuram accedere vi-
F deret, & de doloribus æger plurimum quereretur, vocatus eſt Friſimelica, quia iam deſperatum propemodum dicebat. Iterum ſanguinem miſit, & emplaſtrum appliçuit ſuum: & cum ſeptima meliuſculè haberet, illo ſolo leuatum eſſe prædicabat. Septima Montanus iterũ acceſsit, dolor & tuſsis ſeſe remiſerunt, nec ſanguinẽ, vt præcedentibus diebus, ſed materiam concoctam expuebat. Vrinæ licet ictericæ adhuc tingebant, non tamen ita nigræ erãt. Petebat æger carnes & vinum. Sed
G Montan. cõcedere nolebat. Et vt ad minimum ad vndecimũ, vel decimum quartũ diem in præſcripta diæta perſeueraret, iuſsit maioris ſecuritatis cauſa, dare panatellas tantùm, & aquam coctam.

Empla-

Emplaſtrum, cuius hîc à Frizimelica fit mentio, deſcriptum eſt in ſequenti conſilio.

CONSILIVM CLXXIII.

De pleuritide cum catarrho & febre peſtilenti, pro magnifica muliere.

Dominus Franciſcus FriZimelica hac præfatus.

CVM primùm veniſſem (agitur iam 5. dies) ad magnificam hanc dominam, dolebat ex capite, inueniebã eam febrire: tuſsiebat, & nihil expuebat. Suſpicabar illicò de pleuritide: ſed quia cõquerebatur ſe toto triduo beneficium ventris non habuiſſe, caſſiam extractam ob lenitionem alui exhibui, & vt biberat aquam hordei cum zuccharo decoctam, veſcereturq́ue loto pane & ptiſana, iuſsi. Pectus meo iuſſu cum oleo amygdalino & liliaceo inunctum eſt. Caſsia bene operata eſt, & altero die multum egeſsit materiæ variæ & corruptæ. Tertio die minui ſanguinẽ ex baſilica dextri brachij ad ℥.x. & locus interim inunctus eſt, neq; in diæta quicquam mutatum. Quarto die, vt dolori capitis, qui quodammodo familiæ toti hæreditarius eſt, quo etiam annis retrò actis ſæpe laborauit, facerem medicinam, & lenirem quadantenus pectus ipſum, dedi electuarium de penidiis, cum ſyrupis de glycyrhiza, & de farfata. Ipſa etiam bibit ſyrupum acetoſum ſimp. cum farfaræ decocto. Heri veni, & egeſsit copioſè, & cùm ita egeret, iterum rigor eam inuaſit, qui ſeruat tertianæ febris periodum. Superioribus diebus claræ vrinæ erant, iam verò crudiſsimæ, & prorſus iumentitiæ, vt inquit Hippoc. Acceſsit ad alia mala tinnitus aurium, quod ante biduũ ſenſerat: peſſimè dormiuit: lingua erat aſpera & ſicca: non delirauerat, ſed an eſſent vſpiam maculæ in poſteriorib. corporis partibus, iuſsi inquirere alias dominas: nam febrem peſtilentem iudicabam. Primitiuæ cauſæ fuerunt, cùm longius iter feciſſet & incaluiſſet, domum reuerſa eſt, veſtes exuit, vt totum corpus obrigeret: vnde obſtructio ſecuta, quæ putredinis cauſa. Et quia catarrho frequenter laborat, iam deſcendit in pectus: vnde inflãmatio pleuretica. Hodie manè eclegma ordinaui quod vſurparet.

℞. Oxymellis ſimpl.
Succi liquiritiæ ana ℥. ij. Miſce.

Et emplaſtrum, quo etiamnum vtitur:

℞. Maluarum
Florum chamomillæ ana ᴍ. ij.
Meliloti
Anethi
Violarum ana ᴍ. j.
Sem. lini
Fœnugræci ana ℥. ij.

Decoquantur in aqua, & contundantur.

℞. Olei amyg. dulcium
Liliorum alborum
Seſamini ana ℥. ij.
Pinguedinis gallinæ ℥. j.
Farinæ hordei
Fabarum quantum ſuficit, fiat emplaſt.

Cibus panis lotus fuit, & quia petebat pomum

A coctum cum zuccharo, conceſsi vt pectus leniretur, & confortaretur cor. Neque enim veritus ſum, vt in bilem conuerteretur, quod fieri aſſolet, quia admiſtũ erat zuccharum, vt maior eius eſſet vtilitas. His prædictis, ad alia examinanda, quæ quidem cognitu videãtur neceſſaria, accedamus. Temperatura eius eſt calida & ſicca, atq; ita ſemper iudicaui: noui enim eam iam inde à pueris. Frequentiſsimè caput dolet, quòd hoc familiare eſt familiæ: pariter etiam ex ventriculo eſt ægra.
B Agere nunc eam credo annum 40. Patitur inflãmationem pleuriticam, & quæ ad eã ſequitur, febrim. Materia miſta eſt à prædominio choleræ & pituitæ, quod cognoui ex emiſſo ſanguine: oſtendit etiam præterita viuendi ratio. Cùm enim pro arbitratu ſuo viueret, multum congeſsit cruditatum, cùm ob alias cauſas, tum quòd obitũ mariti ſui clariſsimi Doctoris impatiẽtiſsimè ferret. Laborauit ob eaſdem cruditates catarrho ferè perpetuo, & qui hoc laborant, facilè in pleuritidẽ in-
C currunt, & ita non tantùm febris putrida ſubſecuta eſt, ſed etiam peſtilens ob materiã putridam nimis. Peſsimi humores collecti fuerunt antea, & ex ratione victus non bona, & naturali quadam diſpoſitione. Acceſſerũt cauſæ primitiuæ: corpus enim alioquin variis affectionibus obnoxiũ, motu vehemẽtiore calefactum, & poſt aeri frigidiori expoſitum, obriguit, ac cutis omnis tranſpiratio prohibita, ad obſtructionem vapores plurimi cumulati: qui quia exhalare non potuerunt, & calor
D extraneus acceſſerat, computruerunt, atque ſic facta eſt putredo, totiusq; adeò maſſæ ſanguineæ ebullitio. Indicio ſunt vrinæ perturbatæ, quę mihi oſtendunt perturbationẽ ſanguinis maximã: item tinnitus aurium ſignificat ebullitionem humorum. Et etſi adeſſe peſtilentẽ febrem ſatis conſtet, tamen maculæ nullæ apparent, eo quòd materia ad cutim non eſt tranſmiſſa.

Prógnoſticon. Vereor ne decedat, propter peſtilentem diſpoſitionem. Nã cum alia ſymptomata
E ſint vehementia, naturam etiam peſtilentem eſſe magis & magis docent: inflammatio enim eſt ingens, & materia plurima. Sed nondum eſt deſperandum: nos noſtræ operæ non parcemus.

Cura. Febris & inflammatio pleuritica ſimul erunt curãda: ſed quomodo? Cauſam vtriuſq; tollendo. Qua ratione? phlebotomia. Quocirca leniui etiam prius ventrem caſsia, totum nanq; corpus fuit repletum: deinde ſecui venam. Quid? cõuénitne phlebotomia in peſtilentia? Ego antè
F non vidi: ſed quamuis vidiſſem, tamen vt materia euacuaretur, ſtante præſertim virtute, & vt natura poſſet dominari, ſecuiſſem venam. Materiam concoxi cum ſyrupo farfaræ & aceto, qui in hoc caſu plurimũ valet: dein vt expueret facilius, pectus inunxi. Sed quæſtio hîc eſſe poſſet, an bolus armenus eclegmati immiſceri poſsit, qui mea ſententia multùm iuuaret. Et ſi quis negat, propterea quòd aſtringat: reſpõdeó cũ Galen. fac eſſe quod aſtringat, tamen putredinem tollit, & ego hîc pu-
G tredinem valde timeo. Cibus vſque adhuc panis lotus fuit: hodie parum pulli dedi. Quòd ſi quid mutandum fuerit, me volente etiam poterit mutari: quãquam malim nos ſtare cum omnib. iſtis

vſque ad ſeptimum. Poſtremò contra peſtilentiá, A
ſcorpij puluerem & decoctum laudarē maximè.
Syrupum etiam de liquiritia, & de farfara: vel cū
ſaccharo viol. permiſcebimus bolum armenum,
atque hæc mihi facienda videntur.

MONTANVS.

Tēdimus ad eundem ſcopū, clariſs. D. doctor,
nam vtriq; cura ea incūbit, vt mulier hæc magni-
fica ſanetur. Conſiderabo igitur naturam morbi
paulò diligentius, vt de inſtituenda curatione fa- B
cilius cōcludi poſsit. Natura autē morbi ex ſymp-
tomatis cognoſcitur, quæ in hoc caſu ſunt: diffi-
cultas reſpirationis, tuſsis, febris, dolor pungiti-
uus, quorum συνδρομὴ cōſtituit nobis pleuritidē.
Deinde catarrho laborare eandē dominā, non eſt
cur aliis rationib. inquiramus: ſenſu enim perci-
pitur quòd etiamnum defluat: audimus enim in
faucibus & aſpera arteria ſonitū. Nobiſcū faciunt
etiá alia ſigna, vt grauitas capitis, de qua conque-
ritur, & auriū tinnitus. Laborauit inſuper etiá ca- C
tarrho, antequam in febrē incideret. Sunt igitur
morbi huius dominæ, pleuritis & catarrhus. At
multum mecū dubitaui, febris ne inflāmationis
pleureticæ ſit ſymptoma, vel morbus per ſe, atq;
ab illa ſeiunctus: atq; certis quibuſdá rationib. ad
ducor, vt ſtatuá febrē eſſe morbū, & non ſympto-
ma, quia humores putreſcát in venis. Ergo pleu-
ritidē habet, & febrē, & catarrhū, morbos diſiun-
ctos: cū his morbis vrina ſubiugalis ebullitionem
humorum in venis indicat, quia magna putredo. D
Ergo hæc domina ſic ſe habet nunc. Quòd ad ha-
bitudinem corporis, eſt ſiccum & gracile corpus.
Siccitas manifeſtè apparet cum caliditate, ſed ille
calor eſt debilitatus. Etiam habet ſtomachū im-
becillem, & caput debilitatū à natiuitate. Eſt cor-
pus inæquale, & illa in primo ſenio: & in auſtrali
& boreali tēpore ſumus, quæ cōferunt catarrho,
autore Hipp. Vnū notádum, diligenterq; exqui-
rendum, qualis nam ſit pleuritis, veráne & ſince-
ra, vt quæ in pleura fit, an non ſincera & notha. E
Vna cōiectura hęc eſt, quæ arguit nō veram eſſe,
nec à ſubtili humore, quia nec dolor pungitiuus
eſt, neq; magna difficultas anhelitus: ipſa náque
dicit ſparsū eſſe dolorē. (lege Gal. 2. de Loc. affe.)
Eſt igitur potius in locis ſparſis, quàm in mēbra-
nis, nempe muſculis in pectore, quia membranæ
non ita facilè recipiunt. Sputū præterea ſemper
pituitoſæ ſubſtantię, quia muſculi pectoris inflá-
mantur potius intrinſeci quàm extrinſeci. Pulſus
durus eſt, quádo mēbrana inflámatur: verùm hîc F
neq; pulſus ita durus eſt, ergo pleuritis hęc à ma-
teria craſsiore eſt. Adeſt catarrhus perpetuus, fo-
uens morbum perpetuò: tuſsis quoque. Satis de
catarrho & cauſis, quia ventriculus ſemper labo-
rat, poſtea caput. iſta eſt cauſa materialis, & effi-
ciens catarrhum. Vtrum febris accidēs infláma-
tionis & catarrhi, an verá cauſam habeat ſepara-
tam? dico quòd vrina talis ſequitur magná in ve-
nis ebullitionem, & putredinem, & vbi febres (7.
Aph.) accidūt, ſequentes putredinē, cor petentes G
vapores, interimūt. Sed hîc putredo & ebullitio
& febris peſtilens, quod ad cauſam proximá, ma-
gna putredo, vt non tātùm vapores putridi aſcē-
dant, ſed maſſa ſanguinis putreſcat, ſed nondū in
corde: quia vbi cor corripuerit putredo, omnia
deſtruuntur: ſed dū in humorib. eſt putredo, po-
teſt curari, ſed raro, & à peritis medicis. De natu-
ra febris, catarrhi & peſtis, ſatis dictum.

Prognoſticon. Iam primò omnium, quòd ad ca-
tarrhum attinet, venit in mentem mihi Aph. 40.
Hipp. 2. Sectionis: βράγχοι & coryzæ in valde ſeni-
bus difficulter curātur. Et videtur in hanc regu-
lam cadere domina, vt ratione ætatis morbū dif-
ficilis curationis fore ſatis appareat. Quo ad pleu
ritidem, raro inflammationes in ſenibus contin-
gunt: ſin autē, ægrè curātur, & præſertim in hye-
me. Pulſus tamē etiam eſt paruus & tenuis, quod
ſignificat multos ſpiritus non adeſſe: quare nō fa-
cilè curabitur. Coctionis ſigna nondū apparent:
etiam febris moleſta & periculoſa: & iſta compli-
catio eſt peſsima, & habet cōtrarias indicationes.
Pleuritis cōcoquentib. lenientibusq; eget, peſti-
lens exiccantibus: quia cura eius 3. Epid. exicca-
tio: quare cura difficilis. Catarrhus etiam vtrique
diſpoſitioni nocet, & auget difficultatē ſpirādi, &
febrem: augentur obſtructiones in vaſis, & vbi-
que: ideo ex iſtis rationibus morbus difficilis.

Cura. Hîc eſt catarrhus, pleuritis & febris, quæ
ſunt ſeparata ſecundùm materiam: dico nullum
eſſe iſtorum contēnendum, quia omnia habēt ra-
tionem cauſæ: ergo catarrhus principio diuertē-
dus, & dolor leniendus. Quidnam agendū? Re-
ſpōdeo ad id quod dubitabatur de phlebotomia
in febre peſtilentiali. An ſit vena ſecanda? Et aſſe-
ro non ſecandam venam, idque autore Galen. 11.
Meth. Non enim curamus putredinē, niſi ſangui-
nem ſeruemus, ſed in peſte maxima eſt putredo.
Vnde dicemus, in principio febris peſtilētis phle
botomare optimum, quia refrigeratur corpus: &
phlebotomare dico optimum ſuo tempore. Cùm
putredo aucta eſt, minimè, quia eo modo virtus
debilitatur, & putredo augetur. Igitur phleboto-
mare oportet in principio: deinde de victu dicá.
Sumus in quinta die, & indicatur virtus, quæ vin
cet materiam, quia copiosè expuit, & faciliter.
Verumenimuero Hipp. de Rat. vict. 2. inquit: Vbi
incipit coctio apparere, primis diebus debemus
augere cibum, vt virtus poſsit augeri, ac roborē-
tur ſpiritus, & maior fiat ſputi facilitas & reiectio,
quod victus cōmodus facit: ſed vbi non ſigna co-
ctionis adſint, vict⁹ tenuis datur. Pulli ius primū
darem: ſi tolerabit, & virtus fortior ſit: ſin minus,
darem cōtuſum, vt virtus ſuſtineatur, cui vel ſoli
debemus attendere, ſine qua nihil facimus. Pro
cōcoctione, vt adiuuetur catarrhus, & materia in-
flammationis, vt conferrē cordi, ne putredo au-
geatur, nihil ſcio melius ad inciſionem humorū
ſcilicet ſine caliditate, quàm ſyrupum de ſucco a-
cetoſæ: in oxalide enim virtus incidendi, refrige-
randi & corroborādi ineſt. Et licet Hipp. 1. de Rat.
vict. ab aſtringentibus & acidis cauendū putat,
pręterquàm oxymelle: ſed ibi eſt aciditas ſine a-
ſtrictione, quod & Galenus docuit, idque multò
magis ſi ſaccharum admiſceatur: illud itaque ex-
hiberem, quod vim etiam habet, vt ſedet calorem
febrilem. Poſtea aqua farfaræ, id eſt, tuſsilaginis
confert ad tuſsim. Atq; his pro digeſtiuis vterer.

Pro

A Pro peſte,an bolus armenus cõueniat, quæritur. Si haberemus Gal.bolum, quem tantoperè prædicat ob exiccationem ſine aſtrictione, nihil haberem prius, præſertim cùm ille fœliciter dederit eũdem aſthmaticis. Sed noſter ille (quem rubricam ſinopicam eſſe inter doctos iam cõuenit) exiccat cum aſtrictione: quare ne periculoſus error committatur,abſtinẽdum cenſeo. Ego dicam vnum obſeruatu digum in hoc caſu. Quia exiccare volumus peſtem & catarrhum, & præparare, vtemur cornu cerui vſti loco boli armeni,idq; B exhibebimus cum zuccharo vel in iure pulli: nã corroborat cor,& catarrhum exiccat,vt ſi quid aliud. Malim vti vnicornu, ſi eſſet eius nobis copia: non enim inueniri nego,ſed in minori copia, & maiori precio, pro quo interea cornu cerui vtemur,quod illius æquiualens eſt. Non obfuerit etiam ſubinde vti ſeminibus acetoſæ,autore Gal. (quæ aſtringere aiebat Friſimelica, ſed negabat Mont.) Proderit etiam ſcordium commiſtum cum zuccharo roſato. Placet & cornu cerui, vel C in Iulep, vel in ſucco acetoſæ:fiat eclegma,& teneat ſub lingua zuccharũ candi quoque. Quod attinet ad potum, à vino abſtineat, bibat aquam hordei cum ſaccharo, ſed prorſus non frigidam. Emplaſtro porrò vtatur, eius enim felix eſt vſus, quia facilè tolerat. Reliqua etiam omnia à clariſs. doctore ordinata, ſeruetis. In acutis morbis eſt occaſio præceps, quare oportet medicum prudentem eſſe, quia in horas, quæ non ſperabantur, contingere ſolent, quæ varietatem poſtulãt, D & quotidie leniatur venter. Domina in ſexto die eſt mortua.

CONSILIVM CLXXIIII.

DERAT febris continua, difficultas anhelitus, tuſsis vehemens cum ſputo, dolor in latere dextro pungitiuus, ita vt in eo latere quieſcere non poſſet. Pulſus durus & ferræ inſtar.Mont.pleureſim ſtatim eſſe iudicabat. Exhibuerat oleum ſeminis lini, id improbabat, tanquam nimis reſolutiuum, E cùm materia adhuc ſine dubio eſſet in fluxu.Impoſuerunt aliquo loco dolenti ſacculum neſcio ex quib. rebus aridis, id etiam reijciebat. Hic ſtatim veſperi ſanguinis ℥. viij.extrahi iuſsit.Et cùm ſeniorem 60.vel 50. annis obiicerent, non minus tamen 6. ℥. mitti voluit, quo Hippoc. vſque ad mutationem ſanguinis fieri velit. Victum ordinauit ex ptiſana hordeacea, ter cocta. coquatur hordeum integrum in aqua,donec crepet,poſtea F abiecta aqua piſtatur, & cum aliqua aqua expreſſum temperetur,donec fiat ſuccus aliquantulum ſpiſſus, poteſt ita fieri cum hordei modico & ſaccharo. Penidias confectas habeat pro ſcreatione, & quia aperiunt, & facilitant tuſsim, corpus lubricum voluit. Item

R. Olei chamæmel.
Liliorum alborum, roſati ana ℥.j.
Adipis anſeris recentis,huius anni ℥.s.

G Miſce cum modico ceræ, fiat linimentum pro loco patiente. Adeps anſeris additur propter penetrationem, quia hîc inter omnes adipes maximè penetrat.

R. Olei amygd. amar.
Adipis anſeris ana ℥.j. s.

Miſce pro vnctione totius pectoris,ad facilitãdam tuſsim,& reſoluẽdam materiam: ſed hîc attendẽdum dicit,ne plus reſoluatur, quàm poſsit reijcere, quia ex hoc viderit plurimos mortuos, qui materia agitata cùm à virtutue eiici non poſſet,ſubitò ſuffocarentur. Pro ſyrupis.

R. Syrup.viol.Meſuæ compoſiti ℥.j.s.
Aquæ violarum ℥.iiij.
Geleniabin ſacchari ℥.v.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſyrupis,& quotidie duos accipiat.

Collegium in hoſpitio Solis, Patauij, Anno 1549.

CVRA FRIZIMELICAE.

OFFERTVR nobis Iuuenis annorum 24. aut circa, qui conqueritur de quibuſdam diſpoſitionibus præter naturam, in quas incurrit à quinque menſibus, perſeueratq; in eis hactenus vſque. Deuenit autem ad ea occaſione hac: cùm ſemel in quodam cubiculo ſatis calido in nocte dormiret, manè improuidè, ſine tegumentis conuenientibus exiuerat, & frigus circumſtans ſatis manifeſtè ſenſerat,vnde continuè fluxionem quandam ex capite deorſum ad pectus, atque aſperam arteriam perceperat, & quidem fluxum ſapore ſalſo præditum. vnde tuſsis eſt prognata ſatis vehemens, & poſt tempus aliquod ſecuta eſt ſanguinis expuitio, non ſine ſenſibili difficultate. Aduocato medico facta fuit illi phlebotomia, eductus eſt ſanguis ad ℥. iij. vel circiter. Adhibita ſunt etiam medicamenta quędam tuſsim facilitantia,& ſputũ ſanguinis quiuis prohibentia,vnde deuenit ad tantam raucedinem,vt vix intelligibiliter loqui poſsit hactenus. Et cum huc proficiſceretur, aut paulo antè,deſtitit ſanguinis ſputum, & poſt diem vnum vicifsim expuere incœpit. Quare petit in hoc ſuo caſu conſilium & auxilium, ne ſucceſſu temporis per ſui negligentiam ad deteriora ſymptomata prolaberetur. Ego itaque quantum in hac re intelligere poſſum,pro ſalute eius nunc in medium proferã, & primò incipiam ab ipſa fluxione, quæ manifeſtus catarrhus eſt, & qui fluit fortè ad pectus & pulmonem, eiusq; cauſa ſupercalefactio fuit capitis,in eaque calefactione reſolutæ pituitoſę humiditates fuerunt tunc,cum in eo calido cubiculo iacuerat,& deinde improuidè in aerem frigidũ egreſſus eſt, ſicque pori cutis & eius ſuperficies fuerunt infrigidati: quæ frigiditas incluſa communicata eſt cerebro, factaque expreſsio, & ſic fluxus ad inferiora. Atque ea ipſa ſupercalefactio capitis facta eſt eo facilius, quo totius corporis temperamento magis fuerat conſentanea. Manifeſtum enim eſt ex certis ſignis ſuis,complexionem eius eſſe declinantem ad caliditatem & ſiccitatem:hoc enim oſtendunt venę amplæ,corporis gracilitas,color ad fuſcedinem tendẽs, pulſus robuſtiores,audacia, & animi præſentia, &c. Quòd autẽ ante ipſam ſupercalefactionẽ capitis fuerit repletio crudæ pituitæ, ex debilitate vẽtri-

culi generãtis illã, facile colligere poſſumus. nam
non tantum nũc in hoc caſu debilem ventriculũ
& frigidiorem conſecutus eſt, ſed mox ab ipſo
principio ratione tẽperamenti talem ſortitus eſt:
muſculi enim abdominis, quos ſemper tenues &
graciles habuit, & habet, id declarãt, qui illi mul-
tum iuuant ad calorem naturalem ventriculi re-
tinendum & augendum, ſi ſint craſsiores & den-
ſiores. Atque inde factum eſt, prout id certiſsi-
mum ac notiſsimum eſſe iudicatur, quòd ex ta-
libus humorib. craſsis & crudis generatis in ven-
triculo propter eius caloris imbecillitatem, caput
per communicantiam eſt repletum, & reſolutio-
ne ſuperueniente per calorem aduentitium ge-
nerata eſt defluxio: qualis autẽ ſit iſte catarrhus,
tum color ſputorũ tum hominis diſpoſitio nos
edocebũt: quia ea quæ expuuntur, mixta eſſe di-
gnoſcuntur, quantum ad colorem & ſaporem:
colorem quidem ſubnigricantem & albicantem,
ſaporem verò ſalſum: hinc colligimus, in calidi-
tate & humiditate mixturam quoq; fieri. Quòd
autem non ſimpliciter ad pulmonẽ fluxerat, ſed
ad tracheam arteriam, ratione partis ſuæ craſsio-
ris, & ratione ſubtilioris ac tenuioris ad pulmo-
nem ipſum; id nos edocet, quòd tuſsis vehemẽ-
tior eſt cauſata, ex qua cauſata eſt ſanguinis ex-
puitio. Nunc autem videndum eſt, vnde huiuſ-
modi ſanguis, an à pulmone vel à pectore: ſed
meo quidẽ iudicio, ex pulmonis ſubſtantia pro-
fluit, quia eſt tenuis, floridus, viuidus, &c. Quo-
modo autem cauſetur videamus, an ex venarum
apertione, vel corroſione, vel ex ruptione. Meo
autem iudicio, ex alicuius venæ orificij apertio-
ne, nam in pauca quantitate prorumpit, cum ta-
men ſi vel eroſio vel ruptio venæ ſit, tunc in ma-
iori & vberiori copia eiiceretur: eſt enim tenuio-
ris catarrhi ea natura, præcipuè ſalſi, vt quali-
tate ſua titillãdo & reſoluendo orificia venarum
aperiat, humiditate autem ſua relaxet, quod v-
trumque ad apertionem facere videtur. Nam ſi
ex corroſione ſanguis flueret, neceſſariò in ſpa-
tio aliquot dierum vlcus in pulmone ſuborire-
tur, ad quod febris hectica ſequitur, quam non-
dum in hoc iuuene cõſpicimus: nam nunquam
in tali febre pulſus magni reperiuntur, prout in
hoc iuuene manifeſtè licet experiri. Quãuis ſpu-
ta nigriora, & quandam quaſi putredinem prę ſe
ferentia, conſpiciuntur, quæ vlcerum vel in pul-
mone vel in thorace exiſtentiũ indicare vidẽtur:
tamen ſputa iſta, quantũ ego iudico, ratione for-
mæ & qualitatis eorum credo quòd ad pulmonẽ
catarrhus ille ex capite deferatur, ibiq; ex calore
vlteriorem alterationem conſecutus, talis qualẽ
videmus eiiciatur, ſine læſione tum thoracis tum
pulmonis. Quòd autem loqui non poſsit, id factũ
eſſe crediderim, propter nimiã humectationẽ &
repletionem vicinarum partium, vocis & loque-
læ. Quia autem febrem in eo agnoſcimus, acceſ-
ſionesq; quotidianas circa 20 aut 21 horam, id nõ
contingere videtur abs re: defluxio enim illa non
tantum ad pulmonem & thoracem decũbit, ſed
per venas toti corpori communicatur. Quia verò
eſt craſſus & crudus, facilè obſtruit anguſtiores
meatus, ex quorum obſtructione fiunt inflãma-
A tiones, & ex inflammationibus tanquã peregrino
calore putrefactiones. Atq; hoc ipſum confirmãt
acceſsiones, ſed quotidianæ, quæ ex pituita &
phlegmate progenerãtur. Ad hãc autem præſen-
tem diſpoſitionem præternaturalem, maximè il-
lum promouit morbus antecedens ante aliquot
annos, cum ſcil. tanta neruorum ægritudine la-
borauit, vt ferè cõuulſus videretur, quorũ neruo-
rum origo in capite eſſe deprehenditur, nẽpe in
cerebro: nõ dubium eſt inde multũ debilitatum,
B atque diſpoſitiones præternaturales cerebro in-
troductas fuiſſe, quæ hactenus perſeuerant.

Prognoſticon. Nunc ſi quis me interroget, quid
nam de hoc nobili iuuene ſentiam: ſanè multum
promittere nõ auderẽ propter morbi magnitudi-
nem, lociq; periculũ: tamẽ ſpem mihi facit prę ſen
tia virtutis, & robur, vnde colligo eũ nec eſſe he-
cticũ, neq; phthiſicum, ſed quaſi in ianua horum
morborum eſſe, ita vt, niſi magna diligentia ex-
cellentiæ veſtræ & ſuæ obedientiæ ſuccurratur,
C vix ad ſanitatem reducetur.

Cura. Omnium primo itaq; cauſa præſens au-
ferenda eſt, & futura præcauenda. Quantum ad
primum, euacuetur totum corpus per ſanguinis
miſsionem, tandem pharmaco alterentur humo-
res & totum corpus: tandem ad capitis curã ac-
cedatur pro ex poſtulante neceſsitate, quam ex
certa indicatione in conſequenti cognoſces. Mit-
tendus eſt autem ſanguis ex vena communi, quę
reſpicit non tantũ caput, ſed totum corpus. Quã-
D uis aliquis poſsit obiicere, non conuenire ſangui-
nis miſsionem pituitoſo morbo, & vera quadam
ratione diceret: quia hic morbus generatus eſt à
cauſis caliditatis, nempe ſupercalefactionibus to-
tius corporis, vnde patrefactio facta eſt febris,
ideo mihi non abs re videtur neceſſaria ſangui-
nis miſsio. Poſtea euacuatio totius corporis per
pharmacum perficiatur, vel pilulis cochiis, Me-
ſue, vel Almanſoris. Deinde deueniendum ad
deriuatiua materierum per caputpurgia, & qui-
E dem per omnis generis caputpurgia. His factis
accedo ad capitis corroborationem leniter cale-
facientibus, ne recipiat ſuperfluitates, easque
deinde ad inferiora tranſmittat. Placerent etiam
cauteria, ſiue fiant in brachiis, ſine in partibus
remotioribus, vt in cruribus. Quantum autem
attinet ad pectus, ea ſunt peragenda: primò le-
nitiuis vtendum, tandem expurgatiuis, & dein-
de ſputum facilitantibus & adiuuantibus. Tan-
dem corroborarem pulmonem, his nempe quæ
F ſunt appropriata à tota ſubſtantia pulmoni, vt
Loch de pulmone vulpis, vel electuarium de pul-
mone vulpis, ſyrupus de farfara, de hyſſopo, &
confectiones de eiſdem rebus, atq; ſimilia. Quòd
ſi periculum eſſet vt fluxus pergat, & non ſiſta-
tur, tunc ne pulmoni noceat, corroborationi eius
in primis ſtudendum, vt dictum eſt, & ſubinde
euacuandus pilulis de agarico, vel caſsia cum a-
garico commixta, & alia quæ ſunt infinita ad hoc
propopoſitum attinẽtia. Cibo vtatur minimum
G excrementoſo, facilè digeſtibili, & multum
nutriente, minimumque obſtruente:
vinum tenue, non
potens.

CON-

Consilivm CLXXV.

A Montano dictum in colloquio.

EGo ſupponam, quæ antè dicta ſunt omnia. Incipiamus à membris naturalibus, in quibus ferè omnibus diſpoſitiones præter naturales inueniuntur, & maximæ tenſiones tam circa lienem, quàm circa hepar totumque ventrem, idque magis ex flatu quàm ex aliqua materia. Præterea tuſsim intenſam in eo videmus & excreationem purulentam, tum quoque febrim, in qua eſt pulſus valde inordinatus, & ideo multum à naturali diſceſsit diſpoſitio virtutis vitalis, adeſt & calor mordicatiuus. Videmus etiam in hoc nobili iuuene magnam gracilitatem totius corporis. Quare de his omnibus ordine omnium primò pauca quædam dicemus. Quantùm ergo attinet ad primum, nẽpe membrorum naturalium tenſionem flatulentam, ſciendum quòd vbi illa eſt, ibi neceſſariò ſequi oportere imperfectam concoctionem, præſentemque eſſe caloris imbecillitatem, cui maximè obnoxius eſt ventriculus ex prædictis cauſis, quas enumerauit excell. Doctor. ſimiliter etiã de caliditate hepatis, quas ego ſuppono tãquam verè dictas. Quare exiſtente ſuper calefacto hepate, & non ſufficienti vẽtriculi frigiditatem corrigere, neceſſariò ſtatuendum erit magni ventriculi frigiditatem eſſe, atque inde ſequi plurimas cruditates, quæ originem ducũt ex eius debilitate, quas cruditates hepar propter ſui nimiã ſupercalefactionẽ attrahit auidius & citius, quæ partim in viis, partim in ipſo hepate propter viſcoſitatem diutius retinẽtur, & ideo adurũtur: ex quorum aduſtione generantur obſtructiones, & tenuiorũ partium flatus propter cruditates. Nã materia ſeu humor prodiens ex deprauata cõcoctione vnà non emẽdatur in altera, hoc eſt veniẽs crudus ex ventriculo, non concoquitur in venis meſaraicis, nec in hepate, & ideo neceſſariò flatuatur, atq; inde tenſiones illæ naturalium membrorũ & totius ventris, cuius rei principalis cauſa ventriculus dignoſcitur eſſe: & non tãtùm hãc intemperiem ex accidente conſequutus, ſed mox à natura ad eam diſpoſitionẽ fuit propenſus: cuius rei argumẽtum eſt gracilitas totius corporis & ſiccitas ac tenuitas muſculorũ abdominis. talẽ etiam tẽperiem naturaliter nactus eſt, vt ex cordis & hepatis conſenſu facilè liquet. Prę́ſentis ergo affectionis mẽbra naturalia cauſæ principales ſunt, ad quas inordinatus victus acceſſerat, easq; auxerat. Hinc itaq; colligẽdum, multitudinẽ humorum prauorum eum collegiſſe & coaceruaſſe, quæ cùm in aliquo corpore exiſtit tanquam pręparata materia ad corruptionẽ, ab extrinſecis aduenientibus cauſis facilè ſuſcipit impreſsionem: quẽadmodum hîc in eo factum eſt, cùm videlicet in calido cubiculo pernoctaſſet, aliquantulũ corpus reſolutum fuerat, caputq; ſupercalefactum, deinde foras improuidè exeundo facillimè præter omniũ opinionẽ ex aeris alteratione impreſſionẽ contraxerat, cùm videlicet antehac noctu mali illi humores ex toto corpore in caput euaporaſſent, repletionẽq; feciſsẽt, reſoluti per calo-

A rem deorſum deſtillare cœperũt: ſuperueniente
tandẽ aere frigido pori ſunt occluſi, calorq; ad in-
teriora fortius repulſus, fluxionẽ auxit. Quòd au-
tem iſta fluxio durat hucuſq;, in cauſa eſt repletio
huiuſmodi materierũ per totũ corpus, eoq; ſem-
per cõfluunt, vbi factũ eſt initiũ motus ad fluxio-
nẽ, in ſimilitudine alicuius magni acerui lapidũ
ex ordine conſtructi, in quo cùm vnus lapis qua-
cunq; in parte mouetur, eò & cæteri ruũt de ſuo
loco: & ſi imbecillia facta ſunt mẽbra, tunc etiam
B plures materias regenerant. Vnde non mirũ, ſi ad
longiſsimum tempus etiã talis fluxio perſeueret.
Quòd autẽ tuſsit & purulẽtas excretiones facit,
in cauſa eſt, quòd illa materia ex capite pectori cõ
municatur. Nec mirũ cùm iſta pars eſt inferior, &
talibus fluxionib. obnoxia ferè in quolibet: tum
verò maximè in hoc iuuene, qui naturaliter tho-
racẽ diſpoſitum ad recipiẽdas huiuſmodi fluxio-
nes habet. Eſt enim ei anguſtiſsimus, muſculisq;
imbecillib. præditus, & maximè in ſuperiori par-
C te exiccatus, tũ quoq; ita naturaliter cõparatus,
vt multò facilius in pectus & pulmonem fiat de-
ſtillatio, quàm in vẽtriculum, propter ampliorẽ
meatum. Quare verò ſputa illa colorata eſſe con-
ſpiciantur, meo iudicio cauſa eius rei illa eſſe di-
gnoſcitur: Cùm iſte fluxus ſit per conſenſum, &
trãſmittatur ad caput ex toto corpore & mẽbris
naturalibus: hepar itaque tales humores adurit,
qui ſurſum eleuati vicisſim defluũt, & in pectore
vel in pulmone morã trahẽtes adurũtur & colo-
D rãtur. hinc ex aduſtione & ſalſedo & coloratio. fe-
rè enim ſemper id fit, vt cũ deſtillat catarrhus, ſit
tenuis, & nõ immeritò, quia per anguſtos & ſub-
tiles meatus protẽditur: craſſa enim eò nõ poſsũt
deuenire. Tandẽ verò deſcendẽs in thoracem, id
quod tenue eſt, incraſſatur, & quod bilioſum eſt
nigreſcit, vlteriorẽ experiundo calorẽ. Inde color
in ſputo qui cõſpicitur: ſed quia ſanguinẽ expuit,
hîc ſolutio vnitatis eſt manifeſta: illa autẽ quomo
do cõtigerit, in præſenti eſt videndũ, & quænam
E proxima eius cauſa ſit. Cauſæ autẽ iam ſunt ma-
nifeſtæ, ex quibus ſanguinis expuitio fieri poſsit
ex narratione excel. doctoris, quę repetere ſuper-
uacaneũ. Sed quãtum ad cauſam illã, quæ ex cor-
roſione fit, attinet, nõ videtur in præſenti affectu
locũ habere propterea, quia ſi corroſio facta fuiſ-
ſet venarũ, neceſſariò vlcus ſubſecutũ fuiſſet, eo
exiſtẽte, impoſsibile eſt vltra triduum ſine febris
hecticæ initiis in pulmone generatis exiſtere. Hîc
autẽ cùm non tãtùm dies & ſeptimanæ pręterie-
F rint, ſed quoq; menſes 4. aut 5. quẽadmodum in
hiſtoria narrata præmiſſum eſt: ideo non eſt poſ-
ſibile id ab eroſione illi accidiſſe: ſed quẽadmodũ
vtplurimũ fit, cùm fluxus eſt capite deorſum in
pectus vel in pulmonẽ delabitur, calore incraſſa-
tur, redditurq; viſcoſus, atq; ſic adhærẽs parietib.
redditur firmior & magis fixè imprimitur, ad cu-
ius expulſionem opus eſt violentiore & fortiore
motu thoracis, & pulmonis per tuſsim eiicientis
materiã, aut ſaltem contrudẽtis ad eiectionẽ, qui
G motus materias auellẽdo, facit quãdam partium
excoriationem, ad quã ſequitur ſanguinis proru-
ptio, modeſta tamẽ. Atq; hoc in caſu ego dixerim
eſſe cauſam, & non alterã. Nã catarrhus ille viſci-

dus quẽadmodum fortiter adhærẽs parietib. excoriat eos per expulſionem:ita ſi alius fuerit acris vel ſimul vtrunque,tum quoq; abradit, prout in hoc nobili iuuene videre licet.Quod verò attinet ad apertionẽ venarum, non videtur ſufficiens ſignũ eſſe pauca effluxio vel eiectio ſanguinis,quia vt in narib. cùm ſit apertio orificiorũ venarũ, ſic & ego crediderim ſubſecuturã in præſenti affectione magnã copiam ſanguinis, ſi apertio venarum facta fuiſſet.At cùm hęc non cõſpecta ſit nec cõſpiciatur, iudico ex abraſione & excoriatione illã paucitatẽ ſanguinis eiectari. Quòd autem febriat,quænã ſit cauſa videamus,quo deniq; genere febris:cõſtat enim acceſsionẽ quãdam ſingulis dieb. frigiditatis ſeu horroris habere, indeq; cognoſcere licet typũ febris adeſſe præſentẽ, & notum eſt vbicunq; typus aliquis eſt, eũ eſſe febris indiciũ putridæ, extra venas materiã putreſcentem habẽtis: vbi verò typus & acceſsio nulla eſt, eius febris materia putreſcit in venis.Quare inde licet animaduertere & materiã febris ex quotidiana acceſsione, nẽpe pituitam, & ſpeciẽ febris ſcilicet quotidianã. Illa materia pituitoſa nõ ad vnũ locum trãſmittitur, ſed per totum corpus in venas diſpergitur,vnde obſtructiones, inflãmationes,putrefactiones,& tandem febris.Quarè verò in hac tota affectione,nũquam aliqua ſiti premebatur, ſed valde modeſtè biberat, eius cauſa eſt ſuperfluitas pituitæ membra humectantis,& ventriculi orificium vberius irrigantis.

Prognoſticum.Etſi mihi bene cognitum eſt periculum huius morbi, tum propter tẽpus eius durationis,tum propter mẽbri debilitatẽ, quod iam læſum ſatis eſſe dignoſcetur, tum quoq; propter naturalẽ inclinationẽ ad ea quæ vt plurimum ex talib.cauſis & initiis ſequuntur,quæ in hoc nobili iuuene manifeſtè cõſpiciuntur: tamen cùm reſpicio virtutis præſentiã & valorẽ, eiusq; ad obediẽdum prõptitudinem, medicamẽtorũq; efficaciã,non dubito quin à pręſenti malo liberari,& à fututo deteriori lapſu poſsit præcaueri, nõ tamẽ ſine ſingulari diligẽtia & labore, quia nõdum vlcus pulmonis adeſt, nec febris hectica: tamen timẽdum eſt, ne facili occaſione in hõrum alterum vel in vtrunq; incidat, ideo non eſt tardandum, nec aliquid protrahendum, ſed quo citius cura tentabitur,eò melius & tutius procedet.

Curatio. Inuẽtum autem eſt, membra naturalia principaliter huius affectionis præternaturalis cauſam ſuppeditaſſe. Quare meo iudicio omniũ primò cura ab illis eſt incipienda, ita vt euacuentur corroborẽturq; & obſtructiones omnes amoueantur,quo libera & naturalis poſsit fieri nutritio,ac per omnia mẽbra diſtributio:deinde materierum quæ trãſmittuntur ad caput fiat interceptio,tãdem deueniatur ad capitis & pulmonis euacuationes atque corroborationes ne materias ſuſcipiãt,pulmoq; vlcus aliquod cõtrahat.Et quidem neceſſariò prius prædicta mẽbra ſunt euacuãda & demum cõfortanda,quia aliàs ex vicinis partibus attraherent fortius ſuperfluitates,ſeſeq; eiſdẽ onerarẽt, hincq; ſequeretur, vt maiori cum difficultate euacuarẽtur: quia id quod paucũ eſt, facilius à qualibet mediocri virtute expellitur, id

A autẽ quod multum eſt,propter molem plerumq; à virtute ſatis robuſta ne attẽtatur quidem, propterea quia in eo expellẽdo vires frãguntur. Hoc tamen intelligendum eſt, ſi videlicet euacuationem moliri velimus per tuſsim, quia quò meatu ſit expulſio, ad illũ materia à natura ſemper trãſmittitur, ſed non admittenda per eas partes euacuatio tanquam quæ affecta ſunt: quia eſt generale præceptum,Euacuationem non debere fieri per membrum affectum: atq; in hoc caſu præci-
B puè,quia maior fieret parietum abraſio in pectore & pulmone,ſicq; periculum eſſet ne vulnuſcula parua venarum excoriatione facta dilatarẽtur, aut venæ tenuiores rumperentur. Sed hæc ratio euacuandi pulmonẽ eſt pręeligenda,ſcilicet prouocatione vrinæ diureticis medicamentis. Neq; mirandum quomodo id fieri poſsit, quia magnã cognationem & affinitatem pulmo cum renibus habet,quod videre eſt ex anatome. Circa hoc tamen diligenter prouidendum eſt membris natu-
C ralibus, ne ſcilicet materiæ iſtæ per ea ductæ oppilationes faciant. Quare primò euacuarem ventriculum & venas meſaraicas,deinde certis ſyrupis præpararem materiam ad eductionem. Tamẽ in ea pręparatione cauerem ab oxymelite & ſyrupo de hyſſopo,propterea quia vehementer materias incidunt, & circa principia non eſt fortibus vtendum. Sufficeret igitur primò mel roſ. ſyrup. de cichorio,de lupulis cum decocto ceterach, capill. veneris & ſimilibus temperatis:nam illa pau-
D latim calefaciunt, reſoluunt & vrinas ducũt. Poſtea vtetur hoc ſolutiuo, recipiẽdo ℥.ij.agar.præparati cum commiſtione caſsiæ, quãtum videretur. His peractis,ſi opus eſſet deuenirem ad fortiora diuretica, nẽpe ſyrupos de cichorio aliosq;. Deinde purgarem pectus melle roſato, ſuccharo roſ. quoniam illa molliunt & purgant pectus & confortant. Similiter deuenirem ad exhibitionẽ boli armeni: nam præterquam quòd vehemẽter exiccat humidum putredinale, etiã mirificè pul-
E monem corroborat, prohibetq; ſingulariter putrefactionem in ipſo pulmone, quæ intentio in hoc iuuene diligenter eſt promouenda propter cautionẽ deterioris mali futuri. Sed ad capitis curã demum deſcẽderem,cùm alia mẽbra eſsẽt corroborata,priſtinæque valetudini reſtituta,& ſpero quòd deinde nõ eſſet opus multũ capiti auertere. Quia omnis eius defectus ex inferiorib. mẽbris dependet,ea cùm reſtituta fuerint,nõ erit timendum, vt noceãt amplius capiti: tamen ſi ali-
F quæ reliquiæ ſuperfuerint, ſcilicet in capite pro diſcuſsione & tota ſublatione,ſi nihil impedierit, venã cephalicã ſecarẽ, aut hepaticam,obſeruãdo qualis ſanguis effluxerit:nempe ſi rubicundus & mundus,in parua quãtitate minuerẽ:ſi verò craſſus vel fœculẽtus,eo magis prout vires ægrotãtis ferre poſsint,ratioque præſens indicet.

CONSILIVM CLXXXVI.

Pro eodem poſt colloquiũ à doctore præſcripta.

G EXERCITIVM ſit moderatum ante cibum manè & ſerò paulatim, caueat ne incaleſcat aut frigeſcat:fugiẽda loca calida vel frigida nimis, caueat à ſole, à ve-

à venere, caput tueatur pileo leui potius quàm graui, abluatur etiam omni hebdomada ſaltē ſemel cum lixiuio dulci & temperato, in quo bullierit verbena, quę vulgò dicitur herba S. Ioannis, hoc fiet in æſtate: ſi autem ſit in hyeme, imponatur mentha ac ſaluia. Lotio autē fiat ante cœnam per mediam horam, deinde non egrediatur domo niſi manè ſequenti. Interuallum à cibo ad cibum ſit 8. horarum, nec interim bibat: vinum ſit album pauciferum, fugiat nigrum & vehemens, item acidum, turbidum. Bibat ſæpius aquam pectoralem, quæ fit cum paſſulis iuiubis & liquiritia: panis ſit leuis, albus, bene coctus: caro leuis ſit digeſtionis vt hœdi, pullorum, perdicum, vituli caſtrati licet rarò. Caueat à bubulis, porcinis, anſerum, & omnium aquatilium, agni, & piſcibus omnibus, in aqua mortua degentibus: poteſt aliquando piſces fluuij comedere, à frixis abſtineat, potius elixa quàm aſſa comedat: caſei omne genus euitet, butyrum tamen aliquando comedat: fugiat legumina omnia excepto farre cum lacte amygd. & cum butyro vel brodio carnis. Oua cocta ſint in aqua, non ſub cineribus non frixa, non dura, eorumq; vitelli tantùm aſſumendi. Caueat ab herbis crudis, comedat lactucam coctam, endiuiam, cichoreum, aſparagos, cappares, blitū. Item cappares cum oleo conditos ac pauco aceto & ſacc. oliuas etiam ante cibum. Caueat ab omnib. acidis ac acerbis, fructibus omnibus: licet aliquando poteſt ficus bene maturas comedere. Vtatur hoc ferculo ſcilicet ptiſana, quæ ſic fit, hordeum non recens, nec vetus nimium mundetur bene, deinde ponatur in aquam, & ſtet tamdiu in aqua quouſq; infletur, dende bulliat cū endiuiæ aqua: coquatur deinde, poſtea piſtetur & cōtundatur, atq; coletur per ſetaceū, accipiatur ſucc. tranſiēs, ponaturq; cū brodio carnis ad ignē, lenteq; bulliat, donec ſtringatur in modū brodij: deinde parum ſalis triti ponatur, alij parum addunt zucchari. De eo manè ac ſerò capiet: quia valet mirabiliter: ſi ſequatur durities hepatis, emplaſtretur cum emplaſtro.

℞. Farinæ ſeminum lini,
Florum chamomillæ puluerizatorum,
Farinæ hordei ana ℥.iij. vt cum oleo abſinthij roſati,
Spicæ ana q.s.

Fiat emplaſtrum, & ponatur ſupra iecur. Deinde continuè teneat in ore hanc paſtam:

℞. Pulueris hyſſopi ℈.s.
Dragacanthi ʒ.ij.

Puluerizentur cum ſapa, & fiat mucilago, ei adde ſucci liquiritię ʒ.ij. vel q.s. & fiat paſta tenenda ſub lingua. Deinde bis vel ter omni die capiat cochlear in ore, delābendo paulatim deglutiat. R. radicum ireos ſiccæ ʒ.vj. decoquátur in duabus ℔. aquæ ad conſumptionem medietatis: & facta colatura cum melle deſpumato q. s. fiat ſyrupus in conſiſtentia mellis, quo vtatur lambendo. Capiat etiam qualibet die huius electuarij:

℞. Pulmonis vulpis ſicci ſucci,
Liquiritiæ,
Capill. veneris,
Fœniculi ſem. ana ℥.

A Subtiliter puluerizentur, & cum iuleb. viol. q. s. fiat in forma loch.

CONSILIVM CLXXVII.

De empyemate ex ſuppreſsione menſtruorum, pro puella.

PROBABILE eſt in adoleſcentula in flore ætatis conſtituta, temperatura calida, ex omnimoda ſuppreſsione mēſtruorum, ſanguinē regurgitaſſe ad partes B thoracis, vt frequenter cōtingit etiam vſq; ad venarum fracturas, & ibi collectum, ſiue fecerit inflāmationem, & pleuritim, ſiue aliquā aliam abſceſſus ſpeciem, tandē ſuppuraſſe, & erupiſſe ad pectoris cauitatem, vt inde ſucceſſerit ægritudo, quā Græci ἐμπύημα vocant. Quæ cùm ſoleat terminari vel erumpendo extrinſecùs ad cutis ſuperficiem, vel ſuffocādo, vel exeundo per ſputum, vel deriuādo ad ventrem vel vrinā (quemadmodū optimè declarauit Auiceña) duas ex quatuor vias inueniſſe C ſibi hoc morbi genus audio in hac honeſtiſs. adoleſcentula: nam & ſputum purulentum excernit, & præterea in dextro latere ad vacuitates ventris decumbit materia, quæ etiam videtur ibi colligi, neq; ad naturales exitus, ſiue per aluum, ſiue per vrinā excerni, ſed colligi tantùm extra illos meatus, & per flatum diſcuti, quemadmodū ex inſtructione colligere potui. Et cùm ægritudo ſit iam per quatuor annos confirmata, & partes quę fluxionem recipiunt, imbecilliores redditæ ſint, & D ita totum corpus magna ex parte contabuerit, fœteréq; iam incipiant quæ ſputo excernuntur: vereor ne ægritudo tendat ad perniciem, niſi & inter deploratas ſit referenda: imò non leuis quoq; ſuſpicio eſt ne deueniat ad contagiū, ita vt aſsiſtētes quoq; non debeant cōuerſari circa ægrotam, præſertim pueri & affines. Hæc de tota natura morbi ſatis. Nunc de curatione quæ fieri poteſt, dicendum eſt. Ratio victus præcipuè inſtituēda eſt, vt caueat à quocunq; aeris exceſſu, magis tamen E à frigido, & ab humido. Vēti omnes ſunt illi aduerſi, tam boreales, quàm etiā auſtrales. Caueat ne in loco terreno & humido dormiat, aut habitet: nocturnū aerē non accipiat. Ab omnib. animi moleſtiis quàm procul recedat. Corpus moderatè exerceat, citra laſsitudinē tamen: alui beneficium ſingulis diebus quærat, ad quam rē cōmodiſsimæ ſunt paſſulæ dulces ſingulis diebus ante cibū aſſumptę vnciarū duarum quantitate. Vino vtatur tenui, claro, bene maturo, minimè auſtero, F aut acerbo, aut acido, neq; à cibo bibat, præcipuè poſt cœnam: parcior ſit cœna quàm prandium, vtrunq; tamē moderatum. Caueat à leguminibus, paſtilibus, lacticiniis, piſcibus, fructib. herbis pręcipuè crudis, à rebus frigidis. A carne veteri caueat, itē ſuilla recenti & ſalita: etiam ab auib. quæ in aquis degūt, ſicut anſeres, & reliqua huiuſmodi. Vtatur bono pane, bene fermentato, bene cocto, ouis recētibus, carne vituli, vel pulli, vel auiū paruarum, oryza, farre, ſpelta, & hordeo, nonnun- G quam etiam panico, & milio: miliaceum tamē panem euitet. Capiti quoq; maximè conſulet: nam deſtillatio à capite verus eſt fons incœpti empyematis, quod aliter quatuor āñis nō perſeueraſſet,

Laudauerim igitur vt ſingulis ſeptimanis lauare-
tur caput, & optimè exiccaretur cum lixiuio, in
quo decocta fuerit maiorana, abrotanum, cala-
menthum, folia lauri, & pulegij: ſed die quo laua-
tur, maximè effugiat aerem, quantum fieri pote-
rit. Item inſpergatur totò vertici capitis puluis
infrà ſcriptus:

R. Sandarachæ,
Maſtichis,
Gummi heleni,
Picis colophoniæ ana ʒ.ij.
Storacis calamitæ,
Belzoin,
Myrrhæ ana ℈.ij.
Ladani electi ʒ.iiij.
Roſarum rubearum ʒ.j.

Pulueriżentur omnia per ſe, deinde miſcean-
tur, & ex hoc puluere inſpergat caput ſingulis
diebus, manè & veſpere. Item etiã illi alternis die-
bus, vel ſaltem bis in ſeptimana accipiendum tan
tum lachrymæ pinguis abietis, vel terebinthinæ,
quantum eſt nux parua, & deglutiat cum hoſtia,
vel aliquo tali, vt libitum fuerit. Præterea ter in
menſe circa mediam noctem optimè ſumet infrà
ſcriptum bolum, & veſpere parciſsimè cœnabit.

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Agarici trochiſcati ℈.iij. vel iiij.

Miſce & cum zuccharo fiat bolus, Itẽ liniatur
totũ pectus & antè & retrò linimẽto infraſcripto:

R. Adipis anſeris,
Olei amygdalarum amar. ana ℥.j.
Myrrhæ ʒ.iij.

Et cum modico ceræ fiat linimentum molle.
Nihil tamen præſtantius in hac curatione exiſti-
mauerim, quàm vt menſtrua prouocarentur: ſi
quia enim res profutura eſſet, hanc maximè fore
exiſtimo. Pro ratione ergo virtutis, quam ego me-
tiri nequeo, laudarem vt ſingulis menſibus circa
lunæ coniunctionem tribus diebus antè & pòſt,
bis in die ante cibum abluerentur ſua crura & fo-
uerentur, aſpergendo aquã vſq; ad pecten, & ſem-
per trahendo inferius cum infraſcripta lotione:

R. Pulegij,
Calamenthi,
Maioranæ,
Artemiſiæ ana man.iij.
Cyclamini,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥.j.
Centaureæ minoris man.ij.

Decoquantur omnia in ſitulis duabus aquę ad
conſumptionem tertiæ partis. Poſt lotionem ve-
rò applicandæ eſſent cucurbitulæ ab aliqua mu-
liere, duæ quidem ſub poplitibus, duæ verò aliæ
infra coxas. Tandem iis nihil proficientibus, mit-
terem ſanguinem ſi virtus tolleraret, ab vtraq; ſa-
phæna, & ſæpius iterarem, ſemel tamen in menſe.

CONSILIVM CLXXVIII.

De catarrho, cum empyemate, hectica, & multis aliis ſymptomatibus coniuncto.

POSTQVAM diligentiſsimè audiui hi-
ſtoriam caſus nobiliſsimæ dominæ, quę
iam decem menſes laborat, conſiderabo
pręcipua. Patitur tres diſpoſitiones præ-
A ter naturam, à quibus multa ſymptomata conſe-
quuntur. Principalia ſunt: primò catarrhus: ſe-
cundò mala compoſitio in membris naturalibus
omnibus, videlicet extenuatio inſignis. Nam ferè
eſt ſine muſculis, & inteſtina conteguntur cute.
Præter hanc gracilitatem habet & inſignem ten-
ſionem, vt non tactum patiatur, ita dolor accedit
ad ægritudines. Catarrhus propriè in ſe nõ eſt æ-
gritudo, ſed in genere fluxus, eſtq; ſymptoma ſeu
actio læſa: tamen quia curatur, principaliter in-
B greditur cenſuram morbi. 12. Therap. Quandoq;
ſymptomata trahunt ad ſe curationem, dum ha-
bent rationem cauſæ, & curantur vt morbi, & fa-
ciunt indicationes ſeparatas vt morbi. Eſt ergo
primò catarrhus, ſecundò mala compoſitio. Ter-
tiò ægritudo eſt febris, quę eſt de genere cõtinua-
rum, licet habeat paroxyſmos. Cùm ſequuntur
fluor alui, præfocatio vteri, macies quæ eſt comes
cuilibet iſtorum morborum: & quia accidens nõ
trahit curam ad ſe, incipiantur à catarrho: ſecun-
C dò à mala compoſitione: & tertiò de complexio-
ne mala, id eſt febre. Vtrum hi morbi ſe habeant
ita, vt vnuſquiſque proprias habeat cauſas, & an
vno remoto remoueantur omnia? 7. Aphor. Ali-
quando febres non ſunt morbi per ſe, ſed acciden
tia aliorum morborum, quandoq; negligũtur fe-
bres, & curantur ægritudines principales, à qui-
bus dependent, vt facimus in pleuritide, vbi tota
cura eſt ad inflammationem. Vtrum hoc modo
ſit hìc faciendum? Dicam prius de catarrho, ne-
D glecta febre, qui generatur in capite. Quæritur,
vtrum lęſio ſit in capite primogenio affectu, an ſit
læſio per conſenſum? vel vtrum ſit in cerebro no-
cumentum, ratione cuius ſit inductus catarrhus?
Naturaliter habuit cerebrum calidum & ſiccum,
vt patet ex nigredine capillorum, craſsitie, nobi-
litate omnium operationum: prompta fuit in a-
ctionibus. Iſta promptitudo indicat caliditatem
eius partis, in qua eſt principium motus. Vnde
videtur calidum eſſe cerebrum, non expuit, nihil
E ex naribus profluit. Nam ex calido & ſicco con-
coquitur bene alimentum. Secundò, tale cerebrũ
eſt potens in difflando: tertiò, aperit vias & mea-
tus, vt fiat facilis efflatio, & euaporatio excremen
torum. Incidit tamẽ in catarrhum, etiamſi habeat
cerebrum, quod in ſua natura non erat diſpoſitũ.
Vnde eſt colligendum, quòd ad contrarium, ma-
xima facta eſt permutatio. Non poſſum perſua-
deri quòd deuenerit in intemperiem frigidam &
humidã, cùm prius calidũ & ſiccũ cerebrũ fuerit,
F cùm manſerit in ſole & ſulphure: vtebatur calefa-
cientibus, quæ non poſſunt inducere intemperiẽ
frigidam & humidã. Calidum quidẽ poteſt reſol-
uere humidum, in quo eſt caliditas, vt ſic fiat frigi
ditas: vt in cinere & carbone, frigidus eſt cinis, &
carbo ex priuatione humidi. Sed hìc non fuit cau
ſa aliqua vt humiditas induceretur: bene potuit
fieri intemperies frigida & ſicca per reſolutionẽ
humidi. Cerebrũ fuit à natura calidum & ſiccum.
Dico igitur quòd ſucceſsit intemperies frigida &
G ſicca. Vidimus catarrhũ frigidũ, qui non fuit niſi à
cauſa frigida. Vnde ergo tãta humiditas in illo ce-
rebro, cùm ſit frigidũ & ſiccũ? Omnia corpora fri-
gida & ſicca redundant humiditatibus & pitui-
ta: vt

ta: vt in ſenibus, quanto magis fiunt frigidiores & ſicciores, tantò humidiores per viam inconcoctionis. Credo intemperiem frigidam & ſiccam in cerebro eſſe, & talis intemperies maximè ſubiecta eſt iniuriæ, ſi qua alia intemperies. Acquiſita ergo illa intemperies cerebri frigida & ſicca, eſt principalis cauſa & origo huius catarrhi. Succeſſerant alia quæ fouerent catarrhum ex partibus inferioribus: viuebat ex quibuſcunqne cibariis. Vbi debile cerebrũ, ſufficit intemperies cerebri. Fortè & ventriculus non fuit in bona diſpoſitione: & calidum hepar habuit: vnde ventriculus frigidus redundat excrementis, & ſic multiplicatur catarrhus ratione inferiorum membrorum. Videnda ad hæc duo, quæ ſunt de eſſentia huius catarrhi: primum, de ſubſtantia catarrhi: ſecũdum, de loco ad quem deſcẽdit materia, de quo eſt maximum dubium apud me. Primò de loco videamus. Loca ad quæ poteſt defluere catarrhus, primò ſunt muſculi extrinſeci: ſecundò cauitas pectoris: tertiò ſubſtantia pulmonis: quartò aſpera arteria. Catarrhus hìc ad quas partes deſcendit? Non occupat tanquam principaliter aſperam arteriam, ita vt ibi moram faciat: nam fieret aſthma, quod non videmus: quoniã catarrhus occupans arterias, cùm obducuntur aſperæ arteriæ, percipitur cantus & clangor, & quãdo anhelaret, fieret motus: dum enim tranſit ſpiritus, & percutit catarrhum craſſum, facit ſonitũ talem. Vtrũ in ſubſtantia pulmonis? Abſit: nam eſſet difficultas anhelitus propter dilatationẽ & cõſtrictionem: non haberet anhelitum liberum, eſſet difficultas magna, pateretur anxietates cordis maximas: cùm enim in corde conficiãtur ſpiritus vitales, inficerentur à catarrho. Cùm pulmo ſit putreſcibilis valde propter humidã ſubſtantiam & excrementoſam, & mollitiem ſubſtantiæ ſuæ, ſi catarrhus putridus moraretur in pulmonis ſubſtantia, generaret vlcus, & deueniſſet ad phthiſim, quod abſit. Non incumbit in muſculos exteriores: nam perciperetur dolor ad tactũ. In quo igitur loco? Credo quòd deſcẽdat ad cauitatem pectoris, ſed per quas vias? Ex anatome videmus vias communes à cerebro ad pulmonem non eſſe, niſi aſperã arteriam maiorem. Si catarrhus ad pulmonẽ tendit per aſperam arteriam, in pulmone manebit. Interſunt coſtæ, muſculi, diaphragma. quomodo ergo tranſit? Sæpiſsimè contingit quòd tranſit à pulmone, & expellitur à natura fortiore vſque ad cauitatem pectoris, & contrà à cauitate pectoris ad ſubſtantiam pulmonis: vt ex peripneumonia fit empyema, quia catarrhus putridus expellitur à ſubſtãtia pulmonis ad cauitatem pectoris, qui tandem à natura expellitur ex eadem cauitate pectoris ad pulmonem, & expellitur per tuſſim. Similis eſt tranſitus, cùm materia eſt in pulmone: eſt enim leuiſsima membrana pulmonis. Natura enim ſolicita de membris nobilibus, quãdo ad ea peruenit aliqua materia, expellit eam ad partem ignobiliorem, vt ad cauitatem pectoris, quæ longè eſt ignobilior quàm ſubſtãtia pulmonis. In cauitate pectoris facit morã, putreſcit materia, & excitat tuſsim, ac tendit ad pulmonẽ, non vt ibi maneat, ſed vt expellatur. Credo autem catarrhum non ſolùm deuenire ad pectus per pulmonem & putreſcere, ſed etiam à toto ambitu venarum venire materiam ad locum imbecillum: teſte enim Galeno 2. de Facul. natur. omnes ſuperfluitates defluunt ad partem debilem, & ſemper aggregatur materia, vt apparet in fiſtulis & malignis vlceribus, quia debile membrum ſuſcipit omnia ſuperflua & excrementa. A toto igitur ambitu corporis deuenit materia, & facit empyema. Quare diuretica conueniunt materiebus pectoris, quia materia à venis deſcendit: & eſt magnus conſenſus inter venas & pectus, ideo diuretica conferunt pulmoni & ægritudinibus pectoris. Locus ergo catarrhi proprius in quo putreſcit, eſt cauitas pectoris: deſcendit partim à capite ad pulmonem, & concauitatem pectoris: partim facto loco imbecillo, & ſuppurato à toto pectore, & multiplicatur ita catarrhus, qui expulſus per tuſſim ad pulmonem excernitur. Eſt igitur hæc mulier empyematica, & habet materiam ſuppuratã in concauitate pectoris. Quòd ſit materia putrida, patet ex colore & craſsitudine. Eſt pus, quod duplex eſt: primò, ex putredine ſanguinis non fit, niſi ſanguis putreſcat: hanc putredinẽ ſemper ſequitur vlcus: ſecundò quãdo materia pituitoſa putreſcit extra venas, & facit pus. Pus pituitæ nõ ita fœtet, quia ipſe ſanguis putrefactus deterrimus eſt, & magis fœtidus quàm pituita putreſcens. Ergo eſt pus non ab vlcere aut putredine ſanguinis, ſed à putredine pituitæ, & recedit à malignitate puris ſanguinis. Sic & pus melancholicum, & bilis longè deterius eſt. Pus iſtud ſi eſſet ſanguinis vel aliorum humorum, vlceraſſet iam pulmonem propter tranſitum. Catarrhus in propria ſubſtantia quando deſcendit à cerebro, credo quòd ſit ſubtilis, quia eſt inſipidus & propter ſubtilitatem tranſmittitur à pulmone ad pectus, in quo craſſeſcit, putreſcit, & reſoluuntur partes tenuiores putridæ, & per virtutem expulſiuam excitatur tuſsis, quæ eſt motus pulmonis, quo reiicit moleſta vel ob intemperiem, vel materiam aliquam exiſtentem in parte membranarum ſpiritualium, vt in pleuritide, quæ eſt extra totam cauitatem pulmonis: tamen fit ex ea maxima tuſſis, cùm materia nõ ſit in pulmone. Ita hìc quoque. Quomodo tranſeat materia craſſa ex pectore ad pulmonem, non mirandum, cùm & in oſſe pus tranſeat per poros ad carnem. Non debemus mirari opera naturæ. tranſit per meatus membranę, & excernitur, quod vix credi poſſet, niſi eſſet notiſsimum omnibus Medicis. Ex quo eſt etiam illa febris, quia cùm putreſcat materia tanta in cauitate pectoris propinqua cordi, non poteſt fieri quin putridi vapores aſcendant ad cor. Et hæc febris pro multitudine vaporum etiam augetur & minuitur. Patet quòd febris è vaporibus putridis, eſt putrida. Singulis diebus veſperi circa horam 22. percipit frigus, poſtea calor ſuccedit frigus, quia tum excitantur vapores putridi in reputreſcente, & cæteræ periodi effumationis, in omni ſtercore apparet, in aliis horis fumat, in aliis non. In eo tempore effumationis propter fumum tranſeuntẽ ad cor excitatur febris, imò magis vna hora quàm alia. Non eſt inuentum à Me-

dicis: naturæ ſecretum eſt hoc: quare vna hora e-
leuentur vapores præciſe, & non alia hora. Opor
tet admirari ſecreta naturæ. Num hæc febris ſit
putrida, vel an ſit etiam febris quæ fecerit maio-
rem impreſsionem? Credo quòd inducta ſit hecti
ca: quando lõgo tempore tango, percipio inſignẽ
caliditatem igneam ex tactu, vnde tãta extenua-
tio. Febris præcedens non fuit diuturna, non ſunt
niſi octo dies quòd ſentio tantam febrem. Vereor
febrem fixam, occultam, difficilè cognoſcibilem,
quando in prima ſpecie hecticæ difficilè agnoſci-
tur à Medicis per cõiecturas cognoſcenda, vt Ga-
lenus cognouit mulierem illam, quæ erat calida
& ſicca, & habuit ephemeram, &c. Pulſus ſecun-
dùm naturam, caliditas nõ mordax nec ipſa per-
cipit ſe habere: ideo & ab aliis difficilè cognoſci-
tur. Tres ſunt autẽ hæcticæ ſpecies: prima, quan-
do ſubſtantiã rorida incipit abſumi, & perit pin-
guedo tantùm: ſecunda caro: tertia cor, & illud
quod continet membra. Prima & ſecunda ſecun-
dùm Auicennam difficillimæ ſunt cognitionis:
tertia ab omnibus percipitur. Dubito, ſitné pri-
ma ſpecies hecticæ, & ſit conſumpta nimis pro-
pter febrem continuam, tamen audio nunquam
quoq; liberari à febre. Habemus ergo primò ca-
tarrhum ſuppuratũ & putredinem. Putredo eſt,
quia rubedo circa maxillas. Quando putreſcit
humor circa pulmonem vt in peripneumonia &
empyemate, aſcendunt vapores & calefaciunt ma
xillas, & fit in iſtis tribus, ſcil. in peripneumonia,
vlcere pulmonis, & empyemate. Primò igitur hîc
eſt catarrhus, putredo & empyema. Secundò, fe-
bris putrida & fixa quædam: tertiò, tenſio hypo-
chondriorũ, quę eſt ab obſtructionib. augentibus
febrem: tamen non credo obſtructionem ſum-
mam hanc, ſed catarrhus & febris faciunt debili-
tatem ſummã in membris naturalibus: quia iſta
febris vbi 24. diem tranſit, facit debilitatem. De-
ſcendit etiam pars catarrhi ad ventriculum, vnde
malè concoquit, percipit rugitus: mala item com
poſitio & complexio frigida eſt in membris natu-
ralibus, cuius ſignum ventoſitas, gracilitas extre-
ma, & conſumpta pinguedo tota: vnde ſuſpicor
eſſe hecticam. Fluxus item ſequitur, vbi febris
permanens & ſuppuratio in pectore debilitauit
calorem innatum, vt iam ſuccumbat, & quando
ſequãtur fluores alui longas ægritudines, & pleu
ritides quoq; lethale eſt. Ex his quæ propoſui, vi-
demus in quanto verſentur periculo.

Cura. Multa eſſent quibus indigeremus, & quæ
faceremus. Primò oportet vt prohibeamus catar-
rhum deſcendentem. Secundò, vt quod in pecto-
re, educeretur, & confortaretur pectus ne recipe-
ret. Refrigeraretur febris, confortarẽtur membra
naturalia. Catarrhus ſiſtitur cum rebus valde ſic-
cantibus, quinto Meth. Ad tria reduco totam cu-
ram: primò vt ſiſtamus catarrhum: ſecundò vt
cõfortetur pectus: tertiò vt occurratur omni ex-
crementorum prouẽtui. Sunt iſta tria vehemen-
tiſsima. Pimò circa caput, veſicetur totum caput,
vt diſſoluatur catarrhus, vt exeat extra cutem, &
non fluat ad pulmonem, quòd non niſi calidiſsi-
ma efficiunt. Quæ autem hoc efficiunt, calefaciũt
totum corpus, & periculoſum eſt in febribus tali-

A bus adhibere calida capiti. Secundò, vt euacue-
mus cum pillulis cochiis propoſitum eſt, ſed in-
grediuntur fortia, vt ſcammonium, &c. & in ma-
gna quantitate. Ego non auderem dare eas hîc in
fluore alui, imbecillitate omnium membrorum,
& febre. Tertium eſt, vt refrigeretur pectus, & v-
titur ibi Galen. theriaca noua, & confectione dia-
ſpermaton. De duobus primis non auderem ali-
quid facere, quia nec corpus, nec imbecillitas pa-
titur. Non auderem vti veſicatorio, velim tamen
B vt vnum fieret, quod nolui omnino præterire, vt
tonderentur capilli vſque ad cutim, & velim im-
ponere pulueres, ex quo non poſsim cauſtica po-
nere, ex ſandaracha, maſtiche, roſis, quę non cale-
faciunt vehemententer, ſed exiccant, & confortãt
caput ne deſcendat materia. Eſſet præſentaneum
remedium veſicare, ſed non audeo: nec cerata ve-
lim adhibere, retinerent enim aliquandiu: poſtea
tota materia repentè decideret, & ſuffocaretur,
per duos aut tres dies non fluit, quia ſuſpẽdit ca-
C tarrhũ, interim multiplicatur, & in termino dua-
rum horarum ex repentina deſcenſione ſuffocan
tur. Fiant leues frictiones, ne agitetur caput: exic-
cetur tantùm cum panno ſuffumigato, aqua roſa
cea, aceto & garyophyllis. Tale ſuffumigium ha-
beat in cubiculo, & ſuffumigentur pãni, & caput
foueatur ſine frictione, vt inde fiat exiccatio. Quã-
do iſta non fiunt, interea in tempore quieto adhi-
beat ſtupam canabinam, quam tegat papyro exic
cato, & ſuperponat reticulũ ſeu vittam, vt ſemper
D fiat exiccatio, & fieret crebra permutatio iſtorum.
Si febris ceſſaret, ſtatim velim adhibere veſicato-
ria, quod eſſet optimum & præſtantiſsimum ex
cantharidibus. Diaſpermaton eſſet præſtantiſsi-
mum, prodeſt ad febrem, & confortat pectus: ſed
hoc facere non poſſumus. Laudo bolum armenũ
optimum, & aquam farfaræ & conſolidæ, vt acci-
piẽdo boli armeni pulueriʒati ʒ.ij. cum ℔.j. aquæ
conſolidæ & farfaræ, donec tota fieret rubra, &
tota virtus tranſeat in aquam, phialam agitando:
E ſingulis diebus manè & veſperi quando vult dor
mire, bibat cyathum vnum aut ſemis iſtius aquę:
vſus mellis roſati ℥j. faceret ad fluxum ventris, &
corroborat ventriculum, confortat ſubſtantiam
pulmonis & pectoris, & corroborat cor, ne reci-
piat illam deteſtabilem putredinem. Galenus dat
in aſthmate, & longè magis vbi nõ eſt aſthma, ne-
que facit difficultatẽ anhelitus: credo quòd non
eſſet deterius remedium quàm diaſpermaton &
theriaca noua. Cauerem à philonio & ſtupefacti-
F uis tanquam à peſte, vt multi faciunt ad ſiſtẽdum
catarrhum. Neq; pillulas de opio darem. Veſperi
pillulam vnam de cynogloſſa ſine opio retineat
ſub lingua ad ſiſtendum catarrhum, & roboran-
da membra. De febre Auicenna, ſi cum catarrho
eſt febris, non curandum de febre, ſed attendat
Medicus ad catarrhum: febris enim pendet ab eo
tanquam accidens: ceſſante catarrho, ceſſabit fe-
bris. Si eſſet prima ſpecies hecticæ, curaretur tam
facilè vt ſcabies: non enim valde curarem eam, ſi
G non eſſet catarrhus: neq; tamen contemnerem.
Propter fluorem alui corroborandus ventricu-
lus, & attendendum refrigerationi corporis. Pti-
ſanam hordei accipiat, ſed in ea cum iure pulli
facta

facta ponat aliquid quod habeat vim aſtringendi A & corroborandi. Galenus impoſuit fruſtum cotonei: corroborat enim hoc,& cōuenit catarrho, & refrenat lubricitatem ptiſanæ. Manè antè accipiat ouum ſorbile,carnem pulli contuſam: bibat item manè vinum, veſperi non. Circa 22. horam habuit paroxyſmum,& eſt mitior circa 8. horam: poſſet cibari ſub nonam horam: ad 17. horam,aut ad 18. cœnare,minus cibi ſerò ſumat. Pro fluxu ſyrupum ſumat myrthinum cũ puluere maſtiches. Inter ſyrupum & cibum ſit vna hora. Quo ad con B fortationem & præfocationem matricis,vngatur cum linimento Meſue. Nollem confortare eam cum oleo liliorum alborum. Circa pectus febris non permittit emplaſtrum, ne nimium relaxando præcipitaretur materia. Inungerem pectus cũ vnguento roſ. Meſue. Cor confortarem cum his quæ habent vim exiccandi: eo modo tamen ne areſcat cum bolo armeno in aqua farfaræ cum melle roſaceo. Curata febri, ſubitò accederem ad veſicatoria,quia oportet attẽdere catarrho. Pro ven C triculo fiat linimentum ex maſtiche,cotoneis,dactylis. Coquantur in vino dulci non potenti, facta forti expreſsione per cribrum: adde olei chamæmelini & abſinthij quantum ſufficit. Fiat linimentum. Hoc etiam vſus eſt Montanus in quodam,cui tota abdominis pars ita erat exiccata, vt inteſtinorum videretur contractio,vt aliàs quoq; Montanus retulit.

Consilivm CLXXIX.

Pro quodam laborante tuſsi & ſputo ſaniei. D

VIr nobilis, ſicut ego audio, plerunque incidit in ſputum ſanguinis, ex quo arbitrantur fuiſſe vlcus in ipſo pectore aut pulmone,quod ſputum ſanguinis videtur verſum in ſputum ſaniei. Sputum autem ſanguinis videtur ſequutum eſſe caſum ex equo, & facile eſt, vt vtrunque ſubſequutum ſit. Primò quòd ex caſu ex equo facta ſit contuſio, & ſoluta continuitas ipſius pectoris aut pulmonis: deinde E ex malè curato vulnere, aut vlcere pectoris aut pulmonis, fit ſubſecutum ſputũ ſaniei: niſi enim ſanentur in primis diebus, ſolent cadere in ſputum ſaniei. Quo pacto autem ſit curandus, dicamus: ſi illud quod dicemus, verè ſit cura, aut potius ſit præſeruatio ab vlteriori lapſu. Curabitur enim hoc pacto, ſiue præſeruabitur ab vlteriori & vehementiori malo. Primò inſtituatur recta viuendi ratio,ita vt non aggreget excrementa plura. Præterea opus eſt quòd interdum expur- F getur totum corpus. tertiò expurgetur pectus,& affecta loca exiccentur & conſolidentur. In primis viuendi ratio ſit,vt vtatur optimis cibariis,& exiccantibus,vt pullina carne, auium paruarum, carne vitulina, & frequenter hœdina, vbi detur occaſio, & derelinquat craſſas carnes, vt bouinas & porcinas,atque agninas: interdum vtatur carne caſtratorum iuuenum: rarò piſcibus. Dimittat legumina, vtatur ptiſana, farre ſeu alica. Vinum ſit pauciferum, rubrum,minimè acerbũm, inter- G dum dulciuſculum: dimittat labores & fortia exercitia, & alia iſtius generis. Purgetur corpus per totam hanc hyemem,ſingulisque ſeptem aut octo diebus accipiat ʒ.vj. caſsiæ cum ℥.j. hieræ. Superueniente Vere ſemel accipiet eandẽ caſsiam, pòſt bibat 5. aut 6. de ſyrupis infrà annotatis.

R. Syrupi violati,
De ſucco farfaræ ana ℥.j.
Decoctionis farf. ℥.iij.

Miſce. Pòſt accipiat iſtas pillulas.

R. Pillularum cocchiarum,
De agar. Meſue ana ʒ.v.

Fiant pillulæ v. vtatur frequẽter diadragantho cum bolo armeno: interdum vtatur diacodio liquido. Ad mundificationẽ pectoris,vtatur frequẽter hoc electuario, paulatim accipiendo de ipſo.

R. Sacchari violati roſati ana ℥.ij.
De pino ℥.j.

Cum ſyrupo viol. fiat miſtura, interdum vtatur hac decoctione calida pro ſyrupo.

R. Foliorum farfaræ,
Boraginis,
Betonicæ ana M.j.ß.
Ficuum ſiccarum pinguium num. vj.

Decoquantur,& cola, cui adde mellis viol. ℥.iij. boli armeni ʒ.ij. Fiat ſyrup. & hoc pacto curetur.

Consilivm CLXXX.

De catarrho ad pulmonem deſcendente, cũ febri hectica, & ſuſpicione phthiſis.

CLARISS. D. Doctor,vt per compendia agamus,dicam quæ vidi & audiui ex hiſtoria. Deinde quid ſentiam de cauſis morborum, & curatione: illa quæ ſunt nota veſtræ excellentiæ æquè quàm mihi,recitabo breuiter. Nouit,quòd tam longo tempore fuit in carcere ſæuiſsimo,in quo & circa corpus,& circa animum variè affectus eſt,& præter hęc contigerunt maiora diſpendia: habuit (ſicut ſolent in hac ætate iuuenes) rem cũ muliere infecta,& contagium accepit, poſt quod in infortunium longè maius incidit in Medicum imperitum,qui ſuos illi ſyrupos ex calchãto ſeu vitriolo exhibuit: quos vbi accepit,in grauiſsimum ſputum ſanguinis incidit, quod maximè eſt animaduertendum, & in catarrhum: & licet aliquanto opera illius Medici incœperit à ſputo ſanguinis melius habere, à deſcenſu tamen vel potius excretione catarrhi illius putrefacti,nunquã eſt liberatus. Eo tempore quo primùm eum cœpi videre, vocatus ad eum in carcerem,reperi eum cum catarrho,& febri putrida: Medicus curabat eum (reſpiciens ad ſputum ſanguinis) adſtringentib.& exiccantibus, vt iam tamen meo iudicio inciperet tabeſcere,& incideret in febrim intenſiorem: quamobrẽ iuſsi illa dimittere, & adhibere meliorem rationẽ victus, & poſtea videbatur melius habere: aderat tamen febris putrida propter obſtructiones,quas nõ poterã ita ſubitò remouere,vt integrè liberarem eum: nam bis vel ter tantùm eum inuiſere poteram,idq; caſu,cùm ſubitò huc redire cogerer. Admonebã tamẽ, vt vel huc accederet,vel alium Medicum ſibi quæreret: verùm ipſe dum quotidie ſe liberatum iri credit,neutrum fecit, ſed ſubinde deterius habuit ex mala ratione victus, & mala applicatione medicamentorum: quæ etiamſi ſint optima, non tamen ſunt medicamẽta,niſi adhibeantur non ſo-

lùm quantitate debita,ſed tempore etiam & loco conueniente,vbi & quādo oportet. Nihil horum factum: quia nemo neque tempus,neq; modum, neq; quantitatem ordinauit, omnia confusè adminiſtrata ſunt,ita vt balnea etiam,quę ad humectandum corpus poſt febrim,& exiccationem factam, ordinaueram, nō rectè exhibita ſint:ſubitò poſtea expoſuit ſe aeri, & frigora perpeſſus eſt, poſt quæ in catarrhum incidit longè grauiorem, ſicut fit etiam in ſenibus,vt ſi ex locis calidioribus vel balneis ſubitò egrediantur in aerem frigidiorem, aut ſe exponant vento,ſemel atq; iterum, vt corripiantur à catarrho. Dum igitur ſua quadam calamitate (breuiter enim ea, cùm ante iam ſint nota veſtræ excellentiæ,ſufficit tangere)in carcere variè eſt afflictus corpore & animo, incidit in morbos grauiſsimos, à quibus peſsimè curatus, tandem venit ad pręſentem diſpoſitionem deterrimam,ſecundùm omnem conſiderationem. Tria enim membra præcipua ſeu loca principalia affecta ſunt valde,vt non poſsint amplius vel vlterius lædi, animalis facultas planè proſtrata, ita vt non poſsit ſe amplius mouere aut erigere,cogitur propter virtutem voluntariè motiuam extremè debilitatam: virtus etiam intrinſeca cerebri naturalis læſa eſt, non amplius conficit alimentum proprium, nec excernit excrementa, quæ multiplicata locum magis debilitant, & faciunt vt plura excrementa ab aliis membris eò deferantur, quæ cùm nec diſſlentur à virtute, nec concoquantur, perpetuò deſcēdit catarrhus, & ad peſsimum locum,ad pectus ſcilicet & pulmones:qui enim per nares deſcendit, facilius curatur: qui ad fauces, medio loco ſe habet: qui ad pulmones, peſsimus eſt, quia inuenit vias communes & latas, & cùm ad pectus peruenit,tuſsim excitat perpetuam: & quia eſt in loco calidiore,facillimè putreſcit: ideo etiam hîc expuitur materia putrida & ſanioſa. In corde, non dico in humoribus aut ſpiritibus, ſed in ipſa cordis ſubſtantia intemperies eſt calida & ſicca: habemus enim hecticam febrem in habitu, quæ eſt quando cordis ſubſtantia patitur intemperiem calidam & ſiccam, ideò peſsimè diſpoſitum eſt, quia calor naturalis & ſpiritus non poſſunt eſſe boni, cùm cor, quod eſt fundamentum & principium caloris innati eſt ſupercalefactum, & tabeſcit ob intemperiem intensè calidā & ſiccam. Hepar etiam & membra naturalia malè affecta non concoquunt alimentum,nec expellunt excrementa,ideo abundant materia putrida,quia plurima excrementa generantur tam in prima quàm ſecunda coctione. Hepar loco ſanguinis bilem generat, ventriculus loco chyli pituitam: hanc ob cauſam excrementa fœtida ſunt, & putrent, nec alitur corpus, ſed tabeſcit, & fit ſiccitas illa in membris ſolidis, & eſt ἀτροφία ob defectum alimenti idonei, & imbecillitatem virtutis naturalis, ita vt à capite vſque ad pedes, non eſt inuenta in eo ſanitas, & cùm architectus ſit deficiens, ſecundùm omnem partem corporis, quid nos agemus? Sed acceſsit aliud:ſi catarrhus ſolus deſcenderet ad pectus & vētriculum, & eſſet imbecillitas tanta omnium virtutum, adhuc ſupereſſet ſpes aliqua, ſed accedūt duo alia ſæuiſsima:

A iſta febris hectica videtur excedere gradū,qui curari poſsit,videtur exiccata omnis humiditas nutriens, & hecticā iam inuaſiſſe ipſum glutē,vt vocat Auic.& mēbra ſolida, quod apparet ex caliditate & ariditate cutis:itē quòd videtur ſicuti puluis apparens ſupra carnē,& cùm fuerit muſculoſus & pinguis,beneq; cōpactæ carnis,nūc omnia ſunt abſumpta, & vix oſsib.hæret. Accedit aliud horrendum prorſus: habemus plura indicia,non tantùm putreſcere catarrhum in pectore, ſed adeſſe B vlcus pulmonis,idq; ex pluribus ſuſpicionib. metuo. Primò certi ſumus, quòd accepit illos ſyrup.cum vitriolo, cuius proprium eſt erodendo interficere, & vidimus alios qui ab eodē ſyrupos iſtos acceperunt,& ſubitò inciderunt in tabē.Secundò aliud ſignum eſt longè firmius,ſubitò poſt exhibitionem ſyruporum,incidit in in ſputū ſanguinis,quia facta eſt arroſio in venis & vlcus.Tertiò quædam ſputa ita fœtida & purulenta ſunt,vt moueant maximam ſuſpicionem vlceris,ſed non C habeo id pro comperto: nō enim ſunt demōſtrationes,ſed coniecturæ rationales,quæ faciunt ſuſpicionem:non tamē affirmo id, de quo non ſum certus,vtinā nō ſit,ſed dubito ne adſit. Hic eſt caſus q̄ breuiter recitari poteſt,ſed nō tā citò curari.

De prognoſtico. Quomodo poſſum prognoſticare bonum, vbi nullum eſt bonum, & virtutes regitiuæ omnia corruptè faciunt? Medicus miniſter naturæ eſt, quæ non hîc concoquit cibum: quomodo igitur dirigeret inſtrumēta Medici, & D medicinas? Hoc ſignum maximum non poſſe curari, quia natura non diriget propter virtutē mortuam. Fruſtranea igitur erit omnis operatio : ſed quia ægros amicos noſtros, & vita dignos viros non debemus relinquere, dicam quid facerem, ſi fortè inueniretur via curandi, quia Deus etiā in difficillimis inuenitur, & nos non poſſumus exquiſitè ſcire gradum morbi,cùm non certò agnoſcamus temperaturam,vt Gal.3.Meth.ait ſe,ſi temperaturam exactè noſſet, fore Aeſculapiū quen- E dam. Fortaſsis morbus erit in eo termino, quem nos non ſuſpicamur, cùm & Hippocrates dicat, non eſſe certas prædictiones in acutis de ſalute & morte, quod varia in iis præter ſpem contingere poſsint,non igitur eſt derelinquendus.

Cura. Sed quæ velis remedia adhiberi? Natura morbi indicat, quid agendum : membra debilia, oportet vt confortentur,& quoquo modo id fieri poſsit : & quia repleta peſsimis humoribus, illi prius euacuandi.cerebrum deſtillat perpetuò,eſt F igitur euacuandum & confortandum.Euacuandum cum his quæ diuertunt ab oppoſito, & trahunt extra cutem, hoc faciendum cùm his quæ poſſunt inducere veſicas, in quibus ita confidit Galen. in 5. Meth. vt his ſolis catarrhos grauiſsimos poſſe curari affirmet, quia duo faciunt, quibus maximè indigemus ad noſtrum propoſitū: euacuant extrahendo, & calefaciunt cerebrum, vt melius poſsit concoquere alimētum propriū, & excernere excrementa. Sed quia hîc iue- G nis malè fortunatus,aduerſo fato regitur,vſus eſt peſsimo inſtrumēto,idq; multò peius applicauit: excitauit enim veſicas, & permiſit iterū exiccari. Et ita repetebat veſicas aliquoties, nec tamen vt oporte-

oportebat, quia non habuit medicum qui dirige- A bat actiones, ſed erat potius in manibus carnificis quā medici. An modò iterum ſit tentandum? Mihi clariſsime doctor gratiſsimum foret eſſe veſicas per totū caput, ſed timeo omnia inſtrumenta in corpore hoc tam ſicco, velim adeſſe veſicas, ſed in hac caliditate & ariditate totius corporis: metuo, ne ſi veſicatoria adhibeātur, plus iuſto calefaciant & exiccent caput, & inde ſequerētur vigiliæ nimiæ, maximè ſi cantharidum puluere vteremur, poſſet mingere copioſius, id quòd antea ei B euenit, vt poſt adhibitum puluerē cantharidum minxerit tota die ac nocte: quantum autem exiccet copioſus mictus, notū eſt, ideò relinquerem cauſtica & veſicatoria, & facerem aliud: lauarem caput lixiuio diuertēte hoc modo: ponerem agarici notabilem portionē, cum roſis & camomilla, in lixiuio non forti, ſed dulci ex ligno ſalicū, ita vt in ſingulis lotionibus eſſent ad minus ʒ.ij. agarici fortiſsimè & diligentiſsimè expreſsi, expurgaret, exiccaret & corroboraret cerebrum & ipſum ven C triculum, vt teſtatur Dioſcorides in capite de agarico. Hoc igitur vteretur, quia non licet vti veſicatoriis. Poſtea ex puluere ſandaracæ cum roſis & lignis iuniperi cōtritis cum ſtœchade, & maiorana fiat puluis minutus, qui aſpergatur ſuper totum caput. Hæc pro corroboratione & euacuatione capitis. Ad hæc decoquerem chamomælum, maioranam, & agaricum in aqua, non lixiuio, & attraheret ꝑ nares. Pòſt de membris naturalibus maximam rationem haberē pro rectifica- D tione hepatis, & ventriculi ſine exiccatione, vt docet Galenus ſeptimo Methodi de Cura tabidorum, vbi dicit: non eſſe vtendum exiccantibus, quia augēt affectū. Conarer redigere ea ad ſuam temperiem remouendo caliditatem igneam: igitur quotidie bis in die ante prandium & cœnam vtatur ℥.j. zucchari roſati cum boraginato & violato: ſic enim moderatiſsimum in qualitatibus paſsiuis, & potius ad humiditatem declinaret, in actiuis caliditatem remiſſam haberet: imò eſſet fri E gidum totum, roſæ frigidæ & ſiccæ in primo gradu, violæ frigidæ & humidæ in ſecūdo gradu, borago temperatè refrigeraret & aſtringeret leniter, ideo ſummoperè conueniret in hoc caſu, ſed darem in notabili quantitate ℥. iiij. ſingulis diebus ante prandium & poſt prandium ante cœnam: nutriret enim & corroboraret, & id quod ante cibum ſumeretur ad hepar, quod poſt cibū ad ventriculum conduceret. Exterius emplaſtrum adhiberem, quale præcipit Galenus κατὰ γένη & κατὰ F τόπους ex rebus familiaribus & nutrientibus, quæ valde corroborarent, quia facilè recipiuntur à virtute: vterer hoc, cuius vim mirabilem ſæpe ſum expertus in multis caſibus. Acciperem carnes dactylorum & cidoniorum cū pane aſſato, vel farina hordei decoquerem in vino aromatico, & contunderem, poſtea miſcerem oleum amygdalarū dulcium, & conficerem ita emplaſtrum: quod deinde ſemper cùm applicarem, miſcerem cum duobus vitellis ouorum, & apponerem diligen- G ter in forma emplaſtri omnibus membris naturalibus, idque cùm exaruiſſet, ſemper renouarem pro toto corpore humectando. Et quia balneis aquæ dulcis, in quibus plurimùm conſiderem, non amplius poſſumus vti propter debilitatem, acciperem medullam cruris vituli cum oleo amygdalarum dulcium, & vino paucifero permiſtam, & cum hoc leniter fricarem totum corpus, vt excitarem calorem in membris, & nō reſoluerem: poſſet addi etiam iis oleum violatum pro refrigeratione, ſi timeres nimiā calefactionem. Cor maximè affectum eſt, quare vellem, vt ipſum haberet fomentum, acciperem vnguētum roſatum Meſuæ recens, & ponerem circa cor, vt continuò refrigeraretur, & hæc ad confortationem & alterationem membrorum. Pro euacuatione: Video ventrem fluere, & dicit Galenus, quòd nolit dare medicamētum, quum ſponte aluus fluit, etiamſi is fluxus non ſatisfaciat intento medici, propterea, quia timēdus ſit caſus virtutis. Id præceptum ſi vſquam alibi, in hoc certè noſtro caſu maximè verificatur, ideo non vterer aliqua euacuatione, præſertim in tabeſcente & extremè debilitato. In victu vterer optimè nutrientibus, ptiſanam hordeaceam nunquam omitterem, ſi non aceſceret in ventriculo, darē manè & ſerò, & coquerem in brodio pulli, ouis ſorbilibus cibarem, & aliis humectantibus. Vinum autem ſit non nimis dulce, propter fluxum alui, clarum & limpidum, medium inter album & nigrum: nigrum enim omnino non placet, album verò prouocat vrinam, & non bene nutrit: habeat medium, non auſterum nec acidum, nec ſubdulce, in quo remiſſe ſuperet dulcedo, talia vina reperiuntur Vicentiæ. Hęc in ratione victus & medicamentis facerē circa hunc ægrum: & ita dictum eſt, quid ſentiam de cauſis morborum huius iuuenis, & etiam de ratione curandi.

FRISIMELICA.

Ego breuiter ſuppono, quòd tot annis fuit in carcere difficili & peſſimo, vnde in catarrhum incidit & febrim putridam, quæ nunc tandem declinat ad tabem: ſuppono temperaturam calidam & ſiccam. nam in præſenti duo ſunt conſideranda, febris fixa & fortè hectica, catarrhus à capite defluens ad pulmones, qui facit ſuſpicionem de vlcere. Eſſe febrim hecticam, oſtendit totus habitus corporis, cutis & pulueres per carnes ſparſi, & alia. Prouenit autem ex febri putrida, quæ diu durauit, & quidem in carcere etiam ſputum ſanguinis, & catarrhus etiam tam diuturnus plurimùm exiccant: catarrhus ortus eſt ex carcere deterrimo, & loco in quo fuit calido & humido, mala adminiſtratione & vſu balneorum, mala viuendi ratione, quem & aſtrictio à medico facta auxit. Eſt aūt catarrhus nec ſalſus nec acris, ſed inſipidus, & deterius cæteris eſt, quòd cum iudico pati vlcus in pulmonibus, quod apparet ex his quæ eiiciuntur, quæ ſanioſa ſunt, fœtida & putrida, & vidimus guttulas aliquot ſanguinis his diebus (quanquam hæ à naribus defluere poſsint, quia præceſsit fluxus ſanguinis narium his diebus.) Accedit potus vitrioli, quem ipſe Galenus improbat, patitur circa omnes partes. ad regionem hepatis ſunt obſtructiones, fæces quotidie deteriores, & vrinæ ſunt nigrę magis, vt

ſatis appareat omnia membra naturalia peſsimè affecta. A

Prognoſticum. Statim primo die ſuſpicatus ſum adeſſe hecticam & phthiſim, ac planè pro deſperato habeo, non tamen relinquendus.

Cura. Indigemus duobus, humectare membra exiccata, & exiccare catarrhum ſeu remouere: balnea in remouenda ſiccitate excellentiſsimum remedium, veſicatoria educerent materiã catarrhi, & exiccarent. Lac aſini bonum pro humectatione, ſed nunc nihil horum exhiberi poteſt. Pro ca- B
tarrho: Caput alterarem, & leniter calefacerem, laudo lotionem inſtitutam, & pulueres ex ſandaraca: exiccant enim & prohibebunt defluxum catarrhi, ſed velim prius adhiberi caputpurgia, quę nec calefaciunt nec exiccant, ſed educunt materiam contentam in capite, quã non euacuata non poterit alterari caput: pòſt poterunt adhiberi lotiones, & admiſceri reliquis hordeũ, quod frigidũ eſt, & exiccat. Pro membris naturalibus laudarẽ ſaccarum roſatum, & exhibui etiam ante aduen- C
tum excellentiæ veſtræ manè cum ſyrupis. Emplaſtrum laudo, & ſæpe eo vtor. Pro humectatione totum corpus inungatur oleo amygdalarum dulcium, poteſt adiungi medulla carnis vituli: ſi vultis addere vinum, ſit modicũ & pauciferum, ne exiccet. Victus ſit frigidus & humidus ptiſana in iure pulli cocta: feci ferculũ ex carne pullorum cum pineis, propter lubricitatem ventris: poteſt admiſceri ſaccaro roſato aliquid boli armeni, aut terræ lemniæ: pro tutela pulmonis, vt perpetuò D
haberet quod deſcenderet ad pulmones: manè pro ſyrupo darem decoctum farfaræ, in quo confido, roboraret & abſtergeret, quia timeo vlcus.

MONTANVS.

Voluit bolum armenum quantitate ciceris ſolùm eſſe exhibendum. Nec voluit, vt ſemper aliquid teneret in ore quod deſcenderet, quia impedit concoctionem. Decocto etiam farfaræ iuſsit addi capillum veneris. E

Poſt habitum collegium hæc illi ſunt præſcripta.

℞. Florum camomillæ M.j.
Hordei P.j. Maioranæ M.s.

Decoquantur omnia in q.s. aquæ violarum ad conſumptionem medietatis, deinde facta diligenti expreſsione, addatur ſaccari optimi ℥.s. & ferue tur pro caputpurgio. Item

Medullæ cruris vituli ʒ.s.
Olei amygdalarum dulcium recentium,
Violarum ana ʒ.j. F

Cum modico vino paucifero, miſce pro confortatione totius corporis. Item

℞. Carnis cidoniorum decoctorum in vino auſtero ℥.iiij.
Carnis dactylorum ℥.iij.
Paſſularum ℥.iiij.
Farinæ hordei ℥.iij.
Olei amygdalarum dulcium ℥.iij.

Miſce omnia, & cum vino decoctionis cidoniorum fiat emplaſtrum: Item G

℞. Boli armeni orientalis ʒ.j.

Diuidantur in partes ſex, detur vna ſub introitum lecti.

℞. Farfaræ M.ij.

Detur eius decoctum, vel manè pro ſyrupo, vel ante prandium cum ſaccaro roſato.

℞. Saccari roſati,
Violati,
Boraginei ana ℥.iiij.

Detur vt ſuprà dictum, &c. Sequenti die, quia phthiſicum certò credebat, ac eius anhelitum & ſputa inficere & aſtantes, & qui eum viſitarent, præſertim ieiuno ventriculo, ordinauit primò ne ad parietes, vel camera vſquam expueret, ſed in ſua vaſa, quæ ſubitò extra cubiculum delata purgarentur. Secundò vt quotidie manè euentaretur & purgaretur cubiculum. Tertiò, vt fierent ſuffumigia odorata.

℞. Aquæ roſatæ partes duas,
Aceti optimi partem vnam,
Pulueris ſandaracæ,
Caryophyllorum ana.

Bulliant continuò ad lentum ignem, in cubiculo faciunt odorem gratiſsimum, amabilem, & in contagioſis morbis ac peſte optimum. Vſus erat cauteriis, quæ nihil profecerant, ideo veſicatoria voluit admittere, & tandem mortuus eſt.

CONSILIVM CLXXXI.

De phthiſi ſeu vlcere pulmonis.

VLCVS in hoc morbo quidem abſtergendum eſt, deinde conſolidandum & exiccandum. Abſtergit autem lac aſininum & humanum, ſed magis nutrit humanum, aſininum magis abſtergit: & ideo Galenus vbi curat vlcus, laudat magis lac aſininum: vbi tabem, humanum. Abſtergit & ſaccharum, hydromel, ptiſana, ipſiusque cremoſus ſyrupus de farfara, de liquiritia, de hyſſopo, & id genus alia. Abſterſo vlcere, debitis remediis poſtea eſt conglutinandum.

CONSILIVM CLXXXII.

De empyico & phthiſico in hoſpitali, viſitationes decem.

INFIRMVS iſte in ſiniſtra parte, perpetuò diu noctuque à mẽſe Septembri vſq; ad Bacchanalia, ſed non niſi ad tactum, doluit, ſicut mihi, interrogatus reſpondit. Nunc nihil dolet niſi circa ventrem: in affecto latere antea etiam cubans doluit. Hoc pręcipuum eſt ſymptoma, ex quo reliqua depẽdent. Inquiramus igitur eius cauſas. Iſte dolor vel à mala temperatura, ſine materia, vel cũ materia: non à ſimplici, quia ad tactum doluit, poſtea multum etiã ſanguinis excreuit, & ceſſauit dolor. Etiam ſi ſimplex mala intemperatura fuiſſet à principio, tamen diu ſine fluxu permanere nõ potuiſſet. Eſt igitur affluxus materię frigidioris, quia per 6. mẽſes durauit. Sed vbi eſt materia? In parte exteriore pectoris: quia cubans in latere affecto, doluit propter compreſsionem: ſi enim in interiori parte fuiſſet, non doluiſſet in eodem latere cubans, quia materia coſtis incumbens non extendit locum. Quare etiam totum oppoſitum accidit, ſi in latere

latere non affecto cubat. Dolet enim tunc locus A
affectus, qua materia ſuſpenditur, ſi eſt in interiore cauitate pectoris: ſi verò in exteriore, quieſcit ſine dolore. Eſt ergo materia in interioribus, intra venas ibi exiſtentes, quæ erant tumefactæ. Nam ſi extra venas putruiſſet, aut apoſtema, aut ſcirrhus apparuiſſet. Ergo obſtructæ fuerunt venæ à ſanguine craſſo ibi collecto, quo natura irritata, poſtquã ſe patiens præter ſolitum mouiſſet, compreſſus hominum multitudine, Venetiis die Iouis in Bacchanalib. agitata eſt materia, & poſtea B
ſubitò erupit, & tranſiit per membranam ſuccingentem coſtas ad pulmonem, & tandem expuit. Fuit iſte ſanguis purpurei coloris. Ergo pectore eductus, & craſſæ ſubſtantiæ, cùm ſanguis à pulmone proueniẽs ſit rubeus, ſpumoſus & tenuis, igitur in exteriori parte pectoris fuit prima affectio: non tamen immediatè ſub cute, ſed in interiori parte muſculorum, quia non doluit ad tactum. Et quia locus iſte debilis permanſit, adhuc nonnihil dolet. Poſt ſputũ ſanguinis natura eua- C
cuationem à loco eſt aggreſſa, ſicut etiam faceret Medicus, volens ſe iuuare: eduxit multum ſanguinis ex venis narium. quod niſi feciſſet, impetus fuiſſet factus ad ſuffocationem. Non potuit autem ita exquiſitè purgare, quin remanſerit in pulmone aliquid: ſed de hoc nihil dicemus, quia prius videbimus ſputum. Tuſsis ſi non eſt ex ſanguine in pulmone detento, erit fortè propter leuem deſtillationem ex capite, vel ob conſenſum: vel eſt ſicca propter malam qualitatem, quæ infe- D
cit pulmonem, ad cuius expulſionem vires intendit natura. Dolor ventris eſt propter conſenſum: fortaſsis circa diaphragma. Sanguis eſt vnà euacuatus, & ita calor debilitatus, nõ potuit alimentum ritè conficere, nec virtus retentiua continere quantum conuenit: quare flatus exorti, dolorem inferentes: frigus in extremis & velut horripilatio in toto eſt, ex vapore potius quàm ex materia. Aliàs horripilatio fit, quoties mala qualitas, aut humor mordax, vel calidus, vel frigidus, ſubi- E
tò per membra ſenſibilia ſpargitur. Hîc non eſt humor, quia fieret febris, ſed eſt potius vapor, qui non poteſt exhalare. Nam ſi ægrum corpus, nihil difflatur, niſi ſymptomaticè: ſi ſanum, optimè difflatur: ſi medium, medio modo ſe habet: & quia iſti vapores non ſunt tenues, ſed craſsiuſculi, non difflantur: hinc fit vt diutius hæreant, & horrorem ita perpetuò inferant. Hac materia ad muſculos pulſa facit rigorem, ſicut ad cutim pruritum. Extrema frigent ob caloris inopiam, quia ſunt F
exanguia. Iam habet febrẽ, quã ego credo eſſe hecticam: complicatam tamen cum putrida: quia pulſus eſt durus, velox, frequẽs, & inæqualis, magnus non eſt, ſed magnitudinem compenſat frequentia & velocitate. Hinc Galenus in Arte parua recenſens ſigna calidi & ſicci cordis inquit: Durus, magnus, &c. Id exponit optimè Auicenna, dicens: Magnus cum menſura, id eſt, mediocriter. Nam magnus verè is pulſus non dicitur, qui magnitudinem velocitate & frequentia compenſat. G
Inæqualitas pulſus ſemper duo ſignificat, aut febrem putridã, aut pulmonis affectus. Eſt autem iſta putrida ex materia pituitoſa, craſſa, quã Græci τυφώδη, Auicenna Laticam appellat, in qua obſtruitur calor, nec poteſt liberè tranſire. τῦφος enim Græcis ſignificat idem quod ſepultus calor.

Consilivm CLXXXIII.

Secunda viſitatio.

HODIE deterius multò ſe habet, quàm heri: oportet igitur attendere euentationi & exiccationi ad prohibendam putredinem, & aperiendas obſtructiones. Præterea corroborandus eſt calor naturalis, quo corroborantur omnes virtutes: expectandũ præterea, num dolores ſint proportionati futuri altero die. Ptiſana hordeacea erit illi valde conueniens, quia abſtergit, refrigerat: lenit etiam ratione aquæ. Sed ne aceſcat in ventriculo, parum cinamomi addere oportet, quod etiam prohibet putrefactionem & confortat, cõcoquit pituitam exiſtentem in ventriculo, & corrigit eius frigiditatem: ac licet verum cinamomum non habeamus, vti tamen poſſumus eo quod habemus, aut etiam caſsia lignea. Loco alimenti ſumat vitellum oui, aut carnes etiam: eſt enim valde debilis. Vinum ſit album & leue: nam hoc ad humectandum confert. Etſi enim humectatio nunc non eſt vtilis, ob putredinem, tamẽ facit ad aperiendum, & euentandum. Nam & humida corpora dummodo euentantur, non putreſcunt. Nec parum alimenti adfert humiditas illa ex vino tali. Nunc eùm adeò ſit debilis, & res procedat in deterius, ordinabimus linimentum pro parte ſiniſtra dolente, quod partim iſtam humectabit, & facilitabit etiam ſputum, nec tamen putredinem augebit. Sumimus oleum chamomelinum & adipem anſerinum. Adeps anſerinus valde penetrat: eſt enim ſubtiliſsimarum partium, relaxat, reſoluit, & habilitat pectus ad motum. Probari poteſt etiam ſubtilitas & penetratio, ſi infundãtur in manum, tunc enim celerrimè pertranſit, & in ſubſtantia poſitus citò diffunditur ad magnum ſpatium. Anethinum eſt reſolutiuum materiæ calidæ, vt ſanguineæ, & eſt concoctiuum frigidæ.

Nota: Quæ concoquere aut maturare debent inflammationẽ à ſanguine, & calida materia, non debent tranſire primum gradum caliditatis, ſicut chamomælinum, amygdalarum dulcium, & liliorum alborum, quæ in primo gradu ſunt calida. Quæ concoquere debẽt materiam frigidam, non debent tranſire ſecundum gradum caliditatis, vt anethinum calidum in ſecundo gradu. Quando miſcentur medicinæ calidæ in primo gradu cum calidis in tertio, tunc totum miſtum eſt & remiſſum in ſecundo, iuxta Galenum, ſicut oſtendimus in noſtra Methodo de Compoſitione pharmacorum. Ex oleis in hoc caſu præferrem chamomælinum, quia etiam vim habet corroborandi: habet etiam leuem aſtrictionem. Et iam iſta tria agere intendimus. Victum inſtituemus, linimentum ordinabimus, & corroborabimus omnia naturalia. Ad corroborationem ergo liniatur totus venter inferior, cum oleo de abſinthio. Quòd ſi paulò melius habere cœperit, medicinas ordinabimus. Vix euadet hîc, ſed eligemus ægrũ alium,

de quo maior ſit ſpes, ne ſi omnes prius deſperati moriantur, noſtra culpa periiſſe dicatur: ſicque vos facietis in praxi: non ſunt deſperati caſus recipiendi. Eſt à me quæſitum, vtrum poſſimus veram cognitionem ſumere ex vrina, quæ ſemel corrupta, calida aqua pòſt reparatur. Reſpondeo, nihil ſumi poſſe: nam in vrina conſiderari debet liquor, color, ſubſtãtia, ſubſidẽtia. Sed hæc omnia deſtruuntur, nec vllum iſtorum cernitur, poſita ad ignem vrina: ſemper enim magis tincta ad ignem redditur, quia partes quædam tenues adurũtur, quæ miſtæ cæteris, tingũt: quandoq; etiam minus tingitur, cum partes non ſunt aptæ ad vſtionem. Subſtantiam facit calor naturalis, quia magis vel minus attenuat. Idem nõ poteſt calor ignis: non enim eodem modo poteſt regere, quo calor naturalis. Ideo aliàs ex eis ſubtiliorem, aliàs craſsiorem ſubſtantiam acquirit. Idem de liquore dicẽdum, ſunt enim liquor & ſubſtantia valde annexa. Limpidiores plerunq; redduntur. Subſidentia autem ſemper nulla eſt poſt calefactionẽ. Eſt ergo nihil certi ex tali vrina: ſed eſt inuentum hoc auarorum medicorum, qui multum ea ratione lucrantur. Auicen. inquit, multi putant vrinam collectam poſt ſex horas non eſſe inſpiciendam: ego verò nec poſt vnam horam. Quidam poſt tres dies vident, & prædicant, modò des vnum mucenigum. Quando vrina ſtatim putreſcit, non eſt facta concoctio: pus & ſedimen in vrina, media ſunt inter putrefactionem & concoctionem. Noſter æger ſumat ouum ſorbile, ſcutellam brodij carnis vituli aut pulli, loco ſyrupi: licet etiam carnes manducare.

Vnguentum de quo dixi ſic fiat:

R. Adipis anſerini ℥.j.
Olei anethini,
Camomelini ana ℥.s.

Miſce pro vnctione pectoris in parte dolente.

R. Olei abſinthij ℥.ij.

Miſce pro vnctione totius ventris inferioris.

CONSILIVM CLXXXIIII.

Tertia viſitatio.

PRo eductione materierum putridarum & catarrhalium, ordinabimus nũc remedia ex facilè acquiſibilibus, ne nobis accidat quod Venetiis cuidam inſigni Medico ſuper hydropico conſulenti accidiſſe nouimus, qui non ſine riſu aliorum conſuluit, exhibendam eſſe vrinam camelorũ, quam ex India afferri oporteret. Medicamenta ſunt exhibenda quæ poſſunt haberi, quæque non ſunt ita magno comparabilia, ſi medearis pauperi.

R. Terebinthinæ pinguis ℥.ij.
Succi roſarum puri ℥.iiij.
Agarici præparati ℥.s.

Miſce, detur in aurora quatuor vicibus aut prout patiẽs ferre poterit. Lachryma ipſa terebinthina ſeu laricina dilatat, abſtergit, & tabidis iuxta Dioſcoridẽ eſt accõmodata. Succus roſarum refrigerat, cõfortat & expurgat. Agaricus euacuat materiã. Tẽperatura ipſa vel febris nõ poteſt tolli, niſi cauſa ſublata. Cibus ſit humidꝰ & refrigerãs.

A

CONSILIVM CLXXXV.

Quarta viſitatio.

EGo ſemper ſumo naturam rei, & inde omnia primum deduco, quæ à me dicuntur, ſepoſita interim omni autoritate: poſtea verò Hipp. Gal. & aliorum ſententiis comprobo. Hectico electuarium non dabimus, quia euacuauit heri quater, & dicit ſe mitigationem manifeſtam ſentire ex pharmaco
B aſſumpto. Sed tamen in ſiniſtra parte conqueritur adhuc de dolore vehementi, ita vt quieſcere non poſsit: quare vnum tantùm fiet, in cæteris relinquamus eum his quæ iam ſunt ordinata. Ordinabimus ei linimentum, quod vim habeat corroborandi locum, ne recipiat fluxionem. Non tamen eiuſmodi erit corroboratio, qualis ſolet adhiberi in inflammationibus, quæ eſt correctio ſeu reductio temperaturæ. Erit hæc tamen aſtrictio, ad quã maximè faciet abſinthium, betonica, cha-
C mædrys: habet enim vim maximam corroborandi omnia membra naturalia, cum endiuia, cichorea, & roſis, ſi timetur caliditas. Facta ex his fomentatione, liniendus erit locus cum oleo camomelino & abſinthino.

R. Abſinthij,
Chamædryos,
Cichoreæ,
Betonicæ ana man.j.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ad con-
D ſumptionem medietatis, & fiat cum ſpongia fomentatio.

R. Olei de abſinthio,
Chamæmelini ana ℥.j.

Ad inungendum locum poſt fomentationem.

Quinta viſitatio.

Phthiſicus hodie quieſcet, ſed tamen interim vtetur ſuis fomentis.

E

ADMONITIO.

Hic in Norica editione Doctrina de differentiis pulſuum inſerta eſt, verùm cùm ea ſint dicta in viſitatione Cachectici, eam ſuo loco ponemus. Sequitur ergo

CONSILIVM CLXXXVI.

Sexta viſitatio.

DE ſalute huius tabidi deſpero, ſed tamen nunc bene ſe habet: virtus ſatis
F conſtat. Vrinæ ſunt laudabiles in ſubſtantia, & colore: ſputum eſt heterogeneum, ſpumoſum, tenue, & in quibuſdam partibus coctum: pars craſsior, viridis, ſuppurulenta venit ab vna parte, & ſputum ſpumoſum ab alia. Factum eſt autem ſpumoſum ideo, quia ſpiritus cum humore eſt admiſtus, & confractus ad minima. Craſsior autem pars eſt cruda, putrida, & derelicta à natura, vnde non potuit ſpirituari, ſeu ſpumoſa fieri: nõ enim admittit ſpiritũ iſta craſsi-
G ties. Viriditas cruditatẽ & malignitatẽ ſignificat: ſpumoſa pars proculdubio deſcendit ex capite in pulmonẽ, nec multã morã fecit in ipſo, alioquin enim putruiſſet. Eſt iſte noſter æger in capite de

Empye-

Empyemate. Non eſt mirandum quòd pus per membranam ſuccingentem coſtas in pulmone recipiatur: nam vt Galenus etiam inquit, natura multa alia facit miranda magis, vt quòd pus per os tranſit, quæ quomodo fiant, non poſſumus imaginari: fiunt tamen, & omnes medici táquam manifeſtum id recipiunt. Hac nocte vehementer doluit in latere affecto, forſan quòd heri plus iuſto comederit, ſicut ipſe fatetur. Et quoniam repletio adeſt in corpore, ac pulſus non eſt factus debilior, iterabimus eius medicinā de terebinthina, vt natura aliâs excremētis ſuffocata excitetur.

CONSILIVM CLXXXVII.

Septima viſitatio.

HODIE nihil mutabimus, quia virtus ſatis eſt imbecillis, & pharmacum multum eduxit. Verendum ne incidat in ſymptoma grauiſsimum, quod ferè accidere ſolet cum catarrho, in tabidis maximè, vt cum diarrhico fluxu pereat, propter virtutis imbicillitatem, quæ conſiſtit in tribus, in calore & ſpiritu, in ſanguine, & ſolidis. Quando hæc omnia bene ſe habent, valida etiam eſt virtus: quando deficit vnum, imbecillior fit ipſa. In tabidis autem omnia iſta deficiunt: deficit enim calor, ſanguis, muſculi conſumpti, & denique nihil aliud ſunt quàm oſſa & cutis, vt ait Galenus: nō mirum itaq; ſi ex retentricis imbecillitate in diarrhœam incidant. hinc enim & fæces iam indigeſtæ apparent. Poteſt etiam eſſe propter catarrhum. Ita videbitis ſemper fieri, quando prouenit fluxus, quod vt plurimum contingit tabidis, tunc mors eſt proxima. Fiat huic tamen fomentum ex abſinthio & aceto, ad corroborationem quia propter frequentem egeſtionem multum eſt debilitatus, & corroboratio iſta non eſt propriè dicta, quę deberet fieri frigidum & humidum, vt reduceretur intemperies calida & ſicca ad ſuam temperiem, ſed largius ſumpta: eſt enim potius conſtrictio quædam, quæ facit membrum melius continere. Quia verò confortatio cùm nihil aliud ſit quàm reductio ad temperiem, eſſet iſto procedendum cum frigidis & humidis. Pulſus eſt admodū paruus, ſed velocitas non admodum mutata. Si hæc nondū deprehendiſtis, exercete manum & mentem, vt poſsitis deprehendere. Velox, paruus, magnus, ſunt relatiua in comparatione ad aliud, ad temperatum ſcilicet in calido aliquo aut bilioſo. Pulſus in ſe non rectè dicitur magnus aut velox, ſed bene in comparatione ad Socratem calidum & humidum: & exceſſus notamus tantùm in pulſibus. In velocitate non receſsit pulſus, ſed mutauit inſigniter frequentiam: eſt enim multò frequentior quàm heri. Nam cum tria ſint quæ pulſum faciunt, neceſsitas, virtus, inſtrumentum: neceſsitatem habet eandem quam ſanus, & fortè etiam maiorem, & duritiem inſtrumēti. Ergo non poteſt dilatari ad iuſtam & opportunam dimenſionem. Natura ergo prouidet cū velocitate. Sed quia etiam virtus imbecillior, non eſt velocior: ad velocitatem enim requiritur virtus, ſiquidem ſenex non poteſt bene currere. Supplet ergo frequentia, quod magnitudine & velocitate non poteſt: & eſt frequens pulſus perinde ac formica operoſa. Et eſt hoc vltimum refugium miſerorum pulſuum, videlicet quòd quantò imbecillior virtus, tantò frequentior fit pulſus. Nec deſinit frequentiā vſque ad mortem. Nunquam deſperet medicus, quando conſtat in pulſu magnitudo, velocitas, vehementia: ſi aduenit pro his frequentia, malum.

Octaua viſitatio.

Quantum ad tabidum, pauca ſunt dicenda, & pauca etiam facienda. Ergo quieſcat.

Nona viſitatio.

Deuenit iam vt videtis tabidus ad extremam extenuationem, & ad fluxum ventris, quod peſsimum eſt, iuxta Hippocratis illud: A' tabe habito fluxus ventris ſuperueniens, malum, ac ferè omnes moriuntur. Sic Caſsianus noſter, & M. Antonius Bagolinus. Eſt autem malum & per viam ſigni, quia ſignificat defectum omnium virtutum. Virtus enim naturalis non concoquit, non ſanguificat, non diſtribuit: & præterea catarrhum augeri oſtendit, qui deſcendit ad ſtomachum, & lenit aluum. Et per viam cauſæ malum eſt, quia ipſe nutrimēto indiget, quod ſubtrahitur per defluxum ventris. Non loquemur igitur amplius de iſto, niſi quod conabimur facere dū viuit, quæ poſſumus. Appetit lac, quod dabimus ei, ſed in quo ferrum candens fuerit extinctum, vt partes ſeroſæ, tenues, abſtergētes auferantur, & maneat pars caſealis, ad alui aſtrictionem non parum conferens. Linimentum etiam ordinabimus ad corroborandum ventriculum, & ſiſtendum aluum.

℞. Ladani electi ℥.s.
Maſtiches ʒ.ij.
Olei de abſinthio ℥.j.

Miſce, pro vnctione ſtomachi. Ladanum præterquam quòd concoquit, etiam facit ad penetrationem. Maſtiche appropriata eſt ſtomacho, & abſinthium mirificè roborat ventriculum.

Decima viſitatio atq; vltima.

Affligitur in ſiniſtra parte, & non poteſt quieſcere in oppoſita: quia tumor iſte iam deuenit ad partes interiores. Ex chamæmelo & chamædriis faceremus fomētationem. Præterea emplaſtrum meliloti eſt optimum: quia reſoluit, maturat & confortat. Si materia indiget reſolutione, tunc reſoluit: ſi maturatione, maturat: ſi vtroque, vtrunque facit. Ergo loco dolēti applicabitur illud emplaſtrum meliloti. Miſer iſte eſt mortuus cum fluxu ventris.

CONSILIVM CLXXXVIII.

De muliere cancro laborante in mamillis. In colloquio, Anno 1545. Aprilis 24.

CASVS ex chirurgo. Agitur ſecundus annus, quòd laborauit apoſtematibꝰ in mamillis duris & melancholicis, quod oſtendūt venæ magnę, humore melācholico refertæ, & color & dolor etiam can-

ceroſitatem oſtendit, & locus etiam, quia in mamilla ſolent eſſe melancholica & cancroſa vlcera. Cauſæ videntur duæ: Primitiua, vſa eſt veſtimentis duris, circa eas partes, thoracibus ſcilicet illis ſolitis qui cauſarunt dolorem, ratione cuius attractus eſt ſanguis ille melancholicus. Non habebat poſtea mẽſtrua, & erat ſterilis, vnde facilè potuit abundare ſanguine melancholico. Cura mirabilis videtur. Prima via eſſet: cum inuſtione mamillæ totius, ſed ea non eſt rationabilis chirurgi, ſed carnificis. Alia eſt cura, qua poſſumus progredi ordinato regimine rerum non naturalium & euacuato corpore, quia apoſtema nec profundũ, neque malignum, nec ſordidum: ego conſolidatione procederem, & poſtea vterer vnguento de palma, & conſolidante Galeni, vel etiam linimento ſimplici. Ad reliqua apoſtemata defenſiuis vterer, ex oleo roſaceo, bolo armeno, & pauco aceto. Contra dolorem acciperem linimẽtum cum ſucco ſolatri aut ſemperuiuæ.

FRISIMELICA.

Sermo clariſsimi Doctoris, breuis quidem, ſed refertus ſententiis, vt ferè dixerit omnia. Vnde ego potius confirmando & dilatando quædam dicam, quàm innouando. Hiſtoria hæc eſt. Narratur, quòd cum coniuncta erat viro, nunquam prægnans fuit, & tamen habebat mẽſtrua debita, poſtea vidua per ſex annos deſierunt mẽſtrua. Agit iam annũ ſexageſimum, nec mirũ ſi in quinquageſimo tertio, aut quinquageſimo quarto deſierunt menſtrua: ante annũ vſa eſt veſtimentis durioribus, preſſa mamilla, accerſit humores in tribus diuerſis locis, qui nunc in tumores magnos excreuerunt. Heri effluebat ſanguis, & ſentit defluxum à capite ad illos tumores, nec percipit dolores, etiamſi comprimuntur digitis tumores illi. Temperatura totius corporis calida & humida. Venæ latæ, optimi ſenſus, & ingenij, & membra principalia conueniunt. Diſpoſitiones præter naturam tres patitur, quæ in quo genere ponendæ, & quæ earum cauſæ, quærendum. Tumores ſunt duri. Valde igitur crediderim, prius ſcirrhũ fuiſſe, nunc cancrum. Sunt enim quidã ſcirrhi, qui facilè in cancrum conuertuntur, vt ſcirrhi ex melancholia: qui verò ex pituita, nunquam in cancrum deueniunt, ſed potius indurantur in lapidem. Quòd autem fuerit ſcirrhus ex duritie & priuatione ſenſus colligo. Quòd autem cancer ex tumore duro & venis latis & apparentibus, trigeſimo octauo Aphoriſmorum, quinto, & in libro de Tumoribus præter naturam. Color etiam liuidus atteſtatur humorem melancholicum. In quo genere cancri, an vlcerati? dico quòd vnus eſt vlceratus, alii duo non. Vnus in mamilla, alius ſub ala, tertius prope caput. Mamillam facilè incurrere in cancrum manifeſtum eſt, quia rarior eſt & imbecilla, non habet virtutem aliquam expulſiuam, & multas recipit ſuperfluitates. Cauſa efficiens fit maximè ab humore melancholico craſſo cum leni aduſtione. Non enim poteſt eſſe magna aduſtio, cùm non percipiat magnos dolores. Quòd aũt ſit humor melancholicus, teſtãtur venæ craſsiores, liuidæ, repletæ ſanguine craſſo, ten-

A dente ad nigredinem, non rubeo, & facilè effluit ſanguis ex vlcere & aliis partibus. Vnde profluit ſanguis ad eas partes? Poteſt ab omnibus membris eò manare, ſed maximè à capite eum defluxum ſentit. Caput calidum & humidum, & ſupercalefactum vnguentis, quibus vtuntur ad capillos. Crediderim tamen etiam aliorum membrorum vitio manare illuc. Hepar calidum & ſiccum facit ſanguinem craſsiorẽ, nigriorem & inutilem magis, eo ſe exonerans, mittit ad loca imbecilliora: B abundant & reliqua membra ſuperfluitatibus, nunquam concepit, & aliquot iam annis non eſt purgata. Licet enim ſit ſexaginta annorum, tamen vt Ariſtoteles inquit, de Hiſtoria animalium, etiam cum deſinunt conueniente tempore, tamen abundant ſuperfluitatibus. Habuit etiam ſuperiori anno febrim, in qua non purgata, nec miſſus ſanguis. Hæc omnia auxerunt ſuperfluitates in corpore & excrementa: ſed quia non erat locus aliquis debilior, ad quem tranſmitte- C rentur, non apparebat tumor. Poſtea acceſsit contuſio in loco raro & imbecilli, ideo ortus dolor, & ſuperfluitates eò miſſæ. Hæ ſunt res præter naturam quæ remouendæ, ſuperfluitates euacuãdæ. Sed hîc videtur, quòd non poſsit commodè: materia enim craſſa eſt, quæ repercuti non poteſt, digeri verò aut reſolui multò minus, nec ad alias partes facilè diuerti. Nec videtur aperiẽdus, nõ poterimus nec abſtergere, nec exiccare, nec curare vlcus, quia iecur eſt malè affectum: ſemper D mittit eò humorem aduſtum melancholicum, & inimicum naturæ. Paulus in quarto, capite primo ex ſententia Aretei. Si igitur erit modus aliquis curãdi, erit is, quem dixit chirurgus doctiſsimus, integra curatio inſtitui non poteſt, ne acceleremus mortem. Quid igitur faciendum? Quia morbus eſt qui curari non poteſt, videndum ne ingraueſcat, & vt ſit mitis, quantum fieri poteſt, & cum operationibus tam bonis quàm poteſt, ne fiant ſymptomata grauiora, & dolores maiores. Primò E agendum, ne augeatur dolor: remouenda cauſa defluxus materiæ ad locum, euacuando materiam in loco iam exiſtentem: idque perpetuò, ſi defluxus prohiberi non poteſt. Primò totum euacuarem, præmitterem caſsiam vel mannam, aut aliud pharmacum lenius, decoctum epithymi. Pòſt ſecarem ſaphenam eiuſdem lateris: non pro euocandis menſtruis, quia tempus non eſt, ſed pro diuerſione materiæ, & mitterem copiosè, quia aſſueta eſt, & abundat multo ſanguine. Pòſt F deuenirem ad coctionẽ materiæ, cum polypodio, & reſpicerem ad capitis roborationem. Syrupo roſato deniq; euacuarem cum decocto epithymi, & ſi alia ferret, decocto ellebori cum rhabarbaro vel confecto hamech, vel pillulis cocchiis cum elleboro. Secundò prohiberem, ne generaretur plus materiæ: euacuato corpore iam in Vere, tempore idoneo, inſtituerem viuendi rationem: victum attenuantem, vinum nõ nigrum, nec forte; carnes laudabiles, vt caueret omnia quæ genera- G rent melancholiam. Quòd ſi victus ratio non ſufficeret, ſuperueniente Autumno iterum purgarem: ſingulis etiam menſibus vterer lenioribus. Tertiò roborarem membra trochiſcis de viperis.

& lo-

& locum affectum ne reciperet, vlcus verò non negligerem: vterer reprimentibus & remittentibus calorem,& malam qualitatem vlceris & doloris, vt vnguento ex calce lota,& oleo roſato, dum dolores vehementiores, vterer roborantibus locum non relaxantibus. Metallica optima exiccantia;vnguentum ex thucia,cadmia lota. A' calidioribus cauerem,ne traherem materiam ad locum, ex quo tandem ſequeretur mors:caput curarem, ne tranſmitteret. Materiam deriuarem caputpurgiis per nares, maſticatoriis per palatum: ſanguiſugæ ſanguinem tenuiorem euacuant,& nō craſſiorem,quo nos hîc moleſtamur.

MONTANVS.

Conſtare primùm de natura morbi oportet, ſi eum volumus curare. Modus autem inueſtigandi is eſt, vt incipiamus ab his, quæ apparent ſenſui. Eſt enim Medicus artifex ſenſitiuus, ex ſenſu iudicans ea, quæ latent. Quòd ad ſenſum attinet, apparent tres abſceſſus,non vnius materiæ ſolùm. Sed vnus & idem etiam morbus diuerſam habet materiam, vt patet ex his quæ apparent. Abſceſſus qui eſt prope collum, ad latus ſiniſtrum, eſt albus, ſine vena accedente, eſt minimus ſenſus, & eſt durior duritie renitente. Nihil dolet ibi, nec nigredinem habet, ſed eſt albus colore naturali. Ergo ſcirrhus eſt dependens à pituita. Nam quinto libro de Simplicibus, & decimotertio, & decimoquarto Methodi, & alibi, per albedinem diſtinguit Galenus ſcirrhum à phlegmate ortum, à ſcirrho melăcholico, per ſenſum ab apoſtemate, & per duritiem ab abſceſsibus aliis. Et ratione loci eſt circa tendinem & finem muſculi, qui locus eſt determinatus ſcirrhis ex pituita. Ille igitur eſt ſimplex ſcirrhus, dependens à ſola pituita craſſa. Cùm igitur hunc omnino ſeparatum ab humore melancholico iudicē, & ſint variæ eius ſpecies, prius naturam & rationem huius conſiderabo. Credo medium eſſe inter curabiles & non curabiles,vt bene Galenus ait: Cùm ſcirrhus ad ſummam peruenit duritiem, non poteſt curari. Et dat ſignum, quoties prorſus caret ſenſu, non dolore ſolùm. Tum enim tanta durities non poteſt curari. Sicut apparebit infrà in indicationibus curandi. Videtur igitur Medicis, quòd non penitus caret ſenſu cùm tangitur, ſed obtuſum nō ita acutum, ſicut in partibus propinquis habet. Sicut igitur mediam naturam habet, ita medium etiam iudicium. Et quantum habet de duritie, tantùm de cura non eſt ſperandum. Hoc de gradu ſcirrhi & de eſſentia. Eſt autem materia pituita craſſa & acida, Galenus libro 2. de Facultatibus naturalib.& de Atra bile. Vitrea pituita cùm craſſeſcit,& ob moram longam reſolutis partibus ſubtilibus,peruenit ad eam formam, quæ gypſea dicitur ab Auicenna: hi ſcirrhi non curantur. Sed ad eum nondum venit in hac muliere: nondum eſt enim tanta durities. & vt dicit Galenus libro 5. Simpl. Omnis ſcirrhus pendet à materia frigidiſsima & craſsiſsima. Ergo ſemper à pituita,vel melancholia. Materia autem deſcendit à capite,ſicut etiam ſentit defluxum. In capite generatur catarrhus à frigore. Hic igitur ſcirrhus ſicut in colore & eſſentia ab aliis eſt diuerſus, ita & in membris,& cauſis mandantibus alius eſt,& fuit etiam vltimus, qui cœpit poſt alios. Cur autem multiplicatur humor phlegmaticus in capite? Primò,ætas 60.annorum, & ſexus frigidior: ætas in qua redundant excrementa pituitoſa, & pars vltimi ſenij,in qua manifeſtè calor extinguitur, 5.Aphoriſ. accedit ad climactericum maiorē, ex quo paucisſimi euadunt propter ſenectutem. Tertiò, regio in qua habitat, ſunt plurimæ paludes, & aer craſſus & putridus, qui generat excrementa,& multiplicat catarrhum:habuit etiam cerebrum calidum, vt bene diſcutit D.D. Tantò igitur maior eſt affectus, cùm ſit mutatio in contrarium,etiam ratione caliditatis hepatis,3.de Locis affectis. Qui hepar calidum habent, ſubiecti ſunt maximè catarrho: quia multi vapores generantur, qui cùm aſcendunt,nō poſſunt concoqui à capite,cùm calor ille naturalis extinctus ſit, qui concoquebat prius. Tranſmittit igitur ad locum imbecillem,ſicut ad pedes: quandoq; à toto corpore defluit, cùm pedes dolent,vt Galenus pulchrè docet. Quia autē locus circa glandes etiam eſt debilis, ideo firmata ibi materia craſſa fecit alium ſcirrhum, qui vltimus eſt: antea deſcendebat ad locum affectum. Habetis cauſam materialem & efficientem, membrum mandans & recipiens: quæ item ſit cauſa corporalis & primitiua huius ſcirrhi. Sunt modò alij duo, vnus verſus iuncturam brachij ſiniſtri, inter vertebram brachij, ſeu adiutorij, qui habet ſigna à priori diuerſa,color liuidus,vt in libro de Atra bile,verè indicat atram bilem. Habet item venas circunquaq; repletas,vt aſsimiletur brachiis cancri,inde enim ſimilitudo accipitur. Tumor corpus dicitur: venæ verò cancri brachia. Ita color diſtinguit cancrum à ſcirrho, qui à pituita pendet,& dolore nō tantùm diſtinguitur à ſcirrho,qui à pituita pendet, ſed etiam à ſcirrho melancholico: ille enim non habet venas iſtas,nec dolores. Duo igitur habet propria cancer,dolorē & venas illas,quæ non ſunt in ſcirrho melăcholico, qui ipſe etiam eſt ab humore nigro, ſed ſine dolore & venis, & benignior,quia eſt ex ſimplici fæce ſanguinis ſine aduſtione. In cancro eſt humor melancholicus,aduſtus aliquātulum,& ſupercalefactus, cuius ratione redditur craſsior ſe ipſo. Ideo apparent venæ, vt oſtendit Galenus 6.Aphoriſ.quia ſanguis currens ad abſceſſum propter multam craſsitudinē, non poteſt exire venas, ſed hæret via & obſtruitur, ſicut aqua lutoſa per anguſtum defluens impingitur. Ideo turgent & apparent venæ,quia humor craſsior eſt quàm in ſcirrho: ibi enim tenuis tranſit venas,& venit ad tumorem vſq;. Hîc craſſior, quia propter ſupercalefactionem exhalant partes ſubtiliores. Ideo non poteſt penetrare, & inde crediderim illum abſceſſum eſſe de genere cancri, ſed non abſolutè, vt materia ex ſolo ſucco melancholico collecta ſit, ſed ex aliqua etiam pituita. Habet enim permiſta ſigna. Primò,quia nec is dolor hîc eſt,qui in cancro ſolet eſſe. Is enim vbi tangitur, eſt dolor inſignis, hîc verò eſt ſenſus obtuſus circa aliquas partes. Secundò, color etiam nō eſt prorſus niger, ſed circa radices albus,

Tertiò, in ſummo color liuidus eſt, ibi minor dolor, & calor etiam, ſeu feruor quidam, qui circa radicem non apparet: & hodie addebat aliud, quòd illum dolorem ſentit in ſuperficiẻ tantùm, non in profundo, & cùm ſanguis aliquis effluit, ceſſat. Eſt ergo miſtus ex humore melancholico & pituita, nec eſt vna atque eadem res ſimplex. Imò credo, quòd etiam aliquid ſit de inflãmatione, quia calor ibi eſt, & ſanguine exeunte ceſſat dolor. Eſt ergo ſanguis ibi, qui facit inflammationem, ſeu phlegmonem. Idque etiam de tertio abſceſſu, qui in mamilla, dixerim: is quo ad humorem melancholicum longè mitior. Venæ non ita ſunt repletæ atro ſanguine, ſunt minores & obſcuræ. Accedit is etiam ad naturam cancri, ſed nõ tam valde, vt ille ad ſpatulam. Ergo multum habet de bile rufa, inde fecit vlcus in ſuperficie, non cum magno dolore, & curabitur facilè ab excellentiis veſtris. Hi ſunt illi duo cõpoſiti abſceſſus: atq; hæc eſt materia illorum. Vnde autem in muliere iſta tantũ humoris melancholici ſit collectum, nunc videndum. Totum corpus calidum & ſiccum eſt, non peperit, & cauſa ſterilitatis fuit caliditas, adurens ſemen, cùm haberet menſtrua commoda, & vir eſſet idoneus. Apparet & ex colore pilorum, & aliis color magnus. Talia corpora frigida & ſicca fiunt in vltima ætate, propter aduſtionem ſanguinis ſunt retenta menſtrua, vnde aliqua materia & excrementa aggregata. Præceſsit febris, quę ipſa quoque aduſsit ſanguinem, non miſſus eſt ſanguis cùm eſſet aſſueta, non purgata eſt. Multæ ſunt cauſæ primitiuæ & corporeæ, quę omnes facilè materiã aduſtã generare potuerunt, ex qua cancri vel ſcirrhi cancroſi oriuntur, degit in aere craſſo, qui etiam pituitam & humorẽ melancholicum multiplicat in corpore idoneo, quia prohibet euaporationem & difflationẽ vaporum aduſtorum, qui retinentur poſtea in venis. Ideo qui in aere craſſo habitant, vt Ferrarienſes & Mantuani, quia vapores ſicci nõ difflantur, nec expurgatur ſanguis à melancholia, aduſti ſunt, & redundant melancholia, ob craſsitiem aeris. His ita habentibus natura morbi ſatis percepta eſt.

Prognoſticum. Abſceſſus pituitoſus non difficulter curari poterit, ſi adhibeatur diligentia: reliquis duobus nõ adhibenda cura, niſi quatenus prohibeamus, ne fiant deteriores. Vt & Hippocrates inquit in Aphoriſ. Cancer curatus citius interimit, id eſt, minus curari debent, non vt planè dimittantur, ſed debemus prohibere, ne fiant deteriores, & producere ætatem ægri quantum poſsibile eſt.

Cura. Incipio ab eo quem exiſtimo poſſe curari, autore Galeno, cùm abſceſſus pendent à pituita, ſi venit ad vltimam duritiem, vt ſit factus ſicut lapis, non poteſt curari: quia ſi debet curari, cum materia collecta propter reſolutionem ſit indurata, & poſtea congelata, indiget colliquatione à calido, & mollitione ab humido. Hæ duę ſunt indicationes in ſcirrho. Sed hoc præcipuè obſeruandum eſt, ne ex colliquatione fiat aduſtio, & quia in alio ſcirrho materia ita indurata eſt, vt col liquationem non tolleret, nec euacuationem, ergo non poteſt curari. Sicut lateres coƈti nõ poſ-

A ſunt diſſolui, nec in aqua, nec in igne: ita ſcirrhus induratus non poteſt diſſolui, nec à calido colliquari, nec ab humido molliri. Curari igitur non poteſt, q extremè induratus eſt, ſed quia hic ſcirrhus ſenſum adhuc habet, non ergo eſt extremè induratus, poteſt colliquari adhuc vel chamomilla, vel ſemine lini & mucilagine, vel fœnugræco, vel ammoniaco, aut croco, quæ colliquãt ſine calefactione nimia. Sic primus ſcirrhus curabitur. Sed alij duo ſcirrhi, duo habent maxima, ſunt du

B ri, vt ſit ſumma difficultas in colliquatione, & adeſt materia melancholica, cui non adhibenda ca lefactio. Non enim colliquatur humor melancholicus, cùm ſit materia terreſtris, non congelatur, ſed exiccatur, ſicut terra. Fruſtra igitur colliquamus melancholiam aduſtam. Deinde aliud eſt incommodum, cùm ſit aptus ad aduſtionẽ, quando applicamus calida, deteriorẽ facimus, & ſiunt vlcera. In hoc enim differt cancer occultus ab vlcerato, quòd hic humorem melancholicum adu-

C ſtum habet, ille minus. Ideo Hippocrates inquit: Cancri occulti non curantur. Inciſionem neceſſariò ſequitur inflammatio, quæ adurit humores, & accedit collectio materię. Vnde ſit deterior diſpoſitio: nec poteſt aliquid applicari, quia omnia deteriora faciũt calida applicata, qualia ſunt omnia colliquantia, digerentia, reſoluentia, omnia magis aduſtum reddent humorem melancholicum, ita ex cancro ſimplici vlceroſus fiet, & interficiet mulierem. Non igitur attingẽdus, cùm nec

D reſoluentia, nec maturantia, nec digerentia, nec incidentia, nec colliquãtia conueniant. Quid igitur faciendum? Primò cauendum eſt, ne humor augeatur, & vt ille euacuetur, qui iam actu eſt in corpore ad cancrum augendum. Nam & Galen. dicit ſe ſæpe curaſſe cancros occultos ſola euacuatione. Optimum igitur eſſet eam euacuari purgantibus, ſed quia in eo loco facilè incaleſcũt materiæ, & periculum eſt, ne fiat vlcus, quia materia non poteſt difflari: ideo prouidendum eſt loco

E infrigidantibus ſine conſtipatione: qualia eſſent frigida, non aſtringentia admodum. Aſtringentia enim cauẽda ſunt. Ideo nec bolum armenum, nec ſuccum arnogloſſæ, id eſt, plantaginis, laudo, licet frigida ſint, quia aſtringuunt & obſtruunt meatus cutis. Acciperem ſuccum ſolatri cum oleo roſato, quod præfert Galen. Refrigerat enim & non aſtringit, quia ſubſtantia eſt aquea, arnogloſſa valde aſtringit, oleum roſaceum non aſtringit, vt & Galen. 3. Simpl. docet, eſt ita lenis adſtri-

F ctio, vt propter eam facilius penetret: nõ obſtruit meatus, refrigerat locum, & non permittit inflammari, & penetrat ad profundum. Vt igitur concludam, euacuemus eam ſæpiſsimè, & bis in anno ſemper exquiſitè, vſq; ad perfectiſsimam euacuationem, temporibus intermediis ſępe leniter, habeat rationem victus: optima ſunt, vinum album clarum, non acidum, carnes & cibaria boni alimenti, generantia bonum ſanguinem, oryza cum lacte amygdalino, ptiſana, oua recentia, far,

G condrus: euacuetur primò miſsione ſanguinis ab eodem latere, quia rectitudo obſeruanda eſt, vt Auicenna & Galenus oſtendunt. Sed vtrum à baſilica, an ſaphena? ſi tantùm diuertere ſine euacuatione

cuatione volumus,melius à ſaphena: ſed ſi etiam A
euacuare, à baſilica melius. Venæ illæ habent ramos diſtinctos à ramis,qui veniunt ad caput. Ita igitur facietis deriuationē optimā,& ſimul etiam euacuabitis: ſed quia abundat ſanguis,optimum foret à ſaphena incipere, & poſtea peruenire ad baſilicam, & hoc facerem,cùm præſertim ipſa petat. Inciperem à lenitiuo, à caſsia cum ſpeciebus hieræ ſimplicis, euacuat materiam aduſtā,& corroborat ventriculum, nec calefacit,ſed refrigerat potius.Poſtmodum ſyrupi dentur refrigerantes, B
propter feruorem ſanguinis, & incidentes propter phlegma. Syrupus roſarum,acetoſæ ſimplicis,de ſucco endiuię,cum aquis endiuiæ,aut aliis deſtillatis, quæ refrigerant. Non darem decocta, facta digeſtione euacuarem cum confectione hamech, pillulis aggregatiuis, ſed ſemper adderem ℈.j. aut ʒ.s. vel etiam integram ʒ. ellebori nigri. Vel optimum fortaſſe erit euacuare eam cum ſyrupo magiſtrali cum elleboro, euacuat enim melancholicum humorē maxima copia, & ſine mo- C
leſtia.Eſtque ſine dubio optimus ſingulis menſibus.Quantum ad localia Galenus nunquam vtitur ſucco arnogloſſæ, niſi vbi cancer eſt vlceratus: vbi eſt vlcus cū materia multa, adhibendum diapompholigos, qui exiccat: conueniret etiam bolus armenus, & ſuccus arnogloſſæ, & reliqua exiccantia & conſtipantia:cùm verò non eſt cancer vlceratus, nō ſunt adhibenda, quia exulcerarent, & facerent ne diſſlaretur materia. In ſcirrho pituitoſo vterer primò fouentibus locum, mol- D
lientibus & reſoluentibus,decocto tepido ex floribus chamomillæ & liliis albis, poſtea linirem cum pinguedine porci & oleo amygdalarum dulcium: poſtea linimentum facerem ex bdellio amoniaco, & facerem fomenta ex pyritide lapide, vel aliis. Poſtea ſingulis annis menſe Iulio iuberem accedere ad aquas Calderianas Veronenſes, vt eas biberet aliquot diebus, quia refrigerāt corpus,& præcipuè hepar.
E

CONSILIVM CLXXXIX.

De Tuberculo circa thoracis regionem lateris ſiniſtri, pro generoſo Domino à Stubenberg Germano datum.

TVBERCVLVM vel eminentiam illuſtriſsimi Domini circa thoracis regionem tam in poſteriore quàm in anteriori parte exiſtentem in latere ſiniſtro, ſicut eſſe non puto, propter luxationem alicuius vertebræ vel oſsis in thorace, ita credo fieri F
non poſſe ſine aliquo leui motu eorundē oſsium à proprio ſitu, quem parathraſin Græci appellare conſueuerunt. Indicio eſt maxima durities in parte eminente apparens,quæ à nulla ſcirrhi ſpecie produci poſſet. Cùm ex ea verò nulla adhuc actio impediatur ſenſibili nocumento, ideo præſeruatione potius indiget quàm curatione. Præſeruabitur igitur primò cum recta victus ratione: deinde cum medicamentis commodè applicatis. G
Quantum ad victus rationem attinet,non erit in primis contemnenda aeris diſpoſitio: nam & maximum frigus, & ingens calor, æqualiter contra-

riis rationibus nocere poſſunt. Vitabit etiam vſum balneorum aquarū calidarum, & diutinam moràm in vaporariis nimium calefactis. Vtetur moderato exercitio, præcipuè inferiorum partium,deambulando commodè: etiam brachium dextrum exercebit cū enſe,aut aliquo tali inſtrumento. Luctam fugiet,& omnia exercitia,in quibus violenter brachia vtraque & thorax concutitur: ſaltus etiā ab alto, & equitātiones equorum robuſtorum, qui totum corpus valde concutiāt: abſoni etiam clamores & cantus non modicè nocebunt: lectio,tum etiam locutio temperata proderit. Nocte dormiet ſublimi capite, in dextrum potius latus quàm ſiniſtrū. Cauebit à valida tuſsī & ſternutationibus, quæ ſi illi occurrerint, omnī ſtudio ſedabit. Circa cibum & potum primùm cā uebit ab omni vino dulci & craſſo, vel turbido: propterea & muſtum maximè euitabit. Abſtinebit à fructibus, præcipuè vuis, & pomis, & caſtaneis: ab auibus paluſtribus: à radicibus, ſicut daucis,rapis, cæpis,alliis: & denique ab omnibus, quæ flatum plurimum pituitamque craſſam generant. Ideo & fungos effugiet, & omnia leguminum genera. Vnico obſonio contentus erit. Bis tantùm in die comedat, neque inter cœnam & prandium potabit, compotationes tanquam peſtem effugiet. Quantum verò ad medicinas attinet,laudo vt bis in anno corpus purget, poteritque huiuſmodi eſſe purgatio:

℞. Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.
Floris caſsiæ ʒ.x.

Cum zuccaro fiat bolus, ſumendus in aurora, vel tribus horis ante prandium.

℞. Oxymellis ſquillitici,
Syrupi de cichorea Nicoliana ℥.j.
Aquæ Marubij ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro ſeptem. Quibus ebibitis ſumat pharmacum quod habet:

℞. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij.

Cum aqua betonicæ fiat potus breuis, ſumendus in aurora cum cuſtodia. Hæc purgatio & in menſe Martio & Autumno poſt mediū Septembrem ſingulis annis repetenda erit. Temporibus verò intermediis vtetur zuccaro roſaceo quàm frequēter poterit, ante prandium ad ſemunciam. Quòd ſi interim aluus aſtricta fuerit, lenietur cōmodiſsimè cum terebinthina Cypria, de qua ſumat tribus horis ante prandiū pondus duarum drachmarum. Loco verò eminenti,tam anterius quàm poſterius applicabit cerotum de betonica, vel de gummi heleni, vel vtrunque ſimul æquis portionibus confectum, ſine quo neque interdiu manebit. Optimum præterea erit, ſi ſupra applicatum cerotum faſcia ligetur, quæ ita locum dolentem aſtringat, vt non inde tamen impediatur motus thoracis, vel augmentum, aut alimentī tranſitus prohibeatur. Hæc ſi diligenter obſeruauerit,ſpero ſuam Dominationem præſeruandam fore à maiori incommodo, & illud quoque, quo nunc vexatur, eſſe remouendum, cum laude optimi Dei, cuius nomen benedictum ſit in ſæcula.

CONSILIVM CXC.

De intemperie membrorum naturalium ac obſtructione, à materia frigida & craſſa, orta, pro Franciſco Caſali, medico Brixiano excellenti, Anno 1549. Calend. Aprilis.

QVVM in propriis negotiis affecti ſumus, iudicium quoque proprium affi-citur, vt deliteſcat. Sed ego propter officium fidelis amici huius excellentis Medici non deficio, & quod in eo caſu facturus eſſem, affero. Et primùm hoc pro fundamento apud me conſtituo, hunc morbum non eſſe vno impetu aggrediendum, ac depellendum, ſed paulatim remouendum. Cùm enim in naturalium membrorum eſſentia intemperiem eſſe iudicem, obſtructionesque, ac materiæ frigidæ & craſſæ collectionem: patet neque quo ad intemperiem, neque quo ad materiam, neque quo ad membrorum affectorum naturam, aliquid eſſe violenter impetuoſeque agendum.

Conſtituta igitur optima victus ratione, quæ in hac cura primaria eſſe debet, ad medicationem accedendum. In victus ratione obſeruarē, vt omnia cibaria eſſent optimi alimenti, facilis coctionis, ſed quantum fieri poſſet, attenuantia: ideo vinum ſubtiliſsimum, mediocris ſubſtantiæ ſit. Præponerem cibis omnibus vſum aniſorum, aut fœniculi, aut cinamomi, ante prandiũ & cœnam. Panem optimè fermentatum, cum modico ſalis & puluere aniſorum conficerem: reliqua cibaria nouit ſua Excellentia. Et bibat parcè, nam deſiderarem vt plus humoris per vrinam excerneretur, quàm biberet. Somnus ſit ſatis prolixus, meridianus tamen euitetur. Manè ſatis tempeſtiuè ſurgat, & moderatè exerceat corpus: ſitq; quàm maximè fieri poſsit, læto & iucundo animo.

Aluum habeat ſemper mollē, & pro hac re laudarem maximè frequentem vſum reſinæ terebinthinæ, de qua ſumat Excellentia ſua manè tribus horis ante prandium drachmam vnam aut duas: pręter quàm enim quòd moderatè leniet aluum, etiam ad ventrem roborandum, & obſtructiones viſcerum aperiendas ſine moleſtia conferet. Et hoc facto deinde purgationem exequerer.

R. Specierum hieræ ſimplicis ʒ.ij.
Electuarij lenitiui ℥.j.

Cum zuccaro fiat bolus, dandus tribus horis ante prandium. Concoctio:

R. Syrupi de abſinthio,
Oxymellis ſcillitici ana ℥.j.
Decoctionis cetrach, id eſt, aſplenij,
Cichoriæ,
Agrimoniæ ana ℥.iiij.
Chamædrios,

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis ſeptem.
Euacuatio per pharmacum.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Oxymellis ſcyllitici ℥.ij.

Cum decoctione cetrach & florũ cordialium fiat potio danda in aurora cũ cuſtodia. Hîc meus eſſet curandi modus, quem ſi neceſsitas exigeret, in Autumno repeterem. In mediis verò temporibus non prætereat rectum vſum ſex rerum non naturalium. Laudarem vt ſingulis ſeptimanis bis ſumeret rhabarbari in puluerem redacti ſeſquidrachmam, poſſetque illud aſſumere vel cum reſina terebinthina, vel cum ſaccharo roſaceo, vel cũ paſſulis Corinthiis, vt ei placeret magis. Quòd ſi etiam bis in menſe ſumeret Mithridatici optimi drachmam vel in pillulas redactam, vel in formam boli, admiſcendo ſaccari roſati ʒ. ij. credo illud fore ad calorem naturalem corroborandum, & ad membra principalia ſummoperè collaturum. Iis eſſem nunc contentus: credoque ſi omnia diligēter exequetur, vt mandantur, quòd Excellentia ſua ſanitatem adipiſcetur.

CONSILIVM CXCI.

Pro Abbate S. Iuſtinæ, in imbecillitate omnium membrorum principalium.

SI rectè recolo quæ dicta fuêre diligentiſsimè à clariſsimis Doctoribus in caſu Reuerendiſsimi Abbatis, video omnes actiones, quæ ſunt in principibus partibus, atque in aliis membris quæ deſeruiunt principibus, penè omnes eſſe ſummopere affectas. Quantum ad partem primam ad cerebrum, audio quòd virtus ſenſitiua, quæ eſt imaginatio & ſenſus communis ſummopere afficitur: nam ſæpe incidit in vertiginem, & quandoq; ita inſignem, vt ſuſpicio fuerit de epilepſia. Circa motiuam perpetuò laborat, & percipit laſsitudinem inſignem, ſic poſtea deueniamus ad alias actiones. Quantum ad naturales, quæ ſunt tum in hepate, tum in ventriculo, video eſſe penitus affectas. Circa appetitum, appetitus eſt proſtratus, appetit parum, concoquit non benè, nec etiam bene continet, quod apparet ex rugitu illo & flatu: 3. de Cauſis ſymptom. dicit Galenus. Vbi percipitur circa concoctionem grauitas & rugitus, ſignum eſt, quòd ventriculus non continet cibum vt debet. Quartò habet virtutem expultricem ferè ablatam, ita vt niſi irritetur clyſteribus, nunquam excernat. Audio etiam, quòd virtus ſanguificatiua in hepate ſit debiliſsima, ita vt neque ſanguinem ſecundùm quod oportet, generet. Cuius rei indicium eſt manifeſtiſsimum, diſpoſitio quæ apparet in facie ad καχεξίαν accedēs, quæ arguit diminutam ſanguificationem. Audio item quòd intumeſcant hæmorrhoides vt emittant ſanguinem: quandoque etiam guttulas per nares emittit. Iſta proculdubio non ſunt pars naturalis ſanguinis in hoc corpore, quę peccet qualitate. Sed propterea quòd non ſanguis generatur in hepate vt debet. Ita videmus omnes virtutes affectas naturales, & animales. Virtus autem vitalis, quæ eſt in fonte vitæ, videlicet in corde, & ipſa laborat: audiuimus enim quòd patitur frequentiſsimè (de quibus ferè principaliter conqueritur) magnos tremores cordis. Fit autem propriè tremor ſeu palpitatio, ſiue motus aliquis prætér naturam. nam de nominibus non eſt lis facienda, affecto corde atque virtute eius. Cùm ita ſe habeant, eſt neceſſarium vt ſint aliquę ægritudines, quæ impediant actiones. Si enim verum

eſt

eſt,quod dicit Galen.primo de Differentiis morborum,quòd morbus eſt diſpoſitio,& hîc cum actiones læſæ & impeditæ ſint, ergo ab aliquibus ægritudinibus:& cum ſint actiones læſę in omnibus membris, ægritudines etiam totidem erunt, ita vt nullum membrum ſit ſanum neque cerebrum neque cor, neque hepar, neq; ventriculus, imò præter hæc & viſcera affecta ſunt: non enim eſt ſanus pulmo: qui habet deſcenſum catarrhi, qui facit inſignem difficultatem anhelitus: & ita omnia membra erũt affecta & læſa. Scimus enim quòd vbicunque impediuntur actiones, quòd in illis membris ſit ægritudo. Sed ægritudo vel morbus dupliciter intelligitur, vel per eſſentiam in aliqua parte corporis, vel per conſenſum. Nonnullas affectiones per eſſentiam,alias per conſenſum crediderim hîc eſſe. Primò non in cerebro, quia non perpetuò habet vertiginem,ſed per interualla. Vnde cerebrum compatitur & ægrotat quidem,ſed per conſenſum. Ab alia parte audiuimus quòd tremor cordis non eſt perpetuus, & abſit, quia non perduraret vita. Sed ſunt nonnullæ diſpoſitiones quæ ſunt perpetuæ, quæ nunquam delinquũt ipſum,ergo in illis ægritudo per eſſentiam. Et cùm morbus & vitium faciens huiuſmodi impedimẽta poſsit eſſe triplex,vel mala intemperies,vel mala compoſitio, vel ſolutio continui, de ſolutione continui nihil dicã, ſed de mala compoſitióne ac complexione mala. Eſt primò mala complexio ſine dubio,& cùm ſit multiplex,nemini dubium eſt, quòd eſt frigida: quia actio diminuta & ablata à frigiditate prouenit. Hîc ſunt actiones ablatæ, ergo complexio frigida in membris naturalibus. Præterea eſt compoſitio mala, quia adſunt obſtructiones circa hypochondria, vt tetigit D. Frachanzianus.

Hactenus igitur habemus ægritudines in complexione. Sequitur morbus in compoſitione. aggregantur humores crudi,qui faciunt obſtructiones. Hic quænã potuit eſſe cauſa in membris naturalibus harum diſpoſitionum preter naturam? Galen.4.de San.tuen.dicit,quòd tria faciunt hominem cadere in ægritudinem, vel vitium membrorum contractum à natura, vel vitium rerum extrinſecarum:tertia cauſa eſt ipſum ſeniũ. Rarò enim homines poſſunt eſſe ſani,qui contraxerint vitium in membris à natura,neq; illi qui vtuntur victu deprauato,& delinquũt in ſex rebus nõ naturalibus:rariſsimè etiam qui in ſenectute conſtituti ſunt, quæ vel morbus eſt,vel deterior diſpoſitio quàm morbus, vel neutralitas, vel ſanitas κατ᾽ ἐλαχίστου habitudinem. Propterea cum tria iſta faciant cadere homines in ægritudines, in iſto Abbate etiã tria concurrunt validiſsima. Primò inæqualitas membrorum contracta à natura: habuit primò caliditatem inſignẽ circa hepar, poſtea exceſsit à temperamẽto per frigidum & humidum vẽtriculus: & quia iſta duo membra ita diſtemperata habent, rariſsimè fit quin incidant in ægritudines, ex quo enim ventriculus non appetit, non concoquit,nec eſt ſicut oportet, conſtitutum hepar:nimis adurit,& facit bilioſos humores. Quomodo igitur viuit ſanus iſte? Primò igitur habuit inęqualitatem membrorũ,ratione cuius maximè

A fuit diſpoſitus, videlicet propter caliditatẽ hepatis generantis magnam copiam diuerſorũ humorum,& bilis,& propter frigiditatem vẽtriculi magnam quantitatem pituitæ,& cum iſti tres humores,pituita,bilis, melancholia faciant ſeni omnes ægritudines, habuit intrinſecas cauſas omnium ſuarum diſpoſitionum. Succeſsit ſecunda cauſa, vitium ſex rerũ non naturaliũ. Primò in aere peccauit ſummoperè, vixit in aere inſaluberrimo, deinde nõ bene vſus eſt ratione victus in cibo &
B potu,omnia mala ingeſsit & ingerit omnia monaſtica cibaria (parcãt patres) ſunt potius monſtra quàm verè cibi. Quantum ad accidentia animi, perpetuò fuit detẽtus variis negotiis. Primò fuit Cellarius, quod officium eſt plenum curarum: poſtea functus eſt officio Abbatis, quod non minus aggrauat quàm Cellarij. Quantum autem animi accidentia faciãt ad omnem diſcraſiam corporum augendam,oſtendit Galenus tertio Artis paruæ: Accidentia animi,inquit, exterminant ab
C ea quæ ſecundùm naturam conſiſtentia eſt. Tertiò acceſsit,quod longè deterius omnium eſt, ſenium vltimum ſcilicet, in qua ætate omnes morbi manifeſtãtur. Quid enim ſenectus aliud quam morbus & via manifeſtiſsima ad mortem? Cùm enim vita calida & humida ſit, frigida & ſicca ſenectus,proculdubio erit via ad mortem, quæ frigida & ſicca eſt:& quantò ſenectus magis ad eam accedit, tantò frigidiores & ſicciores fiunt homines, vt in vltimo ſenio, & omnes actiones ceſſare
D tunc incipiunt. Habemus igitur tria iſta valde animaduertenda, quæ ſunt inſignia. Primò habet inæqualitatem membrorum, ſecundò vitium in ſex rebus non naturalibus, tertiò habet ſenectutem extremam. Habemus etiam cauſas vnde contraxerit complexionem frigidam & ſiccam per ſe in ipſo ventriculo & hepate,licet huiuſmodi poſtea per accidens propter plurimas cruditates,& defectus ipſius nutrimenti conuertendi in ſanguinem bonum aucta, vnde efficiuntur membra
E iſta humidiora. Hinc poſtea apparet cauſa reliquorum omnium ſymptomatum per cõſenſum. Nam quòd in motu voluntario percipiat laſsitudinem quandam, hoc contingit propter plurimos vapores frigidos aſcendentes ad caput, & deinde deſcendentes ad partes inferiores, vnde ineptior fit ad motũ. Cauſa vertiginis fuit quoniã multi vapores aſcẽdentes ab inferioribus agitant & cõmouent ſpiritus. De generatione catarrhi eadem cauſa eſt. Cũ enim vapores ad cerebrũ aſcen
F dant & ibi cõdenſentur, generatur catarrhus defluens ad varias partes, occupat ſæpe pulmones, vnde cauſatur difficultas anhelitus. Quantũ verò ad tremorẽ cordis, tremor cordis habet proportionẽ cũ motibus arteriarum, motus arteriarũ eſt medius inter volũtariũ & naturalẽ, nõ eſt voluntarius, quia hîc fit p muſculos & à voluntate: non eſt naturalis, quia non eſt de loco ad locũ, ſed eſt alteratio iſte motus localis, ergo medius inter naturalẽ & voluntarium. Etiam eſt motus contra
G ctionis vel cõſtrictionis & dilatationis ita in pulſu ſicut in corde, cũ eadẽ ratio pulſus & cordis, idẽ quod in corde contingit, idem etiam in pulſu videmus. Vbi enim incaleſcunt ſpiritus, fit motus

maior velocior, tandem frequẽtior: idem dico de corde, ſecundùm intenſionem caliditatis. Sed ſi aliqua materia aggrauat ſpiritus, fit ſumma inæqualitas, prout eſt ſumma grauitas materię aggrauantis: nam immediata cauſa, quæ facit inæqualitatem, eſt materia aggrauans, quia ſecundùm proportionem materiæ aggrauantis, inæqualitas fit in pulſu & motu cordis. Vnde cùm nos videamus in corde huius Reuerendi Abbatis eſſe motum inæqualitatis, videlicet tremorem & palpitationem, ita quòd inter ſyſtolen & diaſtolen nulla ſit æqualitas, quæ appellatur quandoque tremor, quandoque palpitatio, 4. Aphoriſ. 6. Hîc eſt inæqualitas in corde, ergo à materia. Quia non eſt tantùm ratione caliditatis, ſed vitio materiæ: ſed cùm materia ſit duplex, quædam corpulenta, quædam ſpiritualis. Quænam hîc erit? Eſt manifeſtum ſenſui, quòd ſit vaporoſa, quæ cùm aſcendit ad cor, & permiſcetur ſpiritui claro, ſpiritus qui eſt de natura ignis, & habet duos motus contrarios: & quando eſt neceſsitas ſpiritus, non eſt mirum, ſi faciat varios motus ſecundùm varietatem cauſæ. Galenus dicit, quòd idem facit ſpiritus & virtus grauata ab aliqua materia, qd' baiulus qui aggrauatur magno pondere, quandoque velociter ambulat, vt deponat onus, quandoque ſiſtit, vellet citò ambulare vt deponeret: ſed quia aggrauatur, non poteſt, idem facit ſpiritus aggrauatus multitudine materiæ. Et ita apparent cauſæ, vnde proueniat impedimentum in cerebro, vnde tremor cordis, & actiones diminuantur in ventriculo & hepate propter frigiditatem ſcilicet, me etiam tacẽte, quia concoctio eſt elixatio quædam. & cùm ſit frigiditas & ſiccitas in membris ſenum licet humiditas infuſa, cùm nihil ſit de eo quod facere poſsit concoctionem, quomodo concoquetur? inde etiam non eſt mirum, ſi retinentur fæces. Cuius cauſæ ſunt plures: primò pituita viſcida: ſecundò priuatio bilis: tertiò flatus fæces ſuſpendentes: deinde virtus expulſiua in ſe debilis, quæ corroboratur à calore: calori enim debentur omnes actiones, præcipuè vbi eſſentialiter membrum expellens ſeipſo redditur imbecillius. Hîc eſt dubium vnde ſit, cùm parum admodum comedat, quod ad proportionem cibi longè plus egerat, quàm comedat.

Hîc dicitis, quòd aer exterius attractus condenſatur vt fiat aqua: ex hac pituita? non poſſum hoc dicere: nam ſunt fæces quæ egeruntur, non humores, & quæ excernuntur, videmus craſſa in maiori quantitate, quàm ſit totum quod ipſum alit. Hoc videtur impoſsibile, quia pars nõ poteſt maior eſſe toto ſuo, cùm excremẽtum ſit pars excrementati, ergo quomodo maius? Quid igitur dicendum? Clariſsimi Dd. credo quòd imponat ſenſui noſtro apparentia illa eiectionis: aliquando intumeſcit illa materia, plurimi flatus occupant maius ſpatium: ſi remoti flatus eſſent, minoris quantitatis apparerent. Quòd ibi ſint flatus plurimi ſignum eſt, quia omnia ſunt ſuſpenſa, ea ſtercora omnia ratione flatus ſupernatant. Vnde credo quòd non ſit excrementum, plus ſuo toto, ſed propter flatus maius videtur. Hæc ſunt omnia ſymptomata, quibus afficitur. His ſuppoſitis,

A quid dicendum circa curationem? poſſumúſne
eam tentare? éſtne curabilis? Natura rei indicat,
an ſit curabilis ægritudo nécne. Nos diximus ægritudinem hãc eſſe contractam ex tribus cauſis
dictis. Primò quod ad rationem victus pertinet,
facilè poſſumus occurrere. Secundò quãtum ad
inæqualitatem membrorum, non poſſumus occurrere, ſed moderari illam. Tertiò, ſcilicet quantum ad ſenectutem, omnino nõ poſſumus medicinam adferre. Non enim poteſt amplius reſtau-
B rari humiditas radicalis, quia ſi id poſſemus, inueniremus modum vt ſenes redderentur iuuenes,
quod ſecretum nunq̃ inuentum eſt, quia hoc ſitum eſt in manu Dei. Quomodo ergo integrè curabimus, cùm nõ poſsimus integrè reſtaurare calidum & humidum radicale? Credo itaque quòd
omnino ſit incurabilis, & non poſsit aliam curam
recipere, quã curationẽ ſenũ gerontocomicen à
Gal. in 5. de Sanit. tuen. dictã. Quomodo curantur ſenes? dicam liberè quod ſentio, credo quòd
C non alia cura ſit adhibenda, niſi iſta. Primo, vt habeatur optima ratio victus perpetuò in ſene iſto,
nunq̃ debet redire ad paſtilia, piſces, caſeum. Victus autẽ ſenum recitatur à Galeno de ſene illo
Grammatico Telepho, qui ſupra 100. annũ vixit,
& Antiocho Medico 80. Vtatur potius vino valido q̃ debili. Oh, eſt catarrhus? eſt, propter cruditatem, non eſt ſicut in iuuene. Vinum conuenit
ſenibus, quo nihil magis nociuum pueris. Vtatur
carnibus hœdinis, quas laudat Galen. Agninam
D fugiat, quia nimis viſcida & pituitoſa. Fiant inter
reliqua frictiones. Et ſunt frictiones manè faciendæ, illitis manibus oleo amygdalarum dulc. vel
chamomillino, quę debent eſſe longæ, ſed molles
per longum tempus. Præſtantiſsimum enim hoc
remedium ad confortandum & roborandum calorem in ſenibus, cùm nõ poſsint ſe exercere. Galenus de Antiocho medico dicit, quòd per tria
ſtadia ſolitus ſit ambulare: vehebatur curru, & vixit ſanus 80. annos. Sed oportet vt animaduertãt
E omnes optimè, quoties priuatur medicamento
purgante, incidit in varias moleſtias propter ſuperfluitates. Sunt igitur excrementa euacuanda,
ſed non cum iis, quæ habent vim exiccandi, quia
modica humiditas radicalis planè abſumeretur.
Nollem hieram, quamuis benignam, & educat fæces, tamen in ſenibus cauendum ab his propter
exiccationem. Cùm quibus igitur procedẽdum?
vellem quòd aſsiduè vteretur terebinthina Cypria ad quantitatem quam poteſt accipere, quia
F non exiccat, tamẽ educit. Longa matrona de gente Cornelij antiqua erat nonagenaria, pulcherrima anus, quæ vtebatur aſsiduè per 20. annos penè quotidie terebinthina cum ſaccharo: & niſi
fuiſſent accidentia animi propter diſcordias filiorum, nondum mortua eſſet. Eſt neceſſarium
quòd ſemper euacuetur iſte ſenex, ſed nunquam
aliquo medicamento ſolutiuo, nunquam ad agaricum aſcenderem, modicũ rhabarbari dari poſſet. Item ſyrupus roſatus ſolutiuus, interdum
G caſsia, ſed inter reliqua terebinthina potiſsima
eſt, poſſumus vti his indifferenter. Galenus laudat ad confortandum calorem in ſenibus theriacam, quam non habemus: vix habemus Mithridaticum.

ticum,ſi vera ratione compoſitiones expēdimus. A
ſed non difficile eſt aliud remediū inuenire. Dia-
trionpipereon laudatur à Galeno ſummoperè:
nam quia non exiccat admodum, nihil poteſt in-
ueniri præſtantius, quia eius calor ſtatim euane-
ſcit antequam poſsit tranſire ad ipſum hepar. Pla-
cet Mithridatum qualequale eſt, ſed præcipuè nō
negligat frictiones, & vtatur rhabarbaro, quod
non tranſcenderem, ab agarico abſtinerem nunc.
Sed ratio victus modò recta inſtituatur. Enume-
rantur modò hîc duo. Vtrum cōueniat aqua ther- B
marum. ego non exhiberem vllo modo, ratio eſt
ipſa natura rei. Quis nam illarum vſus? excalefa-
ctio, quoniam caliditatē volo fouere, video quòd
iſtæ aquæ thermarum maximè exiccant, & cum
calor in ſenibus ſit ſuſpectus propter exiccatio-
nem, quanto magis thermæ, quæ exhauriunt ca-
liditatem & humiditatem radicalem, in qua fun-
datur calor innatus? Videmus igitur longè ma-
ius damnum ex thermis quàm iuuamētum. Nam
vbi excalefacimus valde, ſequitur neceſſariò ſicci- C
tas. Ego cauerem ſummoperè ab omni exiccatio-
ne, præcipuè ab aquis thermarum. Studeat igitur
rebus humectantibus: nihil enim verius quàm
Homeri ſententia, quando dixit de Neſtore:

Vt lauit, ſumpſitq́ cibum, dat membra quieti.

Sumere cibum & dormire, maximè conuenit ſe-
nibus, quia omnia humectant. Quantum ad pro-
uocationem hæmorrhoidum. Hæmorrhoides
innatæ, inquit Hippocrates, bonum. Si hæmor-
rhoides quæ videntur intumeſcere, ſponte aperi- D
rentur, non diſpliceret, ſed non irritentur, quia
credo quòd non multitudo ſanguinis peccet hîc,
ſed mala qualitas: ſi aperiatis illas venas, poſſetis
debilitare virtutem. quæ nunquam poterit reſtau
rari, & ſæpe in tanta copia exit ſanguis, vt nunquā
ſiſti poſsit. Eſt difficile ſiſtere hæmorrhoides in
ſenibus. Si ſponte à natura aperirentur, placeret,
ſic non eſſem multum ſollicitus. Vtrum hoc Ve-
re euacuandus? Bene, ſed eo modo vt non detra-
hatur aliquid de virtute. Si iſta omnia fierēt, pro- E
longari eius vita poſſet, auxilio Dei fauente.

CONSILIVM CXCII.

De cardiaco affectu & tenſione ac inflatione ventris inferioris, pro nobili matrona Vicentina boni habitus, & ætatis quadraginta ſeptem annorum.

CASVS huius mulieris ſic expoſitus
eſt: Agit annū ætatis quadrageſimum F
ſeptimū. Bonę eſt complexionis, car-
noſa, & ſatis hilari animo. Antè mari-
tum habuit, ex quo & liberos ſuſcepit: cū hoc po-
ſteriori viro non habet liberos, cùm tamen ſit ho-
mo robuſtus & optimæ complexionis. Et in ſol-
licitudine fuit, quòd virum aliis mulieribus con-
uerſari, & rem cum illis habere ſciret. Ante tres
annos menſtrua deſierunt fluere, nihilominus ta-
men continuò ſana, quod ſub tempus menſtruō-
rum ex quo ceſſauerant, ſemper maximum vrinæ G
fluxum haberet, ita vt per diem triginta vel qua-
draginta vicibus emitteret. Poſt autem totū cor-
pus malè affectum eſt, ita vt exiret ædes cum dif-
ficultate & triſtitia, aliquali etiā tremore cordis.
Medicus ſyrupos dedit & œnemata, habendo
reſpectum ad febrem peſtilentialem dedit ſyrup.
de ſtœchade acetoſ. ſimpl. datum etiam lac hu-
manum: hæmorrhoides etiam apertę per ſangui-
ſugas aliquantulum, ſed parum promouit, niſi
quòd vrinæ aliquantulū rectificatæ, & fæces non
ita diuerſæ apparerent vt prius, ſed venter intu-
muit circa lumbos maximè, vt quaſi videretur hy
drops ventoſa. Heri medicina data eſt ex infuſio-
ne rhabarbari, & ſyrupo roſato ſolutiuo. Poſtquā
euomit materiam bilioſam quidē, ſed magis cho-
lericam: perſiſtit interim in ea difficultate & tre-
more cordis, vt videatur cardiaca paſsio cū affe-
ctibus matricis: & nos ſuſpicabamur ex parte ma
iorem eius rei cauſam eſſe retentionem ſeminis,
quod certè quadam religione imbuti non vtūtur
coitu, vt alioqui fieri ſolet.

Quanuis caſus iſte tractatus ſit ab Excellentiſ-
ſimis Doctoribus, qui & doctrina & experientia
ſunt illuſtres, temerariumque videatur abſentem
me velle aliquid addere his, quę ab illis præſenti-
bus optimè adminiſtrata fuerūt: nihilominus vt
ego quoq; officio meo ſatisfaciam, præſertim ro-
gatus, & illis etiam iiſdem excellentiſsimis Do-
ctoribus hoc idem petentibus, dicam quid ſen-
tio. Primò igitur vt ex his quæ relata ſunt, conii-
cere poſſum, hunc affectū inter cardiacos nume-
randum cenſerem, ob calidos vapores, vel alicu-
ius extremæ qualitatis participes, ad cor aſcen-
dentes, ac deinde ob talem affectum corde imbe-
cilliore reddito (à quo calor naturalis generatus
per totum corpus diffunditur, dans actum vitæ)
ſubſequutam eſſe imbecillitatem quoque conco-
ctionis, & præcipuè eius concoctionis quæ ma-
iore indiget alteratione, ea ſcilicet quæ in ventri-
culo celebratur: vnde poſtea multiplicatis humo
ribus crudis, flatus plurimi generātur inſidentes
cùm circa hypochondria, tum in inteſtinis, tum
etiam in ipſo ventriculo. Et ſic duo tantùm com-
plicantur affectus, cardiacus ſcilicet, & tenſio in-
flatioq; ventris inferioris: ex diuerſis quidem cau
ſis procedentes, ſed ab vno fonte emanantes. Car
diaci igitur affectus cauſas eſſe crediderim intrin-
ſecos quidē vapores, ſicut dixi, tum calidos, tum
extremæ qualitatis participes, occaſione ſumpta
intrinſecùs ipſorum generationis à naturali cali-
ditate hepatis, fortè etiam renum & matricis. Ac-
cedente poſtea primò retentione menſtruorum
ante debitum tempus, in tali præcipuè tempera-
tura: ſecundò ſuppreſsione quoque copioſiſsima
vrinæ, quæ ſingulis menſibus vicē menſtruorum
ſupplebat: ſed non minus fortaſſe quoq; adiuuan
te ſeminis retentione, quod quidem ſemen à pro-
pria electione propter religionem retentum fuit.
Quantùm enim ad affectus cardiacos generādos
poſsit retentio cùm menſtruorum, tum pręcipuè
ſeminis: indicat longa ſerie Gal. 6. de Loc. affect.
His ita ſe habentibus, quoniā ſermo mihi eſt cum
viris doctiſsimis, qui meam ſententiam ex paucíſ-
ſimis etiam verbis comprehendent, curationis ca-
put eſſe crederem in hac Magnifica matrona, di-
uertere materias & extraneos vapores ad cor a-
ſcendentes, ad partes oppoſitas, & (quod vix ſpe-

ro nos cõſequi poſſe) vt hac iam prouectiori æta- A
te menſtrua rurſus prouocarentur. In quatuor di uertentibus maximã ſpem ponerem. Primum diuertens eſſet diligentiſsima & exquiſitiſsima vrinæ prouocatio: nam ſi toto eo tempore, in quo ea copia vrinæ, vice menſtruorũ excernebatur, ſana degebat hæc nobiliſsima matrona; & poſt illius vrinæ ſuppreſsionẽ ſtatim cardiacus affectus inœpit: conſentaneum rationi eſt, vt vrinæ copia reuocata ſedetur affectus. Secũdum diuerſiuum præſtantiſsimum eſſet, ſi hæmorrhoides ita pro- B
uocarentur, vt ſingulis menſib. vicem menſtruorum ſupplerent. Neq; timenda eſt illa crebra ſanguiſugarũ applicatio, paucis enim menſib. applicatis ſanguiſugis, hæmorrhoides ſponte fluerent. Tertium diuerſiuum eſſet, vt crebrò per certa interualla ſumeret benedictũ aliquod medicamentum, ter aut quater in menſe, aut etiã ſępius, quod aluum ſubduceret: per hoc enim diuerteretur materia, & vacuaretur per inferiora; neq; propterea facultates læderentur. Atque apud me tale eſſet C
præcipuè medicamentum, quod ita haberet.

R. Specierum hierę ſimpl. de ſex rebus ʒ.iij.
Rhabarbari optimi & bene maturi, ʒ.ij.
Garyophyllorum,
Cinamomi,
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum ana ℈.ij.
Zedoariæ optimæ ʒ.j.s.
Seminis citri ʒ.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſcean- D
tur, poſtea aſpergantur ſucco roſarũ puro, & permittantur exiccari, & hoc iteretur ſepties: poſtea cum ſyrupo de corticibus citri fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus fiant pillulæ tres pondere vnius drachmæ ſumendæ ſine cuſtodia horis tribus ante prandium. Vel ſi tardioris fuerit operationis, hora ante cœnam. Erit enim remedium præſtantiſsimum, conferens flatibus ventris, remouens cordis affectus, diuertens & euacuans humores crudos corruptos, obſtructiones ape- E
riens, & mẽbra naturalia corroborans: quod quidẽ manifeſtè patere poteſt ex his, quæ in eius deſcriptione reperiuntur. Quartum & vltimum diuerſiuum eſſet, vt his omnibus curam non perficientibus, tandem quoq; cruribus cauteria in loco debito & conſueto applicarentur.

Quantum ad ipſius cordis corroborationem attinet, extrinſecùs quidem tali linimento vterer, quod habet.

R. Vnguenti roſati Meſue recent. F
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum ana ℈.j.
Zedoariæ,
Specierum cordialium temper. ℈.ij.

Miſce, & ſi opus fuerit, addito modico oleo roſato completo, fiat linimentum pro corde. Intrinſecùs verò confectione vterer, quam tum ipſi cordi, tum ipſi ventriculo corroborando mirum in modum conferre ſemper expertus ſum, quæ habet: G

R. Sem. citri ʒ.j.
Ligni aloes optimi ℥.j.s.
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum,
Zedoariæ ana ℈.ij.
Corallorum rub. elect. ʒ.s.
Muſci,
Ambræ ana gr. ij.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & cum aqua roſata & zuccharo albo fiat confectio in rotulis pondere ʒ.iij. ſumatque ſingulis diebus hora ante prandium. Hæc ergo, ſermonem habens cum doctiſsimis viris, breuiter admonenda cenſui, non quidem vt Mineruam inſtituerem, ſed vt officio meo non deeſſem. Nam ſi vellem explicare pro intentione mea prima, quæ ſint vrinam prouocãtia, item rationem victus inſtituere, cùm ad tales Medicos ſermo habeatur, omnino ineptire viderer.

Vocatus deinde Montanus Vinzentiam, reperit eam cum inſtantia vigiliarum, retentione omnium ſuperfluitatũ, ſiti intenſiſsima, vomitu continuo, tremore cordis ac ventris, etiam tumore ſatis inſigni, facultatum deniq; omnium deiectione ſeu proſternatione, interiùs ardentẽ, exteriùs verò frigentem, cum inquietudine maxima. Cùm autem ventris tumorem nõ eſſe hydropem videret, eo quòd muſculi abdominis ad tactum ſentirentur liberi, ſed eſſe ex retentione fæcum & vrinæ tumorem ortum. Febrem autem ex diſcraſia ſtomachi & hepatis: ſtomachi quidem non appetentis, nec concoquentis, nec digerentis, ſeu expellentis ob dolores maximos. Hepatis verò generantis bilem & ſanguinem ſeipſo calidiorem & igneum: qui cùm non purgetur per vterum, ideo vapores putreſcentes ad cor aſcendunt & febrem accendunt, in aliis cerebrũ petere ſolent, & illud inficere, ſed fieri poteſt, vt cor ſit aliqua de cauſa debilitatum: hanc ob cauſam febris adeſt, fortaſſis etiam maligna & peſtilens, quia corpus cacochymicum, ac ſubiectum putreſcibile, & maxima eſt humiditas atq; inde putredo. Dedit igitur eo veſperi ſpecierum hieræ ſimpl. ʒ.ij. cum melle roſato tribus horis ante cœnam. Ac ſequenti manè ſyrup. roſa. ſol. recentis ℥.iiij. eduxit materias diuerſas, bilem flauam partim, partim praſinam, partim æruginoſam in magna quantitate. Vigeſimo ſecundo Maij voluit pro retentione vrinæ inungi locum, qui eſt inter pudendum & anum, & totam inguem oleo ſcorpionum, & apponi pectini parietariam frixam cum butyro. Pro defenſione cordis vnguentum cordiale ordinauit ex ambra, muſco, oleo roſato, & ligno aloes. Et pro ventriculo confectiones ex ligno aloes cum ſandalis & roſis: & emplaſtrũ item de paſſulis & dactylorum carne cum mica panis, maſtiche, oleo abſinthij & communi pro toto abdomine. Ad ſitim ardentiſsimam voluit, vt ex ſucco limonum, fœniculi & acetoſæ fieret ſyrupus cum zuccaro, & diſtemperaretur cum aqua acetoſæ, vel ex ſyrupo acetoſæ, & acetoſitatis citri ana ℥.ij. Fieret potus pro abſtergendis inteſtinis. Poſtea clyſterẽ ordinauit ex hordei decocto cũ ʒ.iiij. mellis roſati ſine ſale. Pro ſyrupis poſtea vſitatis ſyru. de ſucco acetoſæ, & de abſinthio ana ℥.ij. dedit. Vigeſimo tertio die ſyrupi de abſinthio, ſyru. magiſtrales cum ℥.j. aquæ acetoſę, & parum aquę roſarum.

ſarum. Fiat ſyrupus, vngatur pars inferior ventris
cum oleo ſcorpionum, & ponatur petia calida ſu
per ſtomachum, & quieſcat. Veſperi poſteaquàm
natura materiam incœpit ad exteriora protrude-
re, & apparuerunt maculæ, Mōtanus vt naturam
iuuaret, ordinauit frictiones cum ſolita vnctione
ex oleo amygdalarum amararum ℥.iiij. aquę com
munis ℥.j. ſalis nitri ʒ.ij. bulliant ad conſumptio-
nem aquæ. Generalē curam dixit, Vere, vt aper-
tiò fiat cum trochiſcis de rhabar. abſinthio, aniſo,
cum ſyrupo de quinq; radicibus, & aquis ſuis de-
ſtillatis, quæ propter raritatem ſuæ ſubſtātiæ ma-
gis penetrant, & plus aperiunt. A medicinis pur-
gantibus omnino iuſsit cauere. Sit cōtenta ſyru-
pò roſato ſolut. ſpeciebus hieræ, cum, vel etiam ſi-
ne caſsia. Itē clyſteribus ex melle violato, ſaccha-
rō & decocto hordei ſine ſale. Cùm diſceſsiſſet
Mōtanus, elaterium Medici exhibere voluerunt,
id diſſuaſit. Exhibuerunt tamē nihilominus radi-
ces cucumeris aſinini, quæ vrinam mouerunt, ita
vt plus quàm duas angiſteras minxerit: id Mōta-
nō diſplicuit, quòd à vehementioribus omnino
abſtinendum putaret, & benè. Licet enim poſt e-
uacuationnm materiæ melius habere videretur
(quod fortaſſe natura tam penitus proſtrata non
amplius ſentiret dolores) altero tamen die ita
lethaliter habebat, vt eam noctem non ſuperui-
ctura videretur.

Consilivm CXCIII.

Ad cordis tremorem cum deliquio animi.

OPtimvm in huiuſmodi affectu eſt hoc
vnguentum, maximè aptum ad corro-
borandum.

R. Specierum cordialium temperata-
rum ʒ.iij.
Sandalorum rubeorum,
Roſarum rubearum ana ʒ.s.
Corallorum rubeorum ℈.ij.
Olei roſati ℥.ij.

Miſce, & cum modico ceræ fiat linimētum prō
corde. Electuarium quoque vtile eſt ad eandem
intentionem, cuius deſcriptio talis eſt:

R. Sacchari roſati ℥.ij.
Boraginati ℥.j.
Corallorum rubeorum ʒ.ij.
Sandalorum rubeorum ʒ.j.
Semen citri ℈.ij.
Muſci,
Ambræ ana gr.iij.
Iuleb roſati ℥.j.

Miſceātur omnia, & fiat elect. ſecundùm artem.

Consilivm CXCIIII.

*De tremore cordis, & dolore capitis ex matri-
cis & ventriculi affectione.*

Montanvs.

QVod fieri poteſt in hoc caſu mulieris,
52. annorum tale eſt, vt frigefactum ca-
lefiat. Sed antequam aliquid adhibea-
tur, impedimenta remouenda ſunt, &
euacuandum corpus: ſed ipſa non patitur, fa-
A ciendum tamen eſt aliquid. Vtrum poſsint adhi-
beri balnea? Si habet calidum hepar, neſcio, ſed e-
uentus docebit, & tantùm refrigeretur linimen-
tis, non illis quæ per os aſſumuntur, vt confectio-
ne ſandalon, quæ adſtrictionē habent & cōſtrin-
gunt venas meſaraicas, & impediunt tranſitum a-
quarum: linimenta verò iuuant & nō impediunt.
De ſectione venæ: omnino mitterem ſanguinem,
& quidem ex baſilica dextri lateris. Nec obſtant
humores frigidi, quia nō tanti ſunt, vt ſectionem
B venæ impediant. Et Galen. ſe multos à podagra
& epilepſia, qui ſunt morbi frigidiſsimi, ſanguinis
miſsione liberaſſe gloriatur.

Consilivm CXCV.

*Pro quodam illuſtri viro laborante ſtomachi
imbecillitate, cuius ratione plurimum ſali-
uæ expuit dum ieiunus eſt, aquoſæ: poſt ci-
bum verò craſſæ & viſcidæ. Anno 1550.*
C *Octob. 29.*

VT tolli poſsit hæc diſpoſitio, primò ratio
victus diligentiſsimè eſt moderanda: vt
in omnib. lōgioribus affectibus. Et cùm
S.D. plurimo ſtudio dedita ſit, parumq;
ſe exerceat, & ſi quandoque exercet, hoc maximè
facit importuno tempore, poſt cibū ſcilicet, exer-
citiumq; eſt nimis validum, neq; viribus & cor-
poris temperaturæ proportione reſpōdens. Ideo
hæc duo potiſsimùm ſunt corrigenda. Primum,
D vt ſtudium temperet, caueatq; vel à prandio vel
cœna, vel legere vel ſpeculari aliquid: dumq́ue à
prandio & cœna dico, quatuor aut quinq; horas
intelligo, vbi ſcilicet ventriculus perfectè alimen
ta concoxerit. Alioquin ſtudium erit pernicio-
ſum. Exercitium verò ſit moderatū, deambulan-
do aut equitādo horis matutinis, aut veſpertinis
ante cœnam. Pleno ſtomacho non minus ab exer
citio quàm à ſtudio cauendum: vtrunque enim
æqualiter nocet, licet diuerſis rationibus. Circa
E potum eligat vinum vel album vel rubrum cla-
rum, lucidum, ſubtilis ſubſtātiæ, bene maturum,
non acre, neq; adſtringens, nec dulce: quo mode-
ratè vtatur, bibatq; tantùm in prandio & cœna:
cæteris horis omnino abſtinebit, neq; cum ſoda-
libus aut amicis, ſi id fieri cōſueuit, aliquid omni-
no vel manducet vel potet. In prādio & cœna ci-
bi ſint ſimplices, vnius tantùm naturæ. Nihil e-
nim æquè nocet imbecillo ſtomacho, quàm ci-
borum varietas: vnico ergo obſonio contentus
F erit. Eligat carnes vitulinas, hœdinas, pullorum,
perdicum, phaſianorum, auiū campeſtrium. Ab-
ſtinebit à carne antiqua, bubula, porcina, tam re-
cente quàm ſalita, ab omnibus auib. paluſtribus,
vt ſunt anſeres & anates, à piſcium omniū gene-
re, præſertim Patauij, à rebus frixis in ſartagine, à
lacticiniis, præcipuè caſeo, à paſtilibus, ab omni
genere fructuum autumnaliū, vt pyra, poma, ca-
ſtaneæ, & huiuſmodi alia. Cidonium poſt cibum
conditū ſaccharo non omnino improbauerim ad
G ſtomachi robur. omnino parcior ſit in cœna quā
in prandio, quamuis prandium quoq; moderari
debet. Sit hilaris, verſetur cum amicis iucundis.
Muſica exercitia canendo non omnino vitupero,

quamuis conqueratur ab eo motu augeri ſcreatũ
plurimæ pituitę:non enim propterea abſtinendũ
puto:calefacit thoracem & ventriculum,augetq́;
earum partium virtutem & innatum calorem. A
cantu igitur me iudice nõ abſtinebit, præcipuè ſi
id fecerit ieiuno ſtomacho,vox tamẽ violẽta non
ſit,ſed moderata. Procuret vt ſingulis diebus ha-
beat alui beneficium, & propterea laudo vt bis,
quandoq; etiã ter ſingulis ſeptimanis vtatur tere-
binthina põdere ʒ.ij.vel iij. tribus horis ante pran
dium. Sumat etiam tota hac hyeme ſingulo mane
cùm lecto ſurrexerit cochlearia duo vel tria,ſyru-
pi acetoſi vnciam vnam, quem etiam pro ſua do-
minatione ordinaui: vtatur ter vel quater in men
ſe ſcrupulo optimi aloes in pillulam redacti hora
ante cœnam. Hæc ſi rectè fecerit per totam hanc
hyemem,ſpero D.ſuam longè melius habituram:
tranſacta hyeme ſi quid erit reſiduum,tũc oppor-
tuno tempore conſuletur.

CONSILIVM CXCVI.

De puero laborante debilitate ventriculi & vomitu.

PVER annorum quatuordecim ex ven-
triculi imbecillitate,quam à partu vt ar-
bitror ego, & ab ipſa nutrice (nam ea
quoq; ventriculum debilem habuerat)
contraxit,certis temporibus vomere ſolebat ma-
teriam viſcoſam, cholericã tamen,idq́; interdum
ſingulis, interdum binis, interdum etiam ternis
menſibus ſemel. Et ſemper cùm vomebat,cibum
aliquot diebus faſtidire, ac quaſi deterius habere
ſolebat. Hac verò vice,in lectum ſe conijcere coa-
ctus eſt, ac vbi aliquot diebus decubuit, vocatus
Dominus Montanus, viſa vrina cruda, nec ſatis
etiam colorata, ventrem tetigit, & ibi tam rectos
quã alios muſculos turgidos ac inflatos reperit,
ita vt puer etiam,durius aliquantò attingente eo,
dolorem ſentiret. Voluit igitur vt ſingulis ſepti-
manis bis ſumeret pillulas aloes non lotæ ℈.j. vel
vt curaret fieri tales pillulas.

R. Aloes,
Rheubarbari ana ʒ.j.

Pulueriзẽtur per ſe, & poſtea miſceantur & a-
ſpergantur ſucco roſarũ, & permittãtur exiccari:
idq́; iteretur ſepties: poſtea cum melle roſato fiat
magdaleon,de quo ſingulis vicibus ſumat pillulã
vnam ℈.j.pondere: idq́; bis in ſeptimana. Vinum
biberet album & pauciferum, vel cũ aqua cocta
miſtum. In cibo, lacticinia,caſeum,piſces,& om-
nes fructus caueret,etiam vuas: extrinſecùs nihil
planè admoueri voluit.

CONSILIVM CXCVII.

De debilitate ventriculi,pro M. Pfiſter Augu-ſtano 1550.

SI rectè obſeruaui,quæ dicta fuerunt ab
E.V.intellexi nobilem hunc adoleſcen
tem vſum fuiſſe plurimis fructibus ho-
rariis, peponibus præcipuè, qui ſunt
illi, quos vulgò Venetiis Peponas appellant, &
humidiores, quàm Melopepones: vſus eſt inquã
A frigidiſsimis fructibus in maxima quantitate, &
ſine aliquo delectu. Sunt enim nonnulla corpo-
ra, quæ facilius patiuntur,alia difficilius. Habet
ventriculum frigidum, qui malè concoquat, &
caput patiens maximas deſtillationes,& imbecil-
litatem. præterea habet hepar calidũ:quæ ſi con-
iunguntur cum mala ratione victus, non mirum
eſt, ſi hæ diſpoſitiones acceſſerunt, quas audiui:
& potuiſſent deteriores contingere, niſi flos æta-
tis præueniſſet. Primò,ſi conſidero,quæ ſequun-
B tur, pepones habent hoc proprium, vt per mul-
tam & redundantem putredinem inducant affe-
ctum cholericum, qui paſsio cholerica vulgò di-
citur, quando confertim tam ſuprà, quàm infrà
egeruntur excremẽta cum maximo dolore, ſicut
audiui etiam in hoc accidiſſe, & eſt ſignũ patho-
gnomonicum indicans huiuſmodi affectum, vbi
per ſuperius & inferius egeruntur excrementa,
quod contingit propter redundantem humorem
putridũ in ventriculo,præcipuè ex vſu fructuum
C humidorum,& facilè putreſcentium generatum.
Quæ diſpoſitio vbi ceſſauit,per remedia adhibita
rectè, alia ſymptomata ſucceſſerunt non ſine ra-
tione. Nam Galenus in capite de Cucumeribus
dicit: Multi quæſiuerunt comedere cucumeres,
neq; inde perceperunt nocumentum, vnde cre-
dunt nihil nocere eos: decipiuntur tamen, quia
ſuccedente tẽpore multiplicantur humores cru-
di,qui deinde putreſcunt,vnde conſequuntur fe-
bres putridæ, & peſtilentes ſæpe. Quod etiam in
D hoc nobiliſsimo iuuene videtur contigiſſe: nam
primò ſubitò egeſsit, & per ſuperius, & inferius,
& ſubſecutum eſt accidens colicum. Sed illi po-
ſtea humores, qui erant in toto ambitu, non po-
tuerunt ita euacuari, vt in ſtomacho & viis du-
ctuum, ſed permanſerunt: quibus ſucceſsit Au-
tumnus & Hyems,quo tempore tunc quieti erãt
humores,poſtea aduentante Vere,in quo omnes
humores mouentur, & tamen propter debilem
calorem non reſoluuntur,cùm colliquantur, ob-
E ſtruunt meatus, & putredo conſequitur: vnde
non mirum eſt, ſi conſecuta fuerit febris, quæ
deinde curata fuit adhibitis conuenientib. medi-
camentis. Nihilominus, vt fieri ſolet,poſt vſum i-
ſtorum fructuum,non tantùm aggregati ſunt hu
mores crudi,ſed etiam membra fuerunt relaxata.
Quomodo enim aliter fieri potuit, quin iſti fru-
ctus in magna quantitate aſſumpti cùm moraren
tur in membris,non fecerint imbecilliorẽ tonum
membrorum naturalium,propter relaxationem,
F & humiditatem illorum aduẽtitiam? Inde acceſ-
ſit maior imbecillitas membris, quàm par erat,&
excrementititia quoq; humiditas, quàm conue-
nire ſuo naturali temperamento. Probabile eſt e-
tiam,quòd obſtructiones in venis meſaraicis ſem
per permanſerint. Quibus ita ſe habentibus,non
eſt mirũ etiamſi ſine aliqua manifeſta cauſa, ſtan-
te huiuſmodi intrinſeca diſpoſitione,à cauſis etiã
leuioribus, non apparentibus,inciderit in tot ac-
cidentia,& nunc perpetiatur eoſdẽ dolores. Vide
G tur quòd inclinet ad affectum colicum, licet pro-
priè non ſit,ſed impotentia potius quædam ven-
triculi,nõ potentis regulare,quod offertur:tran-
ſeũnt enim cibi in flatus,quia relaxatus eſt,& de-
bilis,

bilis. Et Galen. 3. de Symptomatum cauſis dicit: vbi actio virtutis contentiuæ leſa eſt, cùm ventriculus non continet, quantum & quomodo oportet, quòd percipitur maxima grauitas, quádo oblatus eſt illi cibus, quia quando non continetur commodè cibus à ventriculo, neceſſarium eſt vt percipiatur grauitas. Hinc poeta: Leue eſt, quod bene fertur onus, & malè latũ onus facit grauitatem. Ex grauitate poſtea ventriculi cõſecuta ſunt faſtidiũ & nauſea: nam quod grauat corpus, quærit natura expellere, & propterea non eſt mirũ, ſi propter relaxationem vẽtriculi acquiſitam ex nimia humiditate non bene contineat cibum, ſed euomat. Eſt enim proprium ſicci continere, & humidi relaxare, & expellere. Vnde propter talem intemperiem aucta eſt virtus expellendi, quę corroboratur ab humido, & reddita eſt imbecillior contẽtiua, vnde expellit, & eſt cum rugitu & flatu, quia permanet aliqua portio de eo quod nutrit, & illud quod continetur, in flatum conuertitur, qui deinde facit ea tormina, quæ percipit, & propter talem cauſam non poteſt continere cibũ. His ita ſe habentibus quomodo procedemus in cura? cum contrariis. Sed ex quo præceſſerunt tot euacuationes, non eſt probabile, eſſe multitudinem humorũ, qui ſint in cauſa, vt tot ſymptomata conſequãtur, ſed cauſa horum attribuenda eſt imbecillitati vẽtriculi, quæ conſequitur multã humiditatem & relaxationem. Ergo occurrendũ erit calefaciẽtibus & exiccantib. Et quando vẽtriculus admodũ imbecillꝰ eſt, nõ oportet multo cibo ipſum aggrauare. Iuberem ergo, vt in modica quãtitate cibos aſſumeret, & illos repetitis vicib. ac parum biberet. Nihil enim illi deterius, quàm potus, pręcipuè vini, quia ſtatim acceſsit, vbi inuenit imbecillum vẽtriculum, vnde aciditas poſtea ventriculi mordicat, inflatur, & fluctuat in vẽtriculo. Non tamen exhiberem aquam, quæ refrigeraret ventriculum, & facerent contrarium illius, quod quærimus. Darem igitur in potu ius pulli, cum modico ſacchari ad abſtergendum, vnde haberet calefactionem ventriculi, abſterſionem humiditatis aduentitię, addito ſaccharo, quod biberet loco vini, & modicè ſemper. Si à vino omnino abſtinere nollet, detur aliquid vini aromatici, aut maluatici, ſed paucíſsimi, ne ſitim augeat. Comedat quæ attenuandi vim habẽt, vt ſcilicet in brodio coquantur aniſa contuſa craſsiuſculè inuolũta in panno lineo, & in brodio pulli ebulliant, facta poſtea expreſsione. In his enim eſt, quod attenuaret & occurreret flatibus. Cibus eſſet illi idẽ qui attenuaret & bene nutriret, vt ſunt auiculæ montanæ: habent enim vim exiccandi, & attenuandi in ſubſtãtia. Sed ex quo nunc nõ poſſunt commodè haberi, placerent columbacei pulli, & gallinacei, quos tamen non primo die occiſos comederet, ſed tertio abhinc die, vellemq; quando occiduntur, non ſtrangularentur, ſed iugularentur. nollem enim vt ſanguis diſtribueretur per totum corpus, ſed haberet mundam carnem: vnde magis exiccaret iſta caro pulli: ergo hi coquerentur vel aſſarẽtur, ſed ſemper aliquid imponeretur quod attenuaret vt aromata, cinamomum garyophyllorum aliqua portio, nucis muſcatæ, in mo-

A dica quantitate, ne inflammaretur. Poſſet autem comedere aſſa, in pauca quantitate ſemper, ſed eo modo præparata, & parum biberet hoc tempore, quo laborat huiuſmodi affectu. Quantum ad medicinalia, exhiberem ſingulis diebus diatrionpipereon, quod calefaceret & exiccaret ventriculum, & ſi quis humor in vẽtriculi tunicis eſſet impactus propter ſubtilitatem piperis, aniſi, thymi, quæ ingrediuntur, virtus illius medicamẽti illum exeuteret, exiccaret, & non calefaceret hepar, ſi B Galeno credimus, aſsignanti etiam rationẽ propter tenuitatem ſubſtãtiæ ſuæ: euaporat enim caliditas piperis antequam ad hepar accedat. Vteretur ergo diatrionpipereon manè, & veſperi ante cibum. Quantum ad medicamenta, quæ euacuant illud quod aſsiduò generatur in vẽtriculo, laudo vſum hieræ ſimplicis ſcrupulum ſemis in pillula, alternis diebus. Exterius applicaret vnguenta, quæ hoc idem præſtare poſſunt, qualia ſunt odorata, confecta à peritis deſtillatoribus, C non ab aromatariis, qui omnia corrumpunt. Vellem oleum garyophyllorum, in eo enim eſt gratus odor, cõfortans ſpiritus, admiſcerem aliquid Maſtiches cum oleo eo, credo quòd conferret. Quòd ſi quis oleum de ſtyrace, ſeu belzoinũ admiſceret, optimum eſſet, præcipuè de ſtyrace fieret linimentum præſtantius. Inſtantibus doloribus vteretur in clyſteribus hiera picra, melle roſaceo, cum decocto chamæmeli, cum ſeminibus fœnugræci, & aliis quæ ſolent diſcutere, & carmi- D nare flatus. Hoc modo faciendo, credo quòd reſtituetur priſtinæ ſanitati. Quòd ſi ſuccederet febricula, quæ modica eſſet, non eſſet timenda. Quòd ſi inſtaret, & febri etiam eſſet ſuccurrendum; inter cætera remedia optimum eſt, vt aſſumat octo cyathos aquæ Aponitanæ, per ſeptem aut decem dies, quoniam iam purgatus eſt ſufficienter, confortabunt eum, exiccabunt, & calefacient vẽtriculum: & ſi quid impactum eſt violenter, excutient. Fuit curatus.

E

CONSILIVM CXCVIII.

De frigiditate ventriculi cum vomitu pituitoſo ac bilioſo.

VIDAM anno viginti quatuor ætatis patiebatur vomitũ nulla periodo ſeruata, ſed pro materiæ quantitate moleſtabatur. Euomebat materiam bilioſam, cum viſcoſa pituita commiſtam. Eo verò die, F quo vocatus erat Montanus, plurimam ſubſtantiam aqueam, ſubnigram, cum plurimo humore pituitoſo, viſcoſo & tenaci, guſtu acido, & amaro euomebat. Hoc malo cum aliquot menſib. laboraſſet, varios cõſuluit Medicos. Hi vndiq; huius mali cauſas inquirentes plerunq; dixerant nimiã hepatis caliditatẽ in cauſa eſſe: quòd eſſe falſum, manifeſtè arguit aciditas, quæ à frigido prouenit: ideo etiã cũ medicamentis frigidis diu multumq; vſus eſſet, nil ex iis melius habuit. Vſus etiam erat G moderato cibo non vario, ſed ſelectiſsimo. A calidis verò & aromaticis iuuabatur, & cum macis aut ſaluiam vino immitteret, ei proderat. Cauſam verò procatarcticam narrabat ipſe, vnde huius

mali putabat eſſe originem. Mulierē ſcilicet quandam ſua ſibi menſtrua propinaſſe, vt ita ceu philtro quodam ad amorem alliceret, ab eo enim tempore, hoc malo ſe fuiſſe vexatum. Montan. volens ſuccurre frigidæ huic deprauatæ ventriculi temperaturæ, quòd ſæpius iam purgatus erat, & ſanguinis miſsione, & humorum euacuatione, etiam tutiſsimū iudicauit, vt hiera picra Galeni, quam ab Andromacha habuit, familiariter vteretur, quā tamen ita mutauit.

℞. Aloes optimæ ʒ.x.℈.ij.
Cinnamomi,
Aſari,
Croci,
Cubebarum,
Macis,
Spicæ ana ℈.ij.

Miſce cū melle roſato, fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus fiat pillula vna, pondere ſcrupuli j. ſumēda hora ante cœnam. Hanc ſumat ſingulis diebus, aut ſi alternis velit, ſumat pro qualibet vice drach. vnam. Iuſsit & vti victu laudabili & optimo, abſtinere à frigidis, humidis & crudis: vti autem aromaticis, & iis, quæ cient bonam coctionē, vinum eligere bene maturum, aromaticum, ſed minimè potens, clarum, & tenuis ſubſtantiæ.

CONSILIVM CXCIX.

De magna ventriculi & omniū naturalium membrorum imbecillitate.

IVVENIS quidam, qui tenſiones habebat in vtroque latere, & maximè dextro, querebatur de dolore ventriculi, & appetitu proſtrato, & totius corporis debilitate, capitisq; doloribus, maximè cùm ſe mouebat, quod per conſenſum Montanus fieri arguebat. Vrinæ erāt paleares, tenues, multæ, in quibus ſubſidebat plurimum materiæ ſubalbidæ, quæ plurimum pituitæ in corpore generari oſtendebant, præterquàm quòd ex toto corporis habitu, & colore faciei ſatis appareret. Pedes & præcipuè dexter, in qua parte maior erat tenſio, interdum tumefcebant, deſcendente eò materia. Montanus, quia tempus nō patiebatur, ad thermas eum mittere, quę fuiſſet cura facilior, & magis velox, voluit vt ſingulis diebus acciperet pro ſyrupo.

℞. Syrupi de marrubio,
De abſinthio ana ℥.j.

Sine aquis deſtillatis, vel ſimpliciter, vel in brodio pulli. Et propter imbecillitatē membrorum naturalium dicebat ei, vt à medicinis aliis abſtineret, ne illi nocerent. Deinde talē emplaſtrum pro regione ventriculi, & omnium membrorum naturalium dedit.

℞. Carnis dactylorum,
Cidoniorum ana ℥.vj.
Olei de abſinthio,
Maſtichini ana ℥.iij.
Panis aſſati, & infuſi in vino aromat. ℥.iiij.

Miſce omnia ſimul, & cū modico vini maluatici fiat emplaſtrum in bona forma: quòd ſi obambulare volet, poteſt imponi ſacculo, de tela tenuiſsima, & ligari, ne cadat ſupra alia membra (aliàs ſimpliciter panem toſtum infuſum in maluatico, & aſperſum puluere garyophyllorū, & maſtiches adhibuit) Pro capitis vnctione.

℞. Olei lil. alborum,
Camom. Amygd. amararum ana ℥.j.

Vngatur veſperi à temporibus verſus ſpatulas, quando vult ingredi lectum. Cùm ſurget manè, maſticet maſtichen, & pituitam, quam educit, diligenter expuat: & vbi ſatis diu multumque expuerit, videat an per nates quoq; prouocare poſſit: & ad hoc accipiat betas, & maioranam, & decoquat in aqua, & expreſſum ſuccum, cum modico ſaccari, leniter per nares attrahat, non nimis ſe fatigans. Semel in ſeptimana lauet caput, ante cœnam, cùm iam ædes non amplius egredietur: lixiuium dulce ſit ex lignis vitium, in quo decoquantur, & poſt decoctionem fortiter exprimantur betonicæ, ſtœchados, maioranæ ana M.j. roſarum rubearum M.s. in petia ligata, agarici electi ʒ.iij. panno ſeorſum ligato. Item ſapo.

℞. Ireos,
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ,
Macis ana ʒ.j.
Agarici electi ʒ.ij.
Saponis Damaſceni q. s. fiat ſapo ſecundum artem.

Hoc faciat per 8. aut 10. dies, donec videatur, quid profecerimus, interea vtens bono victus regimine, bonis cibariis, & vino quidem mediocri, non tamen nimis tenui. Non comedat ſine fame, nec inter cœnam & prādium, & quantùm poteſt fugiat cruditates.

Linimētum pro ventriculo, cuidā, qui exiccari toto corpore & ad hecticam declinare videbatur, ordinatum.

℞. Olei amygdalarum dulcium,
Medullæ cruris vituli ana ℥.j.
Maſtiches ʒ.iij.
Garyophyllorum ʒ.s.

Miſce, & fiat linimētum pro ſtomacho, addendo modicum ceræ.

Alterum.

Carnes dactylorum contuſæ, exprimantur, & ſuccus vnà cum puluere maſtiches, garyophyllorum, galangæ, incorporentur cum oleo chamæmelino, & maluatico, vel alio vino bono: fiat in forma linimenti, quo inungatur regio ventriculi, ita vt non tangatur hepar.

CONSILIVM CC.

De ventriculi magna imbecillitate.

MONACHVS quidā iuuenis ex ſtudiis, & ſua illa victus ratione, nocturnis vigiliis quoq;, inciderat in magnā membrorum naturalium, & præcipuè ventriculi imbecillitatem: ita vt flatus generaret plurimos, excitantes illi acerbiſsimos, & quandoque etiam colicis ſimiles dolores, quibus ſæpiſsimè affligebatur toto triennio, colorem nihilominus bonū habebat, qui hepar calidius eſſe ſatis oſtendebat. Montanus hæc ei ordinauit.

R. Spe-

R. Specierum hieræ ſimpl.ʒ.ij.
Mellis roſati q. s.

Ad bolum conficiendũ, ſumat manè horis tribus ante prandium. Die autẽ immediatè ſequenti incipiat ſumere ſyrupos infraſcriptos.

R. Mellis roſati, ſyrup. abſinth. ana ℥.j.
Aquæ cichorij ℥.iij.

Miſce pro vno, & pro aliis ſimiliter. Poſt vltimum ſyrupum die ſequenti ſumat infraſcriptam medicinam.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumatur in aurora cum cuſtodia. Deinde

R. Sacchari roſati ℥.ij.
Specierum arom. roſ. ʒ.j.

Miſce, & ſumat ℥.s. Ex hac confectione ſingulis vicibus hora vna ante prandium, ſumat, incipiendo à die immediatè ſequenti, medicinam. Poſt accedat ad potum aquarũ Aponenſium, & bibat de aqua 12. vſque ad 14. calices, nec ſubſequentem niſi priorem antea per vrinam aut ſeceſſum die præcedenti, aut nocte reddiderit, bibat: ſumat autem manè in aurora leuiter deambulando. Vino vtatur albo, & paucifero, à ſtudiis intempeſtiuis caueat: victus ratione conuenienti vtatur, abſtineat à cæpis, alliis, tortis ſeu placẽtis, piſcibus, leguminibus, & aliis quæ flatus generãt, & vẽtriculo aduerſantur. Medici calida exhibuerant, & cinnamomo plurimùm vti iuſſerant. Id Mõtanus prohibuit, & omnino à calidis abſtinere iuſsit, ne inflãmato hepate incidat in melancholiam hypochondriacam, quæ hac ratione fieri ſolet. Pro roboratione ventriculi Myrobalanos chebulos ſumat ſæpius, & lignum aloes puluer. in rotulas factum, & parum rhabarbari, maſticetur manè, & poſtea abluatur os vino maluatico.

CONSILIVM CCI.

De debilitate membrorum naturalium, & præſertim ventriculi intemperie frigida & ſicca.

LARISS. Doctores, cùm ſimus conſulturi pro hoc iuuene nobiliſsimo, mul ta dicemus in hoc caſu profutura etiam ſcholaribus, & ita vtriſque proderimus. Virtutes corporis in hoc omnes ſunt læſæ, ita vt vix diſtinguere poſsimus operationes læſas à morbis. Nam naturalis non concoquit, neq; expultrix expellit, ſicut debebat, ſentit rugitus, virtus præterea diſtributiua eſt læſa, quod ſentit ſtatim poſt cibum ſumptum, atque ita omnes operationes ſunt læſæ, appetit enim parùm aut nihil. Animalis multifariã læditur. Imaginatur ea, quæ non debet: & timet, quę non oportet timere. Motiuæ quoq; ſunt debiles. Vitales etiam læſæ ſunt: timor enim oritur in corde, ſicut & ira. Videtis igitur omnes operationes læſas in hoc corpore, ita vt partim corruptæ ſint, partim diminutę. Ardorem percipit circa partem dextrã, euomit præter naturamólioſa & amara: ſequũtur multa acidentia, amaritudo atque ſitis poſt cibum, difficultas anhelitus. Hæc ſunt ſymptomata, ratione quorum nos conuocauit, vt conſuleremus. Nos

A igitur in primis exquiremus cauſas ſymptomatũ, ex quibus innoteſcit morbus. Et quia morbus non curatur, niſi lapſus morbi cognoſcatur, neceſſe eſt primò inquirere temperaturam mẽbrorum principalium, videlicet cordis, hepatis & cerebri. Et fortaſsis hepar erit nobis inſtar omniũ, ac maximè facit ad cognitionẽ reliquorum, cùm omnia ex hepate nutrimentũ ſumant. Non autẽ noui eum tẽpore ſanitatis, ſed color niger indicat hepatis caliditatẽ, perpetuò habet flatus in vẽtri-
B culo: ſcitis autem prouenire eos à calore diminuto. Eſt igitur primò ventriculus frigidus: cerebri autem tẽperatura, an calida ſit, vel frigida, nõ poſſumus iudicare, non enim nouimus certò aliquã operationem. Redũdauit catarrho, & à cauſis alterantibus extrinſecis facilè potuit affici, pedes ambulauit ex Frãcia in Italiam, cùm non eſſet aſſuetus. Cibo & potu malè vſus, ſolet aquã bibere, bibit vina Gallica, quæ maximè ſunt nocentia: hinc in ventriculo dominatur frigiditas & ſicci-
C tas. Studiis etiam præter naturã ſeſe applicat. Et conſecutus eſt ex his cauſis & accedentibus aliis, quod non excernit, ſed habet aluum adſtrictam. Potuit id primùm contingere ex parte fæcum, & virtutis etiam: nam illæ exiccatæ ſunt, & pituita craſsior circa illas, retinet eas. Non appetit, licet frigiditas non augeat appetentiam, humor tamẽ frigidus excitat nauſeam potius. Tẽperatura igitur frigida & ſicca eſt, quæ notabiliter lædit operationes: eſt enim penitus oppoſita calido & hu-
D mido. Non retinet, lib. 3. de cauſis ſymptomatũ, vbi loquitur de ſignis, quæ ſequuntur vitium retentricis, quæ 2. ſunt, nempe, quãdo non retinet tantum, quantum oportet, & quãdo non amplectitur, ſicut debet. Quando hæc fiunt, ſequuntur rugitus, flatus quoque, & pondus etiã, quæ indicant virtutem retentricem diminutam. Poſtea ad virtutem diſtributiuam, non fit diſtributio, quia manifeſtiſsimæ ſunt tenſiones in regionibus hepatis. Illud enim conſiderandum, quòd tẽſio ne-
E ceſſariò indicat obſtructionem: ex obſtructionibus ſequuntur malæ diſtributiones, inflaturque venter, vt percipiunt hi, qui habẽt obſtructiones. Non percipit nutrimentum ex ipſo cibo, etiamſi plurimùm ſtudeat comedere. quod ideo fit, quia non diſtribuitur: & dum ſumpſit cibum, percipit difficultatẽ anhelitus. Id fit, cùm cibus cũ phlegmate miſcetur, flatuatur, & ita comprimitur diaphragma. Amaritudinẽ quoq; oris percipit, quia vapores calidi & bilioſi aſcendunt ad os. Hacte-
F nus vidimus, quòd catalogus omnium horũ proueniat ex mala tẽperatura frigida, & ſicca ventriculi. Accedit caliditas percepta in dextra parte, ſu per hepar, quę hinc incœpit, quòd biberit vinum abſinthites, cũ cinam. in maxima copia, quia facta calefactione excedente in hepate aſcendunt vapores, qui faciunt timores, eo quòd obſtruantur venæ meſaraicæ. Illa actio læſa in virtute motiua, quòd piger eſt ad motum, & motus tardus prouenit, vel quia impedimẽtum eſt in muſculis, vel
G in principio, vt cùm impediuntur ſpiritus. Spiritus autem impediuntur, quando pituita in medio eſt, ſicut lumen ſolis impeditur à nubibus. Sed cur magis in ſiniſtra parte? quia in ea parte

fuit ſemper imbecillitas maior. Non autem perci-
pit ægritudinem, ſed impedimenta actionum. Et
ita tandem concludimus eſſe in membris natura-
libus, præcipuè frigiditatem & ſiccitatem, eſſen-
tialiter exiſtentem in ventriculo, ad quam multi-
plicatur humor pituitoſus.

Prognoſt. Si fuerit vna intemperies ſola in ali-
quo, eſt curabilis quidem: ſi autem duæ ſunt cō-
plicatæ, incurabiles efficientur. Longè autem fa-
cilius eſt exiccare humidum, quàm humectare
ſiccum, & præſerrim in ventriculo, qui eſt mem-
branoſus. Poterit igitur præſeruari, non autem
curari abſolutè.

Cura. Quantùm ad præſeruationem, quia cu-
rari non poteſt, lapſus tamen hepatis calidus, po-
terit facilius emendari. Pro huius igitur alteratio-
ne curam habere debemus, circa rationē victus:
Si enim ea vtatur debito modo, facile reducetur
ad temperamentum, ſi dimittet videlicet illa ca-
lefacientia, & adurentia. Vtatur cibis iis, qui ſunt
facilis concoctionis, vt ſunt pulli, auiculæ, iuſcu-
la, quæ tamen non ſint nimis pinguia. In hac re
dubium magnum. Ex quo præter omnem ſuam
conſuetudinem incœpit, vt bibat vinum, vtrum
debeat redire ad aquam. Vtrinque ſunt rationes:
Quia dum biberet aquá, bene ſe habuit: dum bi-
beret vinum, ſemper malè. Habet præterea hepar
calidum, vnde plurimi aſcendunt vapores ad ca-
put, & fit debilis ille motus, & alteratur ab aqua
temperatura hepatis. Ex altera parte eſt debilitas
ventriculi, qui adhuc magis refrigeratur. Et quia
eam quatuor annis bibit, & eſt aſſuetus, ego nol-
lem vt biberet vinum tale, quale hactenus bibit,
ſed tale quale Galenus exhibuit ſuis ægris, quod
eſt maximè limphatum, clarum, & tamen mini-
mè aſtringens. Fiat præterea bolus ex hieræ ℈. j.
caſsiæ ℥. vj. & exhibeatur alternis diebus, vel ſe-
mel in ſeptimana. Ab aliis medicinis omnibus,
ſyrupis, & potionibus abſtinere vellem.

CONSILIVM CCII.

De ſtomachi anxietate, & morbo Gallico pro ſexagenario, Anno 1550. 18. Martij in colloquio.

CLARISS. Doctores, vt conuenia-
mus in ratione exhibendi remedia,
quibus ſanitatem huius viri reſtitue-
re conamur, cùm audio E. veſt. animū
ſuum ad hoc inclinare, vt ſumat decoctum ligni,
in quo & ipſe totam ſpem curationis ponit: ego
quoq; confido, quòd hoc ſolo decocto curabitur,
debito modo aſſumpto. Vt igitur quod conclu-
ſum eſt, à me ratione oſtēdatur, oportet primò de
ægritudine loqui. Laborat autem iſte magnificus
vir duabus diſpoſitionib. prēter naturam: vna eſt
morbus Gallicus, qui licet videatur deliteſcere,
ſemper tamen eius aliqua veſtigia ſe oſtendunt.
Sed illud præcipuum, de quo conqueritur, eſt af-
fectio ventriculi, poſt enim aſſumptum cibum pa
titur ſtomachicam paſsionem, & anxietatem. De
qua re, vt par eſt, cū maximè ſit ſolicitus, petit à
nobis auxiliū. De vtriſq; verò affectibus agendū.
De morbo Gallico nihil aliud dicam, cūm cōſtet
A quas cauſas habeat. Loquendum igitur tãtùm de
diſpoſitione ventriculi, vnde poſsit fieri. Duo igi-
tur hîc ſunt quærenda, primò in quo loco ventri-
culi videatur eſſe affectus, an circa os ventriculi,
an circa fundū eius. Secūdò quis affectus ſit, qui
morbum ipſum faciat, vtrum mala complexio, an
mala compoſitio, vel ſoluta vnitas. Iſta ſunt con-
ſiderāda à me, ſi ſecūdùm rationē debeo conclu-
dere quid illi cōueniat. Dicam vnū, cùm conſide-
ro omnia quæcunq; audiui recitata, tum ab ipſo,
B tum ab excell. veſt. & omnia ſimul confero, vide-
tur mihi, quòd primò locus proprius, vbi ſit affe-
ctus principalis, nequaquam ſit os vētriculi, imò
quãtum in ſeipſo eſt, bene valeat: & ſi patitur ali-
quid, patitur potius per conſenſum. Credo ergo
affectum eſſe circa fundum ventriculi, & dicā cō-
iecturas, quare ita ſentiā. Deinde credo circa fun-
dum nō eſſe malam compoſitionē, neque obſtru-
ctionem, neque aliud quod poſsit referri ad malā
cōpoſitionem principaliter, ſed quòd mala com-
C plexio ibi exiſtat. Quæ nā illa? Nam primò vide-
tur, ſi nos referimus cauſam iſtius intemperiei ad
frigiditatem principaliter, hoc non poſſe ita ſu-
ſtineri, Video enim quòd laborat in concoctione,
& maximam habet anxietatem, nihilominus be-
ne nutritur, generat bonum ſanguinem, quia ha-
bet bonum colorē, non multiplicantur humores
crudi, non conqueritur de aliqua re, propter quā
aggregentur cruditates. Hoc autem eſt perpetuū
Galen. teſte, vbi prima concoctio in ventriculo
D propter frigiditatem non poteſt perfici omnino,
quòd non emēdetur in ſecunda, quæ fit in hepa-
te etiā bene diſpoſito. Cùm igitur videam in hoc
corpore generari ſanguinem laudabilem, ſanitatē
commodam, & plus quàm huic ætati conueniat,
non dixerim frigiditatem eſſe principaliter in vē-
triculo, ratione cuius hæc incommoda ſequan-
tur: quia videtur rationi conſentaneū, quòd plu-
rimi crudi humores deberent generari propter
frigiditatem, præcipuè cùm videamus hoc pro-
E prium non adeſſe, videlicet quòd infeliciter con-
coquat, nam ſtatim facies decolorata oſtenderet
affectionem ventriculi. Ergò per ea inueſtigari
oportet, vtrum ſit aliqua alia intemperies cauſa
huius affectus, præter frigiditatē. Inclino animū
ad hoc intemperiem eſſe principalem cauſam hu
ius affectus, eamq; eſſe humidam circa fundum
ventriculi. Affero huius rationem, quòd humidi-
tas peccet, non ita tamē, vt non conſequatur fri-
giditas illam humiditatem: humiditas enim ob-
F tundit caliditatem. Quod ſignum eſt, quòd hu-
miditas cauſa ſit? quoniam humiditas ipſa hoc
facit, vt ventriculus non poſsit bene amplecti,
nec continere cibum, ſicut oportet. nam ad bonū
amplexum requiritur ſiccitas moderata: huius
enim eſt cōſtringere, ſicut humiditatis ſuperfluæ
relaxare. Vnde habes hoc? ab anxietate, quā ipſe
dicit ſe ſentire: percipit enim grauitatem poſt ci-
bum, & ait ſe non poſſe tolerare cibum, poſtquā
eum aſſumpſit, non eſt quod tardè cōcoquat, ſed
G grauat quod malè fertur onus. Eſt ergo illud Ga-
leni 3. de cauſis ſymptomatū, vbi loquitur de iſta
moleſtia in concoctione, quando cibus malè fer-
tur in ventriculo, & dicit ibi cauſam eſſe imme-
diatam,

A diatam, quia vẽtriculus non amplectitur cibum, vnde ſequitur moleſtia in cõcoctione: & vbi non rectè continetur cibus, non rectè poteſt concoqui, ex quo ſequũtur rugitus, flatus, qui dum aſcendunt ad os ventriculi, faciunt vt percipiat primò caliditatem circa os ventriculi, qui poſtea flatus à fortitudine oris retruduntur ad fundũ ſtomachi, vnde circumuoluuntur iſti flatus. Ergo propter iſtam humiditatem exiſtentem in fundo ventriculi cibus non bene continetur, propterea B fiunt flatus, & rugitus, quia calor innatus, quamuis in ſeipſo bene cõcoquit, non poteſt tamẽ concoquere, ſicut oportet, quoniã ventriculus nõ poteſt cibum amplecti, ſicut debet. Ac quod res hoc modo ſe habeat, ſequuntur poſtea nõnulla ſigna. Primò eſt illud, quòd ipſe dicit, ſe edere multos flatus, nullum tamen per ſuperius, tantummodo per inferius. Et hoc eſt vnum, quòd potius in fundo ventriculi eſt affectio: deſcendit enim flatus ad partes inferiores, non ad ſuperiores. Eſt aliud C ſignum: dicit, quòd quando quieſcit, non videtur affligi, niſi parum admodum: ſed affligitur quãdo mouetur, & quò intenſius mouetur, eò magis affligitur: cuius ſignum quoque eſt, quia cibus non poteſt concoqui à ventriculo, quia non amplectitur: & dum quieſcit, melius amplectitur, & melius concoquitur cibus. Quòd ſi eſſet ratione frigiditatis affectio iſta, potius à motu adiuuaretur concoctio, quia ex motu augetur calor: ſed hîc cõtrarium accidit, quoniam ex motu ſæuiora ſe- D quuntur ſymptomata. Audio etiam quòd iſte nobilis vir multas egerat humiditates. Et ita omnia ſigna videntur potius atteſtari humiditatẽ quàm frigiditatem. Et quòd illa ſit potiſsima cauſa huius diſpoſitionis, deinde ipſa temperatura, hoc idem videtur teſtari. Eſt enim humidum corpus, & etiamſi caliditatem habeat, habet etiam non minorem frigiditatem, quia pingue olim fuit, nunc verò arefactum magis, quàm prius, cùm deficiat circa cibum, quòd parùm comedat, cùm E antea bis in die comedere conſueuerit. Sed hîc difficultas eſt, cùm humiditas, & non frigiditas principaliter hîc peccet, non immeritò aliquis quærere poſſet, Vnde eſt illa fames, de qua loquitur? Nihil enim magis extinguit famẽ, quàm humiditas. Facilè hoc ſoluitur, nam cùm in ore ventriculi, circa quod fit fames, non fit affectus ille, ſed in fundo, non propterea neceſſe eſt, vt afficiatur locus, in quo propria paſsio famis. Et ideo bene adhuc conſiſtit, quòd humiditas ſit in fun- F do, & tamen nihilominus ſentiat famem, & naturalem: cùm enim hepar admodum calidum habeat, quod plurimùm abſumit, ideo indiget multo cibo, præſertim cùm etiam aſſuetus ſit tali cibo vti: cumque non habeat cibum idoneum, neceſſarium eſt, vt fameſcat. Vnde dicit quando parum cibi manè ſumpſerit, valdè fameſcit, & quaſi rabie quadam afficitur, quia eſt inanitio, quæ facit famem. Appetit ergo cibum, quia indiget eo. Sum igitur adhuc eius ſententiæ, quòd humidi- G tas potius ſit cauſa huius affectus, quàm frigiditas, licet conſecutiuè cum tanta humiditate calor quoque ſit diminutus, non in ſe, ſed quia humiditas ipſum obtundit. Hæc ſatis quantùm ad debilitatem vẽtriculi, tam ad cauſam eius, quàm ad ægritudinem. Quantùm ad morbum Gallicum, nihil de eo dicam, quoniam non curatur ille niſi ſuo antidoto, & ideo cùm appareant eius veſtigia, valde eſt aduertendum, ne aliis ægritudinibus aſſocietur: aſſociatur autem ferè omnibus, ac illas longas, ac pertinaces ad curandum reddit. Contrà fieret cæteris paribus, vbi non adeſſet morbus Gallicus. Et propterea de hoc morbo admodum debemus eſſe ſoliciti, etiamſi præcipua quæſtio ſit de affectione ventriculi.

De Prognoſtico nihil aliud dixero. Si volet curari, quotuplex erit curatio? Vna debetur morbo præſenti, altera futuro, quæ potius præſeruatio eſt: nam, vt audio, aliàs curatus fuit ante ſeptem & octo menſes, non tamen præſeruatus. In curatione duo facienda ſunt: primùm, vt curetur à præſenti ægritudine, qua laborat: ſecundum, vt præſeruetur, ne amplius in eam incidat. Prius tamen, quàm ad hæc veniã, vnum dicam: quòd inter reliqua ſigna, quæ faciunt me credere humidam intemperiem in ventriculo eſſe, fuit aſſumptio decocti ligni, quia illa aſſumptio maximam vim habet exiccandi: eſt enim valdè ſiccũ, & non ita calidum vt ſiccum, propter partes terreſtres plurimas. Ex illo igitur exiccatus fuit ventriculus, & ſanus tandiu vixit, quàm diu fuit inanita humiditas propter decoctum ligni: ſi autem intemperies fuiſſet frigida, propter decoctũ ligni, ventriculus frigidior eſſet factus, & ex hac aſſumptione potius deterior eſſet effectus. His ita ſe habentibus, quomodo curanda præſens ægritudo? Dico, quòd non erit efficacius remedium, quàm decoctum ligni. Primò enim de ſuſpicione morbi Gallici non eſt dubium, quòd nullo alio quàm hoc ſolo decocto curari poterit. Secundò, cùm ſit humiditas ſuperflua in ventriculo, nemini eſt dubium, quòd exiccabitur hoc decocto. Ergo decoctum hoc duas reſpiciet ægritudines. Purgarem quidem corpus ante eius exhibitionem, ſed benignè, non purgantibus illis medicinis, quæ ſolent præmitti morbo Gallico. Eſſem contentus lenitione & ſyrupis, vt de abſinthio, oxymelle ſimplici, & quieſcerem inter duos ſyrupos, ad præparationem ipſius ventriculi. Decoctum cum quo dari debẽt ſyrupi, poſſet eſſe ex cichorio & abſinthio, ſi vellet tolerare propter amaritudinem: ſed non curo multũm de aquis, quia ſufficeret ſyrup. ſolus propter maiorẽ morã, quam in vẽtriculo faceret, quàm aqua, quæ citò penetrat. Poſtea purgabitur cũ rebus benedictis, in quibus nulla eſſent ſcammoniata, vel ſolutiua, ſed cum rhabarbaro. Facta purgatione, accederem ad decoctum ligni. Iniungerem leuem diętam, vt comederet carnes hœdi, vel caponum, & in modica quãtitate. Biberet vinum pauciferũ, non cum aqua ligni commiſtum, quia ipſum deſtrueret. Vbi erit poſtea curatus à morbo Gallico, ſi vellet ſuſtinere ſanitatem ſuam, & eam conſeruare, vteretur alio regimine, & penitus abſtineret à coitu, quo nihil magis ventriculum debilitat, & in aliis rebus non naturalibus haberet optimam rationem. De curatione nihil dubito, verùm multò magis de præſeruatione.

CON-

CONSILIVM CCIII.

De ventriculi imbecillitate, dolore ac flatu, cum multis alÿs ſymptomatis, præcipuè renum & podagricis affectionibus, pro illuſtri Hiſpano.

OMNIA ſymptomata vel accidentia, de quibus conqueritur Illuſtriſsimus Dominus, iudicio meo ad cauſas intrinſecas duas ſunt redigenda. Quę tamen cauſæ fomentū incrementumq; à cauſis extrinſecis nactæ ſunt, & continuè nanciſcuntur. Interiores ergo cauſæ ſunt: frigiditas ventriculi maior quàm expedit, & exceſſus caliditatis in hep. & renib. & toto venarū ambitu. Ex his duab. cauſis efficitur, vt prima coctio ſit diminuta, & pituita, quātitate & qualitate excedēs dominetur, colligaturq; in vētriculo & ſubinde diſtribuatur, primò ad venas meſaraicas, & deinde hepar, ibiq; plures variaſque efficiat obſtructiones: exceſſus autem caliditatis in hepate & amplitudine vaſorum, quæ neceſſariò talem temperaturam conſequitur, multiplicat ſanguinem, bilemq; aduſtam, ac præterea pituitæ partem diſtributam, craſsiorem calidioremque reddit. Cùm igitur maſſa ſanguinis expurgatur, attrahiturque ſeroſa humiditas ad renes, propte ſimul excernuntur, ex occaſione amplitudinis venarum, reliquę quoque ſuperfluitates pituitoſæ & aduſtæ: dumq; in renū anguſtiis immorantur, vlterius aduruntur, vnde & calculi arenæq; plurimæ generantur, quæ poſtea per vrinarios meatus ad veſicā delatæ, & cōfertim ad ceruicem ipſius infarctæ ita cōcludunt meatum alioqui anguſtū, & interim vrina prorſus retineatur tādiu, quàm diu plurima vrinę copia impetu facto erumpat: ſed antequàm erūpat, dolor circa illas partes excitatur ex arenularum aſperitate & acrimonia, dolorq; ille maior & minor efficitur, prout etiam excrementa illa retenta quātitate plura aut pauciora ſunt & mitiora. Pituita autē in ventriculo collecta, & occluſa in venis meſaraicis dum intumeſcit, & in ſpiritus flatuoſos vertitur à calore agitata, varios affectus producit. Nam vbi ſpiritus inter tunicas cùm vētriculi tum inteſtinorū recluditur, dolores excitat vel cholicos vel cœliacos, prout ventriculum vel inteſtina occupauerit: pars verò eiuſdem ſpiritus, quæ repentè & confertim traducta per hepar ad renes detruditur, dolores excitat nephriticos, modò in dextro, modò in ſiniſtro rene, frequentius tamen in ſiniſtro, quoniam pars illa imbecillior eſt: qui vbi amplior maiorque efficitur, communicat etiam & protruditur vſque ad ſpatulam humeroſq; eiuſdem lateris, obſeruata rectitudine tranſitus, ſiue neruos ibi exiſtentes, ſiue venas aut arterias, aut etiam iſta omnia ſimul occupauerit. Vbi verò ſpiritus ille, & vapor ad ſuperiores partes confertim detruditur, ſuffocationes efficit maiores vel minores, prout maior vel minor copia vaporum fuerit. Quòd autē huius ſuffocationis cauſa ad dictos vapores ſit referenda, præter alias rationes hoc maximo iudicio cōprobatur: quoniam ſicut velociſsimè inuadit, ita etiam velociſsimè reſoluitur, quod quidē eſt

A flatuoſæ materiæ proprium, non corpulentæ & craſſæ. Cui etiam rei adſtipulatur prima illa origo ſuffocationis, quæ inuaſit à commeſtione lacticiniorum, & vini diluti, cum oliuis, quę omnia proculdubio ſpirituoſa admodum flatulentaq; ſunt cibaria: neque ratio aliunde petenda eſt podagrici doloris, dextri pedis pollicem occupātis, quàm ab illis prioribus duabus cauſis, frigiditate ſcilicet ventriculi pituitam generantis, & caliditate hepatis in quo bilis generatur, ex quo viæ & B meatus ampli progrediuntur, per quos commodè poſsit tranſire materia. Conſentaneum autem rationi eſt, vt craſsior quidem humor ad pedes deorſum deſcēdat: leuior autem & flatuoſior ſuperiores magis partes appetat: quòd autē magis occupet pedem dextrum quàm ſiniſtrum, cauſa eſt, quoniā ab hepate per venas talis materia deſcendit, vnde ſeruata rectitudine, quæ naturæ familiariſsima eſt, dextram potius partem quàm ſiniſtram inuadit. Hæ ſunt cauſæ intrinſecæ omC nium horum ſymptomatū, quæ morbi ab illuſt. D. appellātur numero 8. vrinæ quædam ſuppreſſio & ardor. Secundò, ſuffocatio nocturno tēpore à primo ſomno repentè occupans. Tertiò, dolor renis præcipuè ſiniſtri. Quartò, dolor ſpatulę ſiniſtræ. Quintò, dolor vētriculi. Sextò, vētoſitas & oppilatio, vt ipſe vocat, quæ videtur permanere in fundo ventriculi, & còlo inteſtino. Septimò, cōtinua ſtomachi imbecillitas. Octauò, dolor podagricus remiſſus in pollice pedis dextri. Iſtæ auD tem duæ cauſæ quas intrinſecas diximus, plurimùm adiuuantur & fouentur à cauſis extrinſecis malè applicatis, vt aere, cibo & potu, exercitio incōgruo, venere, & reliquis aliis cognatis. Vtrum autem frigiditas ventriculi, quam prędiximus, & hepatis caliditas fuerint D. ſuæ cognati, & naturales affectus, an aduenticij? De hepate quidē facilè dixerim caliditatem eſſe cognatam, de vētriculo autem non ita cōſtat. potuit enim facilè cùm propter vehementia ſtudia literarū, tum propter E venerem, aut propter alias immodicas mutationes, quæ frequentiſsimè in humana vita contingunt, præcipuè quæ libera non eſt, ſed negociis rebuſq; agendis addicta, ad talem intēperiem deduci. Hæc igitur dicta ſint de cauſis illorum omnium ſymptomatū, tam intrinſecis quàm extrinſecis. Supereſt nunc, vt de præſeruatione futurorum agatur, & de curatione præſentium: & quoniam vt ſententia Galeni eſt iiſdem remediis pręſentem morbum curamus, quibus à futuris præF ſeruamus, ideo maxima ex parte quæ de præſeruatione dicentur, ad curationem transferri poterunt: fiet autem potiſsimè præſeruatio cùm his quæ calorem innatum conſeruant, quo totū animal gubernatur: neq; enim excedere poteſt in eo corpore, vbi calor naturalis dominatur, alicuius membri vel caliditas vel frigiditas: calor innatus conſeruabitur, ſi recta ratio in ſex rebus extrinſecis occurrentibus obſeruabitur. Primò igitur cauebit illuſtriſs. Dom. ab omni aeris exceſſu ſiue G calido ſiue frigido: frigidus intemperiem ventriculi & cerebri augebit, calidus hepatis, renum, & venarum: & eadem omninò ratio eſt de cibis ſeu calidis ſeu frigidis. Labores verò atque animi ac-

ciden

cidentia ſi moderata fuerint, calorem naturalem A
excitabunt, concoctiones diſtributionesq́; adiu-
uabunt : ſi deficient, torpidum frigidumque to-
tum corpus efficient: ſi exuperabunt, primò qui-
dem calor igneus excitabitur, & naturalis dimi-
nuetur : poſtea verò vbi maior fuerit exuperãtia,
calor etiam igneus reſoluetur, & torpida ſucce-
det frigiditas. Ergo in omnibus exceſſus eſt vitã-
dus. A ſomno merid. quàm maximè oportet ab-
ſtinere, inde enim caput repletur; deſtillationes
excitantur, vnde poſtea illuſt. D. affectus foueri B
adaugeriq́; poſsint. Egeſtiones alui maximè ſunt
procurandæ: inde auerſio ad contrarias partes ac
præterea euacuatio excrementorum paratur, ad
hanc lenitionem ſummè probauerim frequẽtem
vſum hieræ ſimplicis Galen. de 6. reb. Nam ex hac
ventriculus roborabitur, obſtructiones aperien-
tur, hepar euentabitur, excrementa ſimul auer-
tentur, & per inferiora ducentur : quæ omnia in
hoc corpore à nobis quàm maximè ſunt expe-
tenda. Erit vſus hieræ, vt accipiat ʒ.j. in catapotij C
formam redactam, hora ante cœnam, bis in ſepti-
mana: ſed & aſſumptio terebinthinæ vel laracinæ
lotæ, totidem quidem vicibus, ſed horis ſumendi
immutatis : manè enim aſſumi ſolet 3. horis ante
prandium, aſſumendi quantitas circiter ʒ.ij. Hæc
in aliis quidem non inferior hiera, in ventriculo
tamen corroborando longè imbecillior. Quantũ
verò ad nutrimentorum ſubſtantiam, etiam me
tacente intelligendum arbitror, vt cibos potusq́;
eligat optimi ſucci, non facilè corruptibiles, & D
qui citiſsimè concoquantur, diſtribuanturque :
tales ſunt carnes hœdorum, caſtratorum iuue-
num, vitulorum lactantium, pullorum atque a-
uium campeſtrium iuniorum, quales perdices
ſunt, phaſiani & paſſerculorum omnium mõta-
na genera : turdi etiam, ficedulæ & columbarum
pulli non ſunt aſpernandi. A piſcibus abſtinen-
dum conſulo, à lacticiniis, à paſtilibus, à legu-
minibus, à carnibus antiquis & ſalitis, ab ouis
vel duris, vel antiquis, vel ſartagine decoctis, ab E
acetariis crudis abhorreat, ſed præcipuè à cibo-
rum varietate, imò vnico cibo contentus ſit: cru-
ditatem etiam effugiat, nihil enim ea peſtilentius.
A Germanicis compotationibus commeſſatio-
nibusque quàm maximè abſtineat : vinum verò
eligat purum, ſubtile, lucidum, colore mediocre
inter nigrum & album, minimè acerbum, ſed ne-
que dulce, medij enim ſaporis, coloris, & poten-
tiæ eſſe oportet, quod etiam parcè bibat, & inter
prandium & cœnam à quocunque potu omni- F
no abſtinebit. Vbi hæc ritè peregerit, ſciat maxi-
mam partem ſuæ non tantùm præſeruationis,
ſed etiam curationis tranſegiſſe. Quantùm verò
attinet ad pharmaciam, ſuademus illuſt. ſuæ do-
minationi bis ſingulis annis purgari, Vere in-
quam & Autumno. Purgationem Veris ita fa-
ciendam ſtatuerem circa quintum diem Martij
non impediente lunæ coniunctione, triduoq́ue
ante præparato ventriculo cum tenuiori victus
ratione: manè ſumat tribus horis ante prandium G
leue pharmacum ita habens.

R. Florum caſsiæ ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.

A Cum ſaccharo fiat bolus, ſequẽti die ſyrupum
aſſumet ita habentem.

R. Syrupi de abſinthio
De cichorea Nicoli cum rhabarbar. anà
vnciam vnam
Decoctionis liquiritiæ
Saluiæ
Betonicæ ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo & ſic pro aliis. Deinde

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
B Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.

Cum aqua betonicæ fiat potus, ſumat in auro-
ra cũ cuſtodia, die immediatè ſequente ſeptimũ
ſyrupum : poſtridie verò accipiat zacchari roſati
ʒ.ſimpl. hora ante cibum manè & ſerò, atque ita
perſeueret per dies quindecim. In hac tamen pur
gatione Veris laudarem, vt ſanguinem mitteret à
vena hepatis ad ℥.8. vel 10. Autumno autem eã-
dem prorſus repetet euacuationem, ſang. tamen
miſsionem omitteret : in reliquis annis tempori-
C bus inter ambas euacuationes vtatur illuſt. S. D.
bis in menſe, aut ter ad ſummum, ad præſerua-
tionem pillul. quæ ita habent.

R. Sandalorum citrinorum
Roſarum rub. Garyopyllorum
Nucis muſcatæ ana ℈.iiij.
Aloes electæ
Rhabarbari ana ʒ.vj.

Pulueriz ẽtur omnia per ſe, deinde miſceantur,
poſtea aſpergãtur ſucco roſarũ puro : poſtea per-
D mittantur exiccari, & ita iteretur ſepties. Deinde
cum melle roſaceo fiat magdaleon, de quo ſingu-
lis vicibus fiãt pillulæ tres, põdo vnius drachmę
ſumendæ hora ante cœnã. Laudo prętera vt iti-
dem bis in menſe ſumat quatuor horis ante prã-
dium, optimi mithridatici in bolum redacti, vel
in pillularum forma ℈.ij. & ſuperbibat tantum vi
ni aromatici, quantum caperent cochlearia duo.
Vẽtriculum muniri quidem ſuaderẽ pãnis lineis
duplicib. quantũ ſufficeret ad calorẽ optimè reti-
E nẽdum & conſeruandũ: qui quidẽ pãni linei quã
maximè puri, & ab omni ſorditie liberi ſeruaren-
tur. Apponere verò cerata ex maſtiche, ſiue ex
quacunq; alia materia ad vſum cõtinuũ, ego pror
ſus nõ laudauerim, quicquid alij velint dicere : e-
xugũt enim talia omnia longo vſu humorem na-
turalem, ita vt tandẽ refrigeretur ventriculus: nã
de gutture vulturis, pellibus leporum, & aliis
huiuſmodi nimil aliud dixerim, niſi eſſe apertiſ-
ſima impoſtorum commenta, quibus ignoran-
F tiam propriam velare nituntur. Quantum atti-
net ad emplaſtrum diachilon, laudauerim qui-
dem, ſi diſcutiendus eſſet tumor, vel abſceſſus ma
turandus : ſed in caſu noſtro de renibus propoſi-
to, putarim hoc eſſe ſuperuacuum, neq; aliud in-
commodum nobis faceſſeret. Zuccarum modicè
ſumptum, ego quidem non improbauerim : vi-
num vbi dilui oportebit, aqua erit diluendũ fon-
tana, quæ maximè tenuis ſit, & nullius qualitatis
particeps: vbi iſta non habentur, copiamq́ue ha-
G buerit aquæ recẽter deſtillatæ, limpidæ & puræ,
minimè putridæ, laudarim quæ ex betonica, vel
abſinthio, vel ſaluia ſublimabitur. Aqua ligni
indici vbi corpus exquiſitiſsimè purgatum eſſet

(hoc

(hoc enim admodum eſt neceſſarium) verno tempore aſſumendum conſulerem, quoniam mirum in modum ventriculum corroborat, inteſtina & renes. Quòd ſi præceſsiſſet etiam ſuſpicio aliqua morbi alicuius ad nos non relati, tunc omnibus numeris hác decoctionem profuturam iudicauerim. Admoueri igni, & ex lignis præcipuè mitioribus, quales ſalices ſunt & vites, hyberno tempore maximè laudo: nihil enim frigore in hac præcipuè ætate, & ad hos morbos deteſtabilius puto. Exercitium tunc obeundum puto, quando decoctio exquiſitiſsimè facta eſt in hepate aut venis: quod quidem præcipuè habemus matutinis horis, ſit autem exercitij terminus anhelitus mutatio manifeſta: placet autē vt ſuperiores partes magis exerceantur quàm inferiores. Equo inſidere tunc optimum eſt, cùm renes & totum corpus fuerit expurgatum: aliis temporibus non ita tuta equitatio eſt. à cœna & prandio negociis tutò non vacabitur, niſi vbi ventriculi concoctio exactè fuerit perfecta: id verò fieri non poteſt etiam in validioribus, niſi poſt horas quatuor, à cibo ſumpto. Poſt cœnam ſomnum capiendum conſulo, non niſi horis duabus peractis: ita vt interim ſua illuſtriſsima dominatio ſuauiter deābulet aut ſtet, non ſedeat, caput manè fricet pectine & ſpongia. id verò fiat in aere tepido ac minimè frigido.

CONSILIVM CCIIII.

De vomitu cholerico cum ſingultu, in colloquio.

ISTORIA morbi à Frizimelica recitata. Habemus ægrum in ætate conſiſtente, temperaturæ calidæ & ſiccæ, qui laborat vomitu, & nauſea: vomit materiam cholericam aduſtam, tendentem ad nigredinem interdum. Iracundia vehemens eſt. Incidit in hunc morbum ex potu maluatici, vnde crediderim inflāmatum iecur generare plurimum bilis & adurere ſanguinem: ob id etiam ventriculus debilior, adeò vt ex conſenſu nonnunquam incidit in ſyncopas. Non habuit beneficium vētris, cùm tamen ſint exhibitæ pillulæ & clyſteria. Primò velim ſoluere aluum cum clyſtere leuiori ex oleo, melle roſato, vel ſaccharo, atq; electuario aliquo, diaphœnic. vel caſsiæ, idq; pro euacuatione, & diuerſione. Secundò, pro refrigeratione hepatis darem ſyrupum de endiuia, cum decocto endiuiæ. Cibum inſtituerem leuem, panem lotum cum contuſo, vt conſulatur virtuti.

MONTANVS.

Conſtat hic eſſe maximum vomitum materiæ bilioſæ, pituitoſæ, atque etiam aduſti humoris, vt ex colore apparet, quem aliquando nigrum eſſe aiunt: primò viſcoſa acria, & amara vomuit. Eſtque hic morbus ſpecies quædā cholericæ paſſionis, in qua tantùm raptus materiæ eſt ad orificium ventriculi. Ortus autem eſt à ſuis cauſis, ab hepatis caliditate, quod primū in ſeipſo tale fuit. Eſt enim bilioſus valde, deinde etiam propter inordinatam victus rationem, & accidentia animi grauiſsima. Bilis acuta eſt, quia facillimè, & præ-

A ter omnem rationem iraſcitur. Egeſsit primò humores acres, admiſtos plurimæ pituitæ, ſi ſinceri fuiſsēt, & atri, fortaſſe lethale eſſet, vt & Hippocrates oſtendit, præſertim in vomitu. Sed ſalus eius fuit, quòd eſſet admiſta cum plurima pituita, & quidem ita admiſta, vt tota illi eſſet vnita, atque hoc modo obtunderet penitus acrimoniam humorum illorum malignorum. Et cùm egeſſerit plurimam materiam, nihilominus tamen patitur etiam ſingultum, qui, ſicut ſcitis, non tantùm fit B ex repletione, ſed etiam ex acrimonia, ſicut & Galenus recitat ſe ſæpe habuiſſe ſingultum ex commeſtione piperis. Quare ex ſingultu etiam colligimus acrimoniam humorum in ventriculo contentorum.

Cura. Iuberem vt pararetur, & nunquam deficeret ius gallinæ pinguioris, vel pullaſtri, quod tantū non eſſet gallus, ſed gallina, vel capo, & tale ius biberet continuò pro ſiti quantum vellet: & ſi vomeret, rebiberet: alterabit enim & rectifi- C cabit humores, & bibat quātum poteſt. Cibus ſit chondrus, id eſt, far bene coctum, vel oryza, quæ decoquantur, vt Galenus iubet, cum fruſto cidonei, vel mali granati, vt obtundatur acrimonia humorum, vel ptiſana, vel oryza cum iure pulli pingui. Hodie quia nimis tardum eſt, fiat panatella, & habeat brodium pulli, quo nihil præſtantius in paſsione cholerica, alterat, obtundit acrimoniam humorum, abluit & rectificat. Si modò cras voletis dare ſyrupos de endiuia, roſis, cicho- D rio, aut talia quædam quæ aperiant obſtructiones, & diuertant per vrinam, non improbo: ſed nūc bibat ius pulli. Veſperi poſtea hęc ordinauit:

℞ Florum chamæmel. M. ij.
Roſarum M. s.
Seminis fœnugræci
Seminis lini ana. ʒ. s.
Anethi M. j.

Bulliant in vino & aqua ana partes equales ad tertias, & cum ſpongia fiat fomentatio.

E ℞. Olei chamæmelini ʒ. ij.
Maſtiches
Roſati completi ana ʒ. s.

Cum modico ceræ fiat linimentū pro ſtomacho. Altera die cùm vomitus perduraſſet, & ſingultus etiam & per clyſterē educta eſſet materia viſcoſa, & viridis ſeu bilis vitellina: Montanus, qui materiam non tantùm in ventriculo contineri, aut cauitatibus eius adhærere ſuſpicabatur, ſed intra tunicas imbibitam maximè circa os ventriculi, & F heterogeneam: ideo hiera eam educere voluit, quæ ad hoc valet mirabiliter, & addidit caſsiam pro euacuandis humoribus craſsioribus, & temperanda mordacitate, ſi qua eſt in aloe, & acrimonia ſpecierum.

℞. Specierum hieræ ʒ. ij.
Florum caſsiæ ʒ. s.

Miſceantur cum ſaccharo, fiat bolus, ſumēdus media hora ante prandium. Et veſperi perdurāte vomitu ordinatus ſyrupus.

G ℞. Syrupi de endiuia ʒ. v.
De abſinthio ʒ. iij.

Miſce, ſumat lambendo, cum cochleari ſæpius. Et fuit reiteratus clyſter, qualis heri datus.

℞. Aquam

R. Aquam decoctionis coriandri, & pro qualibet libra aquæ ℥.ij.
Granatorum vini
Oxymellis ſimpl.℥.s.

Pro potu. Voluit vti victu tenui. Laudauit præcipuè chondrum. In tota Italia dixit vinum non eſſe peius marzamino,propter varias eius facultates: aſtringit,eſt dulce,acerbum & craſſum. Vinum granatorum optimũ aiebat in deliquiis ex morſu ſtomachi.

Consilivm CCV.

De magna alui adſtrictione, quæ per ſeptem dies durauit.

Robavit Montanus clyſteria lenientia ex oleo ſimplici & butyro, vel oleo liliorum alborũ,camomillę,anethino ana partes ęquales,quod in hoc caſu non tranſcendendum exiſtimauit. A clyſteribus acutis in principio cauendum, quia plus exiccant. Medicinæ etiam trahentes non exhibendæ: dum enim à ſuperficie ad centrum trahunt, & viæ non ſunt apertæ, augetur materia & malum creſcit. Singulis diebus bibat ſcutellam brodij, in quo decoctæ maluæ M. j. vel maluæ, mercurialis & betæ ana M. j. Per os poſtea exhibuit olei amygdalarum dulcium, amygdalarum amararum ana ℥. iiij. & deinde aſſumat drachmã pillularum de aloe ſimpl. Cùm doloribus ventriculi ex flatibus, poſt clyſteria lenientia præmiſſa iam antè & non operantia, cruciaretur, per os exhibuit ſpecierum hieræ ſimplicis Galeni ʒ.j.fiant pillulæ ʒ. poſtea ſuperbibat olei amygd.dulcium, amygd.amarar.ana ℥.v. & quieſcat. Non ceſſante dolore, iniiciatur clyſtere ex oleo communi butyro,vino maluatico ana ℥.v. quod cõtineat quãtum poteſt. Si neq; hoc iuuet, addes clyſteri iam dicto vnciam vnam hieræ.

Consilivm CCVI.

De monacho colica laborante.

NcidERAT monachus in febrem: medicus qui tum accerſitus erat, ante coctionem mouerat materiam: & hæc quia non erat ſatis euacuata, in inteſtinis coaceruata, dolores colicos excitauit, antè verò quàm quicquam fieret, cenſuit Frizimelica clyſteribus ſubducẽdam aluum,& communibus ad eam rem vtebatur, cupiens poſt euacuationẽ incidere venam, vt hoc pacto febri quoque mederetur facilius. Acceſsit & Montanus. Pulſus erat magnus & tardus, ob virtutem oppreſſam à multitudine materiæ: quare illi hoc iubebat parari clyſtere.

R. Olei chamæmelini
Amygdalarum dulcium ana ℥.ij.s.
Caſsiæ nouiter extractæ ℥.j.s.
Hieræ picræ ʒ.iij.
Mellis roſati ℥.ij.

Miſce, fiat clyſter addito decocto communi. Clyſtere ſupra modum dura ſquibala eduxerat, & copioſè: ſed quoniã pulſus valde inordinatus erat,& rubra vrina & craſſa,vt quæ materiæ mul-

A titudinem in venis quoque cõtineri ſignificaret, iuſsit denuò idem clyſtere adminiſtrari, in cibis ſeu iuſculis decoqui radicem cichoreæ, propter attenuationem & inciſionem materiæ groſſæ. Eademque intentione exhibendum cenſuit ſyrupum cichoreæ & betonicæ ana ℥. j. vnà cum decocto.

Consilivm CCVII.

De ventriculi & colico dolore ac diarrhœa.

B Ivis nobilis Patauinus, Doctorem ad ſe accerſitum miſerat, qui de eius cõſtitutione ita nobiſcum commentabatur: Complexio eius eſt calida & humida, vt ad oculum apparet: nec dum annum quadrageſimum, vt opinor, egreſſus eſt. Is iam inde vſq; ab ineunte ætate variè ſe exercuit, nec quicquam minus potuit, quàm in ocio tranſigere ætatem, quare in militiam profectus ſtipendia diu fecit. Abhinc annis duobus exercitia primùm o-
C miſit,& ocio ſummo ſe dedidit corrumpendum: quare etiã homo iſte variis eſt mutationibus obnoxius. Nuper dolore vẽtriculi laborauit, & colico, ex quibus iuuante diuina clementia conualuit. Nunc verò de lapide renum & dolore haud mediocri conqueritur. Atque altera iam dies eſt, ex quo fluxu ventris laborare cœpit: & quemadmodum videtur, deiicit craſſam pituitam cũ bile ex clyſteri, quo materiam peccantem moui. Præſcripſi deinde diætam optimam, ac inunxi ven-
D triculum oleo maſtichino. Sed quia omnis materia nec dum excreta erat, ſequebatur ventris rugitus,& dolores alij: quare clyſtere ordinaui ex hordei decocto, cum melle roſato ſolo. Ad hæc mala etiam acceſſere dolor, vigiliæ, ſitis. Sed quẽ diſcurſum quis habere poſſet in hoc caſu? Tria autem in primis ſunt conſideranda, quod paſsim Galenus inculcat: Res naturales, præternaturales, & aer ambiens. Aliis omiſsis conſideremus ſymptomata, quæ primùm conſideranda veniũt,
E & nos in cognitionem tum morbi, tum cauſarũ inducunt. Symptomata verò ſunt, dolor ventriculi, & colicus, ex intemperatura nimirum, cum materia ſcilicet eò delegata, quia egerebat copioſè, propterea quòd non exerceretur vt antea, & ideo copioſa & craſſa egerebat. Deinde fluxus ventris eſt ſymptoma, quia exiens eſt mutatum: atque is eſt diarrhicus. De lyenterico Galenus multa quinto Aphoriſm. lib.primo. Et lyentericum non eſſe, vel ex eo conſtat, quòd non incon-
F cocta, neque diminutè concocta egerat. Inconcoctiones & cruditatem hîc dicimus, vel quòd non digeſtæ ſunt materiæ, vel concoctioni contrariæ. At iſte fluxus promanat ex multitudine materiæ, quæ corrupta eſt,& quia multa, & quia calor naturalis imbecillis. Imbecillus verò eſt calor naturalis fact⁹ ob omiſſa exercitia, quæ eũ vel ſola accendunt: deinde quia in hac declinanti eſt ætate. Poſtremò, quòd ea ſuperfluitatũ excretio non fiat, quæ olim ſtantibus exercitiis fuit ob ca-
G lorem vegetum. Sed dicat aliquis, quomodo corrupta ſunt exremẽta, cùm non fœteãt? Non fœtent, quia non admodũ ſunt aduſtę fæces: corrupta verò à frigiditate poſitiua, quæ corruptionis

nón minus eſt cauſa, quàm calor extraneus. Hinc illud quoque eſt, quòd albeſcant, & ſint ſpumoſa aliquantulum. Atque eadem nunc eſt cauſa lapidis: nam calculi aut condenſantur à calore, aut quia materia craſſa congeritur. Quid nunc igitur faciendum? Tria potiſsimùm: euacuandum eſt corpus primùm, deinde membra ſunt alteranda: tertiò præcipienda ſunt illi vſitata exercitia. Membra autem alterari non poſſunt, niſi corpus prius purgatum ſit: itaque ventriculum corroborabo inunctione oleorũ, maſtichino, nardino, quibus addam etiam roſatum, propter corporis temperaturam. Ceſſante ventriculi dolore, obſtructiones vt tollam, ſumma ope nitar: id autem fiet ſyrupo de cichorea & betonica, quia materiæ frigidæ: atque hac de cauſa acetoſis ſuperſedebo. Deinde curabo purgari vberius corpus, aut hiera, aut elephantinis, quibus addam aut aureas, aut cocchias, prout materia fuerit pituitoſa. Poſt hæc alterationi ipſius ventriculi intendam, & dabo:

R. Diachalamenthi ℥.ij.
Aromatici roſati ℥.j.

Quod reliquum eſt, repetat ſua exercitia, aut vtatur diæta attenuante: id eſt, calida & ſicca, & veſcatur auibus paruis, & ſæpe hauriat oxymel.

CONSILIVM CCVIII.

Doctrina methodica de fluxionibus ventris.

SVPPONIMVS fluxionem ventris, vt aliàs oſtendimus, eſſe actionem læſam facultatis expulſiuæ ipſorum inteſtinorum. Vel igitur huiuſmodi læſio primogenio affectu inerit inteſtinis, vel aliunde communicabitur: ſi aliunde communicabitur, vel ad ipſa non tranſmittitur quod tranſmitti debet, vel defertur quod deferri non debet. Primò, dicamus non tranſmitti, quod eſt tranſmittendum: quoniam facultas motiua à cerebro deſcendens, aliqua occaſione intercipitur: ita vt omnes muſculi in recto inteſtino exiſtentes reſoluantur, & iam præter voluntatem continuè excrementa egerátur. Sicut contingit in epilepſiis, apoplexiis, & in aliqua interdum paralyſi. Hoc fluxionis genus ſub ſymptomatis ſenſu contentum, nomine caret, tanquam quod ſemper à ſua cauſa depēdeat, & eius curatione tollatur. Secundò, aut defertur quod deferri non debet: vel à cauſa extrinſeca, vt à cibis, vel quantitate, vel qualitate, vel ordine, vel tempore ſumendi excedentibus, vel ratione medicinæ nimium effrenis, violenter attrahentis humores, & mordicantis. Tertiò, vel ratione veneni aſſumpti colliquantis & putrefacientis. Quolibet horum ex propriis accidentibus & ex hiſtoria relata per ægros, vel aſsidentes cognoſcitur: vel fuit à cauſa intrinſeca, & tunc motus huius cauſæ vel erit naturalis, vel præter naturam. Si naturalis, critica hæc fluxio appellabitur, conſequiturque ægritudinem, nullo plerunque remedio indigens. Si præter naturam, id quod defertur, vel erit ſanguis, & hic vel ab hepate tranſmittetur ad inteſtina, ob alterantis potentiæ imbecillitatem: & ſi hæc imbecillitas fuerit ob caliditatē, ſanguis effluēs niger & craſſus videbitur: A ſin fuerit frigida, erit ſanguis tenuis, ablutioni carnis recenter mactatæ ſimilis: appellabiturque hic fluxus Hepaticus. vel defertur ab omnib. venis ob mutilationē alicuius membri, vel retentionem hæmorrhoid. vel menſtruorum, aut fluxus ſanguinis narium, eritq; defluens ruber & naturalis. Eſt autem vtraque harum fluxionũ ſine dolore, atque vbiuis à Galeno cruenta Dyſenteria appellatur. At ſi quod defluit, bilis fuerit, cum aliis quamplurimis humoribus, in extraneas qua- B litates à putredine mutatis, appellari ſolet hic fluxus nomine generis Diarrhœa: cuius notæ ſunt egeſtio bilioſa, cum prædicta humorum diuerſitate, dolor nunquam in eodem loco perſiſtens, ſed omnia inteſtina, modo hìc modò illic veluti lacerans & diuellēs, multitudo excrementorum confertior, totiusque corporis repentina extenuatio. Vel erit, quòd defertur pituita, quæ vel à ſtomacho aut cerebro deſcendit: & hæc vel ſalſa, vel acida, vel inſipida. Quæ à cerebro deſcendit, C dignoſcitur per ſigna deſtillationis aut catarrhi, appellaturque hic fluxus à recentioribus Cerebralis. Qui verò à ſtomacho fit, diſcernetur per inappetentiam, per nauſeam, per paucitatē ſitis, diceturque hìc fluxus Stomachalis. Si pituita erit acida, dolor erit moderatus, iuuabiturq; venter à calidis. Si inſipida, nullus omnino dolor infeſtabit. Si ſalſa, dolor erit vehementiſsimus, & ſitis, & ſæpe febris & abraſio inteſtinorum, quę ferè ſemper dyſenteria fit. Si quod defertur nigrũ D fuerit, vel ſuccus melancholicus purus non aſſatus, qui ob imbecillitatem ſplenis deiicitur: appellaturq; hic fluxus Splenicus, vel vt ipſi loquũtur, ſpleneticus: vel erit atra bilis generata, propter ſucci melancholici, vel flauæ bilis aduſtionem. Atque inde eodem die plerũque fit lethalis dyſenteria, cancrique inteſtinorum. At ſi fluxus ventris ſit primogenio affectu, vel erit ob malam inteſtinorum complexionē: & fluxus iſte à recentioribus Stercorarius, vel ſtercoroſus dicitur. Ne- E que enim inteſtina ob imbecillitatem continent excrementa, ſed creberrimè egeruntur. Notæ huius fluxus ſunt liquida, & non adeò fœtida egeſtio, ſub forma tamē ſtercoris, pituitæ commiſta; modicus ventris dolor, exiccatio ad egeſtionem interdiu frequentior quàm noctu, ac præcipuè ſumpto cibo. Quòd ſi talis mala complexio non inteſtina tantùm, ſed etiam vētriculum occupat, fluxio illa Lienteria, & aliquando Cœliaca appellatur, quæ maximè indicatur, quando cibus ſum- F ptus ſtatim egeritur, nihil aut parũ mutatus. Vel vitium erit in cōpoſitione, & tum generatur fluxus quem Chyloſum appellant, quando ſunt obſtructæ venæ meſenterij, quod indicat chylus, cũ ferè liquida egeſtus nullius aut pauci admodum fœtoris particeps. Vel erit ob cicatricem à dyſenteria in ſtomacho, aut inteſtinis relicta, euenitq; inde altera ſpecies lienteriæ, de qua loquitur Paulus. Vel erit ſolutio continui, id eſt, vlcera in inteſtinis, & hoc vel in ſuperioribus, appellatur- G que hic fluxus cōmuni nomine Dyſenteria: quē acerrimus dolor inteſtinorum continuusq; ſubſequitur, egeſtiones cruentæ & ſquammoſæ: vel in inteſtino vltimo, quod rectum dicitur, & eſt

Tenaſ-

Tenaſmus, qui cognoſcitur ab inani & ingenti excernendi deſiderio, dolori acri, ſedis loca torquenti. Notandum apud antiquos Cœliacum affectum ſumi pro lienteria, ac cum illa confundi quandoq; pro eo fluxu quem nos diarrhœam diximus appellari. Et hoc eſt neceſſarium, vt animaduertamus, & remedia diſtinguamus, quæ ab antiquis ad cœliacos ſunt deſcripta, quæ quādoque videntur oppoſita, ac reuera ita ſunt. Quoniam & cœliaci affectus nomen æquiuocū eſt ad diſpoſitiones contrarias.

CONSILIVM CCIX.

De fluxu ventris periodico, in colloquio.

MAGNIFICA Domina patitur ſymptoma ſimplex, eſtque fluor alui, qui tamen non eſt continuus: ſed modò per 3. dies, modò per 15. modò per menſem, quandoque, vt nunc, tribus diebus non egerit, hodie tamē fæces liquidas egeſsit, & ſic ęgritudo durauit ſex annos. Non autem curabitur, niſi cognoſcatur, vnde proueniat hic morbus. Inueſtigādæ igitur cauſæ huius morbi. Non faciam catalogum, quot ſint genera fluxuum. Primò verò ſupponam, quòd hic fluxus non procedat propter defluxum deſcendentem à capite, & irritatā aluum, quia nullo catarrho infeſtatur. Nec à toto corpore hic fluxus demanat, is enim diarrhœa dicitur, & eſt cum dolore inteſtinorum, quod hîc non fit. Relinquitur ergo, quòd ſit ratione viſcerum inferiorum, ventriculi, hepatis, lienis, inteſtinorum, & horum vel omnium, vel aliquorum. Ponam vnam concluſionem, vt ordinatè procedam, eamq; ſignis Pathognomoniacis probabo. Credo, quòd dependeat à ventriculo hic fluxus principaliter, & deinde etiam adiuuet aliqua diſpoſitio in hepate, & poſtmodum in liene: inteſtina nihil faciunt, niſi quòd cōtinuò hoc fluxu reddita ſint imbecilliora, quod fit in omni ferè fluxu, quoniam debilitata non poſſunt amplecti, ſicut cōuenit, nec bona fit retētio, ſequitur fluxio alui. Et hîc ſiue ſit exiccatio, ſiue aliud, neceſſariò eſt intemperies. Apparet enim aciditas in eructatione, quod ſignificat ventriculi frigiditatem. Item flatus & rugitus debilitatum calorem innatū indicant. Appetitus etiam deſtructus eſt, & nihil obſtat quin ſit frigiditas ventriculi, quia abundat pituita, quod apparet ab egeſtionibus. Sed qualitates paſsiuæ non facilè deprehēduntur, ſimus intenti ad actiuas. Intemperies ventriculi eſt, vel quia ipſius ventriculi ſubſtantia frigidior ſine affluxu materiæ: talem hîc eſſe nego, quia vbi eſt fluor alui, ob talem intemperiem frigidam, apparet chylus non bene concoctus, quod hîc non fit, tantùm pituita plurima apparuit. Ac cum ſit calidæ & humidæ temperaturæ, & maximè ęqualis membrorum omnium cōſtitutio, non veriſimile eſt vētriculum eſſe frigidiorem natura. Præterea, ſi eſſet ob frigiditatem, ex quo ſubſtantialiter inhæret, perpetuò hæc eſſet, & cōſequenter perpetuò hic fluxus duraret. Alia eſt intemperies ob affluxum materiæ, atque eam hîc eſſe dico. Ex affluxu enim materiæ frigidæ & humidæ, quæ imbibitur intra tunicas, & propter præſentiam huius affluxus, tunicę ventriculi non poſſunt ſuum calorem ventriculo communicare, vt bona fiat concoctio. Et ſi debet ventriculus rectè amplecti cibum, oportet vt mediocriter ſe habeat inter humidum & ſiccum. Si enim humidior, non retinebit propter nimiam lubricitatē: ſi ſiccior, non aptè amplectitur, & Gal. 3. de cauſis ſympto. dicit, Vbi ventriculus non bene continet, percipitur flatus, rugitus, grauitas & dolor ventriculi. Quòd hîc percipitur grauitas per ſe, ſignificat cibum nō bene contineri in ventriculo, rugitus ſignificat idem, & pręterea calorem eſſe diminutū. Sequitur deinde, vbi materia eſt imbibita intra tunicas, vt & appetitus deſtruatur: hęc enim facit ratione ſuorum vaporum ab ea aſcēdentium, vnde os amarum eſt, vt cibum nauſeet. Vbicunque ergo non bene appetitur, conſequenter non bene continetur: deinde non trahitur ad alimentū, quia calor circunſtantium partium eſt quoq; diminutus. Hic itaque fluxus eſt, & cuiuſcunq; generis coloris, plurimùm tamen cineritij, ob frigiditatem: vbi verò plus accedit putredinis, fit cœruleus: Gal. 3. de Facult. natur. Si conſideramus humores ſecundùm naturam, ſunt quatuor: ſi ſecundùm putredinem, quæ eſt præter naturā, nec à natura regulatur, ſunt infiniti. Hinc quoq; percipitur tēſio ventriculi, quandoque hæc materia intra tunicas tumeſcit, quandoque non, tūc ſcilicet, cū hęc materia eſt in profundo. Credo itaque principalem cauſam huius defluxus eſſe intemperiem frigidam ventriculi, ob materiam affluētem, quæ hanc materiam fouet. Hæc pituita continuò fouetur ſex annos, quod vix fieri poſſe videtur ſine ipſius ventriculi intemperie. Non nego hîc eſſe aliquam intemperiem ventriculi, ſed non tantā, quę immediatè cauſa ſit huius fluxus. Primò audiuimus, quòd habuerit plurima accidentia animi, quib. moleſtatur, quod maximè deſtruit calorem naturalem, & multiplicat tales hūmores omnes, quib. intumeſcit ſplen, & fiunt hydropici, quia ob vicinitatem hepar refrigeratur. Et quia hic ſunt ſigna abundare humorem melācholicum, hinc etiam ob membra adiacentia ventriculo, hic humor congregatus eſt. Quidam contendunt hunc fluxum eſſe hepaticū, & hepar habere dominium in hoc defluxu: vel propter obſtructiones, vel ob intemperiem, vel ob ſolutionē continui, fiunt fluxus hepatici. Dicunt hunc fluxum non eſſe ob intenſum hepatis calorem, quia Gal. κατὰ τόπους dicit, in tali caſu apparere fæces, vt in fluxu colliquatiuo, quaſi cibi & carnes colliquatæ, quod hîc non apparet. Dicit præterea Gal. vbi infrigidato hepate fit fluxus hepaticus, apparet diminuta ſanguinis coctio, & aquoſitas, nec bene à venis attrahitur, ſed regurgitat ad ventriculum, & fit vomitus ſanguinis: quod quidem hîc non eſt factum. Ergo non eſt fluxus hepaticus, neque ob intemperiem, aut propter obſtructiones hepatis. Itaque planè credo hanc pituitam in ventriculo collectam, obſtruere venas inter ventrem & hepar: hinc ob putreſcentes ibi humores varij coloris fæces apparent. Eſt quidem hic hepatis calor magnus, quod apparet ex vrina coloris aurei, & granulis referta: non tamē

tantus eſt calor, vt faciat fluxum colliquatiuum. Vtrum modò ſplen concurrat? Patitur mœrores animi: hinc collecti humores melancholici, qui etiam in egeſtionibus apparuerunt, nec eſſe poteſt, quin afficiatur ſplen affecto hepate, & ventriculo. Non eſt hic fluxus ſtomachicus: hic enim eſt ob intemperiem malam ventriculi. Eſt ergo hic fluxus ob humorē imbibitum in tunicis ventriculi: quando hic humor reſoluitur, ceſſat fluxus. Habet omnes operationes alias ſanas, quare etiam alia membra non peccant. Ventriculus eſt redditus quidem frigidior, talis tamen frigiditas non eſt cauſa immediata huius fluxus: quare fluxus non erit ſtomachicus.

Prognoſticum. Dico quòd poſsit ſanari, non tamen facilè, quia cum hæc pituita habeat ſuas vias paratas per tātum tempus, habitus aliquis in hoc tempore eſt factus, non tamen eſt adeò ſenex, quòd deſtituatur calore.

Cura. In hac cura duo aduertenda. Primum, cùm ſit periculum, ne incidat ventriculus in habitualem frigiditatem, quærenda remedia, quæ non infrigident ventriculum: hepatis tamē ratio habenda, ne calefiat, ſed potius alteretur ad oppoſitum, & ita temperabimus medio modo, vt principaliter ventriculus expurgetur ab iſtis imbibitis humoribus, ac poſtmodum corroboretur (quod difficilius erit euacuatione) ne rurſus incidat in peius. Accipiat aquam balneorum Patauinorum, quia hic facta eſt aliqua impreſsio frigida in ventriculo: potus itaque exiccabit vi ſulfuris, & mineralium ſubtilis ſubſtantia eſt in his balneis, quæ penetrabit ad eos humores exiccandos, ac ratione ſalis abſterget, & corroborabit vētriculum, ſumat tamen modicum aquæ, ne lædatur. Si curabitur hoc pacto, benè: ſi non, curandum, vt ventriculus ſemper ſit euacuatus ab hac materia: quod poſtea videbimus.

CONSILIVM CCX.

De cholera, ſcriptum à Hieronymo Schreibero Norico, 1546.

INCIDERAM in eam paſsionē ex potu vini, vt ego ſuſpicor, & quòd ſyrupos ex ſero lactis caprini ſumerē cum ſucco fumiterræ, non prius apertis viis communibus, quod ſerum in ventriculo remanens, flatus excitabat, & extendebat totum ventrem inferiorem, ita vt id in anhelitu etiā impedimentum ſentirem. Prima nocte quæ erat 2. Maij dolores augebantur, ita vt ſomnum impedirent, non planè tamen. Cùm ter ſeſe materia per ventrem euacuaret, die ſecundo quaſi pondus me in ventre geſtare ſentiebam, non curabā tamen, nec à cibo, neque à potu abſtinebam, noctu poſtea vapores caput petentes, ſomnum inſuauem faciunt & inquietū. Stercora me ex ipſis inteſtinis aſcendentia euomere ſomniabam, & alia neſcio quæ ſomnia, ſuccedit nauſea, & ea nocte octies vomitus per interualla cōſequutus eſt. Primò ea quæ veſperi comederā reiiciebam, vinum etiam redolebant, poſtea fumi terræ ſaporem & aloes etiā (eo enim veſperi pillulas acce-
A peram) mixta erat materia plurima & pituitoſa & cholerica, ita noctem peſsimam habebam & grauiā ſomnia: die ſubſequēti aluus etiam mota ter eſt fuſa. Venit Mōtanus & audita hiſtoria, videns virtutem ſatis conſtātem, voluit vt eo die brodij pulli biberem quātùm vellem ad obtundendam humorum acrimoniam: nec præterea aliquid comederem, niſi veſperi panatinam ſorbere cuperē, ac omnino quieſcerem, ne materiæ motus aliquo modo impediretur, aut cōtra, Aph. 20. prim. par-
B ticulæ fieret quæ iudicātur, aut iudicata ſunt integrè, &c. Ego me in lectū coniiciens quieui quātùm potui, & eo die præter brodia nihil ſumpſi, ſub veſperum ſemel adhuc, ſed parum vomui: poſtea ceſſauit vomitus, & aluus etiam ſiſtebatur, noctem habui quietam, non ita tamē vt præcedētem. Sequenti manè Montanus reuerſus voluit vt inciperē melius comedere, carnes pulli vel vituli, & bibere aliquid vini, ſed bene aquati, & ſi natura nihil amplius operaretur, vt eo veſperi ac-
C ciperē ʒ. ij. hieræ ſimpl. cum melle roſato in bolū congeſtæ, pro euacuatione reliquiarum à natura relictarū, ne quæ relinquerētur in morbis recidiuas facerent, 2. Aphor. 12. Noctu melius habere & quietius dormire cœpi: ac ſequenti manè 4. ſedes habui copioſas, materia educta bilioſa & maligna admodum, erodens etiam anum, ita vt aliquot diebus ea loca dolerent admodū. Poſtea conualeſcens conſului num de integro corpus purgandum: diſſuaſit illud, cū ſola diæta rectiori, id quod
D intenderem, efficere poſſem, ita conualui. Interrogatus ſequenti die quid agendum, ſi in tali vomitu & fluxu ventris virtus etiam deficeret? Reſpondit diſtinctè: ſi ſit ex acrimonia humorū infeſtantiū os ventriculi & ſyncopen exiccantium, ſubitò exhibēdum panē toſtum intinctū in vino granatorū, Maluaſio, vel vino aromatico ſi ex inanitione nimia, ob purgationem maximè, brodiis pulli aliqua ſubſtantiæ habentibus vtendum.

E CONSILIVM CCXI.

De cholera pro clariſsimo Frizimelica, 1546. Menſe Auguſto.

FRIZIMELICA in choleram morbū incidit, reuerſus ex itinere Tridentino, quòd fructus plurimos comediſſet, & aquam ſuperbibiſſet: erat enim abſtemius. Vocatus Montanus, videns eum in maximis doloribus, & extremis anguſtiis, & de
F ſeipſo deſperantem, voluit vt ſtatim exhiberentur hieræ ſimplicis drach. ij. cum drach. quatuor, electuarij lenitiui & ℈. ij. Mithridati, quod propter ſuſpicionem veneni addidit: ſed accepto vnico bolo, illum illico iterum euomit, & cùm ſentiret ſubleuationē, reliquos accipere noluit. Acceperat iam clyſterem ex communibus herbis, cum melle roſato, & diaphenic. ſed parum eduxit, quia non diu continebat: pro ſedandis doloribus ordinauit.

G ℞. Camomill.
Anethi
Abſinthij
Roſarum ana M. j.

Deco.

Decoquantur in aqua pro fomentatione loci cum ſpongia. Item:

℞. Olei chamomillini
Anethini
Roſarum complet. ana ℥. iij.

Ponantur in veſica, & applicentur calida pro fomentatione.

℞. Furfurum medianorum м. ij.
Olei camomill. ℥. iiij.
Vini optimi aromatici vel maluat. ℥. vj.

Miſce, fiat emplaſtrũ pro loco. ſi eſt ſiccius, addatur plus olei camomill. pro applicatione commodiori. Cibus panatina lenis, & potus brodium pulli quantùm vellet, & hoc & ſequenti die. Cordi fiat epithema ex ſpeciebus & aquis cordialibus contemperatis. Voluit his vteretur: etſi dolor non ſedaretur omnino, acciperet hieræ partẽ reſiduam, etſi neque tum ſedaretur, ſuperbiberet olei amygd. dulc. & amararum ana ℥. iiij. quod in extremis doloribus exhibere ſolet: ipſi verò fomentis quidem vſi ſunt, ſed pro medicamentis clyſteria tum exhibuerunt, manè dolores erant mitiores. Voluit Mõtanus exhibere hieram cum caſsia ſine mithrid. quia viſo vomitu videbant nõ amplius adeſſe ſuſpicionem veneni, nec flatuoſitatem, caſsiam non metuebant, cum ab hiera refrænaretur, & aliquid iam materiæ eductum, exhibitum fuit hoc.

℞. Hieræ. ſimp. ʒ. ij.
Florum caſsiæ ʒ. iiij.

Sed non retinuit, ſtatim euomuit cum bile etiã multa: datus paulò poſt alius clyſter acutus, in quo hiera picra erat. Veſperi aliquid ne dandum eſſet deliberabant. Stephanella eſſe aliquid dandum per os quod euacuaret, & quidẽ citò, quòd ſimilem paroxyſmum, vel paulò minorem ſaltem ſequenti die metueret, & ſe huiuſmodi acceſsiones in aliis vidiſſe dicebat. Fracanzianus nihil per os exhibendum putabat, quia corpus iam euacuatum per vomitum & clyſteribus, ideo cum clyſteribus rem agendam, cùm præſertim dolorem non amplius in ventriculo, ſed inteſtinis potius ſentiret. Montanus ſe harum quidem acceſſionum cauſas non videre, etſi enim pulſus in primo retractus viſus eſſet, non tamẽ febrim propterea neceſſariò eſſe, cum & æqualis ſatis, & calor mitis & ſuauis, non igneus, ſed humidus in corpore appareret. Poſsibile tamen eſſe, vt tale aliquid fiat, cùm in dyſenteria etiam acceſsiones de ʒ. in ʒ. viderit in nepote Capitanei. Voluit tamen dari aliquid per os, quòd clyſteria inferiora tantùm & craſsiora inteſtina ablueret, non ventriculum & inteſtina gracilia, niſi per attractionẽ ſteret, quæ in tam pauco momento, quo ęger clyſteria retinuerat, non erat poſsibilis. Vomitum præterea paucum fuiſſe, nec euacuatam materiã omnem, ipſam grauitatem ventriculi, & inteſtinis gracilibus dolorem, ipſum denique vitæ regimen, & plurimorum fructuum comeſtionem indicare: ideo dandum aliquid Mannæ, quæ educeret fœliciter humores ſubtiliores, & etiam aliquam partem craſſorum, in inteſtinis & viis cõmunibus contentam, ſine attractione, adeò benigniter, vt parum à cibo differret, datum man-

A næ ℥. ij. ſed neque hoc accepit, vſus clyſteribus, neque brodia bibit, ſed aquam coctam cum maſtice & cinnamomo: ſequenti die cùm febris illa ephimera reſtaret, Stephanella, ex pulſu retracto, ſiti & calore capitis, tertianam iudicabat putridam, volebat dare ſyrupos ex acetoſa, cichor. boragine, endiuia in decocto brodij. Montanus hanc febrim ephimeram eſſe dixit, quòd calor humidus adhuc eſſet non ſiccus & igneus, pulſum retractum ex affectione ventriculi, ac ſic ſympto-
B ma ſequens cholericam paſsionem, frontem verò & totum caput calidum magis quàm reliquũ corpus, propter plurimos vapores igneos aſcendentes, & iam eſſe ephimeram illam in via vt proximè ad putridam accedat, ℵ. Meth. ſeque metuere ne fiat febris putrida continua, idque citò, quòd & calor paulatim ſiccior fieret, & vrinæ notabiliter magis turbidæ. Ideoque ſtatim ſanguinem mittendum, ſed quia nolebat, ſaltem eo veſperi mannam acciperet, id factum & conualuit.
C Montanus dicebat in febribus primis quatuor diebus, quæ fieri debent mouenda, poſtea cum aterantibus procedendum.

Consilivm CCXII.

De cœliaca anu.

HANC anum non lienteria, ſed cœliaca laborare, vel illud erat argumẽto, quòd inſtar pultis excerneret: & quia vtriuſque eadem eſt cura, primò Montanus
D ordinab t fomentum, quo abdomẽ foueret, ſpõgia illo imbuta.

℞. Corticum granatorum
Balauſtiarum
Gallarum ana man. j.
Roſarum
Abſinthij
Foliorum myrti ana man. ß.

Miſce, decoquantur in vino auſtero. Deinde pro confortatione vẽtriculi & inteſtinorum vta-
E tur hoc puluere in panno * murice primũ tincto, deinde maluatico conſperſo, poſtremò inſpergatur puluis, & abdomini calidus imponatur.

℞. Pulueris maſtiches,
Garyophyllorum
Roſarum
Foliorũ labruſcę, id eſt, œnanthis ana ℈. j.

Puluerizentur & commiſceantur. In cibo verò decoquantur.

℞. Seminis ſumach
F Fœniculi ana ℥. j.

Contundantur groſſo modo. Miſce. His ita ordinatis, altero die magis concocta excernebat, & pauca. Pulſus itidẽ tranquillior erat, quãquam vrina liuiditatem eãdem præ ſe ferret, quã * Doctor in Gonorrhœam, qua anus antea laborarat, referebat. Cæterùm in lienteria ex vlcere nihil præſentius medicamento ſequenti.

℞. Succi granat. vel diacydonitis ℥. iij.
Boli armeni ʒ. ij.

G Miſce, ac interius ſumatur, exiccat enim vlcus. Et ſi ſuccus nõ ſit, agreſta vti poſſumus & ſucco, quanquam guſtui non ſit grata. Victus erit ſiccarum carnium, ſed facilioris concoctionis, vt ſunt

perdices, phaſiani, aues montanæ, & non aquati- A cæ, neq; proximæ partui. Vinũ non ſit acetoſum, in cibis decoquantur * genera ſumach, cum tantillo cinamomi, quod illud corroboret & aſtringat, * hoc maximè confortet totum corpus; autore Galeno lib. 8. κατὰ τόπους.

De fluxu ventris periodico.

Magnifica Domina patitur ſymptoma ſimplex, eſtque fluor alui, qui tamen non eſt continuus: ſed modò per tres dies, modò per quindecim, B modò per menſem, quandoque, vt nunc, tribus diebus non egerit, hodie tamen fæces liquidas egeſsit, & ſic ægritudo durauit ſex annos. Non autem curabitur, niſi cognoſcatur, vnde proueniat hic morbus. Inueſtigandæ igitur cauſæ huius morbi. Non faciam catalogum, quot ſint genera fluxuum.

Primò verò ſupponam, quòd hic fluxus non procedat propter defluxum deſcendentem à capite, & irritatam aluum, quia nullo catarrho in- C feſtatur. Nec à toto corpore hic fluxus demanat, is enim diarrhœa dicitur, & fit cum dolore inteſtinorum, quod hîc non fit. Relinquitur ergo, quòd ſit ratione viſcerum inferiorum, ventriculi, hepatis, lienis, inteſtinorum, & horum vel omnium, vel aliquorum. Ponam vnam concluſionẽ vt ordinatè procedam, eamque ſignis Pathognomonicis probabo. Credo, quod dependeat à ventriculo hic fluxus principaliter, & deinde etiam adiuuet aliqua diſpoſitio in hepate, & poſtmo- D dum in liene: inteſtina nihil faciunt, niſi quòd continuò hoc fluxu reddita ſint imbecilliora, quod fit in omni ferè fluxu: quoniam debilitata non poſſunt amplecti, ſicut cõuenit, nec bona fit retentio, ſequitur fluxio alui. Hîc ſiue ſit exiccatio, ſiue aliud, neceſſariò eſt intemperies: apparet enim aciditas in eructatione, quod ſignificat vẽtriculi frigiditatẽ, quia abundat pituita, quod apparet ab egeſtionibus. Sed qualitates paſsiuæ nõ facilè deprehenduntur, ſimus cõtenti de actiuis. E Intemperies ventriculi eſt, vel quia ipſius ventriculi ſubſtantia frigidior ſine affluxu materiæ: talem hîc eſſe nego, quia vbi eſt fluor alui ob talẽ intemperiem frigidam, apparet chylus non bene concoctus, quod hîc non fit, tantùm pituita plurima apparuit. Præterea ſi eſſet ob frigiditatem, ex quo ſubſtãtialiter inhæret, perpetuò hæc eſſet, & cõſequenter perpetuò hic fluxus duraret. Alia eſt intemperies ob affluxum materiæ; atque eam hîc eſſe dico. Ex affluxu enim materiæ frigidæ, & F humidæ, quæ imbibitur intra tunicas, & propter præſentiam huius affluxus, tunicæ ventriculi nõ poſſunt ſuum calorem vẽtriculo communicare, vt bona fiat concoctio. Et ſi debet ventriculus rectè amplecti cibum, oportet vt mediocriter ſe habeat inter humidum & ſiccum. Si enim humidior, nõ retinebit propter nimiam lubricitatem: ſi ſiccior, non aptè amplectitur: & Galenus tertio de cauſis ſymptomatis, dicit; Vbi ventriculus non bene cõtinet, percipitur flatus, rugitus, gra- G uitas, & dolor ventriculi. Quòd hîc percipitur grauitas per ſe, ſignificat cibum non bene contineri in ventriculo: rugitus ſignificat idem, & præterea calorem eſſe diminutum. Sequitur deinde, vbi materia eſt imbibita intra tunicas, vt & appetitus deſtruatur, hæc enim facit ratione ſuorum vaporum ab ea aſcendentium, vnde os amarum eſt, vt cibum nauſeet. Vbicunque ergo non bene appetitur, conſequenter non bene continetur: deinde non trahitur ad alimentum, quia calor circunſtantium partium eſt quoque diminutus. Hic itaque fluxus eſt, & cuiuſcunque generis ſit, caloris habet plurimum, tamen cineritij, ob frigiditatẽ: vbi verò plus accedit putredinis, fit cœruleus: Galenus tertio De facultatibus naturalibus. Si conſideramus humores ſecundùm naturam, ſunt quatuor: ſi ſecundum putredinẽ, quæ eſt præter naturam, nec à natura regulatur, ſunt infiniti. Hinc quoque percipitur tenſio vẽtriculi, quandoque hæc materia intra tunicas tumeſcit, quandoque non, tunc ſcilicet, cùm hæc materia eſt in profundo. Credo itaque principalem cauſſam huius defluxus eſſe intemperiem frigidam vẽtriculi, ob materiam affluentem, quæ hanc materiam fouet. Hæc pituita continuò fouetur per ſex annos, quod vix fieri poſſe videtur ſine ipſius ventriculi intemperie. Non nego hîc eſſe aliquam intemperiem ventriculi, ſed non tantam, quæ immediatè cauſa ſit huius fluxus. Primò audiuimus quòd habuerit plurima accidentia animi, quibus moleſtatur, quòd maximè deſtruit calorem naturalem, & multiplicat tales humores omnes, quibus intumeſcit ſplen, & fiũt hydropici, quia ob vicinitatem hepar refrigeratur: & quia hîc ſunt ſigna abundare humorem melancholicum, hinc etiam ob membra adiacentia ventriculo hic humor congregatus eſt. Quidá contendunt hunc fluxum eſſe hepaticum, & hepar habere dominium in hoc defluxu: vel propter obſtructiones, vel ob intemperiem, vel ob ſolutionem continui, fiunt fluxus hepatici. Dicunt hunc fluxum non eſſe ob intenſum hepatis calorem, quia Galen. κατὰ τόπους dicit, in tali caſu apparere fæces, vt in fluxu colliquatiuo, quaſi cibi & carnes colliquatæ, quod hîc non apparet. Dicit præterea Galenus, vbi infrigidato hepate fit fluxus hepaticus, apparet diminuta ſanguinis coctio, & aquoſitas, nec bene à venis attrahitur, ſed regurgitat ad ventriculum, & fit vomitus ſanguinis, quod quidem hîc non eſt factum: ergo nõ eſt fluxus hepaticus, neque ob intemperiem, aut propter obſtructiones hepatis. Itaque planè credo hanc pituitam in ventriculo collectam, obſtruere venas inter ventrem & hepar, hinc ob putreſcentes ibi humores varij coloris fæces apparent. Et quidem hic hepatis calor magnus, quod apparet ex vrina coloris aurei, & granulis referta, non tamen tantus eſt calor, vt faciat fluxum colliquatiuum. Vtrum modò ſplen concurrat? Patitur mœrores animi: hinc collecti humores melancholici, qui etiam in egeſtionibus apparuerunt, nec eſſe poteſt, quin afficiatur ſplen affecto hepate, & ventriculo. Non eſt hic fluxus ſtomachicus: hic enim eſt ob intemperiem malam ventriculi. Eſt ergo hic fluxus ob humorem imbibitum in tunicis ventriculi: quando hic humor reſoluitur, ceſſat fluxus. Habet omnes operatio.

rationes alias ſanas, quare etiam alia membra nō peccant. Ventriculus eſt redditus quidem frigidior, talis tamē frigiditas nō eſt cauſa immediata huius fluxus. Quare fluxus nō erit ſtomachicus.

Prognoſticum. Dico quòd poſsit ſanari, non tamen facilè, quia cùm hæc pituita habeat ſuas vias paratas per tantum tēpus, habitus aliquis in hoc tempore eſt factus, nō tamē eſt adeò ſenex, quod deſtituatur calore.

Cura. In hac cura duo aduertenda. Primū, cùm ſit periculum, ne incidat ventriculus in habitualem frigiditatem, quærenda remedia, quę non infrigident ventriculum: hepatis tamen ratio habenda, ne calefiat, ſed potius alteretur ad oppoſitum, & ita temperabimus medio modo, vt principaliter ventriculus expurgetur ab iſtis imbibitis humoribus, ac poſtmodum corroboretur. Quod difficilius erit euacuatione, ne rurſus incidat in peius. Accipiat aquam balneorum Patauinorum, quia hic facta eſt aliqua impreſsio frigida in ventriculo: potus itaque exiccabit vi ſulfuris, & mineralium ſubtilis ſubſtantia eſt in his balneis, quę penetrabit ad eos humores exiccandos, ac ratione ſalis abſterget, & corroborabit ventriculum, ſumat tamen modicum aquæ, ne lædatur. Si curabitur hoc pacto, bene: ſi non, curandum vt ventriculus ſemper ſit euacuatus ab hac materia: quod poſtea videbimus.

CONSILIVM CCXIII.

De fluxu vētris partim hepatico, partim lienterico, partim cœliaco.

CASVS recitatus à Friſimelica: Superioribus diebus cùm huc veniſſet hic Magnificus vir, querebatur de fluxu præter naturam, & putabat cauſam, quòd primo Auguſti menſe in caloribus illis vehementibus noctu frequenter permutaſſet lectū, & interdum ſe expoſuiſſet aeri nocturno, & dormiuiſſet feneſtris apertis. Ex eo tempore totis his tribus menſibus hoc fluxu laborauit. Laborauerat antè dolore capitis, & defluxu catarrhi, ad partes inferiores, & præcipuè brachia ſuperuenit febricula, quæ cùm non intenſa fuit, non multùm durauit. Vltimò acceſsit hic fluxus, in quo quandoque ſanguinem, quandoque fæces egerit: laborauit etiam hæmorrhoidibus, ad quas reſtringendas multa ſunt adhibita, fumi, inunctiones, ſyrupi, medicinæ, & tandem ſunt reſtrictæ per medicamenta per os aſſumpta, & foris applicata, vt ſatis imbecillus & macilentus euaſerit. Iam die ac nocte ſeptem aut octo egerit ſanguinem, interdum cum fæcibus, interdum fæces ſine ſanguine, easque diuerſi coloris, cineritij ſubnigri, interdum ſanguinem aquoſum, ſicut eſt lotura carnis. Hypochondria in parte dextra ad ventriculum & hepar tenſa ſunt, imò totus venter: ſed magis circa partes prædictas. Exhibui ſyrupum ex decocto cichorij, & agrimoniæ, quæ attenuat, aperit, & roborat iecur, cum ſyrupo eiuſdem, & curaueram fieri electuarium ex melle roſato, & aliis. Sed quia melius habebat, & non toties egerebat, vt iam Venetias ire vellet: non feci. Nunc

A iterum cœpit ſimiliter egerere. Ideo voluit cōſuluere Excell. V.

MONTANVS.

Ex quo habemus clariſs. D. Magnificum Dominum laborantem fluxione, vel profluuio alui, & vt id curemus, vocati ſumus, oportet conſiderare naturam fluxus: quia etſi vno verbo dicimus fluxionem, tot tamen ea habet differentias, vt fortaſſe vix vllus morbus alius. Oportet igitur quæ-
B rere cauſas, & naturam eiuſdem, à quibus omnes indicationes ſumuntur. A natura rei igitur incipiamus, quæ eò difficilior, quò maior diſcrepantia inter clariſs. Doctores. Alius enim fluxus poteſt eſſe ratione corruptorum humorum, à caliditate hepatis, alius ratione frigiditatis huius. Ad veritatē quæſiti venire opórtet ex natura rei quæ effluit. Materia, quæ exit, eſt multiformis ſubſtantia, qualitate, quantitate, & horis egeſtionis præter naturam. Singula ordine conſideremus. Sub-
C ſtantia varia eſt, quædam craſſa, quædam tenuis. Quantum ad qualitatem, quædam ſanguinolenta, quædam pituitoſa, ita vt miſcella omnium humorum adeſſe videatur. Colores diuerſi, ſubniger, viridis, ſubalbicans, rubeus apparet, & ſine fœtore, quod eſt obſeruandum. Quantitas eſt ſatis notabilis, tota die ac nocte plus egerit, quàm par ſit, & mirum quòd plus egerat, quàm aſſumat cibi, & hoc durat per tres menſes, & ſic quantitas maxima extenſiuè, & intenſiuè. Horas
D certas non ſeruat, plus tamen interdiu, quàm noctu egerit, ſed non ſunt ſtatæ horæ. Cùm hæc itaque omnia ad hunc modum ſe habeant, oportet venire ex his accidētibus in cognitionem cauſarum. Tria ſunt hîc præter naturam. Subſtātia eorum quæ excernuntur: non enim naturale eſt, vt aliquis egerat ſanguinem, bilem, pituitam, & humorem nigrum: ſed debent egeri fæces, & excrementa primę concoctionis, vt 2. Prog. legitur. Eſt etiam qualitas & quantitas præter naturam 2. de
E Diff. feb. Duæ verò ſunt principales cauſę in qualibet fluxione: membrum mandans & recipiens. duæ deinde acceſſoriæ: materia generata, quę defluit, & vaſa, per quæ defertur. Diſcurram in hac re, ſicut me docuit Galen. & ibi, & aliis in locis plurimis. Quæ igitur cauſæ ſubſtantiæ mutatę, membrum mandans, an recipiens?

Appello recipiens, inteſtina quæ recipiunt: mandans: à quo talis materia defertur. Hîc non eſt cauſa membrum recipiens, ſed generans illam
F materiam. Si enim non generaret, non deferretur per eas vias. Dicimus ergo vitium eſſe in aliquo membro generāte, & illud inquirēdum, an vnum vel plura. Vbi igitur generatur, & quod eſt membrum generans? Incipiam inquiſitionem à ſubſtantia, poſtea ad quantitatem, & qualitatem deueniam. Videmus varias materias variarum naturarum, quæ in vno & eodem membro non poſſunt generari, quia vnumquodq; ſecundùm ſuā determinatam complexionē generat proprium
G & determinatum humorem. Hîc humores contrarij, ergo in eodem membro generari nequeūt, quia contrarias cauſſas habent. Adeſt pituita, quæ frigida, & humida, eſtque vel pituita ve-

ra, quæ in ventriculo generatur, vel per ſimilitudinem ſic dicta (ſecundo de Potentiis naturalibus) qualis eſt mucus deſcendens à capite. Hæc præſens an ad cerebrum vel vẽtriculum referenda, inquirendum eſt. Dico de cerebro, nos non habemus ſignum manifeſtum, quia nunquã perpeſſus eſt catarrhum, neque per nares, neque per ſputum, aut os, vt diceremus illum ſubiectum eſſe deſtillationibus: ergo cauſa ad ventriculum referenda eſt, nõ ad cerebrum. Licet autem ſemper generetur pituita naturaliter in ventriculo, nocumenta non affert, ſi ea ſe ſecundùm naturam habet: tamen vbi plus gignitur quantitate, & qualitate peccans, prouenit vel à frigiditate, vel ab aliqua cauſa procatarctica, vt à cibis frigidioribus. Sunt tres menſes, in quibus nihil deliquit, præter quàm in principio Auguſti, comedendo Melones & Angurias, ſed non potuit ab illo principio fieri tanta intemperies. Et quia perſeuerat tandiu cum bono regimine victus, veriſimile eſt fieri ex temperatura ventriculi, non perficientis primam coctionem. Crediderim igitur membrum mandans & generans pituitam, eſſe ventriculum, quę fluit pręter naturam, quia in maxima copia generatur. Adeſt materia etiam aduſta, quã ad lienem referendam eſſe conſtat; quia in ipſo aggregatur, licet non generetur, illa materia, ſed in hepate: tamen ad lienem perfertur, tanquam excremẽtum, & pro ipſius lienis alimento. Ita ad lienem referri debet, ſi nõ primariè, ſecundariè ſaltem, quia non attrahit debito modo, vel quia plus attrahit, vt non poſſit conficere: & ita plurima quantitas illius humoris in eo congregatur, quod inde colligo, quia cùm tango dextrum hypochondrium, non video reſiſtentiam, ſed poſſum comprimere. Cùm verò tango partẽ ſiniſtram, & regionem ſuperiorem verſus ventriculum, & lienem, video tenſionem inſignem, quæ indicat materiã aggregatam in ventriculo, & liene, plus quàm in alia parte, quæ regurgitans ad inteſtina, admiſcetur cum aliis fæcibus. Eſt igitur inter membra mandantia etiam lien. Habemus & alias materias, non tantùm citrinas, ſed virides, & praſinas, quæ ſignificant aduſtionem bilis vlteriorem, factam in hepate, ita vt non tantùm generetur in hoc corpore bilis naturalis, quam appellant flauam, ſeu citrinam, ſed & viridis propter maiorem aduſtionem. Eſt ergo membrum generans huiuſmodi humorem aliquod, quod ratione ſuæ intemperiei non naturalis generat humorem peccantem quantitate, & qualitate. Sumat autem duo membra generantia bilem, vnum ventriculus, qui praſinam generat: alterum hepar, quod flauam. Vnde modò eſt tanta excretio bilis? Non eſt ratione ventriculi, quia comprobauimus illum factũ eſſe frigidiorem. Praſina autem bilis generatur ratione calidioris intemperiei, aut ciborum calidorũ, vt bene notat Galen. Hîc nullum iſtorum apparet. Ergo oportet hoc referri ad membrum aliud calidius. Licet enim prima generatione generetur bilis praſina in ventriculo, citrina autem in hepate, tamen ipſa etiam bilis citrina, ſi aduratur vlterius, in praſinam vertitur, ſeu viridem. Cùm igitur in ventriculo ob frigiditatẽ generari nequeat,

A neceſſarium eſt vt generetur in hepate, & in venis: ergo in iis erit aliqua caliditas intenſa, alioqui enim generari non poſſet. Nunquid igitur eſt caliditas maior in hepate, & ambitu venarum, quæ generet? Hoc niſi per ſigna exterius apparentia iudicari poteſt. Video autem hîc manifeſta ſigna caliditatis, & aduſtionem in fæcibus, quæ non poteſt referri ad alias cauſas. Eſt ergo aliqua caliditas præter naturam, vel in hepate vel in venis. Et ita credo, diuerſos humores habere diuerſas B cauſas: ventriculi frigiditas pituitam generat: lien eſt imbecillior, quòd plus humoris melancholici ad eum defertur, quàm conueniat: hepar calidius generat multum bilis & aduſti humoris. Multiplicatur atra bilis, quam lien non poteſt attrahere totam, quia plus eſt, quàm oportet, & nõ ita concocta, vt naturaliter fieri debet: ideo virtus expulſiua inſurgens mittit huiuſmodi materiam ad membrum recipiens, ſcilicet inteſtina. Habemus igitur cauſas generantes diuerſam ſubſtan- C tiam, modò præter ſubſtantiam adſunt diuerſæ qualitates. De colore nihil dicam, quia prius expoſuimus. Sed quædam materia eſt malorũ morum, in quibus eſt vis ſæui accidentis. Hæc materia exiens non facit dolorem, ſed alia habet accidentia. Primò ſanguis exit multiformis, de quo aliquid dicẽdum eſt. Quidam admiſtus fæcibus, quidam admiſtus cũ pituita non vera, ſed ea, quæ eſt indumẽtum inteſtinorum, & adhæret illis ad vſus notos, & plurimũ huius materiæ admiſtum D eſt: & ſanguis eſt ſatis floridus. Alius ſanguis niger eſt, qui admiſtus fæcibus, vt videatur vnitus. Videndæ horum cauſæ. Floridus ſanguis miſtus cum pituita ſolidiore, adhærente inteſtinis, fit propter humores aduſtos, & calidos, & praſinam bilem, quæ ſemper exeunt, & attrahunt aliquid de illo indumento, & aperiunt venarum orificia, & ſic extrahitur ille ſanguis, alcuraty dictus ab Auicenna, qui præcedit dyſenteriam: hæc enim ſequitur, ſi fiat excoriatio maior. Hîc autem fit ſi- E ne multo dolore, quia nondum eſt excoriatio, ſed tantùm abraſio, licet quandoq; dolorem ſentiat. Quantùm ad ſanguinem fæculẽtum, credo illum manare vel à toto ambitu venarum, & hepatę, & tunc eſt permiſtus fæcibus; quia de longinquo venit: ſanguis verò qui ſupernatat fæces, non cõmiſtus iis, credo quòd ab hæmorrhoidibus, quas perpeſſus eſt. Ita habemus tria, differentias ſanguinis, fæcum, & ſuas cauſas.

Opinor autem, quòd hîc ſanguis fluat à toto F ambitu venarum, quia dum in hepate gẽnerãtur humores pręter naturam ob caliditatem nimiam ſanguis acrior ſeipſo redditur, & dum tranſit per ſingulas partes corporis ad nutriendas eas, natura nõ attrahit niſi meliorem partem. Excrementa poſtea expelluntur à virtute expulſiua valida per inteſtina: & hoc puto fuiſſe principium huius fluxionis. Perdurat autem, quia tot habet cauſas mandantes: & ita à toto ambitu venarum mitti crediderim, eamque ob cauſam corpus aridius G ſeipſo factum, quia non nutritur debito modo. Hic igitur defluxus partim poteſt dici diarrhœa, poteſt etiam dici defluxus à toto ambitu venarũ, & ſecundùm alium ſenſum hepaticus, quia fit vitio he-

rio hepatis,generantis malum ſanguinem,vel ob A
temperaturam ipſius frigidam,quando defluxus
eſt ſicut lotura carnis, vel ob temperaturam cali-
dam, quando ſanguis generatur quidem, ſed te-
nuior:poteſt etiam dici ſtomachicus,id eſt cœlia-
cus, quia ventriculus debilitatur. Itaq; fluxus eſt
omnino miſtus,& habet multas cauſas. Quod ad
hos mores malos attinet, quos fecit & deteriores
facere poteſt,credo, quòd referendum ſit vitium
ad intemperiem membrorum mandatium & ge-
nerantium, vt & Gal. refert: nam in membro ge- B
nerante, quo intemperies eſt ſæuior, eò peiores
mores ſequuntur. Quantitas quoque partim re-
ferenda eſt ad intemperiem membrorum gene-
rantium, & mandatium multos malos & crudos
humores qui expelluntur,partim ad imbecillita-
tem membri recipientis,quia non reſiſtit. Quia i-
gitur plurima materia,dicendum eſt adeſſe maxi-
mam diſcraſiam in iſtis membris, tam mandanti-
bus, quàm recipientibus, ſcilicet inteſtinis, quæ
debiliora & laxiora ſeipſis facta facilius recipiunt C
propter nimiam humiditatem relaxantem, vt di-
cit Gal. in Aphor. Quibus iuuenibus alui laxio-
res,&c. & totam cauſam fluxus lienterici refert ad
humiditatem,relaxantem inteſtina. Hic quoque
comedit fructus, pepones, angurias, quæ humi-
diora excrementa generant,& relaxant inteſtina,
& conſtitutio anni adiuuat, vt eſt 2. Comm. E-
pid. de conſtitutione humida,& Auſtrali,ſequen
te calida & ſicca, ſequi dyſenterias in corporibus
cholericis, & recitat optimas cauſas. Temperatu- D
ra huius corporis admodum cholerica, vt etiã ad
aduſtionem inclinet. In Vere conſtitutio Auſtra-
lis fuit, ſucceſsit æſtas admodum calida, & ſicca,
ideo accedente mala ratione victus, & debilitatis
inteſtinis ob humiditatem fructuum, in corpore
ſunt aggregatæ plurimæ materiæ, ſucceſsit diar-
rhœa,quæ durauit tandiu. Sunt autem hîc quæ-
dam difficultates quæ diſcutiendæ ſunt. Quæri-
tur, ſi intemperies calida & ſicca in hepate, & in
toto ambitu venarum, cur non adſit febris? cur E
non doleat? cur non bilioſus vomitus? cur nõ ſi-
tis? Omnia iſta explicatu facilia ſunt. Primò,non
habet ſitim,quia plurima redundat pituita in ven
triculo, quæ extinguit & obtundit ſitim,etiam in
febribus ardentibus,vbi eſt cum illis fluxus,quia
obtunditur appetitus calidi & ſicci. Cur non vo-
mitus bilioſus? quia materia bilioſa deſcendit ad
inteſtina per meatum fellis. Cur non febris? quia
non adeſt putredo,ſed materia ſtatim eiicitur per
inteſtina, non autem ſequitur febris, vbi humo- F
res nõ putreſcunt,vel intra,vel extra vaſa,& cùm
humores tales hîc exeunt, nequaquam cauſant
febrem. Quòd autem videatur apparere ſimile
aliquid loturæ carnis, id eſt, talis ſanguis, qui eſt
aquoſior, puto hoc eſſe propter apertionem ve-
narum, & ſæpe fit in caliditate hepatis,quãdo fru
ſtratur coctio in ventriculo frigidiore, tranſmit-
titur chylus ad hepar non cõcoctus,& hepar præ-
ter naturam calidum, crudum humorem partim
adurit,partim inæqualiter concoquit, ideo ex ip- G
ſo humore crudiori, & rebelli concoctione, facit
tenuiorem ſanguinẽ,& magis aquoſum: nõ quia
non adſit caliditas,ſed quia pars tranſmiſſa ſit re-
bellis magis caliditate hepatis adurente, & inæ-
qualiter concoquente. Ita poteſt exire ſanguis a-
quoſus ratione caliditatis hepatis.

Prognoſticum. Magnificus Dominus manſurus
eſt per aliquod tempus in tali diſpoſitione, quia
plurima membra in eo affecta,& diu durauit. Po-
teſt etiam fieri, vt membra fiãt frigidiora hyeme,
& præſertim hepar. Exhalãte enim calore ob cru-
ditates,relinquitur frigiditas in omnibus ægritu-
dinibus chronicis,quę à calore incipiunt,& deſi-
nunt in frigidam diſpoſitionem:ita verò ſucceſſu
temporis fieret fluxus hepaticus,qui à frigiditate
hepatis procedit. Credo quòd curabitur,ſed non
ita facilè. Vtinam æſtatis tempus eſſet, & credo
quòd nihil præſtãtius eſſet, quàm aqua Therma-
rum Veronenſium: ſed nunc non licet. Quòd au
tem illis curari poſſet,omnino arbitror.

Cura. Habemus membra admodum affecta, &
natura inclinata, vt ex toto ambitu venarum ma-
teriæ tranſmittantur,& ſunt obſtructiones pluri-
mæ in venis Meſaraicis, obtunditur virtus Meſa-
raicarum propter tantum concurſum humorum
& materiam plurimam, vbi regurgitant, velut in
Euripum quendam, qui fluit & refluit. Et primò
quantùm ad ventriculum, curandum eſt vt con-
coquat. Calefiat etiam,ſed ita ne noceamus hepa-
ti cum iis,quæ extrinſecùs applicantur,& propte
rea maximè conſiderẽ in linimentis diuerſorum
generum,quę coctionem ventriculi iuuant,abſq;
eo,quòd calefaciunt hepar. Nollem exhibere dia-
trionpipereon, licet id Galen. laudet 4. de Sani-
tate tuenda,quòd calefaciat ventriculum,abſque
eo,quòd calefiat hepar: tamen cùm aſſumetur in
quantitate maiori, quàm par ſit,& crebrius tran-
ſit ad hepar,illinirem cum oleo abſinthij,ſpicæ,&
aromatibus calidis, Maſtiche, Ladano, Garyo-
phyllis, Cinamomo. Ex his & aliis facerem lini-
mentum pro ventriculo. Poſteà vellem,vt ſingu-
lis diebus acciperet confectionem aliquam con-
fortantem ventriculum,vt Diarrhodon Abbatis:
corroborat enim, & non nocet hepati. Hepar
non mutandum, neque frigefaciendum, neq; ca-
lefaciendum, quia certo certior ſum, ſi materia
quæ offendit, & à toto ambitu venarum ad id
tranſmittitur, confertim diuertetur per vrinas,
ſudorem, & alias euacuationes, redibit ad ſuam
diſpoſitionem naturalem calidam & ſiccam. Con
fido in diureticis, quæ eſſent temperata, ne face-
rent reſolutionem calefaciendo, vel refrigeran-
do,vt ſem. Melonum,ſem. Citrullorum,Endiuię,
Lactucæ, cumq; his apponerentur quædam cali-
da, vt apij, petroſelini, carui,aniſi, contunderen-
tur omnia groſſo modo, & fieret decoctio, poſtea
miſcebuntur cum ſyr. de abſinthio, vel cichorio,
& ſingulis diebus accipiet. Conſiderẽ & in diuer-
ſionibus, & corroborarem inteſtina aſtringenti-
bus,bolo armeno, cum ſaccharo roſato, quod in
hoc caſu vtile: quia non tantùm debemus pro-
uocare vrinam ratione diuerſionis, ſed etiam ca-
uere,ne mẽbra recipientia,cùm laxa ſint,amplius
recipiant, idq; cum aſtringentibus & relaxantib.
cùm relaxatio ſit cauſa debilitatis, & fluxus. Lau-
do & terræ Lemniæ vſum. Facerẽ frictiones ſin-
gulis diebus prouocantes ſudorem, etiam cum

his quæ diſſlarēt materiam per cutim. Vterer balneis dulcibus, quia diuertunt, & in hoc præſtant, quia diuertunt materiá, & iuuant concoctionem, & præcipuè debilitatē ventriculi, & corpus tranſpirabile reddunt. Sperarem in cichorio, quia nutrit hepar arefactum, & aperit obſtructionem. Ad hæc etiam, confortarem membra: vtatur vltimò certa ratione victus, quæ præſcribetur.

Electuarium poſt fluxum hepaticum ordinatum.

R. Paſſularum mundatarum, & bene lotarū primùm in aqua, poſtea in vino ℔.ij.
Rhabarbari electi ʒ.iiij.
Sacchari opt. ℥.iiij.

Puluerizetur rhabarbarum, & omnia ſimul incorporentur, & vltimò addēdo garyophyllorum ʒ.iij. ſeruetur in capſula bene cooperta: ſumantur ex hac miſtione ℥.ij. ſingulis vicib. ante prandium ſemel, bis, vel ter quacunq; in ſeptimana, vrgente neceſsitate. Confert ad hepar confortandum, quod debilitatum eſt ex fluxu hepatico, qui præceſsit, ad impinguandum, & nutriendum, & ad aperiendas venas Meſaraicas.

CONSILIVM CCXIIII.

De fluxu ventris, & mala diſpoſitione, relicta poſt Dyſenteriam, Venetus 1545. Nouembris 27.

CASVS. Habuit fluxum dyſentericum cum excoriatione inteſtinorū ex vino potenti, rebus dulcib. & ſalſis, venere nimia, interdum etiam ſtatim à cibo, & negotiis plurimis. Cū dyſenteria aderat febris continua, & dolores vehementiſsimi, tum præcipuè, cū excerneret. Exhibita ſunt œnemata, & decoctū ex myrobalanis, cū rhab. puluerizato, nam alia accipere noluit. Data quoq; cidonia in cibo, & ſic tandē cohibitus fluxus, remanſit tamen mala diſpoſitio ventriculi. Appetitus proſtratus eſt totus, & adhuc plus iuſto, ac ſæpius egerit.

TRINCAVELIVS.

Omiſsis præteritis, de præſentibus loquemur, cauſas eorum credo eſſe ex reſolutione, nō ex materia calida & frigida, quæ poſt fluxum dyſentericum & euacuationem non poteſt adeſſe in tanta copia, vt cauſet hæc ſymptomata: ſed fiunt ea, quia eſt reſolutus. Poſt fluxionem non dormiuit, vexatus grandiſsimis doloribus, & euacuata materia plurima, cum quibus etiam diſſlantur ſpiritus: fuit enim dyſenteria vehemens cum magna arroſione inteſtinorum, non pituitæ ſolùm veſtientis, ſed ramentorum etiam. Adhæc ſecuta reſolutio, quæ eſt cauſa præſentis diſpoſitionis, quæ non eſt à materia aliqua calida vel frigida, poſt tot euacuationes ſpontaneas & cum medicamentis: ſed quia ventriculus debilior, & adſunt obſtructiones in ſiniſtro præſertim latere, quæ impediūnt tranſitum, ideo poſt dyſenteriam vidi ſæpius fæces, quaſi cibum non ſatis concoctum, & chylū quendam cum materia permiſtum: ideo crediderim eſſe debilitatem ventriculi. Et licet dicatur parum comedere, tamē ex multis & variis veſcitur,

A & inter reliqua, etiam oua in aqua cocta, quorum
albumen induratum magis difficilius concoqui-
tur: ita vt hac ſtante debilitate ventriculi, & quan
titate & qualitate ſua onerent virtutem. Hac de
cauſa adhuc hodie plurimum adeſt materiæ ob
frigiditatem ventriculi generantis pituitam plu-
rimam, propter cibū ampliorem quàm poſsit con
coquere. Antea febris aderat cum fluxu, ea reli-
quit eum, non tamen integrè vt videtur.

Prognoſticum. An poſsit curari, nihil mihi facit
B difficultatem, niſi mores ipſius: nihil ferè vult ac-
cipere, quod habeat vel odorem vel ſaporem ali-
quem, omnia ei dant faſtidium.

Cura. Quomodo velles eum tractare ſi poſſes?
Primò vellem vt parcè biberet & comederet, ter
in die, ſed parcè ei exhiberetur cibus facilis con-
coctu, contuſa ex elixis & aſſatis etiam (licet hæc
amplius quidem nutriant, ſed difficilius conco-
quantur) oua ſorbilia, &c. De vino credo neceſſa-
rium propter ventriculum, nec tamē potentiſsi-
C mum, & quia nunquā ſolitus eſt diluere vina nec
potentia neq; paucifera: ideo ſi haberet vinū me-
diocre, concederem ſine aqua, nec laxaretur ven-
triculus magis, ſi haberet aliquid leuiter aſtrictio-
nis, eſſet gratiſsimum. Acciperet aliquoties panē
in maluatico maceratum, id comederet, ſed pa-
rum vtatur. Quieſcat corpore & animo, nec mo-
leſtetur curis, habet enim opus recreatione: pro
exercitio frictiones adhiberi poſsunt. Hæc erit
victus ratio, cuius quantitas ſit talis, quam poſ-
D ſit ventriculus concoquere. Medicinas poſtea ſi
vellet, darem ſyru. de mentha, ſed cùm videá ob-
ſtructionem, exhiberem ſyrup. de abſinthio, cum
de cichorio & aliqua portione rhabarb. quod re-
ſpicit ventriculum, & iecur, & ſimul diſcutit ob-
ſtructiones. Darem igitur ſyrupos de abſinthio,
& cichorio nicoli ana vel ſine aquis, quò diutius
manerent in ventriculo: vel diluerem in iure aut
cochleari vini, ne tanta eſſet amaritudo & odor &
qualitas vini, iuuaret ventriculum, nec tranſiret
E ad hepar. Si velit omnino adderem aquam beto-
nicæ, abſinthij, &c. ſi non velit ſyrupos, detur de-
coctum abſinthij, & cichorij. Superiorib. diebus
comedit folia viridia abſinthij noſtro perſuaſu,
ſed ſyrupi magis penetrarent, & hi ſyrupi eſſent
mihi pro medicina alterante & ſoluente, etiamſi
aluus ſponte fluat & lenis ſit, & ſemper in vna ℥.
ſyrup. de cichorio nicoli ſit ℈.j. rhabarbari, quod
purgat bilem pituitam, vt videmus experientia,
& attenuat. Aliis itaque medicamentis non vte-
F rer, propter debilitatem ventriculi, & propter im-
becillitatem inteſtinorum. Vterer rhabarbaro po
tius quàm aliis. ſi nolit hæc, exhiberem trochi-
ſcos de roſis, & de rhabarb. fiant pillul. ʒ. poſſunt
miſceri & Trochiſci de abſinthio, quanquam illi
ſunt calidiores.

MONTANVS.

Clariſs. D. prætermittam præterita, de quibus
nulla eſt conſideratio, & dicam de præſentibus,
G quæ video, & audio, & ex fundamentis ad cauſas
veniam, vt de curatione loqui poſsim. Incipiá au-
tem ab excrementis, quæ indicant, vtrum affe-
ctus præcedens remotus, auctus vel diminutus
ſit,

ſit,& in quo ſtatu ægritudinis ſimus. Heſterna nõ vidi,ſed hodierna erant compacta, & videbantur habere formam,quam laudat Hipp.2. Prog.& accedere ad ſubſtantiam mellis concreti : color tamen nõ naturalis erat, ſed nigrior : ſubſtantia inæqualis , & materia liquidior cum ſpuma etiam. Audio præterea ex ægro , dum egerit, affici doloribus circa vẽtriculum,& inteſtina gracilia, & interdum etiam circa inteſtinum rectum,qui dolor non ita acutus eſt, vt prior,non tamẽ ablatus. Vrinæ habent ſpumam hærentem in corona,color ad rubedinem tendens,non proportionatus temperaturę,nec clara eſt,vt in ſano,habet diſperſum ſedimentum per totam ſubſtantiá vrinæ , & craſſum. Habet prętereа magná appetitus proſtrationem, & virtutis, abhorret ab omnibus, non dormit:& licet aſsidentes eum hac nocte putent dormiuiſſe,ipſe tamen omnia audiuiſſe affirmat. Præceſsit dyſenteria longa,& inſignis cum febri,quæ exiccat , & facit areſcere membranoſas & tenues illas partes, vt quaſi breuiores factæ videantur.

Hîc conuenerunt omnes cauſæ,quæ faciunt graciles muſculos, & remouẽt pinguedinem corporis. Corpus naturaliter ſiccum acceſſerunt febris exiccans, & fluxus, & tamen habet muſculos adhuc boni habitus, nec exaruit , & in parte ſiniſtra apparuit tenſio,& humor præter naturá. Hæc omnia conſideranda ſunt ad veram inuentionem curæ. Incipiá ab excrementis, quorũ ſuperiora non vidi, ideo nihil de iis dicere poſſum. Sed diebus præteritis,cineritia quandoq;,quandoq; alba excreuit,& luto candidiori ſimilia,& nunc nigra excernit , quod deterius eſt, & auget intentionem meá. melius enim eſſet perſeuerare excretionem vnius generis: nam cũ ſint varij generis,indicant eſſe varias cauſas, & interdum oppoſitas,& morbũ eſſe difficiliorẽ. Sed quicquid ſit,præceſsit dyſenteria acrium humorũ,ita vt etiam ramenta inteſtinorũ egereret,quæ fiunt ab acerrimis humoribus erodentibus & aduſtis. Acceſsit tẽperatura aduſta,quæ plus generat bilis aduſtę,quàm naturalis,& color niger totius corporis indicat dominium talis humoris. Acceſſerunt & alia, quæ augent aduſtionem,videlicet ratio victus,& in præſenti ſunt obſtructiones in liene,eſt tumor in omnibus inteſtinis,& habet ventrem inflatum. Ideo credo , etiamſi ceſſauit fluxus propter optima remedia veſtra, tamen ex his ſignis adhuc perſeuerare intemperiem ventriculi,& membrorũ naturalium, circa quæ magnus labor eſt. Nam niſi remoueátur, incidet in fluxũ hepaticum, vel alium morbum , quo tota deinde hac hyeme laborabit. Sed quas tamen credis eſſe diſpoſitiones? Credo primum ventriculum frigidiorem ſeipſo , & ideo multiplicari humorem pituitoſum , qui relaxat ventriculum,& deſtruit appetitum,quia pituita adhæret impacta orificio ventriculi , & facit proſtrationem appetitus , quia contraria eſt corrugationi , quæ eſt cauſa famis. Ideo arrident ei acida , & incidentia propter eandem cauſam: quia pituita abundat in ventriculo,& eum reddit frigidiorem : vnde inappetentia ſequitur, & cruditates etiam , ob quas exeunt excrementa non colorata, vt vidit excellentia V. diebus præteritis.

A Nam vbi cruditates ſunt , fæces albæ egeruntur, quia non fit bona concoctio in ventriculo, & humores crudi exeunt. Video etiam,quòd abundet flatibus, quia venter heri multò magis tumidus, quàm hodie, & ſæpe incitatur ad egerendum , & nihil egerit. Eſt ergo in ventriculo frigiditas , ratione cuius ſequuntur dicta ſymptomata. Deinde in hepate fuit , & nunc etiam eſt , licet non tanta caliditas, quanta fuit antè , cùm generabatur maxima copia bilis aduſtæ,quæ fuit cauſa dyſen-
B teriæ. Nunc non tantus calor ; quia humores calidi educti ſunt, & eorum euacuatio refrigerat corpus. Secundò , quia in longis ægritudinibus ſemper caliditas reſoluitur,& exit,frigiditas verò remanet. Tertiò , propter remedia exhibita purgantia , non eſt tantus calor modò. Talis tamen adhuc eſt,qui nobis faceſſat negotiũ. Ideo & vrinæ tinctæ,& excrementa nigra & inæqualia,quia membra inæqualia à quib. excernuntur , ventriculus frigidus,hepar calidũ,& permiſcetur etiam
C aliquid de fæce ſanguinis , propterea quòd lien propter obſtructiones non ita attrahit,ſicut oportet: ideo regurgitat in inteſtina , & exit cum fæcibus, & hanc ob cauſam ſunt nigræ etiam,non tamen propter caliditatẽ hepatis adurentis humores. Varias igitur colligo ægritudines in hoc corpore,frigiditatem ventriculi,caliditatem hepatis, obſtructiones circa regiones lienis , quarum manifeſta eſt cauſa illa inæqualitas membrorum,pituita obſtruit meatus,& ideo lien non attrahit,ſi-
D cut oportet:ergo abundat humor melancholicus in maiori copia , quàm debet , & ita educitur per inteſtina. Hinc etiam ſunt vigiliæ,quæ præceſſerunt , & exiccarunt cerebrum. Cerebrum natura ſiccum habuit, acceſsit fluxus calidus,& vapores calidi & ſicci aſcenderunt ad caput à melancholia & bile,vnde timet magis quàm debebat,deſperat & deſpondet animum præter rationem , quod proprium eſt melancholicorum. Cùm dormit, imaginatur ſe non dormire , & ſentire omnia.
E Quibus prouidendum præcipuè? Obſtructiones aperiendæ ſunt , cõfortandus ventriculus, & cauendum ne hepar calefiat magis:non tamẽ vellem refrigerare , quia ſi humores euacuentur , & aperiantur obſtructiones , euentabitur caliditas eius, & ſponte redibit ad temperamentum, & ſequetur ſanitas. Ventriculus igitur corroborãdus, & aperiendæ obſtructiones. Quibus? Sola ratione victus curari poterit,ſi obtẽperet. Eá igitur primò inſtituenda. Comedat cibos facilis coctionis
F & multi nutrimenti. Detur opera, vt calor naturalis augeatur, quo reſtaurato , vẽtriculus corroborabitur,& optimè faciet operationes ſuas:hoc fiet,ſi vtatur illis,quę faciunt bonum ſanguinem, quæ ſunt nota. Vinum ſine dubio dandum eſt, tanquam medicina nutriens , ſed illud ſit ſubtile, clarum,limpidum,album,nó aquoſum & flatuoſum, nec acidum, nec acre, non quidem maluaticum,nec fortiſsimum,ſed tantùm ſapiat naturam vini. Eſt enim ſolitus bibere vinum potens ſine
G aqua , & corpora magis nutriuntur cibis conſuetis. Tale vinum præterquam quòd nutriet, aperiet etiá obſtructiones, & cõcoquet materiá, quæ in viis eſt,& erit medicamentum & alimẽtum. Si

album non inueniatur, accipiatur medij coloris, & quòd non ſit nigrum,ſed tranſparens. Deinde frictiones fiát cum vino aromatico,& oleo de ſpica, quod non habeat fortem odorem:& ſi habeat, refrágatur cum oleo amygd.dulc.& vino Maluatico, cũ hoc calefacto illinat leniter corpus totũ: confortabit enim membra, & reuocabit calorem naturalem,& ſupplebit exercitium. Si perſeuerarent vigiliæ, acciperem anethi,chamæmeli flores & nymphee, & folia ſalicum,ſi haberi poſſunt,& veſperi pedes & manus in eo decocto teneré:corroborabit calorem natiuum, & prouocabit ſomnum, & erit etiam bonum ad humoré melancholicum. Accidentia animi quoq; moderabitur, ſit lætus,& non ſeipſum affligat. Hæc vbi facta erunt circa medicinas, nõ derelinquerem ea, quæ exterius applicantur: & video à vobis occurſum eſſe oleo abſinthij & maſtiches,item ſacculo abſinthij appoſito. Ego vnum adderem,in quo cõfido plurimùm,& cuius vires ſæpe expertus ſum mirabiles, quando corpus erat imbecille & longa ægritudine. Accipio carnes dactylorũ & paſſularum, & cidoniorum coctorum, & ea decoqui facio in vino maluatico,poſtmodo addo oleum de abſinthio,& amygdalis dulcibus,cum mica panis aſſati,& ex omnibus bene contuſis facio emplaſtrum in optima forma,idq; in ſacculo panni linei ſubtiliſsimi,membris naturalibus applico calefactum, iuuat mirabiliter,& corroborat. Hæc ſi facta fuerint, & deinde vultis aliquid pro liene facere, poterimus vti oleo amygd. amararũ, & oleo de capparibus, cum bdellio,ammoniaco,& puluere corticum radicum cappar. pro linimento. Per os ſyrupus de abſinthio optimus,item de cichorio Nicoli, quia in ventriculo eſt frigiditas & copia humoris frigidi non imbibiti. Oportet igitur abſtergentia,corroborantia,& aperientia exhibere, & confortantia hepar, qualia ſunt abſinthium & cichorium: ſi vultis addere decoctum ex capillis Veneris & Cetrach, nihil melius pro liene, & alijs obſtructionibus, & ita ſatisfaceret omnibus intẽtionibus: hos ſyrupos ſi accipiet, bene faciet. Trochiſcos laudo, imò ſemper trochiſcos, & ſyrupos eum ſumere velim ℈.j. vel trochiſc. ex rhabarba. vel ex abſinthio: ſi verò non vult vtrunq; accipere,accipiet alterum:ſi neutrum,ſaltem con fectionem accipiat ex trochiſcis contuſis, & rhabarbaro. Si vult,bene eſt: ſi non vult,quid agendum ſit non video.

Poſtea altero die iterum conuenerunt, & cùm viderent egeſtiones multas aduſtas cum debilitate virium,atq; quid agendum eſſet,iterum conſuluerũt,& ſic cœpit Montanus loqui: Videmus dominari bilem, & eſt periculum, ne fiat fluxus hepaticus,qui ſit ex frigiditate hepatis,& facit excrementa ſimilia loturæ carnis, ob alterantis virtutis imbecillitatem, ex nimia frigiditate, quia per continuum fluxum exhalat calor,hepar exiccatur, & vltimò infrigidatur, & fit fluxus hepaticus, vt bene dicit Auicenna, quem poſtea curamus vuis paſsis,&c. Oportet igitur attendere hepati, alterando illud & corroborando, ita vt non infrigidetur,per ea quæ intrinſecus dantur,& exterius applicantur. Darem ſyrupum de abſinthio,& cichorio,vt heri dictum,cum trochiſcis de

A rofis,quæ humidæ ſunt,& moderatè frigidæ. Miſcerem ſyrupo aquam endiuiæ,quę frigida & humida. Extrinſecus illinirem oleo roſato, & violato cum modico maſtiches, quia prorſus frigida non ſunt adhibenda membris concoquentibus, etiamſi peccẽt caliditate,vel ſpecies de tribus ſandalis cum vnguento Meſues. Si non vult ſyrupum,accipiat brodium pulli alteratum (quod,vt bene dicit Auicenna, contẽperat humores) cum

B herbis illis, abſinthio, cichorio, capillo Veneris & Ceterach. Interrogabat Trincauella, an iterum poſſet accipere myrobalanum chebulũ conditum? Montanus & illos, & alia omnia aſtringentia improbauit, nec voluit ſiſti aut impediri illum fluxum materiæ cholericæ. Si vellet radices cichorei conditas, accipiat. Vinum ei quæratur tenue,pauciferum,& humectans ſubſtantificè, tale enim penetrat & iuuat ad apertionem obſtructionum, & prouocat vrinam,quod maxi-

C mè ad propoſitũ.Nam optima cura in fluxu ventris eſt,prouocatio vrinæ. Si vellet fieri principiũ dyſenteriæ, poſſent inuiſcari inteſtina per os, & clyſteria. Per os acciperet dragacanthum in omnibus ferculis,pro muniendo ventriculo,& inteſtinis gracilioribus,& magis placet,quàm ſeuum hirci, quia amabilius eſt. Cauerem ab aſtringentibus & exaſperantibus, quia faciunt inæqualitatem humorum, & augent dolorem. Inuiſcantia autem obtundũt humorum acrimoniam,quę

D eſt cauſa doloris. Exhiberem etiam clyſteria cum ſeuo hirci,pro muniendis inteſtinis grádioribus: deinde deriuarem materiá ad oppoſitũ per prouocationem vrinæ cum omni ingenio, in ſyrupis & ferculis. Et omnino debetis attendere ad hoc, ne incidat in peius malum,quod accidere poteſt, cum ſit debilis,& materia maligna. Si adeſſet dyſenteria, tunc penitus abſtinerem à vino, nec reſpicerem vẽtriculum, ſed cauerem magis princi-

E pale, etiamſi orietur quædam cruditas,biberet aquam decoctá,vel brodiũ pulli,quod eſſet melius.

CONSILIVM CCXV.

Duæ curationes Dyſenteriorum. Menſe Augusto 1545.

PRIOR laborabat fluxu ventris 30. diebus ferè,non tamé eiiciebat ſanguinem, nec ad vlcus inteſtinorum, quod proprium eſt dyſenteriæ, ventum erat, nec

F febri laborabat, quæ veram dyſenteriam ſemper comitatur, apparebat tantùm in fæcibus pituita illa, veſtiens & ambiens inteſtina, & abraſio incipiebat: ita vt metuenda eſſet grauior, ni proſpiceretur.

Montanus hunc ſyrupum ei ordinauit,ſumendum omni die.

R. Syrup.endiuiæ,
Betonicæ ℥.j.
Aquæ endiuiæ ℥.iiij.

G In cuius tantùm vna libra ſit decocta.

R. Sem. cidoniorum ℥.s.
Maluæ,
Althææ ana ʒ.ij.

Cibus

Cibus, pullus, vel contuſum, vel panatella, & ſemper in iuſculis ſumat puluerem tragacanthæ gummi liquefacti in aqua roſarum vj. gr. & eius ſumat cochleare vnum in vice: & quia carnes mandere, & deglutire non poterat, conceſsit vt ad eas vteretur ſucco cidoniorum, itē ſuccis, aut lactucis conditis. Potum conceſsit vinum, non libenter tamen, quia ab aqua abhorrere omnino ſenſit, modicum quidem & pauciferum, ne hepar ſupercalefieret. Clyſteria etiam adhiberi voluit, non ex rebus fortioribus, vt alij putabant: ſed ex ſola ptiſana hordeacea, ſcilicet hordeo, in iure pulli cocto, contuſo poſteà, & bene comminuto cum vitello oui.

Alteri qui iam erat dyſentericus, & cuius in fecibus apparebat manifeſta abraſio, & ſanguinolenta etiam, & febrem inſuper patiebatur quotidie, ſyrupum dedit eundem, vt ſuperiori. Clyſteria verò duo, alterum manè, ex ptiſana hordacea, & vitello oui abſtergens, alterum veſperi ex decocto ſeui hircini, oleo myrtino, & ſicut Friſimelica ordinauerat, exiccans leuiter: ab hypociſtide tamen & omnibus aſtringētibus omnino in dyſenteria cauendum dixit. Cibum eundem, quem ſuprà cum tragacātha in aqua roſarum liquefacta, exhibuit: aliorum, quia non tam delicatus erat, nulla eſt facta mentio. Potum ius pulli ſimplex, vel in quo etiam ſit decoctum modicum portulacæ, idq; non per triduum adimendum aiebat, ſed ſubinde recenter fieri voluit, ne putreſceret: & de eo vt biberet, quātum vellet, conceſsit. Vinū omnino prohibuit, quod id calefaciēdo hepar, generet ſanguinem magis bilioſum, qui poſtea eroſiones quoque generat: ac dixit, ſe tum adhibere, vel aquā hordei cum ſaccaro: vel ſi maior neceſsitas, ius pulli, vel ſumma neceſsitas, deuenire ad aquā Portulacæ. Tertio die pōſt fluxus inualuerat quidem, ſed febris erat mitior: quare ad roborandam virtutem hanc ordinauit confectionem.

℞. Gummi tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Sandaracæ,
Maſtiches ana ℈.j.
Succi liquiritiæ,
Seminis Portulacæ,
Endiuiæ,
Lactucæ ana gr. x.

Conterantur omnia per ſe, deinde miſceantur, & cum ſaccaro albo fiat confectio in rotulis pondere ʒ.ij. de qua ſumatur vna rotula manè, & ſerò hora ante cibum.

℞. Emplaſtri diaphæniconis ℥.ij.
Pro toto ventre.

CONSILIVM CCXVI.

De dyſēteria pro Generoſo Barone à Dietrichſtein. 1546. Auguſto.

INCIDERAT in fluxum ventris ex eſu fructuum, à quibus nihilominus abſtinebat, admodum ſe exercebat, & ita calefacto hepate, fluxus adeò creuit, vt tertia die metuentes malum vocarent medicum, nondum erat aliqua abraſio. Montanus ordina-

A uit clyſtere abſterſiuum, ex pulli brodio, aqua hordei, cum vitello oui & ſaccaro: cibum voluit eſſe aues mōtanas, carnes pullorum, & ptiſanam hoc modo factam. Hordeum decoquatur in aqua tam diu, donec crepet: poſtea abiecta aqua hordeum piſtetur & exprimatur ſuccus. Deinde decoquatur in optimo brodio pulli, cum aliqua parte lactis, ſem. melonum ad ſpiſsitudinem aliquam: & deinde incorporetur cum vitello oui. Pro potu vinum pauciferum bene miſtum cum aqua, in qua
B decocti ſint grana coriandri ſine ſaccharo. Manè poſteà ſyrupum accipiat de roſis ſiccis, endiuia ana ℥.j. aquę cichorei ℥.iiij. ab omnibus aſtringentibus abſtineat. Sequenti die nondum apparebat abraſio aliqua; de qua curandum: humores autem plurimi & diuerſi, ita vt iudicaret corpus euacuatiōne aliqua opus habere. Ordinauit mannæ opt ℥.ij. diluantur in iure pulli feruentiſsimo, voluendo ſemper cum cochleari donec diſſoluatur. Deinde exprimatur diligenter, & cum à fæcibus
C erit expurgata, addatur Rhabar. puluerati ʒ.s. & bibat vna hora ante prandium. Non inuenientes mannam bonam, dederunt ſyrupi roſati ſolutiui vncias 3. Rhabarbari electi ʒ. s. Pulueri zetur rhabarbarum, & ponatur in ſyrupo cum modico aquæ endiuiæ, fiat potio, & detur tepida. Veſperi iuſsit vngi ſtomachum oleo de abſinthio, cum maſtichino æqualiter miſto: & quia fæces plurimæ eductæ, cum aliqua abraſione & febri, clyſterem ordinauit abſterſiuum, vt ſuprà. Vino abſti-
D nere iuſsit per biduum, & bibere aquam hordeaceam cum coriandro & ſaccaro coctam. Quinta die excoriatio in fæcibus maior, tum inuiſcantibus procedendum dixit, quæ veſtirent inteſtina, & à roſione munirent: ordinauit igitur.

℞. Adipis hircini ℥.ij.
Olei roſati omphacini ℥.j.

Miſce, & diluātur in aqua chalybeata ferrariorum lib. iij. bulliendo per aliquot ebullitiones, donec remaneant lib. ij. & iniiciatur veſperi, hora
E ante cœnam. Antequam autem id fiat, manè ante prandium hora vna accipiat lenitiuum.

℞. Hordei cum corticibus ſuis m. ij.
Furfuris latioris p. iij.

Bulliant in brodio pulli. Huius decocti accipiatur ſcutella vna cum dimidia, & ſacchari albi ℥.ij. & exhibeatur pro clyſteri. Deinde ſemper decoquantur in ſuis carnibus pedes vitulorum, comedat etiam ex pedibus decoctis, comedat criſtas gallorum, hepata, pedes, & cerebrum, & ala-
F rum extremitates: non tamen dimittat pro melio ri alimento etiam pulpas albas: hæ enim erūt pro alimento, reliqua ad medicinam. In omnibus ſuis ferculis & brodiis ſemper ponat manè & ſerò tantum tragacanthi diſſoluti, in aqua ſimplici vel roſata (prout magis placet) quantum eſt nux auellana. Item ter aut quater in die deglutiat tabellam vnam pondere ʒ.ij. vel circa ex confecto tragacanthi albi. His perſiſtebat tota die, & ſequenti, quia adhuc abraſiones & materia cholerica appare-
G bant. Veſperi ſyrupum ordinauit pro ventriculi corroboratione, quia à cibo nauſeabat.

℞. Syrupi de abſinthio,
De endiuia,

Geleniabin zuccarini ana ℥.ij.

Sumat cochlearia duo, manè & ſerò tribus horis ante cibum: ſequenti die, quæ erat ſeptima, noctu quieuerat, & fluxus etiam frequētia ceſſarat. febris nulla apparebat, nec excoriationes aut materiæ cholericæ, ſed pituitoſæ exibant. Iuſsit prætermitti inuiſcantia, comedat oua mollia, auiculas, pullos, vinum cum aqua miſtum: quia autem ſyrup. illum ſumere non poterat, quin vomeret, & ideo ab eo abhorrebat, ordinauit confectum.

R. Specierum diarrhodon Abbatis ʒ.j.
Aromatici roſati ℈.j.
Saccari albi q.ſ.

Fiat confectio in rotulis pondere drach. ij. ſumatur ante cibum, per horam manè & veſperi. Ad concoquendam autem materiam & diuertendam, ordinauit hæc pro prouocanda vrina:

R. Radic. petroſelini,
Graminis ana m.j.
Arundinis ℥.s.
Foliorum endiuiæ,
Boraginis ana m. j.s.
Hordei p.j.

Bulliant omnia ſimul in iure pulli tenui, & bibat amplam ſcutellam ex eo in aurora actu calidum, & quieſcat poſtea. Octaua die melius habebat, natura enim ipſa diuerſioni intenta plurimam materiam per vrinam expulerat, fæces pituitoſæ erant, cum quibuſdam etiam partibus compactis: ſed conquerebatur de dolore & torminibus, ideo ablutiuum clyſtere fieri iuſsit ante prandiū, & vt in reliquis perſiſteret. Poſt aliquot dies cum de debilitate ventriculi & flatibus conquerebatur, generatis ex pituita in ventriculo retenta: voluit vt ſingulis diebus tribus horis ante prandium acciperet vnciam vnam ſyrupi de abſinthio ſic facti.

R. Succi de abſinthio,
Succi de mentha ana ℥.iij.

Purificentur ſucci, & cum ſaccaro albo ſyrupizentur.

Consilivm CCXVII.

De dyſenteria.

Epos Patauini Capitanei, puer duodecim annorum, ſine aliqua euidenti cauſa notabili, nec pręcedente fluxu aliquo vētris, ſubitò in dyſenteriam incidit: ita, vt paucis horis quater vel quinquies deſideret, cumq; abraſione notabili inteſtinorum, materiam cholericam, & valde malignam excernebat, ſine dolore ventris & torminibus.

Montanvs.

Clyſterem ordinauit abluentem, ex decocto hordei in brodio pulli, cum ſaccaro rubeo, & vitello oui: ceſſauit ea nocte fluxus, nec ſequēti die quicquam percepit. Tertia die fluxus rediit eodem planè modo, ſicut antè, cum aliqua alteratione febrili. Iterum aliquoties excreuit materias bilioſas cum abraſione. Montanus iterum clyſterē ordinauit eundem, ſi dolores haberet: victum ex auibus montanis. perdices, phaſianos, turtu-

A res, propter caliditatem, minus probabat. pro vino aquam coctam cum coriandris dedit, & iuſsit vt ptiſanam ſuprà deſcriptam cum ſaccaro, quotidie etiam bis comederet. Syrupum manè ex endiuia, hordeo, & coriandris, in brodio tenui decoctis ordinauit. Et regionem hepatis inungi oleo roſato completo, pro refrigeratione voluit. Iterum ſiſtebatur fluxus ea nocte, & ſequenti die etiam. Montanus caſsiam exhiberi volebat, quòd metueret humores in eo corpore contineri: quos

B cùm natura non potuiſſet expellere, tentaſſet tamen, vt ita eo medicamento iuuaretur, & quo iecori ſuccurreret, putauit addēdum rhabarbarū: ſed nolebant adſtantes, metuentes fluxum ventris grauiorem. ſequenti quæ iterum tertia erat, fluxus iterum rediit, & grauior. Montanus adhibito propter mulieres Friſimelica etiam, caſsiæ ℥. s. exhibuit, cum ℈. j. rhabarbar. id cum quatuor aut quinque vicibus bene euacuaſſet, febris illa delituit, & fluxus etiam non apparuit amplius.

C Iuſsit tamen perſiſtere aliquot diebus in diæta & ſyrupis ordinatis, & cauere ab omni genere fructuum: atque ita euaſit.

Pro quodam dyſenterico.

Pro ſyrupo:

R. Syrupi de cichoreo ſine rhabarbaro.
Geleniabin zuccarini ana ℥.j.
Decocti pentaphyllorum,
Agrimoniæ,
Rad. petroſelini ℥.iiij.

D Fiat decoctio in aqua cichorij. Mulieri cuidam in fluxu has eaſdem herbas cum cichorio & endiuia decoctas in brodio exhibuit pro ſyrupo.

Pro confortatiuo.

R. Saccari roſati,
Violati ana ℥.iij.
Diatrion ſandalon,
Diarrhodon abbatis ana ℥.j.s.

E Miſce, fiat electuarium, vna hora ante prandium & cœnam ſumendum.

Consilivm CCXVIII.

De dyſenteria.

IN Septembri filius Ioachimi Genuenſis in fluxum dyſentericum incidit, cum febri: apparebant excoriationes cum materia æruginoſa viridique, vſi erant ſtatim aqua chalybeata, & aliis aſtringētibus, quæ

F omnia remouenda dixit Montanus, & pro refrigeratione, quia febrim præcipuè timebat, hunc ordinauit ſyrupum:

R. Syrupi de endiuia,
De roſis ſiccis ana ℥.s.
Aquarum cichorij & borag. ana ℥.j.s.

Miſce, pro vno & ſic pro aliis. Pro corroboratione membrorum naturalium, præcipuè ventriculi, vnguentum hoc:

G R. Olei de abſinthio,
Roſarum com.
De chamomill. ana ℥.j.

Inungatur tota ventris regio: comedat carnes pullorum, & auium montanarum, perdicum &c.

R. Tra-

R. Tragacanthi ℥.ij.

Diſſoluantur in aqua roſacea, de quo poſtea, quantum eſt vna nux auellana, ponatur in brodiis,quæ comedit vel bibit, & in iis ſemper etiam decoquatur pes vituli, & vna radix petroſelini. Vino abſtineat,bibat aquam coctam cum coriandro & radicibus graminis, & ſaccharo:tamen ſi omnino vinum velit, leniter vino intingi poteſt panis quem comedit.Pro clyſteri lenitiuo accipiatur brodium in quo coctus ſit pes vituli,& immittatur tragacāthum,vt ſuprà, ſed addatur aliquid zacchari rubei, vel loco zacchari addantur mellis roſati ℥.ij.& ſeui hircini ℥.j.poſtquàm egeſsit, accipiatur pannus lineus ſubtilis, & intingatur in aqua plantaginis, & cum eo abluatur inteſtinum rectum, & tabula è nuce arbore calida habeatur, ſuper quam ſedeat: calor enim ille aſtringit & penetrat valde, vt Galenus etiam in Synanche hoc remedio vtatur.

Consilivm CCXIX.

Vtrum fluente aluo, vel exiſtente vomitu aliquo debeamus curare fluxum hunc,fluxu.

Proponitvr fluxus ſanguinis narium, aut fluxus ventris : Moderni pro parte affirmatiua proponunt argumenta, & dicunt, quòd fluxus debeat curari fluxu. Et primò citant autoritatem Auicennæ decimoſexto tertij de Curatione fluxus, vbi Auicenna bene dicit, & quandoque fluxus fluxu curatur, & vomitus vomitu. Ergo per locum ab autoritate,etiam fluente aluo licet purgare. Præterea habent autoritatem Galeni, libro ſecūdo Aphoriſmorum,illo in Aphoriſmo, vbi dicitur,Quæ relinquūtur in morbis : &dicit Galenus,quòd etiamſi fluxiſſet aluus, debemus etiam fluxu curare fluxum, quia ea quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere ſolent. Arguunt insuper experientia. Videmus, inquiunt, quotidie medicos,vbi fluunt hęmorrhoides, vel ſanguinis narium, vel ſputum ſanguinis copioſum, curare tū fluxus per alios fluxus, per ſanguinem ex venis miſſum. Quod quidem omnino contrariū eſt ſententiæ Auic. hoc loco, quæ quidem autoritas ab Auic.prolata confirmatur à Galeno primo ad Glauc.vbi dicit:Si in febribus fluat aluus,non debemus moliri aliam euacuationem, neq; per ſanguinis miſsionem,neque per pharmacum.Affert rationem,quia cōtingeret debilitas virtutis, & alia multa.Pro vtilitate quęſtionis,diſtinguere debetis.Vbi fluxus ſuperuenit in corpore humano, videndū eſt, vtrum dependeat ab aliqua materia aggregata in corpore ſano alioqui exiſtēte,in quo neq; febris adſit,neq; abceſſus,neq; adſit alia ęgritudo, ac tum accedat fluor alui, & egerat homo iſte materias bilioſas, vel pituitoſas, quæ inſigniter peccēt in qualitate : vel an iſte habeat fluxum cum febre,vel alia ægritudine, quæ poſtulat purgationem particularem. Magna differētia vtrum hoc modo,vel illo adſit fluxus. Nā ſi fuerit in corpore,vbi ſit nulla ęgritudo ſimul,tunc videndum nunquid ille fluxus ſit idoneus pro illa materia: & dum fluit materia,an corpus ſeipſo leuius per-

A cipiatur, aut meliùs ſeſe habeat. In hoc caſu totum opus naturæ permittere debemus,iuxta prę ceptū Hippocratis,Si talia purgentur, qualia,&c. Quòd ſi aluus fluat, & homo tūc percipiat ſe debiliorem reddi,nec fluxus ille ſufficit pro plenitudine,videtur quòd natura ſit impotens ad expellendum. In hoc caſu fluxus fluxu curatur, cùm nulla ſit ægritudo,& nullam hominis,vel virtutis imbecillitatem afferat:hìc valde cauendū, ne materia retenta ægritudinem faciat, quare adiuuan-

B da eſt natura.Et hoc eſt,quod Auicenna loco citato dicit,fluxum fluxu curari, non abſolutè, ita vt regula eſſet vniuerſalis, ſed dicit quandoque: in hoc caſa ſcilicet, quādo fluit aluus, vel vomit aliquis, ſed non tantum,quantum oportet, tunc neceſſarium eſt,vt arte ſuppleatur,in quo natura deficit. Et hoc eſt,quod Galen.in Aphoriſmo dixit, Quæ relinquntur,&c.quando natura nō poteſt expellere,quantum erat expellendum,medicus ipſe adiuuat eam. Quòd ſi fluxus eſt cū ægri-

C tudine, & non eſt ſufficiens, debemúſne adiuuare naturam? Galen.non vult:nam cōſiderat non tantùm præſentia, ſed futura etiam.Scitis, quando adeſt febris,& oportet materiam euacuare,illa euacuatio,quæ à natura ſit ,paulatim expellit materiam : ſed vos euacuatis primò per medicinam ſoluentem, omnis autem medicina ſoluens calida eſt: ergo auget febrim, exiccat, colliquefacit corpus, deiicit virtutem, cùm nos humectātibus non exiccantibus,refrigerantibus non calefacien

D tibus, conſeruatione virtutis non deperditione virtutis indigeamus.Præterea debilitantur inteſtina, ne retineant etiam alimēta propria,& quod deterius eſt deducit ad mortem. Hinc bene Gal. 8.Ther.vbi curat hominem patientem ſynocham ſine putredine,mittit ſanguinem vſque ad ſyncopen,& ſtatim illam curat,cùm non adſit putredō. Sed vndecimo Methodi,vbi curat hominem putridam febrem patientem, mittendum quidem ſanguinem dicit,ſed minus quàm requirat ægri-

E tudo. Quare? Quia euacuato ſanguine,virtus ſit debilior: vnde non ſufficit ad maturationem, & concoctionem humorum. Et ideo, quando nos conſideramus non tantùm præſentia, ſed etiam futura, vbi fluat aluus cum febre, & non tantum quantum oportet,non debemus ſupplere nos,ne faciamus omnia incommoda dicta. Videtis quando Auicenna dicit fluxus fluxu curatur,& quando non, & quomodo autoritates concordentur.

F

Consilivm CCXX.

Poſt fluxum dyſentericum pro illuſtriſsimo Domino.

Cvm audierimus dominationem ſuam fluxu dyſenterico laboraſſe, & tam exquiſitè fuiſſe curatum : reſtare tamen imbecillitatē & omnium membrorum veluti laſsitudinem, ita vt nerui quoque non videantur contracti:neceſſariò perſuaderetur ex a-

G būdāti euacuatione corporis hoc plus fuiſſe exiccatum.Vnde & laſsitudo & venarum illa occulta contractio ſubiecta fuerit. Pro curatione igitur nihil aliud crederem eſſe moliēdum, quàm vt o-

ptimis alimentis reficeretur, leni & placido exer
citio exerceretur, non reſoluentis, ſed excitantis
calorem innatum. Lætè & iucundè viueret cum
amicis, animique moleſtias vitaret, ſomni & quie
ti indulgeret. Inde enim ſpero vires eſſe reficien-
das, conſuetumque humorem longo fluore ex-
hauſtum reſtituendum. Vnde omnia ceſſabunt
ſymptomata.

CONSILIVM CCXXI.

De acutiſſimo dolore ventriculi ex vermibus, 1550. Menſe Febr.

POSTQVAM & ego quoque pro iſta
nobili puella ſum aliqua dicturus, vt
ſatisfaciam meo loco, afferã nõnulla,
de quibus inter nos conſtare debet.
Cùm verò iam eã nõ videamus, ad relata me con
fero, ac ſuppono intemperaturã caliditatẽ & hu-
miditatem excedentem: id enim arguebat clariſs.
D. ex colore cutis. Dicit eam eſſe albã, cum colo-
re rubeo, habere capillos albicãtes cum quadam
citrinitate, & eſſe carnoſam: ſtatuamus ergo fuiſ-
ſe calidam, & humidam ſecundùm naturalẽ tem-
periem. Deinde eſſe in pueritia: Ergo ratione ętа-
tis, & tẽperaturæ, & habitus corporis arguimus,
quòd in iſta puella plurima redundet humiditas:
habemus etiam hoc ex ratione ſexus, quoniam
puella, ergo humida. Tria ergo ſunt, quę indicant
redundantiã humiditatis, & calorẽ mediocrem,
quoniam humiditas iſta obtũdit acrimoniam ca-
liditatis. Stantibus his omnib. ſemper redũdauit,
& nunc redundat humiditas in hoc corpore, abſ-
que eo, quòd ægrotauit, & conſequenter habuit
calorem innatũ remiſſum. Suppono aliud, quòd
in ætate duorum annorum ſuperuenerint men-
ſtrua ex loco conſueto prodeũtia in pauca quan-
titate. Suppono tertiò, quòd tandem cęſſauit flu-
xus iſtius materiæ rubeæ, & ſuperuenit aliud po-
ſtea ſymptoma, quod iſti medici ex ratione tantũ
crediderunt eſſe epilepſiam, & hoc ex eo conii-
ciunt, quia apparebat ſpuma circa os. Audio etiã
quòd cõuellebatur, nõ tamen certò conſtat ex re
latione Doctoris de conuulſione, quia nihil de ea
locutus eſt. Suppono quartò, quòd tandem ceſſa
uerit poſt aliquas purgationes fluxus iſte per vte
rum, qui ſicut exibat per matricem prius, nunc
per os, nec amplius per matricẽ: cui poſtmodum
ſucceſsit epilepſia, à qua fuit liberata anno præte-
rito per pharmacum. Hoc verò anno vndecimo
ætatis ſuæ inuaſit eam febris, & ab ea non tantũ
nõ remota eſt febris, ſed ex vna effecta eſt duplex,
quam iudicarunt doctores eſſe pituitoſam, pro-
pter vrinas palleſcentes, pulſus raros, vndoſos, &
paroxyſmos ſingulis diebus inuadentes æquali-
ter. Et non tantùm duplicata eſt febris, ſed acceſ-
ſit etiam aliud ſymptoma, quod crediderim eſſe
melãcholiã, cum magno clamore abſono, & ſum-
ma exclamatione: & cùm interrogaretur, quæ eſ-
ſet cauſa huius clamoris, reſpondit, quòd patere-
tur maximum dolorem circa ventriculum. In reli
quis nõ imaginatur perperam, nec delirat, niſi in
paroxyſmo aliquid de ſcorpionibus imaginatur.
Iſta omnia ſunt, quę circa hanc puellam contigiſ-
ſe audio. Stãtibus tot ſymptomatibus primò in-
cipiam à defluxu ſanguinis per vterum. Si quis à
me quærat, quod nam nouum genus ſymptoma-
tis nũquam ſcriptum, aut auditum ab aliquo, hoc
ſit, (nunquam enim vidi menſtrua rubea in tan-
tilla ætate, bene vidi alba in puella 3. & 4. annorũ)
cauſa huius noui & tam rari ſymptomatis fuit di
ſpoſitio corporis. Nam quia calida & humida à
natiuitate fuit, vnde redũdauit ſanguine, & apta
fuit vt citius prodiret ſanguis, quoniã ea caliditas
non fuit tanta quæ excoquat, & conſumat humi-
ditatẽ, ſed caliditas iſta obtuſa eſt ab humiditate
redundãte. Vnde oportet, vt plurima excremẽta
redundẽt in ea, & ita natura parat aditũ, vt excer-
nat ſuperfluitates per cõuenietes regiones. Verũ
eſt, quòd vterus conueniens locus eſt menſtruis,
& cùm humida eſſet, & priuaretur exercitio, ratio
ne etiã ætatis & temperaturæ habuit cauſas om-
nes intrinſecas, quæ potuerunt hoc facere: ſed
non propterea probabile, cùm puellę plurimę ha
beant eaſdem conditiones, & maiores quandoq;,
& tamen menſtrua ex illis non erumpunt. Credo
difficile eſſe ponere os in cœlum, tamen ſi conſi-
deramus omnia poſsibilia, multa poſſumus dice-
re circa hęc. Stãte enim naturali hac diſpoſitione,
facilè eſt quòd accedant cauſæ procatarcticæ, vt
talia fiant. Potuerunt enim hoc modo aliqua con
tingere, quę dederunt huic puellę occaſionem, vt
ſanguis in hac ętate prodierit. Sed de hac natura-
li diſpoſitione non loquar plura. Exiuerunt ergo
menſtrua, vel potius imago menſtruorum, vide-
licet guttulæ quædam ſanguinis, & pòſt ceſſarũt,
ſiue quòd humores craſsiores obſtruxerint vias
illas, præcipuè cùm illud eſſet violentum, facilè
potuit fieri, vt viis illis obſtructis menſtrua ceſſa-
rent, vel quia à mulieribus ipſis fuit ſuppreſſum:
quia vſæ ſunt aſtringentibus, ſuppreſſus eſt ergo
ille fluxus ſanguinis poſt conſtrictionem. Vbi na
tura aſſueta erat excernere ſanguinem per illas
vias, quęſiuit alias, ſicut ſæpe contingit, vbi flatus
per vias inferiores conſtringitur, tunc per os exit.
Arbitror aliquid tale cõtigiſſe, nã poſtquam mẽ-
ſtrua erant repreſſa, natura aliam ſibi præparauit
viam per ſuperius, & per os eiecit ea, quæ per in-
feriora excerneret, vnde tãdem vẽtriculus habuit
plurima ſigna, cur debilior eſſet factus, & conſecu
tum eſt ſymptoma, quod vocarunt Vicentini do-
ctores epilepſiam, quæ ipſam per interualla affli-
git, & eſt probabile à ventriculo procedere, pro-
pter vapores eleuatos ad cerebrum. Sed dignum
eſt conſideratione, an fuerit epileptica, quia ſub-
ſeruiet nobis ad ſequentia. Clar. doctores, Si volo
loqui ſecundùm rationẽ, non auſim dicere ipſam
fuiſſe epilepticam, quamuis apparuerit ſpuma cir
ca os: nihil enim audio de cõuulſione. Cõcedatur
quòd fuerit cõuulſio, quęratur an fuerit epilepſia
vera vel motus aliquis, ad quem motũ conſentiat
cerebrum, propter aliquid aliud. Credo quòd cir
ca ventriculum fuerit læſio, quodq; ratione ven-
triculi conſentiat cerebrum, vnde ſenſum & mo-
tum amiſerit. Quid potuit eſſe hoc? Porrò quòd
ſit per cõmunicationem, quod fuerit ratione ver-
mium, vnde hanc coniecturam habeam, appare-
bit ex dictis. Purgata fuit pharmaco, & ſtatim ceſ-

ſauit

ſauit epilepſia, quoniã cauſa, quę faciebat (de qua A
dicam) ſiue materia, quæ lædebat os ventriculi,
per cuius conſenſum cauſabatur motus epilepti-
cus, fuit deducta, qua remota ſymptoma ceſſauit,
non verò cauſa ſymptomatis, id eſt, intemperies
ventriculi, quæ generabat materiam, ex qua fie-
bant conuulſiones: & ideo conſeruata cauſa mor
bi & intemperie, licet remotũ ſit ſymptoma, con-
tigit vt rurſum generetur materia pituitoſa, quæ
tunc non erat ita corrupta, quia nuper genita in-
tra venas diſtributa eſt, & generauit febrem, non B
epilepſiam, quia non ad caput amplius aſcende-
bat, ſed generauit febrem pituitoſam. Habuit au-
tem iſta febris accidentia pituitæ, vrinam albam,
& cætera quæ ad phlegmaticam febrem attinent,
vnde apparet fuiſſe verã febrem phlegmaticam,
propter imbecillitatẽ ventriculi. Contigit poſtea
dum illi curarent febrim, & eſſet intemperies ven
triculi, iſti modò attenderunt ad materiam pec-
cantem, non ad ægritudinem, ſed ad cauſam, & ra
tionabiliter quæſiuerunt præparare materiam pi C
tuitoſam cum ſyrupis attenuantibus & inciden-
bus: materia præparata eſt inciſa & attenuata iis,
quæ incidunt: & quia tenuis ſubſtantiæ ſunt, &
vrinam prouocant, maximam copiam vrinæ edu
xerunt, quæ non curauerunt puellam, ſed perſe-
uerauit cauſa, imbecillitatis ſcilicet ventriculi, vn
de quotidie generata eſt pituita. Vrina prouoca-
ta eſt, ſed fruſtrà, perſeuerante interim intempe-
rie ventriculi. Deinde Medici iſti volentes extir-
pare febrẽ, quæſiuerunt eam euacuare cum phar D
maco, in quo eſt vis electiuè attrahendi, & agari-
cus fuit exhibitus. Omnia autem pharmaca ſunt
calida & ſicca mordicantia, & qualitatem habent
venenoſam, & trahunt materiam à ſuperficie ad
centrum, ideò maximè cauendum ab illis, ne im-
becillo ventriculo exhibeãtur. Et licet plurimùm
de materia pituitoſa eduxerint, tamẽ propter plu
rimam venenoſitatem aliquid derelictum iſtius
pharmaci, quod præcipuè accidit in puellis, & in
corporibus ſymbolum habentibus: vnde facta eſt E
maior imbecillitas, multiplicata adhuc eſt pitui-
ta, & ex vna quotidiana febri facta eſt duplex: ni-
hilominus proceſſerunt iſti adhuc cum ſuis ſyru
pis, qui communiter fiunt, & nos ſcimus quomo
do componantur: tamen omnes qui deguſtant,
dicunt eſſe dulces, quia dominatur mel in ipſis, &
niſi dominetur, ſunt inſigniter amari. Iſta puella
habens pituitam plurimam, & debilitatem maxi
mam ventriculi, ad tantã deuenit multitudinem
pituitæ, quòd acceſſerit aliud ſymptoma. Perci- F
pit nunc maximos dolores circa os ventriculi,
ideò prius fuit imaginata de ſcorpionibus, credo
id fuiſſe, ꝓpter plurimos vapores delatos ad cere
brum. Nunc cõqueritur de dolore ventriculi, cer
tum eſt quòd eſt acutiſsimus dolor circa ventri-
culum, cũ quo etiam conſentit cerebrum. Et me-
ritò eſt acutiſsimus, quia ventriculus eſt admo-
dum ſenſibilis. Exclamat & meritò. Quænam po
tuit eſſe cauſa iſtius doloris? Certum eſt, quòd
fuerint aliqui vapores aſcendentes ad ventricu- G
lum: nec enim perpetuò clamat, ſed interdum,
quia vapores iſti mordicant ventriculum, corru-
pti ſunt, & ſæua accidẽtia faciunt. Vtrum tantum
ſit dominium pituitę, à qua vapores eleuentur ad ventriculum, & ad cerebrum, à quibus tot ſæua accidentia ſequantur? Videamus quæſo effectus, quos facit pituita. Inducit ſomnos, grauitates, obtuſiones ſenſuum corporis. Nam materia humida nõ facit dolorem niſi maxima extenſione. Modò hîc ſunt acutiſsimi dolores, & tales, quia non poſſunt ab ea exprimi, eſt potius anxietas quædam, quæ prouenit à qualitate acuta magis, q̃ ab humore pituitoſo. Credo quòd ſint vermes multiplicati in ventre: oſtẽdimus enim exceſſum humiditatis tum ratione ætatis, tum ſexus & temperaturæ. Quæ cùm adfuerint, materia pituitoſa generata in ventriculo, acceſsit primò epilepſia iſta, quam credo fuiſſe ratione vermium, ſicut & dolor iſte. Scimus enim quòd vapores eleuati à vermibus faciunt epilepſiam, vt ait Galenus & Ariſtoteles. Curata fuit pharmaco. Hîc nota obiter, vermes ſępe interficiuntur, ſed nõ ſtatim exeunt, ſed corrumpuntur, & poſtea exeunt, & in forma pituitæ obductæ educuntur. Quicquid ſit, probabile eſt, quòd fuerint vermes, quia pituita non potuit facere epilepſiam, niſi materia fuiſſet magis venenoſa. Nunc verò habet dolores, & potius anxietates ſtomachicas, quæ non habent nomen. Et vermes non apparent? Triplex eſt genus vermium. Quidam parui ſunt, exiſtentes circa inteſtinum rectum & muſculum. Sunt alij teretes dicti. Alij lati, qui ſunt deteriores omnibus: non enim facilè exeunt, ſed faciunt deterrima accidentia, & quandoque videntur tales vermes, & non exeunt niſi magna difficultate interficiantur. Ergo illa pituita, quæ ſolet inueſtire inteſtinorum tunicas, illa generat vermem, quandoque ſecundùm longitudinem inteſtinorum. Et quòd vermes ſint, video non tantùm habuiſſe cauſam ſuæ generationis, propter materiam pituitoſam, ſed propter exhibitionem frequentẽ ſyruporum dulcium. Vnde crediderim, quòd in iſta puella ſit vermis latus in cauſa, quòd ita affligatur. Quòd ſi fæces viderimus, magis de hoc certus eſſem, ſed conſideratis ſæuiſsimis accidentibus, credo aliquod eſſe deteſtabile genus vermium. De eſſentia morbi hoc dictum ſit. De futuro quid ſentiam etiam indicabo. Proculdubiò quoniam videmus puellam hanc nobilem in hac ætate conſtitutam ita affici dolore ventriculi, credo quòd non facilè curabitur, niſi mẽſtrua naturalia acceſſerint, quæ adſunt in propinquo, quia tendit ad decimum quartum annum, qui ſecundus ſeptenarius eſt.

Pro curatione non eſſem multum occupatus in ſolutiuis, ſed maximè cauerem ab illis. Vterer his, quæ abſtergunt pituitam, & euacuant materiam in primis venis exiſtentem, & in ventriculo, poſtea attenuantibus & his quæ materiã coctam expellunt: deinde confortarem omnia membra, & præcipuè ventriculum. Quantum ad euacuationem, non credo aliud eſſe præſtantius remedium, q̃ agaricum, & rhabarbarum, quæ duo vel permiſcerem ſimul, vel ſola exhiberem. Sed quoniam materiæ pituitoſæ ſunt, imbibitæ intra tunicas ventriculi: hieram præferrẽ aliis, quia ſubtilioris eſt ſubſtantiæ, propter aromata ingredientia, incidit, penetrat, abſtergit, & amara eſt, & ita

magis interficit vermes: quòd ſi admiſceatur rhabarbarũ, credo quòd fuerit optima miſtio. Oxymel ſcylliticum nonnihil præſtaret ad abſtergendum, & exiccandum os ventriculi, & occidẽdum vermes. Sed acetum ſcylliticum cum hoc, quod facit purgationem, maximè ad inciſionem & abſterſionem prodeſt. Secundò pro euacuatione & concoctione in venis, non vterer ſyrupis, ſed decoctis, in quibus non eſſet ſaccharũ. Si vellet ferre, optimum eſſet decoctum abſinthij, chamædrios, ſaluiæ cichorij, aniſorum etiam, quæ non habent amaritudinem. Scordium non diſplicet. Iſta eſt via qua ingrederer. Placeret vt vteretur vel mythridato, vel theriaca, ſed magis placeret ℈. j. vel drachma ſemis mythridati: facit enim ad vermes, adque corroborationem ventriculi, placerent trochiſci de abſinthio, de rhabarbaro. Et ita aſsiduè his confortantibus vterer. Comedat aniſa manè ante prãdium, & veſpere ante cœnã. Et vellem vt in omnibus haberet optimam rationem victus. Primùm exhiberem vinum, ſed quia redundat pituita, poſt euacuationes præmiſſas: vinum eſſet pauciferum, & ſi toleraret ventriculus, quod haberet aciditatem, & aſtrictionem: vnde tale vinum non diſpliceret. Quantum ad cibaria attinet, ſint attenuantia non excrementoſa, veſcatur auibus ſilueſtribus. Et ita procederem in iſta puella, donec aliud viderem. De cataplaſmate exterius applicando, vellem continuè euacuare ventriculum, donec perfectè euacuatus eſt. De aliis exterius applicandis non eſſem occupatus: clyſteres alios non facerem niſi ex lacte & ſaccharo, quia non euacuationem per clyſteres niſi ex inteſtinis craſsis quærimus, ſed materia eſt in ventriculo: deinde clyſteres attenuant & ſubtiliant inteſtina. Ergo euacuarem per pharmaca in os aſſumpta, quia materia non eſt in inteſtinis, & vellem ipſam euacuare cum hiera (vt dixi) & aloe.

CONSILIVM CCXXII.

De cura vermium puerorum.

℞. Rhabarbari,
Agarici trochiſci ana ʒ.s.
Oxymellis ſ.
Aquæ graminis ana ʒ.vj.
Miſce, & fiat potio parua. Item:
℞. Agrarici præparati,
Rhabarbari electi ana ʒ.s.
Oxymellis ſ.
Syrupi de endiuia,
Aquæ graminis ana ℥.s.
Miſce & fiat potio parua, pillulæ quinetiam ad eandem intentionem.
℞. Seminis citri mundatorum ʒ.ij.
Diſſoluantur in vino maluatico, exprimatũrque, & expreſsioni miſce
Aloes lotæ, cum ſucco roſarum ʒ.iij.
Agarici ʒ.j.s.
Rhabarbari ʒ.j.s.
Camphoræ ℈.j
Croci gr.iiij.
Myrrhæ ℈.s.
Miſce, & fiat magdaleon, ex quo pillula vna

A quantitate vnius ℈. vel ℈.s. fiat, antequam cibum ſumat.

Compoſitio ad vermes adijcienda.

℞. Gentianæ,
Centaurei minoris,
Aloes,
Agarici ana,
Garyophyllorum,
Nigellæ,
B Coſti,
Sem. ſantonici,
Aniſi,
Scordij ana ʒ.j.s.
Cornu cerui vſti,
Roſarum rubearum,
Sem. acetoſæ,
Margaritarum ana ʒ.j.

Puluerizentur omnia per ſe ſubtiliter, deinde miſceantur, poſtea inſpergantur ſucco limonum C admiſto cum acerrimo aceto & aqua roſacea æquis portionibus, & permittantur exiccari, & hoc iteretur ſepties. Vltimò adde croci ʒ.s. muſci, ambræ ana gr. x. & cum ſyrupo de corticibus citri fiat magdaleon, & tutò dari poteſt à ʒ i. vſque ad duas, & poteſt fieri pauca doſis, & multa, prout libuerit: ſi voletis, in officina conſeruari poteſt, & confici pillulæ, vel in bolo exhiberi, cum modico mellis roſati, vel puluerizetur, & cum aqua cardui benedicti poteſt ſumi prout magis æ- D gro ſatisfiet.

CONSILIVM CCXXIII.

De quodam puero qui ex vermibus cadebat in lipothymias.

PVER quidã duodecim natus annos, optimi coloris & habitus corporis, ſerè quotidie ſub horam 22. incidebat in anguſtias & dolores circa regionẽ E ventriculi, alioqui ſanus. Montanus primò ex materia contenta inter tunicas ventriculi arbitrabatur fieri, ideo pillulam vnam de aloe exhibebat in ſeptimana, quę minuebat aliquid, ſed non totum auferebat. Sòlitus erat alioqui vermibus laborare, & cùm colorem bonum videret faciei, & bene nutriri, flatus venenoſos à vermibus excitatos in cauſa eſſe putabat, ideo ordinauit puluerem, & vnctionem:

℞. Scordij,
F Sem. citri,
Boli armeni orientalis,
Terræ ſigillatæ,
Corallorum rubrorum,
Roſarum ſiccarum,
Sandali citrini,
Electri ana ℈.j.

Puluerizentur omnia per ſe, & addito muſci grano j. & auri puri foliis iij. accipiat ℈. j. per vices, tribus horis ante prandium in brodio, bis G vel ter in ſeptimana. Item

℞. Aloes opt.
Myrrhæ ana ʒ.ij.
Ladani electi,

Maſti-

Maſtiches ana ℥.j.
Olei de abſynthio ℥.j.
Miſce,fiat linimentum pro ſtomacho,cum mo dico ceræ,ſi opus ſit.

CONSILIVM CCXXIIII.

De puero qui vnguentis repercuſsiuis curatus à ſcabie, in febrem incidit & vermes. Anno 1546. Mart.26.

EXHIBVIT paululum caſsiæ cum ſac charo, & ſyrupum ex ſero lactis caprini cum ſucco boraginis & ſaccharo,quò eſſet delicatior potus, pro expurganda materia,& mundificando ſanguine,vnctiones omnes in delicatis reprobauit, & maximè repercuſsiuas:ſubſequentibus diebus puer à febre liber videbatur, eam ob cauſam,qui eius curam habebant,purgari noluerunt: omiſſa purgatione, vermes (quibus abundare non ſenſerunt) adeò in maxima copia ſunt generati, ex materia illa putreſcente in corpore,vt aſcenderent in ventriculum & gulam, vt facerent febrem acutiſsimam, & paroxyſmos quoq; epilepticos, propter venenoſos illos vapores à vermibus ad cerebrũ aſcẽdentes. Subitò vocatus Montanus, clyſterẽ exhibuit, eum non totũ ſumpſerat,ſed nihilominus excreuerat copioſè, & vomuerat quoq;, ſiti ardebat vehemẽti.Ideo potum ordinauit ex oxymellite ſimplici, aqua acetoſæ, ſucco arantiorum non dulcium,& modico aquæ roſaceæ,eius biberet quoties vellet,& quantum vellet,quod & nutrimentum aliquod daret (nihil enim comedere volebat) & reſiſteret putredini, ac vermes etiam pelleret, nec ſe curare dicebat, quòd nihil comederet (dummodo biberet illam potionem) quia magis de oppreſsione virtutis q̃ reſolutione time ret. Voluit etiam vt inungeretur regio cordis vnguento roſato Meſue recenti, cum modico aquæ roſ. ad reficiendos ſpiritus cordis laborátes propter febrim & vermes. Poſtea in paroxyſmo vehe mentiori cùm pulſus quaſi perditus videretur,& cor admodùm laboraret, frictiones ordinauit in partibus inferioribus à natibus verſus pedes, & ventoſas ſiccas apponi voluit,& deinde etiam ſcarificari,pro auerſione humorũ: ſed puer pati noluit, propterea cordis regionẽ ſæpius inungi vnguento ſupradicto voluit, veſperi ſuppoſitorium exhiberi iuſsit ex melle ſimpl. & ſi illud non operaretur, clyſterem ex lacte & zuccharo, vt ſuprà: vnctiones ſæpius repeti circa præcordia, & theriacæ bonæ, aut mithridati exhiberi ad quantitatem vnius fabæ. Deinde potu ſuo vti quantũ vellet:& in eo inſpergi puluerẽ vnicornu,ꝓ cibo coqui folia acetoſæ in iure pulli,& id dari cũ vitello oui. Et quia ventoſas recuſauit,hoc ordinauit:

R. Oleiamygdalarum dulcium ℥.ij.
Aquæ chamòmillæ ℥.iiij.
Salis nitri ʒ.ij.

Contundatur nitrum,& decoquatur vſque ad conſumptionem aquæ. Si fortè paroxyſmus aliquis ſuperueniret,ſuppoſitorium iuſsit ex melle imponi. Mortuus eſt ea nocte.

Pro alio puero trium annorum vermibus laborante.

R. Rhabarbari ℈.ij.
Syrupi acetoſi multæ acetoſitatis ℥.j.
Aquæ acetoſæ ℥.iij.
Miſce,per ſex dies bibat hanc potionem.

Puellæ biennulæ in obſtructionibus & tenſionibus.

Ordinato victu vtatur ex auib⁹ campeſtribus, ouis recentibus, brodiis, in quibus coquitur petroſelinum, & vini loco bibat aquã coctam cum radicibus,granis,& modico cinamomi:quã ſi aliter bibere nollet,modico vino leuiter tingere poteſt,vt ita decipiatur. Syrupus ſit ex media ſcutella brodij, in quo decoquantur tres radices petroſelini,& tres cichorij lini,poſtea miſceantur ſyrupi acetoſi de duabus radicibus ana ʒ.ij.vel iij. Itẽ,

R. Rhabarbari ʒ.j.
Garyophyllorum gr.x.
Pulueri zentur,deinde cum aqua roſata & zuc charo multo fiat cõfectio in rotulis ʒ.ij. pondere.

CONSILIVM CCXXV.

De fluxu hæmorrhoidum.

FLVXVS ſanguinis è ſede eſſe. Natura fluxus ſanguinis primò conſideranda eſt: poteſt enim vel ex vlcere,vel ex eroſione venæ, vel apertione hæmorrhoidum.In hoc caſu non eſt ex vlcere,quia adeſſent magnæ cauitates in inteſtino recto. Non ab eroſione, quia in maxima quantitate ſanguis excerneretur,non immiſtus fæcibus,ſed cum aquoſitate & mucoſitate quadã:quod non eſt mirum, quia aquoſitas hæc exit cum ſanguine ex hæmor rhoidibus,diciturque Venetiis vulgò ab Empiricis *Cecirouenga*, colorem referens cinerum decoctorum.Pendet ab apertione venarum hęmorrh. igitur non ob vlcus, aut eroſionem: adeſt autem leuis quædam abraſio, cùm dolorem percipiat. Nam ex continuo fluxu ad hunc locum & ſorditie contraxit leuem excoriationem. Conqueritur de veſicæ obſtructione,ardore vrinę,& dolore perinei, quod eſt ſpacium inter anum & teſticulos, qui non poteſt eſſe, niſi aliqua materia deuenerit ad ipſam veſicam,quæ библиоſa fuerit cum admiſta pituita. Et adeſt ſalſedo propter putredinem,nõ admiſtionem bilis cum pituita, vt voluit Auicenna. Nunquam enim ex amaro & inſipido fit ſalſum. Hoc doceri poteſt experientia, ſi quis accipiat bilem & aquam, ac commiſceat, nunquã ex his duobus reſultabit ſalſedo. Eſt igitur aliquid putrefactũ,quia adeſt febris. Cauſa ardoris ac doloris eſt acrimonia bilis, putrẽdo febris, obſtructionis pituita. Cura eſt, vt abſtergatur materia, nõ vterer aſtringẽtibus,ſed his quæ ſine eroſione mundificant,vt eſt decoctum hordei, vel fabarũ, item furfuris. Aſtringentibus ideo nõ puto vtendum: nam ſi materia aliqua deſcẽderet ad partes inferiores à ſuperioribus, & ita interciperetur vſu aſtringentium,atq; ita quæ à natura expellenda ſunt,retinerentur,eſſet tenaſmus metuendus. Nam is fit à materiebus expulſis ad inteſtinũ re-

ctum,& muſculum Sphinćterē,in quo eſt obſtructio facta : quas cùm muſculus non obediens expellere nequeat, facit tenaſmum,qui longè peior eſt dyſenteria:vnde in frequenti inſeſsione in locis frigidis,vel vſu aſtringentium muſculis inobediens ad expellēdum redditus tenaſmum cauſat, idque (vt teſtatur Auicenna) ab aſtringentibus plurimùm contingit. Cauēdum igitur ab aſtringentibus,ne tenaſmum inducamus:& vtatur abſtergentibus ſiue eroſione quæ parùm exiccant, quibus & vlcera ſæpe curantur. Nec vllus fluxus teſte Auicenna eſt aſtringendus,niſi ægrū ad manifeſtū caſum virtutis deduxerit. Dico nō quemlibet caſum virtutis, aut leuem ſuſpicionem : ſed manifeſtum,& qui nos cogat aſtringere. Et Galenus in Therapeuticis dicit, accidētia non debent curari in morbis,niſi habeant rationem cauſæ. Et vbi ſyncopen in morbo curat,ad curam eius principaliter attendere nos iubet neglecto morbo,eſtque cura illa coacta,nō regularis:ſic quādo aſtringimus fluxum. Loquimur autem de fluxu ſpontaneo,non de violento, vt ex caſu, vel inciſione venarum:hic enim ſtatim comprimēdus & adſtringendus eſt. Hîc igitur non aſtringendum,ſed potius diuertendum eſt,vt Galenus ſputum ſanguinis per miſsionem ſanguinis curat, & exiccationem capitis, ne detur occaſio maioris eroſionis. Non tamen aſtringentibus,ſed his quæ moderatè refrigerant,vt extinguatur caliditas,& exiccat, non vt aſtringatur pars , ſed cauſa fluxus prohibeatur intercipiendo fluxū cum deriuatione. Noſtri ſtatim currunt ad bolum armenum aſtringentem,non reſpicientes miſsionē ſanguinis. Galen. quinto Methodi,docet curare duos,qui patiebantur rupturā venarum , curat fœminam & virum, vtrunq; ſynapiſmis & diaſpermaton & theriaca noua. A muliere non mittit ſanguinem,ſed à viro. Et addit rationem, quia ieiunauerat. Nos tamen hoc tempore importunè omnibus mittimus ſanguinem, nec curamus inanitionem, aut virtutis defectū. Igitur ſi multitudo ſanguinis, aut flatus affuerit, confert miſsio ſanguinis in ſputo . Si verò ſputum ſanguinis à ſanguine calido erodente:vtimur diaſpermatō, & relinquimus miſsionē ſanguinis. Hæc facienda meo iudicio eſſe cenſeo.

CONSILIVM CCXXVI.

De hæmorrhoidibus,pro nobili muliere.

EX his quæ percipere potui, tum ex illuſtriſsimo Domino recitante, tum ex inſtructione excellentiſsimi medici, iudicauerim illuſtriſsimam Dominam pati fluxum hæmorrhoidum ſimplicem : neque enim ſufficiens ſignum eſt, ex meſar. ſanguinem fluere,quoniam circa eas partes dolor ſentiatur, cùm idem poſsint flatus efficere, vel alia materia ibi concluſa, vt contingit in obſtructionibus, à quibus non arbitror illuſtriſsimam dominam immunem eſſe. Quòd verò fæces vel præcedunt, vel ſequuntur , vtrunque continuè videmus in hæmorrhoidum defluxu contingere, & ratio ita manifeſta eſt, vt explicatione non indigeat. Eſt autem perpetuum ſignum, ſanguinem à ſuperiori-

A bus partibus per egeſtionem emitti, ſi fæcibus fuerit valde permiſtus : quod non audio hîc euenire : imò quòd vel præcedat, vel ſubſequatur. Omitto accidentia ſæuiora, quæ contingerent,ſi fluxus à meſaraicis prodiret, præcipuè vbi gummi retinētur. Nam ſyncope, quas audio nonnunquam ſuccedere, ex multa fiunt inanitione, quæ maxima ſyncoparum cauſa eſt,vt 12. Therap. teſtatur Gale. Ex fluxu autem redundāti hæmorrhoi-

B dum, ita ſolet hepar refrigerari per priuationem ſanguinis , & ſpirituum , vt homines frequenter inde primò in malum habitum , quem καχεξίαν vocant,deinde tādem in hydropen,incidere conſueuerint: quod quidē iam euenire in illuſt. D. ex inſtructione percepi . Habet enim totius corporis colorem pallidum & exanguem : quod eſt cachexiæ peculiare. Habet tumorem pedis , quod etiā initium hydropis. Crediderim igitur hepar illius inſigniter refrigeratum: non tamen quia aduenerit illi in ſubſtantia aliqua eſſentialis frigidi-

C tas, ſed quia priuatur ſanguine & ſpiritu , qui ex vapore ſanguinis generatur. Hîc pauci & mali generātur:& cùm color mediantibus ſpiritibus impertiatur toti corpori per actualem calorem , neceſſariū eſt vt corpus refrigeretur, ſpiritibus vel quantitate,vel qualitate corruptis. Refrigerationem intelligo hîc priuationē caloris innati, cum qua refrigeratione ſtat ſæpe caliditas ignea ex varia putredine humorum : & contingit in diuerſis corporis partibus. Et hinc eſt, quòd quidam hy-

D dropici quandoq; etiam plurima bile redundāt, quamuis frigidiſsimi ſint hepatis,& perpetuò citrina repleātur aqua,non ob aliud quàm propter obſtructiones , vnde putredines & calor igneus augentur. Ideo & frequentiſsimè hydropici & cachectici febricula laborant,quæ tū à medico tum ab ægro percipi poteſt : hoc genus febris à Græcis Typhodes, ab Arabib. Latica appellatur. Hoc dixi,ne mirum ſit,cur ſtante frigiditate hepatis in illuſt. Domina, redundant quandoque humores

E acres & rodentes , qui quidem igneæ caliditatis indicia ſunt. Ex his patet,quid ego ſentiam de diſpoſitione illuſt. Dominæ . Quas verò cauſas habuerit huiuſmodi fluxus tam copioſus, non ſatis mihi cōſtat: fortaſſe tamē cōtingere potuit,vt ſtāte hep. naturali caliditate, vt refert medicus excellētiſsimus, quòd ſanguis paracmaſticæ ætatis redditus ſit ſeipſo magis aduſtus & melancholicus, vt in talibus temperamentis contingit. Accedentibus forſitan etiam accidentibus animi & aliis

F moleſtiis,& mala victus ratione. Multiplicato igitur melācholico humore, natura per hæmorrhoides,vt par erat,excretionem tentauit. Perpetuò autem ita in reliquis omnib. euacuationibus contingit,vt quoties ſuperfluunt, viæ relaxantur,mēbra recipientia fiunt imbecillia, vnde poſtea cōtinuatur defluxio, & habitum cōtrahit, qui poſtea nulla arte emendari poteſt. Hæc de cauſa & morbo quātum potui coniicere. De prognoſtico hoc vnicum dixerim, valde mihi ſuſpectam eſſe ægri-

G tudinē. Nunc & morbus cōfirmatus eſt,& quemadmodum nuper dixi, fluxio induxit malū habitum : præterea vbi membra, in quibus naturalis caloris ſedes eſt,vel materialiter,vel formaliter ſi-

cut

cut hepar & cor, fuerint refrigerata, haud facilè ca leſiunt. Cùm enim in his ſint facultatũ domicilia, ſitque naturæ Medicus miniſter, quid erit illud quod calefaciet, ſi natura deficit? Tentandum tamen eſt, ſi perfectè curare nõ poſſumus, vt præſeruemus hanc illuſt. Dominã à deteriori diſpoſitione, in quã facilè poſsit incidere, ſicut eſt hydrops, vel mors repentina, ex interuentu validioris ſyncopæ. Neque propterea dico non poſſe eam curari, quamuis difficillimum ſit. Quibus autem remedijs id fieri poſsit? Credo præſtantiſsima remedia eſſe, vel intentiones operandi. Primò, vt auertatur fluxus ad oppoſitas partes. Secũdò, vt ita regatur corpus, vt optimum ſanguinem generet. Tertiò, vt membra mandãtia corroborentur, ne expellant quod expellere non debent: viæ etiam per quas fit expulſio, & loca quæ recipiunt, ſunt confortandæ, hoc tamen vltimo loco, iudicio meo, cum maxima cautela & timore fieri debet: ſtante enim ſanguine malo & corrupto, & perſeuerãte expulſione nobilioris membri, ſi fiet importuna aſtrictio, cohibebitur ſãguis, & tũc à ſyncope & à ſuffocatione ſæuiſsima contingent accidentia. Optimè igitur dicebat Hippocrat. Vbi hæmorrhoides aſtringendæ ſunt, vnam ſemper apertam relinquendam eſſe. Incipiamus igitur primò à bona ſanguinis generatione, quæ fit per victus rationem: ac primò conſulo, vt eligat amœnum aerem, in hilari domicilio ad Orientem liberè, ſi fieri poteſt, expoſito, euitetque prorſus omnes animi moleſtias. Et ſi muſicis delectatur, cum illis conuerſetur, & tandem exquirat omnia animi delectamenta: ex aere enim puro & animi iucunditate multiplicãtur ſpiritus, tum quantitate tũ qualitate perfecti. Exercitiũ moderatũ admittat ſuperiorũ magis partium, quàm inferiorũ. Et quamuis mulier ſit, cui non competant exercitia virorum: pro ſalute tamen laudauerim, vt admittat, atque ita ſi arcu delectaretur, eſſet in hoc caſu præſtantiſsimum. Eſt etiam aliud exercitij genus à medicis repertũ, ocioſum quidem, ſed vtile, & eſt vt duæ plumbeæ pilæ, ponderis pro ratione virium exercentis, vtraque manu teneãtur, & inde ita crebro & vario manuũ & brachiorum iactatu ſuperiores partes exerceantur: hoc enim maximè facit ad coctiones corroborandas, & calorem naturalem augẽdum: facit etiam diuerſionem, de qua ſumus locuturi. Vinum eligat iudicio meo album magis quàm nigrum: inde enim lucidior & melior ſanguis generabitur, ſed ita præparetur vt vindemiæ tempore accipiantur 8. vuæ expreſſæ partes, & 2. limpidiſsimæ aquæ, in qua prius decoctæ ſint polypodij lib. 4. betonicæ lib. 10. roſarum ſiccarum lib. 6. baccarũ myrti lib. 5. bulliant omnia ſimul in prædicta aqua. Deinde facta diligenti expreſsione & colatura, ſuperijciatur vuæ expreſſæ ſuccus, atque ita dimittatur ſecundùm conſuetudinẽ feruere, poſtea extrahatur & ſeruetur. Hoc vinum optimè nutriet, ſanguinem lucidum generabit, atque eaiam membra quantum ſatis fuerit, corroborabit. De reliquo victus genere, credo ex longo morbo iam aſſueuiſſe, vt nihil delinquat, ſi tamen delinqueret, admoneo nihil illi ferè pernicioſius. Tota enim vis eſt in recta victus ratione: nam medicamenta in corpore priuato ſanguine & ſpiritu, vel parùm proficiunt, vel etiã magis lædunt. Abſtineat igitur à quocunque genere fructuum, à leguminibus, à lacticinijs, ab acetarijs crudis, ab omni carne antiqua & ſalita, ab aromatibus, ab acrib. cibarijs, qualia ſunt allia, cæpe: & ne in hac parte moroſa ſit. Vtatur cibis optimi alimenti & facillimæ coctionis, quæ præſenti medico ita nota ſunt, vt omnino ſit ſuperuacaneum enumerare. Hæc ſatis pro ea parte quam propoſuimus, vt procuremus ſanguinem perquã optimum generare. Pro auerſione & retractione ad partes oppoſitas ſanguinis fluentis, facient primò exercitia prædicta. Deinde aſsiduè fiãt frictiones matutinæ in brachijs, ſpatulis & pectore, ita vt ſuaues quidem ſint & leues, longiores tamen, vt cutis floreat & rubeſcat: tamẽ pro illius corporis ſtatu, vbi etiam importunus fluxus quandoq; moleſtauerit, optimum eſt, vt ſiniſtro lateri ventoſa in lienis regione applicentur. Non etiam malũ eſſet, ſi hoc idem fieret in dextro hypochondrio, in hepatis ſitu. Ligare etiam brachia ligaturis doloroſis, non leue præſidiũ eſt: omnino enim longè tutius eſt diuertere, quàm conſtringere. Quòd ſi quandoq; euenerit, ſicut audio eueniri, vt ſanguis qui exeat, ſit corrodens, bilioſus & feruens: præſtantiſsimũ remediũ eſt in hoc caſu, manè ſingulis diebus ius pulli pinguis bibere tribus horis ante prandium, & copioſè etiam bibere. Nam ſi quid aliud facit ad acrimoniã ſanguinis temperandam, ius pulli maximè facit: teſtarique poſſum, me plurimos fluxum hæmor. patientes, hoc ſolo remedio curauiſſe. Continuandus eſt tamen vſus huiuſmodi iuris, per plurimos dies. Neque enim pauco tempore perficere poteſt. Erit etiam cogitandũ, nunquid huiuſcemodi auerſionibus prædictis non iuuantibus conueniant fortiores: qualia ſunt cauteria, vel in brachijs, vel in ſpatulis applicata. Nam quãtum ad me attinet, illis ego quàm maximè aſſentirer. Hæc de auerſionibus pro membrorũ mandantium corroboratione, laudarem, vt exterius quidem hepati applicaretur linimentum ita confectum:

℞. Olei de ſpica ſumpti à pigmentarijs, quos vulgò perfumarios vocant ℥.j.
Olei de roſatis ab ijſdẽ deſumpti ℥.j.s.
Maſtichis ʒ.iiij.
Sandal. citrin. ʒ ij.
Ambræ,
Muſci ana g. iij.

Miſce, & cum modico ceræ fiat linimẽtum pro hepate: etiam habert ſacculum ex ſyndone de Chermes, in quo conſueretur huiuſcemodi puluis, laudarem.

℞. Garyophyl.
Nucis muſcatæ ana ʒ.ij.
Macis ʒ. s.
Ladani electi ʒ iij.
Sandal. citrin.
Roſarum rubearum ana ℥ j.
Ambræ
Muſci ana g. iiij.
Maſtichis ʒ. vj.

Miſce, & fiat ſacculus pro ſtomacho. Interius

verò ſummoperè laudarẽ vſum myrobal. cheb. conditorũ,vt manè vnum aſſumeret tribus horis ante prandium,vel acciperet optimi mithridatici ℈ ij.zaccari roſati ℥ s. Miſce,& ſumat eadem hora,vt dictum eſt de myrobalanis:iſta enim maximè faciunt ad membra naturalia corroboranda.Pro confortatione viarum & venarum relaxatarum,non vituperauerim futuro Vere, ſi ſumeret aquam aquarij,quæ eſt in agro Regij Lombardię.Ita tamen,vt non pertranſiret decem vel duodecim cyathos,& non ſumeret ſecũdam,niſi prius reddidiſſet primam, laudaremque vt ipſa concederet ad dicta balnea,& nõ tantum biberet,ſed cum illis quoque ſe ablueret. Pro confortatione loci recipientis,& ipſorum hæmorrhoidũ,laudo ne cõſtringantur, ſed tantũmodo prohibeantur à cõtrarijs,caueat ne ſedeat ſuper re frigida & humida,aut dura,aut aſpera,caueat ab equitatu,neque adeò placeant currus,præcipuè currẽtes,vel tracti in locis lapidoſis,& inæqualibus:ſuffumigium tamen factũ ex his quæ infrà ſcripta ſunt maximè confortat ea loca, ſine manifecta adſtrictione,& habet:

R. Ladani electi ʒ iij.
Thuris optimi ʒ ij.
Sandaracæ ℥ j.
Bdellij ʒ iij.

Cum mucilagine tragacanthi,& fiant throchiſci parui,pro ſuffumigio locorũ hæmorrhoidum. Abluerem etiam loca ex decocto abſinthij,roſarũ & betonicæ,compertum eſt nõ parum prodeſſe. Quòd ſi præterea bis vel ſemel ſaltem in ſeptimana ʒ s. optimi rhabarbaari maſticauerit,maximè faciet ad corpus mundificandum,& ad membra mandãtia,& ad vaſa etiam corroboranda.

CONSILIVM CCXXVII.

Ad fluxum hæmorrhoidum.

R. Vnguenti comitiſſæ q s.
Pulueris Balauſtiarum
Myrtillorum
Gallarum roſarum ana ʒ j.
Miſce. Ad fluxum diarrhœum:
R. Sumach
Radicum cichorij
Radicum plantaginis
Caudæ equinæ ana M.j.
Fiat decoctio in iurepulli pro vicibus duabus.

Clyſter aptus ad mitigandum dolorem hæmorrhoidum.

R. Aquæ hordei lib.s.
Olei de ſem.lini.
Roſati ana ʒ ij. Miſce.

Ad ſedandum dolorem hæmorrhoidum cuidã exhibebat Montanus Bdellij ℈ j.in pillulam redactum. Exterius applicabat linimentum ex ſcarabeis primò vino ablutis & parũm coctis,deinde cum axungia porcina commiſtis. Quia verò erat aſtricta, aluo oleum roſ. cum vitello oui iniecit,& vt ius pulli biberet præcepit.

CONSILIVM CCXXVIII.

De potu thermarum, an conueniat in diſpoſitione ventriculi frigida, & obſtructionibus, exiſtente inſigni caliditate hepatis & lienis.

QVAERITVR à nobis, an debeat bibere aquas thermarum. Non igitur occupat⁹ ero aliis quęſtionibus,niſi quatenus ſine illis ad propoſitam quæſtionem reſpondere non poſſum. Primò aũt nihil poſſum dicere, niſi optimè ſciatur morbi natura:nã ab ea indicatio propriè ſumitur,quid agendum,ſicut ab alijs poſtea reliquæ,quomodo & quando. Natura igitur morbi primò inquirenda. Conqueritur ipſe,quòd habeat rugitus & flatus in vẽtre, aſcendentes ex ſiniſtra parte circa regionem lienis,& hypochondriorum ad furculam vſque,vbi hærent,in parte ſiniſtra maximè,vt interdum videatur ardere is locus,interdũ verò vacuus eſſe, vt hodie:nec de hac re dubitatum eſt,quia flatus tanguntur,& rugitus audiuntur. Quando enim vult,comprimi ventriculum,& parcipit rugitus maximos. Præterea affectum cordis habet,quia aſcẽdit aliquid quod velit ſuffocare cor,ceu aqua. Circa actiones tamen cerebri & ſenſus tam exteriores quàm interiores,bene habet, bene imaginatur,& quę debet,rectè ratiocinatur ac memoratur,delectatur conuerſatione hominum,& ſodalicijs. Exteriores quoq; ſenſus oẽs integri,nec motus impeditus eſt. Heri pręter conſuetudinẽ dicit ſe incidiſſe in vertiginem aliquam,& obtenebrationem oculorum,dum ambularet,& antea nunquam ſenſit,nec timet,niſi cũm materia illa petit cor,tanquam ſuffocatura Præcipuus igitur morbus ſunt flatus illi,ac rugitus circa abdomen totum,ſeu mirach,& totam regionẽ hypocondriorum aſcendentes,excitanteſq; calorem circa furculas:& iſti flatus habent cauſſas materiales,& efficientes. Cauſſa efficiens eſt,vt & Galenus refert,calor diminutus,qui nõ poteſt perfectè concoquere materiam,tamen aggreditur eam,& ita excitat flatus. Calor autẽ diminutus eſſe poteſt, vel in ſeipſo,vt cum tẽperatura frigidior,vel propter abundantiam materiæ. Videndum igitur, vtrum ſit hepar calidum inſigniter ex toto habitu corporis, ex nigredine, & pilis & egeſtionibus etiam cholericis (vt ipſe recitat) Ratione igitur caloris non eſt diminutus, ſed ſatis ſufficientem haberet,ſi non eſſet materia in ventriculo aggregata,& eã vel non concoquit ventriculus debilitate & frigiditate impeditus,vel propter obſtructiones non rectè diſtribuit:hinc fit,vt hypochondria tenſa habeat(vt ſæpe diximus aliàs) quia abdomẽ gracile eſt, & ſine pinguedine omẽti,propter hepatis inſignem caliditatem colliquãtem, & conſumentem pinguedinem: item propter aſsiduum ſtudium,quod ipſius ventriculi imbecillitatẽ generat. Et ideo materia aggregatur, quia alimentum non diſtribuitur,vt oportet,nec perfectè concoquitur,ideo ebullit,ac feruet,& rugitus facit. An modò aggregetur materia in ventriculo, vel liene,vel inteſtinis vel alibi vidẽdum: quia ſemper de ſiniſtra parte magis queritur, &

cùm

cũ eam ſuperius comprimit, deſcēdit flatus: cum A inferius, aſcendit. Coniicio intra peritoneum, & muſculos colligi materiā, & muſculi recti ad furculas terminantur, vbi terminantur & flatus. Sub iis igitur, & inter eos aſcendunt & deſcendunt rugitus. De materia difficultas eſt, à qua ſumitur indicatio operandi, an ſit materia vaporoſa, quæ à ſanguine in venis feruēte, aduſto atque ebullien te excitetur, & inde ad hæc loca deueniat: & ſic omnino videtur, quia maximos percipit ardores in parte ſiniſtra, & circa hypochōdria, & circa fur B culas, ſeu terminum ad quē terminatur, vbi quaſi ignem percipit. Si materia frigida pituitoſa eſſet, non faceret tantum calorem, quia à re calida fit quoque calida impreſsio, non à pituita vel humoribus lentis. Si hoc verum non eſſet, ſed ex vitio ventriculi, non eſſet verus flatus hypochondriacus, quem definit Galenus ex Diocle, vel eſſe feruorem ſanguinis vaporoſi in venis inter vētriculum & hepar, vel propter obſtructionē aut inflammationem pylori. Vbi addunt recentiores C etiam fieri eam obſtructionē ex materia frigida, quod conſiderandum eſſet an poſsibile. Poſſunt autem flatus hypochondriaci eſſe ſine melancholia hypochondriaca, ſed melancholia hypochondriaca nunquam eſt ſine flatibus. Et ibi diſputat Galenus contra Dioclem, vbi dicit propter feruorē ſanguinis aduſti fieri melancholiam hypochōdriacam, non ob frigiditatem: & id ſatis conſtat, ſi quidem in primis principijs conſtare videmus. D Frigiditas diminuit actionem, facit torporem & fatuitatem, non corrumpit actionem. Corruptio verò fit ex caliditate, pituita verò torpidos & ſegnes facit homines. In hoc credo permiſtionem vtriuſque, & iudico illū habere vapores aduſtos aſcēdētes qa circa lienē pcipit feruorē, ideoq; exiſtimo, venas & meatus, qui à ſplene ſunt, ad vētriculum & alias partes, plenos eſſe humore melancholico crudo. Habet præterea multum pituitæ, propter incoctiones in vētriculo, ideo ſentit eru- E ctationes acidas, quas etiam Galenus eos habere dicit, & poſtea liberari. Prouenit autē ea aciditas ex leui corruptione, quæ non aſſequitur finem. Materia autem putreſcit, quòd non poſsit diſtribui ſuo tempore. Ita igitur ego materiam non ſimplicem puto, ſed miſtam, ſicut cauſę ſunt diuerſę, frigiditas ventriculi & imbecillitas, non concoquentis debito modo, nec diſtribuentis, ad quod ſequūtur obſtructiones, & caliditas in hepate, ac feruor in ipſis venis, ac noxia etiam caliditas ipſi- F us lienis. Morbus igitur compoſitus eſt ex diuerſis & oppoſitis temperaturis, quare remedia oppoſita quærēda ſunt, ſed de ijs nihil à nobis nunc quæritur: ſed de balneo, vtrū potus thermarum Aponitarum conueniat. Fauentius iuſsit vt triduo biberet, poſtea verò ſtillicidio vteretur viginti tres, aut viginti quinque diebus. Ego potius cōtrarium facerem, biberem aquam quatuordecim aut viginti diebus, ſtillicidiū verò omnino omitterem. Sed de potu aquarum videtur occurrere hæc dubitatio, quia ægritudo duplex. Quod ad G frigiditatem ventriculi attinet, & obſtructiones, conueniret optimè, quia morbus eſt in compoſitione: ſed illa caliditas ignea in lienis regione, qui

eſt initium, vnde egreditur flatus, & terminatur poſtea in iugulo, & feruet ſanguis in ipſis venis, hepatiſque caliditas contrarium ſuadent, quibus non dubium eſt, non conuenire thermas. Num igitur debemus deſiſtere? Ego quidem exhiberem: ſed interim vellem habere rationem quoque aliorum membrorum. Natura aquarum ſiniſter calida eſt: ita igitur proſpiciendum eſt ventriculo, ne noceamus aliis membris, & præſertim hepati ac lieni. Primò igitur non excederem duodecim aut quatuordecim calices in quantitate, hoc eſt, ne biberet vltra decem aut duodecim libras ad ſummum. Deinde munirem iecur, & lienem etiam in frigidāte Galeni. nō enim aliud ſciō remedium magis ſecurum, & bonum, dummodo ſit recens, & diligenter confectum. Vngerem autem totam regionē lumborum ſecundùm totum longitudinis ſpacium, & hepatis etiam locū. Hoc modo nō nocebit aqua, quia magis figitur in ventriculo, & locis frigidioribus: ad hepar verò & loca calidiora non peruenit, aut ea ſolūmodo tranſit, nec moram facit. Quod ad os furculæ attinet, ingrederer aquā, & lauarē totum corpus. Quanquam ad tollendum hunc morbum, etiam aliis remediis opus fore credā: ſed poſſunt primò aquæ experiri. Stillicidium omnino improbo, quia magis calefaceret caput, & fieret maniacus tandem.

CONSILIVM CCXXIX.

De affectu hypochondriaco, pro generoſo Comite D. de Montfort Germano, anno 1549.

ABORARE illuſtriſsimum Comitem eo affectu non dubitamus, quem antiqui medici flatū hypochōdriacum, recentiores myrachialē appellarunt: ita enim eſſe, & mœſtitia præter cauſam, perpetuiq; ferè circa hypochōdria rugitus facilè oſtendunt. Cùm verò huiuſmodi affectus à contraria intemperie duorum membrorum dependeat, ventriculo inquā frigidiore, & hepate calidiore, habemus in illuſtriſsimo Comite vtriuſq; intemperaturæ manifeſtiſsima ſigna: nam & tardè admodū concoquit, plurimaque redundat pituita: & quod ad ventriculum attinet, iuuatur à calidis, nocumentoque afficitur à frigidis. Renes verò calidiores arenarum rubearum frequens & copioſa eiectio oſtēdit, vrina lutei coloris, ſubtilis, pellucida, puſtulæque quandoque erumpentes, mordaces, viceraque emanantia, caliditatem inſignem hepatis arguunt. Ægritudo igitur illuſtriſsimi Domini eſt intemperies ventriculi frigidior, & hepatis calidior, à quibus proximē generantur ſymptomata cruditatis, flatuū, mœſtitiæ, ob vapores feruefactos & aduſtos, à venis mēſaraicis aſcendentes ob materiæ inflammationem in illis partibus collectæ. Hinc oritur curationis difficultas, & morbi longitudo: cùm enim ventriculus calidioribus ad curationem indigeat, hepar verò frigioribus, non poteſt medicus alterum ſine alterius inſigni noxa curare: vnde etiam morbi lōgitudo cōſequitur, præcipuè quoniam duo illa membra vniuerſo corpori nutriendo inſeruiunt. quæ cùm ægrotent, neceſſarium eſt nutrimentum quoque

generari neque aptum, neque vtile corpori. Tot igitur ſunt cauſæ & longitudinis, & malitiæ morbi, quibus poſtea ſi acceſſerit mala viuendi ratio, & medicorum importuna & malè intellecta curatio, tunc nihil deerit ad perniciē illuſtriſsimi Comitis perficiendā. Primò igitur pro ſcopo curādi illud eſt proponendum, ne aliquis medicus audeat totis viribus, vel magno aliquo impetu ad morbum tollendum proficiſci, ſiue purgando, ſiue alterando, vel corroborādo proceſſerit. Cùm enim purgationes fiant per attractionem humorum à tota corporis circunferentia, per hepar ad ventriculum, venenoſa virtute pharmaci violēter attrahente: neceſſarium eſt vt ab huiuſmodi purgatione tam ventriculus quàm hepar mirū in modum debilitentur, exiccentur, proprioque ac naturali calore deſtituantur, ac conſequenter ad omnem perniciem præparentur. De alteratione verò & corroboratione quid dicere oportet? Quomodo enim vel ventriculum, quantū oportet, calefaciet medicus, vel refrigerabit hepar, ſine alterius maximo detrimento? Ergo primùm prouidere debemus vt placidè moderateq; omnia pertractentur, & ſiue purgatione, ſiue alteratione indigeat, (vtroque enim indigebit) tam hæc quàm illa cautiſsimè fiat, quodque vno impetu confertim fieri non poteſt, longo tempore paulatim efficiatur: atque hæc videtur eſſe tota ratio curationis in illuſtriſsimo Comite, à qua ſi tantillum diſceſſerit, præterquàm quòd fruſtrà laborabit, maximis etiā periculis ſe exponet. Exordiendo igitur curationē magis particularē dicimus illuſtriſsimam dominationem ſuam potiſsimam ſpem in rectiſſima viuendi ratione conſtituere debere: ac primò omni diligentia procurare debet, vt ab omnibus animi moleſtiis prorſus liberetur, fugiat præcipuè aulica negocia, in quibus nunquam ab ambitione, ab æmulatione, ab ira, à ſuſpicione & odio poterit ſeparari: hæc enim omnia ita aulæ & regiis domibus ſunt annexa, vt nullo vnquam tempore, neque ſegregari potuerint, neque poterunt. Quandiu igitur in negotiis aulicis implicabitur, tandiu morborum ſuorum cauſam præcipuā fouebit. Ergo ſi ſanitatem procurat, ad animi quietem, & ad trāquillitatem confugiat, propriisque fortunis amplis & honeſtis contentus ſit, eligatque habitationem optimi aeris, & iucundam: opportunisque & commodis venationibus corpus exerceat, atque in aliis honeſtis voluptatibus occupetur, cum iucundis amicis verſando, ludendo, & confabulando, de nullaque alia re minus, quàm de ſua ęgritudine ſit ſolicitus, tantùm ſe cuſtodiat, & muniat, in reliquis morbum contemnat. Cauebit tam à frigore intēſo, quàm à calore: vnde & ventos omnes euitabit, niuesque horridas, & pluuias, ſed aeri tranquillo ſe ſemper exponat: & ſi quandoque aliquo vrgente negocio cogetur in aerem intemperatum accedere, muniat ſe opportunè his, quæ illi temperaturæ aduerſari poſſunt. A Venere non omnino vellem vt abſtineret, imò (quemadmodum ego opinor) moderata Venus illi nō mediocriter conferet, ſi modò commodè, & ſuis tēporibus illa vtatur. Tēpus opportunum tam Veneris, quàm exercitij eſt, cùm ventriculus ſit à cibo vacuus: facta enim concoctione prima, tam ad Venerem, quàm ad exercitium accedere oportet. Procuret præ cęteris omnibus vt quotidie habeat alui beneficium: & ad hunc vſum ſummoperè laudo illud etiā quod prius admonui, vt habeat familiarem terebinthinam Cypriam, quā deglutiat ad quantitatē nucis paruæ, tribus horis ante prandium, ſemel aut bis aut ter in ſingulis ſeptimanis, prout expedire videbitur. Nam præterquàm quòd aluum mollem efficiat,

A (beside the first line of the right column, "triculus ſit à cibo vacuus")

B ventriculum etiam purgat, obſtructiones aperit, vrinam prouocat, calefacit ventriculum, neque propterea hepar lædit, imò & illi mirum in modum confert, aperiendo, abſtergendo, & mundificando. Quantum verò ad cibum & potum attinet: primò euitabit tanquam peſtem multitudinem cibariorum, ſed vnico tantum cibo contentus erit, neque illo copioſo, ſed ſemper citra ſatietatem à menſa recedet. Erunt cibi laudabiles, à quibus nunquam diſcedet, caro pullorum, hœdo-

C rum, vitulorum lactantium, phaſianorum, perdicum, & auium campeſtrium pinguium, præter coturnices, quas vulgò qualias vocant: vtetur ouis ſorbilibus & recentibus. Abſtinebit ab omnibus carnibus antiquis, ab auibus paluſtribus, à carne porcina, à piſcibus, à leguminibus, ab oleribus, à fructibus, à caſeo, & ab omnibus lacticiniis, ab vſu aromatum, à rebus frictis in ſartagine. Vinum eligat album, clarum, pellucidum, bene maturum, mediocriter potens (vina enim potentia

D ſunt illi maximè infeſta) quod etiam vinum moderatè bibet, in prandio tātùm & cœna: & omnino compotationes effugiet. Hæc eſt victus ratio à S.D. diligentiſsimè ſeruanda, in qua ferè tota curationis ſpes ſtatuenda eſt. Quantum verò ad medicamenta, in illis ero admodum parcus: laudarem tamen vt bis ſingulis annis moderatè ſe purgaret, Vere inquam & Autumno. Eſſet purgatio huiuſmodi:

R. Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.
E Floris caſsiæ ʒ.x.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus hora ante prandium. Deinde

R. Syrupi de cichoria Nicoli ſine rhabar.
Mellis roſati ana ℥.j. Aquæ abſint. ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro ſeptem. Deinde

R. Rhabarbati electi ʒ.ij.
Spicæ gr.x.

Irrorentur vino albo aromatico, deinde infundantur in aqua endiuiæ per horas decem. Poſtea

F R. Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij.

Miſce, & fiat potio, danda in aurora cum cuſtodia. Hic eſt modus purgationis, quem tam Vere quàm Autumno poterit obſeruare. In ſpaciis verò intermediis, ſi quandoque vſus terebinthinæ non ſufficiet ad ventriculū idoneè expurgādum, poterit quandoque mandere ſcrupulos duos rhabarbari electi, & deglutire tribus horis ante prandiū. Vtetur etiam frequentiſsimè ante prandium & cœnā ſaccharo roſaceo ad vnciæ quantitatem:

G eſt enim & ventriculo, & hepati, & renibus quàm maximè vtile. In extrinſecis autem linimentis parum admodum confido, ideo illa omnia conſultò prætermitto. Neque hîc electuariorum & confectionum

ctionum multitudinē congero: noui enim quantum turba ac multitudo remediorum confertim congeſta diuturnis morbis nocere ſolet. Et hæc ſi rectè obſeruauerit, ſpero illuſt. S. D. bene habituram, cum Dei optimi auxilio, cuius nomen ſemper ſit benedictum. A

CONSILIVM CCXXX.

De paſsione hypochondriaca, cuidam Abbati Italiæ præſcriptum.

PASSIO hypocondriaca in quocunq; reperiatur, & à quacunque cauſa fiat, vt dixit Galenus 3. de Locis affectis ex ſententi Dioclis, ſemper eſt longa, diuturna, moroſa, nec facilè curari poteſt. Ideo non mirum, ſi Reuerendus pater ſex annis ea fuerit vexatus. Licet enim Diocles & Galenus ſine vlla temporis determinatione dicant, tamen quotidiana experientia conſtat, quòd huiuſmodi paſſiones plerunque ad interitum homines comitantur. Et quamuis tum Medicorum diligentia, tum ægrorum obedientia aliquod præbeat interuallum, penitus tamen non tollunt vnquam. Imò adeò ſunt importunæ, vt minima quaq; occaſione, aut errore redeant acerbiores quàm antea. Et quantò hominis ætas magis matureſcit, tantò acrius infeſtatur. Et qui cauſam, originē, & locum, vbi radicantur, conſiderat: facilè cognoſcit, quàm ſint deteſtabiles. Oriuntur enim à mala complexione calida, in meſenterio atq; in venis, quæ ibi ſunt. Quare cùm ſitu mediæ ſint inter ſtomachū, & hepar, ſunt importunæ ob malā, quam habent, temperaturam calidam, in attrahendo, perfidæ in corrumpendo, & illud mittendo corruptum ad hepar. Ex quibus neceſſariò ſequitur corruptio, & cruditas. Ebullitio quidem, & corruptio ob dictam caliditatē: cruditas, quia coctiones ſuis temporib. fieri nequeunt, cùm nec cibus tamdiu continea tur, quàm oportebat, propter violentam & intempeſtiuam attractionē, quæ fit ab immodico calore exiſtente in loco ſuprà dicto. Et calor præterea igneus non naturalis, non æquam facit concoctionem. Partim enim adurit, partim inconcoctum relinquit, & ſine vlla coctionis forma. Iſta materia poſtmodò, cùm ſit ſubſtantiæ viſcidæ, calefacta intumeſcit, & replet ſtomachum, ac hypochondria rugitibus, ac vaporibus, & flatibus: qui dū mouentur, & agitantur variè, pręterquā quòd cerebri operationes offendunt, non ſinunt etiam cibum cōtineri in ſtomacho, quem tumefaciunt, & infrigidāt. Nam cibus à calore naturali cùm ſit deſtitutus, augentur cruditates, & pituita multiplicatur. Ex quo, cùm ſtomachus ſit refrigeratus, tum quia gracilis redditus ob defectū omenti pinguis, tum quia inanitus, & rarefactus à feruore loci proximi inflāmati, & ob multitudinē quoq; pituitæ in locis proximis: duæ admodū cōtrariæ diſpoſitiones perſeuerant, caliditas & frigiditas: caliditas quidem, & feruor in dictis venis, frigiditas verò & pituita in ſtomacho, flatus & rugitus in hypocondriis. Nam id quoq; ſignum, quod miſeri ægri percipiunt nocumentū à medicinis tam calidis quàm frigidis. Et ſæpe Medicus angitur, neſcius quo itinere progredi ad curationem debeat. Ideo quoq; curam ſæpe relinquunt: & præterea, id quod in longis morbis, qualis iſte excellenter eſt, ægri amittūt patientiā & ſpem, ſępiusq; regimen mutant, ac modum volentes aliquan do inuenire, nunquam inueniunt. Non eſt igitur mirum, ſi ægritudo iſta tot rationib. diuturniſsima ſit, ita vt reuerendum Abbatem dolor potius ſuæ fortis capere debeat, quàm admiratio, quòd non curatur. Nec enim nouum aliquid patitur, quod aliis, qui tali morbo affliguntur, ſit inſuetū. In cura igitur iſtius non licet præfinire tempus menſis vnius, aut anni, ſicut in aliis cōtingit. Sed oportet in toto vitæ ſuę tempore curationi operam dare: interdum præſeruationi, interdum curationi attendendum. Et vtriuſq; horum præſtantius fundamentum, & conueniens eſt recta victus ratio, in ſex rebus non naturalibus. Et quoniam in hoc conſilio alloquor virū peritiſsimum, ſat erit rerū tantùm capita attigiſſe: nam in his reliqua intelligentur. Primò igitur notandū, quòd aer craſſus, & nebuloſus, & vēti auſtrales, & loca humida reddunt ſpiritus craſsiores, aſtringunt cutis meatus, prohibēt euacuationem & difflationē vaporum. Vnde imagines humorū melancholicorū multiplicantur, & feruor meſenterij maior efficitur, cęteraq; accidentia omnia, quæ ſequuntur. Non dicam de anxietate animi, ſuperfluis laborib. corporis, de nimio ocio, vigiliarū, aut ſomni exceſſu, à quib. cauere debet tanquā lethiferis inimicis. Sed præ cęteris, id pernicioſum eſt ipſi, aluum parum lubricā habere, ſicut econtrà ſalubre admodum lubricam eſſe, atq; ſæpe eam exonerare: ita nanq; vapores omnes deſcendunt & diuertūt. Ideo laudo vſum caſsiæ, & terebinthinæ, rhabarb. aut coniunctum, aut ſeorſum ſumptorum. Cibi eſſe debent boni nutrimenti, facilis concoctionis, nec oportet materias nominatim exponere, quia ſunt notiſsimæ. Vinum eſſe debet tenuiſsimæ ſubſtantiæ, pauci caloris, bene maturum, quod nō ſit auſterū, & mediocriter inter potens & imbecillum. Comedat minus quàm mediocriter, bis in die, & fugiat cruditates ſicut venenum. Non incumbat ſtudiis, nec ſinat ſe corripi ab aliqua anxia cogitatione, maximè poſt cibi aſſumptionem, verſetur cum hominib. iucundis, conueniens manè faciat exercitium, purgetur bis in anno, & in Vere ex baſilica ſanguinem minuat. Summè laudarem balnea Chalderiana, quòd ad penetrationē & vrinæ motionem: alioqui eſſent contraria, & noxia. In medicamentis nihil præpono caſsiæ: hæc enim qualitatib. manifeſtis, ſubſtantia & virtute arom. magis cōuenit huic ægritudini, quàm alia aliqua. In reliquis cōſulo reuerendo Abbati, vt Medicos fugiat & medicinas: facilè enim erunt cauſa ſui exitij. Quia in hoc caſu communis cōſuetudo aliquorum Medicorum eſt exhibere calida, & (vt ipſi inquiunt) carminatiua ventoſitatum. Dū autem illi ſymptomati attendunt, non aduertunt, quòd ægro noceant, & interitum accelerant, augendo cauſam atq; originem ipſius ægritudinis.

CONSILIVM CCXXXI.

De melancholico hypocōdriaco, caſum prolixè recitāte D. Belloc. qui curationi præfuerat.

A

NON poſſum diſſentire admodum à veſtris Excell. quia omnia ſapientiſsimè cogitata & ordinata ſunt à vobis. Sed cùm dignus ſit iuuenis, in cuius curatione laboremus: vt loco meo etiam ſatisfaciam, dicam primò quæ videre & deprehēdere poſſum ſenſu. Primùm temperatura ac habitus corporis, etſi tendit ad caliditatem & ſiccitatem, tamē non arbitror generatum ſanguinem craſsiorem, quia morum optimorum & boni ingenij eſt, ſed ſemper pronus ad iram, in qua tamen facilè placatur. Inde ſpiritus tenuior, & ſanguis etiá ſubtilior ac calidior indicatur. Ex his etiam ingenium promptum ad omnes actiones, vt oſtendit Ariſtot. 2. de Anima. Qui autem tales ſunt, habent ventriculum frigidum, vel ſaltem frigidam intemperiem facilè acquirunt, quia reſoluuntur, & nō poſſunt contrariis reſiſtere, propter ſubtilitatē ſpirituum. Hic deliquit in cibo, potu, & animi accidentibus, quæ reſoluunt valde, ita vt reſidentia poſtea ſint craſsiora ſeipſis. Inde vētriculus debilitatus non concoquit, & hepar calidum facit ſanguinem craſſiorem, vnde ſequuntur flatus hypocondriaci. 3. de Locis affectis. Eſt enim hæc paſsio feruor quidam circa venas meſaraicas, qui oritur cùm ventriculus non rectè cōcoquit, & cibus non coctus perfectè, ſed crudior ad hepar defertur: & fit ebullitio quædam, & motus præter naturam, ex quo eleuantur vapores, reddentes ſpiritus obſcuriores primò: & poſtea cùm augētur ſecundùm proportionē, & acres fiunt ob aduſtionem, faciunt varios affectus, quales ſolent habere, qui corruptam habent imaginationem, ſecundùm rationem vaporum aſcendentium. Ideo rident, & lætantur, nunc irati alios percutiunt, ſicut omnia contigerunt in hoc iuuene. Primò quidem ex ratione victus & leui timore, qui auctus poſtea venit ad melancholiam, nec puto à capite hanc ortam. Non enim in eo principaliter eſt affectus, ſed primam cauſam credo eſſe ratione vaporum aſcendentiū à partibus hypocondriorū. Cæterùm quia abundat ſanguine cholerico, eſt valde afflictus animi accidentib. moleſtiſsimis. Inde aucta humorum aduſtio, & tota quaſi maſſa ſanguinis aduſta, tandem in ambitu venarū propter exercitia, accidentia animi, rixas, malam rationem victus, vigilias, ambulationes nocturnas, multiplicatus humor melancholicus per aliquam aduſtionē. Nec puto eſſe propriè fæcem ſanguinis, quia nō eſt ea mœſtitia, quæ fit ex toto corpore refrigerato propter abundātiam fæcis ſanguinis: ſed ſemper quaſi hilaris, niſi quòd interdum propter aduſtionem humorum ſequuntur alia accidentia ſæuiora. Iudico igitur, omnes rationes ad duo referēdas: ad vapores aſcendentes ex hypocōdriis, facientes melancholiam, vel myrachialē, & ad vapores aſcendentes ex ſanguine aduſto à toto ambitu venarum facientes varia ſymptomata pro ratione variæ aduſtionis. An caput afficiatur quærēdum. Non mirū pati illud, cū maximè recipiat vapores, cumq; ſit perpeſſus tot ſæua accidētiá tamdiu. Nō enim adfuimus à principio, ſed malum multò ante præceſsit: vt requiratur iam in curatione magna diligentia. Duo autem maximè neceſſaria ſunt:

A Medici diligentia & cura, hocq́ue inſtrumentum non deerit. Secundò, vt æger ſe præſtet obientē oportet, & vt omni modo obſequatur, alioqui fruſtrà erunt omnes conatus. Requirūtur tamen & aſsidentes commodi, qui adminiſtrent res, ita vt ſunt ordinatæ: quæ vbi omnia rectè perficientur, ſperamus illum rediturum ad ſanitatem. Habet cerebrum tales operationes, ex quibus lumē ingenij apparet. Adeſt memoria omnium præteritorum, in quo maximè ſpero: quia memoria eſt B ex iis, quæ conſideramus in intellectu. Ergo non ita valde corrupta eſt quoq; imaginatio, cùm ſeruetur omnium memoria. Nō enim eſt tanta perturbatio, quin ibi etiam ſit aliqua lux, ſicut aqua etiam, dum accipit aliquam imaginem, non eſt vltimè perturbata. Eſt ergo ſignum quod poſsit curari.

Cura. Nemini dubium eſt, ſi volumus curare nobiliſs. iuuenem, debere hæc fieri. Primò, humores aduſti multiplicati circa vētriculum, & in C toto ambitu venarum exquiſitiſsimè euacuandi. Secundò, prouidendum ne noui generētur. Tertiò, humectādum corpus, quod præcipuum eſt in omnibus patientibus affectus melancholicos: & hoc maximè conſiderandum iis, qui eos curant. Primò humor euacuabitur iis, quæ rectè humorem ducunt: in hoc præcipuè animaduertendū, vt non exhibeamus tantùm confectionē hamech aut pillulas cocchias, cum elleboro, quia euacuát pituitam potius, quàm melancholiam: ſed vtaD mur etiam quæ melancholiam educunt: vt decocto Myrobal. Senæ, Epithymo, Elleboro. Cocchias verò cum Elleboro ſolas ſi dederitis, ad ℥.j. vel etiam ℥.j.s. tantum erit in illis Ellebori, vt vix pulicem euacuare poſsit, præterquam quòd maximum ſit impedimētum, ſimul pituitam & melancholiam euacuare. Nam in tranſitu vnus humor impedit alium, & pituita obſtruit meatus, vt poſtea hæreat humor melancholicus, & creet deteriora accidentia. Quare ego hac ratione motus, E Cocchias cum Elleboro nō approbo. Primò autem pituita euacuanda exquiſitiſsimè, & poſteà melancholia poterit commodè educi. Pituitá igitur concoquerē ſyrupis, & euacuarem exquiſitè. Amara æger reſpuit, ſed ſi componatur agaricus cum trochiſcis Alahandal in forma pillularum, & deaurentur, acciperet. Syrupus fiat ex præparantibus, vt oxymelle, cichorio & aliis. Poſtea factis euacuationib. accederem ad balnea aquæ dulcis, propter humectationem. Deinde concoquerem F humorem melanch. qui non poteſt melius cócoqui, quàm cum rebus mediocriter calefacientib. & humectantibus, quod facere ſolent aquæ dulces, quæ etiá aperiunt vias, vt fiant latiores, & implebūt etiam ſecundum & tertium, vt humectetur totū corpus, & ne generentur humores acres, & aduſti. Videtis igitur quas vtilitates habeant, vt non malè dixerit Gal. ſolis balneis aquarū dulcium ſe multos melancholicos curaſſe abſq; medicamento alio. Poſtea per interualla certa exhiG berē elleborum in ſufficienti quantitate, ita vt in ſingulis exhibitionibus eſſent ℈.ij. corticum ellebori præparati, & fieret decoctum myrobal. quib. adderē quædam corroborátia membra principalia,

lia,vt garyophyll.& alia ſimilia.Huius decocti ℥.ij.
cum rebus dulcib.exhiberem: vel ſi non vellet bi-
bere,cõtunderem ℈.s.vel ʒ.s.ſubſtantiæ ellebori,
& darem in rotulis cum rebus dulcibus,vel ſemel
in ſeptimana, vel bis : poſt ad vſum balneorũ de-
uenirem quotidianum , vel bis etiam in die, cum
cautione,quia magna apertio pororum & reſolu-
tio,quæ tandem exiccat,ſequi poſſet.Ideo fortaſ-
ſe eſſet obſeruandum,quod Gal.præcipit de Vſu
baln. vt ponatur ſtatim in aqua frigida,quod non
velim conſulere:ſed hoc,vt corpus leuiter exicca-
tum cum pannis,illiniretur poſtea oleo violato &
roſato : humectat enim & refrigerat, & prohibet
reſolutionem ſua viſcoſitate. Et corroborarem
membra,præcipuè recipiens. Caput lauarẽ cum
humectãtibus , & pro eo non diſpliceret medica-
mentum hoc: R. Maluam & camomelum, deco-
quantur cum modico hordei,vt abſtergat.Quidã
addunt caput hœdi, vel adipem : ſed illud eſt vn-
ctuoſum, vt hæreat, quare fortè abhorreret, ideo
in decocto herbarũ ſolo perſiſterem. Auferrem
quoq; pilos vſq; ad cutim,poſtea illinirem oleo a-
mygd.dulc.(cui tãtum tribuit vir ſummus Auin-
zoar, vt dicat humectare caput,ita vt etiã redeant
capilli) & oleo viol.idq; perpetuò facerem die ac
nocte,4.aut 5.vicibus.Eſt enim dulce,& quãdoq;
ſolo oleo amygd. quandoq; miſto cũ violaceo,ne
nimis calefieret:nam calefactionẽ metuo.Secun-
dò curarem ne generarẽtur humores mali: quod
fieret primùm hac corroboratione membrorum:
deinde etiam ratione victus humectãte modera-
tè vterer. Laudarem vinum album,tenue,hume-
ctans, qualia ſunt vina paucifera,dulcia,limpida,
tenuia. Victus ſit attenuãs, oua ſorbilia corrobo-
rant cerebrum,& faciunt bonum ſanguinem. Bi-
bat iura pulli quantum poteſt, humectant enim
& corroborant ſtomachum,vt ſentire Galenũ re-
ctè dicit Auic.qui vidit meliores codices.

CONSILIVM CCXXXII.

*De flatib. hypochondriacis, cum doloribus ven-
triculi & inteſtinorum, quos Friſimelica in
oratione colicos nominabat.*

FRISIMELICAE SERMO.

CLARISS. D. proponitur Magnifica
mulier, quæ conqueritur ſe frequen-
ter incurriſſe dolores ventris,fortaſſe
colicos inteſtinales , à quibus tamen
ope remediorum quorũdam leuari ſolet. Cœpe-
rant ante tres vel quatuor annos , ſed magis infe-
ſtarunt ante annum , & augentur adhuc dolores
illi , ita vt quotidie grauius affici videatur. Hiſto-
ria autem hæc eſt : Anno 40. peperit maxima cũ
difficultate,ſed diligentiſsimè curata remanſit ſa-
na : poſt dies multos poſtea incidit in febrim ar-
dentiſsimam & dolores maximos,nec poteſt red-
dere cauſam aliquam primitiuam præcedentem.
A medicis pro deſperata habebatur , ſed tamen
eorum auxiliis Dei beneficio liberata eſt à febri,
dolores permanent.Aſſueta erat verſari ruri cum
maxima delectatione & tranquillitate continuò,
ſed ante annum cum huc profecta nauem cõſcen
diſſet,& per multos dies flumine Venetias vehe-

A retur , & inde hac tempeſtate frigida , & quidem
cum die præcedenti , antequam nauem conſcen-
diſſet,dolores perpeſſa eſſet:interim crebrius do-
lores perpetitur , & continuò ſubtriſtis eſt , dum
perpetuò recordatur loci & vitæ præcedentis.
Petit itaque à nobis præſeruationem à doloribus
ne crebrò eam infeſtent. Suppono temperaturã
calidam & ſiccam , quod habitus totius corporis
gracilis,color etiam oſtendit: & cor etiam atq; ie-
cur in caliditate & ſiccitate cõſpirant. De capite
B credo, quòd fortaſſe ſit calidum & ſiccum,capilli
nigri ſunt & duri. Cætera quidem membra con-
ſentiunt : & quidem matricem calidam fuiſſe, id
arguit,quòd frequenter peperit filios: ſed ventri-
culus imbecillis malè cõcoquit, & ex eo fortaſsis
matrix imbecillior facta & humidior. Vnde nunc
manifeſtam eius partis frigiditatem & humidita-
tem percipit. His ſuppoſitis, quærenda eſt cauſa,
propter quam eueniant dolores, quia auertendo
cauſam,præſeruamus corpora: ſed eam ſi auferre
C volumus, prius cognoſci neceſſe eſt. Frequenter
euenire ſolent hi dolores inteſtinales ex membris
recipientibus , cùm ita diſpoſita ſunt : aliquando
eueniunt per conſenſum alicuius membri man-
dantis materiam , ex qua ſequitur dolor propter
ſolutionem continui , quæ in multis prouenit ex
mala temperatura,vt cùm inteſtina frigida & hu-
mida ſunt. Nam ex quacunque intemperie ſequi-
tur ſolutio continui, vt inquit Galenus: aliquan-
do ex ſola intemperie ſine materia : aliquando ex
D intemperie cum materria coniuncta : aliquando
etiam ex flatibus. Idq; ex variis membris mandan
tibus,vt ventriculo malè concoquente, mandãte
humores craſſos & pituitoſos ad inteſtina , ali-
quando ex iecore mittẽte bilem, quæ ſua acrimo-
nia erodit inteſtina , & facit dolores colicos , ali-
quando ex capite per gulam & ventriculum de-
ſcendit materia,aliquando ex toto mandatur. An
verò etiam ex matrice poſsit mandari talis mate-
ria? dico quòd poſsit. Sed quæ hîc eſt cauſa im-
E mediata? Vnde eſt dolor? Ex ſoluta continuitate.
Et ea vnde eſt? ex materia miſta, pituitoſa & cho-
lerica,ita vt ſint diuerſæ materiæ miſtę,ex quibus
fit ſoluta cõtinuitas: ſed prædominatur pituitoſa,
vt ſatis monſtrãt excrementa ſiue exeuntia, quia
fæces pituitoſæ : & flatus plurimi, qui cauſas eſſe
doloris eò cognoſcuntur, quòd iis per clyſterem
eductis iuuatur. An verò illud ſit ratione inteſti-
norum vel membri mandantis? Credo inteſtina
quidem eſſe in cauſa,quia graciliora ſunt & pluri
F mi ſenſus,ideò imbecillia ſunt ratione ſui,& mem
brorum etiam circumſtantium,quia muſculi ven
tris tenuiſsimi , ergò inteſtina quoque gracilia
ſunt. Sed credo præter hæc aliam quoq; eſſe cau
ſam,& in primis dico membra,potiſsimùm vẽtri-
culum & matricem,& ex parte etiam iecur. Ven-
triculus imbecillis generat plurimas cruditates à
quib.excitãtur per interualla dolores,prout ven-
triculus aggregat pituitã,& ad inteſtina tranſmit
tit. Iecur etiã concurrit,quia calidum & ſiccũ plu
G rimã generat bilem. Communicat & matrix,quia
maximè conſentit inteſtinis, iacet ſuper rectũ in-
teſtinum,& coniungitur omnib.membris per ve
nas & arterias. Sed cur duo membra,ventriculus

& matrix imbecillia ſunt. Duo ſunt genera cauſa- A
rum, corporeę & intrinſecæ: credo naturaliter im
becillem eſſe vẽtriculum & frigidum à natura, &
fit plerunq; habentibus hepar calidum, muſculos
abdominis rariores habent, idq; frigiditatem ven
triculi auget: aſsimilatur enim lebeti ventriculus,
qui in medio membrorũ naturalium, hepatis, lie-
nis, renum & cordis etiam, ac abdominis, eorum
calore fouetur. Quare cùm muſculi rariores, ne-
ceſſe eſt calorem imbecilliorem eſſe. Ad hoc ac-
ceſſerunt cauſæ primitiuæ. B

Doctiſsimi iuuenes, natura ſymptomatum &
morborũ tam in hac nobili matrona, quàm aliis
omnibus, oſtendunt quæ ſint agẽda: ideo primũ
proponenda ſunt ſymptomata & morbi, quibus
hæc nobilis matrona affligitur, poſtea cauſę & cu
ratio eſt inueſtiganda. Primò triſtatur hæc domi-
na plus quàm oportet, ſine cauſa, timet ſemper,
extra tempus, & modum. Secundò, abundat flati-
bus tum infrà, tum ſuprà, eſt repleta flatibus in o-
mnibus membris naturalibus, matrice, ventricu- C
lo & inteſtinis. Patitur præterea magnos dolores
vt cogatur iacere interdum, cum magno timore
aſtantium. Quę igitur affligunt hanc nobilem do
minam, eſt timor aſsiduus, qui tamen maximè au
getur, cùm dolores inuadunt: ſunt autem pruri-
tus & flatus aſsidui, & dolores acerrimi in ven-
tre. Hæc tria cõſideranda, & quærendæ cauſæ,
quæ indicabunt curationem. Sed quia cauſæ in-
quiri non poſſunt ſine diſpoſitionis naturalis co-
gnitione, quæ primò indicat gradũ morbi, quan- D
tum diſtet à ſtatu naturali, & præterea hoc præ-
ſtat vt facilè videamus, quænam fuerint cauſę in-
trinſecæ morbi. Plerunq; enim diſpoſitiones na-
turales dant occaſionem præternaturalibus, pro-
pterea quòd in habentibus ſymbolum, eſt facilis
permutatio. Video in hoc corpore duo maxima:
habitum naturalem non bonum, & temperatu-
ram non bonam. Quantum ad habitum corpo-
ris eius, eſt rariſsimæ texturæ, vt apparet ex cõta-
ctu carnis, molliſsima enim eſt, cedit, ita vt maxi- E
mam partem poſsimus in anguſtum locum intru
dere. Eſt igitur rariſsimæ texturæ, ideò facili de
cauſa reſoluitur, quia ſpiritus ex ea raritate facilè
diſflantur & exhalant. Habet deinde intempe-
riem & inæqualitatem membrorum naturalium,
& ideo eſt mala tẽperatura: quia vbi eſt inæqua-
litas, & temperatura contraria in membris, ma-
lum cenſetur per viam ſigni, & per viam cauſæ:
quia ſemper neceſſariò generantur excrementa,
ſiue incaleſcat, ſiue refrigeretur corpus, ſemper a- F
liquod membrum nocumentum patitur. Primò
vẽtriculum frigidum habet, vt patet ex operatio-
nibus, ſi excrementa conſideramus cum flatibus
plurimis, qui ſignificãt calorem membrorum na-
turalium imminutum, & præcipuè ventriculi, in
quo fit prima coctio, cuius coctionis excremen-
tum ſunt fæces alui: item arguit multitudo pitui-
tæ excretæ: item compoſitio corporis. Habet ma-
gnifica D. totum abdomen gracile, ſine pinguedi
ne & carne muſculorum, ita vt hypochondria v- G
trinq; ſubſideant, & abdomen etiam circa ventri-
culum depreſſum, quod oſtendit nullam eſſe o-
menti pinguedinem, & ideo ſemper ſignificatur
frigiditas ventriculi. Hepar autem calidum eſt, vt
apparet ex venis, & colore totius corporis, cutis,
& pilorum nigro, quia ſanguis nigrior eſt & adu-
ſtus. Rectè enim ait Gal. 4. de Tuen. ſan. Color
corporis ſemper arguit dominium humorũ, niſi
ad profundum humores reſederint. Humores i-
gitur aduſti ſunt ex caliditate hepatis, quod eſt
inſtrumentum generãdi ſanguinis, & humorum
in corpore. De corde, vtrum calidum fuerit, nec
ne, quicquid antè fuit, nunc credo non eſſe talem
caliditatem, de qua ſit curandum, quia timor frigi
ditatem arguit. An modò natutalis ſit ea frigidi-
tas, nõ facilè dixerim, quia naturales temperatu-
ræ immutantur. Ideò Galen. iubet temperaturas
naturales, non quales fuerint, ſed quales in præ-
ſenti ſint conſiderare. Hîc timor, ergo frigiditas:
audacia enim calorem arguit, 2. de Temper. & 2.
Artis paruæ. De cerebro non habeo ſignum ma-
nifeſtum, vel caliditatis, vel frigiditatis: nam neq;
capilli, neq; color faciei eſt certum ſignum tem-
peraturæ cerebri, ſed poteſt eſſe ex caliditate he-
patis. Ex operationibus cerebri melius arguitur.
Habet operationes viuaces, ergo cerebrum cali-
dum. Sed quæ à colore cutis & pilorum ſigna ſu-
muntur, communia ſunt, cùm ex hepatis calidi-
tate, vt dixi, cõtingere poſsint, generantis humo-
res aduſtos, qui poſteà per totũ corpus ſpargun-
tur. De operationib. modò intrinſecis: optimum
ingenium habet, quòd arguit ſubtilitatem ſub-
ſtantiæ, non caliditatem. De mobilitate earum o-
pinionũ non ſum certus, non enim nota mihi fuit
antehac, ſed credo ſpiritus ſubtiliſsimos in toto
corpore, propter raritatem texturæ totius. Quod
autem maximè nos ſolicitos habet, eſt hepar cali-
dum, ventriculus frigidus & excarnis, & omnia
inteſtina gracilia, & frigida neceſſariò, quia priua
ta ſunt omento pinguiori, ac propter ſuam pro-
priam gracilitatem facilè ſentiunt externas offen
ſiones, quia non habẽt pinguedinem, & vnctuo-
ſitatem illam interius tuentem inteſtina & veſti-
entem, ideo facilè percipiunt omnia nocumenta
leuiora. Conſequenter vterus, qui per ſe neruo-
ſus, & maximam habet confinitatem cum ventri-
culo & inteſtinis, facilè in conſenſum tractus eſt
& frigidior ſeipſo redditus, cuius argumentum
eſt redundantia flatuum. His ſuppoſitis, ſequun-
tur ſymptomata, mœſtitia, & rugitus, quo ferè
ſemper affligitur. Eum affectũ credo reducendũ
ad flatus, quos 3. de Loc. affe. Gal. hypocondria-
cos, vel myrachiales vocat. Iſti enim flatibus & tri
ſtitiæ perpetuò obnoxij ſunt, & eam paſsionẽ ma
ximè patiuntur, qui calidum hepar & ventricu-
lum naturaliter frigidum habent: ita vt omnibus,
qui laborãt eo affectu, hæc duo membra inæqua-
lia ſint. Atq; hæc ratio eſt, quia, vt dicit Gal. eo lo-
co, in hoc morbo fit inflammatio, & ebullitio hu-
morum craſſorũ in venis Meſaraicis circa hepar,
præbente materiam ventriculo, hepate autem ca-
lorem, ita vt in tali diſpoſitione membrorum, con
currant cauſa materialis & efficiens. Materialis
eſt pituita craſſa, generata in ventriculo frigido.
Efficiens eſt calor hepatis, materiam illã craſſam
in Meſaraicis inflammans, vnde ferũtur vapores
in caput, à quibus habet mœſtitiam hanc præter
ratio-

rationem. Rugitus fiunt propterea quòd debili-
tato calore naturali generâtur flatus. Per interual
la poſtmodũ capitur & doloribus inteſtinorũ, &
ventris, cuius rei cauſa intrínſeca manifeſta eſt:
quia paulatim per ſingulos dies generatur mate-
ria craſſa, quæ colligitur in concauitatibus, & etiã
inter tunicas ventriculi & inteſtinorum, præci-
puè tamen in inteſtino craſſo, quod colũ vocant:
ex qua geniti flatus retinẽtur, propter multitudi-
nem fæcũ craſsiorum, & cauſatur dolor, quia fæ-
ces obſtruunt, & includũt inteſtinum, tuncq́; fla-
tus cum impetu quærunt exitum: & cùm erum-
pere non poſſunt, inflatur, atq; ita cauſant dolo-
rem: & eius rei ſignum eſt manifeſtum, quia ſæpe
patitur retentionem fæcum, vt audio. Ideo flatus
cùm exire nequeant, talia fiunt, non tantùm in in-
teſtino colo, ſed etiam interdũ in aliis, vt ſæpe in
ventriculo, vbicunq; materia craſſa & pituitoſa
impedit, & prohibet flatus, ne exeant: & ideo in
diuerſis locis quæritur ſe ſentire dolorem, quan-
doq; ſuprà in ventre, quandoq; infrà, prout reti-
netur materia pituitoſa flatulenta in diuerſis par-
tibus, generata ex ventriculo frigido, & matrice
etiam cõſentiente. Et ſic habetis cauſas efficien-
tes & materiales. His ita ſe habentibus, patet na-
tura omnium ſymptomatum, & quæ ſint ægritu-
dines, quæ faciunt accidentia talia: & ſicut in apo
plexia, epilepſia, & melancholia ſolent continge-
re, videlicet vt ſit intemperies in capite, quæ non
eſt propriè ægritudo, ſed diſpoſitio, ratione cuius
mouentur illi paroxyſmi per interualla: ita hîc eſt
perpetua intemperies in hepate & vẽtriculo con-
trariè affectis, & generantibus multum pituitę &
bilis, ex quibus per interualla excitantur dolores.
Mœſtitia verò perpetuò manet, ſicut & apoplecti
ci & melancholici ſemper attoniti ſunt, & nun-
quam in bono ſtatu. Hæc igitur materia morbo-
rum & ſymptomatum.

De Prognoſtico dicam, quod ſentio, cum Ga-
leno, vbicunque flatus hypochondriaci, in omni-
bus prolongantur, ideo hæc Magnifica domina
etiam hoc morbo diutius laborat, nec aliquo mo-
do adiuuatur ab applicatione frigidorum, neque
calidorum, vel parum admodum. In præſenti ta-
men tempore dum applicantur calida, quæ ven-
triculo primùm occurrunt, in quo plurimi flatus
& pituita, quæ digeruntur, ideò ſentit iuuamen-
tum. Sed poſtea cùm calor ad hepar tranſit, auget
eius intemperiem, magisque inflammat. Quod
cùm vident Medici, res frigidas applicant, & ita
longè magis nocent, ſicut plerunque fit à Medi-
cis illis in curando, qui tandem ad contraria refu-
giunt, cùm tamen vtrinque noceant. Cùm igitur
intemperies fixa, & ægritudo prolongetur in o-
mnibus, erit & hîc ægritudo longa, nec poteſt
curari citò: ſed poſsit quidem citò mori, ſi non re-
ctè curetur.

Curatio. A rebus naturalibus quantitas, quan-
doq; etiã modus operandi ſumitur. Videmus ra-
ritatem texturæ, & corpus à quacunq; cauſa reſo
lubile, ſpiritus exhalabiles, & membra gracilia, &
admodum ſenſibilia: ideò enim ſæpe dolores re-
currunt, quia mẽbra habẽt ſenſibilia. Cùm igitur
reſolubilis, & facilè lædatur à quocunq; exceſſu,

A debet magna cautela eſſe in pharmacis: ſicut ſta-
tim à principio admonui eius maritũ, vt ab omni
genere pharmacorũ ſæuiorum caueret, vteretur
optimo regimine, moderareturq́; affectus quan-
tum eſſet poſsibile. Quomodo igitur curares? Ex
quo nunc ſumus in Vere, & aggregauit plurimos
humores multorum generum, ſicut fieri neceſſe
eſt, ſtante intemperie in membris naturalibus, &
accedente continua mœſtitia, & quòd viuit in ae-
re non cõſueto, aucti ſunt plurimi humores me-
B lancholici, cholerici, & pituitoſi, qui educendi
ſunt, ſed medicamentis facilibus, & potius iteran
dò, quàm eam obruendo. Iam ſunt tres vel 4. dies
ex quo perſuaſi vt euacuaretur, data eſt commu-
ni cõſenſu noſtro caſsiæ ℥.j. cum hieræ ʒ.j. vt edu-
ceret materiam contentam in ventriculo, & pri-
mis venis. Sed cùm ſint modò alij humores in am
bitu venarum, illi educi poſſunt vel pharmaco e-
lectiuè ducente, vel miſsione ſanguinis. Vtrum
verò horum conuenit? vtrunquéne, an alterum
C tantùm? Clariſs. Doctores, ſi extraheretis ℥.iiij.
ſanguinis, non video incommodum. Et ſi eſſet ni
ger & aduſtus, per interuallum iterũ extraherem
ſine nocumento. Ita enim ſanguis ille craſsior, &
non nutriens educeretur paulatim, & interim ge
neraretur bonus ſanguis: ſicut fieri conſueuit in
aliis melancholicis, & in hoc etiam caſu admittit
Galenus 3. de Locis affectis. Mitterem igitur ſan-
guinem, ſumptis tamẽ antè duobus vel tribus ſy-
rupis: poſtea iterum euacuarem, ſed nõ tranſirem
D ad fortiora, quæ trahunt electiuè, ſed augerem po
tius doſim. Nam ego omnes medicinas benedi-
ctas, etiam caſsiam & aloen, trahere credo, ſi den-
tur in ſufficienti quantitate: ſicut etiam illa, quæ
maximè per electionem (vt vocant) trahunt. In
tam parua quãtitate exhiberi poſſunt, vt tantùm
per contactum euacuent: ſicut modicus magnes
trahit ferrum per contactum, magnus verò etiam
à longinquo. Et hoc Galen. innuit de Aloe. Ideo
credo quaſlibet medicinas benedictas exhibitas
E in maiori quantitate, plus trahere, quàm electiuè
educentes in pauca, licet in pauca quantitate id
tantùm euacuent, quod contingunt. Darem igi-
tur non ea, quæ pauca quantitate violenter tra-
hunt, vt ſcammonium, cuius tria aut 5. gr. aut ad
ſummum 12. tantùm gr. exhiberi poſſunt: ſed darẽ
caſsiam cum hiera, & potius vices iterarem, quàm
intenderem vires medicinæ. Syrupi propoſiti à
Clariſs. D. Doctore mihi non diſplicent. Mel ro-
ſatum abſtergit humorem frigidum & viſcoſum,
F & confortat ventriculum: ſyrupus de cichorio o-
mnia habet conuenientia, & amaritudine ſua con
temperat hepar ſupercalefactum, & aperit obſtru
ctiones, ideo non omitterem. Accipiat igitur eos,
& euacuetur medicinis benedictis, nõ iis, quę ve-
hementer trahunt, quia tales ferre nõ poterit. Fa-
cta euacuatione dirigatur ad rectam rationem vi-
ctus, in qua præcipuè ſpem ponat: & quia à vino
præcipuas ſentit alterationes, eligat vinum pau-
ciferum, nõ nimis aquoſum, aut crudum, vel acer-
G bum, ſed bene maturum. Propter ventriculi debi
litatem, carnes comedat meliores: reliqua iam illi
ſæpe enarrata ſunt. De electuariis: ſaccarũ roſa-
tum, & modicũ Diatrionpipereon nõ tranſirem:

quia reliqua omnia nimis calefaciunt, & exiccãt. Piper verò, vt Gal. dicit, & ratio ipſa ſubiicit, calidum quidem eſt admodũ, & calefacit, & exiccat vſq; ad tertium, ſed non facit impreſsionem: quia ſtatim exhalat eius calor propter ſubſtantiæ tenuitatem, antequam ad hepar tranſeat. Ideoque hoc vtitur etiam in ſenibus, cùm tamẽ alioqui ab aliis minus calidis abhorreat, quę ſunt ſubſtantię craſsioris, & calorem diutius propterea retinent. Exhiberẽ igitur, ſed raro, Diatrionpipereon, ſaccharum verò roſatum ſæpe darem: quòd ſi quam perciperet inde frigiditatem, admiſcerem aliquid ſpecierum aromatici roſati. De balneis Patauinis, ſi Medicus ea moderatè applicet, & muniat hepar ne calefiat, non improbanda exiſtimamus, dummodo diligenter exhibeantur: & quidem in paſſione hypochondriaca mirabiliter ſum expertus balnea iuuare.

CONSILIVM CCXXXIII.

De flatibus hypochondriacis cum catarrho.

PRISIMELICA narrauit hiſtoriam hoc modo: Doctus & nobilis iuuenis, ex Britañia Galliæ oriundus, eſt affectus diſpoſitionibus præter naturã, ex quibus licet videatur ſanus, & obambulet, ita tamen afficitur, vt nõ poſsit exercere operationes debitas: nõ poteſt incũbere literis, vt vult, nec alias operationes homini neceſſarias debito modo exercere. Hiſtoria autem rei ferè talis eſt: Cùm eſſet in patria vſus peſsima ratione viuendi, veſcebatur lacte & lacticiniis, fructibus horariis, & aquã etiam bibebat plurimam, exercebat ſe horis non conuenientibus. Poſtea cùm eſſet Toloſæ in ſtudio literarũ, incubuit legibus per multos annos, nõ habita ratione nec loci, nec temporis: ſemper inhærebat ſtudiis poſt cibũ, & ante, die noctuq́;, ac ſimul animi quoq; accidentia varia patiebatur. Ibi quinq; annos moratus, poſtea Bononiam venit, ac hyeme in aere per ſe frigido & humido, ac ſubtili etiam degens, incidit in affectus moleſtos. Prius Toloſæ affligebatur circa ventrem inferiorem, præcipuè in parte ſiniſtra ſentiebat rugitus plurimos, ac flatus, & dolores interdum: ita vt hora vna, vel duabus horis poſt cibum affligeretur, vt non poſſet incumbere literis, nec reliquas operationes exercere. Adhibita ſunt multa medicamina, ſed non iuuerunt. Nunc Bononiæ etiã in catarrhum incidit, quo vexatur plurimum. Temperatura à naturali declinat per calidum, omnia enim membra per calidum declinant. Cor calidum, quia mobilis ac pulſus magnus: hepar calidum, quia abundat ſanguine, & carnoſus eſt, non nimis tamen: ventriculus imbecillis ac frigidus, fortaſſe potius ex ægritudine, maloq́; regimine, quàm naturaliter. In paſsiuis ad humiditatem declinare videtur, quia carnoſus aliquãtum, & cum rubore albus. Res præter naturã quas patitur, ſunt rugitus maximi in parte ſiniſtra, pręcipuè poſt cibum dolor in parte illa, & circa caput. Multa imaginatur, quæ non ſunt imaginanda, & inſomnia habet grauia, vnde credo melancholiã hypochondriacã eſſe, qua laborat. Hæc enim de-

A ſcribuntur eius ſigna apud Gal. 3. de Loc. aff. cap. 6. Eſtq́; affectio circa venas Meſaraicas, vel ex obſtructione, vel ex inflammatione, vel ex vtroq; orta. Hîc obſtructio eſt, inde fit rugitus ille, cum chylus cõcoctus tranſmittitur ad hepar: ſequitur dolor propter obſtructionem & inflationem. Imaginatur etiam, & cogitat triſtitia, & ſomnia terribilia habet propter humores aduſtos, exhalãtes ad caput. Habet dolorem capitis, quia vapores inducunt malam temperaturam in cerebro, quæ cau- B ſat dolorem. Cauſa horum omnium ventriculus frigidus, ratione cuius plurimùm appetit, malè tamen concoquit, ideo cruditates multæ generantur. Hepar calidum, adurens humores, efficiensq́; eos craſsiores: vnde ſequitur obſtructio, & inflammatio in partibus iecori vicinis: idq́; auxit ratio victus, vſus lacticiniorum & fructuum. Caput poſtremò calidum attrahit vapores à partib. inferioribus ad ſe, vnde dolor capitis, & alia ſymptomata. Catarrhus etiã plurimas habet cauſas: C primò, quia caput calidum & humidum, & tales obnoxij catarrhis, cùm præſertim inordinatè viuunt, ſicut ſolitus eſt facere hic æger. Deinde ſtatim à cibo ſtudebat, ideo aſcendebant vapores ad caput: præter ſtudia quoque, patiebatur frequentes agitationes animi, & triſtitiam, quæ etiam replent caput. Acceſsit poſtea aer Bononienſis, qui frigidus ac tenuis, & humidus per ſe replet caput. Materia catarrhi eſt inſipida, nõ craſſa, ſed tenuis, quæ per eſſentiam quidem generatur in capite, fo- D uetur tamen etiam à membris inferioribus mandantibus eam. Ad catarrhum ſequuntur varia ſymptomata, tuſsis quandoque, aliquando ſputum, interdum affectio ventriculi, prout ad varia loca defluit: aſtrictio quoq; alui, quia fæces inuoluuntur pituita. Hi ſunt affectus præter naturam, & eorum cauſæ, quas etiam ſequuntur vigiliæ, & quòd ineptior ad ſtudia

Prognoſticum. Morbus antiquus, & multa adhibita, quæ nõ profuerunt, ideo res difficilis, pro- E pter intentiones curandi difficiles, quæ non ita facilè aſſequi poſſunt. Curandi autem intentiones ſunt. Primò aperire obſtructiones in Meſaraicis: ſecundò, tollere cauſam ex qua fiunt. Incipiendum ab euacuatione, quæ educat humores craſſos & aduſtos, obſtruẽtes meatus, vt poſtea membra naturalia, hepar, & ventriculus corroborari, & capitis temperatura, quã ex aere frigidiore contraxit, alterari poſsit. Fiat autem euacuatio per ſubductionem vẽtris, & ſanguinis. Primò, lenia- F tur venter cũ caſsia & hiera. Secundò cõcoquatur materia cum ſyrupo de endiuia, cichorio, & fumoterræ etiam, propter aduſtos humores, & ſimiles attenuantes, & aperientes ſine calefactione. Tertiò poſt duos aut tres ſyrupos ſecarem venam, & mitterem ſanguinem è baſilica dextri vel ſiniſtri brachij. Quòd ſi catarrhus reſpiciatur, à communi poterit hoc fieri, ſed baſilica magis placet in hoc caſu. Quartò euacuetur cum iis, quę ducunt humores craſſos, & aduſtos, vt confect. ha- G mech, cum caſsia commiſta, vel pillulis cocchiis, cum elleboro. Semel euacuato corpore iterũ repetatur euacuatio, quia vnica vice non poterit perfectè euacuari. Inſtituatur recta ratio victus,

atte-

attenuatium in primo ordine. Cibaria non ſint
craſſa, ſed calida & ſicca in primo & ſecundo, &
ſine ſuperfluitatibus: poſtea alteretur ventricu-
lus, qui valde imbecillis eſt, cum leuiter calefa-
cientibus & aſtringentibus. Confectiones quidẽ
plurimæ ſunt, ſed propter hepar calidum, cuius
aduſtio non augenda, ſit diarrhodon, aromaticũ
roſatum, Diatrionpipereon, Diacalamentum cũ
ſaccharo roſato. Ad aperiendas hepatis obſtru-
ctiones & lienis, mitterem ad Thermas, quæ ro-
borabunt ventriculum & membra naturalia om-
nia: aperient etiam omnes obſtructiones, nec ſu-
percalefacient hepar, ſi illi occurramus. Nam &
experientia comprobat, conferre eas aquas hu-
iuſmodi melancholiæ, ſi purgato antea corpore,
& cum certo moderamine exhibeantur. Ad tol-
lendam diſpoſitionem capitis poſt euacuationẽ,
cum caputpurgiis, & maſticatoriis id euacuarẽ.
Lauarem cum lixiuio modico calefaciente & cor-
roborante, vt è chamomilla & betonica. Et tan-
dem ſi nullam viderem inflammationem ex potu
aquarum, conſentirem fortaſſe in moderatum v-
ſum ſtillicidij, ſub quo non diu moraretur. Si
hæc in Vere non iuuarent, in Autumno repete-
rentur, quia hæ ægritudines difficiles non poſ-
ſunt vna vice tolli.

MONTANVS.

Symptoma, quod patitur nobilis hic iuuenis,
ita notum fuit omnibus medicis, qui curarunt
ipſum, vt nõ oporteat de eo dubitare. Patitur me-
lancholiam hypochondriacã, vt meritò determi-
natum eſt ab ipſius medicis. Quo ſuppoſito, de
eo affectu quęrendum, videnda eius natura, & ex
quibus cauſis procedat: quo inuento, habebitur
modus curandi. Et ſæpe nos, de eo locuti ſumus,
& cauſas diximus, è quib. generetur, ita vt notæ
ſint, tamen propter præſentiã horum iuuenum,
vt illis ſatisfiat, nonnulla dicam. Hic affectus &
cognitu & curatu difficilis eſt: cognitu primùm,
quia video medicos plurimos circa inquiſitionẽ
cauſarum eius diſcrepantes. Nam Galenus cùm
de hoc affectu loquitur ex ſententia Dioclis, etſi
ſatis exprimit cauſas eius, tamen ſatis diminutas
exponit. Dicit enim naſci ex inflammatione, quæ
eſt in Meſaraicis, inter vẽtriculum & iecur, & ni-
hil addit niſi inde ſequi imaginationes melãcho-
licas. Licet enim aſcendant ad caput humores a-
duſti & nigri, qui faciunt obſcuritatem & timo-
rem, nõ aliter quàm cum pueri timent, cùm ſunt
in tenebris: id tamen non videtur ſufficiens, quia
multa alia contingunt in hoc morbo, quæ ad id
non videtur conſequi. Inter quæ illud præcipuũ
eſt, quòd non conquerantur de latere dextro, v-
bi ſunt venæ illæ, in quibus dicit Diocles eſſe in-
flammationem: ſed circa ſiniſtrum latus appa-
ret rugitus, dolor, & tenſio, quæ ſenſu & tactu
percipitur. Igitur ea determinatio Dioclis & Ga-
leni non videtur ſufficiens. Præterea cur rugi-
tus & flatus, perpetuum ſignum eſt eius affectus,
qui generatur ex inflãmatione hepatis, & venarũ,
quæ potius rugitus deſtruere deberet. Fiũt enim
rugitus ex calore diminuto, vt vult Gal. & ante
eum etiã Ariſt. Hic calor intẽſus eſt, qui debebat

A diſcutere, & remouere flatus? Hæc cauſa eſt, cur
omnes Arabes & Latini, qui poſtea de hac paſ-
ſione locuti ſunt, in magnam cõfuſionem incur-
rerunt, vti ſemper faciunt, vbi deeſt lux & per-
ſpicuitas, vt incidant in magnas tenebras. Quid
igitur dicendum? Dicam quid ego obſeruaue-
rim in illis, & plurimis à priori, vnde etiam à po-
ſteriori animaduerti omnes eos hanc habere cau-
ſam difficultatis, nempe contrariam diſpoſitionẽ
duorum membrorum naturalium, ventriculum
B frigidum valde, & hepar valde calidum, & quidẽ
variè fieri paſsionẽ ipſam, & ſymptomata variari,
prout varia eſt diſpoſitio iſtorum membrorum.
Perpetuò tamen hæc duo membra ſibi inuicem
reſpondent, videlicet vt ſit ventriculus frigidus,
hepar calidum. In hoc iuuene, qui magis patitur
rugitus, dolores & tenſiones in ſiniſtro latere,
quàm in dextro, quæ ſunt cauſæ particulares? Si
conſidero habitum naturalem totius, eſt procerę
ſatis ſtaturæ, gracilis, agilis ad omnem motum,
C coloris (quo ad ſuam nationem, eſt enim Britan-
nus, & ad Septentrionem remotus, ſub altitudi-
ne poli 50. gra. vbi ſunt naturaliter homines albi)
nigrioris. Dico ſi albus eſſet, non eſſet ſignum ne-
ceſſarium frigiditatis in ea regione, quia ex colore
non poſſumus colligere caliditatem, vel frigidita-
tem, niſi in regionibus temperatis, vt docet Ga-
len. ſecundo de Temp. ſicut Æthiops non neceſ-
ſariò calidus eſt, quia niger eſt: ſi verò albus eſſet,
frigidus haberetur abſque dubio. Ita hic iuuenis,
D natus in frigida regione, vbi naturaliter omnes
albi, tendit ad rubedinem purpuream, venæ am-
plæ, citò loquitur, & ad omnem motum prom-
ptus, plenus ſanguine & ſpiritu: ergo calidus &
ſiccus. Hepar quoque calidum ratione ſui tempe-
ramenti: & quia augetur caliditas eius à calore
cordis, poteſt enim calor cordis augere caliditatẽ
hepatis, licet calor hepatis non poſsit augere cali
ditatẽ cordis, vt bene docet Gal. 2. Art. paruæ, &
nos aliàs declarauimus. Duo igitur membra prin
E cipalia calida determinant totius corporis habi-
tum. De cerebro coniecturæ ſunt magis remo-
tæ. Nam ab operationibus intrinſecis proprium
de illo iudicium ſumi debet. Extrinſeca nihil ne-
ceſſariò indicant, vt & agnata: ſicut oculi qui con
iecturam faciũt, non certam tamẽ. Oculus enim
acutè videre poteſt, vel malè, tam ratione proprię
diſpoſitionis organi, quá ratione originis ſeu ce-
rebri. Sed operationes intrinſecæ intellectus, di-
ſcurſus, memoria verè indicant de temperatura
F cerebri. Mihi non notus eſt, ſed video ingenium
promptum, quod arguit ſubtilitatem ſubſtantiæ
cerebri, quæ non poteſt eſſe humida nimis, quia
cum humiditate viſcida eſſet craſsities. Et ideo
Galenus in libro, Quod animi mores & cætera,
cerebrum ſiccum demonſtrat animam pruden-
tiſsimam. Video magnum ingenium, & paratum
ad diſcurſus & literas, nihil etiam plus conque-
ritur, quàm quòd non poſsit ſtudere. Prompti-
tudo autem & multitudo in operib. arguunt cali-
G ditatem, vnde & in cerebro temperatura ſicca &
calida, vt ſecundùm totum videatur temperatu-
ræ ſiccæ & calidæ. Et quia talis temperies eſt ſe-
cũdùm totum, & corpus eſt gracile, cor calidum

augens caliditatem hepatis, & ideo hepar calidiſ-
ſimum habet,erunt partes circa ventriculum ex-
carnatæ & graciles, ſine pinguedine abdominis
& craſsitie muſculorum, quæ conſeruant ac fo-
uent calorem naturalem ventriculi, qui calidus
eſt & humidus, vt & Galenus oſtendit, cùm ait:
Cui ex vulnere pars omenti ablata eſt,deteriores
ſequuntur coctiones. Sequitur igitur frigiditas
ventriculi omenti priuationem. Et hinc cauſæ
proximæ huius diſpoſitionis,ad quam acceſſerũt
fomenta alia,quæ facerent,vt ratione hepatis ge-
neraretur plurima aduſtio, & ventriculus frigi-
dior generaret excrementa. Vacabat ſtudiis ho-
ris importunis,in regione frigida magis aucta ex-
creméta, & ſpiritus inflammatus, & cogitationes
etiam magis inflammarunt hepar. Nam & illæ
ſemper calefaciunt, donec ad vltimũ gradum de-
ueniant,in quo refrigerant. Acceſsit comeſtio la-
ctis,quod quia hepar calidum,efferueſcit, & pars
vnctuoſa & pinguis in bilem vertitur:quod ſero-
ſum & caſeale eſt,generat humores craſſos & pi-
tuitoſos,atque ita tota ſubſtantia corrumpitur,&
generãtur humores craſsi & aduſti. Acceſsit vſus
fructuum horariorum, qui generant pituitam &
humores crudos.Ita naturali diſpoſitione aucta à
ratione victus, tandem deuenit ad affectum me-
lanchol.quia humores pituitoſi craſsi cum chylo
admiſti, ab hepate calido inde attrahũtur,& cru-
dus chylus in venis Meſaraicis efferueſcit, & ab
hepatis calore inflammatur, vnde fiunt plurimæ
euaporationes nigræ & obſcuræ, ſicut fit,vbi ca-
lor vehemens ſubitò occupat materiam humidá,
craſſam,viſcoſam. Vt in olla apparent vapores &
fumi nigri bulliente materia craſſa: ita & in cor-
pore vapores craſsi aſcendunt,qui ſunt cauſa ima
ginationum,& inde metus,ac facit ad melancho-
licum affectum ipſorum vaporũ nigredo.Et ideo
neceſſariò concurrunt hæc duo membra ad exci-
tandam hanc paſsionem:quia ſi hepar ſolummo-
do calidum,non fierent rugitus,nam diſcuteren-
tur & diſſoluerẽtur à calore flatus. Itaque requi-
ritur ventriculus frigidus, ratione cuius generẽ-
tur excrementa multa craſſa, viſcida & flatuoſa.
Sed concurrunt alia in hoc iuuene. Primò ex fri-
giditate ventriculi omnes actiones & operatio-
nes naturales diminutas habet: plus appetunt
tales,quàm poſsint concoquere.Deinde non be-
ne continent, & amplectuntur cibum, quia plus
ingeſtum eſt, quàm oportet, & quia ventriculus
eſt frigidior: & illa eſt propria cauſa rugitus &
grauitatis, vt à Galeno docetur, vtque poeta in-
nuit,Leue fit,quod bene fertur onus.Deinde alię
cauſæ extrinſecæ adiuuerunt. Cùm igitur pro-
pter caliditatem hepatis generentur plurimi hu-
mores aduſti & fæculenti, ac melancholici, qui
redundant inter lienem & hepar: attrahuntur à
liene pro alimento, & ſimul cum iis defertur ex-
crementum, ac reliqui humores craſsi & viſcoſi,
vnde intumuit lien, & factæ obſtructiones maio-
res in parte lienis,quàm in parte iecoris,quia hu-
mores craſsiores ſunt, & maior eſt ibi frigiditas.
Hinc eſt,quòd plerique eorum circa partem ſini-
ſtrá cõquerantur præcipuè,vbi diu durauit mor-
bus,non quia non verum dicat Gal.ſed quia ſuc-

A cedente tẽpore trahitur in cõſenſum lien. Quod
duo ſequuntur. Primò auctum eſſe morbum, eo
quòd lien eſt etiam tractus in conſenſum. Secun-
dò, quòd ſit magnus exceſſus caliditatis in hepa-
te & longè maior, quàm frigiditatis in vẽtriculo.
Eam ob cauſam valde affligitur adoleſcẽs hic no-
bilis,licet alios quoq; viderim, qui plus affligerẽ-
tur. Sic igitur patet, quæ ſint cauſæ ægritudinis,
videlicet frigiditas ventriculi, & caliditas hepatis,
& auctũ eſſe morbũ adeò, vt peruenerit ad latus
B oppoſitum.Ex quib.ſequuntur ſymptomata,do-
lor capitis ex vaporibus,qui ab obſtructione atq;
ebullitione & toto ambitu venarũ, præcipuè au-
tem liene & hepate tanta quãtitate aſcendunt, vt
mirum ſit etiam,quòd non magis doleat. Vigiliæ
ſunt propter vapores aduſtos exiccantes. Catar-
rhus vt plurimum inſipidus,de hoc mirum, quia
longè magis veriſimile eſſet, ſi ſalſus diceretur: ſi
tamen inſipidus eſt, potuit cauſari propter aerẽ
Bononienſem. Nam ea ciuitas tota occluſa, ver-
C ſus Auſtrũ habet montes,vnde aer frigidior,& eſt
humiditas plurima:quia ſolũ,ex quo maximè al-
terantur qualitates aeris, eſt humidum, pingue.
Et eſt ibi longè pinguius, quàm Patauij,quòd ab
Auſtro defenditur mõtibus, à Septẽtrione nullũ
habet impedimentum,ad alpes liberè perflatur à
Borea. Ex eo itaq; aere frigido & humido potuit
fieri tãta cerebri ipſius intemperies, vt catarrhus
ſecutus ſit frigidus, ratione loci vbi generatus
eſt: quòd ſi eſt quandoq; ſalſus,fit ratione vario-
D rum vaporũ aſcendentiũ. Aſtrictio alui ſympto-
ma eſt perpetuum iis, quia hepar calidũ plurimũ
chyli attrahit: & licet multum etiá bilis eá ob cau
ſam generetur,quę poſtea ad inteſtina deſcendẽs
debebat irritare egeſtionẽ:tamen acrimonia bilis
obtunditur à multitudine,& humorum craſſorũ
generatorũ in ventriculo,quæ ipſum etiam mea-
tum à cyſti fellis facilè poteſt obſtruere: & licet
non obſtruat,inteſtina inueſtit,& munit,vt acre-
dinem bilis minus patiantur: inuoluitur etiá fæ-
E cibus,quę cũ diutius retinentur,exiccátur ab he-
pate exugente & attrahẽte humidum,vnde fiunt
ſcybala,vt à Gal. appellantur. Hæ ſunt cauſæ om-
nium ſymptomatũ,& natura totius morbi. Circa
prognoſticũ vnum dicá cum Gal. qui ex Diocle
ait, In quocũq;, qui correptus fuerit hoc morbo,
eum prolongari. Ex toto igitur genere,cùm lon-
gus ſit morbus, indiget plurimo tempore, quia
naturales habet diſpoſitiones membrorum con-
trarias, quæ contrarias curas requirunt: & quia
F dependet ab intemperie eſſentialiter in membris
exiſtente,difficulter eradicari poteſt. De curatio-
ne vnum ſuppono, quod eſt Galeni & antiquo-
rum. Hic morbus non debet curari ab aliquo ex-
cedẽte,ſed à temperatis omnibus:& maximè ca-
ueri debent euacuantia electiuè, quia ſi hepar ca-
lidum,& vẽtriculus imbecillis,medicinæ, quæ à
toto ambitu tanquá à circumferentia ad cẽtrum
(vt Galen.probat) trahunt, materiam alibi etiam
contentam trahent ad membra affecta: quod nõ
G poteſt tutò fieri,cùm potius ad alia diuertere de-
beamus, quàm ad offenſa trahere. Sed eſt aliud
maius malum. Tales medicinæ debilitant ventri-
culum,& deſtruunt mineras virtutum, & faciunt
homi-

homines citò ſeneſcere:eſt etiam hepar, & vêtri- A
culus præcipuè, admodum iam antè imbecillis.
Tertiò venæ illæ, & viæ dum aſsidua attractione
vexantur,debilitantur & relaxantur,& præpará-
tur ad deſtructionem, ita vt deinde peſsimi fluo-
res ſequantur. Et ideo cauerem ab omni medi-
cina, quæ electiuè trahit, & darem quæ non à
longinquo euacuent, ſed tantùm per contactum
educunt,quales ſunt caſsia, hiera, electuar. leni-
tiuum rhabarbarum,diacatholicon bene factum,
in quo nil ſolutiuum, quæ tutò darem ante prá- B
dium, aut ante cœnam. Ab his non diſcederé,ſed
diacatholicô raro bene fit.Ideo ſi eo vti vellemus,
oportet præparari ſeparatim in parua quãtitate,
& ex præſcripto,pro hoc nobili. Purgarem igitur
frequenter, & non vno impetu:quia non tolera-
ret,cùm præſertim habitu ſit rariori.Syrupos ex-
hiberem concoquentes & aperientes, vt ſyrupos
de cichorio cum rhabarbaro, vel ſine illo. Habet
enim omnia quæ temperat hepar. De abſinthio,
qui ventriculo confert. De pomis dulcibus pro C
humore aduſto. De boragine, capillis veneris,cũ
decocto Ceterach,& fumiterræ, ac aliis. Hi om-
nes ſuo loco ac tempore exhiberi poſſunt:vnum
nunc,alterum alio tempore,& modò in forma ſy-
rupi, modò in forma decocti. His per vices con-
coquerem, & per interualla euacuarem, præque
omnibus viderem, vt aluum teneret lubricam.
Sed totum ſitum erit in ratione victus, vt ſit po-
tus vini albi, clari, limpidi, non auſteri, ſed bene
maturi, mediocre in robore & debilitate. Cibi D
ſint boni nutrimenti, & quàm minimè excremẽ-
toſi. Aer temperatus, non frigidus, nec nimium
calidus, eumque crebrò mutet. Hoc enim mi-
rum in modum iuuat in morbis melancholicis,
& preſertim in iuuene.Quærat ſomnum,& mul-
tùm dormiat quantum poteſt: plurimùm enim
iuuat ſomnus in hoc affectu.Humectat caput,ita
vt cura melancholiæ ſit ſomnus. Crebrò vtatur
balneo aquæ dulcis. Et poſtquam egreditur bal-
neum,illinat corpus amygd. dulc. vel oleo viola- E
rum, cum amygd. commiſto. Humectabit cor-
pus, & humore aduſtos contemperabit. Crebrò
bibat brodia pulli, quæ vt Galenus affirmat,& fi-
deliſsimus eius interpres Auicen. declarat, con-
temperant humores. Caueat à Venere ſuperflua,
vtatur tamen quandoq; non multùm, ſed vt ex-
citetur corpus, non reſoluatur & exiccetur. Læ-
tetur, & quærat eſſe cum ſociis quantumcunque
poteſt, caueat à nimio ſtudio literarum, vtatur e-
tiam exercitio temperato.De miſsione ſanguinis F
eam laudo, & facta vna euacuatione mittatur à
vena baſilica, refrigerabit enim hepar. De aquis
thermarum quæritur: & videntur intentiones
contrariæ. Nam quòd ad ventriculum calefaciẽ-
dum, & roborandum, non poteſt ferè inueniri
remedium præſtantius: ſed timendum eſt pro-
pter hepar calidum, ne illud magis inflammetur.
Sed re vera, ſi exhibeantur illæ aquæ cum cau-
tela debita, & dentur in quantitate modica, non
quadraginta calices (vt quibuſdam moris eſt) G
nec die ſequenti bibatur alia, niſi præcendentem
aquam prius reddiderit, muniatur etiam hepar
linimento infrigidante Galeni contra calefactio-
nem aquæ,& vinum eo tempore non bibat forte: ita plurimùm iuuabitur eo balneo vêtriculus, & curabitur. Quòd ſi hepar nimium inflãmaretur, poſſet poſtea accedere ad aquã balneorum Veronenſium, quæ ſupercalefactionẽ illam reſtinguerent,& hoc video à multis fieri in hoc caſu. Imò noui quendã medicum noſtrum,ſenẽ,qui vtranque aquam, & Patauinam & Calderiacam cõmiſcet, & ægris exhibet in Maio, ea de cauſa, ne hepar ſupra modum calefiat: quod tamen an bene factum ſit,nec ne,nunc non diſputo. De ſtillicidio ex rei euentu iudicabitur, cum viderimus, quantum aliis remediis profecerimus.

CONSILIVM CCXXXIIII.

De melancholia hypochondriaca, cum doloribus ventriculi, ac lipothymia. Anno 1545. 13. Iulij.

CASVS à medico propoſitus: Nobilis iuuenis patitur dolorẽ periodicum intenſum in regione vêtriculi multis iam annis, ſed tribus tamen proximis maximè,& æſtate magis affligitur,quàm hyeme,& noctu plus quàm interdiu:qui dolor aliquando circa orificium illum moleſtat, vt Cardiacus videatur: aliquando in fundo ſtomachi, vt videatur ſtomachicus: aliquando in inteſtinis, vt colicus appareat,quandoque rugitus ſentitur in latere & hypochondriis,cum tenſione, quaſi myrachialis foret. Liberatur autẽ à dolore impoſito œnemate. Vrinæ ſpumoſæ ſunt, & craſsiuſculæ, & cùm dolores ſentit, brachia dolent,& cõtrahitur quaſi à brachio infrà.

MONTANVS.

Proponuntur duo ſymptomata,de quibus cõqueritur nobilis iuuenis,maximè tamen de vno. Primũ, eſt dolor ſtomachi intẽſus, qui dilatatur per totam regionem ventriculi, præcipuè tamen circa os,qui periodicus eſt, & maximè noctu inuadit. Secundò,eſt mœſtitia quædam, qua cogitur amare ſolitudinem, & aliquando plorat.Hęc ad ſuas cauſas reducenda ſunt, vt inueniatur curatio. Et hîc nonnullæ quæſtiones propoſitæ, quæ in ſermone ſoluendæ ſunt: cur ſcilicet æſtate magis affligatur quàm hyeme, cùm dolores à pituita generentur, qua magis abundat hyeme quàm æſtate. Item quòd periodicè affligitur, & maximè noctu. Sunt & annexa, vt de perditione motus, & ſenſus brachiorum, tempore doloris. Adeſt dolor & mœſtitia, quæritur an ex eadem cauſa? Crediderim prouenire vtrunque,propter malam temperaturam ventriculi & hepatis: ita vt duæ ſint intemperies, vna in ventriculo,altera in hepate,inter ſe contrariæ. Atque hæ ſunt cauſæ omnium ſymptomatum. Ex frigiditate ventriculi plurima pituita multiplicatur, ex caliditate hepatis bilis multa,quæ etiam aduritur.Ex his conſequuntur: primùm, quòd generata pituita fiant obſtructiones circa venas Meſaraicas, quia hepar calidum attrahit alimentum ante perfectam coctionem, atque ita humores craſsi & viſcidi eò delati, obſtruunt meatus anguſtiores.

Deinde hepar generat bilem, quæ cùm non habeat liberum tranſitum, propter pituitam in venis Meſaraicis infarctam, & etiam in venis ipſius hepatis, quæ anguſtiores quoque ſunt, magis incaleſcit, & aduritur, ac poſtea ad obſtructiones facit. Cumq; ferueat, & non habeat liberum tranſitum, magis ebullit & incaleſcit præter naturam, & generat plurimos vapores craſſos, quia cũ pituita plurima commiſcetur. Et hinc eſt, vt refert etiam Galenus de ſententia Dioclis, cur ex illis vaporibus mœſtitia oriatur, quia bilioſi ſunt quidem, ſed nigri propter aduſtionem, vnde perturbant & obſcurant ſpiritum, ac ſequitur timor, ſicuti pueri nocturnas timent tenebras. Quia, vt etiam Galenus dicit, nihil refert, vtrum intrinſecæ vel extrinſecæ ſint tenebræ. Ac inde etiã plorare cogitur, quia habet tenebras illas intrinſecas, quæ cauſant mœſtitiã. Dolor ventriculi non eſt præter rationem, cùm plurima pituita in ventriculo generetur, plurima bilis in hepate calido, & hepar amplectitur ventriculum, multi vapores aſcendunt à pituita ebulliente in ventriculo, propter calorem ambientem, & quia materia viſcida, tam citò tranſire vapores, & euaporare non poſſunt. Fit enim extenſio, cùm in loco anguſto fluat materia, & propter viſciditatem nõ reſoluitur facilè, flatus incluſus extenditur, & fit maxima ſolutio continui: præterea intẽperies pituitæ ſubitò occurrens membris ſenſibilibus, etiam dolorem inducit. Quia, vt dicit Galenus ex ſententia Platonis, repentina mutatio eſt, quæ dolorem inducit. Et maiores dolores circa os ventriculi percipit: quia flatus aſcendunt: & locus ibi eſt anguſtior. Et quia vẽtriculus, ceu ſubtiliſsimus omnium membrorum, ſenſibilis eſt: in eo excitatur dolor acutus, qui ratione acuminis facilè cauſat alterum ſymptoma, deliquium animi, vt videatur interdum periculum de morte. Nec ſine ratione, quia maximum eſt commercium inter os ventriculi, & cor, ita vt antiqui vocarint morſum cordis, dolores oris ventriculi. Aliquando ad inferiores partes dolor percipitur, prout flatus occupant varia loca. Et quia iuuenis eſt, tandem attenuatur ac diſſoluitur, & virtus expulſiua inſurgit, & depellit, adiuuantibus ad hęc clyſteriis, adhibitis ab excellenti medico. Sed cur non potius per vomitum expellũtur? Id primò fieri poteſt, eo quòd quidam naturaliter ita affecti ſunt, vt vix aliqua ratione poſsint euomere, ſicut audio hunc etiã eſſe: vel inde inſuper, quia humores pituitoſi potius per ſeceſſum eiiciuntur, quàm per vomitũ. Et ideo Hippoc. ait vomitum hyeme periculoſum, quia tunc pituita abundat in corpore: ęſtate magis prodeſt, cũ multiplicatur bilis. Cùm autem generetur pituita in vẽtriculo, & plurimæ ſunt obſtructiones in venis Meſaraicis, ſequitur, vt impedito tranſitu humorum infletur hypochondria, & percipiãtur rugitus: quia materia illuc decumbit, nec liberũ habet exitum, propter obſtructiones, & ſequitur murmur, tanquam currentis aquæ, quia vapor ibi contentus valde craſſus eſt, & ſimilimus aquæ. Sed vnde ſcis ventriculum frigidum, & hepar calidum? Quòd hepar calidum, oſtenditur primò ex calore ſubnigro,

A qui dominium ſanguinis aduſtioris ſignificat, habet amplas venas: de multitudine pilorum nihil dicam, quia tantùm 20. annorum eſt, nondum ſunt emiſsi, vt debent. De frigido ventriculo vnũ habeo indicium, quia ſemper multiplicata eſt in eo pituita: cuius rurſus duo ſunt indicia, inclinatus fuit ad epilepſiæ morbũ, qui prouenit vel ab humore pituitoſo, vel ab aura frigida: præterea aſthma habuit, quod ab iiſdem cauſis prouenit. Sed pituita vel in ventriculo generatur, & ea pro-B priè pituita dicitur: vel in cerebro, quæ impropriè pituita nominatur, cùm ſit potius mucus. In cerebro autem non eſt generata, alioqui enim cerebrum frigidum, & humidum haberet, quorum neutrum eſt, vt apparet ex operationibus. Nam in virtute animali promptiſsimus eſt, cùm frigiditas & humiditas tardum faciant. Habet operationes intrinſecas omnes vegetas, acres & acutas, quod neque à frigiditate intenſa, neque ab humido fieri poteſt. Nam vt Gal. ait ex Heraclito, C Spiritus ſiccus, anima prudẽtiſsima. Ab humiditate nihil prouenit, præter quã vapor. Vnde huius cerebrum potius ſiccum cum moderata caliditate. Sed multum dormit, & eſt epilepticus. Id nõ eſt propter pituitam generatam in capite, ſed in ventriculo, cùm caput nec humidum ſit, nec frigidum exceſsiuè, ſicut operationes oſtendunt, quæ ſunt indicium temperaturę. Si igitur in ventriculo generata pituita, neceſſariò à prima conſtitutione in eo frigiditas & humiditas fuit: ideo D ſemper abũdabat pituita, quæ in puero epilepſiã (quæ mater puerorum ab Auicenna dicitur) generabat propter abundantem humiditatem. Poſtea exiccato capite virtus expulit eos vapores ad pectus, vnde aſthma ſecutum eſt, nunc ad ventriculum, & inteſtina, & ita dolores excitat. Atque cauſas hoc modo intrinſecas habuit diſponentes ad hos affectus, videlicet ventriculi frigiditatem, & hepatis caliditacem. Caliditas autem aperit, & facit humores aptos ad aſcenſum, vt 3. de Lo. aff. E dicitur. Vnde ſecuta melancholia hypochond. quæ eſt feruor humoris aduſti, ebullientis circa venas meſaraicas, quæ ebullitio fit à frigiditate ventriculi, & hepatis caliditate. Hæ cauſæ intrinſecæ plurimùm adiutæ ſunt ab extrinſecis. Degit in aere craſſo, qui, vt 3. Epid. ſcribitur, implet corpus cruditatibus, quæ obſtruunt meatus, & impediunt tranſpirationem. Vſus quoque peſsimo genere victus: accidentia animi grauiſsima acceſſerunt: litigauit de vita, quòd vel ſolùm ſufficiens F ad melancholiam faciendã: geſtauit quoq; grauia arma, quæ plurimùm calefaciunt hepar, quia habent reſiſtentiam per antiperiſtaſin, & frigefaciũt ventriculum, quia non habet reſiſtentiam. Sed cur brachia videntur relaxari? Non mirum cùm fiat lypothymia, ſi deficiãt extrema, quia calor ab illis ad interiora trahitur. Cur periodicè inuadit? Hoc quoque non mirum, inuadit enim ſecũdùm quod multiplicatur pituita ſufficiens, ad hoc vt faciat affectum, præcipuè in iuuene, & quia me-G dicinis vtitur: & ſi non ſeruat morbus rationes in periodis, ſignum eſt, quod non ſeruat rationes in victu, vt Gal. refert. Cur æſtate magis quàm hyeme? In hyeme quidem pituita generatur, ſed optimè

mè conficitur,præſertim in iuuene,in quo etiam, cùm eſt melioris habitus, nō generatur ea copia. In æſtate maxima imbecillitas eſt vantriculi,quia calor totus eſt in circumferentia, & exhauritur ventriculus calore: & accedunt alia in hoc iuuene. Bibit plurimùm manſit diſcooperto pectore: dormiuit nudus: comedit fructus: atque ita debilitatur ventriculus,& augentur cruditates. Sed cur noctu magis patitur? Quia tum magis contrahuntur humores, & non ita difflantur, & noctu ſimul in corpore congregantur prandium & cœna, quæ non bene concoquuntur, ideo plus pituitæ generatur. Hæc ſatis de cauſa morbi & ſymptomatū. Quod ad prognoſticum, dicā cum Gal. in quibuſcūque contingit hic morbus, in omnibus iis prolongatur: non pernicioſus eſt, ſed non facilè etiam curatur. In longum producitur, & ferè ſemper ad mortem vſq; comitatur aliquē, cùm habeat duas cauſas validiſsimas ab ortu tales eſſentialiter,intemperiē ſcilicet frigidam ventriculi, & calidam hepatis. Quarū ſi vnam tātùm haberet,vix poſſemus ſuccurrere,vt quotidiè fieri videmus in intēperie aliqua ſimplici, quid fiet in contrariis? cùm ſit periculum, ne calefaciendo ventriculum,inflammemus hepar,& refrigerando hepate, obſimus ventriculo: ſiue exterius, ſiue interius id facere conemur. Præterea plurimū valet confidentia infirmi in curandis morbis, ſed in his melancholicis nihil minus eſt, quàm confidentia: ſed ſemper deſperant, ita vt & morbus & infirmus nobis contrarij ſint. De curatione igitur vnum dicam,omnia temperata exhibenda, & fugiendi exceſſus in calido & frigido. Cauenda etiam medicamenta ſoluentia, quia calida ſunt, & attrahunt à venis ad ventriculum: ad quod duo ſequuntur incommoda, trahunt per hepar, quod magis debilitatur, & relaxāt venas, vt præparentur ad fluxus. Secundò ventriculus ipſe etiam plus patitur,qui iam ſatis affectus. Et Meſue dicit, nihil magis deſtruere mineras membrorū, quàm medicamēta ſolutiua: & ſoli aloe vnam tribuit prærogatiuam, quòd illa confortet ſtomachum,in quo cardo verſatur rei. Cùm igitur ſit euacuandum propter multiplicationem humorū,non vno tempore,ſimul & ſemel id faciēdum, ſed per interualla tentandum: ſicut in quartana, quæ vt Galen. ait, exacerbatur à medicamentis. Non tranſirem florem caſsiæ rhabarb. ſyrup. roſatum ſolutiuum. Vterer etiam frequentiſsimè ſyrupo de cichorio Nicol. cum rhabarb. quia omnia in eo conueniunt, & rhabarbar. etiam ſoluit. Habeat optimam rationem victus, in accidentibus animi, cibo & potu,item in Venere, quæ ſcribi melius poterunt. Quod ad thermarum potū, corroborant ventriculum, quod requirimus: ſed dandæ ſuo tempore modeſtè, ne impleatur corpus, ac diſtribuatur materia per venas: cum intentio noſtra hoc tantùm velit, vt celefiat ventriculus ſine calefactione hepatis. Non tranſirem in exhibitione quatuor cyathos, & nihilominus munirem hepar,ne ſupercalefieret, ſicut ſolemus facere. Miſsio ſanguinis placet, propter refrigerationem, ex qua tolletur melancholia, & triſtitia, quæ eſt ex aduſtione. Mitterem autem ab hepa-

A tis vena tempore Verno, vel Autumnali, quia & ætas,& morbus & temperatura hoc poſtulant.

CONSILIVM CCXXXV.

De melancholia hypochondriaca, in colloquiò cum Excell. D. Stephanella, & Sene P. Nauali, quam concionem ſenilem non libuit adſcribere pro nobili Veneto.

B ERAT ſententia Galeni, Magnifici & Excellen. viri,doctiſsimique ſcholares, in libris Prognoſticon, quòd ea quæ poſſunt breuib. explicari, valde ſit ineptum lōgius dicere. Ego igitur ero beuior in hac mea oratione,& proponam ea quæ ſunt ſcitu neceſſaria in caſu huius nobiliſsimi adoleſcentis. Patitur flatus hypochondriacos, quod non poſſumus negare, quia & motu percipiuntur,& nos audiuimus. Adeſt melancholia, & flatus perci- C piuntur manifeſtè: ergo meritò appellatur hæc affectio flatus hypochondriacus. Sed hoc eſt accidens ſeu ſymptoma, ergo conſideranda eius cauſa, & morbus, à quo pendet hoc ſymptoma. Huius igitur ſymptomatis quærenda ratio, & ex hac pendent omnia reliqua accidentia. Hic flatus hypochōdriacus quo ad rationem formalem, eſt quidam flatus ſeu ventoſitas, quæ pendet à quodam humore craſſo,ita vt non poſsit difflari: quia ſi poſſet difflari, non faceret rugitum. Ergo pēdet D ab humore craſſo, qui facit ne poſsit difflari illa ventoſitas. Nunc quærenda cauſa efficiens proxima,& remota. Primò,proxima cauſa efficiens nulla alia datur,niſi illa quam dat Galenus tertio de Locis affect. cap. de Melancholia, ſcilicet quòd eſt inflammatio & ebullitio circa hepar in regione dextra inter ventriculum & hepar in ipſo meſenterio, vt dicit Galenus ex Diocle: ergo eſt quoddam calefaciens hunc humorem, & faciens hanc inflammationem. Sed nullum eſt aliud mē- E brum in corpore humano quod faciat humores pręterquam hepar: vnde ſequitur quòd hic calor proficiſcitur ab hepate. Et ex hoc diſcurſu habemus,quòd ſit caliditas hepatis ignea, faciēs hanc ebullitionem. Sed hæc inflammatio eſt in aliqua materia, quia non ſolùm eſt inflammatio ibi, ſed etiam inflammatum requiritur. Ex caliditate hepatis ſequuntur multa. Primò, cùm calidi ſit attrahere, & continuè trahatur chylus ab hepate per venas Meſaraicas ex ventriculo, ſi hepar ſit F valde calidum, cum plurimum conſumat, indiget continua reſtauratione: & ſi hoc hepar plurimum attrahet de ipſo chylo ex ventriculo, & habebit continuè illam attractionem propter ſuam caliditatem extēſiuam, & ſic habebit quaſi guloſitatem quandam,vt vocat Galen. Et hinc accidit quòd attrahat chylum ad ſe non bene cōcoctum in ventriculo, ſed crudum, & trahit eum violēter per venas meſaraicas. Ex hoc ſequitur, quòd materia multa, & humores crudi perueniunt ad he- G par,& erunt rebelles concoctioni, quia coctio prima non corrigitur in ſecunda coctione: & hi humores crudi cùm ebulliunt, generant illā inflammationem. Sed hoc non eſt ſolum, ſed accedit

aliud: quia hepar calidum multum generat de bile,& ita etiam plurimum de humore melācholico generabitur. Humor melancholicus naturaliter eſt frigidus & ſiccus, ſicut & reliquæ omnes melancholiæ ſpecies, ſed maximè naturalis. Et quamuis lien attrahat ad ſe humorem melāncholicum ſeparatum, & generatum in hepate: tamen non poteſt lien tantum attrahere, quantum generatur. Et ita humor melancholicus retinetur in hepate: vnde hic humor melancholicus naturalis frigidus & ſiccus, miſcebitur cum illo humore crudo. Et ita ſunt hic duo humores facientes hos flatus, & qui aptiſsimi ſunt ad generationem flatuum vtrique: & hinc omnes melancholici appa rent venerei, quia habent plurimum flutuum, ratione quoque multa fit erectio & inflatio, & ideò plurimum appetunt, licet parum poſsint. Et cùm ſint hic duo humores, qui maximè ſunt apti ad flatus, ſcilicet humor crudus & humor melāncholicus naturalis, non mirum ſi flatuantur. Cùm verò fit illa ebullitio circa hepar & vētriculum in ipſis venis meſaraicis, ideo regurgitat materia illa ad ventriculum, vbi inuenit plurimum humorem crudum, & inde ventriculus infrigidatur, vt poſtea etiā cauſam infrigidationis ventriculi reddemus: & ita hic humor melancholicus ingreditur humorem illum pituitoſum, & non poteſt ſe inde explicare, & ſic fit flatus ille & rugitus. Et ſic ſunt duę cauſæ, humor naturalis melancholicus, cum humore pituitoſo. Hæc autem omnia inten-ſiua ſequitur frigiditas vētriculi: quia ſemper vbi eſt ignea caliditas hepatis, conſumit illam pinguedinem, quæ eſt in abdomine, quæ conſeruat & colligit, ventriculi: & ideo diminuta hac pinguedine infrigidatur vētriculus. Sed præter hoc eſt adhuc aliud: quia ſplen cùm redundat humore melancholico & intumeſcit, refrigerat etiā vicina membra. Hepar autem non poteſt ita facilè refrigerari ab illa frigiditate collecta in ſplene, quia calidior: ſed in habentibus ſymbolum facilior fit tranſitus, ergo ex humore melancholico aggregato in ſplene, ventriculus etiam infrigidatur. Et ita ex vtroque latere violatur & diminuitur calor ventriculi, & robur qui refrigeratus auget humores crudos. Hic verò crudus conſequēter auget ebullitionem & flatuoſitatem: ac ſic fit circulus quidam, & inde prolongabitur etiam morbus, quia quaſi in circulo quoque recurrunt omnes cauſæ, vt diximus. Frigiditas enim ventriculi adiuuatur à multis, vt magis generet cruditates, & materiam huius ebullitionis: & caliditas hepatis, & humor melancholicus in ſplene redundant. Et hinc Galenus tertio locorum affectorum dicit, quòd in quibuſcunque cōtigerit eſſe flatus hypochōdriacos, in omnibus prolongatur. Signa huius affectionis adſunt: eſt triſtitia & timor, qui ſolent eſſe in melancholicis. Primus effectus melanch. eſt timor, qui eſt potius præludium quoddam, & ſic timor eſt perpetuum ſignum melanch. non tamen ibi neceſſarium vt ſit melanch. ſed tantùm principium melanch. indicat: nam ſunt multi melanch. qui non timent, adeò vt ſeipſos etiam interficiant. Et ideo Galen. quærit, quare Diocl. nihil de his loquitur? & di-

A cit Gal. quòd illa triſtitia ſequitur, cum augetur melanch. illa: & non eſt neceſſarium, quòd vbi eſt flatus hypoc. ibi ſtatim ſit melan. Non deuenit ergo ad ſummum hæc affectio, ſed eſt in aliquo gradu: nondum communicatum eſt nocumentum ipſi cerebro, quod abſit. Accidentia de quibus cōqueritur, neceſſariò ſequuntur hunc morbum ita declaratum. Primò ſputum copioſum, quia ventriculus eſt frigidus, & abundat pituita & cruditatibus, & flatus facit, quòd pituita aſcē-

B dit. Nam ex ventriculo nihil excerni poteſt, vel per vomitum, vel per flatum, vel eructationem: & inde fit multum ſputum. Sequitur aliud accidēs, ſcilicet imbecillitas crurium: quia calor naturalis eſt debilitatus, & non generatur multum de bono ſanguine & ſpiritu, in quibus conſiſtit virium robur: & quia multi humores crudi & frigidi in ventriculo exiſtunt, quia tranſeunt per hepar ad venas, poſtea ſparguntur per muſculos, & faciūt iſtam debilitatem membrorum & laſsitudinem.

C Et non eſt hoc mirum, cùm ſæpe iſta materia trāſiens ad venas, faciat paralyſin & ſtuporem. Sequitur aliud accidens, quòd corpus non nutritur, & non augmentatur, vt extendatur in omnes dimēſiones: quia non generatur caro, propterea quòd ſanguis eſt corruptus, & humores indigeſti. Et natura eſt magis ſolicita de membris radicalibus & ſolidis, quia hæc faciūt vt animal ſit animal, & in his eſt vita: caro autem non eſt ſubſtantia principalis iſtorum membrorum.

D Ac quia iſta materia nutrimentalis non fuit ſufficiens pro nutritione & augmentatione vtriuſque, ideo natura magis fuit ſolicita de membris ſolidis, & dat alimentum illis partibus quę magis indigent, quia non ſufficit materia pro vtroque. Et ideo videtis quòd tantùm augeatur in longitudine. Atque inde etiam illa macies, quæ eſt in carne nata: caro enim multū eſt diminuta. Hinc etiam aliud accidens eſt, ſcilicet quòd color totius corporis eſt ſubfuſcus, quia humor talis do-

E minatur, ſcilicet melancholicus, vt patet ex libro quarto de Tuenda valetudine. Sequitur adhuc vnum, ſcilicet adſtrictio alui vt plurimum, quæ eſt ex caliditate hepatis, exugente totum humidum ipſarum fæcum. Et hinc patet verum, quia ſi hæc affectio eſſet ratione ventriculi principaliter, exiſterent fæces humidiores. Sed hepar maximè excedit in caliditate, & facit hanc malam diſpoſitionem. Iſta igitur ægritudo eſt proportionatiſsima huic adoleſcenti: nam eſt calidiſsimi hepatis à na-

F tiuitate, licet primò habuit carnem multam: & illa caliditas hepatis eſt ei naturalis, & à patre, & ex ſemine materno. Noui patrem, qui erat calidiſsimus. Præterea & fratres eandem intemperiē habent. Item ipſe exercet cogitationibus mentem, & hæc omnia inflammant ſpiritus & hepar. Et ſic ſanguis eſt craſsior, & aduſtum alimentum à caliditate hepatis, & omnia rectè ſe cōnſequuntur. Primò etiam antequam laboraret quartana, habuit flatus, poſtea ſucceſsit quartana. Multi-

G plicatus eſt humor melancholicus, & crudi humores attracti ad hepar, vnde facta ebullitio, & etiam obſtructio viſcerum ab illo craſſo humore. Et quia virtus fuit fortis in expellendo, facta ſunt illa

illa exanthemata per vniuerſum corpus, aut ſi volumus appellare eſcharas: ſunt autem quædam effloreſcentiæ cutis, & ſunt potius ex quodam flatu pituitæ ſalſæ, quàm ex materia, quia citò accedunt, & ſtatim recedunt: fiunt ex humore craſſo, ſanguineo & melancholico, & faciunt pruritum, quia etiam bilis vel pituita ſalſa admiſta. Curatus eſt ex quartana & exanthematibus illis, & remanſerunt illi flatus.

De prognoſtico ſatis dictum ſuprà. Circa curam vnum dicam, & ponã pro fundamẽto huius curę, quòd ſcilicet debemus cauere ab omni pharmaco ſolutiuo fortiori, & non poſſumus in hoc caſu aliquid deterius & perniciosius facere q̃ illud. Ratio eſt, quia ſi detur fortius pharmacum, iſta omnia conſequentur: primò nõ euacuabitur vt oportet, quia ſunt multæ obſtructiones, quæ impediunt, vt non poſsit duci materia, & hepar ſupercalefactum magis calefiet: & quia ventriculus eſt debilis, & neceſſe eſt illas materias duci ad ventriculum, ideò magis infrigidabitur & debilitabitur ventriculus: & ſic omnino non conueniunt pharmaca ſolutiua. Et hoc ſit primum fundamentum huius curæ, quod bene aduertẽdum: vnde neceſſariò morbus & cura eius erit longa: primò, ex ſua natura: ſecundò, quia nõ poſſumus vti remediis. Et Gal. ad Glauc. dicit, quòd quartana acrius curata, duplex fit quartana. Ideo humor melancholicus benignè & clementer tractetur. Primò concoquatur. In curatione igitur hac mittendus eſt ſanguis, & non vna vice ſolùm, ſed ſæpius: quia vbi melancholicus humor eſt in venis cum ſanguine, eſt mittendus ſanguis. Deinde fiat epicraſis, id eſt, contemperatio. Nutriatur corpus, & paulatim generetur bonus ſanguis: & nihil magis conuenit pro melancholia, q̃ phlebotomia, & quidẽ iterata, vt Gal. ſuaſit. Poſtea epicraſis, id eſt, optima nutritio & reſtauratio. Deinde deuenirem ad ſyrupos qui alterent humorẽ melancholicum, & concoquant. Confortare & euacuare nõ poſſumus ſimul, quia confortantia ſtringunt, & euacuantia ſoluunt. Concoquentia ſint omnia humectantia, & modicè calefacientia. Ego non vterer alio, q̃ quo ſoleo vti in his, qui abundant humore melancholico. Acciperem ius pulli iuuenis, & decoquerem in radicibus polypodij, quia ſunt dulces, & non multum calefaciunt, & gratæ guſtui, & non fortiter euacuant: duas radices liquiritiæ, tres boraginis, vel bugloſſæ, & exhiberem hanc decoctionem loco ſyrupi. Neq; ſoleo aliter facere in his. Ius pulli omnes humores acres temperat & æquat. Et hæc decoctio paulatim etiam euacuat humorem melancholicum: & ſingulis 4. diebus de ea accipiat. Darẽ flores caſſiæ, vel ſimpliciter, vel cum rhabarbaro, quia hæc maximè conueniunt, & nõ trahunt à longinquo. Vel ſaccharum roſarum cum rhabarbaro. Et tali medicamento ſuprà poſito vterer per totam æſtatem, etiam in diebus Canicularibus: & ſic hac æſtate procederem cum illis alterantibus: neq; aliam rationem reperire poſſum, quia non debemus refrigerare propter ventriculum, nec calefacere propter hepar: & ideò optimè conueniunt illa quæ diximus. Vtatur optima ratione victus.

A Vina ſint alba, matura, & tenuia. Vina rubra, ſint acerba & immatura. Alba conueniunt, quia facilius diſtribuuntur per venas, & nõ hærent in hypochondriis, & digeruntur per vrinam, & humectant. Caueantur acerba vina. Sed cùm dico vina alba, non ſunt capienda flaua, nam illa ſunt calidiſsima & infeſtiſsima hepati calido. Verè igitur ſit album. Quo ad balneum, dico quòd non cõueniat, quia hæreret in hypochondriis & inflammaret. Galenus dicit, quòd aqua pluuialis B adhæret hypochondriis, & inflammat, multò magis illa aqua aluminoſa. Medici Veneti voluerunt illi dare lignũ, ſed ego ſum in ea opinione, quòd lignũ nihil poſsit, niſi ſit morbus Gallicus. Non enim operatur, quia calidum, humidum vel ſiccum, ſed quia tale. Ideo hoc ego non conſulerem.

CONSILIVM CCXXXVI.

De affectione hypochondriaca confirmata ex C *liene, pro nobili adoleſcẽte, colloquium cum Stephanello & Friſimelica.*

OMNIA quæ ſunt enarrata in hoc conſeſſu per excellentiſs. D. Hieronymum, ſunt integra ſyndrome, & concurſus eorum, quæ poſſunt indicare affectionem hypochondriacam, & nõ ſimplicem quidem ex illis, habet enim multos gradus: ſed hæc enarrata indicant confirmatum hunc affectum in malitia. Et ita non ſimplex eſt affectus, ſcilicet affe- D ctio hypochondriaca, ſed etiam confirmata. Verùm quia nõ curamus ſymptomata, ſed ea ſolùm conſideramus in hunc finem, vt veniamus in cognitionem morbi, quo cognito & inuento omittimus omnia illa ſigna & accidẽtia: nam nullum ſymptoma trahit curã ad ſe, niſi ſub ratione morbi. Venio igitur ad affectum & morbum: hoc eſt, melancholiam hypochondriacam. Ero breuis, & procedam tantùm per concluſiones. Hic affectus fit, cùm illæ venæ inter ventriculum & hepar in- E flammantur, non quidem inflammatione ea quæ phlegmone dicitur & apoſtema, ſed quædam φλόγωσις, id eſt, ardor quidam eſt, & quædam efferueſcentia. Et humores crudi & melancholici ſunt in illis partibus, & non trahuntur ab hepate, ſed ibi flatuãtur, & inde rugitus incipit, qui poſtea communicatur ventriculo, atque is fit frigidior. Nam habet hoc proprium hæc affectio, quòd caliditas incipit in hepate, & poſtea frigiditas in ventriculo: & quare hoc ſit, alibi demonſtratur. Hæc igitur F eſt propriè affectio hypochondriaca, quæ fit propter obſtructionem & inflammationẽ obortam in illis venis, propter frigidum ventriculum & hepar calidum. Sed quæritur hîc, num talis affectus ſit verè & propriè in hoc viro, an ſit quidem affectus ſimilis huic, qui tamen eadem faciat ſymptomata? Nam ſæpe contingit, quòd ſunt aliqui affectus non quidem proprij, ſed tamen ſimiles: & hoc ſæpiſsimè contingit in curando, vt in pleuritide, quæ non ſemper eſt propria, ſed interdum G in muſculis, & tamẽ affectio ferè ſimilis. Item Hippocrates dicit, febrem cauſonem etiam ex pituita ſalſa fieri, & eſſe cauſon impropriè ſumptum. Ita ſæpiſsimè contingere ſolet, & etiam hîc ita fit.

Nam duæ ſpecies hypochondriacæ melancholię à modernis Medicis, & rectè, ponuntur: vna eſt propria ex efferueſcentia in venis hepatis, alia eſt affectus non ita proprius, ſed qui tamen facit ſæuiora accidentia, qui nō eſt ex efferueſcentia circa dextram partem, ſed in parte ſiniſtra, vbi ſunt venę illæ inter ventriculum & ſplenem, & tamen habet eadem ſymptomata, quę ſolent accidere in parte dextra. Et ſæpe nos vidimus hūc affectum, & ſic experientia quoque teſtatur, præterquam quòd deſcribitur à Modernis & Arabibus, q̃ propriè hunc affectum deſcribunt, quòd omnes iſti rugitus incipiunt in parte ſiniſtra, & nō à dextra, vt eſt etiam hîc. Quæritur igitur, cuius generis ſit hic affectus, an ſit ratione inflammationis hepatis, & illarum venarum, quæ ſunt inter hepar & ventriculum, an verò ſit ratione inflammationis ſplenis, & illarum venarum quæ ſunt inter ſplenem & ventriculum? plurimùm enim refert hoc ad curationem. Reſpondeo, non poſſum iudicare niſi ex ſignis. Non audio quod afficiatur aliquid in parte dextra, nec habet hos rugitus & flatus niſi in parte ſiniſtra, ſub iſtis coſtis mendoſis, vbi eſt ſitus ſplenis, & inde dicit fontem eſſe iſtorum dolorum. Et cùm omnia patiatur in ſiniſtra parte, & de hac ſola conqueratur, crediderim ego qđ hæc melancholia hypocondriaca non ſit vitio hepatis, ſed ratione lienis malè affecti: quia dum replentur illæ venæ inter lienem & ventriculum, tunc fiunt illi flatus. Et nullus humor eſt tam flatuoſus quàm melancholia, & magis etiam quàm pituita. Hinc melancholici ſunt ſalaciſsimi, propter plurimas ventoſitates, & iuuantur etiam ex coitu, quia illæ ventoſitates expellūtur. Et quanuis hic humor ſit frigidus & ſiccus, & terreſtris, tamen non ideo dicendum, quòd non ſit flatuoſus, ſed dicitur talis reſpectu aliorum humorum, quia plus habet de partibus terreſtribus: & ideo cùm calor agit in illū, eſt rebellis vt diſſoluatur, & inde conuertitur in flatus, & facit flatus moleſtiſsimos. Lien repletus hoc humore, refrigerat totum corpus, & vniuerſum ſanguinem. Hinc & ſpiritus fiunt ſylueſtres, quia ſanguis etiam eſt talis, vnde & ſpiritus erunt melancholici. Et quia ſpiritus ſunt proxime domicilium animæ, ſequuntur & operationes malæ. Cùm ergo & vapores multiplicētur, aſcendentes ad caput & ad os ventriculi, & ſpiritus in toto corpore fiāt frigidi propter ſanguinem frigidum, hinc fit ille chorus omnium illorum ſymptomatum quę patitur. Habet vnum inſigne, quod eſt conſiderādum, & eſt hoc, quod non poteſt concoquere, niſi ligetur, & ſtrictè quidem: nam teſte Gal. lib. 3. de Cauſ. ſympt. cùm ventriculus non continet cibum, tunc ſequuntur ventoſitates. Non autem continet, cùm non ſtringitur: nec conſtringitur per ſe, quia plurimi flatus. Vnde & ipſe doctus ab experientia, quęſiuit remedium oſtenſum à natura: & ſic cum ligatus eſt ventriculus, melius complectitur cibum. Credo quòd hoc ſymptoma oriatur, quia ventriculus nō bene continet cibum, & non amplectitur, propter flatus. Plurimum ſputum ex ore mittit, & variorum odorum & diuerſorum, pro diuerſitate concoctionis: quandoque etiam

A putreſcunt cibi in ventriculo. Et cùm ille flatus in ventriculo ſemper ſuſtollat humidū aliquod, ſemper adeſt ſputum tale: nam ille flatus eleuat illos humores. Et ideo dicebat Galenus, quòd non poteſt aliquid exire ex ventriculo niſi per illa tria, vomitum, eructationem & flatum: plurima autem materia congregatur in ventriculo, propter obſtructionem in liene, & frigiditatem: nam lien interdum refrigerat non ſolùm ventriculum, ſed etiā hepar, adeò vt ſequatur hydrops,

B vt ſcribunt Doctores, tantùm propter conſenſum ſplenis. Si igitur tanta eſt refrigeratio lienis, vt trahat in conſenſum hepar, multò magis infrigidabit ventriculum, qui magis eſt paratus ad lapſum frigidum. Et hinc generatur in ventriculo propter frigiditatem plurima pituita, quæ ſuſpenditur à flatu: vnde eſt illud ſputum. Vapores autem melancholici aſcendunt ad caput, & cauſant illam triſtitiam, vt patet ex Galeno. Pręterea cùm in hoc corpore ſint ſpiritus tenebroſi, generati ex

C ſanguine frigido, qui ſparguntur per totum corpus, infrigidatur etiam, ſine dubio, totum corpus, & fiunt malæ concoctiones, & hinc eſt illa macies, & diſpoſitiones illæ impetiginum, ſiue alui, ſiue morphea, quocunque nomine appellare voluerimus, nihil refert, quia non generatur ſanguis bonus, ſed corruptus. Et ſic patet, quòd ſeries omnium illorum ſymptomatum ſequitur ex illa ægritudine, quæ eſt in liene: & ſi quæ à nobis omiſſa ſunt ſymptomata, hæc omnia eò reduci

D debent, tanquam ad cauſam. Hæc autem ægritudo in liene eſt duplex: prima eſt in complexione, quia lien eſt frigidus: ſecunda in compoſitione, quia ſunt obſtructiones, in tactu percipi poteſt. Et ſic locus principaliter affectus, eſt ipſe lien, qui in conſenſum trahit, & reliqua membra: & credo etiam quòd propter lienē hepar non generet bonum ſanguinem, & ſic afficitur ex liene & hepate: vnde omninò ſtatuo, quòd hæc hypochondriaca melancholia non eſt principaliter in hepa

E te & ſuis venis, ſed in liene & ſuis venis. Et hoc ſatis de natura huius morbi, & ſymptomatū, quæ omnino inde dependent.

Cura. Hac ægritudine curata, curabūtur etiam omnia ſymptomata, vt rugitus, macies, morphęa, ſudor, &c. An poſsit curari? Clariſs. Doctores, quamuis ille morbus & affectus ratione ſplenis, faciat maiora accidentia, quàm qui eſt ratione hepatis: tamen dico, quòd facilius curatur quàm ille, quia non eſt in hoc morbo affectum aliquod

F membrum principale. Licet enim hepar patiatur per conſenſum, non tamē principaliter: & credo ſi poſſemus curare lienem, & aperire ſuas obſtructiones, quòd non eſſet duratura dyſcraſia hepatis: nam nō eſt magna læſio hepatis, quantum ad frigiditatem, quia non eſt tumor pedum, vt ſolet eſſe in illis. Et nunc habeo quendam nobilem, qui laborat hac affectione hypochondriaca cū tumore pedum, & eſt propter frigiditatem hepatis factam ex frigiditate lienis. Nec ſunt in hoc caſu ſi-

G gna alicuius caliditatis inſignis, ſed ſunt ſigna humoris melancholici illius, q̃ eſt fæx ſanguinis: & ſemper tales humores ſic generātur, prout eſt intemperies membri affecti: nā quodlibet ita operatur

catur

ratur & concoquit,prout eſt ſua temperies. Præterea lien eſt durus,ergo erit ægritudo longa.Tamen ſi potuerit pati & curam, & omnia alia quæ erunt agenda,poterit curari, & ſi non planè integrè,tamen ita vt non pigeat viuere. Sed cum quibus? Si vellet recipere aquam balnei, dicerē quæ eſſent facienda ante balneum: ſi verò non vult, longè aliter de cura eius mihi dicendum eſt. Ego omnino exhiberem. Sed eſt gracilis & exiccatus? Dico quòd hoc non debemus timere: nam etiam ſine illis aquis exiccabitur,& longè magis.Imò & decoctum ligni exhibemus ſemitabidis, quia remouemus cauſam illius gracilitatis, deinde incipit melius nutriri corpus, & ſic poſſumus dicere, quòd lignum faciat pinguedinem per accidens, ſcilicet remouendo illud quòd faciebat gracilitatem. Ita hic eſt quidem gracilis,ſed tollendæ ſunt cauſæ gracilitatis,& corroborandus ventriculus. Et longè maius eſt iuuamentū in remotione obſtructionum in hoc balneo, q̃ nocumentum in exiccando. Atqui ſi aqua hæc non educeret, ſed hæreret in hypochondriis,nō darem ego:ſin egeretur, ſi mouebit ſudorem, ſi vrinam, vellem vti. Et hæc aqua educit multum de atra bile. Si vellet aſſumere, ante aquam aliquid facerem, & poſt aſſumptionem aquæ poſſemus iterum colloqui de valetudine eius, quia neſcio quomodo ſe habebit poſt balneum. Ante balneū vellem euacuare corpus,& ſtatim cras manè darem caſsiam cum hiera, vt conſueuimus: deinde darem ſyrupos incidentes cum oxymelite, de cichorea, & in tribus diebus darem caſsiam cum ℥.ij. agarici, pro euacuatione corporis. Facta hac, accederet ad balneum: & inſtat nunc tempus. An ſecanda vena? Non video tam magnam imbecillitatem,quò minus liceat incidere venam:licet enim non habeat multam carnem,tamen habet multū ſanguinem, & malum,quod apparet ex tumore venarum: & ſic emiſſo ſanguine malo, fortificaretur natura à ſectione venæ, & euacuaretur malus ſanguis, vt reliquum poſſet melius concoquere & vincere.

CONSILIVM CCXXXVII.

De eodem adoleſcente nobili, an ſit mittendus ad balnea. 29.Maij in colloquio cum Friſimelica.

QVamvis hæc materia diligentiſsimè fuerit à me pertractata, tamen vt ſatiſfiat magnifico patri volenti audire diſpoſitiones filij ſui,ego breuibus explicabo ſententiam meam magnificentiæ ſuæ.Cùm ſit triplex ſpecies melancholiæ, teſte Gal.in Loc. affectis,qua affligitur homo: vna, quando caput tantùm per ſe patitur, & redundat in eo humor melancholicus,vnde afficitur triſtitia,& aliis affectionibus melancholicis,totum autem reliquum corpus eſt immune. Secunda ſpecies eſt,quando non ſolùm caput,ſed & corpus vniuerſum redundat humore melancholico,ita vt totus ſanguis ſit eo humore infectus. Tertia ſpecies eſt, quæ dicitur affectio hypochondriaca, non quòd ſit in venis aut capite, ſed fit quando vapores aſcendunt ab vtroque latere ad caput, & ita inducunt triſti-

A tiam,& difficultatem anhelitus,& cetera ſymptomata melancholica,ſecundùm quod hic morbus eſt maior, vel minor. Hîc quæritur nunc, vtrum hic adoleſcēs patiatur vnam ſpeciem tantùm,aut duas, aut omnes? Primò ſuppono, quòd non eſt tantùm affectio hæc in capite: & hoc eſt manifeſtiſsimum. De aliis duabus dico, quòd patiatur vtranque: nec fruſtrà dico hoc.Primò,quòd hoc corpus redundat humore melancholico in omnibus venis, teſtantur primùm illæ maculæ (ſeu B eſcharas,ſeu puſtulas appellare velimus,nihil refert) hæ indicant humorem melancholicum: Et quòd fuerit melancholicus conſtat, quia acceſsit quartana incipiendo,quod non poteſt eſſe ex aliâ cauſa, niſi ex abundantia humoris melancholici: vt omittam alia ſigna,nam fuit intentus curis ſtudiorum,& diligentiſsimus in ſtudiis,& perpetuò cogitauit. Sed hoc eſt extrinſecum,& ferè ſemper ita eſt,quòd ea quæ extrinſecus accidunt, ſi inueniant diſpoſitum corpus, facilè idipſum afficere C & mutare poſſunt. Intrinſecum eſt hoc,quòd habuit à principio ſuæ generationis hepar valde calidum, & etiam fortè ipſum cor: & ex his factum eſt totum corpus calidum abundanter. Et hoc indicat etiam augmentum illud repentinum & magnum: quia calor fortis cùm inuenit & habet materiam aptam extenſioni, facilè illam ſuperat & concoquit. Nam licet complexio eius naturalis ab origine ſit calida & ſicca,tamen in prima ætate fuit humidior:& quia illa ætas eſt humida,& D illa humiditas potuit obtundere calorem, ergò cùm in ea ætate fuerit humidus, & calor fortis, ideò optimè nutritū fuit hoc corpus, quia affuit & agens, & etiam materia conueniens fuit agenti.Et videmus experientia,quòd pueri melancholici in principio celeriter augentur & creſcunt, propter fortitudinem caloris agentis in illud humidum,quod eſt proprium illi ætati: ſed non diū permanet illud agmentū, & fiūt graciliores propter tenuitatem caloris. Ita in hoc adoleſcente il- E lud repentinum augmentum indicat mihi calorem magnum. Item habitus corporis: habet enim venas amplas,colorem ſubnigricantem, qui indicat caliditatem ſanguinis. Nam ſanguis cùm exit ad cutem, facit colorem cutis. Et ita ex hac coniectura patet hunc iuuenem habuiſſe à principio ætatis hepar calidum,& hoc adurit ſanguinem, & hi homines ſunt apti, vt fiant melancholici. Vnde Galenus dicit, qui ſunt calidi & ſicci, tempore paracmaſticę ætatis fiunt melancholici. F Sed iſte iuuenis præuenit hoc tempus: habuit ergo naturalem diſpoſitionem ad humorem melancholicum. Acceſsit autem ſtudium,curæ,& multæ cogitationes, vnde magis eſt exiccatus ſanguis,& corpus affectum: nam curæ (quæ ita dicuntur quòd cor vrant) primò inflammant ſanguinem,licet poſtea infrigident, reſoluto toto humido, & cum hoc etiam omni calore: & inde aucta eſt illa diſpoſitio. Et fortè etiam bibit vinum vetus,vt ſolent Veneti nobiles bibere maluaticū, G & comedit aromata,multum ſe exercuit. Sed hęc quæ diximus ſufficiunt, & fuerint ſatis in cauſa ad producendum affectum illum, quem nunc patitur. Hæc quo ad coniecturas, quibus ego colli-

go hunc iuuenem repletum eſſe humore melan-
cholico in toto corpore & venis, & ſic laborare
ſecunda ſpecie melancholiæ. Tertia ſpecies me-
lancholiæ eſt, cùm fiunt obſtructiones circa illa
viſcera, ſiue ſita ſit in latere dextro: & hæc dici-
tur propriè affectio hypochondriaca à Galeno:
vel ex latere oppoſito, & hęc ſpecies eſt etiam val-
de frequens: & quandoque etiam in vtroque la-
tere contingit, & hoc eſt deterius. Hæc tertia quę
eſt? an propter inflammationem exiſtentem in
venis hepatis, an propter ebullitionem factam in
venis ſplenis? Dico, vbi dolor, ibi ægritudo: & in
vtroque latere percipit flatus, vt nunc audio, ſi-
gnum eſt, quòd in vtroq; latere ſunt obſtructio-
nes: & ſic magis in latere dextro, ſignum quòd
maior obſtructio eſt in hepate & eius venis. Ergo
prima ratio illius melancholiæ hypochondriacæ
& tertiæ huius ſpeciei eſt, vt ſint ibi materiæ illæ
in venis, quæ efferueſcunt propter obſtructio-
nem, & hinc fiunt flatus. Ex his ſequitur neceſſa-
riò frigiditas ventriculi, quia hepar calidum inde
ſinenter attrahit, & quidē chylum inconcoctum:
quem cùm non poteſt conficere, inde per totum
corpus multiplicantur humores crudi, quia con-
coctio ſecunda non poteſt corrigere primam, &
ſic ille humor crudus auget flatuoſitatem melan-
choliæ. Et cûm hepar adurat ſanguinem, & mul-
tiplicetur humor melancholicus, cumque is ſu-
pereſt, & nō poteſt recipi & concoqui à liene, ob-
ſtruit lienē: quia lien nimia copia illius homoris
ſuffocatur, & non poteſt conficere totum nutri-
mentum, & ita obſtruitur. Humor verò qui non
poteſt confici, redundat & regurgitat in totū cor
pus: & ſic hæ duæ ſpecies melancholiæ ſe inui-
cem conſequuntur, & ſecunda ſpecies nutrit &
fouet tertiam, & tertia ſecundam, & ſic fit circu-
lus, & cùm eſt circulus in cauſis, efficitur diffici-
lima cura. Et quia ſplen repletum humore me-
lancholico eſt frigidum, ideo ſolet infrigidare he-
par: nam ſæpe ex ſplene refrigerato ita infrigida-
tur hepar, vt ſequatur hydrops, vt vidimus hodie
in D. Benedicto, q laborat affectione hypochon-
driaca, in quo ita infrigidatum eſt hepar, vt ſecu-
tus ſit tumor pedum. Hic autē iuuenis nondum
deuenit ad illum gradum, quia humor nondum
ita collectus, neque affectio ſplenis ita inualuit,
vt poſsit communicare nocumētum hepati: com
municat tamen ventriculo, & hinc illud ſputum,
vt iam ſæpe dictum, & alia, &c. Sequitur etiam il-
la aſtrictio alui, quia dum humor melancholicus
multiplicatur, tranſit ad ventriculum, & ad inte-
ſtina deſcendit, & ibi flatuatur, & ſic ſua flatuoſi-
tate ſuſpendit fæces, vnde aluus aſtringitur. Præ-
terea bilis quę ſolet naturaliter ab hepate per po-
rum felleum ad inteſtina peruenire, & ea abſter-
gere, & excitare virtutem expulſiuam, non per-
uenit eò, propter obſtructionem illius pori ab hu
more craſsiori: inde inteſtina illa non poſſunt ab-
ſtergi: & ſic non fit hoc officium bilis, ad quod à
natura ordinata erat: & propterea aduruntur il-
læ fæces, & fiunt ſcuibala tanquam pillulę capra-
rum. Et hæ ſunt ægritudines & accidentia huius
adoleſcentis. Patitur ergo duas melancholias, &
in toto, & in hypochondriis: & hoc valde aduer-

A tendum, quia non patitur ſimplicem affectum,
ſed duplicatum.

De Prognoſtico. Dico ex ſententia Galeni, vt &
antea dixi, in quibuſcunq; generatur melancho-
lia hypochondriaca, In omnibus prolongatur, &
ſic ſuapte natura eſt longus hic morbus. Et quia
eſt circulus, vt dictum eſt, vnde difficilis erit cura-
tio. Quo ad curam, proximè ſatis dixi, & replica-
bo vnum, quod tunc temporis dixi. Nulla maior
pernicies horum, & quod inducit in incurabiles
B ægritudines, q̃ multiplicare pharmaca: & vos vi-
debitis, quantò magis exhibebit E. V. illa fortia
medicamenta, tantò deterius habebit. Sint itaq;
placidiſsima remedia, & ſine violentia ducentia.
Proponitur vnum, vtrum debeat accipere aquas
Apponitanas, quia curam aliorum dixi proximè,
& poſt aſſumptum balneum dicam etiam aliqua
de ea. Et dico ego, quòd omnino debet accipere
hanc aquam: nam habet ſulphur, alumen, cine-
rem & calcem, & hæc poſſunt aperire, quam aper
C tionem quærimus, & hanc maximè præſtabit no
bis aqua. Sulphur aperit, & educit etiam humo-
rem melancholicum. Et vidi in quadam nobili
Domina, ex qua educta eſt maxima copia humo-
ris melancholici per potum huius aquę Apponi-
tanæ. Item corroborat & ventriculum, in quo ge-
neratur pituita: & ſic etiam ventriculo cōueniet.
Vnde credo huiuſcemodi aquam profuturá ma-
gnoperè, dummodo exeat. Si videatur inflamma
re, quia hepar eſt calidum, poteſt inungi hepar, &
D circa dorſum, & exhiberi zuccharum roſ. & alia
ad prohibendam nimiam calefactionem hepatis:
ſed non accipiat magnam quantitatem vna vice.
Patres noſtri accipiebāt maximam quantitatem,
vt triginta, aut quadraginta cyathos, & ita magis
debilitârunt & obruerunt vires. Calor innatus
eſt, qui dirigit medicamenta, qui non eſt ſuppri-
mendus. Ego darem per quindecim dies in mo-
dica quantitate, quia primi dies præparant, & vl-
timi proficient: & confido proculdubiò, quòd
E melius ſe habebit.

Consilium CCXXXVIII.

De melancholia hypochondriaca.

Ægritudo, qua affligitur hic nobi-
lis vir, iudicio meo eſt melancholia hy-
pochondriaca, non ſicut illa Dioclis,
quam deſcribit Galenus libro 3. de Lo-
cis affectis, quæ naſcitur per inflammationem hu
F morum, aut ebullitionem in venis inter ſtoma-
chum & hepar. Sed hæc ab illa diuerſa eſt, quo-
niam ex inflammatione, ſeu ebullitione humorū
craſſorum malorum eſt, qui ſunt incluſi in venis
ſiniſtri lateris inter ſplenem & ſtomachum, à qui-
bus eleuatur q̃ plurima ventoſitas, & quia ſplen
redditus eſt debilis, ſæpenumerò intumeſcit, &
craſsior apparet, nec etiam ad ſe trahit fæcem ſan-
guinis, ſicut oportet: & ita fæx iſta per ſanguinem
diſpergitur, & reddit eum nigrum, pallidum, &
G melancholicū. Omni igitur diligentia curare de-
bemus, vt illæ venæ meſaraicæ ſiniſtri lateris ape-
riantur, & liberę fiant, & ſplen confortetur, vt ſuo
officio fungi poſsit, & ita ſanguis purus efficia-
tur:

tur:ex quo etiam ſequetur, quòd ſtomachus nullam ventoſitatem patietur. In primis igitur curare debemus, vt ſit aer optimus, quoniam in humoribus ipſis melancholicis plurimùm refert optimi aeris electio: euitareq; debet præ omnibus nimis paludoſum & craſſum, ſicut cõmuniter eſt in locis Veronenſibus planitiem verſus, & debet cauere ne in locis humidis degat & ſubterraneis, ac expoſitis Tyrolum verſus. Omniaq; animi accidentia euitabit, ſicut iram, triſtitiam, mœrorem, omniq; ingenio conabitur lætè viuere inter muſicos & bonos ſocios. Exercebit ſe conuenienter manè equitando, eundo, & parua pila ludendo, aut ſimile aliquid faciẽdo. Curabit quoq; vt quotidie beneficium ventris habeat. Circa victum euitabit omnes carnes antiquas, vt bubulas, caſtrati antiqui, atq; quæ craſſum dant nutrimentum, vt pernas ſalitas & recentes, omnesq; aquatiles aues, anſeres, & huiuſcemodi cibos euitet, omnesq; piſces, exceptis quibuſdam, vt lupis, qui in aquis currẽtibus viuunt, auratis carpionibúſque recentibus. Comedat lemnulas, mazarones: ab omnibus aliis omnino cauebit; præcipuè ab anguillis, & huiuſmodi, quæ craſſum & viſcoſum dant nutrimentum. Præterea omnia lacticinia cauebit, & præcipuè caſeum tam recentem, q̃ ſalitum: omnia paſtilia, placentas, tortas, roſiolos, panem calidum malè fermentatum, & ſine ſale, ac peſsimè coctum: omniaq; legumina fugiat cuiuſque generis, aut recentia, aut exiccata, aut cruda, aut cocta. Cauebit etiam ab omnibus fructibus, & ſi eis quandoq; vti voluerit, accipiat ante reliqua cibaria, ſed parcè admodum. Omnes ſalatas crudas ſeu acetaria fugiet, ſed cappares earum vice comedat, aſparagos, lupulos, lapathum, endiuiam coctam, cichorium coctũ, aceto & zucchаro conditũ, vel oleo & ſale. Vinum bibet album, ſed pauci coloris, quod roſetum vocant, ſubtile, tranſparens & bene maturum. Vnico cibo ſit contentus, neq; inter prandium & cœnam bibat, neque ſine fame comedat. Vellem vt hoc anno menſe Iulij, primùm tamẽ aliqualiter purgato corpore cum caſsia & rhabarbaro, & ſyrupo roſato ſolutiuo, acciperet aquam balneorum de Caldera, eo pacto, quo ei dicent excellentiſs. Medici, qui aderũt. Bis in anno ſe purgabit, in Vere & Autumno: & velim quòd mitteret è baſilica cubiti ſiniſtri ſanguinem. Intermediis verò temporibus, inter Ver & Autumnum reciperet ter & quater in menſe per horã ante cœnã infraſcriptas pillulas:

R. Pithymi Cretenſis ʒ.vj.
Agarici electi ʒ.iij.
Corticum radicis ellebori nigri ʒ.iiij.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.iiij.

Cum melle roſato fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus ʒ.j. accipiat, & formentur pillulæ tres cum melle roſato. Et eo die quo aſſumet has pillulas, ſumat etiam vnam ſcutellam panis loti, ſeu panatellæ, & aut nihil, aut parũ admodum bibat, accipiatque ſæpiſsimè per horam ante prandium, conſeruæ florum boraginis, atq; bugloſſæ parum. Ante ſyrupos ſumere poterit.

R. Electuarij lenitiui ʒ.x.
Cum zuccharo fiat bolus.

Pro ſyrupis.

R. Syrupi de fumoterræ,
De Bugloſſa,
De pomis ana ʒ.v.
Aquæ Boraginis ℥.iiij.
Miſce: pro purgatione verò,
R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.
Aquæ betonicæ q.ſ. fiat potus.

Poſt hanc medicinã vtatur ſequẽti electuario:

R. Sacchari roſati ℥.ij.
Conſeruæ florum boraginis ℥.ij.
Bugloſſæ ℥.j.s.

Miſce, fiat electuarium. Et hæc pro nunc ſufficiant in tali diſpoſitione.

CONSILIVM CCXXXIX.

De paſsione hypochondriaca, cum annexis ſymptomatibus, nimirum tremore cordis, & ventriculi mordicatione, & totius corporis macie, pro Veneto.

TRISTATVR iſte nobiliſs. vir ſine cauſa, timet non timenda, & non lætatur: hoc eſt primum ſymptoma, quo maximè affici conſueuit. Eſt aliud, quòd in dies magis exareſcit, & maximè hoc anno videt ſe aridiorem factum, quàm duobus prèteritis annis. Conqueritur præterea, ſe hoc anno in prima Quadrageſimæ hebdomada correptũ eſſe à quodam cordis tremore, & poſtea ſepe malum rediiſſe. Dixit etiam ſingulis diebus affligi circa finem concoctionis, & ante prandium & cœnam eroſione ventriculi, vt debilitetur, & quærat ſubitò cibum, & famem incurrit, à qua irritatur, & appareret in facie pallor: aſſumpto autem cibo nihil ſentire tale. Hæc ergo ſunt ſymptomata, vt ea per capita colligã, quibus affligitur. Videlicet primum triſtitia, metus ſine cauſa perſeuerans: ſecundum tremor cordis non perſeuerans: tertium eſt gracilitas: quartũ mordicatio ventriculi ante cibum. Hæc ſymptomata cùm ſint præter naturam, tolli debent, ſed ſunt inueniendæ cauſæ, quia ſine inuentione cauſarũ non poſſumus modum curandi & præſeruandi inuenire. Incipiamus igitur à primo illo affectu, à timore ſubito & triſtitia præter rationem, quam melancholiam appellant: huius ſymptomatis, inquam, debemus cauſas indagare. Certè tremor iſte prouenit, quia corruptæ ſunt imaginatiua & cogitatiua: cogitat enim quę non ſunt cogitanda. Imaginatiua autem & cogitatiua ſunt operationes animales in cerebro apparentes ſecundùm Medicos. Eſt igitur affectus iſte cerebri, & actio corrupta operationum intrinſecarum animalium cerebri. Cauſa poteſt eſſe diſpoſitio exiſtens in cerebro præter naturã, vel in toto ambitu, vel in parte aliqua. In cerebro autẽ quòd principaliter non ſit, habemus ſigna manifeſta: primò ex interuallis, deinde quia perſeuerat pluribus temporibus ſine ipſo affectu: ſi verò haberet affectum in cerebro eſſentialiter, perpetuũ haberet timorem. Non eſt igitur in cerebro eſſentialiter, ſed per conſenſum. Conſenſus autem iſte

præcipuè & per ſe talis metus à vaporibus me- A
lancholicis prouenit, vt dicit Galenus tertio de
Locis affectis, qui poſſunt aſcendere vel ab hepa-
te, vel ab ambitu totius corporis: & duæ ſunt ſpe-
cies melancholiæ, & non ſunt plures, quia vel va-
por vel humor eſt per eſſentiam in cerebro, vel in
ambitu venarum. Non poſſumus autem dicere,
quòd ſint in venarum ambitu per ſe, vt probabi-
mus: quia non conſequuntur accidentia, quæ ſo-
lent conſequi, vbi humor melãcholicus fuerit in
venis, ratione cuius humoris vapor aſcendit, & B
fiunt ſymptomata melãcholica. Cùm igitur non
ſit in cerebro cauſa ipſius, nec in ambitu venarũ,
quærendus eſt ergo alius locus. Et quia metus ſi-
ne cauſa per ſe non fit, niſi ab humore melancho-
lico, & cùm non ſint duæ illæ ſpecies, videndum
eſt quæ ſit cauſa huius metus. Galenus poſuit a-
liã ſpeciẽ melancholiæ loco citato, quã hypocon-
driacam appellauit, ratione membrorum natura-
lium: & poſuit illam ex Diocle, ex feruore ſangui-
nis exiſtentis in venis meſaraicis inter hepar & C
ventriculum cauſatam. Cùm ergo non ſit in cere-
bro, videamus an ſit in ambitu totius, vel in venis
illis meſaraicis. Quòd potius ſit imaginatio iſta &
triſtitia præter rationẽ, ratione affectus hypocon
driaci, per ſigna probatur propria & pathogno-
monica. Primò videmus affectum habere perio-
dos. Sed poſſet quis dicere, illa etiam quæ ratio-
ne venarũ fit, cùm ab ambitu corporis aſcendunt
vapores vel humores melancholici, poteſt habe-
re periodos: ideo ſignum iſtud fit commune. Prę- D
terea patitur tremorẽ cordis: ſcimus autẽ quam
communicantiam habeat cor cum vẽtriculo, imò
dolor in ore ventriculi appellatur morſus cordis,
& cardiacus affectus: & neſciebant antiqui diſtin
guere an cordis, vel ventriculi eſſet paſsio. Ego
potius credo, quòd ratione ventriculi fiat, quo-
niam nobiliſsim. iſte vir habet cor caliditatis & ſic
citatis reſiſtens nocumentis. Ideo tremorem non
patitur ratione imbecillitatis cordis, ſed ratione
ventriculi: ergo propter vapores aſcendentes à E
meſaraicis venis fit. Mordicatio etiam apparet cir
ca finem concoctionis, eamque percipit talem, vt
deficere videatur, niſi cibũ aſſumat: & hoc eſt ra-
tione humoris acidi mordicantis, quæ mordica-
tio facit vt incidat in talem defectum, qui cibo
ſumpto quieſcit. Præterea propter priuationem
reliquorum ſignorum apparet quòd affectus iſte
non ſit ratione ſanguinis aduſti in venis exiſten-
tis per ſe, quia non video nigredinem in corpore,
vt poſsim dicere à ſanguine aduſto in venis exi- F
ſtẽte cauſari, quia carnes lucidę ſunt, & optimi co
loris: & dicit Gal. de Tuen. val. humoris dominiũ
à corporis calore indicari, niſi in profundũ decu-
buerint humores. Si ergo in venis humorẽ illum
haberet, nutriretur ab humore illo, & color carnis
ſimilis eſſet humori illi. Cùm igitur nõ habeamus
ſigna quòd ſit à cerebro, & nõ videã veſtigiũ me-
lancholici humoris, quia illi q̃ talem habent in ve
nis humorẽ, & nutriuntur ab illo, efficiuntur ad-
modũ nigri: & ex alia parte cùm videã ſigna pro- G
pria atteſtantia affectũ hypochondr. ideo non du
bitaui, quòd paſsio hæc melancholica ſit ratione
affectus hypochondriaci. Dico ergo omnia ſym-

A ptomata dependere ab hoc affectu: & ſi remoue-
bimus hunc, tolletur tremor, qui fit ratione vapo
rum, qui eleuantur ab illo loco. Ad hæc arefactio
totius corporis pendet ab eadem cauſa, & na-
tura huius ægritudinis hoc indicat: quia dicit Ga
lenus, Quãdo humores crudi in ventriculo gene-
rantur, hepar attrahit humores illos crudos à ve-
nis meſaraicis: & quia fortior fit attractio pro-
pter validã hepatis caliditatem, & humor tenuis
facilè ebulliat, ideo fit inflammatio, & eo maximè
B accidit, vbi hepar calidiſsimum ſit, & ventriculus
frigidus. Et quòd iſte vir ſit temperaturę calidiſsi
mæ in hepate & frigidi ventriculi, quæ licet natu-
ralis non ſit, eſt tamen acquiſita frigiditas multa
in ventriculo, apparet ex eo, tum quia delectatur
calefactione vẽtriculi, tum etiam quia dicit ſe ha-
bere deterius hyeme quàm in æſtate. Et licet di-
xerit Hippocrates, Ventres hyeme natura calidiſ
ſimi ſunt: illud intelligendum per antiperiſtaſin,
quia frigidi aeris occurſus vnit calorem interius,
C ideo validus eſt. In ſenibus autem frigiditas oc-
currens penetrat ventriculum, quia non fit in
illis antiperiſtaſis, cùm ſint pauci caloris: ideo
peius ſe habẽt in hyeme, ſicut animalia frigida. In
æſtate verò calor aeris corrigit frigiditatem, ideo
melius ſe habent. Præterea abundat rugitibus, &
flatibus, & pituita craſſa, hæc ſunt ſigna frigidita-
tis: cumque eleuãtur à veutriculo vapores ad ca-
put, facit circulum, & multùm refrigeratur. Stan-
te ergo hepatis caliditate, & vẽtriculi frigiditate,
D tardatur concoctio, abundat cruditas, hepar cali-
dum attrahit multũ chylum crudum continuè.
Et cùm in venis illis meſaraicis ſit redundantia
talis humoris crudi, exhalatio fit deterior, quia
obſtruuntur: & quia maior fit caliditas hepatis
propter obſtructionem illam, cùm nõ poſsit tran
ſpirare, contingit quòd ex maxima caliditate he-
patis naturali & aduẽtitia & ex obſtructionibus,
ſanguis multiplicatur craſſus & aduſtus, & ille re
dundat ad venas, & ad ambitum corporis, redun
E dat (dico) per accidens: nec principalis ægritudo
fit in venis, ſed per conſenſum à primo affectu,
quia aduſtio tantùm fit in hepate ratione maxi-
mi caloris hepatis. Et hinc pendet omnia. Et ergo
ſanguis aliquis aduſt9 in ambitu totius, qui cùm
non ſit ſimplex & verus, ſed miſtus pluribus cru-
dis humoribus, & cùm coctio fiat à calore mode-
rato, ideo corpus non bene nutritur. Et licet plu-
rimus ſit ſanguis in venis, non nutrit tamen, quia
non eſt gratus naturę, ideo exareſcit corpus, licet
F ſumat cibũ. Et hæc eſt cauſa tertij ſymptomatis.
Propter cruditatem autem & putrefactionem hu
morum tenuium, qui tranſeunt in aciditatem, iſti
euomunt acida. Non nutritur igitur, quia nec in
hepate propter obſtructionem & caliditatem ge-
neratur ſanguis laudabilis, nec ventriculus con-
coquit, propter frigiditatem: hepar ergo propter
caliditatem maximam ſanguinem adurit, ventri-
culus autem crudum dimittit humorem. Cauſæ
verò cur debilitatem ante cibũ ſentiat duæ ſunt,
G quia cùm fiunt digeſtiones, membra redduntur
auara: ideo venæ trahunt ab hepate, hepar à ve-
nis meſaraicis, meſaraicæ à ventriculo. Facta vlti-
ma concoctione, cùm percipit ventriculus mor-
dicationem,

dicationem, & propter humores acres debilitatur: ſumpto autem cibo obtunditur acrimonia humoris,& hepar inuenit quod attrahit,&venæ, & tunc ceſſat ſymptoma. Hæc igitur ſunt ſymptomata, & cauſæ ſymptomatum, quæ pendent ab effectu hypochondriaco, quem melancholicam hypochondriacam appellant. Cur autem habeat interualla per duos annos: hoc eſt,quia cùm non ſit per eſſentiam in capite,ſed ratione obſtructionis, & humoris feruẽtis in venis meſaraicis, ideo redit per interualla: & ſi leuabitur obſtructio ab euacuantibus,& à victu debito,releuabitur. Si verò multiplicabitur, hoc accidit vel ab aere, vel à cibo,aut ab aliqua alia extrinſeca cauſa,vel ab humore corporeo. Non fuit autẽ mirum, ſi hoc anno multiplicatus ſit, quia (vt dicit Hippocrates & Galenus libro tertio Epidemiorum) cùm aer nebuloſus eſt & humidus,ſpiritus exiſtens in ambitu totius, & ſanguis ab aere nubiloſo craſſeſcit, & non fiunt debitæ tranſpirationes,multiplicantur humores, ſunt malæ coctiones, calor naturalis obtunditur, fiunt obſtructiones & ſymptomata dicta cauſantur. Vnde ego crediderim ſymptoma hoc etiam non niſi per accidens contigiſſe,quia humor melancholicus non per ſe, ſed per accidens multiplicatus eſt, propter feruorem hepatis adurentis, ob obſtructionem, quæ facit inflammationem in venis,& ſanguis ſeipſo calidior factus eſt: affectus autem non eſt per ſe à melancholico humore, ſed à phlegmatico frigido ebulliente circa illas partes. Vnde à Medicis cura variatur non parum: alij frigidam credunt eſſe affectionem,& ad calida recurrunt,& non parum nocent, quia hepar inflammant: alij ad frigida deſcendunt, & nocent, quia frigidus eſt ventriculus, hepar calidum: vnde fit, vt cùm vnum ſanetur,alteri noceant. Cùm igitur humor phlegmaticus frigidus ſit cauſa huius affectus, & non humor calidus, frigiditate non indiget, ſed indiget apertione obſtructionis, quia humor craſſus. Ideo Galenus libro tertio de Locis affectis, contra Dioclem diſputans, cùm de inflammatione venarũ meſaraicarum loqueretur,dixit Dioclem aſsignaſſe rationem, cur ex aſcenſu vaporũ fiant triſtes imaginationes, cùm tamen humor melancholicus non ſit redundans: ac ſi videretur alienum, quòd fieret affectus melancholicus, & non ab humore melancholico. Ideo Galenus poſuit tertiam eſſe melancholiæ ſpeciem, cùm vapores eleuantur ab humore craſſo frigido,quibus ſpiritus obtenebreſcunt: & illæ tenebræ ſunt cauſa quòd timeant,cumque ſpiritus deſtituuntur claritate,timent ac ſi eſſent in tenebris exterioribus, quia nati ſumus vt viuamus in luce,& ſpiritu animali,ſcilicet qui lucidus eſt,perfruamur. Qui ergo ſunt tenebroſi ex melancholia vera,patiuntur melancholiam: qui autem ex vaporibus ab humore pituitoſo eleuatis, hypochondriacam paſſionem, propter obſtructionem venarum meſaraicarum ab humore pituitoſo. Cognita natura morbi,apparet quid præſagiendum.Ego nullum aliud præſagium proponam, niſi quod à Galeno propoſitum eſt, qui loquẽs ex Diocle dixit,quòd à quacunque cauſa proueniat hypochondriaca

A paſsio, prorogatur in pluribus, & non curatur, niſi diligẽtes ſimus,& in multis annis. Quantùm ad curationem attinet, cùm hi duo ſint humores multiplicati præter naturã in ambitu totius, tam ratione ventriculi, quàm ratione hepatis, vt ex vrina apparet, quæ coloratior eſt, quia feruor eſt in toto,& exceſſus maius quorum ſit opus,& obſtructio adeſt: ideo ad veram curationem, primò cacochymia,quæ eſt in toto,remouenda eſt:quia non curabitur obſtructio hepatis,& eius tempe-
B ratura vnà cum temperatura ventriculi non redigetur in melius, ſi permittamus hos humores etiam quo ad præſeruationem. Imò ſi ſtabit cacochymia, ſuccedet ægritudo,& vel in humorem melancholicum incidet, vel in ægritudinem deteriorem. Ideo primò eſt euacuandum corpus, & hæc prima eſt indicatio rectè operandi. Circa euacuationem modò bene conſtituti ſunt multi modi: & primò miſsio ſanguinis propoſita eſt, deinde pharmacia. Vtrunque conuenit,quia ſan-
C guis malus multiplicatus nõ debet permitti, ſed euacuari, vt natura rectificato hepate faciat meliorem ſanguinem. Sed vbi hæc duo cõueniunt, debemus incipere à miſsione ſanguinis, antequam medicamentum purgans exhibeamus:niſi fortè lenitiuum exhibere vellemus, ad euacuandum id quod in ventriculo, & in inteſtinis, & in viis (vt iſti dicunt) ductuum reperitur. Et accederem ad venam illam, quæ à fonte euacuat, ad baſilicam ſcilicet, vt fieret euentatio & refrigera-
D tio hepatis. Si etiam à vena media,vt propoſitum eſt, fieret, non eſſet error: quia Hippocrates in ſecundo Regim.acut. & Galenus dicunt: Si non inuenitur baſilica, mediam tangas. Ideo non eſt diſputandum,an media vel baſilica ſit ſecanda.Sĩ à media euacuabitis, quia habet ramũ magnum à baſilica, ab hepate etiam trahet: ſola autem media ſolet ſecari, cùm læſio eſt etiam in cerebro, vt ab vtroque euacuetur. Facta ſanguinis miſsione, non omitterem euacuationem per pharmaciam.
E Sed quia corpora, cùm quis purgare voluerit, oportet fluida facere, maximè ſi obſtructio ſit in meſaraicis, debẽt aperiri, vt melior fiat attractio: ideo ſyrupi abſtergẽtes & aperientes cõueniunt. Tales autem ſyrupi conſultis indicationibus, rectè operandi exhibendi ſunt. Et quia ſuppoſuimus in toto, ſanguinem calidiorem humori crudo permiſtum, ſtante ventriculi frigiditate, cùm prima concoctio non corrigatur à ſecunda, ſi in ventriculo eſt cruditas, attrahitur talis, ideo hu-
F mor craſſus eſt incidẽdus. Et quia hepar calidum eſt,non vtemur calidis incidentibus: ideo vſus ſyrupi acetoſi conueniret. At dicit Hippocrates 3. Regim.acut.cum Galeno,acetum conuenire magis bilioſis, quàm melancholicis: & dicit ibi vnũ verbum, quòd acetum facit degenerare bilem in pituitam:an verum ſit,& fieri id poſsit,remitto aliis conſiderandum, quia Galenus locum illum tranſit ſicco pede. Quamuis igitur acetum non conueniret, quia abũdat humor melancholicus,
G aſſociabitur cum ſyrupo de pomis, in quo eſt frigiditas & humiditas ad contemperandum feruorem ſanguinis, & humor ille aduſtus reducetur ad temperiem: ex acetoſo aũt habebimus inciſio-

nem, & cum melle roſato probabimus ad abſtergendum. Decocta accipiemus ex bugloſſa, boragine, capillis Veneris. Pro euacuatione autem eligerem eradicatiua, vt confectionem hamech, in qua eſt agaricum & colocynthis, quæ craſſos humores euacuant: eſt præterea ſena, polypodium epithymum, quæ euacuant efficaciſsimè humorem melancholicum, & maximã habent vim corroborandi, quia ingrediuntur in ea myrobalani omnes: & fortè magis atq; elegantius dicenda eſt medicina ſecuritatis à Meſue, quam diaphenicō. Et ſi vellemus aliud, ſyrupus roſatus ſolutiuus addi poterit ad confortandum cor, hepar, quia facit ſolutionem aliarum medicinarum meliorem. Circa euacuationem victus perſiſterem. Propoſitum eſt, an hæmorrhoides eſſent prouocandæ. Certè feruor ſanguinis circa venas meſaraicas exiſtēs ita calefacit hepar, vt neceſſarium ſit quòd multiplicetur humor melancholicus in venis. Eſſet optimum tempore Veris prouocare ipſas: ſed poſtquàm hominē dimittemus ſibi ipſi, redibit diſpoſitio. Si erdo haberet hæmorrhidas, quæ Veris temporibus fluerent, contemperarent hepar, & euacuarēt melancholicum humorem. Sed in appoſitione ſanguiſugarum nullam ſpem habeo, quia craſſum ſanguinem dimittunt, & attrabunt ſubtilem, cùm non ſit ibi foramen. Vtilitas autem maior erit ex apertione quàm ex tali attractione ſanguinis, ſed quoq; aperiuntur per ſe interdum ex tali applicatione. Et vidi ego mercatorem Florentinum, cui affecto liene à tumore maximo, iuſsi vt prouocarentur, & duabus ſanguiſugis applicatis ita apertæ fuerunt, vt exirent viginti libræ ſanguinis, ita vt crederem bouem iugulatū. Quia ergo videmus quòd ſpōte in multis ſanguis euacuatur, apertis illis, non tam ſanguiſugis ſperarem vtilitatem, quàm ex apertione quæ ſequitur. Propoſita fuêre balnea ex dulcib. aquis. Ego illa laudo, quia corpus humectãt, coctionem adiuuant, calorem hepatis comtemperant, & corpus maximè corroborabunt. Ideo parare poterimus in tina domi, & eo ſedebit vſque ad guttur, & poſt balneum corpus inungetur cum oleo de roſetis. Balnea tamen nō fient niſi factis prius euacuationibus, & apertis obſtructionib. Ad præſeruãdum, quia in præſenti modica eſt obructio, licet ſanguiſugę non prouocarent, paucum damnum facient, quia vnciæ 2. vel 3. ad plus euacuarentur, vel aperirētur, quod eſſet valde vtile. Propoſita autem fuêre balnea Patauina & Chalderiana. Patauina nullo modo conueniunt ratione ſuę caliditatis: & ſi non timerem ratione ventriculi, laudarem Chalderiana, & credo quod conuenirent, quia aperiunt obſtructiones, & prouocant vrinam: & D. Fab. Cōtareno affecto olim melancholia, mirum in modū profuerunt. Nunc autem conqueritur de ventriculo frigidiori: ſed ſcio curatum fuiſſe melancholica affectione, & neſcio quomodo conqueratur, cùm ſit pinguis, & optimam habeat habitudinē. Et hæc dicta ſint circa balnea. Pro confortatione, & conſeruatione ſanitatis, & ad contemperandum hepar & ventriculum, & ad apertionem venarum meſaraicarum, laudarē pro remedio familiari, vt tempore totius anni vteretur zuccharo roſato cum puluere rhabarbari, quia ita ſemper educeretur aliquid aggregatum in meſaraicis. In æſtate verò, prætermiſſo zuccharo roſato, caſsiæ drachmas quinq; vel ſex, cum ſemidrachma rhabarbari eligerē: pręter illos dies æſtiuos, cum zuccharo roſato miſcerem confectionem dianthos, & ſpecies diamuſci dulcis, & diacinnamomū. Præterea circa cibum & potum & reliqua rectè ſe habeat. Et circa potum præcipuè, quia tota vis præſeruationis & curationis conſiſtit in electione boni vini, & ideo vinum bene maturum, & album, & cereſiolum eſſet eligendum. Conuenientius autem pro ſtomacho eſſet quod minus album eſt, quia vina alba in hac ciuitate Venetiarum habent quandam craſsitiem. Et ita ego iſto itinere procederem.

CONSILIVM CCXL.

De hypochondriaca melancholia poſt febrem.

CLARISS. Domini: Ingenuè fateor, hic caſus excidit mihi ob magnas meas curas. Quare cupiui vt rurſus recitaretur. Symptomata hæc ſunt: ſenſit febrem cōtinuam, quę poſt nonum diem cœpit habere typum, ſed neſcit exprimere: percipiebat nocte, ita vt videretur ſibi deficere, nec poſſet loqui. Origo huius anxietatis erat in ventriculo: percipit flatum in ventre, grauitatē capitis, læſionem omnium actionum externarum & internarum, in motu ſegnis eſt, habet imaginationes triſtes, & triſtatur ſine cauſa, habet ſomnia terribilia, appetitus nullus niſi potus. Audiuiſtis modò quomodo nonnulli medici exhibuerint ligni decoctum cum pane bis cocto & potentiſsimo vino, carnibus elixis & aſsis. Hæc ſunt ſymptomata, quæ in quantùm ſymptomata, indicãt tantùm, quòd debeant remoueri, ſed non indicant curationē. Videndæ primò cauſæ ſymptomatū, & qualis ſit lapſus. Et vtendum eſt coniecturis: victus tamen ratio indicium nobis integrum fecit. Reliqua ſigna ſunt accidentia communia, & poſſunt contingere à pluribus cauſis. Conſiderandæ ſunt etiam operationes cerebri, cordis & hepatis. Nam vt bene monet Ariſtoteles, obſeruandū eſt in his quando ſe habeant ſecundùm naturam, & non quãdo ſunt læſæ. Habitus totius corporis & temperatura huius hominis mihi videtur valde ſicca: quantum attinet ad calorem, habet pilos nigros, modeſtis moribus eſt, ſano ingenio, color indicat humorem eſſe craſſum, aduſtum, & calidiorem, pili colorem nigrum habent, quia ex excrementis aduſtis geniti. Puto itaque in hepate excedere caliditatem & ſiccitatem: quare propter gracilitatem muſculorum, & priuationem pinguedinis exiſtentis in abdomine neceſſariò ventriculus erit frigidior. Cerebrum ſiccum credo cum modica caliditate & frigiditate, ſicut bona ingenia facilè iraſcūtur, ſed ſtatim perit ſicut ignis ira eius. Credo igitur, quòd cor ſit calidius. Et rarò cōtingit, quòd qui hepar habent calidum, nō habeant etiam cor calidum: quia ſi ſanguis calidus eſt, ſpiritus quoque calidi generantur. Incidit modò in hanc febrem, & cùm habeat tales timores, percipit

pit in ſtomacho moleſtias, quas puto fuiſſe ſyncopen ob humores aduſtos, Galenus libro tertio de Locis affectis. Sicut pueri timent in nocte, ita viri ex vaporibus. Poſtea ſucceſsit, quòd ipſe nihil rectè potuerit agere, requirũtur & ſpiritus ad hoc vt motus fiant & clari & integri. Neceſſarium igitur eſt, cùm omnino debilis ſit in omnibus operationibus, eſſe paucitatem ſpirituum, & eo tempore factam in cerebro quæ impediat omnes eius operationes: mali enim ſunt ſpiritus, & habet actiones deprauatas, quia circa hepar eſt feruor, tranſmittitur chylus imperfectꝰ, & venæ illę ſunt valde auidæ, quia ibi impingitur humor, qui putrefactus poſtea facit melancholiam hypochondriacam, ex quo loco tum ab eo, tum à toto ambitu venarum aſcendunt vapores ad caput. Non eſt mirum igitur, ſi percipit grauitatem in ventriculo, virtus contentiua non continet, concoctrix non poteſt concoquere, & pituita præſens eſt. Neceſſariò igitur ſequitur grauitas & anxietas. Clariſsimi domini, vt omnia deducam ad vnum principium, caliditas hepatis & cruditas, quæ fit ex mala præparatione ciborum in ventriculo, & flatus, ſunt cauſa omnium horum ſymptomatum quæ perſeuerant: quia ibi eſt intemperies per eſſentiam, quæ difficillimè curatur, non vt, cùm eſt per affluxum. Acceſsit & lignũ quod peſsimum eſt, ſtante caliditatis hepate & febri, maximè cùm decoctum ſit in vino potentiſsimo & ſiccitate ventriculi. Ita exiccauerũt totum hoc corpus, atque adduxerunt talem febrem, quæ vix poteſt ab aliquo refrigerari.

Prognoſticum. Cura difficilis eſt ob duas cauſas, ob contrariam temperiem frigidam ventriculi, & hepatis caliditatem: ideo fuit nimis exiccatum hepar & ventriculus. Conſiſtit autem curatio in duobus, in euacuatione vaporum ad caput aſcendentium, & corroboratione duorum iſtorum membrorum: ſecundò à menſe Auguſto ad hunc diem perdurat hic morbus, partim euacuato corpore, diligenter fiant auerſiones & euacuationes. Si fieri poteſt prouocentur hæmorrhoides: qui enim has habent, tuti ſunt ab humore melancholico, euacuationes etiam ſumptæ ſunt. Dedi electuarij lenitiui ℥. j. s. cum ſyrupo ad humorem melancholicum:

R. Glycyrrizæ raſæ,
Polypodij.
Radicis altheæ ana ℥.iij.

Decoquantur in iij.℔.aquę communis ad conſumptionem duarum partium: deinde facta forti expreſsione, ſyrupizentur cum zuccharo:

R. Huius ſyrupi.oxymellis ana ℥.j.
Decoctionis ſupraſcriptæ ℥.iij.

Sic pro vno & pro aliis ſyrupis. Deinde purgetur cum confectione hamech, diaſenæ, lapide lazuli aut helleboro nigro. Factis euacuationibus totum ſtudium ſit in corroborando ventriculo & hepate. Exhiberem itaque ea, quæ neque violenter calefaciunt, neque refrigerant. Vti poterit zuccharo roſato: ſunt enim qualitates in eo coniunctæ, habet virtutem abſtergendi, & ratione hac aperit obſtructiones, confortat, roborat, & refrigerat. Vellem poſt euacuationem acciperet

A aquas Calderianas, pro corroborãdo & euacuando ventriculo, cum optima victus ratione. Caueat à coitũ & rebus triſtitiam adferentibus.

CONSILIVM CCXLI.

Purgatio præſcripta in Vere mulieri hypochondriacæ nobili. 1547.

Recipe Florum caſsiæ ℥.x.
Specierum hieræ ſimpl.℥.j.

B Miſce, cũ zuccharo fiat bolus: ſumat tribus horis ante prandium. Deinde

R. Syrupi acetoſi ſimpl.
Mellis roſati ana ℥.j.
Aquæ endiuiæ ℥.iij.

Miſce pro vno & ſic pro aliis vſque ad ſeptimum. Item:

R. Rhabarbari electi ℥. ij.
Spicæ gr.vj.

Irrorentur vino albo aromatico, poſtea infun-
C dãtur in aqua lactis caprini per horas 10. Deinde

R. Syrupi roſati ſolutiui recentis ℥.iiij.s.

Miſce, & fiat potio danda in aurora cum cuſtodia.

CONSILIVM CCXLII.

De flatibus vnde tenſiones & dolores in hypochondriis, anxietas, & alia accidentia, in quadam nobili domina.

D Ego, quo ad hiſtoriam rei, dicam quædam prætermiſſa. Recitauit Domina, ſe ante aliquos annos laboraſſe præfocatione vteri, quòd aſsidẽtes ſibi viſi ſunt nigri, ſeque ab his perterrefactam eſſe, ſicque per multos annos tale accidens perpeſſam dicit. Habuit etiã vapores aſcendentes ad caput, quod ſub ſequutum eſt illam prefocationem matricis. Hoc accidens adhuc permanet, & percipit crebrò ſibilum auriũ, ſubſequutus eſt flatus cum dolore oc-
E cupans dextrũ latus, qui terminatur ad dorſum. Eſtq; hunc dolorem ſequuta anxietas: & licet dolor deſierit, tamẽ moleſtior eſt quàm dolor, & per cipit defectum animi, quã appellant anxietatem: atq; ita dolor quandoq; ceſſat, & non terminatur ad anxietatẽ cordis, & ſic in triplici differẽtia. Iſta ſunt ſymptomata huius matronæ. Oportet nos indagare cauſam, vt deueniamus ad curã. Friſimelica credit hæc eſſe propter frigiditatẽ ventriculi. Alius Doctor voluit eſſe obſtructionẽ circa regio-
F nẽ hepatis, ex quo melancholiæ & flatus. Ego dico quòd magna cauſa iſtorũ omnium ſit multiplicatio humorum crudorũ circa ventriculum. Non tamẽ hanc vniuerſalem cauſam eſſe dico. A cauſa calida fit flatus hypochondriacus aſcendẽs ad cerebrũ, quòd ignorantes quidam medici volunt hos flatus cauſari à præfocatione vteri. Non timet, cùm tamen proprium melancholię ſit ſine cauſa timere: ergo non videtur hanc cauſam eſſe referendam inter flatus myrichiales, vt vult Do-
G ctor. Vnum ſymptoma tranſmutatur in aliud in humano corpore, vt ex dolore colico quidam incidunt in podagras, & poſtmodo ceſſat dolor colicus. Perpeſſa eſt præfocationem vteri, quòd

pleræque viduæ iuuenes patiuntur propter copioſiorem ſeminis materiam, à qua excitati vapores aſcendunt. Suffocatio deſiit dolente capite propter conſenſum cũ cerebro, malè habuit ventriculus ratione ſitus, & ratione ſimilitudinis membranarum, cum vtero & cerebro: hinc non eſt mirum, ſi vterus qui ſolet communicare dolorem cerebro, ceſſauit dolore vteri ob ætatem flatus iſti communicarunt ventriculo ſicut & cerebro, cùm vtrunque membrum frigidiùs ſit redditum. Hinc vapores etiam aſcendunt ad cor, & hoc moleſtat materia frigida veniens in partem dextram, & hîc magis flatuatur ob reſiſtẽtiam caloris, qui eſt in hepate, quibus flatibus vena concaua repletur, & facit dolores circa dorſum: ſed cùm vena communicet aortæ, hinc flatus etiam ad cor aſcendunt, & quandoque eò non pertingunt, quia hi flatus circa latus dextrum, aliquando non ſunt tam valentes, vt ad concauam & poſtea ad aortam, & indè ad cor peruenire queant. Poteſt etiam fieri, vt iſti flatus à ventriculo aſcendant ad cor, à quo pulſi terminátur interdum ad hypochõdrium dextrum. Poteſt etiam terminari ad ventriculum iſta flatuoſitas, & ſic triplici ratione, vt ſuprà dictum eſt, terminatur. Dicit ſe ſentire vapores aſcendentes ad cerebrum, & eos in ſyncipite facere amiſsionem memoriæ, & poſtmodo tinnitum aurium: ſæpius enim reſoluuntur in capite iſti vapores, antequam rurſus deſcendant in vapores craſſos & frigidos à prædominio. Quia tamen habent ventriculum calidum, refero omnium horum ſymptomatum cauſas ad hepar calidum, quod facit, vt miſceantur vapores calidi cum frigidis, videlicet ob frigiditatem vteri & ventriculi. Non videmus ſignum aduſtionis, quia non apparuerant imaginationes melancholiæ. Mors puellæ & mariti efficit mœrorem maximum: mœſtitia ſi perſeueret, maximè frigefacit, & habet eandem cum vigiliis naturam. Peſsimè tolerat medicamẽta, quæ vim ſuam exerere non poſſunt, vbi eſt debilis calor innatus, qui purgare cum medicamento debet. In hoc enim medicamentum ab alimento differt, quòd aliqua ex parte naturæ reſiſtit: ſi enim omni ex parte naturę reſiſteret, eſſet venenũ. Credo quòd non curabitur iſta tẽperatura omni modo, quia eſſentialiter à iuuentute frigidus eſt eius vẽtriculus, vt tales faciat flatus, & habet tanquam mineram: raró ad integram ſanitatem in ſenio reducitur natura, in iuuentute poteſt aliquo modo corrigi. Quádiu enim adfuerit calefactio vẽtriculi facta per artem, tandiu melius habebit, ſed tamen ſemper natura erumpit, quacunque arte curetur. Omnes iſti vapores principaliter ſunt propter frigiditatem & pituitoſitatem. Membra itaque iſta ſunt calefacienda, humores impacti in ventriculo ſunt euacuandi. Aſſumpſit mannam, cùm nihil aliud poſſet tolerare. Vſa eſt ſyrupo de cichoreo & de betonica, in quo perſeuerare poteſt. Facta coctione, euacuetur poſtea cum agarico, vel rhabarbaro cum ſyrupo roſaceo nouo, & poſtmodo vtatur balneis. Non aſſumat ſex cyathos, ſed quatuor, nec bibat nouam aquam, niſi prior abierit. Refrigerarem etiam hepar vnguentis tantũ, quantum aqua calefacere poteſt. Electuariũ diatrionſandalorum reſtringit meſaraicas: quare melius foris linietur ad infrigidandum hepar, quàm vt aliquid per os accipiat.

CONSILIVM CCXLIII.

Pro quodam Hungaro patiente tenſionem hypochondrÿ dextri, cum dolore & diſpoſitione ad hydropem.

POST multa de ſignis & cauſis, primò dico eſſe procedẽdum cum rebus attenuátibus & obſtructiones aperientibus: ſed non cum valde calidis, quia cauſa faciens morbũ non eſt valida. Et ſic darem ptiſanam cũ pipere & cinnamomo modico. Quãtum attinet ad cauſas intrinſecas: cùm hic ſit cacochymia, corpus eſt vacuandũ, primò per ſeceſſum, deinde prouocatione vrinæ, tertiò ſudoris. Pro primo: non exhibeamus medicinas trahentes à longinquo, quia colliquat nimia illa caliditas ſubſtantiam hepatis. 3. de Facul. natural. & relaxat ita venas, & præparat ad ſuſcipiẽdas ſuperfluitates, & attrahemus cacochymiam ad locum affectum: ideo benedictis vtamur, & cum his ab hepate & ſplene trahemus. Darem itaque diacatholicon rhabarbarę mannam, & ſi modicum agarici vellemus exhibere, poſſumus: ſed in modica quãtitate, quia à longinquo attrahit, etiam à iuncturis. Præparandi tamen prius ſunt humores, cum his quæ corroborẽt hepar, vt eſt ſyrupus acetoſus ſimpl. Secundò per vrinam euacuãdæ materiæ, quæ ſunt in connexo hepatis, cum ſyrupo de cichorea cum rhabarbaro de radicibus, bizantino, & reliqua quæ prouocant vrinam.

Tertiò per ſudorem & halitũ euacuarem, cum calidis aperientibus, & cum balneis præparatis herbis, quæ habent vim reſoluendi.

His ita factis me conferrem ad locũ affectum, & linimentis vterer habentibus vim corroborandi, ſicut eſt oleum de ſpica, de abſinthio. Et inter reliqua in qualibet ſeptimana darem pilulas de hiera & rhabarbaro, vt hepatis obſtructiones tollerentur: per interualla etiam aſſumeret florem caſsiæ, maximè tempore æſtatis. Et iſta eſt forma qua ego procederem.

CONSILIVM CCXLIIII.

De tenſione hypochondrÿ dextri, ex hepatis ſcirrho, cum cachexia & dolore dorſi, qui ad renes extenditur, in quo diſputationem de venenis inſtituit.

VT ſatisfaciã officio meo, quatuor proponam. Primum erit explicatio omnium ſymptomatum, quibus affligitur nobiliſsimus iſte vir. Secundò eſt quærendum, quis ſit locus principaliter affectus, vel dans occaſionem ſymptomatibus: & ſimul ægritudinẽ quæremus, an vna vel plures ſint. Tertiò vidẽdum qui mores, quod tempus, quis motus, qui terminus, & quæ cauſæ tam extrinſecæ quàm intrinſecæ. Hæc ſunt à nobis dicenda. Cir-

ca ſymptomata, vt à notioribus incipiam, primum quod occurrit, & manifeſtè apparet, eſt tenſio hypochondrij dextri, circa coſtas mendoſas in regione ventriculi cum dolore, vt vix percipiatur, cùm leniter comprimitur: ſi verò fortius comprimatur, manifeſtè percipitur. Secundum quod apparet, eſt tenſio in toto vētre inferiori, ita quòd dextra vētriculi, inteſtinorumque regio inferior tument præter naturam. Præterea conqueritur de dolore, qui incipit, vt ipſe aſſerit, à ſpina, & extendit ſe vſque ad vtrunque renem, percipitque B intendi cùm mouetur, aſcendit ſcalas, & ſe exercet. Habet præterea egeſtiones liquidas, & quod notandum eſt, quandoque veluti loturam carnis egerit vrinas tenues; & varias habet, aliquando fuluas, aliquando albeſcentes. Conqueritur aliquando, ſed rarò, quòd nauſeam patitur cum deiectione appetitus. Principalia verò ſymptomata ſunt, tenſio dextri hypochondrij cum dolore dorſi, qui ad vtrunque renem extenditur. Habet præterea in toto corpore non quidem atrophiam, ſed C diſpoſitionem ad cachexiam, quia non videtur mihi admodum emaciatus, habet tamen carnem ſubtumidam. His ita exiſtentibus ſymptomatibus, oportet primò conſiderare locum affectum, an ſit vnus vel plures: ſecundò dolorem & tumorem hypochondrij dextri, quoniam ex eis cauſas omnium ſymptomatum inueniemus. Nulli dubium eſt, quòd vbi eſt dolor & tumor, ibi morbus: & ex quo autem eſt in dextra parte prope coſtas mendoſas in regione ventriculi, colligimus D ægritudinem facientē hæc duo ſymptomata, eſſe vel in hepate, vel in ventriculo, aut in muſculis exterioribus. Sed quòd non ſit in ventriculo, ex actionibus ventriculi apparet, quia actio læſa indicat affectionem: & quia non videmus actionem aliquam ventriculi læſam, non poſſumus dicere eſſe in ventriculo. Quo ad virtutem appetendi, licet non appetat, vt ſolitus eſt appetere, comedit tamen: & licet eueniat, vt videatur affectus contentiuè, quia tamen rarò id accidit, ratione E obiecti videtur contingere, cùm multùm & copioſiſſimè bibat & commedat. Præterea non habet fluctuationem in vētriculo, quod eſt ſignum, iuxta Galeni ſententiam in tertio de cauſis ſymptomatum, pathognomonicum, cúm virtus contentiua eſt affecta: quia cùm non continet ventriculus quantum & quomodo oportet, fluctuationes apparent. Ideo quantum ad contentiuam, bene ſe habet. Quo etiam ad concoctionem, ex egeſtionibus non apparet læſio: & licet ſint liquidiores, non valet propter hoc, quòd non ſint concoctæ, quia quoad ſubſtantiam & colorem ſunt concoctæ. Quare autem ſint liquidiores, dicimus. Cùm igitur omnes operationes ſunt ſanæ, igitur videtur ſanus ventriculus, non dico perfectè ſanum, quin dicam eſſe diminutum, quia ventriculus patitur per conſenſum membri affecti, propter propinquitatē, imò reliqua membra naturalia compatiuntur. Si igitur nocumentum eſt in vētriculo, illud eſt ratione compaſsionis. Cùm G igitur non ſit in ventriculo ægritudo faciens illa ſymptomata, erit vel in muſculis, vel in hepate. Sed nō eſt in muſculis, quia dolor eſt obtuſus per

A compaſsionē, & vix percipitur, niſi fortiter comprimatur: præterea reliqua ſigna etiam apparēt, quæ indicant affectionem hepatis. Erit igitur in hepate, tum quia dolor & tumor ſunt in regione hepatis, & vbi dolor eſt continuus, ibi eſt ægritudo. Cùm ergo in dextra parte ſit, & non ſit nec in muſculis exterioribus, nec in ventriculo, ergo in hepate eſt. Iſte diſcurſus mihi videtur rationabilis, & ſic locus affectus inuentus eſt iudicio meo. Sed hîc difficultas eſt, quæ ſit ægritudo in loco iſto. Dicam ſententiam meam (ſaluo ſemper meliori iudicio) non quidem animo contradicendi, ſed vt id quod ſentio, pro rei veritate in medium adducam. Mihi inquam videtur, quòd ægritudo hæc, quæ in hepate eſt, nullo pacto ſit calida, ſed prorſus frigida: & oſtendam coniecturas, quæ me mouent, ne videar ad placitum loqui. Primum eſt totius cutis decoloratio, quia color plumbeus videtur eſſe in toto, qui atteſtatur ſuper dominium frigiditatis. Et maximū quod vrget me, & perſuaſit vt id crederē, fuit, quia ipſe dixit, quòd omnes in patria ſua admirabantur, & percunctabantur ab ipſo, cur ita decoloratus eſſet. Cùm igitur indicet color priuationem ſanguinis laudabilis, ad liuiditatem tendit. Sufficit ergo quòd plūbeus color ſuper dominium frigiditatis atteſtatur, quia Galenus quarto de Tuenda valetudine dicit, colorem dominium humorum atteſtari, niſi ad profundum decumbant: rarò tamen (inquit ipſe) ad profundum decumbunt. Sed præter illum colorem, eſt illa diſpoſitio præcedens: quia ſcitis quòd proprium munus hepatis eſt ſanguinem facere: quando temperatura ipſius excedit per caliditatem, aſſat ſanguinem, & calidiorem facit & corrumpit: cùm autē ſanguis calidior multiplicatur in toto, & ſuperaſſatur, non poteſt vniri nec aſsimilari, & tunc non contingit decoloratio, nec tumor, ſed vlcera in toto vel in parte apparent, in quam præcipitatur humor. Ideo alia ſymptomata, & aliæ ægritudines ſequuntur ad caliditatem intemperatam hepatis: hîc autem eſt potius diminutio & infœlicitas ſanguinis, propterea quòd ſanguis nō concoquitur, & inde abūdat ſanguine crudo. Et iſta videtur vna coniectura, vt credam frigidam ægritudinem eſſe in hepate. Sed aliæ ſunt fortiores. Prima eſt, quia Galen. dixit in 8. κατὰ τόπους, quòd vbi in hepate eſt mala temperatura frigida, virtus alteratrix afficitur, vt liquidè appáreât egeſtiones, ſimilesq́; loturę carnis: & hæc indicant ægritudinē frigidam. Sed vltra autoritatē Galeni, ratio hoc indicat & dictat: quia hepar non poteſt deducere chylū ad rectam formā ſanguinis, ideo regurgitat ad inteſtina, & apparet lotura carnis. Quòd etiam ibi adſit frigiditas patet, quia nō ſit attractio chyli, vt oportet: quia vbi eſt affectus calidus, non ſolùm non deficit attractio, ſed fortior ſit. Nec debet dici omnem diſcraſiam corrumpere actionem, & deficere: verum quidem eſt quòd corrumpit actionem naturalem, ſed vbi ſit exceſſus per calidum, deficit ex ſuperabundantia caloris coctio, & corrumpitur, nec ſit actio bona: deficit autem, quia ſuperaſſat, & ſuperat. Ita vbi eſt caliditas in exceſſu, quantò maior caliditas erit, tantò maior fiet attractio nō

quidem ſecundùm naturam,ſed pręter naturam, quia plus attrahit, quàm oportet. Præterea dicit Galenus, ſi in hepate talis affectus fuerit, & diutius perſeuerauerit,fiet temperatura frigida.Si ergo in iſto perſeueraſſet affectus calidus per quatuor annos,deueniſſet ad tabem:ſed potius in cachexiam deuenit.Pręterea ſi tangimus,non appa ret quòd ibi ſit inſignis caliditas : imò obtuſa eſt, ergo nō poteſt eſſe affectus calidus in hepate,nec in extremis.Et iſta ſunt ſigna, quæ mihi ſatis perſuadent, intemperiem frigidam eſſe. Diceret aliquis, quid dicis de egeſtionibus illis liquidis, & de vrina fulua? Dico quòd cauſa poteſt eſſe tam intrinſeca quàm extrinſeca. Extrinſeca quidem, aſſumptio vini potentiſsimi inflammantis hepar alioquin naturaliter calidum inſigni inflammatione. Intrinſeca verò poteſt eſſe, quia ibi adſunt obſtructiones,nec liber eſt tranſitus humorū,qui generátur in hepate, congregantur in loco, caleſiunt,& corrumpuntur,& hepar caleſit,ex qua caleſactione generatur poſtea bilis,quę apparet per vrinam,& per excrementa.Et ita poſſunt eſſe cauſæ tam intrinſecæ quàm extrinſecæ.Præterea caliditas renum poteſt eſſe cauſa, quia ſtat quòd ſit caliditas in renib. & frigiditas in hepate ſuperacquiſita. Iſtæ ſunt coniecturæ, quæ mihi perſuadét,vt credam intéperiem frigidam potius quàm calidam eſſe in hepate.Vtrum modo ſit intemperies ſola,an verò præter eā ſit aliquid aliud? Cùm ibi ſit dolor ex compreſsione, & tumor in eodem loco præter naturam, ergo adeſt aliquod genus humoris præter naturam. Sed quod genus? Scitis ex Galeno,quomodo hepar ad ſcirrhos ſit paratum. Ego vereor,& vtinam non ſit, quòd ibi ſit ſcirrhus, licet non inſignis, ſed tumor præter naturam frigidus,non quidem à melancholia; ſed à pituita craſſa cauſatus:quia ſcitis ex Galeno,ſcirrhū dupliciter fieri poſſe, vt inquit in 2. ad Glauconē,à melancholia,& à pituita craſſa. Quòd autem crediderim eſſe ægritudinem compoſitam in hepate ex intéperie frigida & humida cum ſcirrho incipiente,& in conuexo hepatis : id me mouit, quia tactu percipitur talis tumor. Igitur mihi videtur, quòd locus affectus ſit hepar,& pars illa quæ amplectitur ſtomachum,& in parte eius gibboſa non ſolùm intemperiē adeſſe, ſed malā compoſitionem,principium ſcilicet ſcirrhi. Et hæc de eſſentia ægritudinis. Quantùm verò attinet ad mores,ad tépus ægritudinis,& ad alia:credo mores eſſe peſsimos.Primò, quia in hepate eſt, & in membro nobiliſsimo, cùm ſit inſtrumentum generationis ſanguinis neceſſarij ad vitam, ex quo generantur ſpiritus:ergo ægritudo mala eſt ratione membri.Præterea principiū ſcirrhi eſt,& pauciſsimi poſſunt curari:& Galenus dixit, nūquam curatos eſſe ſcirrhos.Adhæc eſt peſsimorum morum,quia eſt maximus lapſus à naturali temperamento, quod apparet & ex habitu totius corporis, & quia mores habet bellatoris viri, calidi eſt cordis & hepatis : & cùm ad frigiditatem lapſum ſit,maximus eſt lapſus,& ex conſequenti ægritudinem credo malam eſſe.Præterea ratione ſubiecti,quia hîc homo non obtéperabit pręceptis noſtris. Quoad motū, quia ita tardꝰ eſt,credo quòd

A ſit chroniciſsimus, & iam quatuor anni ſunt nec ſatis apparet principium.Ideo crediderim tum ex intemperie,tū ex ratione, ſcirrhi eſſe principium, quia omnia adhuc ſunt imbecillia : nec frigiditas valida eſt,vt faciat hydropem, bene credo ſecuturam.Quo ad terminum morbi,credo quòd in hydropem terminabitur,ſi verū eſt quòd talis ſit intéperies, & ſcirrhus, & quia iā incipit turgere venter.Reſtat modò, vt de cauſis tā intrinſecis quàm extrinſecis dicamus. Sed antequam eò B deueniamus, reliqua quæ ſequūtur ad iſtam ægritudinē, explicabimus. Primò conſequitur tumor tam in dextra,quàm in ſiniſtra parte. Cauſa huius videtur manifeſta, cùm ſanguis non ſit ſicuti oportet, ſed pituitoſior, flatuatur in locis ſubcalidis:& cū flatuatur in loco vbi ſunt inteſtina,tunicæ inteſtinorum,omentum,abdomen,quæ partes dilatantur,implentur flatu,& intumeſcunt,& ad aſciten vel tympanité terminabitur.Et quia ſpleri cōſentit,non attrahens fæcem ſuam,plumbeitas C apparet,quia miſcetur ſanguini:præterea dolor in dorſo conſequitur, qui extenditur ad renes. Credo quòd cauſa ſit ſanguis ille pituitoſus delatus ad venam cauam in gibbo hepatis:cùm ad venam illam defertur in loco calidiſsimo exiſtens, ebullit pars illa,& ita apparet dolor in vena caua:& quoniam ramificatur in duas propagines ad vtrunq; latus,& ad renes diſtribuuntur,extenditur dolor vſq; ad renes, propter venas illas quę ad renes deferuntur. Augetur autem cùm aſcendit ſcalas,& D cùm exercet ſe, quia tunc turget ſanguis magis per motum, & inflāmatur magis frigida materia exiſtens in venis copioſa.Etiam vrina multa conſequitur ex plurimo potu,quia ſunt apertę vię:& quoniam ſumus adhuc in principio,nō ſunt ſęua ſymptomata : quia ergo multum bibit,ergo multū vrinæ egerit.Quoad cauſas illius intéperaturę hepatis,à qua dependent talia ſymptomata, dico quòd aliquæ ſunt extrinſecæ, aliquæ intrinſecæ, & corporeæ,ſeu antecedentes. Extrinſecæ quidē E & manifeſtæ, quia audio virum intemperatiſsimum eſſe, ideo circa omnes res non naturales fecit multa peccata:& quia miles fuit, circa aerem, circa coitum inordinatè ſe habuit, & breuiter fecit omnia delicta,quæ fieri poſſunt circa 6. res nō naturales. Et eæ fuerunt cauſæ extrinſecæ & primitiuæ,ex quibus poſtea ortę ſunt obſtructiones propter crapulas, & maximè quia adeſt ſuſpicio veneni aſſumpti. Sed nunquid poſsit venenum aſſumptū à quatuor annis citra,eſſe cauſſa? Cre- F do quòd non,nec poſſumus imaginari, quòd genus veneni hęc fecerit ſymptomata. Bene poſſunt eſſe viri qui faciant venena, quorum notitia non deuenerit ad nos.Sed quoniam ad tria capita venena omnia deducūtur, quorū quędam per qualitatem manifeſtam frigidam interficiunt, aliqua per calidam,aliqua per occultam qualitaté:ſi fuerit venenum quod per frigiditatem operatur, dicebat Gal.lib.quinto de Simplici medicina, ſi prima die nō operatur,ſtatim ceſſat eius virtus:quia G faciens moram non poteſt pertráſire ad cor,& alteratur à calore innato, & non amplius ſit venenum:cui ſi calidum quippiam permiſceatur,facilius & citius penetrabit, & magis interficiet. Ha-

bentque

bentque ſua ſigna: ceruſſa inficit dentes: mādragora, cicuta, & reliqua frigida oſtēdunt ſua ſigna. Quia ergo pertrāſiuerunt quatuor anni, ideo nō poteſt eſſe ſuſpicio de veneno frigido. Calida verò venena ſunt illa, quę per corroſionem operantur, vt auripigmentum, riſigallum ſublimatum: vbi hæc fuerint aſſumpta, corroſionem faciunt, & vomitus ęruginoſus ſequitur, nec deficit actio, niſi fortè purgato toto corpore, cor fuerit corroboratum ex mithridato: ſed hæc confectio occurrit venenis quæ à proprietate, & à forma occulta operantur. Si verò fuerit venenum quod à forma ſpecifica operatur, ſtatim interficit. Si fortè diceretis, ex pugna inter corpus & venenum talia ſequi accidentia: non video quomodo id fieri poſſit. Poſſet aliquis dicere, Inficitur hepar, ſicut ex vulnere accidit, cùm curatum eſt vulnus, remanet adhuc imbecillius membrum, ita poterit venenum cauſare qualitatem malā ex illa infectione. Dico hoc poſſe quidem dici: ſed ſi conſideramus ſymptomata, illum leuem vomitum, non video quomodo tam diu potuerint perſeuerare ſymptomata. Quantùm ad ſigna illa iam dicta de fuga coqui, ſi ego eſſem iudex, eſſent ſigna efficaciſsima ad torturam. Sed ſi conſiderata fuerit res à propria eſsētia, fuga coqui potuit eſſe, quòd cùm hic ſit vir magnificus & terribilis, timens eū aufugerit: ſicut pincernæ Cardinalis de Medicis euenit, qui auditis querelis, quòd Reuerend. fuit veneno interemptus, aufugit timēs: poſtea tamē compertum fuit ipſum fuiſſe in re illa innocentiſsimum. Hæc volui dicere, vt oſtendam ſignū nullum ſumi à natura rei de veneno aſſumpto. Sed quicquid ſit de illa ſuſpicione, quòd potuerit facere huiuſmodi imbecillitatem, non variabitur cura, modò conueniamus in cauſa, & quæ ſit temperatura in hepate. Quoad cauſas intrinſecas, credo tum ex malo regimine, tum ex veneno aſſumpto (ſi vultis venenum aſſumptum fuiſſe) multos humores crudos fuiſſe aggregatos obſtruētes, & intemperiem illam cauſaſſe, & adhuc multam cacochymiā perſeuerare vnà cum ſymptomatibus. Et ex his quæ diximus iudico ſequuta hęc ſymptomata, & ita quis locus affectus, & quæ ægritudo, & quæ cauſæ tā intrinſecæ quā extrinſecæ oſtēdimus. Remanet vltimò, quomodo ſit curanda hæc ægritudo. Circa quā curationē, ſicut diſtinximus de cauſis, & natura morbi, ita enim in ipſa diſtinctè debemus procedere, quia tūc diſtinctas habemus indicationes, cū natura rei fuerit diſtincta. Indicationes autem curatiuæ potiſsimum à cauſa, & à loco affecto ſumūtur: & quia cauſæ aliæ ſunt intrinſecæ, aliæ extrinſecæ, de extrinſecis primò dicemus. Dico igitur cum rebus omnib. extrinſecis attenuantibus eſſe procedendum ad calidum declinantibus, vt obſtructiones aperiātur, & craſsi humores attenuētur, & intemperies mala tollatur, quæ tamen non ſint eleuatæ in caliditate, quia cauſa faciens ægritudinem cùm valida nō ſit, validis etiam non indiget. Ideo moderatè calidis vtemur, quæ in primo calida ſint: & ſic ptiſanam concederem, confectam tamen cum modico piperis vel cinnamomi; & reliqua mihi placerent, quę concurrūt eo-

A dem curſu. Vinum moderetur in potentia, & tenue ſit in ſubſtantia. Carnibus vtatur modicæ ſuperfluitatis, facilis decoctionis: & circa reliqua ſeruetur ratio hæc, vt crudi humores non multiplicentur, nec obſtructiones vel propter multitudinem ſomni, aut paucitatem exercitij. Quantum attinet ad cauſas intrinſecas, eſt primò cauſa, quæ habet formam cauſæ antecedentis, præter eam quæ loco affecto coniuncta eſt. Et cùm in toto ſit cacochymia, vt ex temperatura & ex
B colore apparet, ideò corpus primò mundificandum eſt iis inſtrumentis diſtinctis: primò curatione per ſeceſſum: ſecundò prouocatione vrinę: tertiò prouocatione ſudoris vel difflatus per halitum. Et hæc tria credo eſſe neceſſaria. Per ſeceſſum autem euacuabimus cauendo ne exhibeamus medicinas trahentes à longinquo, vt dicit Galenus in ſecundo vel tertio de Facul. nat. qui ait, quòd nimia euacuatio medicinarum validarum colliquat ſubſtantiam hepatis, & relaxat ita
C venas, vt præparetur ad recipiendas ſuperfluitates: & præterea attraheremus cacochymiam ad locum affectum. Ideo benedictis medicinis vti debemus, quia cum his attrahimus ab hepate, ſplene, & ab inteſtinis: & nollem vt tranſiremus hepar, ideo rhabarb. manna, diacatholicon, lenitiuum, eſſent conuenientes medicinæ: & ſi modicum agarici vellemus exhibere, poſſemus, ſed in modica quantitate, quia à longinquis attrahit, vt etiam à iuncturis attrahat. Et hæc fiāt quò
D ad euacuationem per ſeceſſum, præparatis tamē prius humoribus, non cum his quæ habent proprietatem ad hepar, quia tunc volumus corroborare: ſed cum ſyrupo acetoſo, oxymelite, cū melle roſato. Secundò per vrinam vellem materias quæ ſunt in conuexo hepatis: tunc ſyrupus de cichorea, qui habet rhabarbarum, byſantinus, de radicibus, & omnes alij qui prouocant vrinam, mihi placerent, aliaq; tam ſimplicia, quā compoſita. Et in iſto ſecundo proceſſu ita facerem. Ter-
E tiò per ſudorem & per halitum euacuarē, vt malus habitus ſolueretur: & cum oleis calidis aperientibus, & cum balneis præparatis cum herbis habentibus vim reſoluendi & aperiendi procederem: & eo tempore vterer euacuatione, quæ euacuat per hæc omnia. Tunc laudarē balnea Patauina, quia illa hunc affectum tollent: & credo quòd balnea S. Helenæ, vbi adeſt bitumen, magis cōuenirent, in quo eſt vis molliendi, vt ſi qua durities eſſet in partibus, ſolueretur. Imò, ne aliquid
F intactum relinquam ad intemperiem tollendam hepatis, cogitarem de potione ligni, vt prouocarentur vrinæ, & tolleretur intēperies. Vellē etiam iis peractis me conuertere ad locum affectum, & linimentis vterer habentibus vim corroborandi, ſicut eſt oleum de ſpica, de abſinthio: & deuenirē ad confectionem habentem vim corroborandi. Et inter reliqua poſt euacuationes factas, donec viderem ſanitatem exactam, vellē vt in qualibet ſeptimana pillulis ex hiera & rhabarb. vteretur,
G vt ſi quid reſiduū eſſet in hepate, tolleretur, & obſtructiones etiam: & per interualla aſſumeret florem caſsiæ cum rhabarbaro, maximè in tempore æſtatis, & perſeueraret, & contineret ſe in recta

rationevictus. Et iſta eſt forma, qua ego proce- A
derem. Idem conſilium refertur paucis in tertia
centuria editione Veneta, Conſult.xj.

CONSILIVM CCXLV.

De totius ventris tumore pro iuuene Vicentino.

FRANCHANZANVS.

CLARISS. D.& nobiliſs.cōſeſſus, pro-
ponitur nobis iuuenis 18.annorum, qui B
conqueritur de tumore totius ventris,
quandoque etiam cruris dextri, ac diffi-
cultate anhelitus ex quocunque leui exercitio,
de ventriculo autem & aliis membris nihil queri-
tur. Hiſtoria verò talis eſt. Nunc 30. agitur men-
ſis, ex quo cùm eſſet ruri, proſiliit in flumen frigi-
diſsimum inter montes, vbi aura frigidiſsima, in
mēſe Septembri, & ibi per longum ſpatium per-
manſit, vbi & antè tota æſtate ſæpe natauerat.
Subſecutus eſt rigor, qui deſiit in tertianam du- C
plicē, quam ipſe non curās, bibit plurimum aquę
frigidæ: tandem ceſſauit febris, & intumuit vēter
ſub hypochondrio ſiniſtro, vixit nihilominus ſuo
arbitrio, & Vere adueniente conſuluit medicum,
à quo ſecta vena & purgatus melius habuit. Sub-
ſequēte hyeme poſtea in hæc incidit ſymptoma-
ta, de quibus nunc cōqueritur: ſed tum etiam ca-
tarrho vexabatur, ob quæ coactus fuit conſulere
medicum: vocatus tum purgaui eum, & liberaui
eum à catarrho. Sed quia hyems erat, ſymptoma- D
ta tollere non potui: Vere ſubſequenti (nunc eſt
annus) ſecui venam & purgaui, vnde melius ha-
buit: ſed non omnino liberatus eſt. De catarrho
tamen nihil ſentit nunc, quia ab iiſdem ſympto-
matis liber eſt, quęrit curationem ad Excellen. V.

MONTANVS.

Doctiſsimi iuuenes, Excellentiſsi. D. Doctor
propoſuit caſum, & conſiderauit cauſas morbi &
curationem docta breuitate ita exactè, vt me e- E
tiam breuiſsimis poſsim explicare. Vt tamen ſa-
tisfaciam meæ parti, dicam & ego breuiter quod
ſentio. Patitur tumorem in ventre inſignem, ma-
ximè in parte dextra, ſatis durum & reſiſtentem,
qui tamen eiuſdem caloris & coloris etiā eſt cum
reliqua carne, niſi quòd in parte corporis dextra
in pectore puſtulæ ſunt ſubnigræ: quæ non ſunt
propter emplāſtra, nam intra annum nulla ap-
plicuit. In reliquis partibus neque calor, neque
frigus inſigne aut intenſum magis quàm in reli- F
quo corpore ſentitur: ſed eſt tumor tantùm, quē
ſequuntur duo ſymptomata, difficultas anheli-
tus non perpetua, ſed dum mouetur tantûm &
exercetur, deinde quandoq; intumeſcit crus dex-
trum. Horum quærit curationem. Sed quia ea in-
ueniri non poteſt, niſi naturam morbi ſciamus,
& natura morbi ex inueſtigatione cauſarum ſciē-
da eſt: primò videndum, quæ ſint cauſæ. Pri-
mùm itaque iudicauerim tumorem pendere à
materia: nunquam enim eſt tumor abſque mate- G
ria vel ventoſa, vel alia. Illa materia frigida eſt,
neq; enim aliqua pars corporis alia frigidior eſt:
ſed eſt calor æqualis ad tactum calori potius.

Deinde adeò longo tempore iam durauit, vt
etiamſi à materia calida fuiſſet, is tamen adeò lō-
gò tempore eſſet reſolutus ob cōtinuas difflatio-
nes: quanquam & à materia frigida eſſe ortum
poſtea indicabimus.

Quomodo ſit illa materia, an pituitoſa, id eſt,
frigida & humida, an melancholica, id eſt, frigida
& ſicca, vel ventoſa? Mihi videntur omnes tres
miſceri, & ab omnibus cauſari tumorem: nam li-
cet videatur vnus tumor continuus, non tamen
ſimplex eſt, ſed diuerſi generis, & in principio cir
ca lienem apparuit. Subſtantia enim lienis attra-
hit humorem melancholicum, quem cum cōco-
quere non poteſt, fiunt ibi obſtructiones, ad quas
ſequuntur tumores. Credo igitur principio attra
ctam ibi plurimam materiam melancholicam, &
quia ſplen vel ob propriam debilitatem, vel pro-
pter materiæ multitudinē non rectè concoque-
bat, ea ibi collecta eſt. Quòd autem adſit etiā ma-
teria ventoſa & flatulenta, apparet ex ſonitu qui
ad tactum percipitur: & quia non poteſt fieri,
quin materiæ frigidæ flatuentur. Quòd adſit e-
tiam materia pituitoſa, apparet ex cauſis proca-
tarcticis, quæ reddiderunt hepar frigidius ſeipſo:
natauit in aquis, bibit aquas frigidas in febri, &
tamdiu iam durauerunt tumores, vt vel ex ea ſo-
la cauſa hepar facilè potuerit refrigerari & debi-
litari, vnde aggregantur plurimæ cruditates cir-
ca id membrum, quod debilitatum non ſatis con
coquit eas. Atq; ita probabile eſt aggregari varios
humores qui cauſant hunc tumorem circa mem-
bra dicta, pituitam in dextro magis, melancho-
liam in ſiniſtro, flatus verò in vtroque latere.

Hæc de materia ſatis ſint. Sed maior difficultas
eſt, in qua parte ſit tumor: ſunt enim viſcera, pri-
mò ſunt membranę tegētes, eſt peritoneum, mu-
ſculi & abdomen quod apparet exterius. Hîc ma-
gna videtur difficultas, in qua parte ſit. Dicā in-
genuè quod ſentio. Quòd in hepate ſit cruditas
nemini dubium eſt, quia nocte intumeſcunt cru-
ra: quod fit, quando in ſecunda coctione debilio-
ri generatur plurima aquoſitas, quæ derelicta à
calore deſcendit ad crura & euaneſcit manè, quia
ventoſa eſt & difflatur. Conſtat igitur eſſe imbe-
becillitatē in hepate, & non fieri coctiones vt o-
portet, ac ſequi obſtructiones. Nec enim poteſt
fieri aliter, vt bene dixit clariſsi. D. Doctor, cùm
ſit imbecillitas in hepate, non poteſt eſſe immu-
nis ab obſtructionibus. Sed quòd ſit tantus tu-
mor in ſubſtantia hepatis, non poſſum mihi ali-
quo pacto perſuadere: quia iecur neceſſariò eſt
affectum maxima intēperie, & ex mala compoſi-
tione, & tanto tumore cauſaretur peſsimus ha-
bitus, cachexia & inclinatio ad hydropem. Vi-
demus è contra iuuenem nobiliſsimum bene di-
ſpoſitum, generare ſanguinem copioſum, lauda-
bilemq; ſatis: licet non ita quemadmodum ſi ſa-
nus eſſet omnino, quia hepar aliquo modo affe-
ctum eſt, tamē generat bonum ſanguinem, vt ex
colore ſatis apparet. Si eſſet tantus tumor in he-
pate, ſequerentur ſæuiſsima accidentia, & mala
diſpoſitio totius corporis. Hanc ob cauſam cre-
diderim in hepate non eſſe tumorem principali-
ter, ſed in ipſis muſculis: ſed ſi eſſet in muſculis,
eſſet

eſſet tumor ſecundùm longitudinem fibrarum, & muſculorum formam imitaretur. Sed quia alij lati ſunt, crediderim in iis inferioribus collectam materiam, ita tamen vt longi etiam aliqui concurrant: etiamſi enim tumor non protrudatur omnino deorſum, habet tamen longitudinem ſatis inſignem, & aſcendit vſque ad furculam. Inclinat igitur animus, vt credam tumorem eſſe in muſculis, & eſt inſignis, & multùm reſiſtens.

Dixi de natura, loco, & cauſa etiam, videlicet quòd imbecillitas hepatis ſit cauſa cuius ratione generatur pituita & humores crudi plus quàm oportet, virtus poſtea valida expellit ad partes exteriores, ſicut fit in hydropicis, vbi pellitur ad vacuitates inter inteſtina & abdomen. De tumore in lienis regione, credo eſſe ob humorem melancholicum ibi collectum: & fortè in ſubſtantia lienis eſt humor, non enim ita percipitur in ea parte, quia magis in profundo latet, & viſcus illud eſt ignobilius, non ita calidum vt hepar, non ita facilè expellit: & humor etiam craſſior eſt, & magis rebellis, quàm vt facilè expelli poſsit à membro præſertim debiliori.

Hic igitur tumor morbus eſt in compoſitione, pendens à materia defluente ad loca dicta ob intemperiem hepatis, quæ orta eſt ex cauſis extrinſecis procatarcticis: interius enim in corpore videtur bene diſpoſitus naturaliter circa membra principalia. Tumor in crure ad alios iam dictos tumores ſequitur, non ſemper tamen quia iuuenis eſt, & hepatis intemperies non ita magna eſt. Paulatim ibi aggregantur materiæ, donec à virtute expellantur, & poſtea reſoluuntur facilè exercitio vel diæta.

Difficultas anhelitus circa exercitia validiora. Scitis tres cōcurrere cauſas ad anhelitum, virtutem, neceſsitatem & inſtrumentum. Neceſsitas eò maior eſt, quò plus exercemur, ſi modò virtus valida, & inſtrumēta etiam non impedita, fit maior anhelitus, qui tamen eſt ſibi æqualis. Hic eſt tumor ingens in muſculis, qui aſcēdit ſupra diaphragma, ideo cùm quietus eſt, & non tātam habet neceſsitatem euentandi, ſufficit illa dilatatio, & nullam ſentit difficultatem. Quando verò ſe exercet, & exercitio augetur neceſsitas anhelitus, & oportet inſtrumenta magis dilatari, & in illa dilatatione impediuntur bronchiæ propter tumorem comprimentem, & quodammodo obſtruuntur vacuitates. Ita igitur in maiori neceſsitate dilatatis inſtrumētis cùm impediuntur tumore, ſentit difficultatem anhelitus, eo tempore tum ceſſat ab exercitio, non ſentit eam amplius, quia non eſt tanta neceſsitas. Hæc ſatis de eſſentia morbi & ſymptomatis. Quærit curationem, quæ ex diſcurſu iam facto, facilè inuenienda. Principalis cauſa tumoris, à quo ſymptomata pendent, eſt imbecillitas hepatis à frigiditate impreſſa à cauſis procatarcticis frigidis, à quibus debilitatum, vt iam non ſatisfaciat ſuo officio, oportet remouere tumorem: ſed id non poteſt fieri, niſi remoueatur materia, materia euacuari nequit niſi euacuetur, ſit igitur euacuanda. Poteſt autem id fieri per ſubducētia aluum, prouocantia vrinam, & ſudores, vel diuertentia ad a-

A lias partes, præeipuè poſteaquá impedimenta remouerimus, tandem corroborabimus membra.

Debemus incipere ab euacuatione. Sed quia apparet materiam eſſe in toto corpore, in ſingulis partibus, & lienis, principio euacuarem totum. Ad id duo habemus inſtrumenta, euacuationem per pharmaca, & miſsionem ſanguinis. Si ætatem, temperaturam, tempus anni conſideramus, videntur omnia hortari mittendum eſſe ſanguinem: ſed hîc humores crudi reclamant.

B Sed Galenus etiam, cùm humores crudi, permittit ſanguinis miſsionem, ſi cætera ſuadeant: ita tamen vt prius concoquatur materia.

Vellem igitur primò concoquere materiam, & deinde mittere ſanguinem à vena hepatica dextri lateris, vt bene dixit clariſsimus Dominus Doctor: aperietur enim corpus, & non reddetur frigidius corpus iuuenile accedente iam æſtate. Quibus medicamētis? Cautè agerē. Quia enim humores crudi, quærerē etiam coctionem quàm

C minimè mouendo. In principio procederē moderatè calidis & humidis. Inciperem ab aliquo leniente, vt materia obſtruens, quæ obſidet ventriculum & inteſtina, primò educeretur. Darem florem caſsiæ cum ſpeciebus hieræ ſimplicis, quo ſæpe vtor, & feliciſsimè ſemper ſuccedit, ducit humores craſſos & pituitoſos, ac bilioſos, quandoque nigros etiam ſine moleſtia. Poſtea circa hypochondriaca applicarem calida & humida moderatè ad concoquendas materias crudas ibi

D factas: acciperem camomillam, boraginem, lilia alba, ſemen lini, liquiritiam, roſas, myrtos & abſinthium, vt eſſent etiam quædam adſtringentia admiſta, propter membra naturalia ibi contenta: & decocto horum mediocriter calido fouerem locum, & poſtea illinirem linimento facto ex oleo camomillino, roſato & abſinthio, ad concoquendam & difflandam materiam.

Interius interim exhiberem mel roſaceum, ſyrupum de ſucco boraginis & liquiritiæ, ſine re

E aliqua mouente ſeu agitante. Cum decocta materia per quinque vel ſeptem dies, prout videbitur, darem euacuans aliquod non vehemens, ſed lenitiuum cum rhabarbaro: quod ipſum etiam inter medicinas benedictas eſt, & non trahit electiuè. Item ſyrupum roſatum. Et ſic euacuarem ſine attractione violenta. Poſtea accederem ad incidentia & vehementiora, ad oxymel & ſyrupum de duabus radicibus à Clariſsimo Doctore propoſitum. Et ſi eſt materia in gibbo hepatis,

F quæ nunc tantùm coniectura erit, quia nihil refert, ſiue in muſculis, ſiue in gibbo hepatis, eadem eſt curatio, prouocarem vrinas. Et, ſi bene ſuccederet, iterum euacuarem cum iiſdem, quæ ſuprà diximus potius, quàm cum violenter trahentibus, quæ venenoſa ſunt & infeſta iuuentuti. His factis ſi perſeueraret tumor, perſeuerarem in linimentis & fomentis: quæ ſi non iuuarent, vltimò deuenirem ad potum thermarum, ad reſoluendam materiam, aperiendas obſtru-

G ctiones, & reducenda membra ad temperaturam ſuam. Hæc cura feliciſsima foret, quæ ſi tamen iuuaret, vltimò cogitarem de hoc circa quod omnes torquentur, de ligni videlicet decocto: &

ita non relinquerem hunc iuuenem, niſi integrè curatum. Ita concordes ſumus, nec eſt inter nos aliqua diſcordia, quod ad rem ipſam attinet: eadem enim eſt cura, ſiue in gibbo hepatis ſit materia, ſiue in muſculis, vt diximus.

CONSILIVM CCXLVI.

Pro quodam patiente hypochondriacam melancholiam.

IN caſu nobis propoſito, quem opinamur eſſe flatuoſam melácholiam, ſeu hypochondriacã, quam ſequuntur ſymptomata nobis enarrata, gurgulatio ſcilicet quædam cum dolore hypochondrij, & maximè in dexto, vbi tenſio percepta eſt manifeſta, cum quadam inflammatiua euaporatione, aſcendente à dextro hypochondrio verſus ſpatulam. Sudores etiam quidam ſunt poſt cibum ſecundùm ceruicem, ſunt etiam in nocte: eiicit etiam aliquando vermes, nec non per mariſcas profluit interdum ſanguis, cuius cauſa videtur multùm leuari ab huiuſmodi accidentibus, conqueritur etiam de alui aſtrictione. Qua in re conſulentes, omnibus omiſsis quæ ad morbi eſſentiam, cauſas, & ſigna pertinent, curationem aggrediemur, quam in principali affectu ſubmouendo conſiſtere dicimus, quem arbitramur eſſe obſtructionem, quæ à multis craſsisque humoribus facta fuit, impactis in venis Meſaraicis, & viſceribus omnibus, & maximè hepate. Pro qua tollenda, & victus ratione & medicamentis agendum eſt. Quod ad victum attinet, is quidem in hunc modum eſt inſtituendus, vt comedat optimum panem, bene coctum, mediocriter ſalitum, ac bene fermentatum, purum, ſine aliquâ commiſtione: cárnes comedat laudabiles, vt ſunt pulli gallinacei bene nutriti, ſed liberè degentes, non impinguati in carceribus, aut caueis, hœdina etiam caro, vitulina, & caſtrati optimi, ad rem eſt: aues quinetiam nemorales, & montanæ, quæ ſunt in communi vſu, vt turdi, meralæ, paſſerculi, perdices, phaſiani, & ſimiles aues, dimittendo omnes, quæ in aquis, & paludibus degunt. Oua etiã recentia ſorbilia, aut tremula optima ſunt, abiecto albumine, non frixa, nec aliquo modo indurata. Piſces mali ſunt, niſi fuerint ex petroſis: alij enim ſunt fugiendi. Lacticinia omnia praua ſunt, res ex paſta cõfectæ ſunt euitandæ, ex oleribus comedere quandoque poterit, potiùs ſubducendæ alui gratia, quæ quod pro cibo commoda ſunt, ex his potiſsimum conueniunt Borago, Bugloſſa, Atriplex, Spinachium modò in acetariis, modò in ferculis condiendo. Fructus vituperantur, ſed aliquando tamen comedat in pauca quantitate. Ex acrioribus, etſi ſint cacochyma, quia tamen attenuari poſſunt, vſum ipſorum non interdicimus, ſed paucũ. Aromatum vſus moderatus in temporib. præſertim frigidis ſit. Acetum non damnamus, quinimò in hoc caſu conueniens eſt, ſicuti agreſtæ & omniũ acerborum vſum omnino non interdicimus. Vinum non ſit nouum, non craſſum, non nigrum,

A ſed ſit optimè depuratum, clarum, ſubſtantia tenue, colore aut album, aut rubeum, facultate non aquoſum, neque admodum potens. Caueat à multa repletione tam cibi quàm potus, pariter etiam non ingerat altera cibaria, niſi priora iam deſtributa & concocta fuerint. Sumpta cœna ſtatim non dormiat, ſed ſaltem per horam & dimidiam ſomnum differat: à prãdio ſomnum euitet, niſi fuerit conſuetus, aut ex aliqua cauſa noctes duxerit inſomnes. Exercitio vtatur manè ante ci-
B bum per horã, vt ſcilicet non ſtatim poſt exercitium comedat. Similiter ante cœnam. Aeris omnes euitet exceſſus, vt caloris, frigoris, verùm potius frigoris quàm caloris. Procuret alui lenitionem, vt cum iuſculo pulli, cum ſaccharo rubeo, aut inexpurgato, cũ prunis decoctis in vino dulci, aut cum paſſulis, & ſaccharo ſub dio in nocte expoſitis, aut cum oleribus oleo conditis, omnibus ante cibum per quartam partem horę aſſumptis, aut aliquando cum clyſtere communi, & ali-
C quando cũ vna pillula ex aloe lota, aut cũ drachmis tribus aut quatuor Terebinthinæ Cypriæ, aut eius loco cum laricina aut abietina reſina ad eandem quantitatem. Caueat ab animi affectib. prauis, lætetur continuò, rideat verſeturq; continuò cum amicis dilectis, lætisque, coitu moderatè vtatur, crebrum eius vſum fugiat. Deueniendo ad medicinalia, niſi fluxerit ſanguinis multitudo per mariſcas in copia moderata, ſuaderem vt hoc Vere lenita prius aluo, aut cũ phar-
D maco leniente, aut cum clyſtere, niſi ſponte fluxerit, ſecaretur vena hepatis dextri brachij ad quantitatem ſanguinis moderatam, prout præſenti medico videbitur. Hoc facto veniẽdum erit ad aperientia ipſas obſtructiones, quare per dies aliquot ſumat hos ſyrupos manè in aurora calidos, ac ſuperdormiat, ſi poterit, vel ſaltem decumbens quieſcat.

R. Syrupi de cichorio.s.
Acetoſi ſimpl.
E De lupulis ana ℥.s.
Decocti cichorij
Fumiterræ
Lupulorum
Boraginis
Agrimoniæ
Ceterach ℥.iij.

Miſce pro ſyrupis viij. aut x. quibus aſſumptis accipiat in aurora calidum hoc pharmacũ, ſuper quod immediatè ſomnum vnius, aut duarũ ho-
F rarum ad ſummum concedimus. Sit tamen hoc factũ in die, nõ impedita à lunæ cõiunctione aut oppoſitione, & prandium ad 6. horas differat.

R. Rhabarbari electi ʒ.j.s.

Infundatur in infráſcripto decocto ad horas x. cum modico Spicæ ac irroratione vini maluatici, & fiat expreſsio.

R. Agarici trochiſcati cum Gingibere ʒ.j.
Syrupi roſati ſoluti ℥.iij.

Cum ſupradicta expreſsione fiat potio.

G R. Myrobalanorum omnium ana ʒ.s.
Epithymi
Ellebori nigri
Polypodij ana ʒ.j.

Florum

Florum cordial. pugil. ij. s.
Aniſorum ʒ.j.

Fructuum q.ſ. fiat decoctio in aqua agrimoniæ ſecundùm artem, & fiat leuis expreſsio. Facta hac purgatione, laudo, bibat ex aquis thermarum Aponenſium per dies octo aut decem. Antequam autem ſuperueniant calores, mihi placeret, vt ſingulo manè per dies quindecim aut viginti (niſi aquas prædictas biberet) aſſumeret pillulam vnā ex infraſcriptis per horas tres ſaltem ante prandium, vel plures etiam, ac ſuperbiberet ℥.ij. vini abſinthitis, quod in hunc modum parabitur. Ponatur in phialam aut vas ſimile M. j. ex coma abſinthij, & repleatur vas vino aromatico, & ſic ſtet infuſum ſemper, quoad aſſumpſerit totam quantitatem, quam aſſumere voluerit, ita vt nūquam inde extrahatur, ſtet tamen infuſum abſinthium prius quàm prima vice aſſumat per horas duodecim ad minus.

℞. Trochiſcorum de rhabarbaro
De eupatorio
De duabus amygdal. Galeni ʒ.j.

Fiant pillulæ ix. cum vino prædicto. Poſſet etiam maximè in temporibus frigidioribus aſſumere manè per horas v. ante cibum ʒ. Mythridati electi, verùm cùm hoc aſſumit, trochiſcos non aſſumat, nec aliud quidquam. Nec mihi diſpliceret, ſi aliquando manè tribus horis ante prandium ſumeret maſticando ℈. j. rhabarbari. In hoc etiá tempore Veris, æſtatis & Autumni laudo vſum balnei aquæ dulcis, moderatè calefactæ, ſtando in ipſo balneo per horam, aut minus iuxta tolerantiam. Deinde exiccando corpus, & lectum ingrediendo per aliam horam aut minus, ſicut videbitur medico præſenti. Tempore autem quo vtetur balneo, abſtineat ab exercitio, ne nimis corpus reſoluatur.

Pillulæ pro melancholico.

℞. Epithymi Cretenſis ℥.j.
Aloes optimæ ℥. s.
Garyophyllorum
Nucis muſcatæ ana ʒ.ij.
Corticum Ellebori nigri ʒ.vj.

Cum ſyrup. de corticibus citri fiat magdaleon, de quo fiant pillulę, pro ſingula ʒ.iij. ſumātur ante cœnam per horam, bis in ſeptimana.

CONSILIVM CCXLVII.

De intemperie frigida ſplenis, cum tumore inſigni, cruditatibus ventriculi, & corporis atrophia, ac decolorationibus, cū metu futuræ aquæ inter cutem, pro nobili Polono quadragenario.

PORTET vt nobilis iſte vir, ſi curari debet à longa & difficili ęgritudine, quę eſt præcipuè intemperies frigida ſplenis cum tumore ſatis inſigni, ex qua poſtea multifariæ diſpoſitiones præter naturam conſequuntur, vt cruditates ventriculi, & in iecore, & in toto ambitu venarum atrophiæ & decolorationes, ex quibus non immeritò timetur tandem aqua inter cutem: oportet (inquam) ſi ab his ſæuis diſpoſitionib[illegible] liberari cupit, vt præcipuè

A habeat exquiſitiſsimam victus rationē, quæ competat primario morbo, ſine qua diutiſsimè & diligentiſsimè ſeruata, fruſtrà medicorum implorabit auxilium. In primis igitur eligat aerem in quo habitet ſubtilem, minimè paluſtrem, minus frigidum quàm fieri poſsit. In quo aere cauebit etiam ab omni exceſſu ventorum, vbi poſtea ſereno cœlo & tranquillo ſe exercebit in venationibus & eiuſmodi motibus nobilibus. Laudo huiuſmodi exercitium, ſi modò ſuo tempore fiat, vi-
B delicet manè, vel paulò ante cœnam. Euitet omnes animi moleſtias, ſed irā præſertim & mœſtitiam. Manè ſurgat noxius, ſeptem horis dormiat, caueat à meridiano ſomno, eſſet enim illi admodum lethalis. Deambulet & exerceatur in cubiculo proprio, mollibus frictionibus, pectinationibus, cantu, lectione alta, excernēdo excrementa per ſputum & tuſsim, quæratq; reddere alui & vrinæ egeſtiones. Vbi verò hæc omnia peregerit diligenter, mūdasq; & odoratas veſtes induerit,
C tunc ad exercitium ſe cōferat extra domum, ſi ſerenitas cœli apparuerit: ſin minus, intra domum ſeſe contineat ludendo pila, vel gladio, vel alio aliquo exercitio. Bis in die, non amplius comedat, idq; ſatis parcè, vnoque cibarij genere contentus ſit, & illud ſine aromatibus ſit, ſed cum modico croci & cinnamomi tantùm. A vino etiam caueat craſſo, dulci, nigro, & potenti: ſed eligat tenue, album, clarum pauciferum, quòd etiam parcè bibat: vel ſi aſſuetus ſit ceruiſiæ, illam bibat mo-
D deratè, bene tamen confectam: hic enim morbus maximè requirit temperantiam. Ergo cauebit à compotationibus. Inter prandium & cœnam nihil nec comedat, nec bibat. Cibaria ſint, carnes iuuenum pullorum, hœdorum, vitulorum, auiū campeſtrium, vt ſunt perdices, phaſiani, aues paruæ, oua ſorbilia. Nec vitupero in ferculis hordeum, far probè concoctum, ſi parcè vtatur, præcipuè verò addito croco. A reliquis ferculis abſtineat. Pane vtatur madefacto in iure carnium
E cum petroſelino & modico cinnamomo. A piſcibus omnino abſtineat, & à cibariis arte confectis, ſicut à tortis, paſtillis, & omnibus lacticiniis, à leguminibus, oleribus, à carnibus antiquis, & omnibus cibis craſsis & ſeruilibus. Panem azymum, vel malè coctum ne comedat, nec aliquod placētarum genus. Quantum ad medicinas, hoc primùm obſeruet, vt & Vere & Autumno, quouſq; perſeueret hæc mala diſpoſitio, euacuetur modo infraſcripto.

F

CONSILIVM CCXLVIII.

Pro curatione Hypochondriacæ Melancholiæ, Montano aſcriptum.

PRO præparatione humorum peccātium in hoc affectu conueniunt ſyrupus acetoſus de pomis, & mel roſatū cum decocto Bugloſſæ, Boraginis, & capillorum Veneris. Medicamenta verò purgan-
G tia commodiſsima ſunt confectio Hamech, quæ euacuat humores craſſos & aduſtos, & corroborat ratione Myrobalanorum: cui confectioni Hamech, miſceri poterit ſyrupus roſatus ſolutiuus.

Sanguiſugarum vſus in prouocãdis hœmorrhoidibus, quarum apertio in hoc affectu vtiliſsima aliis videtur licet, non admodum mihi probatur, quia ſanguinem tenuem attrahũt, & relinquunt craſſum. Et, ſi aliqua vtilitas ex earũ applicatione percipitur, ea quidem non eſt propter humorum & ſanguinis attractionem, quæ fit per eas, ſed ex apertione venarum. Ad corroborandum iecur & ventriculum euacuandum poſt euacuationem conuenit ſaccharum roſatum cum puluere rhabarbari, vel caſsia. Confectio etiam Dianthos, ſpecies Diamuſci dulcis, & Cinnamomum cum ſaccharo roſato conueniunt ad corroborationem capitis & ventriculi. A B

R. Floris caſsiæ ℥.j.

Sumat hora ante prandium. Deinde

R. Oxymellis ſimplicis
Syrupi de abſinthio ana ℥.j.
Decocti polypodij
Cetrach
Endiuiæ ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis ſeptem. Deinde C

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſcorum alhandal g. x.

Miſce, & cum zuccharo fiat bolus, ſumendus in aurora cum cuſtodia. Poſtea interquieſcat per duos dies, & iterum accipiat zuccharum roſatũ ſemper ante prandium & cœnam per duas horas. Deinde ſumat iſtos ſyrupos.

R. Myrobalanorum Indorum
Citrinorum
Emblicorum
Chebulorum
Belliricorum ana ʒ.iiij.

Contũdantur groſſo modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium. Poſtea infundantur per diem & noctem in libras decem aquæ fumiterræ, poſtea decoquantur ad conſumptionem tertiæ partis. Poſtea adde D

Corticum radicum ellebori nigri ʒ.iiij.
Liquiritiæ
Polypodij ana ʒ.vij.
Seminum citri ʒ.s.

Bulliant, donec remaneant lib. v. Poſtea adde folliculorum ſenæ. E

Epithymi Cretenſis ana ʒ.j.s.

Bulliant, donec remaneant libræ tres. Vltimò colentur, & exprimantur, & ſeruetur decoctum. Poſtea:

R. Eiuſdem decocti ℥. vj.
Syrupi de infuſione roſ. ℥.j. s.

Miſce, & detur manè hora ſyrupi. Sumat autẽ per ſex dies continuos: ſed ſi nimium euacuarẽt, ſumat alternis diebus: deinde quieſcat, & vtatur victus ratione præſcripta. Erit autem tẽpus Veris & Autumni, in quo euacuabitur. Inter hęc verò tempora placet vt familiares habeat pillulas, quibus vtetur ter in menſe hora ante cœnam. F

R. Succi Cetrach
Succi Chamædryos
Succi Polypodij recentis ana ℥.j.

Exiccentur in vmbra ſecũdùm artem. Deinde G

R. Agarici electiſsimi
Rhabarbari electi
Aloes hepatici ana ʒ.iij.
Gingiberis
Garyophyllorum ana ʒ. j.
Salis gemmæ ℈. j.

Miſce, cum melle roſaceo fiat magdaleon, de quo fiant pillu. pro ſingula ʒ.iij. ſumẽdæ vt ſuprà. Si virtus conſtiterit, laudo vt Vere tantùm mittat ſanguinem è baſilica ſiniſtri lateris, die ſequẽti poſt caſiam ſumptam.

CONSILIVM CCXLIX.

De tumore ſplenis duro, poſt diuturnam febrẽ, pro Reuerendo Boſchetto Mediolanenſi.

REVERENDVS Dominus Ludouicus Boſchettus, poſt longam febrem paſſus eſt & patitur tumorem durum in ſplene multæ duritiei & magnitudinis. Pro cuius curatione, ſi ex toto fieri poterit, ordinandum eſt in primis regimen in cibo & potu, ſubinde deueniendum eſt ad medicinalia. Quantum ad cibos attinet, euitãdi ſunt omnes humores craſſos generantes, nec non & humores melancholicos facientes, qui habentur in cõſiliis de melancholia, & in aliis omnibus ferè. Elixa plus conueniunt, quàm aſſata: non tamen ex toto prohibetur vſus aſſatæ carnis, præſertim paruarum auium. Piſces ſint maritimi, vel de flumine currenti petroſo, ſquamoſi. Oua recentiora, ac tremula. Ex oleribus conceduntur beta, borago, ſpinachia, lupuli, aſparagi, artichiochi, endiuia, cichoria, & lactuca tempore calido. Cappares cũ aceto & oleo conditi & aliqualiter cocti, conueniunt ante aliqs cibos: ſimiliter ſardellæ, vel anguillæ ſalitę cum aceto & oleo conditæ ante alios cibos conceduntur: oliuæ etiã mediocriter ſalitæ interdũ cõceduntur. Aromatum, item porri, allij vſus, & capparũ prohibetur, æſtate maximè, hyeme verò nonniſi paucus cõceditur. Aceto & acetoſis vti licet. Fercula ſint ex rebus ſuprà conceſſis: brodium vel ciceris, vel caulium, vel raparum. Ex fructibus conceduntur vuæ & ficus bene maturæ, tam virides, quàm ſiccæ, piſtacia, amygdalæ: tempore autem calido interdum cõcedo paſſulas, pruna bene matura, ac melopepones. In potu vitet aquam: vinum autem ſit antiquum, album, quod modicè flauum dicunt, vel medij coloris, mediocris potentiæ, ſubtile, boni odoris & ſaporis, non dulce velut nouum, craſſum & turbidum, nigrum. Euitanda ſunt ciborum & potus repletio, & varietas: ſaccharo & melle cum aliis cibis rarò vtendũ eſt. His obſeruatis, ineunte Vere extrahantur quinque vel ſex vnciæ ſanguinis ex baſilica ſiniſtri lateris, niſi fortè hæmorrhoidalis multùm fluxerit. Subinde capiat infraſcriptũ ſyrupum, & medicinam.

R. Radicum tamariſci
Scolopendriæ, quæ cetrach dicitur
Chamædryos ana M.ij.
Corticum radicum capparum ℥.ij.

Contundantur, & decoquantur in libris octo aquæ ad cõſumptionem medietatis, & huius decoctionis accipe libras quatuor: mellis, aceti ana libram vnam, & fiat oxymel.

R. Supra-

R. Supraſcripti oxymellis ℥.j.ſ. A

Aquæ cetrach ℥.iij

Miſce, & fiat ſyrupus. Deficiente aqua cetrach ponatur aqua decoctionis tamariſci, in qua ſæpe ferrum ignitum ſit extinctum, & capiat ſingulo die vnum vſq; ad ſeptimum: deinde capiat medicinam infraſcriptam.

R. Polypodij,

Folliculorum ſenæ,

Stœchados,

Paſſularum, B

Liquiritiæ ana ℥.ſ.

Myrobalanorum Indorum ʒ.iij.

Decoquantur in libris tribus aquæ lactis, donec remaneant vnciæ nouem: deinde addantur epithymi drachmæ ſex, bulliant vnica ebullitione, & facta colatura addantur floris caſsiæ drachmæ ſex, ſpecierum hieræ ſimplicis ſcrupuli duo, & fiat potio, quam capiat ſummo mane, & tardet prandium horis ſex. Facta purgatione, quæ reiteretur, ſi opus eſſe videbitur medico adſtāti, ſit frequens vſus electuarij infraſcripti in quantitate C drachmæ, manè bibēdo poſt ℥.iij. flaui vini, decoctionis tamariſci, cetrach, corticum radicum capparum, chamædryos, partibus æqualibus.

R. Cetrach, chamædryos,

Radicum Tamariſci,

Corticum radicum capparum ana ʒ.vj.

Ammoniaci,

Rubeæ tinctorum ana ʒ.iiij.

Polij, D

Artemiſiæ ana ʒ.iij.

Galbani,

Seminum hyperici,

Nigellæ,

Amygdalarum amararum ana ℥.ij.

Cardamomi fructus,

Periclymeni ana ʒ.j.ſ.

Ammoniacum diſſoluatur cū aceto, & omnia excipiantur oxymelle ſcyllitico, & fiat electuariū. Applicāda ſpleni exterius ſunt mollientia, ſubinde reſoluentia, vel miſcenda mollientia cum reſoluentibus. Sit igitur frequens vſus inunctionis lienis cum oleo infraſcripto. E

R. Corticum radicum capparum,

Foliorum tamariſci ana ℥.j.

Olei communis ℔.ij.

Vini albi boni ℥.vj.

Decoquantur ſimul ad conſumptionē vini. Itē

R. Ceræ,

Olei antiqui, F

Ammoniaci ana ℥.vj.

Croci ʒ.ij.

Aceti quantum ſufficit ad diſſoluendum ammoniacum, & fiat in forma ceroti. Item ſit vſus frequens vnguenti de arthanita parui, deſcriptionis Meſue, & loco applicetur vel ſuccus cetrach, vel ſuccus ebuli. Item accipe ſalis vſti quantum ſufficit, diſſoluatur in ſucco tamariſci, vel cetrach, vel in decoctione corticum radicum capparum, & cum veſica actuali caliditate ſæpe lieni applicetur. Item: G

R. Viſci quercini ℥.vj.

Calcis viuæ ℥.ſ.

Corticum radicum capparum ℥.ij.

Picis liquidæ ℥.ſ.

Diſſoluatur viſcus ad ignem cum pice liquida, cætera puluerizata miſceantur, & lieni applicentur. Item:

R. Ceræ,

Terebinthinæ,

Picis ana ℥.iiij.

Auripigmenti,

Calcis viuæ,

Aluminis,

Myrrhæ ana ʒ.iij.

Aceti quantum ſufficit.

Auripigmentum, calx, alumen & myrrha cum aceto diſſoluantur, & cum cæteris excipiantur in forma cerati; quod vltimò poſt reliqua applicetur. Item:

R. Ceræ,

Picis,

Reſinæ

Adipis tauri ana ℥.iiij.

Baccarum lauri ℥.iij.

Salis vſti,

Ammoniaci ana ℥.j.ſ.

Aceti quantum ſufficit ad diſſoluendum baccas lauri pulueriz atas, ſal, & ammoniacum, & fiat ceratum. Item:

R. Corticum radicum capparum ℥.j.

Foliorum tamariſci,

Cetrach,

Chamædryos ana man.j.

Rubeæ tinctorum ℥.j.

Cardamomi ℥.ſ.

Rutæ ſiccæ man.j.

Piperis ℥.iij.

Aniſorum,

Fœniculi ana ℥.ſ.

Decoquantur omnia in aceto acerrimo pro fomento faciendo cum ſpongia ſupra lienem, poſt vſum tamen mollientium. Item:

R. Bdellij,

Sepi vitulini,

Ammonici,

Radicum ireos ana ℥.ij.

Opopanacis,

Galbani,

Baccarum lauri,

Styracis,

Thuris ana ℥.j.

Piperis grana num. clx.

Ceræ,

Terebinthinæ ana ℥.vj.

Vinum quantum ſufficit. Fiat ceratum.

Et quoniam pleraq; cerata ſunt fortia, ante purgationes quatuor primis vti poterit, poſt purgationes autem quibuſlibet.

CONSILIVM CCL.

De lienis obſtructionibus & duritie, cum periculo hydropis & reliquiis quartanæ febris, pro doctiſſ. iuuene Vtinenſi, domino Ioanne Baptiſta Luuiſino.

HONESTVS ille iuuenis, qui nobis ſanandus in præſentia proponitur, cùm variis præter naturam affectibus vexetur, & inter ſe contrariis, nimirum diuerſis etiã auxiliis inter ſe pugnantibus curandus eſt. Vitia itaque tollenda, prius recenſeamus: deinde propria auxilia, & ſeruata methodo. Laborat itaque in primis lienis obſtructionibus, atque duritie adeò, vt ferè ſcirrhus vocari poſsit: atque hic eſt præcipuus morbus, de quo conqueritur iuuenis. Etiam nonnihil obſtructionum in Meſaraicis patitur. Flatu præterea in ventriculo, & toto ferè abdomine abundat, cum inſigni tenſione atque ſonitu, ſi quis digitis pulſet: propterea ipſi diſcrimen magnum hydropis imminet, niſi iam inchoata ſit tympanites cum leui aſcite. Nihilominus ipſum hydropicum appellari poſſe negamus, ſed ſpleneticum potius, quoniam eo ſanato, à quo tanquam à fonte cætera vitia emanãt, totum corpus ad priſtinam ſanitatem reuertetur. Præterea de febre quadam laborat, quę reſiduum eſſe videtur quartanæ, quę ipſum Decembri menſe proximo inuaſit, & pluribus menſibus infeſtauit. Nunc verò quodammodo erratica eſſe facta videtur, neque certum diem, neq; horam in ſuis circuitibus ſeruat. Huiuſmodi tamen febricula non eſt ægrotanti admodum moleſta: neq; enim ipſe propterea decumbit, ſed domo exit, & quolibet expeditè admodum & promptè deambulat: nullum præterea in initio acceſsionis rigorem, aut excrementorum frigiditatẽ percipit. Hi ſunt præter naturam affectus, quibus iſte infeſtatur, opemq; à Medicis implorat, ne in peius labatur, verùm priſtinam valetudinem recuperet. His cognitis à cauſarũ narratione ſuperſedebimus: hãc enim à nobis ægrotus non poſtulat, ſed illico ad remediorum explicationem accedemus. Omnibus itaq; per clariſsimos Medicos cõſideratis, ita illis ſatisfaciendum eſt. Primum quidẽ quoniam omnia hæc vitia à materia pendent, vt à cauſa, ea prius remouenda eſt: id verò duplici inſtrumento fieri poteſt, venæ ſectione, & purgante pharmaco. Antequàm ad alterum iſtorum veniamus, aluus lenienda eſt, deinde materia aliquibus conuenientibus ſyrupis præparanda. Accipiat ergo per quartam horæ partem ante prandiũ electuarij lenitiui, vt vocant, ſeſcunciam, idq; aut ſub forma boli cum ſaccharo, aut cum ſero caprino liquetur, aut cum aqua cichorij, & fumiterræ, & fiat potio. Sequenti die in aurora huiuſmodi ſyrupum accipiat:

R. Syrup. de fumoterræ ſimpl.
Acetoſi ſimplicis,
De cichorio ſimplicis ana ℥.s.
Decoctionis infraſcribendæ ℥.iij.

Miſce, & fiat ſyrupus.

R. Agrimonij, id eſt, eupatorij,
Cetrach, id eſt, aſplenij,
Endiuiæ,
Cichorij ana man.s.
Aquæ quantum ſufficit.

Miſce, & fiat decoctum ſecundùm artem. Quater aut quinquies huiuſmodi ſyrupo accepto, manè prius aluo lenita ſponte, aut clyſtere cõmuni, per horam ſaltem ante cibum ſecetur vena interior cubiti ſiniſtri, extrahaturque ſanguis moderatè vſq; ad vncias vj. aut ſeptem, aut pro iudicio præſentis Medici: melius tamen fuerit, ſi hæc ſanguinis quãtitas duabus vicibus, non ſemel extrahatur, neque propterea à ſyruporum aſſumptione deſiſtat, quoad in vrina concoctionis bonæ ſigna videantur. Quibus viſis pharmacum ſummo manè aſſumat:

R. Agarici præparati ℈.iiij.
Confect. hamech ſine ſcammonio ʒ.v.
Aquæ lactis ℥.iij.

Miſce, & fiat potio. Vel ita:

R. Diaſenæ ℥.j.
Sacchari quantum ſatis eſt.

Miſce, & fiat bolus. Accepto hoc medicamento iterum ſyrupi accipiendi ſunt, ſed prioribus efficaciores, hoc pacto:

R. Syrupi de endiuia,
De fumoterræ compoſiti,
De pomis compoſiti ana ℥.s.
Decocti infraſcribendi ℥.iiij.

R. Fumiterræ,
Stœchados,
Aſplenij,
Cichorij,
Tamariſci ana man.s.
Aquæ communis quod ſatis eſt.

Incidantur omnia craſsius, & miſta, in aqua decoquantur. Tales ſyrupos accipiat numero ſeptem, vel etiam plures. Poſtea hanc medicinam ſumere debet:

R. Confect. hamech. compoſitæ ʒ.iiij.
Electuarij lenitiui ʒ.vj.

Miſce, & cũ ſaccharo fiat bolus. Hoc medicamento aſſumpto per duos dies aut ʒ. quieſcat, iterumq; ad nouos ſyrupos accipiẽdos accingat ſe: cùm enim morbus à materia pendeat contumaci ac rebelli, non vnica præparatione & purgatione educi poteſt, ſed pluribus eget. Itaq; huiuſmodi ſyrupis, ſequentibus diebus etiam vtatur.

R Syrupi acetoſi de quinq; radicib. ℥.j.
De epithymo ℥.s.
Decoctionis infraſcribendæ ℥.iij.

R. Corticum radicum capparum,
Polypodij,
Dulcis radicis,
Paſſularum enucleatarum ana ℥.s.
Aſari,
Fumiterræ,
Filicis,
Tamariſci,
Aſplenij,
Betonicæ,
Agrimoniæ,
Cichorij ana manip.s.
Corticum radicum ellebori nigri,
Florum cordialium ana ℥.j.s.
Seri caprini quantum ſufficit.

Miſce, fiat decoctio ſecundùm artem. Cum huiuſmodi ſyrupos acceperit ſeptẽ aut octo, poſtea illico talem medicinam accipiat:

R. Rhabarbari optimi ʒ.j.s.
Spicæ ℈.j.

Vini

Vini aromatici parum,
Decocti proximè ſcripti q.ſ.

Fiat infuſio per diem naturalem: deinde facta expreſsione.

R. Confectionis hamech,
Electuarij Indi ana ʒ.ij.
Syrupi roſacei ſolutiui ℥.j.s.

Miſce, & fiat potio. Vel loco huius potionis accipiat pillularum cocchiarũ cum elleboro ℈.iiij. aut pillularum Indarum, de fumoterræ, ana ſcrupulos ij. & reformentur cum aqua fumiterræ, & fiant pillulæ quinque. Deinde cùm ita exquiſitè corpus euacuatum fuerit, accedendum eſt ad alia remedia, quæ cùm iecoris, tum lienis obſtructiones valenter expediant. Itaque ſemper in iuſculis ſuis decocta ſit radix petroſelini, & fœniculi cum foliis, & parum aſplenij. Et quoniam morbus longus eſt, neq; vnico remedio diutius vtẽdum, quia ei natura aſſuefacta minus patitur, ideo modo vtatur hoc decocto.

R. Radicum arnogloſsi, .i. plãtaginis ſiccæ,
Corticis lauri,
Chamædrios,
Lapati ſylueſtris,
Foliorum hederæ ana M.j.
Aquæ lactis quantum ſufficit.

Miſce, fiat decoctio vſque ad conſumptionem tertiæ partis, & in fine parum aceti, quantum ſit potabile, admiſceatur: & ex hoc decocto ſummo manè ſumantur ℥.v. Aut hoc:

R. Scordij,
Foliorum ſalicis,
Radicum eryngij,
Anagallidis cœruleum habentis florem, ana manipulum ſemis.
Filicis,
Chamæmeli,
Agrimonij ana M.j.
Aquæ lactis quantum ſufficit.

Fiat decoctio, vt ſuprà. Poſtea vbi hoc vſus fuerit per aliquot dies, inde vtatur quibuſdã remediis ſub forma pillularum, aut pulueris, & paſtillorum, ad referãdas occluſiones hepatis, & lienis. Ad iecoris autem obſtructiones hoc ſit remedium.

R. Radicum chamæpityos,
Radicum cichorij ana ʒ.iiij.

Conterito, & melle cocto excipito, & ad auellanæ magnitudinẽ præbeto, & aquæ calidæ ℥.iiij. ab eius aſſumptione ſorbendas dato. Item lupini iecoris ſicci drachmam in puluerem redacti, cum vncia ſyrupi de cichorea propinato.

Pro lienis obſtructionibus:

R. Scillæ aſſatæ,
Corticum radicum capparum ana ʒ.j.

Contunde, & præbe ex poſca drachmã. Aliud valdè laudatum: Accipe ſeminum viticis contuſi & cribrati per ſubtiliſsimum cribrellum drachmas tres, atque ex poſca præbeto bibendum: atque ita alternatim in aurora exhibebis modò ſpleneticum, modò iecorarium medicamen: ſed multò frequentius ſpleneticum, longè enim magis in hoc iuuene ſplen, quàm iecur ægrotat. Item vltimò poſſunt aliqui paſtilli ad patefaciendas viſce-

A rum occluſiones exhiberi, vt exemplum ſit: Accipe paſtillorum de rhabarbaro, aut de roſis, aut de eupatorio drachmam, redigatur in puluerem, & cum vncia decocti cichorij & aſplenij in aurora exhibeantur iſta eodem modo. Poſt paſtillos autem exhiberi poteſt, aut drachma cõfectionis dia lachæ, aut diacurcumæ, aut Mithridatici, aut theriacæ, ſi bona haberetur. Atq; ita ſemper variando, modò vnum, modò aliud ex antedictis remediis dandum eſt, neq; diutius in vno inſiſtẽdum.

B Quòd ſi caliditas febrilis interdũ cogat, aliquantulum de ſpeciebus diarrhodon admiſcendum eſt. Præterea exterius fomenta ſpleni adhibenda ſunt, vt ex decocto geniſtę, filicis, aſplenij, chamæmeli, ſeminum lini, aniſorũ, dauci, cumini & ſpongia ex hoc decocto madens applicanda, vel veſicula bubula huius decocti plena ſuperponenda: deinde cum oleo de capparibus, & amygdalino, & nardino inungendum eſt. Sed hæc olea debilia ſunt: ideo ad cerota & vnguenta magis mollien-

C tia & digerentia veniendum eſt, quale eſt cerotũ de meliloto, aut œſypi cerotum: oportet. n. ſimul mollire & digerere: ideo cerotum diachilon mollitum cum oleo irino optimũ eſt, aut cataplaſma ex radice cyclamini, hoc modo:

R. Radicum cyclamini ℔.j.s.
Caricarum pinguium ℔.s.
Aceti quantum ſufficit.

Coquantur, & fiat cataplaſma optimũ. Itẽ ſtercus gallinarum, ſiccũ, contuſum, cribratũ, in oxy-

D mellite cõcoquito, & confidenter impoſito. Itẽ, optimè facit farina hordei, lupinorum fabarumq; ex oxycrato impoſita: præterea pyrites, aut molaris, aut gagates lõgitudine octo digitorum, latitudine ſex digitorũ, non multæ craſsitudinis, igneſcat, acetoq; aſpergatur, panniculoq; in aceto calido madefacto inuoluatur, & loco imponatur affecto, ibiq; quãdiu calid⁹ eſt permittatur. emplaſtrũ quoq; ex hoc lapide à Gal. fit diapyrites vocatũ, quod mirũ eſt in ſcirrho diſcutiendo. Veruntamẽ

E totũ ferè in ratione victus ſitũ eſſe exiſtimandum eſt, ſiquidẽ omnis diuturnus morbus maximam ex cõueniente victus ratione opẽ ſentit. Quapropter aer in primis eligatur, qui neq; in calore excellat, neq; in frigore, & ad ſiccũ declinet. Caueat itaq; à pluuiis, nebulis, & ventis auſtralibus: neq; incolat, ſi fieri poſſet, loca paluſtria, lacuſtria, aut aquis vllis tum currentibus, tum ſtagnãtibus irrigua, ſed ſtagnantes lõgè ſunt peſsimę: præterea loca olidis putridisq; vaporib. referta euitentur:

F ſed aer ſit purus, aperta, & leui aura boreali perflatus. Exercitiũ corporis, cũ febre caret, ſit ante cibũ, exonerata prius aluo, & id quidẽ moderatũ, ingrediendo, aut equitãdo, & aliis geſtationibus vtẽdo. Quod ſi nõ poſsit, fricetur eius dorſum, crura & brachia deorſum verſus cũ pãno lineo tepido, nõ valde molli, neq; aſpero, vſq; ad cutis rubo rẽ. A cibo quieſcat omnino per 3. aut 4. horas. Loquatur ante cibũ alta voce, & vociferetur. Noctu dormiat, quantũ ad cõcoctionẽ ſatis eſt: meridia-

G nũ ſomnũ niſi aſſuetus ſit, caueat. Quotidie ante cibũ aluũ exoneret, aut ſpontè, aut glandula ſimplici ex melle cocto, aut addita ʒ. ſpec. hieræ, aut per clyſtere ex decocti chamæ. betę, furfurũ, mer-

curial. maluæ, ℔. olei anethini ℥.iij. ſac. rubei ℥.ij. Animo ſit ſemper læto, nihil triſte cogitet, ſemper ſe conualiturum eſſe cõfidat, ſolitudinem fugiat, muſicis delectetur, ſemper amicorũ & hominum iucundiſsimorum conſuetudine vtatur. Cibi verò & potiones, in quib. maximè victus ratio conſiſtit, ſint attenuatorij, inciſorij, abſterſorij, & acrium rerum. Commiſtiones per interualla interdum proderunt, vt ſinapis, piperis, ſac. & huiuſmodi, præcipuè cùm febris ſedata fuerit, modus autem cibi eſt, ne ſatietur. Potus vini ſit paucifs. quantũ ſatis erit ad ſedandam ſitim. Panis itaq;, vt ab eo incipiamus ex polline triticæ farinæ conficiatur cum mediocri ſale, & bene fermentetur: præterea, vt flatus, quibus hic ægrotus abundat, diſcutiantur, conficiendo pani commiſceatur ſemen aniſorum, fœniculi, ſeſeleos cumini, & optimè coquatur. Carnes ſint hœdi aut veruecis iuuenis, aut vituli lactentis, pullorũ gallinaceorum aut columborum in turribus degentium, auicularum quæ ex arborib. montibus, aut campis victum quæritant. Vitentur aues in aquis degẽtes, & carniuoræ: oua etiam ſorbilia proſunt. Etiam omnino hæ carnes elixẽtur, & in iuſculis coquantur radices fœniculi aut petroſelini cũ foliis, aut vtraq;, & condiantur cum cinnamomo omnia cibaria, & aceto. Piſces non ſunt boni, niſi ſaxatiles. Oleribus interdum elixis veſci poterit, vt beta, malua, aut quod cerefolium vocãt, mẽtha, petroſelinum, & reliqua huiuſmodi. Abſtineat ab omnibus leguminib. à braſsica, rapis, cucurbitis, cucumeribus, lacte, & omnibus confectis, & lacticiniis. In acetariis frequenter vtatur capparibus ex oxymellite, aut foliis buglosſę & boraginis coctis, & endiuiæ, intibi aut cichorij. Fructibus vti poteſt, vuis paſsis ante cibum & poſt, interdũ amygdalis, nuclei pinei ſtomachum lædũt. A pomis, nucibus, caſtaneis, vuis, perſicis, melonibus & breuiter ab aliis omnibus fructibus, præter ficus & eius conſimiles, abſtinere melius fuerit, donec huiuſmodi febris & obſtructiones penitus ſublatæ fuerint. Potu vtatur vino albo tenui, non acerbo, cum quo permiſceatur aqua, in qua ferrũ candens igne ſæpe ſit extinctum. Optimum erit ſi omnia ipſius cibaria in tali aqua decoquẽtur. Præterea fiant vaſcula ex ligno tamariſci, in quib. vinum, quo vti debet, contineatur. His omnibus ita congruenter inſtitutis, & corpore diligentiſsimè, vt ſuperius comprehenſum eſt, purgato, ſi febris abolita fuerit, tunc credimus vltimũ & præſentiſsimum remedium fore, ſi aquas Aponenſes potauerit, quarum experimenta multa viſa ſunt in aperiendis viſcerum obſtructionibus, & omnibus naturalibus membris roborandis. Atq; ita, Deo annuente, huic nobiliſsimo iuueni priſtinũ corporis robur & valetudinem reſtitutum iri ſperamus, atq; indubitanter confidimus.

CONSILIVM CCLI.

Pro ſplenetico.

DECOCTO ſeri lactis caprini vel vaccini, miſceat ſucci abſinthij, marruhij ana ℥.ij. bibat per duodecim dies. Nono mittat ſanguinẽ ex baſilica dextri la-

A teris, pro refrigerio hepatis & renum, ac bibat decoctum de agrimonia cum ſyrupo.

Pro puero ſplenetico.

Cortices fraxini exteriores mundatæ bulliant in aceto, & calidi loco applicentur. Id fiat quotidie, pars eius aceti cum melle inſpiſſetur & bibat pro ſyrupo.

Pro iuuene ſplenetico.

B R. Agarici electi ʒ.ij.
Corticum,
Radicum capparum ʒ.iij.
Ammoniaci,
Bdellij ana ʒ.ij.
Maſtichis ʒ.j.

Diſſoluãtur gũmi in aceto ſquillitico. Deinde

R. Amygdalarum amarararum,
Adipis anſeris,
Axungiæ por. ana ℥.j. cum modico ceræ.

C Fiat linimentum pro ſplene. Item:

R. Rhabarbari electi ʒ.ij.
Garyophyllorum ʒ.s.
Roſarum rubearum,
Sandalorum,
Citrini ana ℈.j. cum aqua ceterach & zuccharo albo.

Fiat confectum in rotulis, pondere ʒ duarum exhibeatur.

Ictericæ mulieri.

D Syrupi roſati ſolutiui pro minoratiuo, phlebotometur ex dextri lateris baſilica, poſtea ſumat ſyrupum de abſinthio.

Pro viro icterico nigro.

Cũ obſtructionib. in regione hepatis & lienis.

R. Electuarium lenitiui ℥.j.
Specierum hieræ ʒ.j.

Fiat bolus cum zuccharo.

E R Oxymel.
Scillitici,
Syrupi de abſinthio ana ℥.j.
Decocti ceterach & cichorei,
Agrimoniæ,
Chamedrios ℥.j.

Poſt ſecundum ſyrupum mittat ſanguinem ex latere ſiniſtro: poſtea ex dextro, & purgetur cum confectione hamech.

F CONSILIVM CCLII.

Pro ægroto, laborante hepatis intemperie frigida cum ſcirrhi principio.

IN hoc affectu cõueniunt medicamenta benedicta, ne diſſoluatur vis hepatis, vt eſt manna diacatholicon, lenitiuum, rhabarbarum, modicum agarici: ſed ante hæc medicamenta exhibeantur ſyru-
G pi diſponentes corpus, & humores, vt eſt ſyrupus acetoſus, oxymel, & mel roſatum. Conueniunt etiam in curando hoc affectu expurgãtia corpus per vrinam. Talia autẽ ſunt ſyrupus de cichorio cum

cum rhabarbaro, bizantinus, & de radicibus. Euacuatio quinetiam per halitum conuenit, quæ quidem fieri debet cum rebus aperiẽtibus & reſoluentibus, vt olea ſunt, & balnea præſertim Patauina. Pro corroborando hepate, extrinſecus maximè conuenit in hoc affectu frigido huius partis oleum de ſpica & de abſinthio, & confectiones habentes vim corroborandi. Vtile etiam erit ægroto in curando affectu, ſi ſingulis ſeptimanis vtetur pillulis de hiera & rhabar. idque vt tollantur obſtructiones, & interdum caſsia cum rhabarbaro.

CONSILIVM CCLIII.

Pro nobili, cui hepar inflammatum, & ventriculus debilitatus erat.

VIDAM nobilis à quibuſdam rei medicæ imperitis perſuaſus, maluaticum nimium hauſit, ac in vindemia vinum nigrum, vtpote fretus hoc conſilio, vt imbecillitas ventriculi, quæ ex frigiditate ortum habebat, corrigeretur: cumque ad potum vini fortioris æſtas calidior acceſsiſſet, inflammatum eſt illi hepar, cuius demum intemperatura multò maiorem ventriculo imbecillitatem conciliauit. Nam cùm actiones hæ ſint ventriculi, appetere cibum, ingeſtum retinere & concoquere: duæ eius partes ſunt: ſuperior, quæ nimirum appetit, ſiccior ac frigior: inferior verò calidior & humidior. At verò caliditas nimia hepatis exiccat humidum, cum quo calor diſſoluitur: nulla eſt coctio, nec appetentia cibi vlla, ob ventriculum calefactũ nimis. Quid ex his prognoſticandum? Corporis imbecillitas: quia ventriculus non concoquit, ſed corrumpuntur verius omnia, quare vomitus frequens: & quia obſtructum hepar, atque etiam ſupercalefactum, nulla eſt in corpore ſanguificatio. Calefactio hepatis & obſtructio tollenda eſſet miſsione ſanguinis, à qua abſtinendum eſt propter virium imbecillitatem, ne magis proſternantur. Quare diæta ventriculus corroborandus, & miniſtrandi cibi pauci, & facilis coctionis. Interdico illi vino omni, niſi auſtero. Decoctum endiuiæ bibat, nam omnia cichoracea confortando ventriculo apprimè ſunt vtilia. Dico autem cichoracea, endiuiam, ſonchon, & ſi quæ ſunt alia id genus: nam quia amara, ideo ſunt calida: calefaciunt igitur & confortant, & leniter etiam refrigerant. Quare ſyrupum de cichorea cum roſato ordinaui. Confortato ventriculo, totoque adeò corpore, accedam ad infrigidationem hepatis, quæ fiet per phlebotomiã baſilicæ dextri lateris.

CONSILIVM CCLIIII.

Proceſſus Montani in cura cachetici ſeu ad hydropiſim diſpoſiti.

ATTENDAMVS primò ſymptomata in hoc adoleſcente, & percurramus per iſtos ſex ſcopos à Galeno nobis traditos. Actio læſa apparet in coctione, diſtributione & nutritione. Secundò, tumorem A videmus. Tertiò accidentia, color plus iuſto albus, non viuidus percipitur. Quartò, dolor in hypochõdriis ſentitur. Quintò, qualitas mutata deprehenditur. Exeuntia, nondum vidimus egeſtiones, ſputum, vrinam. Habet hic adoleſcens intemperiem frigidã hepatis, videlicet eam contractam ex pororum cutis obſtructione, cùm humi cubaret: quare facilè potuerunt fieri obſtructiones, cruditates, malæ coctiones, malæ diſtributiones & ſanguificationes nõ ſatis commodæ. B Spiritibus intrinſecis contingit idẽ quod extrinſecis, quòd craſſentur infrigidati. Habet etiam catarrhum, qui occupauit tracheam, quare per tuſsim ſputum reiicit. Et pars circa cor eſt magis tumida, quod mirum eſt, fortaſsis propter materiam frigidam ibi collectam: & ſentit aliquam tenſionem circa hypochondria. Tumefactio dependet à frigiditate. Obſeruãda igitur hæc ſunt.

Tumefactio faciei, pedum, thoracis pendet ex frigiditate hepatis.

C Hæ ex frigiditate totius habitus.

Ille ex obſtructione pororum cutis.

Iſta ex humi cubatione, & fortè etiã inordinato regimine: adde etiam catarrhum frigidum nõ parum ad morbum facere.

Cura erit per calefacientia, aperientia & corroborantia hepar. Corroboramus hepar, quum ad temperaturam ſuam reducimus. Eſt autem frigidum & humidum: ergo cũ calidis & ſiccis occurremus. Dabimus itaque intrinſecus qui aperiunt D & euacuant, & corroborant etiam. Exterius præparemus linimenta, & frictiones ad eundem vſum. Extrahemus malum, & adducemus alimentum commodum.

Prognoſticum. Scribit Cornelius Celſus in capite de hydrope, contentionem ſubortam inter duos Medicos de Cura cuiuſdam hydropici: alter enim negabat eum poſſe curari, alter affirmabat: tandem cùm is qui affirmârat, ſatis euidentes rationes curæ attuliſſet, reſpondet alter: E Mihi ſatis placent rationes tuæ, ſed dic mihi, curabis ne hominem, qui vult edere & bibere quantum vult, & minus obtemperare Medico? Ego (inquit) ad animum reſpicio, ille ad morbum. Ita ego facio Prognoſticum. Si obtemperauerit hic patiens, poterit ſanitati priſtinæ reſtitui.

Sed quomodo incipiemus curam? Dandum erit quod communes materias euacuet, & mihi ſummè placeret hiera in forma electuarij: audio F autem datas pillulas aggregatiuas. Vos perpetuò hoc habeatis in memoria, vt quotieſcunque aut febres curaueritis, aut obſtructiones in corpore inueneritis, caueatur ab iis quæ adſtringũt, ſicut ſunt pillulæ aggregatiuæ: nam intrant myrobalani, rhabarbari cum aloe. Sed dices in hiera, quam offers, etiam intrat aloe. Reſpondeo, Verum eſſe, ſed tamen corrigitur ab aliis ingredientibus, cinnamomo, azaro, carpobalſamo, pro quo ego vtor cubebis, quia carpobalſamum nũc G non habetur.

Dicam vobis hiſtoriam: Quidam Medicus dedit nobili cuidam pillulas aggregatiuas, & nihil eduxerunt: ego ſuperueniens, conſului vt acci-

peret vnam pillulam vnius ſcrupuli hieræ, cum commodè eduxit. Medicus alter leuiorem putabat fore iſtam medicinam, quàm vt quicquam educeret, cùm aggregatiuæ nihil fecerint: ſed non animaduertit obſtructionem grandem in corpore nobili. Poſtea ad ſyrupos apertiuos procedamus.

R. Spec. hieræ s. ʒ.iij.

Diſſoluatur cum aqua abſinthij, & detur calidè in aurora. Eduxit quater. Nota. Hieræ integra doſis eſt ʒ.iij. Si ventriculum ſolum euacuare velis, exhibere potes ʒ.j.s.

CONSILIVM CCLV.

Secunda viſitatio.

INTENTIO noſtra eſt aperire & corroborare ea corroboratione, quę eſt per reductionem ad naturalē habitum: quare calida & ſicca erunt adhibenda, ita tamen vt vim aſtringendi etiam habeant: nam oportet etiam Tonum, hoc eſt vigorem in continendo, non tantùm virtutem augere: aliud enim eſt Tonus & aliud virtus. Poteſt habere quis virtutem, non tamen tonum, quia tonus addit virtuti excellentiā: nihil enim aliud eſt tonus quàm vigor & fortitudo membri. Sic in brachio tonus dicitur, quum onus impoſitum fortiter & bene tenemus. Sed quomodo faciemus tonum? Per exiccantia & aſtringentia: quæ omnia ſunt in abſinthio. Non exiccat, moderatè calefacit, & aſtringit: propterea maximè ſtomacho & hepati conuenit. Habet maiorem acerbitatem quàm amaritudinem, dicit Galenus. Quare ratione acerbitatis moram faciens, fortius aperit, digerit, cùm abſtergit, interiùs tamē, non exterius: quia exteriùs cùm pori cutis ſint parui, obſtruit magis ſua adſtrictione, interiùs verò aperit vias amplas in venas. Ergo dabimus ſuccum abſinthij ad aperiendas obſtructiones ℥.iij. & ſyrup. de endiu. ℥.j. ad contemperandā caliditatem: & quia endiuia habet ſingularem proprietatem cum hepate, poſſunt iſta dilui cum ſyrup. aut aqua betonicæ. Poſtea fiant frictiones ad calefaciendum & aperiendum: primò ſimplices cū panno calido ſubaſpero, & ſtatim illinatur totum corpus, facta fricatione, cùm oleo de coſto, aut de anetho, additis caſtoreo & euphorbio, quod eſſet pro diuite. Recipiantur olei ℥.iiij. Caſtorei ʒ.j.s. Euphorbij ʒ.s. quia corpus eſt robuſtum.

Commodum etiam eſſet tenere pedes in lixiuio, in quo ſal & ebuli ſunt decocti, vel in aqua vſque ad genu, bis in die ad exiccandam illam aquoſitatem: quæ omnib. modis tollenda eſt, quia corrumpit calorem naturalē tibiarum. Regimen in ſex rebus nō naturalibus fit, ſicut inſtituimus.

R. Succi abſinthij clarificati ℥.iij.
Syrup. de endi. ℥.j.

Miſce, detur loco ſyrupi.

R. Olei anethini ℥.iiij.
Euphorbij ℈.ij.
Caſtorei ℥.j.s.

Miſce, perunge.

A

CONSILIVM CCLVI.

Tertia viſitatio.

IN diſpoſitione hydropica obſeruanda eſt quātitas potus & vrinæ, & conferenda inter ſe: ſolet enim aquoſitas quæ deberet exire, retineri. Quare cū copioſiſsimè exit, de cura non eſt deſperandum. Accipiat ſyru. conſuetum, & adhibeantur frictiones. Præterea pro pedum lotione vtatur hac ſe-

B quenti decoctione.

R. Ebulorum M. iij.
Salis ℥.iij.
Lixiuij ſitulas duas.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem tertiæ partis. Teneat pedes in hac decoctionæ ad genu vſque. Illud interim vos cogitabitis, vnde eſſe poſsit, quòd tumor aliquando recedit, aliquando accedit: ſed rectè ſcire non poteritis, niſi ex quantitate vrinæ. Colligat ergo cras vrinam, ſtercora

C & ſputum.

De pulſibus.

Pulſuum differentias, quę verè poſſunt cognoſci & percipi à Medico, nō ſcio plures, quàm iſtas ſex: ſi Galen. potuit alios obſeruare & cognoſcere, bene eſt: hoc ſcio quòd omnes nos nō alias cognoſcamus, quàm illas communes. Quod de aliis dicunt alij, forſitan eſt impoſtura.

Prima differentia pulſus eſt magnitudo, quę iu

D dicatur ſecundùm omnes dimenſiones, ſecundū altum, longum & latum. Quandoque enim habet tantùm vnam dimenſionem, videlicet ſecundùm longū, & tunc præcipitatur arteria vel filū quoddam tenue extēſum. Et talis nō eſt magnus, quia non habet omnes differentias dimenſionum: oppoſita eius domina eſt paruitas. Secunda eſt velocitas, quæ ſumitur ex celeritate motus vſque ad quietem: eius oppoſita eſt tarditas. Tertia eſt frequentia & raritas, quæ attenduntur penes quie-

E tē. Quarta eſt inæqualitas, & eſt duplex. 1. Vnius tantùm pulſus inæqualitas, & hìc fortaſſe eſt incomprehenſibilis. 2. Eſt plurium, & dicitur Syſtematica, id eſt, collectiua inæqualitas ex multis pulſibus collecta, σύστημα enim eſt collectio. Eius oppoſita æqualitas, qua attenduntur penes collationem dictarum diff. His poteſt addi vehementia & debilitas. Nam vehemens eſt, qui tangentis manus valdè pulſat. Debilis contrà. Sexta, quæ ſumitur penes plenitudinem ac vacuitatem.

F

Pulſus	*Magnus & paruus*	*ſumitur penes*	*dimēſionem omnem lon. lati. profundit. motum, quietem collationem aliarū differentiarum.*
	Velox & tardus		
	Frequens & rarus		
	Æqualis & inæqualis		
	Vehemens & debilis		
	Plenus & vacuus		

CONSILIVM CCLVII.

Quarta viſitatio.

G SI quærat quis à vobis, quas nam differentias habeat iſtius ægri pulſus, credo inter vos alios aliud reſponſuros: ſed vt habeatis in ea re artem aliquā, nunc de pul-

de pulſibus dicam. Sex differentias ergo pul- A
ſuum ſemper præ oculis habeatis, ſicut elemen-
ta quædam, tot enim cognoſco, & cognoſci poſſe
credo. Vltimas quatuor, ſi qui cognoſcát, poſitas
à Galeno, bene eſt: ego ingenuè fateor me non co
gnoſcere, nihil enim vnquam minus volui quàm
decipere. Itaque haud æquo animo patior me in-
terpellari inter tangendum & explorandum pul-
ſum, quod nihil tantam requirat diligentiam &
attentionem quàm pulſus, vt mirum ſit alios con
fabulari interim, & tamen omnes pulſuum diffe- B
rentias aſſequi. Ego neſcio au poſsint eſſe tam in-
genioſi & tanta celeritate diſcurrere. Vos debetis
maximè eſſe diligentes in his, quas dixi differen-
tiis cognoſcēdis. Primò conſiderabitur an ſit ma
gnus vel paruus: nam natura ſemper quærit ma-
gnitudinem, quam ſcilicet poteſt perficere, ea ſo-
la eſt contenta. Non abundat enim in ſuperfluis,
& in omnibus moderata eſt natura: itaquè fru-
ſtra adhiberentur aliæ differentiæ, vbi eſt magni-
tudo. Conſideratur autem magnitudo in tribus C
dimenſionibus. Vtrum ſit altus, id eſt, an mul-
tum eleuetur, an longus per quatuor digitos æ-
qualiter, & an ſtrictus ſit vel longus: poteſt enim
iſtorum aliquod eſſe ſine aliis, & nihil in his ſine
cauſa accidit, de quo poſtea. Secūdò an ſit velox,
hoc eſt, vtrum celeriter moueatur in pauco tem-
pore, an tardius qui longo tempore tardè moue-
tur. Attenditur enim hæc differentia penes mo-
tum: percipit enim in quolibet pulſu ſemper iſta
duo, motum & quietem. Tertiò an ſit frequens D
vel rarus. Frequēs eſt, quando breuis quies inter
cedit. Rarus, quando longa eſt quies inter duos
pulſus. Sicut vites ratas dicimus, inter quas ma-
gnum eſt interuallum, & rarum auditorium,
cum miſer doctor vix habet quatuor diſcipulos,
frequens autem cùm confertim ſedent. Eſt igitur
frequens pulſus, quando quietes ſunt paruæ. Ra-
rus, quando quietes ſunt longæ. Galenus gloria-
tur ſe amorem deprehendiſſe ex pulſu præcisè,
ſed ego non credo. Voluit videri, eo fuit ingenio, E
& habuit neſcio quid Græci. Quartò an ſit vehe-
mens vel debilis. Vehemens dicitur, quando eſt
validus, vrgens, & certat cum digitis veſtris, nec
vult cedere: debilis autem contrà, quando non fa
cit reſiſtentiam. Sed hìc habeatis cautelam, ne du
rities vos decipiat, & iudicetis vehementem, qui
eſt durus. Differunt enim vehemens & durus
pulſus: quia durus poſt digiti preſsionem quaſi
victus & proſtratus cedit, & ceſſat, ſed vehemens
reſiſit fortiter. Quintò an ſit plenus vel vacuus: F
apparet enim aliquando arteria ac ſi eſſet vacua.
Sextò, An ſit æqualis vel inæqualis, maximè an
inæqualitas ſyſtematica. Non turbet autem vos
vocabulum, quia nihil eſt in voce, poteſtis dicere
collectiuam pro ſyſtematica. Eſt autem inæqua-
litas ſyſtematica, quando decem aut duodecim
ſunt pulſationes, & nulla eſt correſpondens alte-
ri. Simplex inæqualitas eſt, quando in vna pulſa-
tione percipitur magna diuerſitas, vt ſi ex vna par
te mordicat, in altera minimè, aut in vno tactu eſt G
velox, in altero tardus, &c. Iſtam diuerſitatem v-
nius pulſationis non puto poſſe deprehēdi, cùm
vix quies percipiatur: quare nugas puto eſſe reli-
quas quatuor differētias à Galeno traditas, quas
certè impoſsibile eſt cognoſcere. Et cùm Gale-
nus diuidit poſtea curam pulſuum vſque ad mi-
nima, credo ipſum riſiſſe cùm ſcriberet. Quidam
dicunt ſe poſſe pulſum ferrinum percipere, quòd
ſplendidum eſt mendacium. Sicut medicus qui-
dam dixit ægrum habere ferrinum pulſum, & al-
ter doctior cum ſe deprehendere poſſe negaret,
tandem & ipſe profeſſus eſt, nec ſe deprehendiſ-
ſe: hoc tamen ideo dixiſſe, vt ſi fortè alter cogno-
uiſſet, ne ipſe minus ſcire videretur, ſed quando
tu non cognoſcis (inquit) neque ego cognoſco.
Hæc ſint dicta de differentiis, cras de cauſis pul-
ſuum agemus. Quod ad patientem ſpectat, me-
lius iam habet. Facies nō eſt ita liuida, nec pectus,
bonus pulſus eſt, ſed tamen in partibus interio-
ribus adhuc ſunt obſtructiones, quia extenſa ha-
bet hypochondria, & fæces ſunt ſubalbidæ, quæ
indicant quandam obſtructionem in poro felleo,
tendente ad inteſtina: non tamen omnino eſt ob-
ſtructus, ſed ſolùm impedimētum eſt factum, ne
liberè pertranſire poſsit bilis. Quidam ex ſubal-
bis fæcibus colligunt obſtructionem Meſaraica-
rum, ſed non eſt ita ſi anatomiam tenes. Poteſt e-
nim eſſe obſtructio in Meſaraicis, vt fæces non
ſint albæ, & contrà, poſſunt fæces eſſe albæ, etiáſi
nulla ſit obſtructio in Meſaraicis. Non video igi-
tur conſequentiam iſtam. Fæces ſunt albæ, ergo
eſt obſtructio in Meſaraicis. Sed frequēter tamen
in colloquiis ſic audimus. Verùm quádo talia au-
dio, nihil contradico: & vos etiam ſic facietis, ad
vitandum odium, & gratiam apud omnes reti-
nendam. Quoniam & Galenus ſic fecit Romæ,
quemadmodum ipſe de ſe dicit. Si veritatem dice
rem, ſemper vitam leporis agerem. Si nanq; non
fungerer officio viri boni, quare coactus fuit ce-
re Romæ. Vos quidem huiuſmodi ineptias au-
dientes maximam habebitis voluptatem, quan-
do intelligitis ea, quæ ipſi non intelligunt. Sed ſi
poteſtis, ſemper tacete. Nolite eſſe προφῆται, qui te-
merè enuntiant, ſed rectè omnia & diligenter ex-
pendite, nam ad pauca reſpicientes facilè enun-
tiant. Deprehendetis autem obſtructionem Me-
ſaraicarum ex pauca nutritione, quia non eſt di-
ſtributio, extenſione hypochondriaca ex fęcibus
liquidioribus, & aliquando ex dolore. Hic autem
vt diximus habet obſtructionem quandam in po
ro felleo, qui porrigitur ad inteſtina. Dicunt e-
nim quidam duos eſſe meatus fellis. Vnum mino
rem ad ventriculum, & alterum maiorem ad inte
ſtina: quanq̃ qui diligentius eam rem inquirunt,
negant aliquem eſſe meatum ad ventriculum.
Verum tamen eſt nonnulla corpora vtrunque
habere, ſicut monſtroſa etiam alia ſæpe reperiun-
tur prɇter ſolitum in quibuſdam, ſed hi infeliciter
nati dicuntur. In remediis perſeuerabimus. Acci-
piat ſuum ſyrupum qui aperit, & tollit intempe-
riem frigidam ac humi. hepatis. Sed quoniam ha-
bet etiam catarrhum, ſicut apparet ex ſputo, cui
putridum quid eſt admiſtum, ſumat vel quoti-
die, vel alternis diebus electuarij loco terebinthi-
næ ℥.s. Leniet enim aluum & mundifi-
cabit pectus aperiendo &
abſtergendo.

CONSILIVM CCLVIII.

Quinta viſitatio.

PVLSVS ſecundùm periodos inflationis tumorum maximè variat: quare eſt hodie inæqualis valde. Non habet magnitudinem & velocitatem,ſed frequentiam: & additus eſt tumor, qui augetur cum differentiis pulſus. Sed cur alternis diebus periodicè mouetur pituita humor iſte frigidus & ſegnis, ad fouẽdas inflatas partes thoracis & faciei, cùm motus pituitæ fit diebus ſingulis.

Reſpondet Galenus in libro 2. de Differentiis febrium, de Cauſis periodorum in fluxionibus. Non debemus (inquit) mirari fluxum habere certas periodos,dummodò ſeruatur proportio mandantis, membri & recipientis, ſecundùm omnes circunſtantias, hoc eſt, vt ſint eodem modo affecta, vt maneat idem modus viuendi. Iſta portio humoris in mandãte,ſi tanta eſt,quæ alternis diebus ſolet tranſmitti: fit fluxio per diẽ tertium,&c. Et hoc eſt, quod Alexander humorum certas periodos,generationi eorundem,& non aſtris aſcribit. Nam cùm plurimum pituitæ poſt ſanguinem abundet in corpore, fit vt ipſa membrũ mandans aggrauatũ,citius tranſmittat,& periodum quotidianam faciat. Poſt eã bilis,quę in minori quantitate eſt in corpore, poteſt tanta generare in membro mandante,vt alternis diebus fiat motus. Melancholia autem, quam reſpectu aliorum humorum paucíſsimam habemus,longiore egens tempore tardius mouetur,per quartum diem ſcilicet. Hæcque ratio vera eſt, ob quam humores certam periodum ſeruare ſoleant: caue ad ſydera curras. Si quid in ea re poſſunt ſydera, non eſt Medici conſiderare res in corpore. In hoc morbo manet eadem cauſa,idem membrum, aggregatur eadem materia,ideo fit certa humorum periodus. Id tamen obſeruandum, quòd tumẽte pectore minus pedes tumeant,& econtrà. Tumor in pectore forte eſt ex capite, in pedibus ab hepate, pulſus eſt inæqualis, quia decumbit ad arteriam humor.

CONSILIVM CCLIX.

Sexta viſitatio. Quieſcat,niſi quòd ſumat conſuetum ſyrupum.

HABET hic Anaſar. quæ & ὑποσάρκα, vel λευκοφλεγματία dicitur, & prouenit à frigiditate hepatis & venarum,ſicut nunc certò ſcimus. In ſiniſtra parte circa renes inflatur, & in dextra circa collum, & in pedibus: id autem fit propterea, quòd iſtas partes habet imbecilliores reliquis,cuius imbecillitatis plurimæ poſſunt eſſe cauſæ primitiuæ, vel quòd habuit aliquam ægritudinem in iſtis partibus, vel ob alias cauſas, quas nos ignoramus. Et quia idẽ habet membrum mandans, idem excrementum, & idem percipiens,inflationes perſeuerant,& ſeruant ſuas periodos, donec aliquid mutatum fuerit. Hactenus propter frigidam hepatis & venarum intemperiem exhibuimus ſyrupum ex abſynthio pro apertione & abſterſione. Nam plurimas habet obſtructiones, licet tactu non appa-
A reant, & propterea fecimus etiã frictiones. Nunc ad dropaces eſſet veniendum, ſi exquiſitè purgatus eſſet venter. Pro purgatione ergo accipiat elaterium, quod efficacíſsimum eſt ad humores crudos educendos, & ſuccum iridis: ſed elaterij doſis ſit pauca, vt puta, grana tria, dioſcyami non tranſit duas aut tres ſiliquas. Eſt autẽ elaterium, ſuccus cucumeris aſinini, ſeu anguini, ſeu ſylueſtris, qui copioſè prouenit in agro Mantuano in ruderibus. Doſis ſucci iridis drachmas tres recen-
B tis: addatur etiam drachma vna agarici præparati, & fiat bolus, aut miſceatur cum lacte, quod rectificat elaterium.

℞. Succi iridis recentis ʒ.iij.
Elaterij gr.iij.
Non tranſeas gr.v.ad ſummum.
Agarici præparati ʒ.j.
Lactis caprini q.s.

Miſce,fiat potio.Preſtat ſæpius iterare hoc medicamentum, quàm ſemel validè euacuare.

C ℞. Diacimini ʒ.ij.

Sumat ſingulis diebus vnam rotulam ante cibum,vel arom.roſ. Præterea
Terebinthinæ ʒ.iij.

Poſt octiduum quieuit. Poſtea rediens Montanus cùm videret catarrhum in ipſo malignum, iuſsit adhiberi ſingulis diebus terebinthinæ drachmas tres. Conualuit iſte, quòd ad hydropem pertinet, ſed catarrhum adhuc habet: dabimus ergo terebinthinam, aut ipſum omnino derelin-
D quemus.

CONSILIVM CCLX.

De hydrope.

HYDROPS eſt nomen accidentis. Videndum igitur eſt, quæ ſit ægritudo, vnde hæc proueniat. Eſt autem ægritudo faciens hydropem intemperies frigida hepatis: eáque eſt immediatè cauſa, Hip-
E pocrate & Galeno teſtibus. Sicut igitur non poteſt eſſe febris, niſi ſit caliditas ignea in corde: ita non poteſt eſſe hydrops,niſi ſit frigiditas hepatis, ſiue poſtea aquoſitas, ſiue ventoſitas proueniat ex diminuto calore.

Cùm autem generetur ſanguis ab hepate, neceſſariò eſt magis aquoſus, & flatuoſus. Talis aũt frigiditas vel acceſsit hepati immediatè eſſentialiter, vel ob reſolutionem & defectum ſanguinis, ac ſpirituum, vt fit in hæmorrhoidum fluxu ni-
F mio, aut ſanguine narium, vnde ſæpiſsimè videmus hydropem generari. Hæc priuatiua eſt frigiditas hepatis, alia poſitiua. Et hi ſunt duo modi, quibus contingit hepatis frigiditas. Poteſt autem etiam alio modo contingere, ob multitudinem humorum in corpore dominantium, vt ſi pituita plurima abundet, corpus ob multã cibi molem, ita vt ratione ſubiecti, id eſt ægri, ſumentis multũ & malum alimentum, confundatur & ſuffocetur calor hepatis,vt non poſsit conficere bonum ſan-
G guinem. Vel fit ob ſcirrhum,vel apoſtema contingẽs vel in hepate vel ventriculo: vel ob plurimos flatus:ſemper igitur frigiditas debet eſſe in corpore. Cùm igitur hìc conſtet eſſe hydropem, & propterea

pterea frigiditatem, qualis ſit ea videndum. Temperatura huius fuit calida & humida. Si loco naturalis caloris ſuccesſiſſet nõ naturale frigus, primùm deueniſſet ad quandam καχεξίαν, poſtea ad anaſarcam: ſic enim incipit hydrops. Secundò non præceſsit euacuatio ſanguinis: ergo non poteſt eſſe frigiditas priuatiua. Tertiò, nõ poteſt eſſe ex deprauatione multorum humorum, quia non vixit intemperanter: relinquitur igitur quòd ſit ex obſtructione, quæ facta eſt in venis meſaraicis. Habuit enim febrem tertianam intenſam, in qua maximè patitur ventriculus, ita vt niſi intra quatuordecim dies curentur, in peſsimas incidant ægritudines. Cùm igitur præceſſerint febres, poſtea intumuerint pedes, veriſimile eſt factas eſſe obſtructiones in illis partibus, & ita refrigeratũ hepar per conſenſum. Cumque eſt frigiditas in hepate, neceſſariò ſequitur frigiditas (per conſen ſum) aliorum membrorum. Talem igitur fuiſſe cauſam credo: Intumuerunt pedes, & cùm natura habuit alimentum incommodum, non amplexata eſt, quare crudum & incõcoctum fluxit per omnes partes, & illa pars, in quam magis agere potuit calor, flatuata eſt: nam calor agens in materiam, & non reſoluens, flatuat, ſicut circa Autumnum & Ver ſunt plurimi flatus: Æſtas autem reſoluit eos: Hyems verò conuertit in aquas. Ita diebus præcedentibus cùm calor validior eſſet, vidimus tympanitem, nunc ſuffocata caliditas, ob multam materiæ redundantiam apparet Aſcites. Hanc mutationem non miremur, vtrunque accidit à pituita, ſed antea eſt flatuata, nunc reſoluta in aquam manifeſtiſsimè apparentem in ventre, cùm materia flatuoſa. Habemus igitur ita actiones læſas, quarum cauſa eſt frigiditas in hepate, facta primò per conſenſum: nunc verò, vt vereor, eſſentialiter propter longam moram.

Prognoſticum. Vbi multa copia humorum frigidorum, maxima debilitas caloris, & ſpiritus ſequitur, longus & difficilis morbus, membra affecta, vt ſuo officio fungi non poſsint.

Cura. Neceſſe eſt vt hepar redeat ad temperaturam ſuam naturalem: & quia habemus tam validum hoſtem, circa materiæ eductionẽ animaduertendum. Facerem igitur hoc, ac ſingulis diebus euacuarem aliquid, cum illis, quæ aperiunt obſtructiones, & calefaciunt corpus, talem calorem ſcilicet addendo, vt poſsit conficere alimentum. Darem igitur, quod mihi eſt familiare, ligni illius Indi ℥.j. cum rhabarbari ʒ.j. ſubtiliter puluerizati. Ex hoc ſumat duo cochlearia quotidie, vel alternatim hieræ ſimplicis ℈.ij. ante cœnam. Singulis etiam ſeptimanis accipiat elaterij grana iiij. vel iij. cum lacte, hoc modo:

R. Elaterij gr.iij.
Lactis ℥.ij.

Educit illud aquam, & ſi hoc nõ ſatis eſſet, darem ad grana v. vel vj. elaterij. Omnino cuperem ne multum, imò parum biberet, quia exiccatio eſt huius morbi cura. Exiccat autem lignum, & roborat. Id tribus horis ante prandium ſumat. Vellem vt vinum tenue eſſet, quod biberet, ſtaret per medium diem à vaſe exhauſtum, prius quàm biberet, quia tenuius fit, & acerbitas aufertur: &

A vellem quoque quàm primùm ex vaſe ſumptum eſſet, imponeret cinnamomi, garyophyllorum aliquid, nec excederet vnum cyathum. Cibi actu & potentia ſint ſicci, panis cum aniſo & fœniculo: carnes condiantur cum cinamomo & garyophyllis, quę exiccant & prouocant vrinam, vt petroſelinum, & ſint carnes bonæ. Ante & poſt cibum vtatur duobus cochleariis aniſi præparati, & optimè maſticet. Febris ei nõ nocet, quia exiccat. Exterius nihil applicarem. Si vellet darẽ balnea: ita tamẽ, vt quantum biberet, tantum etiam

B per vrinam excerneret.

Consilivm CCLXI.

De curatione hydropici.

MONACHO ſexagenario aſcite & tympanite laboranti, dedit pillulas de aloe, nec voluit vti fortioribus, & eduxit aliquid quotidie, ac roborauit mẽbra, ac aperuit obſtructiones. Idem abſynthite vinum dedit album, ſubacidum, propter excitandum appetitum. Diuretica exhibuiſſet, ſed plus vrinæ reddebat, quàm biberet. Limacum carnes cum ſuis cochleis contuſæ & ſuperpoſitæ, valde proſunt, educunt & exiccant mirabiliter.

C

Alia hydropici cura.

Habuerat quidam morbum Gallicum, ex quo factus fuit hydropicus, dedit elaterij gr.x. cum aquæ lactis ℥.iij. poſtea ſyrupum de abſynthio, &

D aquas thermarum. Victum præſcripſit tenuem, & dedit aſparagos. Pro lotione pedum iuſsit accipere anethum & chamæmelum.

Aliud.

Quidam habebat duriſsimas obſtructiones hepatis & ſplenis, eratque hydropicus, ei conſuluit vt decoquerentur cortices fraxini cum aqua & modico aceti, & cum ſyrupo de ceterach biberet. Deinde accederet ad thermas, & dum biberet a-

E quas, exciperet ſingulis diebus fumum de lapide molari ignito, & aceto aſperſo. Et reliquo tempore ſe vngeret oleo amygdalarum dulcium,

Puellæ hydropicæ.

R. Elaterij gr.vij.
Seri lactis ℥.viij. Item,
R. Agarici præparati,
Aloes optimæ,
Rhabarbari electi ana ʒ.ij.

F Cum oxymelle fiat magdaleon, de quo fiant pillulæ tres pro ſingulis vicibus ʒ.j. Item,

R. Aniſi,
Garyophyllorum ana ʒ.j.
Diachylon cum gummi ℥.iij.

Extendantur ſupra corium, & applicentur toti ventri ab ore ſtomachi vſque ad vmbilicum.

Pro puella hydropica ita plenius conſilium legatur.

G R. Elaterij gr.vij.
Aquæ lactis ℥.viij.

Miſce. Eduxit plus decies. Obſeruet etiam rectam rationẽ victus: caueat à leguminibus, à fri-

xis,ab ouis duris,lacticiniis,caſeo,carne antiqua, ſalita,porcina. Vtatur pane triticeo,ouis recentibus,carne vitulina,auibusnemoralibus,exceptis cothurnicibus. Vtatur ferculis ex radice petroſelini,& brodio eius. Vinum bibat album, non acidum, nec immenſi caloris. Non bibat quicquam inter prandium & cœná, nec etiam poſt cœnam. Cauebit etiam ab aere frigido & locis humidis. Somnum meridianum fugiat. Et ſuper omnia parum bibat: quia tolerãtia ſitis,eſt cura huius morbi. Singulis etiam diebus ante cibum per horam comedat abſynthij comas tres, paratas cum aceto,ſale & oleo,& nunquam intermittat. Bis etiam in hebdomada vna horá ante cœnam ſumat pillulam vnã aloes ad ℈.j. manè loco ſyrupi bibat ſcutellam iuris, in quó cocta ſint folia & radices filicis,tamariſci,radices petroſelini,ſauina & xx. grana cicerum rubeorum. Supra ventrẽ ponat ſtuppam intinctam in vrina pueri coctá cum copia ſufficienti ſalis. Item,

R. Diachylon cum gummi ℥.iiij.

Extendatur ſuper corio, & applicetur toti ventri ab ore ſtomachi vſque ad vmbilicum, vt occupet regionem quoque hepatis & ſplenis. Alternis diebus tribus horis ante prandium accipiat ſucci abſynthij ʒ.j.trochiſcorum de capparibus:de aniſo ana ʒ. s. cum vini maluatici duobus cochleariis: miſce,& detur. Purgetur bis in anno hac purgatione ſine ſyrupis:

R. Elaterij gr.viij.
Aquæ lactis ℥.iiij.

Detur tepidum in aurora. Item ter vel quater in menſe ſumat ʒ.j.pillularum ſequentium:

R. Agarici præparati,
Aloes optimæ,
Rhabarbari electi ʒ.ij.
Aniſor.
Garyophyllorum ana ʒ.s.

Cum oxymelle fiat magdaleon, de quo fiunt pillulæ pro vna drachma tres.

CONSILIVM CCLXII.

De Hydrope pro puero in hoſpitali S. Franciſci.

HYDROPS hic oritur à fluxione. Eſtq; fluxio in ſuo genere generaliſsimus morbus: ſed hydrops pendet à mala temperatura, quæ in corpore eſt, propterexceſſum frigiditatis,quæ facit,vt non poſsit concoqui materia, ſed maneat in corpore ſicut aqua, eſtque ille proprius characteriſmus hydropis, quòd vbi debebat eſſe calor, ibi eſt frigiditas. Regula eſt, vbicunque videbitis in ægro totum corpus affici mala temperatura, hîc dicatis vitium eſſe in principio alicuius virtutis: verbi gratia,ſi nulla pars corporis mouetur,dicatis vitium eſſe in principio motus, id eſt,in cerebro. Si verò vnum membrum eſſet immobile, alterum mobile, iam non eſt vitium in principio. Sic vbi videtis vnum membrum laborare vitio coctionis, vt cùm crus intumeſcit, reliquum verò corpus eſt in bono habitu, non eſt vitium in principio virtutis naturalis. In hoc puero nõ eſt vitium in motu, quia mouetur, nec læſæ operationes cerebri,

A quia imaginatur, & memoratur, nec exteriores ſenſus læſi, quia videt, audit: nihil ergo vitij in operationibus animalibus, quæ ſunt à cerebro. Quantum ad vitales operationes, pulſus boni ſatis, ergo calor influit à corde. In naturali vitium eſt, quod indicant læſæ operationes: non enim nutritur vt debet. Crura & pedes arefacti,& linimento priuati,venter turget:ſunt igitur extrema ſine nutrimento, nec venter nutritur, ſed habet materiam aggregatam potius, quá nutrientem.

B Eſt ergo vitium in principio,quia æqualem videtis læſionem in toto: eſt arefactum alimẽtum per totum, ergo vitium in hepate,& quia eſt diminuta actio, neceſſe eſt eam ex frigiditate prouenire: quia vbi eſt corrupta actio, ibi eſt calor præter naturam,vbi eſt diminuta frigiditas. Eſt ergo hepar temperaturę frigidæ,quod colligetis ex actione diminuta. Sicut proprium in febribus cor nimium excalefieri, ita in hydrope ſemper hepar nimia frigiditate afficitur, vt teſtantur Galenus

C & Auicenna. Eſt ergo hîc intemperies frigida, & eſt facta diſpoſitio,& impreſsio. Videndum tamẽ an cum materia, an ſine materia, & ſi ex materia, an per eſſentiam,an verò per affluxum. Poteſt autem vtroque modo contingere talis frigiditas in hepate, vel eſſentialiter, ex naturali diſpoſitione hepatis, quia hoc etiam frigidius: tales hepatici dicuntur: & ſæpe etiam incidunt in hydropem, etiamſi non ſit affluxus alioqui, nec apoſtemata frigida,nec ſcirrhi: vel etiam per affluxum,quan-

D do multitudo materiei affluentis obſtruit vias, & calor eliditur, & impeditur tranſitus, propter generatum apoſtema,aut ſcirrhum. Poteſt etiam talis frigiditas fieri ex reſolutione caloris, ob defectum alimenti, & cùm exhauritur ſanguis. Ita ob fluxum hæmorrhoidalem nimium, ſæpe videtis hominem in hydropem labi. Sicut Medicus Florentiæ, qui ex nimio fluxu hæmorrhoidum incidit in hydropem, vbi volebant calefacere hepar. Ego dixi, cauete à calidis, quia frigiditas non eſt

E in hepate per eſſentiam,ſed propter priuationem alimenti. Si adhibebitis calida,deducetis eum ad tabem. Si vultis curare, debetis nutrire, & regenerare ſanguinem amiſſum. Si eſſet ex intemperie frigida ſine materia, illa corrigi deberet calidis. Sed ibi eſt frigiditas per priuationem, ob remotionem alimenti ſeu ſanguinis,qui fouet calorem. Cùm igitur poſsint eſſe tres cauſæ frigiditatis, quæ ex illis eſt in hoc puero? Hæc à forma & magnitudine ſumenda, venter tumet magna mo

F le, externa membra ſunt arida, id fit,quia venter abundat alimento, & illud non conficitur, cætera membra carẽt. Si frigiditas eſſet per eſſentiam, totum corpus eſſet inflatum & tumefactum,brachia etiam & pedes, quæ ſpecies hypoſarca dicitur. Sed hic æger aſciten habet, quia membra arida ſunt, nec ita ſonitus percipitur, nec eſt ſimplex intemperies ſine materia. Sed eſt aliquid, quod impedit. Non eſt etiam poſitiua frigiditas eſſentialiter facta in hepate, alioqui enim omnia

G membra pariter tumerent. Ergo priuatiua: ſed non ex defectu alimenti: non enim ſanguis ex eó effluxit,ergo ex affluxu materiæ, quia totum corpus turget, obſtruuntur meatus, & prohibetur

tranſitus,

tranſitus,ne alimentum poſsit per venas commodè diſtribui. Ideo cibus aggregatur, & in aquoſitatem redigitur, tranſitq; inter peritonium & inteſtina. Difflatur enim eò per venas,vbi etiam inuenit partes frigidas, & ſi in ventum tranſit, plenum aere fit abdomen. Si verò in aquá,fit aſcites, & rarò fit vnum ſolum : ſed ferê ſemper vtrunq;: niſi quòd quandoq; plus de aere, quandoq; plus de aqua,prout plus,vel minus eſt frigiditatis.

Prognoſticum. Puer ille morietur, quia quatuor iam annos laborat, & præter obſtructionem, duritiem quoq; hepatis patitur : hepar in ſcirrhum incidit, & ego credo eum ſcirrhum habere, vt lapidem,ſed propter tumoris extenſionem non poteſt attingi: eſt ergo refrigeratio eſſentialiter in hepate,& eſt morbus, primò in temperatura per affluxũ, deinde in compoſitione, quia meatus obſtructi : & in figura, quia tumor præter debitam figuram,in quantitate:nam venter magnus,& in numero, quia ibi plurima aquoſitatis præternaturalis : operationes vitalis & naturalis læſæ. Vtrum autem in corde ſit febris? Non credo : calor tamen aliquis eſſe poteſt. Eſt enim pulſus paruus frequens, & inæqualis. Sunt autem tres cauſæ contentiuæ pulſus. Virtus mouens arteriam, inſtrumentum & neceſsitas, ſeu vſus euentationis. Vbi aliqua horum mutatur, mutantur & pulſus. In hoc paruus, quia virtus debilis non poteſt mouere frequens, quia multis ſupplet vicibus naturalibus, quod ſemen non poteſt, inæqualis, quia natura aggrauatur multa materia, cupit citò euentare,& defatigatur citò,& rurſus inſurgit, nõ aliter ac baiulus portans magnum onus, nunc currit, nunc paulatim it, & tremunt crura, nunc ſtat. Semper priuſquam ad opus accedetis,conſideretis vtrum poſsitis agere, & ſic poteritis prognoſticare, vel ſaltem ambiguitatis rationem dicere. An igitur poſsit curari, videndum eſt à cauſa efficiente,& materia, quia agens per hanc agit. Cauſa efficiens eſt calor innatus. Deinde materia,quæ debet expelli, eam neceſſe eſt proportionatam virtuti eſſe. Sed hîc ſuperat, nec eſt aliqua proportio, quia materia quotidie augetur,& virtus minuitur, ergo vereor ne moriatur. Nõ enim poteſt ſequi actio, vbi non eſt proportio efficientis & materiæ.

Curatio. Indicationes à natura rei ſumuntur. Hîc refrigeratũ eſt hepar. Sed cõtraria contrariis curantur, ergo calefiat. Item à materia corporea, .i. humorũ euacuatione. Incorporea intemperies alterationem indicat, hîc adeſt frigiditas cum materia:non igitur poſſumus alterare ſine expulſione. Eſt enim frigiditas per affluxum materiæ, & pendet ab humore. Ergo non incipiatis à frigiditate hepatis,ſed aperiatis obſtructiones,& expellatis materiam. Sed quia materia craſſa concoquenda eſt, vt ſeparetur bonum à malo, & quia concocta,non cruda mouenda. Si non eſſet tanta frigiditas, poſſent applicari calida in primo gradu,ſed hîc materia frigida atque rebellis admodum,ergo poteſtis dare calidum vſque ad ſecundum,vt bdelllium, myrrham, & alia, quæ concoquant materias craſſas & frigidas. Emplaſtra ex fœnugræco, anetho, ſtœchade, betonica, amara-

A co viridi,& decocta facere. Idem & in potu faciendum. Sed in principio non curetis nimium aperire,niſi factis euacuationibus aliquot, quia alias per venas diſtribuetis crudas materias,& facietis hypoſarcam. Euacuantia aquam duo ſunt præſtantiſsima, quibus Medici vtũtur : ſuccus iridis, quocunque modo detur, eius doſis ℨ.iij. vel iiij. Elaterium, cuius dãtur ſex vel octo ad ſummum grana, ſed quia excoriat, ego ſoleo admiſcere lac aſini, vel caprinum, vel vaccinum, vſque ad vn-
B cias quatuor. Sæpe etiam clyſteres dantur, qui per aluum educant materiam. Cibis vtatur exiccantibus,facilis concoctionis, auibus aſſatis cum cinnamomo,garyophyllis & macere, quæ calefaciunt. An à potu debeat abſtinere? Vbi eſt tympanites cum ariditate membrorum,oportet vt bibat : niſi enim nutriatur alimento humido, non habet diſtributionem alimenti, ergo cum humido oportet iuuare diſtributionem in membris aridis. Bibat igitur vinũ album,tenue, mediocre,
C non acidum,ſed bene maturum.

Consilivm CCLXIII.

De Hydropico laborante aſcite cum tympanite.

HABEMVS hominem qui fuit curſor, & prius incidit in anginam, quæ vexauit eum per quadraginta dies. Eſt valde prudens, vt mihi videtur, inter eius
D ordinis homines : quia audiuit vinum non conuenire, abſtinuit à vino per duos menſes. Quia verò ſitiit admodum, multum aquæ bibit,in quo nõ ſatis fuit prudens : & iam vndecimus eſt dies, ex quo incidit in tumefactionem pedum, & uentionem. Credit ſe melius habere, cùm non appareat tumor adeò magnus in pedibus : ſed deterius habet multò, quia materia aſcendit ad ventrem,& percipit ex motu velut flatuationẽ quandam, & videtur initium eſſe veræ tympaniæ, &
E aſcitæ : plerunque enim iunguntur iſta. Tympananiam non poſſum deprehendere ita manifeſtè hodie, vt heri ex ventris inflatione. Sed quibus ex cauſis oritur? Anaſarca fit, quoties intemperies eſt in venis & hepate, ſine aliquo alio inſignĩ nocumẽto: aſcites verò & tympanites fiũt,quando ſunt obſtructiones in hepate, meſaraicis, & ſplene, vt cibus non poſsit reddi per omnes partes. Et ſemper fiunt iſtæ duæ ſpecies cum obſtructionibus inſignibus. Vidi Venetiis religioſum
F quendam ordinem Prædicatorij in hoſpitali Sancti Ioannis & Pauli hydropicum ex aſcite & tympanite,qui fuit curatus. Adfuerunt mecum excellentiſsimi Medici plurimi, ſcilicet Papienſis, Eugubinus, Trincauella & alij. Habebat is, vt dixi, aſcitem cum tympanite, & tabem cum febre hectica: oportebat tum exiccare & humectare:quare eramus in maxima diſcordia. Ego volebam vt multum biberet,ſed quæ aperirent,quia habebat plurimas obſtructiones. Præterea vt humectare-
G tur, quia ad tabem peruenerat. Ordinabam ego ſyrupum acetoſum, cum omnibus quæ prouocant vrinam. Eugubinus nolebat quicquam eſſe bibendum,& narrabat de quodam hiſtoriam,qui

per ſicca fuit curatus. Papienſis, vt litem dirime-
ret,concluſit, neq; liberaliter neque omnino ni-
hil eſſe bibendum. Res extrahebatur vſque ad
noctem, deducebãt nobiles vnumquẽque medi-
cum ad ſuam cimbam. Ibi tum Papienſis, quod
antea diſsimulauerat, conuerſus ad magnificum
quẽdam, dixit, Si vultis curare hunc Dominum,
profectò non aliud erit faciendũ,quàm quod cõ-
ſuluit Baptiſta Montanus. Vidi repletum quen-
dam aqua inter cutem, qui non poterat ventrem
ſuſtinere,ſed faſcia ligatum continebat. Vidi aliũ
qui in ponte Riui alti eleemoſynam petebat,men
dicum hydropicum tantùm in brachio tumidũ:
is adeò diſtentam habebat manũ, vt facilè æqua-
ret manicas ad terram vſque demiſſas. Vidi etiam
puellam hydropicam in gutture tantum, vt tu-
mor longiſsimè dependeret,quam curaui per in-
ciſionem. Eſt ergo hydrops abſceſſus quidam,
qui in qualibet parte corporis accidere poteſt,
præcipuè tamen in abdomine. Quantò deterius
habent, tantò plus habent de aqua: & ſi melius,
plus de vẽto. Eſt igitur tympania minus malum
quàm aſcites, aſcites deterior tympania: tunc au-
tem peſsima, cùm putreſcit contenta aquoſitas.
In hoc autem noſtro eſt adhuc plus de vento quã
de aqua,nec adhuc facta eſt putredo. Accipit iam
ſyrupum acetoſum,diarrhodon ordinatum à Do
mino Hieronymo de Saxonia, quem non muta-
bimus, quia aperit & cõfortat:ſed loco aquarum
iubebimus fieri huiuſmodi decoctionem.

R. Chamædryos
Agrimoniæ
Cichoreæ ana M.j.

Coquantur in libris duabus aquæ ad conſum-
ptionẽ tertiæ partis: facta expreſsione diligenti,
ſeruetur decoctum pro quatuor ſyrupis, cum ſy-
rupo ordinato à Domino Hieronymo.Item acci-
piat ante ſyrupum pilulam infraſcriptam:

R. Specierum hieræ ſimpl.ʒ.s.
Fiat vna pillula.

Per agrimoniam intellige eupatoriũ antiquo-
rum, non argemonem: debemus enim nominib.
vti vſitatis, & habere intentionem rectam. Habe-
bit inde hæc iuuamenta: egeret ſingulis diebus,
aperiet, corroborabit ventriculum, concoquet
melius,& exiccabit aquam. Agrimonia, chamæ-
drys & cichorium habent etiam proprietatem ad
hepar: & quia materia multa continetur in vẽtri-
culo, ſingulis diebus accipiat vnam pillulam de
hiera. Quãdo ſepties, aut prout videritis, iſta ex-
hibueritis,poteritis alia maiora exhibere.Nũc ni-
hil exterius applicetur,ne materia attrahatur.Ac-
cipiat ſyrup. tantùm cũ pillula, quia iſta pillula
plurimum eduxit:vnde colligere poſſumus, eſſe
in concauo hepatis magnas obſtructiones, quæ
ventoſitatis cauſæ ſunt, & imbecillis coctionis.
Quare niſi iſtæ ablatæ fuerint cũ ventoſitatibus,
nunquã curabitur. Neceſſe igitur eſt, vt accipiat
hierã.Præterea volo fomẽtum ex abſinthio, cum
vino potẽti & aceto, ſine aqua,ordinare,quia vo-
lumus reſoluere:vt fomentetur vẽter cum ſpon-
gia bis vel ter,deinde linimentum adhibeatur.

R. Abſinthij M.ij.
Acetoſi fortiſsimi

A Vini optimi ana quantum ſufficit pro fo-
mentatione.

R. Pulueris cimini
Aniſi
Carui
Ameos ana ʒ.j.
Olei de coſto
Nardini ana ℥.j.

Cum cera fiat linimentum molle pro loco.

Tertio die abiit Montanus, & poſt octiduum
B rediit,ac prooœmij loco ſequentia nobis retulit.

CONSILIVM CCLXIIII.

*De eodem hydropico, in quo multa de ſero la-
ctis, & de viribus fumiterræ explicantur.*

IN ſene iſto hydropico videtur mihi ma-
lum auctum, quia intumuit vehemen-
ter, etiam facies magis eſt tumida, ſi re-
ctè animaduertetis. Cauſam audietis.
C Cura noſtra, ſi rectè meminiſtis, erat directa in
id vt calefaceremus, & exiccaremus hepar, quia
ex longo aquæ vſu, quam copioſiſsimè biberat
per ſex ferè menſes, nimium ſeſe refrigerauit: ob-
ſtructæ ergo viæ inter hepar & ventriculum me-
ſaraicæ, & facta eſt tympania flatum habẽs inter
peritonium & partes altas, quæ rarò, imò nun-
quã eſt ſine aqua. Eſt præterea vir circa quinqua-
ginta ſex vel ſexaginta annos. Eſt ergo morbus
frigidus. Exhibebamus ergo ſyrupos calefaciẽtes
D & aperientes, & ſingulis dieb. vnam pillulam de
hiera, vt calefaceremus, & paulatim educeremus.
Præterea fecimus magiſtrale linimentum ventri
& pedibus, & ita in hoc puncto reliquimus pa-
tientem, & abiuimus aliò vocati, credẽtes ita per-
ſeueraturum eum in medicamẽtis ordinatis. Sed
aliter factum inuenimus. Nam interim accepit
ſuccum fumiterræ, cum ſero lactis, & extrà vſus
eſt emplaſtro meliloti. Videamus quid iſta poſ-
ſint, an intentionibus noſtris ſatisfaciant. Se-
E rum lactis refrigerat & humectat, teſte Galeno
libro de Alimentorum, & Simplicium facultati-
bus. Quamuis Meſue dixerit habere vim calefa-
ciendi & exiccandi, ſed eam admodum leuem,
nec inſignem. Quare & ipſe vbi vult refrigerare
in humoribus aduſtis, exhibet ſerum lactis tan-
quam aquam, (non putemus Meſuen, virum
certè magnum, contradixiſſe Galeno) quæ ha-
bet frigiditatem, actu potius humiditatem quàm
potentia. Quare Galenus volens infrigidare, ac-
F cipit aquam frigidam in ſynochis & cauſonibus,
& iſta frigiditas poteſt remoueri facilè cum ali-
quo ſimplici: nam ſi addatur ſulphur, calamen-
thum & cætera, tunc calefacit magis: vtimur e-
nim aqua tanquam fundamento, materia, baſi &
ſubiecto aliorum calefacientium & refrigeran-
tium. Tale quid præciſè imaginatus eſt Meſue
de ſero lactis. Et ſine dubio per ſe & abſolutè
loquendo, voluit ſerum eſſe frigidum: ſed quia
à lacte vulgò ſeparatur cum coagulo, quod eſt
G calidum & ſiccum, facilè in ſe recipit iſtas quali-
tates, aut ſecundùm Dioſcoridem cum oxymel-
lite. Credidit ergo propter adiuncta, ſerum eſſe
calidum & ſiccum, non per ſe. Et ita eſt concor-
dandus

dandus Meſue cum Galeno,neque propterea eſt
mendacij arguendus, ſed propriè confuſus eſt di
cendus,quod proprium eſt Arabum:nam omnes
Arabes potius ſunt confuſi quàm mẽdaces, quia
procedunt confusè: aut quòd ea quæ bene intel-
gebant, non poterant exprimere, aut quòd malè
verſi & tranſlati ſint. Certè Meſue non debebat
abſolutè dicere ſerum eſſe calidum & ſiccum, ſed
diſtinguere, ſcilicet, ſerum præparatum ſecun-
dùm modum Dioſcoridis, aut etiam vt nos faci-
mus, eſſe aliqua ex parte calidum & ſiccum, licet
in ſe ſit frigidum & humidum. Sed ſi non vis con
ciliare ipſum hoc pacto,crede magis Galeno prin
cipi Medicorum, qui diſtinctè loquendo, apertè
ſerum frigidum eſſe ponit. Non ergo dandum
fuiſſet, vbi calefacere & exiccare oportebat. De
fumoterrę nullus certus eſt gradus à Galeno,ne-
que ab aliis expreſſus: vbi enim Galenus ſubti-
cet, ibi miris modis alij cæcutiunt & cõtendunt:
velut etiam de rhabarbaro, argento viuo, ferro:
methodum eorum non habent, quia deſtituun-
tur luce Galeni. Sed nos certum gradum dabi-
mus, vera methodo inquirentes. Guſtanti appa-
ret in fumoterræ amaritudo ſatis inſignis,hoc eſt,
ſupra mediocritatem, non tamẽ aloe & abſinthio
comparanda,& pręter ipſam nulla percipitur vis
aut aſtringendi, aut acrimoniæ. Ergo amarus eſt
cum aqueis partibus pluribus. Signum huius eſt,
quia aquoſitas eius videtur linguam humectare.
Præterea tantilla herbula plurimũ reddit ſuccũ,
& ſi tantum ſaluiæ,calamenthi aut abſinthij ſum-
pſeris, duplo ferè plus ex fumoterræ extrahes.
Ad hęc facilè exiccatur,& fit prorſus effœta,ſicca
ſicut fœnum:nec retinet ea ſuccũ,ſicut aliæ plan-
tæ,quia ſuccus eius eſt tenuis,ſubtilis:percipitur
igitur amaritudo cum inſipiditate. Senſus autem
magis percipit ſenſibilia intenſa quàm remiſſa:
ſed aquea cùm ſint inſipida, non mouent ſenſus.
Amaritudo autem eſt obiectum guſtus, ferè vt di
cit Ariſtoteles vellicans,quod ſumpſit à Platone.
Amaritudo eſt ex partibus terreſtrib. aduſtis, in-
ſipiditas ex frigiditate & humiditate. Et licet plus
adſit humiditatis & frigiditatis, tamen non ita
percipietur: non enim mouent ſenſum, niſi fri-
giditas valde intenſa fuerit. Scimus nunc eſſe par
tes diuerſas in fumoterræ,ſicut in coriãdro,quod
& calidum eſt & humidum. Ratione amaritudi-
nis fumusterræ eſt calidus & ſiccus, abſtergens
& aperiens, & hæc non poteſt ſecũndum gradũ
pertranſire: nam omnis amaritudo in caliditate
non pertranſit ſecundum gradum, quia per ve-
hementiſsimam aduſtionem fit acris ſapor. In a-
maris ſimplicibus partes igneæ potius exhala-
runt, & remanſerunt terreæ. Sic abſinthium eſt
calidum in primo gradu: ſuccus autem eius,quia
terreſtreitas eſt magis remota,eſt calidior. Ita aloe
non pertranſit ſecundum gradum. Si ergo abſin-
thium calidum eſt in ſecundo gradu, quid dice-
mus de fumoterræ, quia adiunctam habet pluri-
mam humiditatem? Certè vix attingit primum
gradum caliditatis. In paſsiuis autem eſt ferè tem
peratus, quia habet amaritudinem cum multa
humiditate tenui: quare valde abſtergit,& obſtru
ctionem liberat, & non calefacit: poteſt etiam

A refrigerare & humectare multa aquoſitate. Ideò
rectè dicitur abluere melancholicos humores, &
conferre ſuccis aduſtis, quod experientia in om-
nibus terris probauit: & certè experientiæ eſt plu
rimùm fidendum. Quòd ſi opiniones omnes vul
gi huius vrbis cõiungerentur, de fumoterræ, aut
re alia, optimus exurgeret Medicus. Quare egò
conſulo, vt quoties refrigerare, humectare & ab-
ſtergere volueris,ſumas fumumterrę:non autem
quando intentio occurrit calefaciendi & exiccan
B di. Malè ergo hactenus factum eſt cum ægroto
noſtro. Neq; emplaſtrum meliloti admodũ facit
ad propoſitum noſtrũ,quod in duritie confert,ſi-
cut etiam cerotum œſipi deſcriptione Philagrij,
vt habent luminaria. Sed in iſto volumus reſol-
uere, & etiã vnà corroborare, vt tonus membro-
rum maximè principaliũ conſeruetur. Nã quan-
do laxa ſunt reddita, non poſſunt bene conficere
alimentũ: ergo & illa remouebimus. Hæc proœ-
mij loco dicta ſint hac veſpera, quæ vobis valde
C vtilia eſſe iudico. Neq; verò me quiſquã iniquum
eſſe dixerit in alios Medicos, qui ea vobis propo-
no & declaro, quæ recta ſunt & artificioſa: nam
hæc eſſet magna malignitas, indigna bonis diſci-
plinis. Primùm omnia ſymptomata obſeruate cir
ca ægrũ, poſtea eadem diligenter audite, ſi vultis
proficere. Hydropicus quia habet tympaniam
cum aſcite, magis tamen tympanitem, eſt iam in
manifeſta declinatione: perſeuerabimus tamen
adhuc in noſtris intentionibus, quæ ſumebantur
D à veris indicationibus. Calefaciemus & exiccabi-
mus hepar, & obſtructiones auferemus, tumorẽ
etiã ex flatu & aqua reſoluemus & euacuabimus.
Quatuor ergo iſta faciemus. Ordinabimus autẽ
linimentum,non emplaſtrum, (ſumo autem em-
plaſtrum modo moderno: quod nos cerotũ vo-
camus, appellarunt emplaſtrum) quia emplaſtra
dum exiccantur, decidunt, & per lectum ſpar-
guntur, & ſunt ægris moleſta.

R. Olei de coſto ℥.j.
E Nardini ℥.j.s.
De abſinthio ℥.ij.
Maſtiches ʒ.ij.
Specierum diacimini ʒ.ij.

Cum modico ceræ fiat linimentum pro toto
ventre.

R Syrupi acetoſi,
De radicibus ℥.j.
De abſinthio ℥.s.

Detur manè ſine aquis: quia humida vt aqua,
F non cõueniunt, vbi habemus aquam & ventum:
atque vbi aperire volumus obſtructiones, in re-
gione ſtomachi & meſaraicis, oportet medicinã
ibi moram facere. In radice credo quòd fuerit ca-
lidæ & ſiccæ temperaturæ: ſicut etiam ex habitu
corporis apparet & colore, qui ex malo regimine
prouenit. Fuit enim curſor, & poſt magnam defa-
tigationem, vt fit in tabernis, vini plurimum hau-
ſit potentis, aut etiam craſsi. Collegit etiam mul-
tum aduſtionis, melancholici humoris, qui deſe-
G dit in crure: ſolet enim illa loca petere propter
grauitatẽ, vnde varices, & cacoythi vlcera fiunt.
Ex colore igitur, aſperitate ad tactum, & calore e-
tiam ibi apparet humor aduſtus, qui longè aliter

eſt tractandus, quàm ſuperiores illi affectus, qui calida & exiccantia requirunt. Nam cruribus in hac diſpoſitione conueniunt res abluentes & refrigerantes. Optimum igitur fuerit lauare pedes ſero lactis, in quo ſint res abſtergentes, vt fumus terræ: ſi verò ſumptibus parcăt, aqua hordei cum fumoterræ, foliis boraginis, & aliquanto furfuris.

R. Hordei p.iiij.
Fumi terræ,
Boraginis,
Endiuiæ ana M.ij.
Furfuris p.iiij.
Ebulorum M.v.

Bulliant in ſitulis duabus aquæ, ad conſumptionem medietatis.

CONSILIVM CCLXV.

De eodem hydropico tertia viſitatio.

CVRSOR peius nunc habet quàm antea vnquam, quia nihil eorum quæ præſcripſimus, fecit. Vrina eſt alba, liuida, non pallida: nam hæc eſſet ſatis bona, ſi pallida aut citrina: ſed plumbea aut cineritia, ſignificat frigiditatem, & extinctionem caloris naturalis. Luciditas & ſplendor vrinæ, aliorumq; quæ ſunt in corpore, fiunt à calore & ſpiritu. Ergo priuatio luciditatis indicat ſpirituũ priuationem. Hydrops eſt accidens, non ægritudo. Intemperies autem hepatis, & meſaraicarum obſtructio eſt ægritudo. Prouidimus ergo cum calefacientibus, aperientibus & abſtergentibus: ſed nihil eſt adhibitum. Morietur bonus ſenex, niſi adhibeatur ſumma diligentia. Poteſt cõmodè adhiberi in hoc caſu emplaſtrum diaphœnicon, meliloti, agrippæ. Sed quia aggrauant, & etiam exiccant, ſunt ægris moleſta. Linimentum igitur ordinauimus, quòd idem faciat. Semper eſt opera danda, vt non tantùm ſalutaria ordinemus remedia, quod ad morbum attinet, ſed etiam grata ægrotis: & quæ minimè ipſis ſint moleſta. Semper cùm vultis aperire, addatur amara, quia iſta cùm fundentur in materia craſſa & terreſtri, moram faciunt, & obſtructiones aperiunt: acria incidunt potius, & penetrant. Galenus fuit non dico ſimplex, ne putetis me Galenum reprehendere: ſed bonus vir: nimio quodã ſtudio voluit ſe conformare Dioſcoridi. Nã cùm ille in fumoterræ dixerit vim eſſe mouendi lachrymas, hic etiã præter methodi rationem dicit eam habere acrimoniam.

CONSILIVM CCLXVI.

An diuretica conueniant in præſeruatione affectus renum & veſicæ, pro magnifico & clariſſ. Marco Antonio Contareno Prætore Patauino, & equite aurato digniſſimo.

QVAERITVR an in præſeruatione ſanitatis magnifici & clariſsimi domini Marci Antonij Contareni conueniant diuretica. Et vt ſub vniuerſali paricularis rei veritas magis eluceſcat, non erit abſurdum vniuerſalem quæſtionem proponere; An in tempore

A ſanitatis, ad præſeruationem conueniant diuretica, iis qui renum veſicæque affectibus ſunt parati. Nã quòd cõueniant, videntur nobis perſuadere aliquot rationes & autoritates. Primò enim, quę vias aperiunt vrinarum, & abluunt materias impactas, & craſſas incidunt, ea maximè cõferre videntur ad talem præſeruationẽ: ſed diuretica cuiuſcunq; generis, hæc omnia maximè efficere poſſunt: ergo. Cõfirmatur, quia multitudo vrinæ procul dubio vtiliſsima eſt abſtergẽdo, abluendo B & incidendo, vt tam renes quàm veſica puriſsima remaneant: ad vrinæ multitudinem generandam nihil efficacius diureticis: ergo. Præterea Paulus in 3. lib. cap. 45. præſeruandis à calculo, diuretica exhibenda iubet cũ oxymelite: idemq; omnino aſſerit Auic. lib. 3. Fen. 18. tractatu ſecundo, cap. 18. Pæterea autor ille qui de renum affect. ſcripſit, in præſeruando renes à paſsionibus, vtitur vino albo tenui, & cibis attenuantibus, quæ omnia ſunt diuretica. Ergo diuretica videntur C conuenire in præſeruatione ſanitatis. In oppoſitum, quòd minimè conueniant, arguitur ſic: In cõſeruanda ſanitate renum & veſicę, ſummopere cauendum eſt ne materia trahatur ad loca infirma, ſed potius aperiatur: à diureticis autẽ trahuntur materiæ, ergo diuretica non conueniunt. Neque obſtat quod alioqui dicant, trahi quidem materias, ſed eaſdem quoque educi. Nam præterquam quòd non conueniat euacuare, & materias attrahere per loca infirma, eſt & aliud incongruũ, D quòd non in longo tranſitu & mora, multæ materiæ fæculentæ aliquid ſemper reſidet, impingiturque parietibus tum renum, tum veſicæ, quæ ſucceſsiuè ad maximam molem perueniunt, vt in matulis videre licet. Præterea in quolibet membro euacuando, intentio perpetua Medici eſt, vt illud corroboret, augeatque vim, quam Galenus tonũ appellat: quæ vis ſeu tonus ſecundùm magis & minus omnibus membris eſt neceſſaria, vt reſiſtat extrinſecis, & proprias vires conſeruet. Id E autem fit rebus mediocriter aſtringentibus. Ergo à diureticis cauere debemus, quæ omnia quatenus diuretica ſunt, vim habent aperiendi & attenuandi, non aſtringendi. Præterea manifeſtum eſt, renes & veſicam, vbi ſemel aut bis afficiuntur, vt plurimum imbecilliores reddi, & preparari ad nocumenta facilè ſuſcipienda. Quod inde appareret, quòd qui ſemel aut bis calculum, vel retentionem aut difficultatem vrinæ perpeſsi ſunt, vix poſſunt omni conatu præcauere, quin toto vitæ F curriculo non ſubiiciantur iiſdem. Certũ autem eſt, quòd ad loca imbecilliora in humano corpore ſemper propelluntur, decumbuntq; excrementa totius, vt Galenus 3. de Natural. facultatib. dicit. Igitur nõ ſunt aperiendi renes aut veſica, alioqui debiles in tẽpore ſuæ ſanitatis: aut præparandi ad excremẽta ſuſcipienda: ſed potius corroborandi, & aſtringẽdi, ne facilè recipiant niſi ſeroſitatem tantũ, quantum naturaliter attrahũt. Præ-G terea autor de renũ affect. in præſeruatione ſanitatis, auertẽdos eſſe humores corporis aſſerit, per aluum præcipuè: vt ſcilicet (vt ipſe ait) vrinæ clariores purioresque reddantur. Præterea Nicolus vir doctiſsimus, ſermone 5. tractatu 9. deteſtatur in tali

in tali prçſeruatione diureticorum vſum: cùm aſſerit ea renes debilitare, & ad ſuperfluitates totius corporis ſuſcipiendas diſponere, & renes tanquam lacunam efficere. Vnde concipe (inquit) errorem communiter practicantium, & aſsiduo vtentium eis. Arculanus etiam in 9. ad Almanſorem, cap. de ardore vrinæ, cùm cognouiſſet diureticorum vſum ſummoperè nocere, experientia & ratione ductus, neſciretq́; quomodo Raſis & Auicennæ autoritatem ſaluaret aliter, non malè diſtinxit diuretica, aſſerens leuioribus quidem nos interdum vti poſſe, à fortioribus tamen cauendum. Ex iis igitur apparẽtibus rationibus in vtranq; partem, oritur ambiguitas, quid magis credendum ſit. Sed profectò viros doctos, & in medica arte eruditos, qui ſcire potius quàm altercari ſtudẽt, ne ſint tales, quales Petrarcha deſcripſit: *Non di ſaper, ma di contender vaghi*, id eſt, non quæritur ſapientia, ſed contentio, nulla impedit dubitatio: facilè enim diſcernunt, quo tempore & quibus competant, & quando prohibere debeant. Ad ſophiſticas igitur moleſtias euitandas, diſtinguemus quæ ad rem pertinent, vt clara ſingularum rerũ habeatur cognitio, quæ ad rectum vſum accommodetur. Primò ergo ſciendũ, diuretica cõmuniori ſignificatu ſumi poſſe pro quibuſcunque, quæ quocunque modo vrinæ copiã efficere poſſunt: & ſic omnia aquea, aut liquida, quæ tenuis ſubſtantiæ ſunt, diuretica appellant, interq́; vinum præcipuè album, tenue, & pauci ferum eſt. Habent enim à tenui ſubſtantia, quòd facilè penetrent ad vaſa vrinaria: habẽt ab aquoſitate multa, & pauco ſucco ad alimentum idoneo, quò copiam vrinæ faciant: nam & facilè iiſdẽ de cauſis ſeparantur à natura, & ad renes attrahuntur. Sub hoc etiam ſignificatu communi includuntur, quæcunque cum tenuitate ſubſtantiç abſtergunt, & penetrant: hæc enim iis qualitatibus vias aperiunt, craſsioresq́; humores modicè attenuant, & viſcidos abſtergunt, quæ omnia vrinæ copiam poterant intercipere. Et ſic ſemina melonum, gramen, adianton, hordeum diuretica appellãtur. Alio modo propriè ſumũtur diuretica pro iis, quæ vim habent ſeparãdi ſeroſitatem admiſtam ſanguini, colliquando, incidendo, diſtinguendo, quæ omnia munera ſunt caloris. Et hæc ſunt neceſſariò tenuis admodũ ſubſtantiæ, calida & ſicca in tertio, ſicut ſeſeli, daucus, aniſum, fœniculum, petroſelini ſemen: & de iis expreſsè intellexit Galenus, non de aliis diureticis agens, 5. de Simplicibus medicamentis, capite 12. Sciendum ſecundò, renes & veſicam diſponi ad facilè ſuſcipiendos affectus: vel vitio eſſentialiter in ipſis exiſtente, vt mala complexione frigida, ex cõtraria vt calida, aut aliqua ex aliis octo, cum materia vel ſine materia vel mala compoſitione, vt nimia viarũ latitudine, aut anguſtia, aut obſtructione impactorum humorum, aut abſceſſu, aut ſcirrho, aut huiuſmodi: vel vbi aliunde vitiũ emanarit, vt ſi in toto ſanguine plurimus fuerit ſuccus deprauatus bilis, vel pituitæ, vel alterius cuiuſpiã humoris, vel à capite diſtillatio emanauerit, vel aliquid tale. Tertiò ſciendum eſſe aliud conſeruationem ſanitatis, aliud præſeruationẽ. Conſeruatio enim

A eſt, vbi remotis omnibus impedimẽtis corporis,
tam complexionis, quàm compoſitionis, & cõti-
nuitatis, totum ſtudium noſtrum eſt conſeruare
quòd acquiſiuimus, quod quidem fit cum iis quç
cuſtodiunt proprium calorẽ membri, propriam
temperaturam, compoſitionem, continuitatem,
& tonum. Præſeruatio verò à timore vel cautela
non ſeparatur: videt enim ſemper aliquid immi-
nens, proximumq́ue periculum, quæ adhuc du-
plex eſt: vel enim illud periculum iam actu in cor
B pore eſt, vel iam proximum eſt vt adſit. Primo mo
do, vel ibi eſt aliqua ex malis temperamentis, vel
compoſitionibus, quæ actu quidem non faciunt
ægritudinem, ſed facturæ ſunt. Secundo modo,
quando non adſunt quidem adhuc iſta, ſed iam
præceps corpus eſt, vt in aliquid eorum labatur.
His igitur ita prçnotatis dicimus, in conſeruatio-
ne ſanitatis illius qui in morbos renum, vel veſi-
cæ incidere conſuetus eſt, nullo modo conuenire
diuretica, ſiue propriè dicta, ſiue impropriè, niſi
C fortè quatenus alterant, & alterando corroborãt:
vt, exempli gratia, ſi quis eſſet frigidiorũ renum,
vel veſicæ, conuenirent illi diuretica propriè di-
cta, non quatenus vrinam prouocant, ſed quate-
nus calefaciunt: ſi verò haberet renes calidos,
conuenirent illi diuretica frigida, vt ſemina me-
lonum, cucurbitæ, quoniam alterarent ſua frigi-
ditate contrariam temperaturam, nec malè talia
alterantia eligemus diuretica, quoniã promptius
& facilius ad eas partes deferuntur. Vnde & Ga-
D lenus decimo κατὰ τόπους capite primo, admiſceri
iubet diuretica lenitiuis & emplaſticis, non quia
vt diuretica conueniant, ſed vt cõducant reliqua,
&c. Si verò ratione temperaturç aggregentur
humores craſsi & viſcidi, aut vias anguſtas ha-
berent, conuenirent inter reliqua attenuantia
diuretica cõmuniter dicta liquida, & tenuis ſub-
ſtantiæ, modicè calida, quale eſt vinum album: &
non etiam hoc quatenus diureticum, ſed quate-
nus alimentum tenue præbet, & facilè per vias
E anguſtas penetrat. In præſeruatione verò ſanita-
tis vel eſt præſeruatio primo modo dicta, videli-
cet quando aliquid in corpore eſt præter naturã,
non quidem faciens ægritudinem, ſed iam factu-
rum: & tunc vel illud eſt in renib. & veſica eſſen-
tialiter, vt in ſecundo notato patuit, vel in alia par
te corporis. Si in renibus & veſica, vel erit mala
complexio cum materia, vel ſine materia. Si ſine
materia, erit alteranda per oppoſitas qualitates,
vt frigida cum calidis, calida cum frigidis, & ſic de
F ſingulis: & tunc per accidens poterunt conueni-
re diuretica, vt in præcedenti capite dictum eſt. Si
verò fuerit cũ materia, & illa materia erit calida, &
ita conuenient diuretica frigida communiter di-
cta, vt ſemina frigida nota. Si verò fuerit materia
frigida, præſertim craſſa aut viſcoſa, tunc maximè
conueniunt diuretica propriè dicta, non tamen
ſemper, & quocunque modo, ſed vbi prius totũ
corpus purgatum fuerit, ſi in corpore fuerit ſu-
ſpicio multitudinis eiuſdem humoris. Diureti-
G ca enim in hoc caſu non tantùm præparant hu-
mores, ſed etiam euacuant, vt teſtatur Galenus in
primo ſexti Epid. Si verò fuerit vitium in compo
ſitione, vel viæ erunt nimis latæ, tũc ſic nullo mo-

do competerent diuretica,ſed potius adſtringen A
tia. Si verò viæ fuerint aſtrictæ, in hoc etiam caſu
nullo modo cōpetunt diuretica abſolutè, ſed per
accidens , vt quæ generant tenues humores , vel
craſſos incidūt : tale enim corpus humoribus in-
diget tenuibus, & bene concoctis, aliter renes fa-
cilè obſtruuntur. Si verò fuerint obſtructiones
viarum , certum eſt eas indigere aperientibus &
incidentibus , & quoniam talia ſunt pleraq; diu-
retica,ideo hoc nomine conueniunt diuretica. At
ſi renes & veſica nullo vitio laborent,ſed propter B
humorū multitudinē,& nimiá potentiá mēbro-
rū expellentiū materias ad eas partes præcipitan
tium, nullo modo in eis cōueniunt diuretica,ne-
que per ſe, neq; per accidens : imò potius vtendū
erit auertentibus,& purgantibus,vel per ventrē,
vel per vomitum , vel per ſudorem, aut vias alias
magis paratas. Si verò præſeruatio ſumatur ſecū-
do modo,quando ſcillicet nullum vitium in cor-
pore fuerit actu , corpus tamen ita ſe habeat , vel
paratum ſit ad lapſum,vel vt priuatim ipſa veſica C
& renes ex qualibet leui occaſione incidere poſ-
ſint in huiuſmodi affectus, tunc neq; in hoc caſu
vllo pacto diuretica debēt admitti,quatenus diu-
retica ſunt , niſi ratione alicuius qualitatis , quæ
membrum corroborare poſsit , vt in præcedenti
capite diximus. His igitur ita vniuerſaliter diſtin-
ctis pro caſu magnifici & clariſs. Prætoris,ſuppo-
no illum eſſe ſubiectum retentioni vrinæ,quæ fit
propter craſſos & viſcoſos humores collum veſi-
cæ obſtruentes, & impedientes tranſitum vrinæ, D
vt nos ita nunc experimento probauimus. Sup-
ponimus ſecundò iſtum clariſsimum & magnifi-
cum virum habere ſui morbi puriſsima & longiſ-
ſima interualla. puriſsima, quoniam in tempore
ſuæ ſanitatis liberè admodum & copiosè mingit,
vt ego notaui dum mingentem obſeruarem: po-
tius vt dubitādum ſit, ne vias nimis latas habeat,
ratione quarum facilè incidat aggregata in cor-
pore materia viſcoſa in huiuſmodi affectū , dum
ſcilicet ea materia facilè ad vias veſicę prolabitur, E
neque habet aliquid aliud accidens interim affli-
gens ſiue ardoris,ſiue difficultatis vrinæ. Suppo-
no tertiò ſuam Mag. non ita exquiſitè viuere: ſed
licet non ingurgitet ſe ſicut heluo,viuit tamē nul
lum genus cibi aſpernans , & nullum habens vi-
norum delectum . Quibus ita ſuppoſitis dico ex
ſuperius probatis,quòd ſi iſte clariſs. vir actu iam
ægrotauerit propter præſentiam materiei , vel ſi
non ægrotabit,percipiatur autem ex ſignis mani-
feſtis habere illum in viis vrinæ aut veſicę humo- F
res craſſos & viſcoſos , qui proximè iam facturi
ſunt accidens , expediet illi in hoc caſu, euacuato
prius toto corpore & præſertim ventriculo & in-
teſtinis,vt per diuretica præparet,& euacuet illas
materias in renibus & veſica contentas. Vtrunq;
enim ex diureticis fieri poteſt , vt diximus ex pri-
mo 6. Epid. & conuenientiſsimè euacuabimus
per vrinam, quæ in veſica & renibus ſunt, vt ter-
tio Artis paruæ,cap. de cauſis præſeruantibus. Si
verò nihil quidem humoris in illis partibus ha- G
buerit,ſed in toto corpore ſint,& continuò aggre
gentur,maximè cauebimus à quocunque diure-
ticorū genere. Si verò corpus omnino mundum

fuerit huius clariſsimi viri , neq; alia re indigere-
mus niſi pura cōſeruatione,dico nullum prorſus
conuenire illi diureticum,quatenus diureticum:
dico quatenus diureticum, nam ego ſæpe admo-
nui ſuam magnificentiam , vt quammaximè eui-
taret quæcunq; craſſos humores generát:ac pro-
pterea inter cætera laudaui vinum tenue , pauci-
ferum, non quia vinum eſſet vrinam prouocatu-
rum:ſed quia facilè cōcoqueretur,diſtribueretur,
tenueq; alimentum generaret, imò & craſſos hu-
mores attenuaret , quod in hoc clariſs. viro ma-
ximè quærimus. In vſu verò ſanitatis ſuſpectū ha
beo ſummoperè vinum album : nam plus æquo
penetrat ad vrinæ meatus , & ſecum excrementa
deducit. Tutius eſt ergo vinū tenue quidem,ſed
ſubrubrum:habet enim quod attenuet,& humo-
res minimè craſſos generet:ſed non quòd ita vri-
nas prouocet,& aperiat. Tota ergo vis in præſer-
uando clariſsimum virum eſt , vt humores craſsi
minimè generentur,& ſi generati fuerint,per om
nes potius vias educamus quàm per vrinas , per
ventrem ſcilicet,& per vomitum,& per ſudorem:
facilè enim per ſudorem eſt euacuare, ſi congruè
exerceatur, vt bene notauit,& optimè declaranit
autor de renum affectibus,in capite de pręſerua-
tione. Si verò artificio cōcoquendæ ſint materiæ
craſſæ, vtatur oxymelite, & omnibus incidentib.
& abſtergentibus , quæ minimè excedant in vri-
næ prouocatione. Quantò enim minus erūt diu-
retica, proculdubio tantò magis cōferent,niſi for
tè,vt diximus,iam materiæ ad illas vias decubue-
rint:tunc enim poſtea diureticis educentur. Atq;
iis declaratis iam apparet , quid ad argumenta in
oppoſitum reſpondendum. Ad primum , in quo
aſſumitur, diuretica aperire vias vrinæ,& incide-
re,& abluere concedo:& propterea etiam conue-
nire , vbi ſcilicet materiæ fuerint in illis partibus
cuiuſcunque generis, vt arenulæ, calculi,pituita,
ſanguinis grumus,aut tale aliquid. Ad autoritatē
Pauli & Auicennæ , & aliorum quorumcunque,
fatemur bene exhiberi , & in præſeruatione con-
uenire , vbi ſcilicet aliquid reſidui materiæ fuerit
in renibus & veſica , ſicut ibi facit Paulus & Aui-
cenna : educto enim calculo iubent diuretica per
aliquot dies pro præſeruatione exhiberi , vt are-
nulæ,& pituita,quæ vt plurimùm relinquuntur,
excerni poſsint. Et propterea Paulus quidem iu-
bet dari oxymel cum leui diuretico,quale eſt gra-
men,aut adianton. Leue dicit , quoniam timet
cum fortibus , ne nouæ materiæ præcipitentur:
dat tamen leue , vt oxymel facilius deducatur ad
abſtergendum & incidendum, ita vt videatur vti
diureticis potius per accidens,quàm per ſe. Aui-
cenna verò præcipit per vices vtendum diureti-
cis , ita vt paucis aliquot diebus vtamur diureti-
cis leuibus,vt ſcilicet præparemus leuiter humo-
res ibi exiſtentes ad exitum , nec nouos attraha-
mus : poſtea ſemel tantùm vno impetu cum diu-
retico forti iam præparatos excutiamus. Vbi ex-
preſsè declarat Auicenna , quantum timeat lon-
gum vſum diureticorum , niſi quando materiæ
actu in renibus ſunt. Ad autorem de renum affe-
ctibus , dicimus vinum album pauciferum exhi-
beri, ne humores craſsi , & ne bilis etiam genere-
tur,

tur, quæ ſunt materia calculi. A vino autem craſſo & nigro, vtcunque fieri poteſt, abſtinendum.

CONSILIVM CCLXVII.

De præſeruatione à calculo & podagra, pro illuſtriſſimo ac reuerendiſſimo Cardinali Petro Bembo.

QVONIAM arenæ quę in vrinis ſubſiſtunt, calculum fieri vel in renibus, vel in veſica indicant, vt 4. Aphor. Galenus teſtatur, dolor autem affectum diſtinguit, vt ſecundo de Locis affectis oſtenditur: certum eſt perſeuerante dolore in renibus ac ſimul arenulis in vrina ſubſiſtentibus, renes ipſos à calculi ſuſpicione minimè liberandos. Ergo reuerédiſsimus Dominus meus, cui omnia debeo, cũ in hoc ipſo diſcrimine ſit, ſumma ope adiuuandus eſt, ne incidat in deterius: quod ſpero facillimũ fore, tum quia ſua dominatio prudentiſsima, & tuendæ ſanitatis ſtudioſiſsima ſemper fuit, ac præceptis exquiſitiſsimè parens quæ ſaluti profutura cognouerit, tũ quia me plurimũ amat, mihiq; conſulenti maximè confidit: quod quantum momenti afferat, vt medici remedia proficiant, indicat Auicéna 6. Natur. qui fiduciam ægri, quam de medico cócipit, & arti & conſilio, & omnibus medicinæ inſtrumentis præferendam opinatur. Circa præſeruationem igitur totũ conſilium vertemus, non enim iam factum, ſed futurum incommodum curamus, atq; ita rem moderabimur, vt rationem quoq; podagræ habeamus: nam audimus ſuam Dominationem in eam proximè incidiſſe. Alioqui duo iſti affectus, renum (inquam) calculus, & podagra, talé inter ſe conſenſum perpetuò ſeruant, vt peritus medicus, dum alterum curat, non minori ſtudio debeat alterũ curare, ita eueniet vt cũ duobus ſimul ſit dimicandum. Proponemus ergo duo inſtrumenta præſenti negocio maximè neceſſaria, alterum in ratione victus, alterum in medicamentorũ quorundam auxilio conſiſtens. Quantum ad rationem victus attinet, primò D. S. quam maximè fieri poterit, omné aeris exceſſum euitabit, frigus, inquam, ſolis ardorem, ventos præcipuè meridionales, & ex oppoſito ſeptem, pluuias, nebulas, & reliqua huiuſmodi, quę cœli temperiẽ ad modicos flatus trahunt. Propterea & cubicula, porticus, ſtationesque eligat temperatas, atque ab huiuſmodi prorſus incommodis muniet caput, & capitis operimenta ita moderabitur, vt neq; aggrauari caput, neque refrigerari ſentiat. Catharros enim & deſtillationes ſummoperè cauere debet, tanquam quæ ad calculos generandos non paruam afferant occaſioné. Reliquas etiam corporis partes indumentis, ſiue noctu ſiue interdiu, talibus muniet, quæ nec nimis calefaciát, nec parùm à frigoris iniuria tueantur: renesq; pręcipuè tueri debebit, vt nullo qualitatis exceſſu laborent. Omnino enim huius affectus proprium eſt, vt pariter tam ab immoderato frigore, quàm calore excitetur: ergo vtrunque vitare oportet. Exercitiis vtetur temperatis, videlicet vſque ad anhelitus mutationem, cauebitque pręcipuè à pomeridianis. Horum commo-

A diſsimum tempus erit matutinis horis, vbi prius corpus rectè fuerit procuratum, alui vrinæ, ſcreatusque eductionibus, capitis cõgruis pectinationibus, faciei manusque lotionibus. Ab exercitio quieſcat: nec citius ad prandiũ accedat, quàm anima ſpirituq; exquiſitè ſedato, & calore ad priſtinum gradum remiſſo. Animi verò moleſtias, ſed præcipuè iracundiam & mœſtitiam tanquam peſtes euitet: inde enim & coctiones deteriores fiunt, & feruor ſanguinis præter naturam augetur: nam in mœſtitia quoq; interius augetur, niſi

B cùm immodica fuerit & diutiſsimè perſeuerans. Ab his autẽ cauſis calculi potiſsimè generantur, ſi corpora fuerint præparata, vt perito medico facilè patet. Studebit etiã diligéter, ne poſt cœnam prius cubitum accedat, quàm duæ horæ exceſſerint: nec ſupinus omnino cubabit. Somni tépus ſeptem horas non excedere optauerit, niſi fortè longa conſuetudo ſecus faciendum perſuadeat. Manè circa ſolis ortum ſurgere enitetur: ſi tamen

C ea hora dormire cõſueuerit, ſaltem moderabitur eniteturq; vt quàm breuiſsimus ſomnus ſit: tunc quę magis laudarem, vt ſedens potius dormiret, quàm decũbens. Poſtea D. S. exquiſitiſsimè procurabit, & huic etiam præſidio tanquam ſaluberrimo maximè fidet, vt ſingulis dieb. ſemel tãtùm aluus commodè ducatur. Et ſi fortè vomere conſueuiſſet, aut certè facilè ad vomẽdum accederet, laudarem ſummoperè vt ſingulis menſibus euomeret: inde enim & euacuaretur corp⁹, & humor

D auerteretur. Præterea ad cibum nõ accedat D. S. cruditate exiſtente in ventriculo, ſed expectabit ſenſum appetitus manifeſtũ: & in ipſo comedendi initio ſemper aliquod iuſculum, vel liquidum aſſumet edulium, deindè ad ſolidiora vertetur, ita tamen vt nec varia, nec multa offerantur. A varietate cauebit, verbi gratiâ, carnes cum piſcibus admiſcere, aut cum vtroque fructus, aut lacticinia: nec minus oua piſcibus malè adhærẽt. In ſtomacho diuerſarum naturarum cibi admiſcendi non

E ſunt, & præcipuè ſi qui facilè putreſcunt, ſolidioribus ſuccedant, vt lac aut fructus horarij carnib. Vitabit etiam cibaria ex diuerſis generibus confecta, ſicut eſt omne placẽtarum genus, quod vulgò tortos & offiolos appellant, frixis præcipuè abſtinebit: ſunt enim inquinata potius, quàm cocta. Hæc autem omnia licet ad reliquum vſum ſanitatis maximè euitare cõueniat, præcipuè tamẽ ad præſeruationem à calculo, in quo cruditates omnes prorſus ſunt fugiẽdæ. Cibo aſſumpto, ſen-

F ſim quidem deambulet, vt facilius ad ventriculi fundum deſcendant, à valido tamen exercitio & equitatu cauebit. E ferculis comedet ptiſanã hordeaceã, far, oryzam cũ lacte amyg. & zuc. ac modico cinnamomo. Iuſculum paretur cum petroſelino, & omphacino liquore, quem vulgò agreſtam vocãt: rarò boraginẽ, betam & fœniculum comedat: nonnunquã tamẽ cucurbitam, ac caules hyemis tẽpore non omnino vituperamus. Pro acetariis vtetur cappara, cichorio, lactuca, boragine, endiuia, aſparago etiã & pauci ſpecie, quã carotam

G appellant, pręcipuè corpore puro exiſtẽte. Quòd ſi ſaltem ſibi viuendi rationem præſcribet, multũ illi auxilij allatura eſt. E fructibus horariis an-

te cibum interdum aſſumet, ſed parcè, pruna be- (A) ne matura, præcocia, armeniaca, perſica: magis ta mẽ melopepones & optimas ficus eligimus, omnia tamen parcè ſumẽda, ſunt enim potius humectando & refrigerando corpori, & aluo leniendæ, quàm pro nutritione expetẽda. Ex autumnalib. verò poſt cibum comedet pyrum decoctũ vel cotoneum cum zuccharo, tamen neque admiſcebit aniſum, vel fœniculum, vt nonnulli perperam faciunt. Carnes comedat, ex agreſtibus lepores, ſi iuniores fuerint: ſin ſecus, omittẽdi: idemque de (B) ceruis aſſerimus. Nec omnino malum pronunciamus, ſi quandoq; apri modicũ ingeſſerit, eſt enim optimi alimenti, & ſi modo parcè ſumatur, nõ ita difficulter concoquitur. Aues item comedet, quales perdices, frácolini, phaſiani, turtures, turdi, & reliqua id genus montana omnia, nam notiſsimũ eſt ab omnibus paluſtribus abſtinendum. Ex domeſticis verò animalibus, hœdi annales, caſtrati, vituli lactentes, pulli gallinacei & columborum: à reliquis abſtinebit, preſertim à carne bubula. In (C) vino autem eligendo, non modicum ſtudium adhiberi oportet: habet enim vinum præ cæteris alimentis quòd corpus humanum maximè afficiat & mutet, tũ quòd citiſsimè & plurimùm nutriat, tum quòd copiosè ingeratur, tum quòd ſit eius vſus aſsiduus, quæ pane excepto, nulli præterea alimento cõtingunt. Vinum igitur eligetur quod quàm maximè fieri poteſt, nullũ qualitatũ exceſſum habeat: neque enim nouum eſſe debet, neque peruetuſtum, ſed medium: nec album, nec (D) atrum, ſed ſubrubrum: nec potens, neque adeò pauciferum vt vẽtriculo noceat, ſed moderatum. Duo tamen ſuprema in vino deſideramus, vnum vt quàm tenuiſsimum limpidiſsimũque ſit, atq; permaturũ, nullius aciditatis vel dulcedinis particeps, ſed eum maximè ſaporem præ ſe ferat, quem vinoſum vocant: talia ego ſæpe bibi Romæ Salernitana. Hæc ſunt quæ circa omnem victus rationem optauerim Dominum meum ſemper obſeruandiſsimum obſeruare, qua obſerua- (E) tione ſpero aſſecuturum, vt nõ tantùm à calculo, & moleſta podagra præſeruetur, ſed à reliquis quoque innumeris morbis diutiſsimè immunis perſiſtat. Quantum verò attinet ad medicamenta, ea quidem pauca admodum & leuiſsima proponemus. Si enim talem viuendi rationem ſibi conſtituerit, quale præſcripſimus, non erunt medicamentorum auxilia multùm neceſſaria. Quia tamen non ſemper lineam ita exquiſitè attingere poſſumus (homines enim ſumus) propte- (F) rea laudo, præcipuè ſi fuerit aſſuetus, vt bis in anno, principio (inquam) Veris & medio Autumno, ſcilicet menſe Octobri, ſuauiter purgetur, vt nobilia & delicata corpora ſolent. Deinde toto anno rhabarbari vſum familiarem ſibi proponat, ità vt ſaltem ter in menſe aſſumat ex eo, quantum ſunt duo ſcrupuli vel integra drachma, ſiue mandendo & deglutiendo abſque alterius rei commiſtione, ſiue permiſcendo vel cum zuccharo roſato, vel cum paſſulis, prout Dominationi ſuæ com- (G) modius eſſe videbitur. Studebit autẽ vt habeat myrobalanos chebulos optimè conditos, qui ex Alexandria deferuntur, quorum vnum manè tribus horis ante prandium aſſumet: eſt enim optimum & ſingulare remedium non tantùm ſtomacho, & membris omnibus naturalibus corroborandis, inter quos renes connumerantur, ſed cerebro quoque, vt etiam ſenſus omnes tam interiores exacuat, ac præterea guſtui ſatis iucundum ſit, & humanæ naturæ familiariſsimum.

CONSILIVM CCLXVIII.

De præſeruatione à calculo & podagra pro illuſtriſsimo & reuerendiſsimo Cardinali, Petro Bembo.

Ex Italico latinum factum per Hyeronymum Donzellinum.

QVAMPRIMVM R.D.V. literas mihi profectò quã gratiſsimas, accepi ac legi, magnam mihi oblatam eſſe occaſionem ſenſi, qua eius ſumma tum humanitate, tũ benignitate reuera frui poſſem: non eam tamẽ quam ego tum primùm cognoſcerem ac admirarer, illam enim iam diu antea & cognóueram, & multis etiam modis eram expertus, atque ideo in animo mihi ſolidè inhærebat. Nec verò cuiquam mirum videri debet, ſi in viro nobiliſſimis natalibus prædito, & quem natura atq; ars certatim omni virtute ac probatiſsimis moribus locupletârunt, omnia humanitatis lumina ſplendeant, & ſi quo magis illum fortuna in cœlum vehit, eò ipſe ſe tũ magis benignum, tum erga omnes affabilem præbeat: cùm eorum longè diuerſa ſit ratio, qui tam præclaris naturæ atque animi dotibus deſtituũtur: illi enim & inſolentiores, & omnium contemptores eſſe ſolent. Quam itaque mihi ſuæ erga me & beneuolentiæ & beneficentiæ ſignificationem candidè admodum declarauit, eam ſumma animi alacritate amplector, & ingentis theſauri loco mihi conſeruabo. Deum profectò optimum maximum precor, eam mihi det occaſionẽ, vt ego vnà cum reliquis omnibus qui erga ampliſsima R. D. V. nomen præclarè admodum ſunt affecti, & benignitate & liberalitate candidiſsimi eius animi, frui aliquãdo poſsim. Vxor mea non ſine manuum oſculo, reuerenter illam ſalutat. Mei verò liberi eam in gratiam adoleſcũt, vt illi aliquando obſequantur & ſeruiant. Quòd verò ad meam qualemcunq; conſultationem attinet, ea fuit à me deſcripta pro ratione earum rerum, quæ tum mihi fuerunt exploratæ. Cùm autem V.R.D. omnia quæ ad affectus ſuos pertinẽt diſtinctè ac explicatè iam ſcripſerit, neque hactenus aut calculum, aut eius principium adeſſe ſuſpicemur, ſed ſolam renum imbecillitatem, & forte etiam eorum meatuũ nimiam amplitudinem: cùm etiam podagra nunc primùm cœperit infeſtare, quæ tamen admodum ſera eſt ac imbecillis: propterea pro exacta noticia & curatione horum ſymptomatum intelligere oportet, ſenilis ætatis hæc eſſe incommoda, quæ neceſſariò illam conſequantur. Membra enim omnia nõ ex morbis, ſed ipſo naturæ curriculo imbecillia redduntur, hæc quidem magis, hæc verò minus, prout in ipſis naturę primordiis magis aut minus validam ſortita

ſunt

ſunt conſtitutioně, aut prout vnuſquiſq; in ſuis A actionibus alterum altero grauius afflixit, fatigauit, aut nimio labore exhauſit. Omnia igitur ſenū membra ipſo naturæ curſu ſunt imbecillia. Quibus autě accidit ob dictam iam rationě, reliquis corpus habere imbecillius, hi deſtillationibus, vertigini, lippitudini, ſurditati ſunt obnoxij: ſæpe etiam ſenſibus deſtituuntur, aut aliis huiuſmodi morbis infeſtantur. Aliqui ex pectore magis laborant, quibus etiam tuſſes accidunt incurabiles: aliis verò aſthmata aut raucedines. Aliqui autem B in ventriculo, renibus, veſica, aut articulis conflictantur, quibus ſingulis morbi accidunt peculiares, vt nauſeę, vomitus, calculi, venarum ad renes pertingentium apertiones, dyſuriæ, podagræ arthritides, & alij ijs ſimiles morbi. Paucisſimi, aut fortè nulli reperiuntur, qui in ſenectute alicui ex his affectibus non ſint obnoxij. In eo tantùm eſt diſcrimě, quòd alij aliis grauius aut leuius, citius aut tardius affliguntur. Id verò aliunde non prodit, q̃ quòd variæ ſunt in hominibus temperaturæ, C variæ partium corporis compoſitiones, ſumma in vita ac viuendi ratione varietas magna in aſtrorum aſpectibus, ciborum generibus, animi affectibus, ſtudiis ac viuendi inſtitutis diſcrimě. Omnium tñ ex æquo vna eſt conditio, vt quicunque ſit ſenex, ſenectutis incōmoda declinare non poſsit, ſed aliquando, aliquo ſaltem modo, dictis calamitatibus afficiatur. Accidunt autě hæc omnia non vlla vi morbi, ſed vt dictum eſt, ipſius naturæ motu, qua ineuitabilis ea eſt neceſsitas: na- D tiuus ſiquidem calor quotidie ſeipſo fit imbecillior, & membra ſicciora: cùm enim calor cibū pro ratione cōcoquere ac diſtribuere, & vt antea conſueuerat, non poſsit, humoribus partim crudioribus, partim putreſcentibus, corpus repleri eſt neceſſe: qui certè eò magis redundant, quò membra iam areſacta & imbecillia vtcunque multo egeant alimento, eius tñ exiguam quantitatě, tum quia imbecillia ſunt & ſicca, tū etiam quia ipſum nutrimentū à natiuo calore non vt decet eſt præ- E paratum, attrahere, ac illo frui non poſſunt. Vbi igitur humores dicto iā modo creuerint, eo quòd cùm pauci eſſent, ad legitimam alimenti formam à natura minimè potuerint permutari, duorū alterum neceſſe eſt ſequi, ſcilicet vt à natura quadantenus maturati expellantur, aut ab vno membro in aliud protrudantur: quorum certè ea iam eſt cōditio, vt nec tueri ſeipſa, nec deperditæ ſubſtantię iacturam reſarcire poſsint, quin potius illam minui, & quotidie plurimū labefactari expe- F rientia ipſa docet. Atq; hinc D. Hipp. permotus, nec ſemel, nec iiſdem verbis, ſuis in monumentis veriſsima illa oracula pronunciauit: Senibus ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſsi, vrinę ſtillicidia, vrinæ difficultates, articulorū dolores, renum paſsiones, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigilia, alui, oculorum humiditates & narium, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues. Alibi verò: Seniores iuuenibus plurimùm ægrotant minus: q verò morbi ipſis acci- G dunt longi, magna ex parte comitantur ad mortem. Hæc omnia ideo à me fuſius ſunt explicata, vt R.V.D. inde intelligat, ob renum quā percipit imbecillitatě, non admodum ſibi dolendum eſſe, cùm ea & naturalis ſit, & ætati ſuæ conſentanea. Sed neq; ea qua ante 24. annos fruebatur valetudo, aut ſperanda eſt, aut expetenda. Illud potius curet, ne malum augeatur, aut renū imbecillitas progrediatur, vt aut calculum, aut alios grauiores morbos gignat: hoc enim aliquando accidere illis ſolet, qui cùm ſint intemperantes, ſuam valetudinem parū curant. Illud verò R.V.D. minimè eſt metuendum, cùm non recens, ſed multorum annorum conſuetudine temperanter viuendi habitum ſibi comparârit. Primùm igitur dicā, quæ tuendis renibus conueniat tum viuendi, tum curandi ratio. Deinde ad particularia quædam poſtulata, de quibus illa me interrogauit, diſtinctè reſpondebo. Cùm recta viuendi ratio duplex habeatur, vniuerſalis ſcilicet & particularis: in hoc affectu, quemadmodum in aliis quoq;, nō huius tantū, ſed illius etiam eſt vſus. Vniuerſalem eam voco, quę etſi valetudini conſeruandæ in vniuerſum eſt accommodata, vni tamen affectui magis q̃ alteri videtur conuenire. Particularis autem eſt illa, quæ præter communem obſeruationem certis limitibus ita eſt circunſcripta, vt vnicum morbi genus reſpicere, illique ſoli aduerſari videatur, In communi illa ratione explicanda, diutius mihi non eſt immorandum: certum enim eſt mihi R.D.V. illam ita inſtituere, vt in ea parum deſiderari poſsit. Iam enim omnibus notiſsimum eſt & vulgatiſsimum optima cibaria eſſe ingerenda, & à craſsioribus abſtinendum. Particularem igitur viuendi rationem tractabo, cùm vniuerſalem illam à R.V.D. exactè obſeruari non dubitem. In particulari igitur hac renum curatione illud in primis eſt animaduertendum, immoderatum & calorem & frigus illis eſſe infeſtiſsimum: cùm enim caloris proprium ſit meatus amplificare, eadem opera plures, q̃ oportebat humores etiam trahit, & eos qui in loco retinendi erant, expellit. Frigiditatis autem contraria penitus eſt ratio: ea enim nec ſanguinis ſerū trahit, quod quidě proprium eſt renum officium, neq; illud vt decet ad veſicam pellit: quo fit vt contrarij hi affectus ſæpe in ſenibus conſpiciantur. nam prout aut ex frigore, aut ex calore fuerūt affecti, fit vt aut exiguū quid, & non niſi ægrè & guttatim mingant, aut ſanguinolentum quendam humorě copioſè profundant. Igitur vtrunq; excrementum à renibus diligentiſsimè eſt arcendum. Solent autem renes nimium incaleſcere, cùm quis laborat nimis, aut calidiori cœlo ſe exponit, ſiue illud à ſole æſtiuo, ſiue à copioſo igne in calidioribus cubiculis incaluerit: præterea cùm quis calidioribus cibis, aut aromatis, ac vinis potentioribus vtitur. Idem facit etiam Venus, quę in ſenibus nullum vnquam locum habet. Cùm autem laborem nimium, aut nimiam aeris caliditatem dico, ad corporis affecti, ac renum imbecillitatem, comparationě fieri debere ſemper intelligo, quæ à leui quocunq; exceſſu, ob exiguam reſiſtendi vim, haud mediocriter alterantur. Refrigeratio autě immoderata fit aut à loco in quo quis degit, aut ab aere, aut à frigidioribus cibis, quales ſunt fructus, cucumeres, cucurbitæ, lactucæ, endiuiæ, omphacium, & reli-

qua his ſimilia: præ cæteris autem frigida aqua, & vina refrigerata. Nimia igitur caliditas & frigiditas renibus pręcipuè aduerſantur. Verùm non hæc ſola infeſta ſunt, ſed reliquarum rerum omnium exceſſus: quanquam non æquè ac rerum illarum quæ nimium aperiunt, vſus, à medicis eò quòd vrinam permoueant, diuretica ſunt appellata: huiuſmodi ſunt, aſparagi, paſtinacæ, apium, petroſelium, fœniculun, ficus, pepones, melopepones, vinũ album ſubtile, & reliqua his ſimilia. Hæc verò multò magis noxia ſunt à cibo: nã præterquàm quòd plus iuſto vrinarios meatus aperiunt, crudioris etiam cibi partem aliquã, & minimè concocta excrementa eò deducunt, quæ multorum malorum autores eſſe poſſunt. Quæ igitur plus æquo aperiunt, in renum valetudine conſeruanda ſemper noxia ſunt: eadem aũt à cibo ſumpta, valde ſunt pernicioſa. Hoc autẽ à me in quadam tractatione, in gratiã clariſs. viri Marci Antonij Contareni philoſophi, aduerſus aliquot medicos, qui contrarium ſentiebant, fuſius ac diligentius eſt explicatum. Cùm verò aperientiũ vſum reprehendimus, nõ ita eſt accipiendũ, quaſi verò ea quæ nimium adſtringunt, renibus ſint vtilia: ea enim aliquando, potiſsimum verò quum ipſi, tum meatus ad ipſos pertinentes excrementis ſunt referti, multò magis ſunt noxia. Adſtringunt autem vina auſtera, pyra, cidonia, palmulæ, & huiuſmodi reliqua. Ex cibis etiam euitandi ſunt illi, qui craſſum ac viſcidum nutrimentũ præbent, & quæ pinguia ſunt & adipoſa. Craſſum alimentũ gignunt legumina omnia, piſces maiores, vt thuni, ſturiones, ombri, anguillę quoq;, tẽchę, oſtrea, limaces, fungi, terræ tubera: quadrupedum maiorum carnes, vt bouis, cerui, apri: aues quæ in paludibus degunt: vina dulcia aut nigra: quòd ſi vtraque præditi ſint qualitate, tum planè ſunt pernicioſa. Viſcidi alimenti cibaria ſunt, caro ſuilla, paſtilia, caſeus recens, & omnia ex lacte quocunque modo parata, placentæ quæ vulgò tortæ vocantur, pulmenta quæ paſta ſunt obducta, fricta omnia; ea etiã quæ in melle aut ſaccharo vulgò multifariam condiuntur, aut aliqua ſimili ratione miſcentur, quemadmodum etiã cruſtula, & omne itriorum genus. Hæc omnia renibus ideo aduerſantur, quòd craſſos ac viſcidos humores gignũt, quos deinde ampliores facti renes, facilè ad ſe trahunt, & aut vrinarios meatus obſtruũt, aut calculum ipſum creant. Quòd ſi compreſsi ac refrigerati ſint renes, ſanguinis ſerum craſsius ac viſcidius factum minimè ad ſe trahun t: vnde fit vt multiplici periculo corpus repleatur. Siccioris alimẽti cibaria ſunt lepores torrefacti, cerui, capreæ, & diuturnior aceti vſus. Vt autem ſummatim dicam, nullius rei exceſſus renibus eſt ſalutaris: atque hoc illis præ cæteris membris eſt peculiare, vt apud Gręcos tritũ ſit in ſermone prouerbium, νεφριτικοῖς ὄλεθρα. Rationem eius rei nõ aliam eſſe puto, quàm quòd renes à natura ideo facti ſunt, vt ſanguinis ſerum ad ſe trahant, & vt ab eo excremento vniuerſum corpus expurgent. Vt autem commodius poſſent officium hoc pręſtare, & eorum ſubſtãtiam denſiorem eſſe oportuit, & meatus habere anguſtiores, vt ſolum ſerum & aquea

A ſanguinis pars attracta tranſmitteretur. Hinc etiam videmus, cũ iuſto latiores ſunt facti, ipſum etiam ſanguinem trahere, vt in ſanguinolentis vrinis apparet. Cum igitur talem & ſubſtantiam & ſtructuram renes habere oporteat, ſi à quouis exceſſu læduntur, mirum videri non debet: ſiue enim paulò magis aſtringantur, ſiue latiores fiant, à ſua actione impediuntur: & ſiue craſsior, ſiue tenuior paululum fiat ſanguis, eadem oriuntur incommoda. Hoc autẽ imbecillioribus corporibus
B frequentius contingit, aut cum renes maiorem quàm reliquæ partes ſortitę ſunt imbecillitatem. Hæc autẽ ita ſe habere, quiuis exactius rem conſiderans, facilè iudicabit. Vt itaq; ad particularem R. D. V. curationem veniam, illud in primis ſtatuo rerum omnium exceſſus eſſe fugiendos, tam frigoris quàm caloris, idq; non ſolùm in aere ambiente, verùm etiam in cibo ac potu, & in his quæ vrinam mouent aut aſtringunt: ac vt ſummatim dicam, in omnibus quæ à mediocritate ad extre-
C mum aliquod diſcedunt. Hæc hactenus de victus ratione ſeruanda à nobis ſint dicta. Quod autem ad medicamẽta attinet, aſsiduus ſacc. roſ. vſus, in præſeruandi ratione, præ cæteris omnibus mihi ſummoperè probatur: vix enim quicquã magis ſalutare à nobis excogitari poteſt, & quod ſine vllo nocumento aut perturbatione omnes corporis partes iuuet, præcipuè autem renes, qui, vt diximus, ab omni exceſſu lædi ſolent. Hoc ſalutare auxilium ita eſt temperatũ, vt ſi latiores facti ſint
D renes, ad conuenientem naturæ ſuæ ſtatum illos deducat: quòd ſi obſtructi ſint & pleni, abſtergat: ſi incaluerint, refrigeret: nec tamen affectibus frigidis nocet, cùm ſit (vt antea dictum eſt) in omnibus qualitatibus ſuis temperatiſsimum. Ventriculum autem ab omnibus excrementis præ cæteris mundum reddit ac roborat, ipſam quoq; abigit deſtillationem: quæ certè adiumenta quàm ſenibus ſint neceſſaria, quiuis facilè poteſt iudicare. Maximè igitur mihi probaretur, ſi
E quotidie manè per horam vnam ante prandium R.D.V. mediam eius vnciam ſumeret, ac deinde leniter deambularet. Conſultum etiam mihi videretur, ſi aliquando, vt bis aut ter in menſe, ℈.j. aut media drachma optimi ac exactè maturi rhabar. illi adiungeretur: quo ſanè tempore per tres ad minus horas ante prandium erit ſumendum: hoc enim vniuerſum corpus mundum maximè conſeruaret, & à multis aliis morbis & à podagra poſſet præſeruare. Quæ autem commoda reni-
F bus afferre poſsit, quiuis vulgaris etiam medicus intelligere facilè poteſt. Nam præterquam quòd per vrinam exactè illos mundificat, poſtea etiam roborat, & ſine vi aſtringit. Atque hoc, in ea qua R. D. V. prædita eſt temperatura, pro præſeruatione, ſatis mihi videretur. Si quando verò contingeret vt renes adeò aperti eſſent, vt iam ſanguis excerneretur, tum reliquo corpore mundo exiſtẽte, quale proculdubio eſſet, ſi præſcriptã viuendi rationẽ obſeruaret, ſuaderẽ vt ad idoneam
G renũ adſtrictionẽ in aurora inferius deſcriptum puluerem in aqua capillæ Veneris aut aſparagorum, aut cardui, aut fœniculi, ſumeret calidum.

R. Boli armeni orientalis ℥.j.

Gummi

Gummi Arabici,
Tragacanthi ana ℈.ij.
Roſarum rubearum,
Myrtillorum,
Hypociſtidos ana ʒ.j.
Coralliorum rubeorum ʒ.s.

Miſce & fiat puluis ſubtiliſsimus, cuius ſingulis vicibus ſumatur ſemidrac. cum ℥. iiij. alicuius ex prædictis aquis. Interim etiam dum renes ita erunt aperti, & deſcripta ſuperius potio bibetur, hoc vnguento renes etiam illinentur:

℞. Succi foliorum lentiſci,
Foliorum myrti,
Radicum conſolidæ maioris ana ℥.j.
Vnguenti infrigidantis Gal. ſimpl. ℥.ij.

Miſce, & fiat linimentum ſecundùm artem.

Hæc omnia facilia ſatis & familiaria, efficaciſsima tamen, cùm nimia dilatatione renes iam laborabunt, adminiſtrari debēt. Quod verò ad purgationem bis in anno moliendam attinet, ſi R.D.V. inſtitutam iam viuendi rationem obſeruabit, & ſi rhabarbarum, ita vt ſuperius dictum eſt, ſumet, minimè fore neceſſariam puto, præſertim cùm ea vti non conſueuerit, neque vllam vnquam huiuſmodi purgationem admiſerit. An verò quarundam thermarum aquæ conueniāt, vt Lucenſium de Villa, aut Veronenſium de Calderio? Cùm ſua natura frigidæ ſint, & ventriculo infeſtæ, non ita facilè aſſentior; & illarum vſu minimè opus fore confido. De fructibus ita ſentio, R. D. V. ab illis quoad fieri poteſt, debere ſibi temperare: quò enim exactius hoc hactenus ſeruauit, eò in poſterum nocentiores illi erunt fructus, cùm eis minimè ſit aſſueta. De vino autem quod quæritur, album ne an nigrum magis conueniat. Ego medio colore præditum magis probarem, rubrum ſcilicet & clarum, ac probè maturum, nec tamen nimis potens. Huiuſmodi ferè ſunt Salernitana, & quædam etiam Romanenſia. Aceti autem vſum penitus non reprehendo: certum enim eſt mihi R.D.V. condimenti tantùm loco illo vti: id verò cùm exiguum admodum ſit, obeſſe nihil poteſt. Quod verò ita adhibitum neruis nocere, & articulari morbo aduerſari quidam dicunt, valde eſt ridiculum: cuius ſanè rei multæ mihi ſunt rationes, quas, ne moleſtus ſim, nolo nunc recenſere. Lac autē ac lacticinia omnia probari à me nō poſſunt: cum tamen R.D.V. illis ſit aſſueta, & eorum vſu plurimùm delectetur, aliquando ante alios cibos recentiſsimum lac, ioncatam etiam quam vocant, aut pinguiorē illam partem, quā ideo quòd in ſuprema lactis parte in viſcidam quandam cruſtam concreſcit, caput lactis ſolēt appellare, & recentem etiam caſeum, ſed parcè, comedet: à veteri autem penitus abſtinebit. E piſcium genere, arbores vocatos, barbos, auratas recentes, & in profundo mari victitantes, aut in craticulis, aut in iuſculo coctas nō reprehendo, quin potius illorum eſum innoxium fore puto. Autumnales fructus vt pyra, cydonia cum ſaccharo cocta, R.D.V. aliquando deguſtabit, ſed parcè admodum, quemadmodum in rebus omnibus illa ſemper eſt modeſtiſsima. Cepæ atq; allia ſua quidem natura vt alimenta, praui ſunt nutrimenti, ac penitus reiiciendi: quòd ſi aliquādo proſunt, id certè non vt alimenta, ſed vt medicamēta præſtare ſolent: craſſiora enim phlegmata incidūt, aut flatus pellunt: Hæc mihi nunc in animo occurrerunt, de quibus R.D.V. admonerem, atq; illi reſponderē: quæ certè ſi non eiuſmodi fuerint vt ipſa res poſtularet, atque ego etiam exoptarem, non meæ voluntati, quæ erga R.D.V. propēſiſsima eſt atq; obſeruantiſsima, ſed meæ potius imperitiæ eſt adſcribendum. Meam etiam in ſcribendo tarditatem vt boni cōſulat ſupplex rogo: maxima enim & frequentiſsima à magnificis ac nobiliſsimis viris exhibita mihi negotia (nam & extra ciuitatē proficiſci, & cum aliis medicis longas quotidie habere conſultationes cogor) ne horulam quidem ocij aut quietis mihi concedunt, ita ſanè vt ſucciſiuis horis R.D.V. pauca hæc ſcribere vix potuerim. Cui humiliter me commendo, & ſupplex ſacras eius manus ſumma animi ac corporis adhibita ſubmiſsione, reuerenter exoſculor. Pataui.

CONSILIVM CCLXIX.

Ad debilitatem renum, & eos expurgandos & confortandos.

CIRCA victum vtetur cibo ſimpliciſsimo, vnius tantùm generis: multitudo enim ciborum quàm maximè eſt euitanda. Vinum bibat albū, limpidū, & bene maturum: & ſi erit potens, diluatur aqua ciſternę vel fluuij clarificata. Non bibet inter prandium & cœnam, & præcipuè cauebit à potu poſt cœnā. A carnibus antiquis, carne porcina, piſcibus, lacticiniis, paſtilibus, leguminibus, à rebus frictis in ſartagine abſtinebit. Temperabit ſibi à coitu, à ſtudio poſt cœnam & prandium, à frigore, præcipuè pedum. Conabitur quotidie habere beneficium alui: vtatur ante cibum cochleari vno aniſorum, vel ſimplicium, vel conditorum cum zuccharo. Bis in ſeptimana per totam hyemem tribus horis ante cibū accipiet infraſcriptū bolum:

R. Pulueris betonicæ,
Saluiæ ana ℈.j.
Lachrymæ vel olei abietis ʒ.ij.

Fat bolus, & deglutiatur cum hoſtia vel nebula infuſa in vino.

CONSILIVM CCLXX.

De præſeruatione à calculo renum pro ciue Veronenſi Bernhardino.

CASVS huius nobiliſsimi viri indiget præſeruatione & curatione: debet enim præſeruari ab his quæ facillimè poſſunt euenire. Cùm enim ſit frigidi ventriculi, hepatis calidiſsimi & renum, cum venis amplis & latis, vt par eſt in tali temperatura, primùm non eſt mirum, ſi redundat plurimis arenulis rubeis excretis per vrinam; excoquitur enim materia tum pituitoſa, tum biliosa, & aduritur à ſuperflua renum caliditate, vnde excernuntur arenulæ. Sed poſtea ſucceſſu temporis facta imbecilliori virtute excretiua & multiplicatis

ventriculi cruditatibus, verendum ne arenulæ concreſcant in lapidem cum maximis doloribus, vt fieri ſolet, & ſubiiciatur calculis renum, fortaſſe etiam veſicæ: imò & ab iiſdem cauſis ſenile corpus incidere poſſet in dolores articulares, & podagras, & alias huiuſmodi malas ægritudines. Ergo ſumma diligentia præſeruandus eſt: præſeruatio autem cùm indigeat longo tempore & aſsidua diligentia, tota eſt in manu patientis. Igitur erit noſtrum conſulere, ſuum autem erit parere & præſeruare. Circa igitur victum cuſtodire ſe debet ab omni aeris exceſſu, & ne alteret corp⁹ tam ad calidum, quâm ad frigidam, vtrunque enim nocebit. Ideo venari hyemis tempore, & in nauicula piſcari plurimùm nocet, quia aer extrinſecus refrigerat & humectat: labor verò intrinſecus calefacit & exiccat, & ita in vtroque extremo ſimul exiſtẽs etiam corpus maximè afficitur. Debet igitur primò omnes exceſſus aeris euitare tã caloris quâm frigoris, omnes item exceſſus laboris & exercitij, præcipuè poſt cibum, ſed moderatè ſe exercere: neq; enim ab exercitio abſtinere debet, & id horis matutinis, & poſt cibum quieſcere. A coitu quantum poſsibile eſt abſtinere: ſed præcipuè nocet ventre repleto. Habeat quotidie alui beneficium, & ſi non habuerit, vtatur manè iure pulli, in quo decoquatur malua, pruna ſicca dulcia x. aut xij. & paſſularum vncia, & facta diligenti expreſsione, bibat ſcutellam huius brodij calidam tribus horis ante cibum. Erit enim hoc remedium, & ad temperandum hepar & ventriculum, & ad leniendam aluum accommodatum, ad renesq; expurgandos. Vinum eligat pauciferum, id eſt, leue, coloris rubei, clari non multum, ſaporis medij, non dulcis neque acidi. Caueat ab muſtis & ab omni vino turbido, & craſſo, & potẽti, & dulci: caueat etiam à vino refrigerato, & à potu aquæ frigidæ, & non bibat poſt prandium aut cœnam. Vtatur tantùm carnibus iuuenũ animalium, ſicut vitulorum, hœdorum, caſtratorum iuuenum, auium omnium campeſtrium, præter coturnices. Vtatur ouis ſorbilibus & recẽtibus. Abſtineat quâm maximè ab omnib. aromatib. omnibus ſalſis à rebus frictis in ſartagine, à caſeo & lacticiniis, à paſtilib⁹, ab herbis, & maximè crudis, & ideo euitabit acetaria, poterit quandoq; temperatè vti aſparagis dulcibus decoctis, capparibus & lactuca, & cichorea cum modico cinamomi: ab aliis omnibus abſtineat. Euitabit multitudinẽ ciborum, ſed ſemper vnico cibo ſit contentus. Laudo vt pro conſeruatione ſtomachi vtatur vel aloe ante cœnam pondere ℈. vnius, vel rhabarbaro, vt conſueuit, ante prandiũ tribus horis pondere ſemidrachmæ, vel etiam flore caſsiæ cum rhabarbaro. Hæc omnia conueniunt & contemperant, euacuantq; membra læſa præter omne nocumentum. Sed inter omnia maximè mihi placet vſus ipſius aloes, neq; timebit caliditatem eius, etiam tempore æſtatis, & permittet dicere vulgares medicos quicquid volunt. Laudo præterea, vt quâm frequẽtiſsimè ſumat ſemunciam ante cibum circa horam vnam, optimi ſacchari roſati per totum annũ, etiamſi quotidie ſumeret: eſt enim præſtantiſsimum remediũ. Conſulo igitur vt iubeat præparare ſibi hoc anno vas magnum illius ſacchari pro toto anno: facilè enim conficitur etiam in domo propria. Hęc pauca ſunt, quæ credo nunc ſuffectura: & ſi omnia diligenter obſeruauerit, proculdubio ab omnibus incommodis præſeruabitur. Quantum attinet ad linimẽta circa renes, laudo potius vnguentum infrigidans Galeni ſimplex, quàm aliquid aliud.

CONSILIVM CCLXXI.

De præſeruatione à calculo renum, pro quodam Germano.

QVEREBATVR de dolore, qui iuxta regionem lumborum in ſpina dorſi incipiens, vergeret verſus lumbos ipſos, & regionem renum, & tum præcipuè cum frigiditatem aliquam perciperet. Calculos nullos ſenſerat, ſed arenulas interdum mingebat. Montanus hæc ordinauit:

℞. Specierum hieræ ſimp. ℈. ij.

Cum melle roſato fiant pillulæ tres ſumendæ per horam vnam ante cœnam, ſemel in ſeptimana. Item:

℞. Piperis albi,
Longi,
Nigri ana ʒ. ij.
Thimi, gingiberis,
Aniſorum ana gr. vj.
Zucchari optimi q. ſ.

Cum aqua meliſſæ fiat confectio in paruis rotulis. Sumat rotulam vnam pro vice, bis in ſeptimana aut rarius, aut ſæpius, ſecundùm maiorem vel minorem neceſsitatem. Vtetur autem præcipuê hac confectione, quãdo inuadet ipſum ſuum frigus. Oleum hierę Archigenis tres guttę exhibitæ per os ad difficultatem vrinæ, dolores renum & calculi. Anno 1545. Nouemb. 28. Venetiis.

CONSILIVM CCLXXII.

De arenulis & metu futuri calculi, pro iuuene Siculo.

AFFICITVR vir ille illuſtriſsimus multis affectionibus: habet vnam difficultatem magnam cum ardore, cum grauitate & dolore pectinis. In coitu non emittit ſemen, & puto hoc fuiſſe] initium mali. Non agit vltra quinquageſimum quartum annũ: poteſt erigere & coit, ſed caret emiſsione ſeminis, & tantùm incurrit in vnam difficultatem. Patitur in cruribus: ſæpe habuit eryſipelata, & circa plantam pedis patitur ſtuporem. Circa genua in crure nihil ſcio quod patiatur, circa anum etiam affectus. nam Hebræus peſsimus perforauit anum clyſteri, ita vt ſit vlcus factum, & curatum eſt per chirurgum, ſed tamen remanet aliqua caruncula, licet vlcus ſit ſanatum. Patitur & paſſus eſt ſurditatem, ex punctura quadam, quia portauit ſpinam per multos dies, quæ non poterat eximi, & poſtea incurrit in ſurditatem. Patitur debilitatem & cruditatem ventriculi, ſed tenſionem circa hypochondria non inuenimus, niſi circa ventriculum, habet eructationem & flatus,

color

color non iucundus eſt. Hæc ſunt ſymptomata, in dorſo etiam calorem percipit, & ſub mamilla dextra, & ſtuporem in dextra manu, & in digitis pedum. Et multum ſudat. Fuit temperaturæ calidæ & fortè cum humiditate,& nunc etiam eſt magis humidæ,q̃ calidæ,iecur calidū,humidum: cor ſimiliter calidum & humidum:ſimiliter cerebrum calidū, humidum. Eſt iam in primo ſenio.

Symptomata ſunt, vel qualitas mutata, vel actio læſa, vel excrementa mutata, vrinam emittit ægrè & cū dolore, eſt exiens mutatum diminutè & corruptè. Ita ægrè emittit fæces. Item ſuppreſsio ſpermatis, operationes læſæ voluntariæ, pedū ambulationis, & emiſsionis vrinæ, & emiſſionis ſpermatis. Et naturales læſæ operationes coctionis, & quod percipit dolorem. Cauſa quare emittit malè & diminutè, & cum dolore ac ardore ipſam vrinam:quia vrina eſt craſsiuſcula,& fortè etiam ratione inſtrumenti, propter humiditatem viſcoſam exiccatam, & quia vrina eſt acris:nam ſatis rubra apparet. Cur vrina ita craſſa & calida? Quia renes ſunt calidiores & hepar, quare percipit dolorem & caliditatem rēnum.Et ibi temperatura calida. Renes à natura fuerunt calidi, quia pronus fuit in Venerem, & procreauit multos liberos, præterea comedit multa aromata, vſus exercitio multo & coitu, & hepar eſt valde calidum. Apparet ex vrina,adfuerunt ſymptomata id ſignificantia, vnde etiam accidit dolor in mamilla dextra poſt comeſtionem,quia cibus calidus delatus ad hepar inflammat ipſum. Cur nō emittit ſemen?Poteſt eſſe aut ratione virtutis, aut ſeminis, aut inſtrumentorum. Non ratione inſtrumētorum, quia nihil mali apparet in iſtis, nullus dolor, nulla inflammatio, nec in virga, nec teſtibus, nec vaſis ſeminariis, virga erigitur etiam in ſeniculo. Credo eſſe & virtutem læſam, & ſemen eſſe factum frigidius, fortè & craſſius, ita quòd non ſtimulet, & quia virtus eſt facta imbecillior,non poteſt expellere ſemen,& fortè quia inordinatè vixit, ſubſequuta eſt difficultas vrinandi cum ardore. Quare concurrit ventriculus factus frigidior & humidior: hinc facti humores craſsiores, & iſti humores delati in vaſa ſeminaria fecerunt ſemen ineptum ad expellendum. Poteſt etiam vnà cum hepate & ventriculo concurrere caput ad iſtas affectiones, vnde plurimum confluit ad ventriculum, non ad pectus: quare bene ſpirat. Et quia ventriculus malè vel diminutè concoquit,non mirum ſi defluente materia ad varias partes, ſtuporem & dolorem percipiat,ac color vrinæ iſtius indicat, affectum eſſe hepar, & eſſe obſtructiones ibi, licet non tangantur, quia quando in concauo non tanguntur, & licet vrina ſit rubea, fortè eſt ob aliud. Aluus adſtricta ob hepar calidum & crudos humores, & viſcoſos generatos in ventriculo.

Cura. Iecur & ventriculus corrigenda,roboretur ventriculus per calida & ſicca: nō timendum hepar calidum,quia aliis etiam ei occurratur,credo quòd curabitur,ſi voluerit obedire,in victu ſit diligentiſsimus, nō roborandus ventriculus,niſi prius euacuato corpore.Mittendus ſanguis,quia adeſt repletio multa, ex ſudore patet, ex victu

A præcedenti, ex obſtructionibus, baſilica dextra ſecetur, ℥.vj.ſyrupi de betonica,cū cichorea,euacuatio quæ purgat bilem & pituitam,euacuetur bis aut ter.Deinde alterabimus membra. Vtrum aquæ conueniant Aponitanæ? Maneat hîc,& bibat aquam, & videamus quid conferant, poterimus ſuccurrere, ſi nocebunt. Victus ſit attenuās.

Cùm hepatis ac renum caliditas efficiens cauſa ſit,vt arenæ & calculi generētur: materiæ autem ſint humores,partim bilioſi, partim pituitoſi,qui B ex praua victus ratione ſuam originem ducunt: ideo in legitima eius affectus curatione, vtraque cauſa neceſſariò eſt ſubmouenda, ita ſanè vt nimia eorum viſcerū caliditas mitigetur, dictorum autem humorū copia minuatur.Ad ea verò præſtanda duo potiſsimùm ſunt inſtrumenta neceſſaria, quorum alterū eſt optima victus ratio,quæ etiam maioris momenti mihi videtur: alterum verò eſt illud,quod ex medicamētis peti ſolet auxilium. De priori itaque in primis,de poſteriori C autem deinceps dicemus.Communis viuendi ratio non tantùm ex cibo & potu, verùm etiam ab aere, animi affectibus, ſomno & vigilia, inanitione & repletione, motu & quiete, ſolet immutari. quinimò hæc poſteriora non minorem q̃ cibus & potus,vim habēt corporis immutandi. Propterea in ea præſeruatione, quam in nobili hoc viro moliri tentamus, omnia ex æquo ſunt conſideranda. Igitur ab omni aeris tam calidi, q̃ frigidi exceſſu, à deambulatione ac labore omni, qui fit D in aere,aut ob ſolem æſtuante, aut à ventis agitato, potiſsimùm verò ab Euroauſtro & Auſtro, quoad per ipſum fieri poteſt,abſtinebit. Minimè autem in cubiculis,quæ aut humi ſint,aut humidis in locis, ſed ne ſub dio quidem, aut ſine ſtragulis,aut nudus, vt in magnis æſtibus fieri ſolet, dormiet,aut cubabit. Ab ira,triſtitia,omniq; animi grauiori moleſtia, ac perturbatione, pro viribus ſibi temperabit. Corpus manè exercebit,aut veſperi per horam vnam ante cœnam. Nec tamē E ſtatim ab exercitio cibum ſumet,ſed per ſpacium mediæ horæ ad minus quieſcat. Neq; ab exercitio adhuc calidus veſtes deponet,nec vento, nec aeri frigidiori ſe exponet. A cibo,longiori quoad fieri poteſt tēporis ſpacio, ab omni corporis atq; animi labore abſtinebit. Igitur neq; ſcribendum, neq; legendū illi eſt aliquid, niſi id cū voluptate aliqua coniunctū ſit,& minimè fatiget.Hoc verò ſpacium in horas aliquot extendi vellem: quòd ſi tandiu quieſcere illi nō licebit, ſaltem vt q̃ diu- F tiſsimè poterit ſibi à labore moderetur, pro viribus curabit. A cibo debet à ſomno abſtinere,potiſsimùm à prandio:à cœna verò nonniſi interpoſitis ij. horis erit illi dormiendum.Manè autē ſurget è lecto tempeſtiuè:hoc enim renib9,oculis ac membris omnibus ſummoperè prodeſt. Igitur à longiori ac nimio ſomno ſibi temperabit. Dabit etiam operam vt ſingulis diebus alui excremēta educantur,id ſi ſpontè nō fiat,iure inferius deſcribendo per horam I. ante prandium aſſumpto, id G perficere conabitur. Huius aūt iuris ea vis erit,vt non tantùm aluum emolliat, ſed humores etiam contemperaret, & renum caliditatem mitigaret.

R. Hordei mundati p.j.

Radicum althææ num.iij.
Mercurialis m.j.

Bulliant hæc omnia in ℔.ij. iuris pulli, donec dimidium abſumatur: & addito ſaccharo, dicto iam modo, calidum bibatur. A coitu etiam potiſſimum abſtinebit, & inprimis à cibo. Ille autem in coeundo pernicioſus erit modus, ſi præter ordinem ac rationẽ fiat: vt ſi in coitu diutius immoretur, nec præparatum iam ſemen ſtatim emittatur: ſi præter naturæ ordinem mulieri vir ſubiicia tur, ſi ſtans coeat, aut alio modo qui nimium fatiget, & dorſum labore nimio afficiatur. Hæc verò omnia ab hoc iuuene in coitu ſunt obſeruanda, vt quæ maximi in hoc affectu ſint momenti. Igitur in coitu temperatiſsimum illum eſſe oportet, & ſi me audit, in duabus ſeptimanis, aut ad ſummum in vna ſemel tantùm coibit. Quod ad victus rationem attinet, in primis abſtinebit à pane non vt decet fermentato, aut minus probè cocto. à cruſtulis & iis panibus, qui bucilati dicuntur, & quacunque alia ratione præterquam in furno, vt ſub cineribus cocto: & ſi oleũ aut butyrum aut liquor alius admiſtus illi fuerit. Peſsima etiã ſunt omne genus paſtilia, vt offulę & lagana, & fercula omnia quæ ex attenuata paſta parari ſolent, ſiue ea ſimplex, ſiue aliis rebus ſit admiſta: & quanquam quocunque modo cocta noxia ſint, in ſartagine tamen frixa, vt in vniuerſum frixa omnia, admodum ſunt pernicioſa: potiſsimum verò alioqui tota ſua ſubſtantia aduerſentur. Euitandæ illi ſunt antiquæ carnes omnes, vt boum, caſtratorum ſuum, & reliquorũ huiuſmodi animalium: auium pręterea paluſtriũ, vt anatum & anſerum: piſces quoque maiores, vt thunni: reliquos piſces comedet moderatè. Lacticinia omnia illi ſunt fugienda, quemadmodum etiam caſeus tam recens quàm ſalitus. A cibo fructus nullos: ante cibũ verò generoſi peponis partem aliquã & pruna probè matura comedere licebit, omnia tamen parcè. Oua recẽtia ſunt illi ſalubria, aut in cineribus cũ cortice, aut in aqua ſine cortice, prout illi magis arridebit, ita cocta, vt mollia ſint ac tenera, non dura. A ciborum varietate in vna menſa ſibi temperabit, & vnico cibi genere contentus erit: & tota vnius diei alimonia in tres partes diuiſa, vnam in prãdio, duas verò in cœna ſumet. Olerum genus nullũ probo, præcipuè crudum, vt acetaria: quanq; cappares, aſparagos & lupulos ſuo tempore, vt parcè comedat, illi concedo. Potus erit vinum album potius quàm nigrũ, ſubtile, & quoad fieri poteſt, minimè potens: quod dilui etiam debet aqua non admodum frigida, quæ non recens ſit ex puteo aut fonte hauſta, nonnũquam etiam cum glycyrrhiza aut hordeo, aut althæa, prout vrina magis aut minus eſt mitiganda, decoqui debet. Hic autem illi perpetuus mos erit, ne ingerat cibaria aut nimis calida, aut nimis frigida, ſed temperata. Hæc, quod ad viuendi rationem attinet, vt à calculo præſeruetur, dicta ſint ſatis. In medicamentis autem hæc ſeruanda ratio. Cum morbi paroxyſmus conſtituta quadam periodo ad medium Maij menſem reuertatur, & vſque ad medium Iunij perſeueret, certam & ſtatam euacuationem, inferius illi præſcribendam, ſub medium Martij moliri omnino eſt neceſſarium. Illud autem in primis mihi probaretur, vt ex baſilica eius lateris, in quo vehementior percipitur dolor, ſiue illud dextrum ſit, ſiue ſiniſtrum, ſanguis mittere-tur. Quòd ſi latus vtrunq; dolor infeſtaret, in dextro venam ſecandam eſſe iudicarem. Mittẽdi ſanguinis pondus infra octauam ne ſubſiſtat, ſed ne x. quidem ℥. excedat. Particularis autem euacuãdi ratio, & progreſſus erit huiuſmodi. Antequam euacuationem auſpicetur, per duos dies rectam viuendi rationem inſtituet, & in cibo ac potu parcior erit, quàm antea conſueuerit. Tertia autem die, per horam mediam ante prandium, floris caſſiæ ʒ.x. accipiet: ſequenti verò die cùm iam caſsia ſuam abſoluerit euacuationem (alioqui per clyſterem in quo ſit mel roſatũ, aluus erit excitãda) hora diei tertia, eo quo diximus modo, mittẽdus eſt ſanguis. Quinta demum die inferius deſcribendis ſyrupis vti incipiet.

R. Syrupi acetoſi ſimp.
Mellis roſati ana ℥.j.
Decocti infraſcripti ℥.iiij.
Miſce pro vno ſyrupo.

R. Radices althææ num.iiij.
Seminum maluæ,
Melonum Anguriæ,
Cucurbitæ ana ʒ.ij.
Capillorum Veneris,
Comarum virentium fœnic. ana m.j.

Bulliant omnia ſimul in lib. duab. aquę end. vſque ad conſumptionem medietatis, deinde coletur & exprimatur pro tribus vicibus: & ſic perſeueret vſque ad ix. ſyrupos. Sequẽti verò die, poſt ſyrup. accipiet purgans hoc medicamentum.

R. Floris caſsiæ ʒ.vj.
Electuarij de ſucco roſarum ʒ.ij.
Syrupi roſati ſolutiui recentis ℥.iij.

Miſce, & cum aqua capillorum Veneris fiat potio, danda in aurora cùm cuſtodia. Octo deinde inſequentibus diebus, aut etiam xv. id quod longè vtilius fuerit, manè ac veſperi, per horam 1. ante cibum accipiet ſacchari roſati ℥. med. Atq; illi ſuadeo, vt per totum annum ſacchari roſati vſum faciat ſibi familiarem, ac horis iam dictis frequenter illud ſumat: pauca enim aut fortè nulla auxilia inueniet ſuæ affectioni magis ſalutaria. Dictis iam euacuationibus adminiſtratis, per integrum menſem hoc vnguento renes inunget:

R. Succi roſarum,
Violarum,
Plantaginis ana ℥.j.
Olei roſati comp. ℥.ij.
Ceræ albæ ℥.x.

Miſce, & fiat linimentũ pro renibus. Illud verò præ cæteris curabit, vt poſt purgationes & ſobrietate & recta victus ratione vtatur, omniaq; ſuperius præſcripta obſeruet. Quòd ſi in Sicilia, quemadmodum in Italia in agro Lucenſi & Veronenſi prope Calderium, ferreæ thermæ eſſent, author illi eſſem, vt per duos aut tres annos deinceps, in æſtate, in canicularibus diebus biberet eã aquã, & more etiam conſueto in ea lauaret. Mihi etiam maximè probaretur, ſi bis ſaltem in menſe hiſce pillulis vteretur:

R. Rha-

R. Rhabarbari electi,
Aloes,
Agarici ana ℥.ij.
Roſarum,
Myrobalanorum citrinorum ana ℥.j.
Spicæ,
Seminis fœniculi ana ʒ.s.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & cum mucilagine radicum althææ condita cum zuccharo fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus fiant pillulæ tres, ponderis ʒ.j. quæ per horam vnâ ante cœnam ſumantur. Et hæc, quod ad præſeruationem attinet, dicta ſint ſatis. Cùm autē paroxyſmus infeſtabit, ſi fortè (quod Deus auertat) reuerteretur, illud primum curabit, vt ſi ille facilis eſt ac paratus ad vomitum, omnem cibum, qui tū in ventriculo continetur, ſtatim vomat: quòd ſi quid præter cibum euomere etiam poſſet, vtiliſsimum fuerit, & adhibita dexteritate debet adiuuare. Poſt vomitum vnus aut alter, aliquando etiam tertius & quartus clyſter erit inijciendus: ſpacium autem inter vnum & alterum interponetur, quantum doloris acerbitas concedet. Clyſterum deſcriptiones ſunt huiuſmodi:

R. Florum camomillæ,
Foliorum maluarum ana M.j.
Furfuris.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, ad conſumptionem medietatis. Deinde,

R. Caſsiæ pro clyſteribus ℥.j.s.
Mellis violati ℥.ij.
Olei communis ℥.iiij.

Miſce, & cum prædicto decocto fiat clyſter. In ſecundo clyſteri ſeruato ſuperiori decocto, ſequentia electuaria adiicientur:

R. Hieræ picræ ʒ.vj.
Mellis violati ℥.ij.

In tertio & quarto clyſteri eadem, ſi opus fuerit, adiicientur. Illud autem in primis annotandum, niſi prius aut per vomitum, aut per clyſteres, aut per vtrunq;, quod multò melius foret, fuerit euacuatus, loco affecto & dolenti, nec linteamina calida, nec vnguenta, neq; alicuius generis fomenta, vt ferè fieri ſolet, aliquo modo applicanda eſſe: hoc enim dolorem augeret, malum cumularet, & miſerum hominem magnis cruciatibus conflictaret. Quamprimùm autem hæ factæ fuerint euacuationes, leuioribus tum fomentis vtendum erit, vt parietaria in oleo ſeminis lini cocta. Sequens etiam eſt vtiliſsimum.

R. Farinæ, ex qua cōficitur panis, duos plus minus pugillos,
Sapæ,
Olei dulciſsimi,
Vini dulcis optimi ana cyathum vnum magnum.

Omnia ſimul miſceantur, & lentè bulliant, ac interim permiſceantur, donec acquirāt formam emplaſtri, non quidem ſolidioris, ſed potius mollis: illud deinde inuoluatur in lineo panno, & loco dolenti applicetur, ad dolorem enim ſedandum eſt efficaciſsimum. Iniectis clyſteribus, & vomitu etiam excitato, ſi dolor adhuc perſeueraret, hoc illi medicamentum purgans exhibebitur

A aut manè, aut veſperi, prout magis videbitur expedire: ſed in media etiam die aut nocte exhiberi poteſt, in huiuſmodi enim affectibus nulla interponenda eſt mora.

R. Floris caſsiæ ʒ.vj.
Specierum hieræ ſimpl.ʒ.ij.

Miſce, & fiat bolus cum zuccharo. Diuidatur in parua fruſta, & ſumatur: deinde iuris in quo olcum, mal. & hordeum ſint decocta, ℔.j. ſtatim bibat. Quòd ſi poſt medicamentum perſeueraret
B adhuc dolor, accipiat olei amygdalarū dulcium, olei amygdalarum amararū ana ℥.iiij. aut v. quo accepto, per ſeptem horas ab omni cibo ac potu abſtinebit. Hiſce omnibus adminiſtratis, ſi pertinax adhuc eſſet dolor, manè ac veſperè tribus horis ante cibum hoc decoctum ſumet:

R. Iuris in quo decoctus eſt pullus ℔.ij.
Radices althææ num.ij.
Foliorum maluæ p.j.
Grana alchechengi num.x.
C Cicerum rubrorum gr.xx.
Cinnamomi craſsi contuſi ʒ.s.

Miſce, & bulliant ad dimidiū, & colentur: deinde in eo decocto imponatur butyri recentis, aut ſi ille abhorret à butyro, olei amygdalarum dulc. recentiſs. ℥.j. & ſacchari optimi tantundem. Hoc totum bibatur calidum temperatè. Quandiu dolor perſeuerat, ſobrietas mihi maximè probatur. Igitur elixus panis, & ſuccus hordei ex iure pulli, illi erit cibus: aqua autem in qua hordeum & fac-
D charum ſint decocta, erit potus. Interim etiam frigidum nihil bibet. Singulis etiam diebus clyſteribus vtatur, non quidem quales ſuperius ſunt deſcripti, ſed è ſolo eo decocto, cui olei chamæmelini ℥.iij. olei roſati completi ℥.ij. vitelli ouorum num.ij. adiiciantur. Atq; hæc quidem præſente paroxyſmo admininiſtrari debent.

CONSILIVM CCLXXIII.

E *Pro Germano nobiliſs. Domino Andrea Vueleſero. Anno 1543. April.14.*

NOBILIS s. Germanus annos natus 60. vt intelligimus, optimè ſe habens, & qui veſcitur optimis cibis, in hac ætate conſtitutus, cùm permanſiſſet ſanus vſq; ad 54. ætatis ſuę annū, primùm conqueſtus eſt de hac ægritudine de improuiſo. Cùm enim fortè vellet emittere vrinā, ſuppreſſa eſt ſubitò vrina, & animaduertit aliquid eſſe, quod impe-
F diat. Multitudo autē vrinæ eiecit calculum, deinde vi ſus eſt ſanus, & ita manſit ab anno 1542. vſq; ad annum 43. ſine dolore. In menſe Martio huius anni proximi circa lumbos magnus dolor eū corripuit, iſq; primò maximus, in ſecundo verò acceſſu balneis lenior factus paulatim eſt, & ſequentibus diebus exierunt plurimi calculi exiles, vt piſa parua, eosq; facilè eiiciebat. Quodam die pòſt ſuppreſſa vrina, vt ne minimum quidē vrinę reddere poſſet, vt etiā de ſalute ipſius deſperaretur.
G Aquam igitur diureticam ſumpſit, ex cuius potu cū maximo dolore eiecit tres calculos: primum vt fabā, reliquos minores. Hoc notandum in hoc caſu, quòd antè nihil pręceſsit, & dolor tantū fuit

E 4

in fiſtulá,cùm primum calculum mingeret:nunc dolor incipit ante calculos, & quidem circa lumbos. In hoc caſu tria quæruntur. Sunt enim duo* problemata naſcentia ab euẽtu rei. Primùm,quid ſit,quòd huic viro naſcantur tam citò, tam multi calculi, & tam magni, non apparentibus, neque in vrina arenulis, neque in renum regione doloribus,neq; aliquo horum veſtigio. Secundùm quæ ſit præſeruatio,ne generentur amplius calculi:& quia metuit, ne adhuc adſint: hinc tertium oritur,ſi ſint plures calculi,quomodo curãdus? His tribus ordine reſpondendum. Primò natura morbi conſideranda eſt, ſi volumus eum rectè curare. Vellem me poſſe aliquid ſcire de temperatura corporis. Id enim permagni refert, ſed vt audio, eam ignoramus omnino, ideo de morbo dicam. Calculus eſt ex genere fluxionum, quia fluit ex vna parte in aliam,vt reliqui humores, licet ſit ſolidus, fluit tamen & mouetur, ac ſeruat veram naturã fluxionis. Quia igitur fluxus, natura eius in quatuor cõſiſtit. Eſt enim primum membrum mandans, generans & expellens. Secundò, vaſa per quæ materia tranſmitti poteſt. Tertiò, materia & cauſa generationis calculi, efficiens & materialis. Quartò,nãtura loci recipientis. His cognitis naturã morbi perfectè ſciemus. Quod ad primam partem,nemini dubium eſt,quod & Hippocrates & Galenus primo ſexto Epid. circa initiũ pulchri commenti ponit, vbi de tota natura calculi loquitur, & autor libri de renum affectionibus(quiſquis ille fuerit,mentem Hipp. & Gal. optimè eſt aſſecutus)docet: quòd ſint loca calculi renes & veſica,ſed in renibus generati habent diuerſa loca. Vel enim in carne ipſorum generãtur, ſicut enim tophi generãtur in muſculis, ita in carne renum ſolent generari lapides:vel generantur in concauitate, quæ eſt in medio renum. De materia autem quænam ſit, ſciendum ex iiſdem autoribus,quòd ſint omnes quatuor humores: poteſt eſſe pituita,bilis,humor melãcholicus,quandoque ſanguis concretus, & tandem in lapidem verſus, ſed crebrius eſt ex bile miſta cum pituita, quæ tanquam gluten ſe habet ad calculos, ideo ſubrubeos ac ſubcitrinos ſemper videmus, cum miſta quadam albedine extrinſecus, & præcedũt plerunque in iis qui patiuntur calculum, arenulæ fuluæ & aſperæ, quæ non poſſunt conglutinari, niſi per aliquod viſcidum, ſicut eſt pituita: & donec effluunt illæ arenæ,ſatis ſunt tuti,quia expultrix virtus valida eſt ad expulſionẽ,ſed quando retinentur,fiunt calculoſi. Ex coloribus igitur habebimus materiam peccãtem, quæ facit ipſum calculum,eſtque plerunq; bilis vel pituita, & quidẽ vbi pituita,ſunt lapides duriores, nec ita aſperi:vbi bilis,inæquales,frangibiles & aſperi. Cauſa efficiens eſt calor,qui vel naturaliter,vel accidentaliter reperitur in ipſis renibus, vel quia natura calidi renes,vel ob laborem,vel coitum, vel cibos calidos calefacti excoquunt materiam, non aliter ac lapis in fornace coquitur. Talis modò materia habet etiam cauſas procatarcticas,nec tantùm fit à qualitate,ſed quantitate:& licet aliquis bene veſcatur, & cibis exquiſitiſsimis, tamen in maiori quantitate,vt non poſsit concoqui, repletur cru-

A ditatibus. Addit Auicenna debilitatem virtutis expulſiuæ, quia vbi virtus ſegnis in expellendo, & materia adeſt,& calor vehemens, ſtatim fit calculus,& in talibus, vbi ſemel inuaſit, ſæpe redit. Viæ ſunt vaſa vrinalia, quæ renibus coniunguntur,& ducunt vrinam ad veſicam, quæ ſi ſunt latæ,exit ſine dolore magno:ſi verò anguſtæ, vt plerunque videbitis, defluxus lapidis erit cum ſummo dolore, vt in ſyncopen & mortem æger incidat: idque interdũ etiam ratione calculi fit, cùm
B ſint aſperiores, quales ex bile & materia ſicciori generantur: molliores verò ex pituita,& facilius exeunt. Membrum quod recipit, eſt veſica, per quã effluit vrina. Plerunq; enim contingit,quòd lapis genitus in renibus mittatur ad veſicam, in qua ſi moram traxerit,paulatim noua materia viſcoſa ſingulis diebus accedit, quæ adhæret lapidi & coagulatur,vnde creſcit in maiorem quantitatem,ſi præſertim virtus expultrix debilis non expellat. Si verò virtus expultrix fortis eſt expelli-
C tur paulatim,& ſi eſt amplus meatus virgæ, id facilè fit:ſi anguſtus,facit magnum dolorem & periculum, accedente præſertim aſperitate calculi. Hic eſt totus proceſſus cauſarum calculi. Iam igitur cognita natura calculi, facilè erit reſpondere queſitis. Ac primò cur tam citò,tam multi,& tam magni lapides generentur, ſine dolore expellantur, & non præcedant arenulæ. Neſcio an hic vir ſit humidæ temperaturę,ſed ex calculis coniicio, quia ſunt coloris flaui & albicantis,quæ indicant
D dominium bilis & pituitæ. Et videtur adeſſe caliditas hepatis,vir eſt ocioſus, vtitur optimis vinis in aere frigido & Germanico, vbi pori obſtruuntur, quare non mirum, ſi natura multum deferat ad renes:ex plurimis cibis & materia multa generantur plurimi lapides:& quia ibi eſt caliditas renum,adeſt ſic fortitudo cauſæ agentis & efficientis. Non igitur mirum ſi generantur citò. Sed cur ſine dolore in tranſitu ad veſicam perueniant, & tamen dolet in virga? Galenus in Commentario
E dicto,Quando calculus generatur in cauitate renum, non ſoluit continuitatem, quia maior eſt meatus:ſi ſit in loco amplo, non facit dolorem:& quia vir calidus habet amplos meatus, & calculus ipſe ſolidus ex pituita generatus,ideo in tranſitu non ſentit dolorem. Sunt enim duæ cauſæ doloris: ob intemperiem nũquam facit dolorem calculus, ſed ratione ſolutionis continui: ob magnitudinem, duritiem, aſperitatem,contundendo & incidendo. Sed hic calculus generatus eſt
F in concauitate renum in loco amplo,vbi nec premit,nec extendit, & caret omni aſperitate, cõſtat ex pituita, ſunt ſolidi,leues, & bene cocti, & ſunt meatus ampli, ideo non percipit dolorem in tranſitu: remota enim cauſa remouentur effectus. In ſecunda excretione illorum ſenſit dolorem magnum circa lumbos, circa regionẽ renum, & ille calculus grauabat,quia generatus in ipſa ſubſtantia & carne renum,ideo premebat & faciebat carnem intumeſcere, & comprimere adhærentem
G panniculum, ſeu membranam, quæ validiſsimi eſt ſenſus, vnde ſenſit maximũ dolorem. Tandiu ergo manſit ſine dolore,donec parui erant. Cùm autem maiores,doluit dum expellerentur. Erant

enim

enim inſtar fabę, & ductus inæquales ſunt, & anfractuoſi, & ſemper impingitur in anfractibus, & fit dolor, ideo ob magnitudinem dolorem fecerunt, & obſtructionem meatus vrinæ, & ita non potuit excernere vrinam, donec ei data fuit aqua diuretica. Sed quare calculum nunquã præceſſerunt arenulæ, ſi habet latas vias & virtutem expulſiuam fortem? Fortaſſe hoc cõtingit, quia tam calidos renes habet, vt præueniat expulſionem coctio, & maturatio propter fortiſsimũ calorem. Et hæc quoq; cauſa cur citò generentur, & cauſa quare nõ expellantur, quia ſubitò regenitæ ſunt arenulæ, quæ corripiuntur à pituita, & concoquuntur poſtea à calore, ac magnitudinem acquirunt, antequam expellantur. Hæc ad quæſtiones. Ad præſeruationem, quæ eſt nobilior, nunc deueniamus. Non autem multum differunt indicationes præſeruandi & curandi, vt de Tuenda ſanitate libro 4. dicitur, quia quæ ad præſeruationem requirũtur, faciunt etiam ad curam, præcedunt tamen indicationes præſeruationis. Neceſſe autem eſt, vt in ſex rebus non naturalibus optimè ſe habeat, nihil comedat, quod humores generet calidiores, vel pituitoſos, omnia ſint εὔκρατα ac temperata, media inter craſſum & tenue. Bilis enim à calidis & ſiccis cibariis, pituita à frigidis & humidis generatur. Quare debet temperatè bibere & edere. Et quia nemo tam prudens, quin cadat aliquãdo, prouidendum eſt, vt præueniat purgando eõs humores, qui huiuſmodi malum cauſant, & corroboret membrum, ne facilè recipiat. Cum quo inſtrumento? Optimum eſt ex rhabarbaro & agarico, & miſce aliquid myrobalanorum, & aliquid temperatum, quod facilè tranſeat ad vias vrinæ, vt cinnamomum cum ſeminibus melonum, vt in tali forma:

℞. Rhabarbari ʒ.iij.
Agarici electi ʒ.ij.
Cinnamomi, Myrobalanorum,
Seminis melonum ana ʒ.s.

Semel in ſeptimana accipiat. Vtatur etiam refrigerante Gal. vngendo loca renum. & ſumat ſingulis diebus ſaccharum roſatum. Si calculus effectus eſt, & dolorem facit, oportet illicò mittere ſanguinem à poplitibus. Sed nunc non ſecamus eas venas, ſed ſaphænam. Facta diuerſione materiæ, cum his quæ leniter euacuant, vt ſimpl. caſsia, procedere poſtea oportet, & darẽ caſsiam cum agarico. Si eſſet in renibus, vtatur oxymelle & aqua mulſa: nunquam frigidis, nunquam calidis vtendum, ſed ſemper temperatis vel incidentibus: quia terreum, quod à calido coagulatum eſt, vt lateres, nec à calido, nec à frigido diſſoluitur, vt patet ex Ariſtotele 4. Met. quare non poſſumus progredi niſi cum incidentibus & lenientibus. Admiſceatur igitur oxymel cum aqua mulſa. Bellocatus ex Dioſc. protulit: Aſellos, quos dicunt, in puluerem redactos, cum decocto petroſelini, & apij prodeſſe laborantibus calculo. Item ſanguis leporum extra corpus etiam impoſitus lapidem frangit. Exiccatur etiam, vt ſeruetur ad vſum, queadmodum ſanguis hircinus. Spongia quæ in roſetis naſcitur, pulueriꝫetur, & cum æquali pondere cinnamomi data frangit, & præ-

A ſeruat. Si adeſt dolor in lumbis, balneum in oleo prodeſt: & vngatur cum oleo ſcorpionis. Rhabarbarum ſolam bilem trahit, quare in corpore pituitoſo non valet. Venetiis quidam aſſumpto decocto cicerum cum radicibus petroſelini eiiciebat multos: quidam decocto radicum althææ, & petroſelini iuuantur. Sed deinceps Montanus dedit conſilium ſequens ſcriptum.

CONSILIVM CCLXXIIII.

B *Conſilium in calculoſa affectione præſcriptum poſt habitas conſultationes à D. Montano, D. Andreæ Vuelſero patricio Auguſtano. Anno 1563. Patauij.*

NOBILISSIMVS ille vir Germanus, qui calculi affectu laborare conſueuit, tria nobis propoſuit diſcutienda, quæ à rei euentu orta ſunt. Primùm cur in eo tam citò, tam multi, tamq; magni calculi C generentur, non apparentibus, neq; in vrina arenulis, neque in renum regione dolore, neq; aliquo horum veſtigio. Secundò, quænam ſit præſeruatio, ne amplius generetur, & quòd timet quòd adhuc ſint generati. Quærit tertiò, ſi geniti eſſent, & ſigna apparerent, quanã arte eſſet curandus. Quorum omnium facilis apparebit reſponſio, ſi morbi naturam, atq; ea quæ ipſum conſequũtur, conſiderauerimus. Voluiſſem verò naturam ipſius corporis cognoſcere, ſiquidem magna ab ea D indicationis pars ſumenda erat: verùm quia de naturali temperie nihil ad nos ſcriptum eſt, morbi naturam hac relicta cõtemplabimur. Calculus itaque cùm eandem, quam reliquæ fluxiones omnes habent naturam obtineat, etſi ſit res ſolida, quia tamen de vna parte ad aliam fluit (nihil enim refert, ſiue id quod fluit ſit tenue, ſiue craſſum & terreum, neque prohibet quò minus fluxio ſit appellanda) ſub fluxionum genere collocabitur, eoſdemque ſcopos habebit, quos & ipſa E fluxio. Natura autem fluxionis in quatuor conſiſtit. In conſideratione membri mandantis, recipientis, viarum per quas fit fluxio, & materiæ, quæ mandatur. Inquiremus itaque primò, quis ſit locus & mandans huiuſmodi calculos: ſecundò materiam iſtorum, & à quibus cauſis efficientibus proueniant: tertiò, vaſa per quæ defluunt: vltimò, loci recipientis naturam contemplabimur, quibus viſis naturam perfectè aſſequimur. Locum itaque in quo calculi generantur, vel F renes, vel veſicam eſſe oſtendit primò Hipp. deinde Galen. 6. Epid. comment. 1. text. 6. in quo de calculi natura pulcherrimè differit Galen. Præterea autor ille de renum affectibus, quiſquis fuerit, & Hippocrates cum Galeno mentẽ optimè aſſecutus teſtatur idem. Verùm de calculo veſicæ nihil dicturi ſumus: nam huic nobiliſsimo viro non in veſica, ſed in renibus generatur, ſi ex his, quæ nobis relata ſunt, iudicare voluerimus. Quare de renum calculis agemus. Sed quoniam renes diuer- G ſa habẽt loca, in quibus poſſunt generari, ſubſtantiam ſcilicet & concauitatẽ, diſtinguemus in quo hos generatos credimus. In ſubſtãtia aũt ſeu carne ipſorũ tenui ita poſsũt generari, dicit Gal. ſicut

A in carne & muſculis membrorum contingit generari tophos, vel poros lapideos. Quæ verò ſit calculi propria natura & cauſa efficiens, ex rei natura ſcire debemus: item ab Hippocrate & Galeno, ex quatuor ſcilicet humoribus poſſe generari calculos: vel enim dominabitur pituita, vel bilis, vel melancholia, vel ſanguis qui concreſcit, & in lapidem vertitur. Crebrius tamen & frequentius ex bile miſta cum pituita. Ideo aliquando apparent rubei & ſubcitrini cum aliqua albedine, qui colores bilem cum pituita dominari atteſtantur. B Vbi hi erunt, & maximè vbi bilis abundauerit, procedunt arenulæ fuluæ aliquæ, quæ ex ſe vniri non poſſunt, niſi aliquod viſcidum, quod ipſas conglutinet, accedat. Bilis enim cùm de ſe calida & ſicca eſt, fiatq; calidior ob renum caliditatem, quicquid in ea humidi eſt, abſumitur: partes terreæ velut arenulæ remanent, atque ita fit, vt qui calculos patiuntur, plurimas habeant arenulas. Qui verò arenulas habent, tandiu ſubiecti ſunt calculis, quandiu arenulæ fluunt, quæ ſi in multa C copia fluant, tuti omnino ſunt: virtutis enim expulſiuæ fortitudinem oſtendunt. Si verò retinētur, periculum eſt ne ſtatim generentur calculi. Vbi verò pituita bili dominatur, quæ in ipſo calculo veluti gluten eſt, leuiores ſunt, neq; ita duri, neque aſperi, neque inæquales, ſuntque ex ea calculi minus periculoſi. Inter hæc duo extrema plurima contingūt media, ſecundùm variam humorum inter ſe miſtorum proportionem, quę ex colore facilè cognoſcuntur, ſuntq; hi calculi magis D minusque periculoſi, prout ad alterum propius accedunt. Cauſa efficiens eſt calor vel per accidens, vel naturaliter exiſtens in renibus: nam ſiue ſint naturaliter calidi, ſiue accidentaliter, ſicut contingit propter affectum extrinſecum, vt propter laborem plurimum, plurimumque coitum, cibaria calida & hepatis & venarum caliditatem coquitur humorum materia, non aliter q̃ lapides in fornace. Hæc verò materia cauſas habere poteſt προκαταρκτικὰς, quæ ſunt mala victus ra- E tio, non tantùm qualitate, ſed etiam quantitate peccans, ex qua multæ cruditates generātur. Addebat Auicenna aliam cauſam, debilitatem videlicet virtutis expulſiuæ, quæ ſi fortis eſſet, priuſquàm ea materia excoqueretur, expelleret, atque ita ipſorum generationem prohiberet. Si verò ſegnis eſt, & calor fortis, & materia pręparata, facillimè calculi generabūtur. At vbi calor ille factus idoneus ad calculi procreationem, difficillimum erit ipſum ab hoc vitio retrahere. Nihil enim eſt, F ſi diligentius animaduerterimus quòd magis ſit recidiuum, quàm ipſe calculus, quippe qui bis, ter, & etiam quater in anno generetur. Viæ per quas hi calculi tranſeunt, ſunt vaſa ipſa vrinaria, quæ renibus coniunguntur, per quæ & vrina & materia hæc expellitur. Poſſunt autem hæ eſſe anguſtæ & amplæ: ſi anguſtæ fuerint, defluxus erit difficilis cum dolore, ita vt nonnunquam in tranſitu calculi, ægri in ſyncopen incidāt, & quādoque moriantur. Si ſunt amplæ, ita vt ſine do- G lore calculi decidant ob pituitæ dominium, ſunt hi leues, & multò quàm illi, qui à flaua bile proueniunt, benigniores, hic defluxus eſt facilior, & ſine ægri moleſtia. Membrum recipiēs calculum veſica eſt: nonnunquā autem contingit, vt lapis in renibus genitus mandetur ad veſicam, in qua ſi moram traxerit ob materiam cōtinuò defluentem augetur: adhæret enim illa materia lapidi ob viſciditatem, & tandem propter longam moram in veſica inſignis lapis procreatur. Accidit autem id ob veſicæ virtutis expulſiuæ imbecillitatem, quæ ſi fortis fuerit, illicò vbi tranſmiſſus eſt ad ipſam calculus, expellit ad virgā, quæ ſi amplum habet meatum, facilè & ſine dolore expellit: ſi verò anguſtum, cum ſummo dolore. His omnibus conſideratis, totam calculi naturam quoad ſuas cauſas inuenimus, ex quibus facilè quæſitis poſſumus reſpondere. Primò, cur eſt, quòd tam citò tam multi, & tā magni calculi generantur? & ſine dolore expelluntur, & non procedunt arenulæ? Si modò huius nobiliſſimi viri propria natura & temperatura nobis cognita eſſet, melius iudicaremus, & ex calculis tamen coniectari poſſumus, quos flauos & albicantes intelleximus, pituitam bile commiſtam dominari: habere enim debet hepar & renes calidos, nutritus multis cibariis calidis, & optimis vinis, ex quibus multæ aggregantur ſuperfluitates. Et licet cibis, vt ſcribitur, exquiſitiſſimis vſus fuerit, nihilominus tamen eos ſumere potuit quantitate peccantes, vt conficere eos minimè potuerit, indeq; plurimæ generatæ fuerunt cruditates. In aere præterea frigido, vbi pori aſtringuntur, excrementaq; plurima redundat. Habet præterea venarum amplitudinem, quæ hepatis caliditatē indicant. Cùm igitur plurima abundet materia in hoc corpore, & renes ſint naturaliter calidi, ideò plurimi calculi generantur, & quia caliditas renū eſt cauſa efficiens, quæ ſi ſit valida, citò generantur. Fortitudo enim cauſæ efficientis, & multitudo materiæ cauſa eſt quare plurimùm crebrò, & citò generētur. Quòd autem non ſentiat dolorem, niſi cùm per virgam egreditur, & nō in tranſitu à renibus ad veſicam, cauſa eſt, quòd calculus ille genitus fuit in concauitate renum, & quòd vrinaria vaſa habet ampla, ideo in tranſitu non ſentit dolorem. Dolor enim à duplici cauſa prouenit, vel ab intemperie, vel à ſolutione continui. Hic verò nō poteſt eſſe dolor ob intemperiem, quia in lapide inſignis aliqua qualitas non reperitur, fuerit itaque ſolutione continui ratione: ſed cùm viæ ſint amplæ, non ſoluitur continuum, ideo neque fit dolor. Atq; ita cùm calculus ſit albicans propter pituitæ dominium, & non friabilis, ſitque genitus in concauitate renum, qui ex ſe nullius ſenſus ſunt, non premendo, neq; incidendo, neq; extendendo potuit ſoluere continuum, accidit vt ſine dolore tranſmitteretur. Quòd verò dū ſecundò nobiliſſimus vir hunc pateretur affectum circa lumbos ſenſerit dolorem, contingit quòd hi calculi non in concauitate, ſed in renum ſubſtātia erant geniti. Et licet caro ob fibras ſit alicuius ſenſus, tamē quoniam ipſa intumeſcebat & extendebatur membrana, quæ validiſſimi eſt ſenſus, ideo percepit dolorem, quem ſenſit quouſque in carne permanſit calculus. Cùm verò ad cauitatem pertranſiuiſſet, neque amplius compreſſionem extenſio-

A extenſionemque faceret, dolorem amplius non percepit, cum ad virgæ meatum perueniſſent, qui parui erant calculi minimè dolorem excitabant. Tres autem illi maiores qui ad fabæ magnitudinem excreuerant, dum ad virgam protenſi eſſent, ob eorum magnitudinem, neque eſſent leues, dolorem grauiſsimum excitauerunt. Hærebant enim ibi impacti ob meatum virgæ non capacem & anfractuoſum, ita vt meatum obſtruerent, & vrinam patiens dimittere non potuit, tamen aquæ illius diureticæ auxilio vrinam prouo- B cantis expulſi ſunt. Quare autem ipſos calculos non præceſſerint arenulæ, vt in pluribus contingit, hoc ideo credo eueniſſe. Licet enim ſit latarum viarum, & virtus expultrix ſit validiſsima, tamen renes adeò ſunt calidi, vt concoctio à validiori calore & maturatio expulſioni arenularũ præueniát: nam vbi materia illa eſt in renibus, ſtatim à pituita corripitur impingiturque, atque ita ſubitò calculus fit, qui concretus ſine alicuius are- C næ præmiſsione expellitur. Ad ſecundum itaque nobis propoſitum accedamus, in quo præſeruationem nobiliſsimus hic vir à calculi generatione quærit: ſed quoniam indicationes præſeruandi, à curandi indicationibus non multum variát (quæ enim præſeruant, eadem valent ad curationem) ideo ſimul & de præſeruandi ratione, & curandi dicemus. Aeris itaque exceſſus omnes pro viribus ſunt euitandi, frigus tamen præcipuè fugiendum. Circa regionem renum nihil applicet, D à quo vel caloris, vel frigoris redundantiam percipiat, prorſusque ſtudeat vt omnia in calore & frigore temperata tam per os, quàm exterius corpori admittat: hic enim morbus id habet præcipuum, vt vtroque tam frigoris quàm caloris exceſſu lędatur. Omnes ingentes motus, quantum humana fragilitate fieri poteſt, euitet, præcipuè tamen iram & mœrorem. Somnos longiores effugiat, pręſertim meridianos, & niſi noctu à ſomno aliqua occaſione impeditus fuerit, tẽpeſtiuè ſur- E gat. Eoque tempore exercitio tam animi quàm corporis commodiſsimè vtatur, vtrunque enim alternatim admitti poteſt, præcipuè tamen corporeum, vſque ad ſudorem, & anhelitus frequentiam magnitudinemque exercendus. Ita tamen vt peracto exercitio, caueat ab aere frigido, & ſi ſudauerit, ſudor exquiſitè abſtergatur quieſcatque vt inter prandium & exercitium ſaltem hora intercedat. Procuret autem omni conatu quotidianas alui excretiones, & ſi aliquãdo defecerit, hoc F familiari vtatur præſidio. Manè hora vna aut altera ante pandium gallinacei iuris heminam amplá bibat, in quo decoctus ſit manipulus maluæ & mercurialis addita in fine modica portiuncula zucchari. Eundem vſum optimè præſtabunt caricæ pingues, ſcilicet ficus aridæ ſi decẽ aut quindecim iugiter in prandio ſumantur, præterquam enim quòd aluum mollem efficiunt, renes etiam non mediocriter purgabunt.

Bis tantùm ſingulis diebus prandio (inquam) G & cœna cibum moderatè & citra ſatietatem aſſumat, neque in mediis interuallis aliquid potet: quin & inter comedendum parcè admodum potandum conſulo. Sit autem vnico cibi genere contentus, ac præcipuè euitet carnes & piſces, aut lac, & butyrum, lacticiniorumque genus omne piſcibus commiſcere. Ad ſecundum cibum non accedat niſi priorem ſe exactè concoxiſſe cognouerit, & quoniam ſcribit ſe exquiſitiſſimo cibo & potu vti, velim in eo perſeuerare, modò quantitatem & varietatem eodem tempore euitet. Velim tamen à piſcibus omnibus abſtineret. Carnes eligat vitulinas, hœdinas, pullaceas, aues omnes quæ in montibus & locis campeſtribus, & minimè paluſtribus degunt, lepores quoque & cuniculos iuniores. Vtatur ferculis benè elixatis, qualia ſunt far, oriza, ſpelta, ſumat iura omnia in quibus laudatæ carnes excoquuntur, oua ſorbilia ex ſimplici aqua elixata ſummoperè laudo. Pro acetariis & condimentis, cappares, intyba, oliuas conceſſerim. Nonnunquam æſtatis tempore etiam lactucas.

In ſecunda menſa pyra aut poma cocta cum ſaccharo vel fœniculo & aniſo conſperſa, ſummè euitet aromata & iuſculorum genera illa ferventiſsima, quę non minus comedunt viſcera, quàm ipſa comeduntur, quoniam in Germania frequẽtiſsimus eſt vſus.

Vinum verò eliget tenue, lucidum, maturum, quod nec dulce nec acerbum ſit, in quo nullus emineat ſapor, nec tamen inſipidum, ſed potius ſapidiſsimum, optarimque colore potius album.

Ceruiſiam autem cum flatuoſa ſit, niſi neceſsitas cogat, omnino dimittendam eſſe cenſuerim: ſi tamen ille bibendo fuerit aſſuetus, neque inde nocumentum percipiat, poterit interdum ea vti, vbi vini probabilis copia defuerit. Hæc omnia ſi diligenter obſeruarentur, ſatis ſufficere poſſent, tum ad tuendam ſanitatem, tum ad remouendos fomites futuræ ægritudinis. Sed quoniam ea eſt humana imbecillitas vt nec in propria vita ſeruãda ſemper ad amuſsim ſeruet, imò frequentiſsimè delinquat deliretque, ideo adminicula quoque adſcribemus, quibus errores corrigi poſſent, & ſanitas conſeruari.

Primùm igitur commodiſsimum iudico, vt ſe mel aut bis ſingulis annis totum corpus exquiſitè purgetur circa Idus Aprilis & Septembris: eſſet que purgatio huiuſmodi. Primò ſumat hora ante prandium florum optimæ caſsiæ recentium drachmas decem cum zuccharo ad bolum redactæ, ſyrupum die ſequenti calidum bibat in aurora, qui vſque ad nonum iteretur.

℞. Syrupi acetoſi,
Mellis roſati ℥.j.
Decoctionis infraſcriptæ ℥.iiij.

℞. Radicum althææ n.iiij.
Sem. Melon.
Maluæ,
Anguriæ,
Cucurbitæ ana ʒ.ij.
Capillorum veneris,
Comarum viridium fœniculi ana m.j.

Bulliant omnia ſimul in libris duabus aquæ endiuiæ vſque ad conſumptionem medietatis. Deinde coletur & exprimatur pro tribꝰ vicibus. Sumpto ſyrupo denuò purgabitur.

℞. Florum caſsiæ ʒ.vj.

Electuarij de ſ.roſat.ʒ.ij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.

Cum aqua capillorum Veneris ſumenda potio facta in aurora. Laudo etiam quòd frequentiſsimè ante cibum vnciam vnam optimi zucchari roſati deglutiat, ſummè enim confert ad ſtomachi, hepatis, & renum corroborationem. His ita anno integro peractis, ſpero ſalutem non renum tantùm, ſed totius quoque corporis affuturam. Quòd ſi reliquiæ quædam remanſerint, longa experientia compertum habeo potum aquæ thermarum ferrearum conferre, quales ſunt in Italia in agro Veronenſi Calderianæ, & in Lucenſi Villanæ, deſperatos etiam renum dolores & aptitudinem ad calculos generandos hoc ſolo præſidio ſæpe ſanaui. Sunt autem potandæ in diebus canicularibus cœlo ſereno & feruentiſsimo ad quindecim dies præmiſsis exquiſitiſsimè totius corporis purgationibus. Vbi verò dolores iam in actu infeſtauerint, primùm vomitum prouocabit. Deinde clyſteribus per inferius educet materiam inteſtinis impactam hoc modo.

R. Florum camomillæ,
Anethi ana m.j.
Fœnugræci,
Seminis lini ana ℥.j.
Cimini ℥.s.

Decoquâtur in aqua ſuff. fontis ad dimidium. Sumatur huius decoctionis libra vna, & miſceatur cum vnciis ſex olei camomilli, & imponatur tanquam remedium ad excutiendos flatus & ſedandos dolores præſentiſsimum. Quòd ſi adhuc dolor perſtiterit, addantur eidem decocto hieræ picræ drachmæ ſex, Diaphœnic. drachmæ quatuor, olei anethini ℥.j. Exterius verò cum lana ſuccida applicetur oleum de ſcorpionibus cum oleo amygdalarum amararum confectum, vel oleum liliorum alborum, aut anethinum, aut camomil. aut quæ ex his componuntur, vtaturq; eo tempore tenuiſsimo victu, ſitq; illi potus ius pulli calidum cum cinamomo aut aniſo: & ſi neque ex his dolor ceſſauerit, hoc vtatur ſtatim medicamento.

R. Florum caſsiæ ʒ.vj.
Species hieræ ſimpl. ana ʒ.s.

Miſce, & fiat bolus cum zuccharo, & ſtatim vbi hunc bolum ſumpſerit, ſumat heminam vnam iuris, in quo decocta ſint folia maluæ & hordeum. Velim item ſingulis menſibus vtatur bis pro præſeruatione his pillulis tribus.

R. Rhabarbari electi,
Aloes optimi,
Agarici ana ℥. ij.
Roſarum,
Myrobal. citrinorum ana ʒ.j.
Spicæ,
Sem. fœniculi ana ʒ.s.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceâtur, & cum mucilagine radicum althææ cõdita cum zuccharo fiat magdaleon, de quo ſingulis vicibus fiant pillulæ tres pondere ʒ.j. quas ſumat hora vna ante cœnam. Hæc ſunt quæ pro huius viri nobiliſsimi ſalute in medium attulimus: vellemus tamẽ priuſquam his vtatur, prudẽtiſsimum medicum conſulat, qui pro ægri natura nobis incognita poterit moderari, conſulatque de ſanguinis miſsione eo tempore quo bis in anno naturales facit purgationes, quæ ſummoperè nobis placerẽt poſt duos primos ſyrupos exhibitos. His omnibus diligenter obſeruatis, ſperamus Dei optimi Maximi virtute à malo omni futurũ liberum.

CONSILIVM CCLXXV.

De calculo, pro eodem. Vbi de phlebotomia in ſene agitur: & aliæ quædam quæſtiones à D. Vvelſero propoſitæ diſſoluuntur.

QVAERITVR, ſanguis'ne mitti poſsit nato quinguaginta ſeptem annos, & laboranti calculo. Quoniam bonæ valetudinis eſt, venas habet amplas, & multum ſanguinis: bene poteſt etiam in hac ætate, reſpectu huius morbi, ſanguinẽ mittere. Porrò hæc miſsio in Vere fieri debet, & in baſilica dextri lateris. Quantitas ſang. mittenda eſt ſecundùm conſiderationẽ temperaturæ, & ſubſtantiæ ſanguinis, obſeruando diligenter qualitatem regionis, naturamq; eius & proprietatem, ac etiam rationem latitudinis ac eleuationis poli. Vſus erat ante vino ſublimato cum hedera ſylueſtri, & calculus excreuerat. Ea medicina cùm illi interdicam: nunc quærit cur ipſe iuuamẽtum ſenſerit. Poſsit etiam quæri, vtrum vinum ſublimatum illud cum hedera ſylueſtri prodeſſet ad calculum renum. Sed quia illud non quæſitum eſt, ad id quod quęritur reſpondebimus. Quod à calore & ſiccitate concretum eſt, non poteſt niſi per contrarias qualitates diſſolui ac liquefieri: ita & de calculorum diſſolutione ſentiendum. Calculus renum ab igneo calore concoctus, non poteſt vino ſublimato aut aliis rebus calidis & ſiccis diſſolui: imò ab his magis induratur. Quod autem ad diſsipationem & diſiectionem calculorum attinet, ſciẽdum quòd illi qui ex calore cocti & concreti ſunt, non diſiiciuntur, niſi per ſubſtantiá ſubtilem, & penetrantem ad fundum vſque: ſiue ea ſubſtantia ſit frigida, vt eſt ſuccus limonum & acetum: ſiue calida, vt vinum ſublimatum & aquæ deſtillatæ: aliæ calidiores etiam in iij. gr. de quibus aquis diſiicientibus calculos omnium medicorum libri ſunt repleti. Quare vinum ſublimatum ratione ſubſtantiæ ſubtilis & penetrantis, diſiicit lapides, ſicut in hiſtoriis de aceto Hãnibalis legimus: quo ipſe rupes & mõtes lapideos fregit & diſiecit. Quod ad præſeruationem ne congregentur arenulę, & fiat calculus, ſuperfluũ exiſtimo aliquid addere, cum illud in conſilio noſtro, quod ante aliquot menſes ſuæ D. miſimus, ſatis clarè oſtenderimus. Caueat ab eo, quod ab aliquo ei (quâtum intelligo) perſuaſum eſt, quod mihi diſplicet: nempe quòd vtitur quotidie illis cibis quę vrinam pronocant, vt petroſelino, quod omnibus cibis immiſcet, & cum iis vtitur: quo petroſelino, tanquam medicamento inconuenienti, ipſe omnem materiam trahit ad loca imbecilliora, vt ad renes & veſicam: quo meatus ampliantur & fiunt maiores, & ita ipſe multos fluxus è petroſelino prouocat. Qui ſolet eſſe error non minimus & communis me-

dicis

dicis illis vulgaribus & imperitis: in quo plerunque impingunt. An calculi tam grandes in renibus generari potuerint, cùm tanta anguſtia vreterum? Quòd calculi in renibus non excreuerint in tantam quantitatem facilè concedo: nō enim video quomodo tam grandes lapides per tantam anguſtiam emitti queant, ſine maximis doloribus & vitæ periculis. Sed veritati videtur admodum conſentaneum, quòd in renibus cœperint fieri, & poſtea cùm ad veſicam venerunt, paulatim creuerint & aucti ſint, donec vi tandem ſint expulſi. Quæritur pręterea quomodo euitare poſſit fluxus catarrhalis, quo ſub finem hyemis laborat quotannis? Ad euitandum catarrhum neceſſe eſt, vt regimen victus in conſilio noſtro deſcriptum diligēter obſeruet, ſiquidem ſanitatē ſuam cōſeruare velit. Præter ibi memorata ter vel quater in mēſe vti poterit pillulis infra deſcriptis, veſperi vna hora ante cœnam:

R. Agarici electi ʒ.vj.
Aloes optimę
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ ana ℈.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur. Poſtea infundātur in ſucco roſarum puro, & permittantur exiccari ſub ſole, & ita iteretur ſepties. Poſtea cū ſyrupo de ſtœchade fiat magdaleon: de quo formentur pillulæ tres, pro ſingulis vicibus. Eſt etiam maxima & optima medicina pro euitando catarrho, confortare ventriculum, hepar, renes & veſicam. Quod fiet, ſi ſingulis diebus ante prandium & cœnam ſumat zucchari roſati ℥.j. vel s.

CONSILIVM CCLXXVI.

Pro quodam laborante calculo renum, Anno 1545. Auguſto Menſe.

VEREBATVR æger de grauiſs. doloribus circa partem lumborum vtrinque tendentibus verſus regionem veſicæ, ac inde ad teſticulos etiam, quæ res impedierat eum, quò minus biduo vrinā mittere poſſet. Accedebant ad hæc copioſiſsimi alij fluxus etiam, & quaſi ad diarrhœam tendentes, cum magnis doloribus inteſtini, pruritu etiam, & tenaſmo forti. Exhibuerant ſuccum raphani: quem dicebat Montanus ſua caliditate totam faucium regionem, ſtomachum ac ventriculum inflammaſſe, foris applicari quidem poſſe, ſed intra corpus non ſumendas tales mulierum medicinas. Montanus videns omnia hæc ſymptomata à calculo generari, voluit vt ſtatim (nondum enim comederat aliquid eo tempore præter ius) eo manè acciperet:

R. Specierum hieræ ſimpl. ʒ.j.s. cum melle roſato fiant pillulæ. Et quia corpus eo fluxu ventris ſatis euacuatum videbatur, iterum quoq; vt foueret permiſit.

R. Furfurum puriorum q. s. Eos miſceas cum vino cocto & oleo optimo, æquali quidem, ſed pro furfuribus ſufficienti quantitate, idq; poſtea coctum, & panno inuolutum calidum loco lumborum, & regioni veſicę apponere iuſsit. Pro

A doloribus inteſtinorū & fluxu ventris non ordinauit aliud, quàm clyſtere ex vitello oui, & ptiſana hordacea, id eſt, hordeum decoqui iuſsit in iure pulli, donec aperiatur: deinde illud conteri, & immiſceri donec conſiſtentiam aliquā liquidioris pulmenti contraheret, idq; cum vitello oui miſtum imponi. Inteſtina enim id abſterget & confortabit, doloremque propter vitellum oui mitigabit (appoſuit etiam interdum teſticulis farinam fabaceam calefactam.) Huic, vt eſſet efficacius, ad-
B diderunt interdum aliquid furfurum, & mellis roſati. Cibū ex pullo piſto, panatella & aliis: itē ius pulli, & alia eſſe voluit leuiora, vt auiculas. In potu vinū non cōceſsit propter fluxum, vt arbitror, & etiam ratione ſupercalefactionis hepatis. Iuſsit igitur ſumi ius pulli, & in eo decoqui 25. aut 30. g. ciceris rub. liquiritiæ ℥. j. & althææ radices iiij. vel v. idque eum bibere pro exigentia & ratione ſitis. Hinc etiam addiderunt, ſemina melonum & aſplenum, lienem affici putabant. Voluit autem
C vt ſiquidem pillulis hieræ non iuuaretur ea veſpera, ſumeret ℥. iiij. olei amygdalarum dulcium, & vncias quatuor amararū, ac miſceatur, ac duabus vicibus ebibat. Et ante eum hauſtum penidiarum ℥.s. & tantundem poſt eum hauſtum deglutiet: ita tamen, ſi ex priori iuuamentum (vt ſperabat) perciperet, alterū non ſumeret, ne ventriculum alioqui debilem, nimis relaxaret. Eo die ſumptis pillulis vrinam eiecit ſummo impetu & quaſi cum quodam flatu in lectum erumpen-
D tem, ita vt vrinale diſruptum videretur. Quare Montanus ſequēti die noluit vt oleum ſumeret, ſed eius loco hunc ſyrupum ordinauit.

R. Cicerum rubeorum num. xxx.
Radicum althææ ℥.j.
Florum chamæmeli ℥.s.
Seminum Alkekengi num. x.
Foliorum Maluæ,
Cinnamomi ʒ.s.

Bulliant omnia ſimul in duabus ſcutellis iuris
E pulli ad cōſumptionem medietatis, deinde facta diligenti expreſsione:

R. Butyri recentis, vel eius loco olei Amygdal. dulcis,
Sacchari albi ℥.j.

Miſce omnia ſimul, & bibat calidum loco ſyrupi. Regio ſtomachi inungatur vnguento ex oleo abſinthij, & maſtiches pulueriz. ʒ.ij. facto cū modico ceræ. Profuturum etiam affirmabat, ſi immitteret totum ventrem inferiorem in balneum a-
F quæ dulcis, in qua decocta eſſent Chamæmelum fœnugræcum, anethum & malua. Sed hoc vti nō potuit propter conſuetudinem nimis delicatam. Aliquot diebus pōſt, cū & fluxus paulatim ſiſteretur, nec tantos dolores vel in inteſtinis vel aliis partibus ſentiret, & arenulas aliquando copioſè excerneret, nec tamen omnino leuaretur, ſed ſubitò poſt ſumptum cibū, & maximè à cœna eum dolores inuaderent, & in inteſtinis cum ventoſitatibus moleſti eſſent, non tam vehementes qui-
G dem, ſed tales tamen qui ſomnū impedirent, donec fomenta ſupraſcripta adhiberet, & clyſteria: roganti cauſam, Montanus dixit, illud eſſe proprium ſymptoma laborantium calculo renali, à

Galeno etiam enarratũ in lib. De paſsionibus re-
A num, & addidit rationem: vel quia aſſumpto cibo
in ventriculum, & calore naturali in eum agente,
neceſſarium etiam eſſet generari flatus & ventos,
qui expulſi inflarent inteſtina, & facerent tenaſ-
mum, & dolores illos: vel etiam quòd ventricu-
lus cibo inflatus ſuccedenter comprimeret par-
tes vicinas, vt ea compreſsione concitaretur do-
lor. Conceſsit etiam, vt inter aſſumendũ cibum
vino vteretur albo, & non acerbo, ac paucifero.
B Syrup. etiã ſuum alternis tantùm biberet diebus.

CONSILIVM CCLXXVII.

De ſuſpicione calculi in renibus, cùm multis aliis ſymptomatis, pro Polono datum 1544. die 8. Maij.

CLARISSIMI D. dixit Galenus in
primo de Loctis affect. in multis artẽ
C noſtram habere coniecturas. Et 4.
Aphor. ſæpe nos illas coniecturas
fallere: quod ſi vnquam continget, fit id maximè
in caſu huius Magn. D. Eſt enim valdè difficilis,
& habet difficultates quidem contradictorias, vt
deſiderem interpretem. Circa pedes ei contingũt
duo oppoſita. Primò, cùm eſt in lecto opertus
pannis, non poteſt id aliquo pacto ferre, ob nimi-
um calorem: poſtea ſtuporem ſentit in planta pe-
dis & in digito pedis dolorem remiſſum, quę duo
D ſunt contraria: ſtupor enim eſt actio diminuta,
quæ fit à frigido, & tamen nullo modo fert ca-
lorem. Sunt & aliæ difficultates: vnde proueniat
ſeminis retentio circa vltimum actum Veneris.
Propterea non poteſt mittere vrinam, niſi contre-
ctet virilia & teſticulos. Niſi cognoſceremus cau-
ſas horum ſymptomatum, difficulter inuenire-
mus eorum curationem. Præterea cùm manè ſo-
mno excitatus ſurgit, nõ poteſt clauſam manum
aperire, niſi admoueat alteram: nec apertam clau
E dere volũtariè: & etiam cùm erigitur, ſemper ſen-
tit dolorem in dorſo continuum, & quaſi pondus
quoddam: cùm decumbit aut ſedet, nihil eiuſmo-
di patitur. Hæc ſymptomata difficilia ſunt, & ha-
bent quaſdã contradictiones inter ſe. Antequàm
autem dicamus de cauſis, oportet videre, quæ
nam fuerit naturalis temperatura huius Magni-
fici Domini, & quæ nam nunc ſit. In hoc tempore
video maximè corpus mũſculoſum, licet habue-
rit ægritudinem aliquot iam annis. Habet mu-
F ſculos robuſtos, non ex pinguedine, ſed carne ſo-
lida & tactu aſpera. Oſſa ſolida habet & neruos
manifeſtiſsimos, & venas latiſsimas, fuit magnus
& fortis in bello, Veneri plurimùm indulſit: pili
erant flaui, vt audio, vnde crediderim eum in
duobus membris, corde & hepate fuiſſe ſatis inſi-
gnis caliditatis. Quòd autem non habet pilos ni-
gros, nec carnem nigram (2. de Temperamentis
Galenus, & 2. Artis paruæ) quæ extra cutim ap-
parent, intelliguntur in regionib. temperatis, nõ
G in iis in quibus eſt aliquis exceſſus. Fruſtrà quæ-
reres albos homines in Æthiopia: contrà non re-
peries nigros apud Scythas, &c. Intelligit autem
Galenus per Scythas omnes qui ſunt ſub arcto,

A ſicut Germani, Bohemi, Poloni. Quare non mi-
rum ſi exteriora minus ſint aduſta. Teſtatur etiã
hoc quòd fuerit calidæ temperaturæ: nam aliud
audio, quòd fuerit ſanus admodum. illi autem,
qui habent frigida illa membra, facilè in putridos
morbos incidunt, hic nunquam fuit infeſtatus
morbis: tantùm ſemel paſſus eſt febriculã ephe-
meram, quæ ceſſauit, poſteaquam apparuerunt
eriſipelata in cruribus. Et ita dico quòd fuerit ca-
lidæ temperaturæ à natiuitate. Ad hæc alia acceſ-
B ſerunt incommoda: à cauſis alterantibus aere ex-
trinſeco, exercitiis variis, accidentibus animi, ci-
bo & potu, in quibus omnib. exceſsit hic magnifi-
cus Dominus: habitat in quadam ciuitare Polo-
niæ, aere frigidiſsimo, & eſt fluuius frigidus, qui
rapidiſsimè tranſit eam: iamq; ſenex, non poteſt
ita reſiſtere cauſis alterantibus, natus annos quin
quaginta ſeptem. Scitis autem aerem frigidum
admodum obtundere calorem innatum. Deinde
totis diebus eſt in venationibus, & tunc non
C prandet: veſperi autem in reditu poſt motum
cum amicis eſt, & multum cibi ingerit. Eſt autem
longè peior repletio poſt inanitionem, quàm ina-
nitio poſt repletionẽ. Variis cibis vtitur & inor-
dinatiſsimè. Accidẽtia animi perpeſſus quàm plu
rima. In conſiliis manſit duobus menſibus conti-
nuè, interim de regno plurimũ conſiderantes. In-
dulſit Veneri plus quàm oportuit, & voluit idem
facere ſenex quod fecit iuuenis, cùm Ariſtoteles
dixerit eos qui 44. annum exceſſerunt, ineptos
D eſſe ad Venerem. Ex his cauſis alterantibus, quo-
niam non debitè corpori applicantur, omnes hi
morbi orti ſunt. Hinc omnia illa mẽbra perpeſſa
ſunt malum: & primò ventriculus aggregauit hu
mores craſſos, vnde fit quòd ſecunda coctio non
poteſt corrigere primæ coctionis vitia: & ita fa-
ctum eſt tandem, vt totum alimẽtum crudum re-
lictum ſit, ex quo multa incõmoda ſecuta. Dela-
tę ſunt cruditates ad hepar, & ſuffocauerunt eius
calorẽ, & ſic deuenit ad frigiditatẽ acquiſitã ieco-
E ris. Nam per ſe eſt calidum, vnde plurimũ pituitæ
ob ventriculũ nõ benè concoquentẽ, & multum
bilis etiã propter caliditatem hepatis generatur.
His ita ſe habentib. multiplicata ſunt excremẽta,
quæ cauſæ ſunt tot ſymptomatum. Incipiã ab eo
de quo eſt maximè ſolicitus: põdus in dorſo, im-
potentia mingendi & grauitas ibi percepta ſunt,
mihi valde ſuſpecta, quia vereor de calculo in re-
nibus, quem maximum credo. perpetuum enim
pondus percipit cùm ſe erigit: cùm autem ſedet,
F aut curuus eſt, nõ ita, & dicit ſe præcisè in medio
dolere. Quare non in latere dolet? renes facti tu-
midiores, detrahunt venas emulgentes, quę con-
nexæ ſunt cum vena caua, illa aũt eſt in medio ad
ſpinã dorſi. Dũ manet erectus magis renes deor-
ſum tendũt & grauãtur, quibus impactus eſt cal-
culus, ideo non poteſt manere erectus, quia tum
magis pendent renes: cùm verò equitat, non mul
tum ſentit doloris, quia non ita pendent: in curru
autem, qui currus voluitur & irrequietus manet
G plurimùm dolet. Eſt & aliud quod me facit ſuſpi-
cari adeſſe calculum: quòd vbi materia pręparata
efficiens idoneũ, facilè inducitur forma. Patiens
optimè paratus fuit: quia in hoc domino caloris

vis in

vis ingens,& generata eſt etiam materia pituitoſa plurima. Cur igitur non ſequeretur effectus,cùm omnia conſonent? Ego timeo ne hoc malum ſit incurabile. Vnde autẽ eſt quòd in pedibus habet illa duo oppoſita ſtuporem,& tamẽ nõ poteſt ferre calorem? Habuit in iſto loco eryſipelata,& fuit paratus ad ſuſcipiendos calores: & quia multum fuit materiæ calidæ, ſolita eſt ea illuc effluere,ipſi autem calidiſsimè ſe operiunt, cùm decumbunt in lecto.Ideo calefacto loco calidi vapores eò currunt,quia ſolebat ſæpe inflammari,poſſunt etiam frigidi humores decumbere ad plantã pedis, vnde ſtupor in plãta pedis eſſe poteſt, quòd materia per neruos & venas tranſierit ad plantã, & hæſerit ibi: digitus verò cùm mouetur dolet,quia materia comprimitur,quia eſt in neruo & tẽdine, ac ex ſubita alteratione dolorẽ percipit: in planta autem eſt materia diſperſa & quieta, ideo nõ dolet,verùm ſtupet. Sed cur vrinæ ſuppreſsio,& qđ cùm tractantur teſticuli, inſurgit appetitus mingendi? Credo quòd ſi propter humores plurimos,qui occupauerunt eas partes & vaſa ſeminaria,quæ cùm à teſticulis ad penem determinãtur, ad cõmunem locum, vbi ſimul & vrina & ſemen eiicitur,& puto quòd collũ veſicæ ſit obſtructum ab aliqua cruda materia,& præter id etiam aliquę ſunt obſtructiones in vaſis ſeminariis,ita vt iuuẽt ſe mutuò ad obſtructiones faciendas: ſed cùm tangit & tractat teſticulos,concurrunt eò ſpiritus ob delectationis ſuauitatem,qui ſpiritus faciũt apertionem, non quòd ipſi extrahant humores, ſed quòd ſua caliditate efficiunt virtutẽ expulſiuam validiorem & ob tenuitatem aperiunt loca, & calefaciunt meatus vt laxentur,& ſequitur ille effectus. Audio etiã quòd cùm egerit nobilis ille Dominus,nullo pacto poteſt emittere vrinam: quod fit,quia cùm fæces tranſeunt inteſtinum rectum, comprimũt veſicam, & obſtruunt meatum eius, vt nò poſsit mingere donec fæces excreuerit. Dũ coit & ſemẽ peruenit ad ea loca,non poteſt exire. Sed ibi permanet cum magno dolore,quia ibi collectum excitat maximos dolores, vt Galen. teſtatur 6. de Loc.affectis, facit decolorari homines in toto corpore. Hinc eſt quòd tam pallidus eſt hic nobiliſs.D.per totum corpus,& quidem illa cauſa ſola eſſe poteſt tãtæ frigiditatis totius corporis vt venenum frigidiſsimum. Quòd verò poſt ſomnum manũ,ſi noctu clauſam habuerit,ſpõte aperire nequeat,nec claudere ſi apertam,niſi alteram manum admoueat, fit propter humores crudos, qui generãtur in corpore eius dum dormit,à quibus vapores attolluntur,& tranſeunt ad loca imbecilliora, ob eos muſculi repleti non poſſunt exercere proprium officium,donec poſt exercitiũ & agitationẽ calor ad eas partes redeat, coctionẽ in ventriculo expleat. Ructatio fit poſt cibũ duabus de cauſis,quia grauitas multa eſt quæ facit vt non poſsit cõtinere. Secundò, quia cùm ſit cõctio & virtus contentiua non continet,quantum & quomodo oportet,ideo ſequuntur illa impedimenta ex diminuto calore. Has horum ſymptomatũ cauſas eſſe crediderim, quòd ſi iſta ſymptomata tãtùm eſſent,nec eſſet aliqua ſuſpicio de calculo,ſicut in principio dixi, ſperarẽ omnia facilè

A poſſe curari arte Medici: ſed ſi ea ex calculo partim pendent, res erit difficilior, quia calculus ſolus poteſt facere vt diminuatur & exhauriatur doloribus calor naturalis, & contabeſcat homo.

Cura. Eſt hic diſcraſia frigida & humida acquiſita in ventriculo & hepate, ea eſt corrigenda, & ad naturalem temperaturam, quantum poſsibile eſt,reducenda: remouendæ ſunt omnes cauſæ extrinſecæ,quæ oppoſitę ſunt huic temperaturę. Sit victus attenuans & tenuis, aer temperatus,&
B exercitia & animi accidentia quantum ſit poſsibile, fugiat: totum deinde corpus euacuetur,quod eſt repletiſsimũ,vt patet ex ſudore. Somnus etiã plurimus eſt, indicans maximam repletionem, ac plurimum cibi cõmedit bis, ter aut quater in die, & vtitur multũ aromatis, quibus vt quidam dicebat,torrefacimus viſcera noſtra. Extrahatur ſanguis, quia venæ repletiſsimæ ſunt, & teſtatur morbus & virtus: decẽ aut duodecim vncias extraherem: aquam balnei ſumere eſt neceſſarium.

C

CONSILIVM CCLXXVIII.

De calculo veſicæ, cum ſtranguria, pro nobili puero, in colloquio cum Chirurgo & Stephanella 11. Iunij, Anno 1550.

NE conteratur tempus in ſuperfluis, prætermiſſa longa præfatione, rem ipſam aggrediar. Nobilis puer con-
D queritur de quibuſdam diſpoſitionibus præter naturam,circa actiones quę ſunt in emittendo vrinam: & quia nõ ſunt vnius generis, diſtinguendæ ſunt. Eſt autem partim naturalis, partim voluntaria. Quod ad veſicam attinet,naturalis eſt,quæ affatim excipit vrinam,& tandem moleſtata inſurgit quidem ad expulſionem, ſed tamẽ poteſt retinere officio ſphincteris muſculi: qui ad arbitrium hominis ſe relaxat & emittit, quando vult. Hæc inquam actio corrupta eſt in
E hoc puero variis modis. Quandoq; enim patitur omnimodam conſtrictionem vrinæ: quandoq; guttatim emittit: quandoq; accedit pars aliqua vrinæ, & tendit ad penem, & dum eſt in medio, regurgitat & facit anguſtiam, & quando mingit, horribili dolore angitur & anguſtatur per vniuerſum corpus. Patitur præterea grauitatẽ circa partes perineum, & cum maxima difficultate ſedet,& cogitur ſedere erectꝰ, diuaricatis pedibus: & dum vrina retinetur in pene, & exit, percipit
F dolorem & ardorem. Quærendum ergo,an ſymptomata hæc habeant vnam cauſam,an diuerſas. Primò tamen conſtat in veſica calculum eſſe,quẽ tetigerunt clariſsimi Chirurgi. Suppoſito hoc quærendum videtur, an iſta ſymptomata habeãt pro cauſa coniunctã, calculum in veſica, an verò non ſit cauſa omnium calculus. Si conſidero ea quæ clariſsimus Chirurgus cum inſtrumẽto percepit, intelligo non eſſe in collo veſicæ,ſed in fundo: ergo nõ poteſt eſſe calculus cauſa,vt fiat ſtran-
G guria. Erat enim ſententia Galeni, primo de Locis affectis, de puero illo, in quo retinebatur penitus vrina, cùm dubitaret de cauſa ſuppreſsionis,erexit puerum cruribus,& quæſiuit,& depre-

hendit quòd erat in collo veſicæ calculus obſtruens, vbi cùm eſſet concuſsione corporis remotus, incœpit liberè emittere vrinam & mingere. Similiter fit etiam immiſſo cathetere quo repellitur lapis, ſed in hoc puero cùm eſſet immiſſa fiſtula, quod diligenter notaui, in veſicam, & hinc inde deducta vt dilataret orificium veſicę, nihil profluxit. Vnde colligo lapidem non eſſe in cauſa ſuppreſsionis vrinæ: quia vbi calculus non obſtruit collum veſicæ, non eſt is impedimentum emiſsionis vrinæ. Cùm autem puer non habeat hanc ſtranguriam tantùm, ſed vrinæ retentionem omnimodam, & quod magis animaduertendum eſt, cùm habeat ardorem, & illam anguſtiam, meo iudicio vtile erit, vt prætermiſſa cauſa calculi, & ipſo calculo, videamus cauſas quæ poſſunt facere iſta ſymptomata. Nemini dubium eſt, quòd cum ipſa ſtranguria non tantùm proueniat, quoniam obſtruatur meatus veſicæ, ſed quãdo ſunt humores erodentes, qui dum occupant veſicam, irritatur ad expulſionem, vnde guttatim exilit vrina: & cùm retinetur, colligitur, & confertim exit: & vbi acris eſt, vt ferè in ſenibus cõtingit, qui ſtranguriam patiuntur, quia egerunt nitroſa, & baurachia, propter plurimam materiam admiſtam, ſcilicet ſalſam pituitam. Cùm igitur nos videamus, ſicut dixi cùm D. imponeret fiſtulam intra collum veſicæ, & dilataret hinc inde orificium, propterea tamen non edidit aliquam copiam vrinæ, ſicut ſolet fieri quando retinetur vrina, vbi aliquid circa collum eſt: & ideo manifeſtiſsimum eſt, quòd circa collum veſicæ nõ eſt obſtructio, ratione cuius fiat ſtranguria, ſed erodentes vrinæ ſunt cauſa, vt non poſsit retineri vrina, quia ſtimulat virtutem expultricem, vnde perpetuò diſtillat. Credo igitur quòd cauſa ipſius ſtrangurię, & illus anguſtiæ ſint mordentes vrinæ, quæ expelluntur, nec expellunt liberè, ſed pars quæ circa collum inhęret, dolorem excitat in parte ſenſibili, vnde per conſenſum ſpiritus omnes concutiuntur, & fit ſyncopa, quæ appellatur à nobis anguſtia, & videtur totus dolere, & dolor ille lipothymia, & prooemium ſyncopes. Quòd autem hoc contingat cùm aliqua mordicát penem in vrina, notat Ariſtoteles, licet nõ ſit Medicus, in Probl. vbi quæritur, quare meientes veluti horrore concutiantur, quia cùm vrina mordax tranſit per locum ſenſibilem, trahit ſecũ neruoſum genus in conſenſum, & ſpiritus cõcutiuntur. Ideo horreſcunt propter acrimoniam vrinæ. Vbi verò vrina efficitur mordaciſsima, non eſt mirum ſi loco horripilationis, quæ fit in ſanis, id ægris fiant anguſtiæ: ſicut enim magis ad magis, ita ſimpliciter ad ſimpliciter, vt eſt regula topica. Credo ergo has cauſas eſſe horum duorum ſymptomatum, ſtrangurię inquam & lipothymiæ: erat enim iſta materia acris in capite, & omnibus membris, nec puto lapidem eſſe in cauſa, cur ita ſit vrina acris. Cauſę non ſunt diſpoſitiones in veſica, ſed eſt temperatura calida & ſicca, hepatis præcipuè & cordis. Audiuiſtis etiam hunc puerum habuiſſe peſsimam rationem victus, & dũ eſſet ſub præceptore, ingeſsiſſe craſſa cibaria præter omnem conſuetudinem ſuam, fabas, piſa, legumina, & reliqua quæ aggregant humores pituitoſos, non exercebat ſe, & animo vexabatur ſeueritate ſui præceptoris. Et cùm copia humoris crudi multiplicaretur, quæ non fuit in totius ambitu, ſed in hepate & venis meſaraicis, & inueniret hepar calidum, non eſt mirũ ſi ille humor pituitoſus in locis calidis aggregatus, fiat ſalſus modo aduſtionis. Vnde exiſtente tali temperatura, aggregati humores crudi facti ſunt ſalſi, qui dum fuerint per calorem hepatis vlterius aduſti, ſunt duo conſecuta: primò mordacitas & viſcoſitas illa, quæ impedit retentionem, & dolorem facit. Deinde lapis generatus eſt in veſica. Quare generatur? quia habet materiam pituitoſam, & calorem, materia erat idonea exterius acquiſita. Erat ſecundò agens præſens calida temperatura, vnde neceſſariò conſecutus eſt effectus conueniens, calculus, materia pituitoſa ſicut lateres indureſcit: quoniam per calorẽ excoquitur, deinde per frigus condenſatur, vnde neque per calidum neque per frigidum poſſunt calculi diſſolui. Ita redditur calculus ſicut lateres penitus indiſſolubilis à clido vel frigido, ſed bene poteſt incidi, vt declarat Ariſtoteles 8. Met. Cur magis in veſica generatur, quàm in renibus? Galenus affert cauſam & dicit, quòd hoc eſt in pueris propter validam virtutem expulſiuam: nam quæ in imbecillioribus & ſenibus retinentur, & cũ prius excocta fuerit à calore, refrigeratur & denſatur à frigore, in veſica magis excoquitur. Iſte calculus in veſica primò percipitur tactu, deinde in ſyncopis percipit grauitatem inſignem circa partes pectinis. Non poteſt ſedere, nam collum veſicæ vergit ad perineum, quod dum conſtringitur, ſedendo conſtringitur quoque veſica: igitur & non poteſt ſedere, & fit impedimentum in varijs ſitibus. Adeſt pruritus circa partes illas: ſed lõgè certius eſt dictum iam ſignum. Adeſt etiam illa eadem cauſa ſtranguriæ, multitudo materiæ pituitoſæ, quæ continuè tranſmittitur à partibus ſuperioribus, quæ ſua mordacitate facit ſymptomata illa. Credo vniuerſalem cauſam eſſe referendam ad materiam antecedentem horum ſymptomatum pituitoſam, quæ fouet & auget calculum, & facit ardorem vrinæ & ſtillicidium. Quærendum modò videtur, an calculus ſit morb9 in compoſitione, vel in complexione.

Certum eſt quòd ſit morbus in numero, & proinde in compoſitione, & quòd ille morbus generatus fuit propter affluxum materię. Eſt etiã credendum, imò ferè neceſſarium, quòd ſit intẽperies frigida in veſica, non abſolutè tamen, cùm adſit pituita ſalſa, à cuius ſalſedine caliditatem acquiſiuit: ergo poteſt eſſe intemperies in veſica frigida cum affluxu materiæ. Hæc eſt tota ratio huius ægritudinis, & conſequenter apparet prognoſticũ. Si volumus iudicare de futuro, dico quòd ſtranguria, & ardor vrinæ, poterunt tunc curari. Vbi exquiſitè ipſũ euacuabimus, & alterabimus illã intemperiem ſuperacquiſitam propter acrimoniam, curabitur excoriatio, & vlceratio in epidermide, quę leuis eſt: ſi enim eſſet profunda, prodiret ſanguis. Credo quòd iſta facilè poterunt curari: in ſenibus nõ curarentur. Nephritici, &c. dicit Hippocrates. Sed quantum ad calculum,

dico

dico quòd non curabitur ſine inciſione: nam nullus, licet plurimi tentarint diſſolutionem, nemo tamen eam eſt aſſequtus: tamen exhibuerunt primò ea quæ abſtergunt & incidunt viſciditatem, dum eſſet appenſus lapis corpori veſicæ, vnde facilius poſtea extraheretur: prçterea illa quæ comminuerent ſuperficiem lapidis, & eam partem lapidis quç mollior eſt: continuè enim lapidis pars poſt partem augetur, licet non ſit vera auctio, ſed iuſta poſitio.

Cura igitur ita exordiẽda: primò exquiſitiſsimè euacuãdum corpus, vt omnino tollamus materiam iſtã ſalſam, & diuertatur per euacuationem, ne per renes conſueſcat ſe. Facta euacuatione adhiberem nõ diuretica tantùm, ſed potius incidentia & abſtergẽtia: bene diuretica admiſcerem his quç eorum penetrationem adiuuarẽt. Primò igitur purgaretur leniẽdo ventrem, exhiberem caſſiam, quia lenit humorem ſalſum, diuertit per inteſtina, euacuat humores craſſos, vt teſtatur primò Actuarius, & poſtea Meſue. Hiera eſt diuretica, ideo abſtinerem, darem electuarium de ſebeſten ſimp. deinde exhiberem quæ incidũt humores craſſos. Haberem primò intentionem inciſionis, & attenuationis, poſtea confortarem. Vterer ſyrupis, vt melle roſaceo, ſyrupo de betonica, de ſtœchade: illi enim ſine mordicatione incidunt. Nolo oxymel ſimplex, vel ſquilliticum vel ex acetoſis aliquem ſyrupum, ne adderetur acrimonia ꝓpter acetũ: & ideo iſti ſyrupi eſſent cõuenientes, atque etiam byſantinus ſine aceto. Haberem poſtea aquas diſtillatas, quæ facerent penetrare ſyrupos ad partes, ad quas alioqui nõ penetrarent. Facta concoctione purgarem ipſum cũ agarico: nõ abhorrerẽ à cõfectione hamech. nam licet ſit ſolutiua, tamen euacuat diuertẽdo, dũ trahit à circunferẽtia ad centrũ. Ideo ad ventriculũ diuerteret illam materiã, quç cauſam antecedentem habet ab ipſis renibus. Reſpiciendo ætatem pueri ſi excederet decimumquartum annũ, mitterem ſanguinem, quæ miſsio ſanguinis eſſet opportuna ad euacuationem & euentationem, & remouendam malam qualitatẽ humorum. Fortaſſè ſi aliqua adeſt redundatia ſanguinis, quia habet venas latas, poſſunt etiam ventoſæ applicari non ſine ratione. Vbi iſta pituita eſſet euacuata, & factæ euacuationes, quærendum an aquæ calidæ thermarum conueniant. Obſunt calidæ, augent ſalſedinem, non habemus intenſionem: denique iam præterijt occaſio. Poſtea exhiberẽ quæ comminuerent & inciderent lapidem: vellem diſtillare limones non in alembico plũbeo, quoniã cum vapor limonis ſit acutiſsim9, generaret ceruſſam & faceret venenum: & hæc aqua eſt magis penetrabilis, quàm acetum. Ergo facerem alembicum vitreum, & deſtillarem limones & chelidoniam, in quibus duabus aquis cõfiderem: poſſet etiam in deſtillatione ponere raphanum, & ita facere deſtillatam aquam efficacẽ ad comminuendum lapidem, & gratam guſtui. Quòd ſi poſtea cum illa aqua aliquis ſyrupus admiſceretur, ſi ceſſaret ardor vrinæ, optima eſſet: ſi non ceſſaret, ſerum caprinum adderem. Et ita puerum iſtum regerem, ad hoc vt conuenienti tempore (credo enim in ç-

A ſtate hoc eſſe importunum) incidatur, & extrahatur lapis: & fiet faciliter inciſio. Vtatur attenuante victus ratione omnino. Et vt ſemper lenem habeat aluum, frequentiſsimè vtatur caſsia pro diuerſione & euacuatione humorum craſſorum. Vt corrigatur ſanguis in venis, aſſumat bis caſsiam in ſeptimana cum portiuncula rhabarbari. Cum iſto progreſſu tenerem iſtum puerũ toto hoc tempore. Pro ſtranguria & anguſtijs apponerem decocta althæç, maluarum, camomillæ, fœnugræci,
B ſeminis lini: facerem fomentum, & olea linirẽ cõuenientia circa pectinem. Quòd ſi magis vrgeret, tunc peritus chirurgus, & bene exercitatus, lac ouillum inſtillaret, quia habet vim abſtergẽdi & ſedandi dolorem. Hæc mihi videntur agenda.

CONSILIVM CCLXXIX.

De calculo veſicæ, dolore renali, & iuncturarum, cum ardore vrinæ, pro ciue Florentino, dictatum poſt colloquium. Anno 1547.
C *April. 29.*

IVDICAMVS calculos per vrinã excretos, dolores circa renes, ac iuncturarum affectus, à plurima pituitoſa materia generari. Indicio eſt vrina turbida, ſubalbida ſero lactis ſimilis, cum ſedimento craſſo & albo. Calculorũ color calci antiquorum parietum ſimilis, eorumq; ſubſtantia craſſa & dura. Præterea victus ratio comeſſationibus & po-
D tui dedita, cum paucitate exercitij. Ex temperatura etiam calida, & habitu corporis, & animi moribus, appetitui & voluptati mãcipatis: credimus hũc in Venereis plus æquo exceſsiſſe, vnde calor naturalis, & concoctiones omnes diminutæ fuerunt, accedente præcipuè ætate, quæ accedit ad ſeptimum ſeptenarium, & conſequẽter ad finem primi ſenij, ſi Galeno & Hippocrati credimus. Ardorem autem vrinæ fieri arbitramur partim ex priuatione humoris in glandulis vreteris nimia
E Venere conſumptis: partim verò ex mordacitate vrinç quç in immenſum aucta fuit ex admiſtione plurimæ pituitæ ſalſæ. Habuit autẽ pituita ſalſedinis cauſas, tum ex naturali hepatis caliditate adurente, tum ab obſtructione & putredine. Et hæc quidem de cauſis & natura affectuum: nam de veſicæ calculo, nos quoque iudicamus adeſſe ſi vera ſunt quæ intelleximus, ex equitatione impediri ac lædi, in pectine grauitatem percipi, prurire prçputium: quæ omnia coniecturam faciunt
F veſicam calculo laborare: ac nos quoque chirurgis parùm confidimus. Quantum ad curam, arbitramur eam difficilẽ fore: ætas enim maximo impedimento eſt, ſi Hippocrati fidem adhibemus: nephriticos enim, & circa veſicam dolores, aſſerit non facilè curam admittere in ſenibus. Sed prçter Hippocratis autoritatem, ratio quoque & rei natura nos ita cogit fateri, quã tamen conſultò omitto: neque enim hîc docemus, ſed conſulimus quid agendum. Credimus ergo hunc nun-
G quam ita conualiturum, vt tutò ſibi poſsit confidere, qui in eoſdem affectus incidat quacunq; etiam leui occaſione incidente: poſſe tamen efficere cura & aſsidua diligẽtia adhibita, vt vel nũquã

vel rariſsimè moleſtetur actu, quamuis inclinatio perſeueret. Vt autē hoc commodiſsimè fiat, primò maximè eniti debet, vt in ſex rebus nō naturalibus nihil, vel minimum delinquat. Ac circa aerē, cauebit omnes exceſſus tam calidos quàm frigidos: ventorum omne genus pręcipuè tamen Auſtrales & Boreales, nocturnū cœlum, habitationes humidas & terreas, apertis feneſtris noctu quieſcere, & reliqua huiuſmodi. Somnum meridianum præcipuè fugiat, nocte ſeptem vel octo horas dormire ſtudebit, reliquo tempore, quantum fieri poterit, vigilabit. Exercitia matutina conueniūt, ac ſuperiorum potius partium, quàm inferiorum: proinde equitationes magis laudarem, ſi affectus veſicę tolerarent: ſed arcu exerceri, aut iactu lapidum, ac ſimilibus, tutiſsimum iudicarem. Poſt cibum quieſcat tam animo quàm corpore: quies tamen non ea ſit, vt iaceat, vel aliquo modo decumbat, quin potius ſtet, vel molliter deambulet, ſine aliquo labore. Ab omnibus animi moleſtijs quàm longiſsimè recedat, lætus cum incundis amicis vitam degat. De reliquis, nitatur aluum habere lenem: quòd ſi natura defecerit, leniet vel clyſteribus vel reſina laricis quàm pinguiſsima, quā manè ſumat ad magnitudinem nucis: vel ſumat carnē pinguium caricarū ad vnciam, medullæ cnici, id eſt, cartami drachmas duas, & facto bolo deuoret ante prandiū, & ius pulli eadem hora bibat, in quo decocta fuerint malua, beta alba, mercurialis. Cibum ita temperet, vt bis tantûm in die comedat, neque bibat vnquam inter cœnam & prandium, abſcedatque à menſa citra ſaturitatem. Sit cibus ſimplex, atque vnius generis, multitudinem epularum & vinorum, tanquam peſtem euitet. Sunt autem cibi qui maximè laudantur à medicis, boni nutrimenti, & facilis coctionis, qui cùm omnibus medicis ſint notiſsimi, conſultò omittantur. Vinum eligerem pauciferum, ſubſtantia tenue, liquore puriſsimū, colore vel album, vel rebeum, clarum, ſapore neque acidum, neque auſterum, ſed maturum. Hæc vbi ritè peracta fuerint, maximā partem ſuę præſeruationis peractam arbitror. Cùm verò vel neceſsitate itineris, vel ſocietate, vel incontinentia ſæpe dilinquāt homines, vnde humores maligni generantur, qui poſtea ad loca imbecilla fluentes morbos generant: ideo neceſſarium putamus ad conſeruationem aliquod habere pharmacum familiare, quo ter aut quater in menſe ſine aliqua moleſtia vtatur. Tale autem eſſe poterit;

R. Agarici optimi,
Aloes optimæ,
Rhabarbari bene maturi ana ℥.iij.
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum ana ʒ.j.
Gingiberis,
Cinnamomi ana ʒ.s.

PulUerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & fiant pillulæ cum melle roſaceo pro qualibet drachmas tres, & ſumatur drachma ſingulis vicibus manè tribus horis ante prandium. Laudamus præterea, vt bis ſingulis annis purgetur, Autumno inquam & Vere. Purgatio talis ſit;

R. Floris caſsiæ ℥.j.

A Specierum hieræ ʒ.ij.

Miſce, cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium. Item,

R. Syrupi magiſtralis facti ex ſucco betonicæ, & ſucco ſaluiæ ſecundum artem ℥.j.
Decocti infraſcribendi ℥.iiij.
Agrimoniæ ana m.j.
Polypodij, Ceterach,
Glycyrrhizæ,
B Roſarum ana ʒ.j.
Seminum melonum ℥.j.s.

Decoquantur in libris tribus aquæ maluæ deſtillatæ, donec remaneant libræ duæ: deinde ſeruetur decoctum pro ſex ſyrupis. Dentur autē ſyrupi vſque ad nonum vel duodecimum. Poſtea

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſacei ſolutiui ℥.iij.

Cum aqua betonicæ fiat potio danda in aurora. Talis ſit purgatio tam Veris, quàm Autumni.
C Vere tamen tentarem miſsionē ſanguinis à dextro latere poſt duos primos ſyrupos faciendam. Peractis purgationibus poſtea per quindecim ſaltem dies cōtinuos probarem vt acciperet ſacchari roſacei ſemunciam hora vna ante cibum bis in die. Ad membra verò corroboranda primò laudarem, vt crebrò caput ablueretur ante cœnam, ita vt â cubiculo poſtea non diſcederet. Lixiuiū eſſet è cinere ſalicum, aut vitis, in quo decoquerentur maiorana, chamæmelum, roſæ, betonica, & ſtœ-
D chas, addita etiam agarici electi ſemidrachma. Vtendum etiam conſulo maſticatione maſtiches ſimplicis, manè, tandiu vt deglutiat granum eiuſdem maſtiches. Vtatur etiam aſsiduè immediatè ante prandium ſeminibus melonum cōfectis vſque ad ſemūciam: poſt prandium verò comedat piſtacia cōfecta ad numerum decem vel quindecim ad ſummum. Partes pectinis quotidie illinat oleo amygdalarum dulcium recenti, vel liliorum alborum vel chamæmelino, vel miſto ex his.
E Vbi verò ardor vrinæ multùm vrget, factis purgationibus quibuſdam, vel lenitione ventris, & iuncta tenui diæta, vtatur frequēter in die linctu confecto ex oleo amygdalarum dulcium, & penidijs: ac manè loco ſyrupi, ſumat ſequens decoctum.

R. Seminum alchechengi, vel ſolatri veſicarij gr.x.
Cicerum rubeorum gr.xxx.
Radicum althææ ℥.j.
Seminum maluæ confractorum ℥.s.
F Cinnamomi ℈.j.

Bulliant in iure pulli, & facta diligenti expreſſione & colatura, accipiatur ſcutella ſatis ampla huius decocti, & in ea ponatur ſacchari vncia, & tantundem butyri recentis. Bibat hoc totū noctu calidum quantum ſuſtinere poteſt: hęc enim potio maximè faciet ad vrinæ ardorem ſedandum, Sedeat etiam in decocto maluarū, anethi, althæę, chamæmeli, ſeminum lini, fœnugræci: plurimùm enim confert ad hunc vſum, magiſque ſi decoctū
G fuerit ex aqua & vino albo ſimul commiſtis. De aquis thermarum, neque ferreæ ſolæ placerent neque ſulphureæ: placeret tamen, vt ſi in regione ad id commoda eſſet æger, potaret calidarū thermarum

marum aquas,quales ſunt Apponéſes, & Porrhetanæ: poſtea ſuo tempore biberet aquas ferreas, quales ſunt Calderianæ vel Senenſes, ita tamen vt calidæ ſumerentur Vere, media autem æſtate ferreæ: neque enim aliter tutam putatem potionem. Non eſſe autem deferendas aquas thermarum ad loca remota, multis rationibus perſuademur, ſed bibendas credimus ſeruato adhuc ſuo naturali & actuali calore.

CONSILIVM CCLXXX.

Pro laborante calculo veſicæ, Anno 1547. Iunij 2.

QVANTVM ad ſymptomata,quæ patitur hic clariſsimus vir, ea ſunt circa inſtrumenta vrinalia, circa veſicam & reliqua vaſa. Neceſſe eſt igitur quærere cauſas affectus in his partibus. Primo autem conſideremus temperaturam. Ita enim ſciemus, quantus ſit lapſus, & perueniemus ad cognitionem cauſarum. Temperaturam igitur cognoſcetis ex ſuis indiciis. Membra ſunt inæqualia,quod inde patet, quia perpetuò abundat vomitu,permiſto ex bile & pituita. Pituita generatur ob defectum caloris, bilis ob nimium calorem hepatis generatur, & eſt excrementum ſanguinis, ergo teſtatur caliditatem hepatis. Pituita verò in vétriculo generatur, vnde colligimus ventriculum eſſe frigidum. Color verò ſubniger calorem indicat intenſum,& quia color indicat dominium humorum, ſequitur craſsiorem, & nigriorem dominari in corpore. An autem frigiditas vẽtriculi ſit naturalis,aut aduentitia, difficilè eſt nobis iudicare, quàm id fortaſſe coniectura aſſequi poſſumus: ſed nõ admodũ nobis eſt neceſſarium id ſcire. De cerebri & cordis temperatura non habeo vnde coniecturam ſumam. Cùm autem talis ſit temperatura hepatis & ventriculi, à quibus membris omnes generantur humores in corpore, quocunque cibo veſcatur: nõ eſt neceſſarium, quòd à victus ratione euenerit hoc malũ, ſed eſt à temperatura inæquali vtriuſque membri. Symptomata quibus afficitur, eſt primò dolor renum, cum quo ſæpe eiecit calculos, interdum excreuit plurimas arenulas: iam verò his diebus eiecit calculum. Habet prætetea nephriticos dolores, poſtea eſt perpetua grauitas in Raphi, inter anum & teſtes, pruritus quoque eſt in glande, vt cogatur nonnunquam ſcalpere, & dum ambulat intensè, non poteſt tuſsire,& id per interualla augetur, vt non poſsit tuſsire. Preterea ſolebat eſſe laxæ alui, nunc eſt aſtrictæ, & ſentit flatus circa inteſtinum rectum,quibus excretis ceſſat dolor,& hæc ſe ſentire præcipuè dixit circa nouilunia & plenilunia. Sed hæc interdum fallacia ſunt, quia non faciunt alterationes ſuas,niſi in puncto coniũctionis, aut in tribus diebus ante & poſt. Quare ad aſpectus lunæ non ſunt referenda. Hæc ſunt ſymptomata. Cauſæ. Galenus ſexto Epid. dicit, quòd ſit eadem prorſus cauſa materialis lapidis veſicæ & renum, eademque efficiens cauſa. Dicemus nunc cauſas communes. Materialem cauſam Paulus & Aui-

A cenna,ſicut & omnes Arabes, dicunt eſſe materiã craſſam & viſcidam, quę poſtea excoquitur à calido. Sed hęc neque natura rei, neque autoritas Galeni admittit ſexto Epidem. vbi lapides generari à quocunq; humore, & diſcerni à colore dicit. Si enim rubet,ſanguis: ſi flauus bilis adeſt,&c.& id natura rei teſtatur. Fiunt igitur ab omni humore,ſed hoc quidem verum eſt, ſi ſiccum debet conglutinari, neceſſariò concurrit materia humida, quæ eſt pituita,alioqui exiccatum ſemper habet friabi-
B litatem,& hoc fortè voluit Paulus,ſed quòd lapides ſolùm ex ea materia generẽtur,falſum eſt. Materia huius calculi eadem inuenitur,quæ ſolita eſt per vomitum eiici,quod teſtatur etiam color lapidis,eſt enim flauus. Quare bilioſa eſt materia quæ conglutinatur cum materia viſcida. Efficiens cauſa poſtea calor eſt reſoluẽs partes tenuiores (Meteor.quarto) concoquens poſtea,& aſſans ac compingens reliquam materiam,ita vt non reſoluatur à ſuis contrariis. Vbi modò generentur, an in cor
C pore renum,aut in concauitate, nõ volo nunc dicere, cùm ſint ſufficienter dicta à Gal. Dolor modò ille excitatur ad motum vrinæ, quandoque extenditur, maximè dum calculos, aut arenulas excernit,patitur ardorem,& retentionem vrinæ. Fit autem ardor vrinæ vel ob acrimoniam vrinæ, vel ob ariditatem in vrinę meatu, quando humiditas illa naturalis, & emplaſtica, quæ in meatu eſt, abſumitur, cum vrina mordicet penem, lædit, ſicut inteſtina quoque tecta ſunt pituita, ne acrimo
D nia humorum abradantur. Vtraque harum cauſarum eſſe poteſt,vſus eſt multo coitu, qui meatum exiccat. Et vrinæ etiam acrimoniam habent: ſunt enim nitroſæ & ſalſæ, liuidæ & decoloratæ, non à dominio bilis, ſed ab humore ſalſo, & nitroſo. Cauſam veram huius ardoris crediderim eſſe calculum in veſica ſatis inſignem, quo calculo ibi ex orto redditur veſica ſeipſa imbecillior: commune enim id eſt, quòd recipiens membrum eſt imbecillius ſemper, idque teſtatur illa grauitas in pe-
E ctine, & loco medio inter anum & teſticulos. Ab eo calculo quotidie aliquid abraditur,quod penetrans meatus anguſtos ſua aſperitate facit ardores. Stante igitur eadẽ ratione victus,itẽ fortitudine membrorum mandantium, & recipientium imbecillitate,nõ eſt mirum, ſi ſemper eoſdem cruciatus habeat. Ipſe dicit augeri eos quandoque poſt plenilunium,& nouilunium, quia tunc mutat rationem victus. Retentio vrinæ eſt ex eadem cauſa: quando enim materia viſcida fluit, & ag-
F gregatur in veſica, neceſſe eſſe, vt deueniat ad locum anguſtum. Quia autem viſcida,obſtruit interdum meatus: huius ſignum eſt quòd cùm emittit vrinam claram,malè habet, dum turbulentam melius, quia illa materia impreſſa moleſta eſt, cũ autem excernitur, non lædit eum. Teſticuli dolent ex conſenſu, vt in Anatome diſcimus: duæ enim venæ ſatis inſignes veniunt ad didymum paraſtatis. Crura autẽ patiuntur, quia bifurcatio venarũ magna eſt in ea vena,quæ ad poplitem tẽ-
G dit. Adſunt autem omnia ſigna calculi,quę à veteribus deſcribuntur. Pruritus in capite virgæ,erectio pręter voluntatem, grauitas in pectine, & collo veſicæ,mingit crebrò, ſed parum vrinæ liui

dæ, in quibus arenulæ: in equitatione magnam moleſtiam percipit, habet ventoſitates in inteſtino recto, quæ mouent dolores, inteſtinum extenditur, & generatur maximus dolor. Eſt conſtrictio alui, comprimitur inteſtinum rectum, primo de Cauſis ſymptomatum. Videmus igitur eſſe calculum in veſica generatum ex materia cholerica, & viſcida. Malum prius habuit in renibus, & poſtea in veſica. Hoc eſt conſuetum in ætatis vigore, & adultis, quòd quando calculi generãtur, primò fiant in renibus: ſed in imbecillioribus in veſica oriuntur. Eſt autem hic 45. annorum & in primo ſenio.

Prognoſticum. Cum calculus ſit morbus, qui redit per periodos, etiamſi optimè & diligentiſsimè ſeruetur victus ratio, cura eſt difficilis: de hoc viro autem, credo quòd non curabitur, niſi ope chirurgica.

Cura. Cauſæ ſunt efficientes, quæ habent cauſas materiales: & aliæ generant has materias. Eſt igitur prohibendum ne generetur hæc materia, recta victus ratione, quæ inſtituenda eſt ſuo contrario, quæ prohibeat generari pituitam, & bilem in cibo, in potu, & aliis. Quantùm ad materiam iam genitam, ea eſt euacuanda, ad quod duo proponuntur, miſsio ſanguinis & euacuatio. Miſsio ſanguinis fiat è baſilica. Incidatur materia ſyrupis incidentibus, cum aceto, quia non nocet, niſi cum neruis occurrit, vel non ſint niſi moderatè calida mel roſatum, ſyrupus de betonica, de ſtœchade, oxymel, & ſimilia hîc vſurpentur. Poſtea euacuetur. Quod ad particularia, corroboretur ventriculus cum ſaccharo roſato, diarrhodon & aliis, quæ habeat familiaria: optima enim ſunt, & prohibent ne generetur materia. Quantum ad curam lapidis exiſtentis in veſica, an poſsit comminui, nec ne, quæritur. Non video rationem, quia ſiue calidis, ſiue frigidis procedamus, ſemper augebimus calculum. Si incidentibus quomodo ea dabimus veſicæ ne noceant, quæ eſt membranoſa, ſed quid à proprietate aliqua hæc faciunt? Ego non curo hæc, quia ſunt arcana, quæ non inquiro. Adhibere aliquas deſtillationes optimum eſt, ſi modò eſſent artifices. Sed credo omnino, quod debeat incidi, ſi velit curari.

CONSILIVM CCLXXXI.

Pro quodam patiente renum dolorem, adſcriptum Montanum.

RECIPE Paſſularum,
Sem. Com. ana ℥.j.
Violarum ʒ.ij.
Prunorum num. x.
Bugloſſæ,
Endiuiæ ana m.j.
Polypodij,
Senæ ana ℥.ij.
Sem. carthami contuſi ʒ.j.s.
Sem. aniſorum,
Fœniculi,
Endiuiæ ana ʒ.ij.
Macis ʒ.ij.
Corallorum rubeorum,
Myrobalanorum citrinorum,
Chebulorum ana ℥.s.

Infundantur omnia in aqua per diem naturalem. Deinde bulliant ad conſumptionẽ duarum partium, & facta prius bona confricatione manibus, & colentur bene exprimendo, & in colatura diſſoluantur medullæ caſsiæ fiſtulæ ℥.viij. pulueris ſacchari ℔.s. & bulliant ſimul lẽto igne ad ſpiſſitudinem mellis, & fiat electuarium. Ex hoc electuario prima vice aſſumi poteſt cochleare vnum bis in menſe per horas quinque ante cibum, & augeatur vel minuatur doſis ſecundùm electuarij operationem.

R. Granorum fiſticorum ℥.j.s.
Quatuor com. m. frigid. ana ʒ.j.s.
Specierum diacinnamomi,
Aromatici roſati ana ʒ.j.s.
Sacchari albi q.s.

Fiat confectio in morſellis cum aqua alkekengi, & ſumatur vna confectio pro vice, manè & ſerò per horam ante cibum.

R. Olei violati ℥.j.
Adipis gallinæ,
Anſeris ana ℥.s. Ceræ q.ſ.

Fiat vnguentum, quo vngantur lumbi. Vitet renum calefactionem, dimittendo equitationem & coitum. Abſtineat à fructibus, leguminibus, paſtilibus, lacticiniis, piſcibus, herbis multùm frigidis & humidis, & à vino turbido, nigro & groſſo. Tempore verò doloris fiat primò enema ex oleo communi, & iure pulli. Deinde aliud tale.

R. Florum chamæmeli,
Capillorum Veneris,
Meliloti,
Parietariæ ana m.j.s.
Lini,
Fœnugræci,
Anethi ana ℥.j.s.

Bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ. Deinde,

R. Huius decoctionis ℔.j.
Olei anethini,
Amygdalarum dulcium ana ℥.j.s.
Caſsiæ nouiter extractæ ʒ.vj.
Diaphænici ʒ.iiij.
Sacchari rubei ʒ.j.
Vitellos ouorum num. ij.
Salis communis ʒ.ij.s.

Fiat clyſter, qui calidus imponatur, deinde infunde ſpongias magnas in decoctione ſupraſcripta, & facta expreſsione, ſuperponatur vna obuoluta in panno lineo calido, & cùm incipit frigeſcere, exprimatur alia, & calida ſimiliter ponatur: & ſi non quieſcit adhuc dolor, fiat emplaſtrum ex medulla panis infuſa & mollita in decoctione althææ, & cum oleo chamemelino diſtemperetur, & calidum ſupponatur.

CONSILIVM CCLXXXII.

Pro quodam patiente læſionem actionum naturalium, ſicut eſt vrinæ ſtillicidium, ardorę, tumefactio pedis: & animalium, ſicut eſt dolor in aliqua parte, ſtupor & motus priuatio.

ACTIO-

ACTIONES læſæ hæ ſunt, quæ ducunt nos in cognitioné morbi, quádoquidé morbi nihil aliud ſint, niſi affectio primò lædens operationes. Habemus igitur in hoc prǽſtanti viro actiones læſas, & naturales & animales. Naturalium altera actio læſa eſt in pede, quæ pars non poteſt attrahere, conſueriq; alimentum ob affluxum illius materiæ: altera actio læſa eſt in ipſa vrina, in qua pituita, & craſſa quædam ſedimenta apparent. Altera eſt ardor in emittenda vrina, & ipſius ſtillicidium: operationum autem animaliũ eſt, & dolor in aliqua parte, & priuatio motus, ſtuporque. Cùm itaque hę ſint operationes lęſę, ne ceſſe eſt vt ſit morbus, à quo primò in hoc corpore læduntur operationes. Morbus auté probè à nobis noſcetur, ſi cauſæ ipſius tum intrinſecæ, tum extrinſecæ cognoſcentur. Cauſæ extrinſecæ in vnum omnes conuenerunt in generando morbo: aer enim primò frigidus & humidus, mala in cibo & potu viuẽdi ratio, ocium, præter rationem exercitium, nimia Venus, mollities, ſomnus nimius fuerunt in cauſa, quare hepar & cor fuerint diſtemperata per frigidum & humidum: alioqui illa menbra erant naturaliter calida & humida, & ex conſequenti totum corpus: quod ex latitudine venarum, ex colore rubeo, ex pilis non criſpis, nec nigris, ex morũ ſuauitate, & id genus alijs intelligi poteſt. Hæ igitur fuerunt cauſæ extrinſæ (atq; hæc argẽtum viuum, frigidum & humidum in quarto gradu, à Galeno venenum exiſtimatũ) ꝑpter quas iſtius mag. viri temperatura naturaliter calida, & humida deflexerit ad frigiditatem & humiditatem, & talem intemperiem, quæ eſt cauſa intrinſeca. Vnde reddita duo in primis membra frigida & humida, hepar ſcilicet & ventriculus, fuerunt in cauſa, quare generata ſit pituita, quæ delata ad varias partes, fecit illa ſymptomata, quæ recenſuimus. Primùm in pede fecit illam tumefactionem talis humor, qui quidem humor pituitoſus in ea parte eſt, non per eſſentiam, ſed per conſenſum à ventriculo & hepate. Deinde vrinæ miſtus, reddidit eam albam craſſamque, vt apparet. Hic idem humor miſtus vrinæ in veſica, delatus ad pené, craſſior quàm par eſt, exiſtens, fuit cauſa, quare vrina per ſtillicidium demiteretur. Ardoris verò vrinæ poteſt eſſe duplex cauſa, vel exiccatio illarũ glandularum facta per Venerem, vel admiſtio bilis ipſi pituitæ, quæ ſua acrimonia illum effecit ardorem. Motus etiam in aliqua parte priuatio, & dolor, & ſtupor fit propter eandem materiam ad eas partes delatam, quæ quidem efficit, vt non rectè eæ partes moueantur, & ſentiãt, & vt exulceratæ nonnihil, vel compreſſæ per eam materia doloré inducant.

Hæc de cauſis horum ſymptomatum ſint à nobis dicta. An verò poſſit ſanari, ego exiſtimo facilè poſſe cauſas intrinſecas remoueri, dummodo abſtineat ſeſe à cauſis illis extrinſecis. Curandum igitur hunc eſſe puto ꝑ hanc rationem. Primùm eſt alterãdus, & ventriculus, ac hepar ꝑ calidum & ſiccum. Sed antequàm id fiat, oportet corpus euacuare. Euacuabitur auté per venæ ſectionem baſilicæ, aut mediæ. Deinde dandi ſunt tres ſyru-

A pi, qui concoquant materiam: quibus aſſumptis euacuanda eſt materia vel per confectionem hamech, vel per aliquid huiuſmodi. Et reiterata euacuatione, ego poſtea curarem vt ventriculus, heparque ad priſtinam temperiem reducerentur. Id autem optimè fieri poterit per aquam ipſorum balneorum.

CONSILIVM CCLXXXIII.

De mictu ſanguinis pro quodam Epiſcopo Vngaro, Anno 1547. Menſe Decembri.

B ARBITRAMVR ſanguinolentam vrinam & turbidam reddi ab hoc reuerendiſsimo Epiſcopo, propter dilatationem factam tum in cauitatibus renum, tum in vaſis virnarijs: propter intenſam caliditatem à motu violento primò generatam, dum curru ſalebroſo itinere concuteretur, præcipuè circa dorſi regiones, deinde ſuccedéte C intenſo calore, dum cum veſte pellicea ſub ſole ardente montem aſcenderet. Ex his igitur omnibus tantus calor circa partes renum fuit excitatus, vt ob nimiam dilatationem vrina ſanguinolenta excreta fuerit. Et inde eſt, quòd nunc quoque, quotieſcũque defãtigatur & corpus exercet, in idem ſymptoma incidat, turbidæ ſcilicet & ſanguinolentæ vrinæ. Excitatur. n. dilatatio ob motum, quæ in quiete deliteſcit. Ardor autem in excretione vrinæ, ſimulque dolor circa anum, ab ea D dem cauſa prouenit: videlicet ab illa vrina fæculenta, habente in ſe partes acres, & rodentes, vel bilis, vel humoris aduſti, vel pituitæ ſalſæ, vel omnium ſimul. Dolor verò quia circa ani regionem percipitur, eſt in ipſis muſculis colli veſicæ, quod quidem collum illis partibus adiacet, & in ea potiſsimùm parte nõ ſine ratione dolor percipitur, quoniam veſicæ collum admodum anguſtũ eſt, & ſtrictum, & valde ſenſibile ob muſculos, & neruoſas partes circũiacentes. Cùm ergo vrina acris E & craſſa in parte tam anguſti orificij immoratur & intercipitur, cauſat dolorem. Qui verò ardor apparet in virgæ capite, in vrinæ emiſsione, eſt propter illam eandé cauſam. Locus enim glãdis ſenſibilis eſt, vltra omnes alias partes illius membri. Hæc de cauſis morbi & ſymptomatum. Cùm ergo morbus ſit dilatatio, cura eſt aſtrictio, & corroboratio partiũ dilatatarũ, qua curatione peracta illicò & ſymptomata quoq; ſimul remouebuntur. Audimus enim neq; ardorem, neq; dolorem F percipi, niſi eo tantùm tempore, quo turbida ſanguinolentaque vrina emittitur. Sublata ergo huiuſmodi vrina, aufertur dolor, & ardor: ea vrina remouebitur, remota dilatatione. Ad dilatationé igitur prohibendam totis viribus accedendum. Et quoniam ad rectam curationem particularis ægritudinis totum corpus debet eſſe mundum, & malis humoribus vacuum: igitur ante loci corroborationem, corpus ritè purgari oportet. Sed præter indicationem, quæ à morbo ſumitur, non G minor eſt illa, quæ ab aere, quemadmodum optimè teſtatur Gal. 9. Ther. Cùm ergo nunc aerem habeamus hyemalem, qui quidem omnibus medicationibus eſt inimicus, ſitque reuerendiſsi-

mus ille vir, qui ægrotat, in regione frigidiſsima, perſuaderem, vt interim habita recta victus ratione, Ver proximũ expectaret. Et tum primò purgaret corpus modo infraſcripto.

R. Florum caſsiæ ℥. j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ. ij.

Cum ſaccharo fiat bolus. Sumat eum manè hora ante prandium. Die ſequenti mittatur ſanguis à vena baſilica dextri lateris, vſque ad vncias octo. Deinde

R. Syrupi de abſinthio
Mellis roſati
Acetoſi ſimp. ana ʒ. vj.
Decoctionis Agrimoniæ in aqua endiuiæ ℥. iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro ſeptem. Deinde

R. Confectionis hamech ʒ. iij.
Syrup. roſati ſolutiui ℥. iij.

Miſce, & cum aqua agrimoniæ fiat potio, ſumenda in aurora cum cuſtodia. Facta purgatione vtetur quotidie electuario infraſcripto tribus horis ante prandium pondere ℥. j.

R. Sacc. roſati confecti ex roſis rubeis ℥. vj.
Specierum tria ſandalorum ʒ. ij.
Spodij
Acacię ana ʒ. s.
Coralliorum rubeorum ʒ. j.

Miſce cum modico ſyrup. de mentha, fiat electuarium, ſumat de hoc (vt ſuprà dixi) poteritq; illicò vno hauſtu deglutire tantum vini optimi, quantum caperent cochlearia duo, & non vltrà.

Item:

R. Vnguenti Comitiſſæ de corticibus caſtanearum,
Sandalini ana ℥. j.

Conficiátur ſimul cum oleo roſato completo, fiat linimentum, quo vngatur vtrinque tota longitudo lumborum bis in die, à principio vſque ad finem. Item:

R. Aquæ, in qua ferrum fuerit extinctum, ſitulas iiij. in qua decoquantur roſæ
Balauſtiæ
Camomillæ
Nucis cupreſsi ana M. j.

Et cum aqua hac tepida foueat lumbos, cum ſpongiis manè & ſerò ante linimentum. Vera tamen & citiſsima huius morbi curatio eſſet, ſi poſt purgationem in hac æſtate menſe Iulio, biberet per dies quindecim aquas thermarum, in quibus dominatur minera ferrea, & in iiſdem bis in die nataret, vt fert conſuetudo. Tales autem ſunt in Italia prope ciuitatem Lucæ, & in villa Veronenſi, quæ Caldarium appellatur. Vtrum ſint tales in Pannonia ignoramus. Hæc iudicio meo vera eſt curatio Reuerendiſsimi huius viri. Interim abſtineat à commeſſationibus, vinum bibat dilutum cum aqua, in qua ferrum lucidum & terſum fuerit extinctum. Caueat ab aromatibus, & rebus dulcibus & mellitis, à coitu, ab exercitiis, præſertim quæ fiunt equitando, vel ambulando. Se agitare tamen non vitupero, & omnia exercitia, in quibus mouentur partes ſuperiores inferioribus quieſcentibus.

A CONSILIVM CCLXXXIIII.

De mictu ſanguinis, cum vrinæ ardore.

IN caſu egregij viri Maſimini Farni ætatis annorum 64. & paulo plus, temperamenti calidi ad humidum vergentis, cordis paululum ſicci, & cerebri, renum calidorum, ſcribitur: cùm iam plurib.
annis ingentibus doloribus, ex arenulis & calculis afficeretur, ad eam renum imbecillitatem de-
B ueniſſe, vt ex leui labore, ſiue pedibus incedat, ſiue equo vehatur, vrina prodeat cruenta. Et non
modò ſic apparet, vt ſæpe fieri ſolet: verùm ita, vt
ſanguis in profundo vrinæ concreſcat, cum leui
dolore renis dextri (perinde ac ſi quis impoſitam
cucurbitulam incideret) non diu perſeuerante,
ſed horis ferè duabus, & decedente cum vrina
miſſa non primo, ſed ſecundo vel tertio. Medicus
qui caſum ſcripſit, arbitratur mictum ſanguinis
ex renum imbecillitate, & apertis in renibus o-
C ſtiolis prouenire, dolorem verò & ardorē ex mala intemperie, fortè ſine continui ſolutione, quo-
niam nunquam pus viſum fuerit. Et certè cùm
apud Galenum 7. κατὰ τόπους ſanguis è venis non
erumpat, niſi oſtiolis adapertis, aut ipſius venis
ruptis, vel exeſis, non tamen in præſenti caſu ſit
vena rupta, neque exeſa, neq; enim ſanguis multus vna vice effluxit, nec pus viſum fuit. Conclu-
dere igitur neceſſarium eſt, hunc mictum ſanguinis in venarum meatus apertos, & renum fa-
D cultatis retentricis imbecillitatem referendā eſſe.
Dolor verò & ardor vrinæ, quomodo ſine continui ſolutione fieri poſsit, nõ video, cùm, vt Gale-
nus ſentit, dolor non accidat ſine ſolutione continui, quam certam eſſe cauſam voluit cuiuſcun-
que doloris immediatam. Verùm cenſeo medicũ
intelligere eam ſolutionem cõtinui, ad quam pus
ſequi cõſueuit. Quare dicendũ puto, morbũ vel
potius cauſam eſſe intemperiem calidam renum,
cum facultate retentrice debili, cumque amplitu-
E dine oſtiolorum: quã ſequitur, vt per vrinam ſanguis & alia craſſa excernátur, quæ dolorem & ar-
dorem excitant: ſolent enim mẽbra fortia ſuperfluitates redũdantes ad infirma propellere. Cau-
ſa verò, quòd in labore potius, quã in quiete hæc
eueniant, ea eſt, quòd quemadmodum hepar &
venter in motu non probè nutrimentum concoquant, aut retinẽt, & tranſit incoctum, & proptе-
rea exercitationes fieri non debent, niſi prima co-
ctione in ventriculo, ac ſecunda in hepate, & ve-
F nis perfecta: ita ex motu & labore facultas renũ
retentiua fatigatur, vnde eſt quòd ſanguis & alia
excernuntur, ex quib. ardor & dolor exercitatur.
Quod ad prædictionem attinet, dicit Hip. 6. Re-
num & veſicæ vitia in ſenibus difficulter ſanan-
tur: & in ſexto Epid. Renum vitia poſt annos 58.
ſanata non vidi. Et licet non perpetuò ſit in medico, vt releuetur æger: id tamen agendũ in chro-
nicis eſt, vt morbus non augeatur, ſed ipſe vel
ſymptomata, vel ambo minuantur. In curatione
G præſuppoſita vniuerſali euacuatione totius, quo-
niam indicatio ſumpta à morbo, eiusque cauſa,
eſt de renum infrigidatione, & oſtiolorum vrinã
excolantium conſtrictione, & de victu à ſuo na-
turali

turalí temperamento, calido & humido adhibendo, nec non ſubtiliante : ideo, quod iam dixi, cenſeo huic nobili victus rationem eam adhibendam eſſe, quæ ſenibus conuenit, quoad omnia membra, exceptis renibus, quos infrigidare & corroborare conuenit. Non tamen calidis ſic vtendum ac ſi renes calidi non eſſent. Victus autem ſenibus congruus eſt, apud Gal. & alios calidus, & humidus, humores tenues faciens, quare fugiendi cibi & potus omnes craſsi, & viſcoſos humores generantes, vnde calculi & arenulæ, & excrementa craſſa ſolent fieri. Quoniam verò hic renes frigidis indigent, reliqua autem membra calidis, oportebit frigida calidis admiſcere. Quare ferè quotidie lactucis, endiuia ac huiuſmodi ſimul vtendum cum ali's cibis erit, præcipuè in æſtate & temporibus calidis in ea quantitate, & tam ſæpe, prout præſenti medico videbitur. Pro renum quoq; infrigidatione, & facultatis retentricis robore exterius vnguenta varia applicari poſſunt, in primis infrigidans Galeni, in mōdo, quo ipſe docet, nempe ſub actuali frigiditate ſæpius ipſum variando, cui & camphora, & ſandali & ſemperuiui ſuccus, & id genus alia adiici poſſunt. Quod ſi maiori opus fuerit adſtrictione, licebit vti vnguento, quod habet granorū myrti, corticum medianarum quercus, nucis cupreſsi, foliorum cupreſsi, ſumach, hypociſtidos corticum granatorum, roſarū rub. ana ℥. s. Conterantur modicè, & decoquantur in lib. quatuor vini auſteri, donec medietas abſumatur. Deinde

R. Olei omphacini
Supradictæ decoctionis ana lib.j.

Decoquantur in duplici vaſe, ad vini conſumptionem, & in fine addantur ſandalorum citrinorum ʒ. ij. garyophyllorum drachma ſemis: poſtea cum vnciis quatuor ceræ albæ fiat linimentum molle, quod ſæpius cum reliquo decoctionis lauetur. In eundem vſum proderit decoctum ex omnibus ſupradictis, renibus imponendo: vt verò ſi quid in renibus eſt, expurgetur, ab ipſis etiā materiæ diuertantur, magno præſidio erunt pillulæ, quæ fiunt ex rhabarb. ſubtiliter puluerizati drachma vna vel ſcrupulis quatuor, manè ieiuno ſtomacho, per horas ſex ante prandium. profunt etiam iſta aſſumpta.

R. Nucleorum pini n. xxx.
Excoriatarum amygdalarum n. xx.
Tragacanthæ ʒ. iiij.
Succi liquiritiæ ʒ. ij.
Croci ℈. s.

Cum vino cocto vt ſapa, fiat electuarium, cuius drachmæ duæ ſumantur manè ieiuno ſtomacho, cum ℥. iiij. huius decoctionis.

R. Sacchari albi ℥. j.
Liquiritiæ mundæ
Seminis portulacæ ana ʒ. iij.

Coquantur in 3. lib. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis. Item:

R. Seminis lini
Sem. papaueris albi
Cucumeris
Tragacanthæ ana ʒ. ij.
Aniſi ʒ. iiij.

A Et cum aqua decoctionis liquiritiæ fiant trochiſci, ſummo mane ſumat ieiuno ſtomacho ʒ. j. s. cum ℥. iij. ſupradictæ decoctionis.

CONSILIVM CCLXXXV.

De mictu ſanguinis.

QVA excellentia, Clariſsime Doctor, ita copiosè diſſeruit, vt poſsim meritò excuſari, ſi ſum breuis, ſed tamen afferā quæ neceſſaria videbuntur, & ea per
B compendia. Hic vir primum incidit in retentionem vrinæ, & poſtea in ſtranguriam cum inſigni admodum ardore penis, & difficulter mingebat, & habebat dolorem maximum. Nunc facta eſt magna dilatatio, ita vt effluat etiam ſanguis: quoniam verò ſymptomata, quæ præterierunt, maximè faciunt ad perfectam cognitionem huius affectionis, indagabo cauſam, quare hæc accidentia eueniant. Id autem maximè percipitur ex natura corporis, quod cholericum eſſe facilè quis
C cognoſcere poterit. Indicatur enim temperaturá calida & ſicca, & corpora cùm ad ſenium perueniunt, declinant ad frigidum & ſiccum, vt docet Galenus. Videmus autem iuuenum corpora calida & ſicca gracilia, & ſemper habere ventriculum frigidum & ſiccum, cuius rationes plurimæ ſunt, ſed hæ potiſsimū: ventriculus cùm ſit neruoſus, & non habeat omentum quo operiatur, facilè læditur à frigiditate: porrò ob calorem in talibus omentum eſt gracile. Eſt & alia ratio, quia cùm he-
D par eſt calidū & ſiccum, ſemper attrahit ante tempus cibum à ſtomacho, priuſquàm ſit ritè concoctus. Tertiò, qui calidi & ſicci ſunt hepatis, tertio de Locis affect. habent maximam cauſam, quare vapores multi crudi aſcendāt ad caput, & multipliciter pituita principaliter in tempore ſenectutis: ſemper enim generant humorem melancholicum & bilioſum ob naturalem temperiem. His ſi addatur victus ratio inconueniens, qualem hic habuit inordinatam valde, & exercitium quoque
E præter naturam, vt hic ſtuduit præter rationem & modum temporis, nō mirum eſt ſi excrementa multa & craſſa multiplicata ſint in hoc corpore: & quia propter caliditatē hepatis multū etiam materiæ bilioſæ generatur, quæ eſt mobilis admodum, valde coegit membra ad expulſionem, vbi poſtea peruenit ad locum anguſtū, materia craſſior impacta, meatus impediebat. Et quia adhibebantur adiuuantia trāſitum, ſtatim ex aliqua parte aperti ſunt meatus, & materia guttatim emiſſa
F propter duas cauſas, quia & materia nō omnino præparata erat expulſioni, & viæ etiam non omnino erant apertæ, ſed ex parte tātùm: perſeuerabit igitur in rebus aperientibus ad ſenium vſque propter difficultatem, donec iam tandem materiæ ſint attenuatæ & viæ apertæ: ideo ſtatim plurimus eſt fluxus factus, quia membra debilitātur deficientia paulatim à calore naturali, & vię paratæ ſunt. nā calidus à natura eſt, & tales vias latas habet. Eſt enim calidi proprium dilatare, pro-
G pter plurimam attractionem: cōfert etiam ad fluxum tam copioſum membrum mandans, quod plurimùm mittit: generātur enim plurima excrementa ratione temperaturę naturalis, ratione vi-

ctus, & item caloris deficientis iã, & maximè quia viuit in ocio. Propter continuum igitur & copioſum fluxum facta dilatatio in colatorio renum, vbi fit ſeparatio ſeroſæ aquoſitatis. Ideo propter nimiam dilatationem colatorij & imbecillitatem renum mingitur ſanguis, & vrina ſimilis quaſi loturæ carnis: renes enim famelici ſunt, qui alimentum nullum habent, & ſubinde attrahunt, ideoque fluit ſanguis, ſicut in mammillis fit mulierum, quando nimia fit ſuctio, tandem ſanguis extrahitur: non autem poteſt verti in vrinam talis materia attracta propter dilatationem colatorij. Quod exit, fœtidũ eſt valdè, propterea quòd humores qui non bene regulantur à calore natiuo, putrefiãt facillimè: poſſunt etiam eſſe obſtructiones in viis, quæ prohibent exitum legitimum & debitam tranſpirationem, qua impedita facilè putreſcunt humores, ad quam putredinem certè poſtea ſequitur febris per vapores aſcẽdentes ad ipſum cor. His ſtantibus, quia medici prudentes non temerè aliquid agunt, niſi ſperent, quod aſſequi id quod velint & poſsint. Quare prius videndum an poſsis agere, priuſquàm agere incipias: quandoque enim contingit, vt deſit virtus vel efficacia. Aliâs ratione agentis ſeu medici, quod non eſt in hoc caſu, vel ratione materiæ, quæ ipſa etiam non deeſt nobis, habet & aſſidentes & optima omnia. Si itaque ſit defectus, erit vel in natura, vel in virtute ægri, & fortaſsè in vtroque: nam valde debilis eſt ratione ætatis. Tũ adeſt affectus talis, vt ſanguis quoque per vrinã quotidie plurimus exeat, & eſt in vltimo ſenio, quo tempore alioqui corpora loco ſanguinis generant pituitam: vnde cùm cadit virtus eorum, nõ facilè reſtauratur. Vereor igitur ne cadat virtus hîc: ſi enim ceciderit, quomodo reſtaurabitur? cùm enim ſanguinem generare non poſsit tempore ſanitatis, in hac ætate conſtitutus, quomodo generabit tempore morbi? Prouidendum igitur, num deſit virtus: ſi enim deeſt, deerit & materia, hoc eſt ſanguis, & efficiens, id eſt, natura: fruſtrà igitur operabimur. nam vna quælibet ars, cui deeſt materia, otioſa eſt: ſed quia amici ſumus & Chriſtiani, non debemus eum relinquere.

Cura. Debemus occurrere ſymptomati, habemus febrim & fluxum ſanguinis, vnde incipiemus? Quantùm ad febrim, ex quo materialis eſt, & ex fluxu dependet, indicat euacuationem: fluxus autem indicat reſtrictionẽ, quæ duo ſunt oppoſita. Vbicunque materia ſponte educitur à natura, etiamſi ſit mala, cauendum tamen à reſtrictione: efficiuntur enim hinc incommoda multa. nullus fluxus etiamſi ſanguis eſt refrigerãdus, niſi manifeſtè ſit caſus virtutis. Eſtnè igitur permittendum vt fluat? Non. Quid igitur faciendũ? Non incipiamus à febri, ſed à fluxu: videmus enim quòd non poteſt curari febris, niſi curetur fluxus. Oportet igitur videre, ne hæc materia putreſcat. Quid fiet? Si diſponamus melius ſanguinem, faciamusq́ue laudabiliorem, & pro diuerſione apponendo ventoſas ſæpiſsimè in ſpatulis (phlebotomia enim nullo modo facienda in hac ætate ob caſum virtutis, qui valde metuendus) ventoſæ quoque apponantur in hypochondrio dextro ſuper hepar, & in ſiniſtro etiam ac brachiis cum corniculis, ſicut vtuntur ij qui ſunt in vaporariis. Fiant frictiones leues & ſuaues ad faciendam diuerſionem ſanguinis. Contemperandus etiam ſine adſtrictione, remouenda acrimonia cum potionibus & cibis, quæ ſunt emplaſtica. Ideo vtatur talibus ferculis, quale exquiſitiſsimè coctum & colatum. Et tragacanthũ album paratum in aqua violarũ bibatur in brodio pulli. Pedes vitulini & pullorum etiã retundunt acrimoniam: bibat vinum modicè adſtringens & nigrum dilutum cum aqua, in qua decoctum coriandri. Vel:

R. Siliquas quæ incidantur cum iuiubis & myrtillis, ac decoquantur in aqua, & apponatur zuccharum. Habent enim hæc omnia vim obtũdendi. Exterius applicarem renibus quæ corroborarẽt eas partes, & nollem fortiter aut violenter reſtringere, & nonniſi moderatè refrigerantibus, vt cum cerato Galen. infrigidante, aut ſucco plantaginis, portulacæ aut ſolatri, adderẽ aliquid tale cerato Galeni. Curarem vt omni die haberet beneficium ventris, idq́; non cum rebus calidis, ſed decocto violarum. Deinde hæc præſcripta:

R. Gummi tragacanthi ʒ. iij.

Diluatur in aqua violarum, de qua ſumatur ad quantitatem auellanæ ſingulis vicibus in brodio pulli.

R. Myrtillorum
Siliquarum fruſtatim inciſarũ ana ʒ. iij.
Iuiubarum num. x.
Decoquantur in q. ſ. aqua. Deinde:
R. Syrup. de agrimonia ℥. j.
Syrup. de myrto ℥. s.
Decoctionis ſuprà dictæ ℥. iiij.
Pro ſyrupis nouem.
R. Vnguenti infrigidantis Galen. ℥. ij.
Succi plantaginis
Portulacæ ana ʒ. iij.
Cum modico ceræ, fiat linimentum pro renib.

Cuidam alteri poſt lõgam gomorrhœam mingenti ſanguinem dixit, vt inungeret locum inter anum & ſcrotũ, & circa collum veſicæ, oleo ſcorpionum & ex amygdalis amaris, quieſceret & vteretur tenuiori victu: loco ſyrupi ſumeret brodiũ pulli in quo decoctæ radices maluauiſci, maluæ, betonicæ, ſaluiæ. Curatus eſt.

CONSILIVM CCLXXXVI.

De ardore vrinæ pro muliere.

EXCERNEBAT per vrinã ſquamulas cum plurima ſpurca materia, & interdum etiam aliquid ſanguinis, ita vt niſi eſſet aliqua ſuſpicio de apoſtemate, imò niſi alternis noctibus magis affligeretur, & dolor non eſſet continuus, apoſtema certò adeſſe iudicaſſent, quanquam poſsit etiam eſſe aliquod principium. Montanus vt per caniculares hunc ſyrupum biberet, ordinauit.

R. Radicum
Et foliorum pentaphylli
Ceterach
Capillorum Veneris ana.

Coquan-

Coquantur quantum ſatis in aquæ maluæ deſtillatæ, & poſtea pinſentur, & iterum coquantur forti coctione, deinde rurſus pinſentur: idq́ue ter aut quater iteretur, donec exquiſitiſsimè percoquantur, & bona expreſsio fieri poſsit, expreſſum deinde coletur, & ſyrupizetur cũ ſaccharo.

R. Huius ſyrupi ℥. ij.

Aquæ lactis caprini ʒ.vj.

Bibat per multos dies continuos, ita tamen, vt ſemper per interualla quinq; aut ſex ſyruporum, euacuetur cum caſsiæ drachmis ſex, vel rhabarbari ſcrupulis duobus, quod magis placet. Poſt calores ad validiora accedendum, ſi poſſet accedere ad balnea Calderiana: quia nunc tempus eſt, maximè opportunum foret. Purgaretur autem primò drachmas decem caſsiæ, acciperet deinde vnum ſyrupum, ℥. ij. de endiuia, & ℥.vj. ſeri caprini, donec ſyrupus ſupradictus fieri poſsit, poſtea quinque vel ſex ex his accipiet, & iterum purgetur cum caſsia & rhabarbaro, & ita accedat ad aquas. Localia nulla adhiberi velim ante mundificatum corpus, quòd frigida aſtringant, calida autem adhuc magis lædant.

CONSILIVM CCLXXXVIII.

De ardore vrinæ, iſchuria, gonorrhœa, non vera lue Gallica & febre erratica, pro nobili Veneto, die vigeſimo ſeptimo April. 48.

CLARISSIME Doctor, quia in heſterno colloquio à veſtra excellentia omnia diligenter & bene conſiderata & dicta: ideo nonnulla tantùm ad cõfirmationem dictorum, & dilucidationẽ dicam. Quatuor ſunt in hoc nobiliſsimo atque magnifico viro præter naturam, de quibus conqueritur, & quorum ratione nos acceſsit, quæ conſiderare debemus. Primum eſt ardor vrinæ: ſecundum, impedimentum ipſius, idq́ue tale eſt, quod non liberè mingit, ſicut prius, & vrina tenuius exit quàm ſolebat: tertium eſt fluxus quidam præter naturam, & inuoluntariè exiens ab ipſo veretro, quem gonorrhœam (ſi libet) nunc appellamus: quartum eſt febris erratica. Iſtæ ſunt diſpoſitiones præter naturam, quæ moleſtãt hunc nobilem virum, & de quibus conqueritur, quę ſunt conſiderandæ à me. Et vt ordinatè procedam, primò recenſendæ ſunt diſpoſitiones eius naturales, naturaliſq́ue temperies ipſius: quia vos ſcitis quantum referat cognoſcere cuiuſlibet naturalẽ temperiem, & ad morbos cognoſcendos, & curãdos, & ad modum rectè operãdi, & ad tempus curandi, & ad loca quibus debent applicari. Sed re vera difficillimũ admodum eſt temperaturam cuiuslibet cognoſcere. Et tantùm tria ſunt principalia, ex quibus ſingulorum temperaturã dignoſcere poſſumus. Primum ſunt actiones omnium virtutum, quas oportet videre quomodo ſe habeant: ſecundum, excrementa omnia: tertium quæ exterius apparent, quæ communiter accidentia dici ſolent. Ex actionibus autem cognoſcimus membrorum temperaturas, quia qualis temperatura mẽbri, talis eſt actio ipſius: ſed vbi corpus eſt affectũ, nõ vna tantùm actio eſt vel ablata, vel dimi-

A nuta, vel corrupta, ſed plures: ideo diſpoſitiones naturales in ſingulis cognoſcere difficillimum eſt. Et dicebat Galenus in proœmio libri primi ad Glaucum & in tertio Methodi: Opus eſt, ſi volumus aliquem rectè curare, cognouiſſe ipſum in ſanitate, & ſingulorum membrorum temperaturam, colorẽ, habitudinem, natiuum calorem, arteriarum pulſum, quiſnam fuerit à natura. Quę ſi ſciremus, magnitudinem morbi ſatis aliquando iudicare poſſemus: & ſic exeuntia, & accidentia.

B In caſu noſtro habemus oẽs difficultates iſtas: ſiquidẽ prius non nouimus. Tamẽ ſi diſcurramus per ſingulas actiones tam animales quàm vitales & naturales, percipimus naturales ſi non corruptas, ſaltem diminutas, propter multa accidentia, quæ in hoc corpore contigerunt: ſiquidem actiones quæ cerebrum & cor ipſum conſequuntur, non bene niſi ex conuerſatione aſsidua cognoſci poſſunt. Ideo conſiderabo tantùm vnũ in hoc nobiliſsimo viro, ſcilicet actiones naturales, quod

C noſtro propoſito inſeruit, quia neque circa cerebrum, neq; circa cor videtur aliquis exceſſus manifeſtus: ſed bene circa naturalium membrorum temperiẽ, quia ipſa ſunt verè læſa. Si ergo exactè cõſiderauerim⁹ ipſorũ lapſum, habebimus quod à nobis intenditur. Reliquis igitur omiſsis, ad inquirendum naturalium membrorum diſpoſitionem, & hepatis præcipuè, accedemus. Primò ergo conſideremus, quænam fuerit naturalis iſtius viri temperies hepatis, antequàm ad accidẽtia de-

D ueniamus. Sed nõ habemus actiones aliquas, nec à ſanguine, nec ab excrementis, nec ab intrinſecis accidentibus, videlicet à colore, calore, &c. ex quibus in cognitionẽ naturalis iſtius temperiei deuenire valeamus. Sunt tamen quędam, in quibus circa hoc iudicium noſtrum firmare poſſumus. Adeſt amplitudo venarum, atque muſculorum, ſunt & pili, & ſtructura corporis, quę omnia etiam indicant præteritam temperiem. Sed hæc in hoc viro nõ ſunt talia, vt intenſam caliditatem

E vel frigiditatem indicent: atteſtantur tamen magis ſupra caliditatẽ, quia venæ ſunt ſatis amplę, & ſtructura corporis ſatis magna, & pili non ſunt aduſti, nec criſpi, nec ſubalbidi, ſed potius ſubruſi tendentes ad nigredinẽ. In paſsiuis verò qualitatibus nullum video ſignũ, ex quo poſsim iudicare vel multam ſiccitatẽ, vel multam humiditatẽ. Quòd autem calida temperatura ſit, indicatur etiã ex eo, quòd maximè fuit & eſt pronus in Venerẽ, & caliditas hepatis immediata cauſa eſt ſala-

F citatis. Ideo bene Plato concupiſcentiam in hepate, iraſcentiam in corde, animalem virtutem in cerebro poſuit. Quòd autem caliditas renum faciat ad ſalacitatẽ, dico quòd nõ per ſe, ſed per conſenſum ſolùm, quia facit vt vaſa illa ſeminaria ſint ampla & lata, & ſic per conſenſum. Sed hepar prębet caliditatem & materiam ſalacitatis, & immediata cauſa ipſius eſt, vt inferius patebit. Arguitur igitur ex iis quæ apparent, vt ex moribus præteri-

G tis, quòd ſit calidæ temperaturæ hepar huius nobiliſsimi viri, in quo eſt vis ſanguificandi. De ventriculo, nec ex præteritis, nec ex præſentibus, cognoſco aliquem exceſſum, neq; in caliditate, neq; in frigiditate, nec de ipſius diſpoſitione nũc mul-

tum curandum, maximè cum non conqueratur de eo. His igitur ita ſe habentibus, credisnè tu, quòd talem nunc ſeruet temperaturã hepar iſtud qualem habuit antea? Minimè: imò dico quòd ipſa temperatura hepatis longè diuerſa eſt ab ea quæ prius erat, & alia tẽperies eſſentialiter firmata iã in hepate per plurimos annos. Sed quænam eſt intemperies iſta? Dico quòd prius calida eſſet reſpectu proprij temperamẽti, non reſpectu temperati, ſed reſpectu ſui ipſius erat à prædominio calida, nunc lapſa eſt ad frigiditatem reſpectu ſui ipſius, non abſolutè, & habet diminutas hepatis operationes, & non ſolitas, propter acceſſum frigiditatis. Hoc autem indicat color apparens in toto hoc corpore: quia ſcitis ex quarto de Tuenda valetudine, non longè à principio, quòd humorũ in corpore exiſtẽtium dominium cognoſcitur ex colore cutis, niſi humores illi in altum ſeſe receperint. Et ibi dat ſigna & cauſas, quando in altum & profundum recedũt, ſcilicet, vel propter frigora, rigores, animi affectus, vt timorem, triſtitiam ingentem, & incipientem verecundiam, &c. In iſto autem eſt color plumbeus, liuidus, exãguis cum fuſcedine quadam, & nõ habet colorem ſuum naturalem, floridum & viuidum, ſicuti apparet, vbi eſt hepatis caliditas iuncta ſiccitati: & talis color iã per plures annos perſeuerauit. Præterea abundat plurima pituita, quod indicatur ex vrina, quę immediatè profluit à ſanguine: ideo indicat temperamentũ ſanguinis, ſanguis verò temperamentum hepatis, ſiquidem in eo generatur. Vrina autem quo ad colorẽ cùm ſit ſubalbida, quo ad ſubſtantiam craſſa, redundans plurima pituita, ideo ſignum eſt, quòd ſanguis eſt pituitoſus: ſi ſanguis eſt pituitoſus, ergo hepar labitur ad frigidum: ſi ſic etiam præceſsit caliditas hepatis, ideo redundat aduſtionibus, ſicut dixit Galenus libro ſecundo Artis medicæ. Qui ſunt calidi & ſicci hepatis, procedente tempore fiunt frigidi & ſicci. Hepar igitur iſtius nobiliſs. viri tum propter plurimos labores, tum propter plurimas reſolutiones, quæ acceſſerunt propter delicta, ad frigidum declinauit: & quoniam diu perſeuerauit iſta intẽperies, credendum eſt quòd iam ſit confirmata. Accedit aliud inſuper conſiderandũ, quod non modicam de hac re fidẽ faciet, an ſcilicet perpeſſus ſit morbum Gallicum: & ſicut ſcitis, morbus Gallicus ſedem habet ſuam in hepate, & vt aliàs dixi, eſt intemperies ipſius hepatis. Quòd ſi adeſſet in hoc nobili eiuſmodi morbus, magis eſſet læſum, & generaret humores magis aduſtos, quàm prius, ſicut apparet. Et ſic hepar licet ad frigidum labatur, & per conſequens pituitam generet, illam tamen adurit: & ſic ſi bilem generat, ita etiam dicendum eſt de melancholia. Ideo multùm refert ad diſpoſitiones eius cognoſcendas, ſcire an ſit perpeſſus morbum Gallicum. Ideo dicam liberè id quod ſentio, videlicet quòd credo, quòd perpeſſus ſit morbum Gallicum, & nũc etiam patiatur. Et adſunt præter communia illa ſigna, quæ maximam faciunt coniecturam, quòd ſcilicet concubuerit cum infectis huiuſmodi morbo mulierib. tamen iſta coniectura potius legiſlatorum, quàm medicorum eſt. Habuit etiam puſtulas, & bubo-

A nes: & licet diſiunctiuè non valeat, hîc eſt bubo, hîc ſunt puſtulæ, ergo adeſt morbus Gallicus: coniunctim tamen valet, hîc eſt bubo & puſtulæ in veretro, ergo adeſt morbus Gallicus: & cùm habuerit rem cum inquinatis, hæ non ſunt leues coniecturæ ad ſuſpicandum hîc adeſſe morbum Gallicum: licet quælibet harum per ſe ſumpta leuem faceret coniecturam, omnes tamen ſimul ſumptæ non ſolùm perſuaſionem, ſed etiam fidem certam & firmam faciunt. Sed dicetis vos B præter puſtulas & bubones in pudendis in morbo Gallico laborantibus, ſolent etiam conſequi puſtulæ in capite, & dolores inter iuncturam & iuncturam in perioſtijs illis: ſed hæc in hoc non fuêre, ergo non laborat morbo Gallico. Reſpondeo quòd non valet: quia licet non habuerit dolores, & in capite puſtulas, hoc ideo fuit, quia perpetuam ex renibus euacuationem habuit, & materia quæ debebat facere dolores illos, & illas puſtulas, euacuata eſt per penem, & diuerſa eſt aliò, C ideo non fecit illa accidentia. Cuius ſignum eſt, quòd quando erat in naui, & quidam medicus repreſsit huiuſmodi fluorẽ, ſtatim ſenſit dolores in omnibus membris ex retentione illius materiæ: & ſi nunc eam retineret, eadem accidentia cauſaret. Sed dicet quis veſtrûm: Tu ex colore ipſius arguis ſupra morbum iſtum, ſed huiuſmodi color pallidus ſequitur huiuſmodi fluorem. Dico, quòd ſi tantùm iſte color eſſet propter refrigerationem hepatis, & propter exitum illarum mate- D riarum, eſſet ſubalbidus, & cachecticus, & non plumbeus, & fuſcus: fuſcedo autem cum palliditate indicat aduſtionem humorum, quam ſolet huiuſmodi morbus generare. Ideo ſuſpicor hunc virum affectum eſſe morbo Gallico. Præter intemperiem hepatis, quæ frigida eſt, credo etiam adeſſe frigiditatem reſpectu morbi Gallici. Et hęc quo ad temperiem membrorum naturalium. Accedamus modò ad eas diſpoſitiones præter naturam, quibus affligitur nobilis iſte. Eſt primò ar- E dor vrinę: hoc autem contingit, vel ratione ipſius vrinæ, vel ratione inſtrumenti. Ratione verò vrinæ dupliciter, vel quia vrina mordax, ſalſa, acris, & calidior in ſe, vel quia addita ſit ei aliqua ſubſtantia ſalſa, vel acris. Quid credis tu, quæ ſit cauſa iſtius ardoris? Dico, quòd eſt non ratione propriæ ſubſtantię ipſius vrinæ, quæ ſit ſalſa, acris, & mordax, præter eam quæ ſibi propria eſt: quia calor ille ſubalbidus, & ſubſtantia ipſius craſſa, non indicat mordacitatem eſſe: ſed iſte ardor aduenit F propter materiam ſalſam ipſi vrinę adiunctam & purulentam. Aut eſt ratione inſtrumenti, & ſic eſſet, vel quia in ipſo veretro eſſet excoriatio aliqua, vel vlcus, vel exiccatio illarũ humiditatum, quæ ſolent eſſe in glandibus penis, quæ factæ ſunt à natura, vt vi ſua emplaſtica humectent longitudinem penis, ne vrina in tranſitu propter ſui mordacitatem excoriet: & ſic etiam inteſtina veſtita ſunt pituita illa craſſa, ne mordacitas fæcum & bilis in tranſitu corroderet ipſa: & quando inte- G ſtina ipſa propter aliquam qualitatem priuantur illa humiditate, tunc contingunt abraſiones. Sic etiam contingit in pene, vbi propter exceſſum aliquem ſuperfluæ Veneris, vel aliã ob cauſam con-

ſumitur

ſumitur huiuſmodi humiditas,areſcit meatus vir A gæ,& mordacitas vrinę occurrit membro immediatè,& ſic cauſat ardorē. Hîc credo quòd ſit materia mordax propter ſalſedinem,non propter acrimoniam. Sed ſiue ſit nitrum,ſiue ſal, ſiue ex vtraq; materia tum purulenta, tū nitroſa, per aduſtionem, nihil refert: nam vbi ſubſtantia humida iuncta eſt cū terreſtri, & pars terreſtris aduritur, túc fit ſalſedo:& ſi vlterius aduratur, fit amaritudo:licet Auicenna voluerit ex admiſtione bilis & pituitæ fieri ſalſedinem. Sed aliàs oſtendi, quo- B modo hoc fieri nequeat,& quòd hoc repugnat rationi, veritati & experientiæ: quia ex amaro miſto cū inſipido nunquā fit ſalſedo, ſed bene quidem amaritudo: ſalſedo aūt fit ex aduſtione partium terreſtrium in ipſo humido. Cùm ergo iſte plurima abundauerit pituita,& intemperie ad frigidum,& propter morbum Gallicum aduſtione, facta eſt ſalſedo propter moram ipſius pituitæ in hoc corpore: & licet reſpectu proprij tēperamenti lapſum ſit hepar ad frigidum, reſpectu tamen C temperati habet caliditatem maximam:& ſic augetur ſalſedo, & ſic hepar generat humores aduſtos,quos per vrinā excernit.Et quia non eſt perfectè concocta illa materia, licet aliquæ partes adurantur,ideo in exitu cauſat horrorē,ſicut contingit dum pus mouetur de loco ad locum. Et iſta eſt cauſa, quare vrina in exitu mordicet,et horrorem faciat, propter ſubitum motum materiæ mordicantis partes ſenſibiles. Præterea credo ego quòd adſit etiam ariditas illius humiditatis, D ex qua ſequitur ardor,& maximus. Quòd autem ſit ariditas, patet ex præcedentibus & enarratis: qa, vt audiuiſtis, maximè Veneri deditus fuit,& ante tēpus,& nunquā pepercit,ita vt dum adhuc adoleſcens eſſet,annos circiter quindecim natus in decem diebus quinquageſies concubuerit. Ita exinanita fuit huiuſmodi humiditas,quę etiā ſola coitione exit: quandoq; etiā ex longo iſto defluxu, qui decē & octo annos perſeuerauit, & ex intemperie incaluit locus etiā propter aſsiduas E functiones,& propter plurimum coitum ſubſtantifica illa humiditas reſoluta eſt,tū etiā quia pars illa nō nutritur,ſicut oportet, quia facta eſt debilis,propter ea quæ dicta ſunt:etiam quia occupatus fuit perpetuò in multis laboribus, in exercendo mercaturam, & in regionibus quidem calidiſſimis,in Oriente,& in Aegypto, ex quibus maximè exiccatus eſt. Et hæc quo ad hunc ardorem vrinæ.Habet præterea retentionem vrinæ, ita vt vrina liberè non exeat, ſicut ſolebat, ſed ſubti- F lius. Pro quo notare debetis, quòd tria ſunt apud Græcos, dyſuria,ſtranguria,& iſchuria.

Dyſuria eſt,cùm vrina difficulter exit: Stranguria,cùm vrina guttatim exit: Iſchuria verò, cùm totalis retentio vrinæ eſt. Dyſuria igitur ſeu difficultas vrinæ eſt, cum quis licet liberè mingat,cum dolore tamē,& cum difficultate mingit: ſicut accidit in dyſenteria,illis qui ſic affecti ſunt, plurimum quidem egerūnt, & plus quàm oportet,ſed cum difficultate. In ſtranguria guttatim G exit,& non poteſt retineri. Iſchuria vel ablata totalis emiſsio vrinæ eſt,vel diminuta. In hoc igitur eſt iſchuria, nō ablata actio, ſed diminuta tātùm: iſte nō mingit amplè,liberè, ſicut ſolebat,ſed ſtrictè. Cauſæ autem retentionis vrinę ſunt, vel quia eſt defectus in expulſiua virtute,quæ non expellit id quod debet,vt quarto & ſexto de Cauſ.morborum & ſymptomatū Galenus docet, vel vitio vrinæ,vel vitio inſtrumenti.Expulſiua virtus debilitatur vel propter frigiditatem,vel propter aliquid aliud, vt non poſsit fungi proprio munere. Vitio vrinæ, vel quia non habet ſolitam & debitam mordacitatem, quæ inſurgere faciat expulſiuam virtutem ad expellendum, vel propter ſui craſsitiem, & in iſtis non eſt defectus. Vel in inſtrumento, quod eſt vel collum veſicæ, vel meatus virgæ. Et cùm eſt iſchuria, impedimentum non poteſt eſſe in renibus,nec in veſica,nec in vaſis illis quę deferunt vrinam ad ipſam veſicam:in meatu autem virgæ, vel collo veſicæ poteſt eſſe impedimentum, vel quia obſtructus ſit ob calculum,vel inflammationem,vel propter callum,vel aliquem humorem ibi impactum, vt grumū ſanguinis.Hîc non eſt calculus, quia nullum calculi ſignū adeſt,nec ārenulæ in vrina, nec aliud quidpiam.Non callus,quia hoc ſemper ita eſſet, & eodem modo mingeret: ſed nunc quandoq; liberè magis mingit,quandoq; minus. Nec etiam adeſt inflammatio, quia non adſunt aliqua inflammationis ſigna. Non vlceratio, quia exiret ſanguis: quòd ſi verò interdum exit, illud fit propter immiſsionem candelæ.Ideo credo quòd cauſa,quare nō liberè & amplè mingat ſicut prius,ſit materia aliqua viſcoſa, quæ in illis partibus cōtinetur. Id ex eo apparet,quia antequā mingat, exit quiddam viſcoſum album,quod apparet in fundo vrinę.Et ſic credo materiam aliquam eſſe impactam & in meatu veretri,& in collo veſicæ, quæ adhæreat in illis partibus, eaq; craſſa eſt in propria ſubſtantia,vt indicat craſsities,& turbulentia vrinæ. Et hęc ſunt ſigna quę vidimus,& cauſę in hac difficultate vel tenuitate vrinæ, quæ non erant prætermittenda.Quo ad gonorrhœam, vtrum huiuſmodi fluor quē nunc patitur, ſit appellandus gonorrhœa nécne? Dico quòd credo à principio vi rum hunc paſſum fuiſſe gonorrhœam,propter omnes rationes:quia (vt ſcitis ex ſexto de Loc. affectis,& 6.de Tuen.ſanit. & in 6. de Accidenti & morbo) gonorrhœa eſt inuoluntarius exitus ſeminis,qui accidit vel vitio ſeminis,vel vitio vaſorum ſeminalium: quoniam iſta duo ſunt,quę per ſe faciunt gonorrhœam:alia verò per accidens,& per conſenſum, vt cum quis ex aſsidua imaginatione ſemen emittit, & iſte verberibus, & nō medicamentis curandus eſt. Quandoque ex caliditate renū, quia poteſt eſſe tanta caliditas in renibus, vt dilatet & aperiat vaſa ſeminaria, & hoc fit non quia aliquod commercium iſta vaſa habeant cum renibus,ſed ſolùm propter vicinitatem:nullum enim vas ſeminariū vadit ad teſtes,quod affinitatem habeat cum renibus. Non in dextra parte,quia vas ſeminarium dextrum oritur à vena caua,quæ deſcendit ad dextram partem.Nec etiam in ſiniſtra, quia ſiniſtrum deducitur à magno ramo venæ concauæ, qui ramus concauæ antequā ad renes pertingat, emittit per longum ſpaciū à ſe ramum, qui poſtea facit alium ramum, qui ad

ſiniſtrum teſtem pertingit, & ex eodem ramo, A
qui facit emulgentem, vaſa ſeminaria oriuntur.
Nec per arteriam habet commercium cum reni-
bus, ſed multum diſtat ab his quæ ad renes per
tingunt. Ideo non video quomodo gonorrhœa
poſsit fieri vitio renum, niſi per conſenſum, & ra-
tione vicinitatis, & non per ſe, quicquid dixerit
Auicen. Poteſt igitur propter vicinitatem renum
cũ vaſis ſeminariis fieri gonorrhœa, eò quia adeò
calefacti ſint ipſi renes, vt ratione vicinitatis inca
leſcant vaſa illa, & ſic dilatẽtur, & ita exeat ſemen B
inuoluntariè: & ſic poteſt excuſari Auicenna. Et
poteſt prouenire fluxio ſeminis ratione muſculo
rum, dicebat ipſe: ſed huiuſmodi fluxio non eſt à
muſculis, ſed per virtutem expulſiuam, & nõ con
currunt muſculi, niſi quando quis velit vehemen
ter conari. Sed dicet quis, quomodo exit ſperma
per conuulſionem, cùm quis in epilepſiam inci-
derit? Dico quòd hoc cõtingit propter villos, qui
contrahuntur, & extenduntur, & mouentur mo-
tu ſpaſmoſo: & ſic omnes muſculi mouẽtur & ex C
citantur. Galenus tamen in 6. de Tuen. ſan. redu-
cit huiuſmodi fluxus ad iſtas duas cauſas, vel ra-
tione ſeminis, vel ratione ipſorum vaſorum ſemi
nariorum, quæ ſint affecta & vitiata, & imbecillia
reddita. Et contingit de ſemine, ſicut de lacte in
mamillis: ſicut enim ſanguis efficitur ſub forma
lactis in ipſis mamillis, ita ſanguis in vaſis ſemina
riis, & in illis inuolutionibus efficitur ſub forma
ſeminis. Contingit autem vt exeat ſemen propter
imbecillitatem iſtorum vaſorũ, vel quia relaxata D
& aperta ſunt & calefacta, ita quòd trahãt, quod
non deberent trahere, & cùm ſint debilitata, mul
ta excremẽta ad illa demandantur, & ſic inuolun
tariè exit: quod etiam contingit de lacte in mam-
millis exiſtente. Quando verò fit ratione vitij exi-
ſtentis in ſemine, hoc contingit vel vatione multi
tùdinis, vel ratione malæ qualitatis aeris, vel hu-
iuſmodi. In iſto erat vera gonorrhœa ratione
vaſorum, & viarum diſpoſitione, per quæ fit hu-
iuſmodi tranſitus, & præſentia humoris mali, & E
ratione imbecillitatis vaſorum, quæ effecta ſunt
imbecilliora propter malam victus rationem, &
propter exceſsiuum & immoderatũ coitum. Et
ſic quia dilatatæ fuêre illæ viæ, & aucta eſt mate-
ria ratione malæ victus rationis, ideo huiuſmodi
diſpoſitio perſeuerauit. An modò etiam nunc pa-
tiatur gonorrhœam, & fluxum ſeminis inuolun-
tarium? quia materia ſeminis, quę eſt ſanguis, pro
uenit ab hepate: ſpiritus verò fermentans huiuſ-
modi ſemen, à cerebro & à corde emanat: ſanguis F
autẽ iſte cùm ad vaſa ſeminaria venerit, in illis va-
ſis conficitur. Ideo liberè dico, quòd credo illum
non pati nunc veram gonorrhœam, ſed ad albo-
rum fluxionẽ iſtum veniſſe opinor, qui fluxus fit
à materia quadam pituitoſa & corrupta, quę cùm
vias paratas & apertas inuenerit, illuc defluit ad
veſicam. Et ſic credo quòd in tota maſſa ſangui-
nea ſit vitium ratione hepatis, quod lapſum ſit à
proprio temperamento per frigidum, & maximè
cum acceſſerit illa infectio morbi Gallici: & quòd G
recipientia ſunt debilitata, vt Auic. 22. tertij: ſunt
mandantia fortia, ſcilicet hepar, & totus ambitus
venarũ, plurima ſuperfluitas pituitoſa, & aduſta,

A & ſalſa, & vaſa dilatata fuêre, cũ etiã à natura ſint
lata, quia calidæ fuit temperaturæ à prędominio,
ideo habuit amplitudinẽ venarũ & vaſorum, quę
etiã vaſa dilatata ſunt propter plurimũ coitum,
& longum defluxum: & ſic mandãtia ſunt fortio-
ra, recipiẽtia debilia, viæ latæ, & multitudo mate-
riæ malæ. Et ſic credo quòd iſta ſi debet dici go-
norrhœa, ſeu iſte fluxus, ſit permiſtio quædam ſe-
minis, & aliorũ humorum. Et ſicut in mulieribus
cõtingit, quòd poſt fluxum gonorrhœæ ſequitur
B fluxio alborũ, vel ratione hepatis, vel ratione to-
tius, quòd acquiſiuerit malam temperiẽ, & aggre
gata ſit cacochymia, & materia mala: & cùm vias
reperiat paratas, hinc fluũt huiuſmodi alba, ſi eſt
mulier, per vuluam, ſi eſt vir, per penem: ita credo
in iſto fuiſſe, quòd plurimæ materiæ pituitoſę ra-
tione hepatis & totius ambitus venarum, per ve-
nas emulgentes ad veſicam deuenerunt, & min-
gũtur ita putridæ. Sed dicetis, ſi ſunt putridæ, er-
go ibi deberet adeſſe vlcus. Dico quòd non valet,
C quia materia pituitoſa poteſt circa venas putre-
ſcere, ita vt pus appareat, & tamen non ſit vlcus,
vt vidi ſuperioribus diebus in quodam viro Ful-
ginate. Quòd autem ſit materia pituitoſa, videtur
ex colore: alba enim eſt illa materia quæ fluit, &
putrefacta, nullum præ ſe ferens calorem. Quar-
tum & vltimum accidens erãt febres quędam er-
raticæ. Et multi mirantur quæ nam ſit cauſa iſta-
rum, contingentium maximè poſt quartanã. Sed
ſi cognoueritis cauſas iſtas, nõ mirabimini: & quã
D doq; antecedunt quartanam, quandoq; verò ſub
ſequuntur, quia aliquæ quartanæ habent affinita
tem cum illis. Sed quę nam ſunt cauſæ iſtarum er
raticarum, quæ nullum ſeruant ordinem? Nullæ
alię certè niſi 3. illę, quas Gal. in fine 2. de Diff. feb.
aſsignauit, vbi dicit, quòd febris erratica fit, vel qa
permutatur humor putreſcens, vel quia variatur
ratio viuendi, vel quia alius humor putreſcit in a-
liqua parte corporis, & alius in alia. Et ſic prout
variæ generantur putredines propter varios hu-
E mores defluentes ad varias partes, ſic variæ fiunt
febres & periodi, cùm humores varij ſunt, qui pu
treſcunt. Nam interdum putreſcit pars ſubtilior
ſanguinis, quæ ſapit naturam bilis, ideo facit pa-
roxyſmũ tertianæ: aliquando fæx ſanguinis, & ſic
facit paroxyſmũ quartanæ; quandoq; pituita pu-
treſcit, & ſic facit paroxyſmum quotidianæ. Alio
verò die fieri poteſt quòd putreſcat pars craſsior,
& ſic facere poteſt quartanã, qa illa aduſta fuerit.
Fiunt etiam ex variatione ciborũ, quãdo viuunt
F modò vno modo, modò alio, modò plurima inge
rũt, modò pauca, modò craſſa, modò tenuia: & ſic
prout varij humores generãtur, ſic ex putredine
illorum fiunt poſtmodum variæ periodi. Tertia
cauſa iſtarũ eſt, quãdo eſt aliquis locus, ad quem
præcipitetur aliquis humor, & ibi putreſcit: alius
autem ad aliam partem, & ibi putreſcit: & ſic va-
riæ febres poſſunt fieri pro varietate humorum
putreſcentium. Sed quæ cauſa eſt in hoc nobiliſ-
ſimo viro iſtarum febrium? Dico quòd omnes
G concurrunt, quia abundat omnibus humoribus,
habuit varios paroxyſmos, & ſic 2. vel 3. paroxyſ-
mos quartanæ habuit, poſtea ſecuta eſt tranſmu-
tatio, & habuit ſextanam, prout modò vnus, mo-
dò

dò alius humor computruit, & exiit ad exterio-
res partes venarum:quia non æqualiter generati
ſunt iſti humores, quia non ſeruat eandem ratio-
nem victus,& in vaſis ſeminariis,vt venis in teſti-
bus & veſica: poteſt putreſcere iſte humor pitui-
toſus,à quo eleuantur vapores putridi,& petunt
cor:& ſic ponunt ipſos humores cordis in calefa-
cto eſſe. Et ſic credo quòd omnes iſtæ tres cauſæ
concurrant ad generationem febris erraticæ in
hoc nobiliſsimo viro. Accedamus modò ad cu-
rationem iſtorum accidentium, prætermiſſa fe-
bre,quam non habet,nec de ipſa conqueritur. Et
primò quoad gonorrhœam, quia, vt dixi, credo
quòd certa illa materia quæ à veretro emanat,nõ
ſit ſemen, ſed cum ſemine permiſtam eſſe pluri-
mam materiam pituitoſam, ſalſam,putridã, quæ
à toto ambitu venarum, & ab ipſo hepate ema-
nat,ex qua ſequitur ardor vrinæ, & retentio, ſeu
emiſsio illa vrinæ diminuta: ideo credo, quòd ſi
remoueatur hæc fluxio,remouebũtur etiam om-
nia alia. Sed cùm in qualibet fluxione quatuor
ſint,mandantia,recipientia,viæ, & materia: ideo
debetis primò prouidere,ne mandãtia mandent:
ſecundò, recipientia corroborare: tertiò, vias a-
ſtringere, principalis tamen intentio eſt, vt dicit
Galenus 6.de Tuenda ſanitate, intercipere ma-
teriam,quia ſtante materia & imbecillitate mem-
bri, ſemper de neceſsitate ſequitur fluxio: mate-
ria autem intercipitur, prohibẽdo ne generetur.
Hoc autem fit recta ratione victus, adhibita circa
qualitatem & quantitatem, ne tantum comedat,
quantum appetit: quia ſi ſanguis bonus efficie-
tur,natura auara pro ſe retinebit. Et hoc quoad
qualitatem & quantitatem ciborum.Ita etiam de
vino: non ſit nimis calidum, aperiens, nec nimis
frigidum, ſed temperatum in calore & ſubſtãtia.
Quoad exercitium, moderatè ſe exerceat,nõ dor
miat in meridie, & reliqua huiuſmodi. Quoad
euacuationem verò humorũ,qui generati ſunt,
plurima ſunt inſtrumẽta. Primùm eſt euacuatio
propriè dicta per propria loca per vomitum, per
ſeceſſum, per vrinam, per ſudorem, & diuertẽdo
per cauteria: quia natura rei indicat nobis, cùm
diu perſeuerauerit iſte morbus, quod difficilimè
expelletur. Cùm igitur iam ſint decem aut octo
anni, ex quo perſeuerauerit morbus iſte: ideo ſi
ſola euacuatione propriè dicta velimus procede-
re,non bene ſuccedet. Sed poſtea oportet corro-
borare membrũ mandans & generans, ne noua
generetur materia, & debemus auertere ipſum
antequam membrum recipiens corroboremus:
quia ſi prius corroboraremus, q̃ diuerteremus,
poſſet ad alium membrum nobilius præcipitari
hæc materia. Ideo à leuioribus euacuationibus
incipiendum eſt,& primò lenienda eſt aluus. De
miſsione ſanguinis,tum propter diuerſionẽ,tum
propter ſuſpicionem illam quam habeo de mor-
bo Gallico,& propter aduſtionem quę in hepate
generatur, ſuaderẽ vt fieret à baſilica lateris dex-
tri phlebotomia. Quod verò ad pręparationẽ ma
teriæ cum ſyrupis,varia ſunt inſtrumẽta.Notum
eſt quis ſit humor ſuperfluus, & quæ intempe-
ries, ideo cũ incidentibus & abſtergentibus præ
pararem,quæ tamen non eſſent diuretica:& talia

A eſſent ſicut oxymel, mel roſatum, ſyrupus de be-
tonica. Cum iis vel decoctis ſimilibus præpara-
rem materiam,& cum ſolutiuis appropriatis po-
ſtea educerem.Iſtis peractis anteq̃ ad corrobora-
tionem mandãtium, & ad viarũ conſtrictionem
deuenirem, facerẽ prius cauteria, vt diuerterem
materiam. Sed cùm morbus ſit infra renes, qui
tamen habet originem in partib.ſuperioribus,an
magis conueniret quòd huiuſmodi cauteria ſie
rent in brachijs, an verò in tibijs? Dico breuiter
B quòd facerẽ in tibijs.Rationem nunc nõ aſsigno,
quia eſſem nimis prolixus.Deinde ad corrobora-
tionem membrorũ mandãtium & recipientium
& ad conſtrictionem viarum deuenirem.Et quia
duo propoſita fuêre:primum,an decoctum ligni
Guaiaci in hoc nobiliſsimo viro: ſecundum, an
balnea Apponenſia vel Veronenſia conuenirent:
ideo modò ex his quæ ſuppoſita fuêre à nobis,
conueniret decoctum ligni,in ipſo enim eſt for-
ma illa ſpecifica,quæ ex toto formæ morbi Galli-
C ci aduerſatur. Non enim curat quia calidum vel
frigidum,humidum vel ſiccum,ſed quia tale quo
ad qualitates tamen manifeſtas,habet caliditatẽ
vltra ſecundũ gradum, ſiccitatẽ vſq; ad tertium.
Ideo exhiberẽ iſtud decoctũ ratione illius morbi
Gallici: & ratione formæ ſuæ ſpecificæ, etiam a-
ſtringit & corroborat membra.Quòd aũt habeat
vim calefaciendi, quia erat dubiũ,nam calefactio
in primo gradu non ſentitur, ſed à ratione ſenſui
coniuncta dignoſcitur, vt Gal. de Simpl.medic.
D teſtatur,ideo dicebatur de aliquib. primò occur-
ſu non pungit linguã,ideo calidũ in primo. Dico
quòd mordicat linguam,& quòd eſt calidum in
ſecundo intenſè etiam:& dico quòd quando cali
ditas fundata eſt in ſubſtantia tenui,illicò mordi
cat linguam,& citò euaneſcit.Ideo dicit Galenus
in 4.lib.de Tuen.ſanit. commendans Diatrion-
pipereon,licet ſit medicina ignea,ita vt ventricu-
lum inflammet, tamen quia in ſubſtantia tenui
& ſubtili fundata eſt, citò euaneſcit, & ad hepar
E non peruenit. Sed cum eſt in ſubſtantia craſſa ter
rea, huiuſmodi ſubſtantia nõ permittit actionem
caliditatis adeò facilè percipi:nam auripigentũ,
quia eius caliditas fundata eſt in ſubſtãtia tenui
& ſubtili, ideo ſi apponatis ſuper linguã, vlcera-
bit. Sed in ligno,quia eius caliditas fundata eſt in
ſubſtantia craſſa & terreſtri, ideo primo occurſu
non percipitur eius caliditas,ſed per decoctionẽ
extrahitur,in ipſo percipitur amaritudo.Ideo ca-
lidum eſt,quia Galenus.& Auicen.volunt,quòd
F vbi eſt amaritudo,ibi adſit caliditas:ſic etiam Ari-
ſtoteles & Theophraſtus voluêre, licet Auerrois
negauerit, quia in opio eſt amaritudo, & tamen
eſt frigidũ.In decocto hoc eſt amaritudo, & acri-
monia, & maxima, ita quòd quandoque qui vſi
ſunt iſto decocto,toti eriſipelati ſunt: quib.verò
exhibitum fuerit cum aqua endiuiæ,nihil calefa-
cti fuêre. Ideo decoctum huiuſmodi habet calidi
tatem in ſecundo,quia acrimonia non ſtat in pri
mo tantùm caliditatis gradu,ſed cum intenſiori.
G Et quia quærebatur,an miſcendum eſſet,& deco
quendum cum aqua endiuiæ:& videbatur quòd
non,quia dicebatur, quæ operantur per ſpecifi-
cam formam, & à proprietate occulta, ſi commi-

ſceatur cum ipſis aliquid,deſtruetur eorũ forma ſpecifica. In ſecundis qualitatibus hoc contingit: ſed endiuia & huiuſmodi,nõ deſtruunt formam huius ſpecificam.Et quia dabatur exemplum de Magnete illito allio,quòd non poteſt trahere ferrum,& non poteſt agere ſua forma ſpecifica:dico quòd ideo eſt,quia allium habet formã ſpeficam cõtrariam Magnetis actioni, & ſi alia illinatur re, non propter hoc amittit formã ſuam ſpecificam Magnes. Et vos ſcitis, quòd ex vno particulari non ſequitur vnum vniuerſale: etſi in Magnete contingeret hoc, non tamen contingit in hoc decocto cum endiuia:imò non calefacit,ſed refrigerat. Cur eſt quòd cum aqua communis ſit primum frigidorũ, non magis reprimat caliditatem ligni,quàm aqua endiuiæ? De hoc diximus,dum de morbo Gallico ageremus.Ideo exhiberē iſtud decoctum,tũ quia qualitatibus manifeſtis prode rit,quia calefaciendo & exiccando corroborabit, & exiccabit materiam illam : & quo ad formam ſpecificã,quia in hoc timeo de infectione Gallica Quo verò ad aquam thermarum,licet de directo morbo Gallico infecta eſſe videatur, & licet multos viderim laborantes iſto morbo, ex aqua balneorum læſos fuiſſe,tamen darē huic nobili viro, ſi iſtud decoctum nõ ex toto ſanabit ipſum. Sed à quo eſt incipiendum? Ego inciperem à decocto ligni alterato cum aqua endiuiæ,quia hoc indicat & naturalis eius temperies,& anni tempus, quia nunc ſumus in æſtate.Ideo factis exquiſitiſsimis euacuationibus,quæ debent fieri, & factis etiam diuerſionibus, exhiberē iſtud decoctum, ex quo deſperatos etiam ſanaui,in maximis etiam caloribus hoc modo præparato,quia ſic non timerem calefactionem.Et ſi ex totò non leuaretur & liberaretur, exhibere aquam thermarum Veronenſium adhibita ſolita diligentia poterimus. Et ſic credo quòd ſanabitur, ſi omnia, quæ dicta ſunt, exactè,& ſumma cũ diligentia,ſicut fieri debent, obſeruabuntur. Et hæc ſatis.

CONSILIVM CCLXXXVIII.

De ardore vrinæ,ac frequenti mictione,vt facilius mingat.

PRAEMISSA ratione victus, vtatur quolibet mane,quando eſt in itinere, fruſto cinnamomi optimi,& trituran do in ore deglutiat ſuccum. Bis tamē in ſeptimana loco cinnamomi ſumat rhabarbari ʒ.mediam diebus interpolatis, & illud mandendo ſuccum deglutiat.Ante cibum ſumat ſemunciam anethi præparati,& omni die inungatur locus, qui perinæum appellatur, oleo ſcorpionis facti ex oleo amygdalarum amararũ. In Autumno & Vere purgetur infraſcriptis medicamentis:

R. Specierum hieræ ſimpl.ʒ.ij.
Floris caſsiæ ℥.j.

Miſce,cum zuccharo fiat bolus,& ſumatur tribus horis ante prandium.Deinde ſumat ſequentes ſyrupos per ſeptem dies continuos.

R. Syrupi de cichorea Nicoli,
De abſinthio ana ℥.j.
Decoctionis infraſcriptæ ℥.iiij.

A R. Aquarum maluæ,
Althææ ana lib.j.
Aceti albi ℥.iiij.
Foliorum pentaphylli,
Betonicæ, Agrimoniæ ana M.j.

Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & ſeruetur pro ſyrupo. Octaua die ſumat ſequentem medicinam.

R. Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.
Confectionis hamech ʒ.iiij.

B Cum aqua althææ fiat potio,danda in aurora cum cuſtodia.Poſt hæc,per tres vel quatuor dies continuos ſumat vnciam zucchari roſati ante cibum manè & ſerò.Verùm laudo quòd in Vere incidatur vena baſilica dextri lateris,& in Autumno poſt purgationem vtatur aqua balnei ſulphurei,vel aluminoſi, & pro quolibet mane accipiat duodecim cyathos per dies duodecim : & ſi ſint balnea,ſubmergatur in eis. Localia nulla adhiberi velim ante mundificatum corpus, eò quòd frigida aſtringant:calida verò magis adhuc lædant.
C Patauij 1547.

CONSILIVM CCLXXXIX.

De ardore vrinæ,& dolore articulorum.

In Friſimelicæ ſermone hæc videbantur annotanda.

SIT victus qui aduerſetur ſuperfluitatibus generãdis, quiq; magis declinet
D ad frigiditatem. Alterarē ventriculum & hepar,ac diuerterem materiam à veſica.Secarem venam communē,quia reſpicerem vniuerſum corpus. Concoquerem cichoraceis ſyrupis,item ex indiuia,darem etiam caſsiam ratione ventriculi. Concocta materia deuenirem ad euacuationem acris materiæ. Darem rhabarbarum cum caſsiæ maiori portione. Balnea quæ redderent hepar frigidius, & refrenarent acredinem materiæ, conuenirent, vt Calderiana, licet
E parum aſtringant.Sed hîc non eſt ſuppreſsio vrinæ. Exhiberem zuccharum roſatũ, refrigeraret enim hepar, ac roboraret ventriculum, materiæ quoque acrimoniam corrigeret. Acciperem rad. althææ,liquiritiæ & iuiubas coquerē, & decocto adderem mel,hoc biberet. In maximis doloribus conſulerem vt acciperet diaſpermaton,per virgã in veſicam deponerem decoctum ex althæa,malua, cum lacte muliebri, quia plurimum facit ad mitigandos dolores. Quod quæritur an in do-
F mum ſuam poſsit deportare aquas thermarum? Reſpondeo, aquę metallicæ ſi longius vehuntur, eorum virtus euaneſcit,nec plus valent quàm aqua vulgaris:aqua enim virtutem habet à metallis, per quarum mineras fluit.

MONTANVS.

Petit conſilium nobiliſs.vir,qui vrgetur caſib. difficillimis.Primò cõqueritur de dolore iunctu-
G rarum, ſecundò de ardore vrinæ, & poſtquam minxit, dolor maior relinquitur, quam dum mingit, & ſæpe exiguos lapillos reddit per vrinam qui ſunt magnitudine nucis pineæ, & colorem habent

habent calcis veteris,qui decidit ex muris veteribus, habetque vrinam turbidam ſimilem ſeró lactis,quę habet ſubſiſtentiam craſſam pituitoſam. Dicitur præterea ipſum agere ætatem 48.annorum,eſtq; temperaturæ calidæ & humidæ, abūdat tamen calor, eoque plus carnis habet, quàm pinguedinis: ſi enim humiditas abundat, plus pinguedinis adeſt, vt docet Gal.lib.2. de Temp. Deliquit in ſex rebus non naturalibus iſte homo quàm maximè. Hæc ſupponam. Non poteſt dicere an calculi hi veniant à renibus, an à veſica, quamuis dicat ſe duos annos dolore renum laboraſſe. Eſt itaq; maxima difficultas in hac quæſtione. Cauſa ardoris vrinæ eſt,vel quia vrina acrior eſt ſeipſa, vel collū veſicæ & meatus vrinæ ſiccior redditur: circa has enim partes ſunt adenes, qui eas humectant ne ſentiant vrinæ acredinem,quia quælibet vrina eſt acris:vbi itaq; glandulæ areſcunt, & viſcoſo humido priuantur, hoc malum ſequitur. Quærendum hîc,vtra harum ſit cauſarum,an vtraque earum. Quia curationes ſe rè ſunt contrariæ, dixerim ego vtramq; cauſam conuenire. Primò vrina eſt acrior ſeipſa, eoque mordicat,non quia vrinę bilis vel humor calidus commiſcetur, ſed pituita ſalſa eſt commiſta huic vrinæ, quod apparet ex colore vrinæ: eſt enim quaſi ſerum lactis ſubalbida & viridis, & quòd turbida eſt, atteſtatur ſuper plurimam pituitam, pituita per ſe non eſt mordax: quare erit pituita ſalſa. Item ex calculis, qui ſunt albi nō rubri,neq; citrini,ſed ſimiles calci è pariete delapſi,quod teſtatur ſuper pituitam ſalſam. Quòd etiam ſit iſte ardor propter ſiccitatem glandularum, teſtatur ſua temperatura plus calida, q̄ humida: hi enim ſalaciſsimi ſunt,ac ob frequentem coitum hæ partes exiccantur, eſtq; hoc vitium ſenum quòd diu incumbunt mulieribus, quare etiam magis exiccantur. Iuuenes imitantur gallos. Quomodo verò aggregatur tantū pituitæ ſalſæ? Si Hipp.credimus 3.Apho.dicit, Quadrageſimus nonus annus eſt finis primi ſenij, & incipit ſecundum ſenium, quare hic nunc eſt ſenex. Adhæc maximè peccat in ratione victus, & quia Lugduni manet, & eſt Florentinus, credo quòd ſit mercator. Hi autem plurimo occupātur ocio ſcribēdi,parum ſe exercent:hinc plurimùm aggregatur pituita. Et quia calidæ temperaturæ,hinc calidi hepatis,quod efficit hanc pituitam ſalſam per aduſtionem, vt dicit Ariſtotel.4.Met. De calculis,vtrum veniant à renibus, vel in veſica generentur? Si conſideramus paruitatē calculorū,& quia continuè exeūt, ac habet dolores renum, veriſimile eſt hos in renibus gigni. De cauſa generationis lapidum Galenus in Comm.6.Epid.tractat de hoc. Si calculi renum fuerint rubri, dominatur ſanguis: ſi albi, pituita. Hi ſunt albi, ergo hîc pituita craſſa à calore renum aduſta,vt in furno coquitur lapis,calculos generat, vbi ſalſi & craſsi humores abūndant, ac vapores aſcendunt ad caput, condenſati recidunt rurſus ad vertebras, ac diſtendūt. Hinc dolor articulorū,& maximè dolor articulorum à capite demittitur, plerunque ex dolore articulorum fit dolor renum pro membrorum debilitate. Hinc renes maximè plurimo coitu, vt iunctu-

A ræ factæ ſunt magis debiles. Opifices dicunt ſe non tangere ſyringis lapidem: ſed his nebulonibus nō credendum, ſunt enim caſtratores ſuum & beſtiarum. Non poteſt equitare,& maximè dolet circa pectus ac caput, penis ipſi prurit, quod videtur indicare eſſe lapidem in veſica. Calculi cùm ſunt annexi veſicæ extracti,vi ab his carnificibus exulcerant veſicam, ac mortem inferunt. Habemus tantùm coniecturas,ſi haberemus nos artifices, qui tangerent, & dicerent, hîc eſt lapis, B his credendum eſſet.

Prognoſticum. Nephritici ſenes difficulter, aut nunquam ſanantur. Adhæc debilitauit membra concoquentia ſuo inordinato victu: hinc ſeró ſapiunt Phryges. Contentus erit,ſi mitigabitur dolor,quod fiet alio victu: hæc enim ætas alios mores poſtulat,vt in ſex rebus non naturalibus non peccet, vtatur cibo temperato & mediocri, ac facilis concoctionis,abſtineat à Venere, euacuetur Autumno & Vere. In podagricis enim bis in an-C no fieri debet, & in nephriticis cum agarico, & his quæ pituitam euacuant, Auicen.22.fen. licet ſit debilis locus recipiens, & fortis mandans, ſi non erit materia, nihil podagræ fiet. Euacuetur itaq; cū rhabarbaro, agarico,pillulis de aloe,quæ conueniunt doloribus renum ad euacuādam pituitam. Generatur plurima pituita, quia ventriculus non concoquit.Egeremus itaq; aquis calefacientibus,ſed hæ inflammarent hepar antea calefactum: ſi tū eſſet apud nos,darem illi aquas Pa-D tauinas,aut apud illum his ſimiles, quæ & refrigerarent hepar,ac roborarent ventriculum. Caliditas actualis in aquis eſt ratione influxus cœleſtis, quæ nō amittitur: ea quæ à minera eſt,faciens potentialem caliditatem, vehendo amitti poteſt.

Consilivm CCXC.

De difficultate mingendi, Collegium in ædibus Montani prima die Bacchanaliorum celebratum, Anno 1543.

E

Sonzinvs.

SEMPER animum perplexum habui in affectibus intrinſecis, iuxta Gal.1.Loc. affect. quòd iſti indigent magna inquiſitione. Interrogaui iſtum iuuenem, an paſſus eſſet dolores renū. Faſſus eſt,ſed heri negauit. Prætereа faſſus eſt aliis dolores veſicæ,maximè ratione calculi. Dicit ſe emittere vrinā, quan-F doque cum calculo & arena, quandoque non,aliquando cum ardore, aliquādo perturbatam exire. Inuentus aliquis grumus ſanguinis in vrina, prætereа in fundo vrinæ apparebat heri certiſsima ſanies.

Infans trium annorum paſſus eſt morbillos,& non bene curatus eſt,poſt quē morbum emiſit vrinam nigram,quę quandoq;,inquit Ruff.& Auic. eſt bonum ſignum, aliquando malum. Bonum, quando fit criticè,ſicut credo in hoc puero fuiſſe. G Poſtea paſſus eſt ſcabiem maximam, & etiam nō bene curatus: deinde exulcerationē circa pudibunda,& ſemper quādo equitabat,vrinam habebat turbidā,vel etiā quando vehebatur curru. Et

cùm venit Patauium,incidit in huiuſmodi malū, & perpetuò deterius habet, ſeruato etiam bono regimine. Quare quærit auxilium. Volentes curare,oportet ſcire ægritudinem.Sed hanc cognoſcimus per cauſas &ſigna:quare primò iſta videamus. Nocumentum in hoc viro eſt in veſica, vt ex læſione actionis patet.In nocumento renum inuoluntaria emiſsio vrinæ. In veſica retentio inuoluntaria hoc ſigno diſtinguitur ab Auicenna quando ſit in renibus vel veſica. Sed iſte retinet vrinam inuitus & inuoluntariè,prĕterea non adeſt dolor in renibus & in veſica eſt diſpoſitio mala. Sed qualis? Credo vlcus eſſe in ipſa veſica, quia patitur ibi dolorem. Et licet non ſit continuus dolor,poteſt tamen dici,quia non malè tractatur,ſed dolet quando mingit.Præterea exeuntia oſtendunt, aliquando ſanguis, aliquando ſanies apparens:ſed credo vlcus eſſe paruum & in principio, & qa ſanguis modicus, propterea qđ venæ in veſica ſunt paucæ & exiles. Sanies quomodo facta? Oportet videre complexionem eius. declinat ad caliditatē in actiuis, patet ex colore, & facies eſt ſatis rubicunda.Membrorum magnitudo & ſpermatica membra ſatis magna.In paſſiuis declinat potius ad humiditatem, nō tamen multam,ſed magis eſt calidus.Caput etiam eſt ſatis calidum,quia eſt bonitas intellectus & diſcurſus in hoc iuuene,prĕterea apparent venæ in oculis manifeſtæ. Habet bonum colorem & generat bonum ſanguinem : & ſic habet hepar bonum, quod etiam recipit chylum bonum bene confectùm in ſtomacho,& habet ſtomachum bonum calidum. Iſta diſpoſitio fortè contracta eſt tempore eo quo paſſus eſt morbillos,quia ibi collecti ſunt humores barauchiales & acres, qui attulerunt malum veſicæ,maximè cùm exierunt malæ materiæ,licet creticè & paulatim ſemper. Et hepar etiam tunc fortè fuit malè qualificatū, quare multiplicati ſunt mali humores, & fortè acceſsit malum regimen. Ac ratione calidi hepatis fortè multiplicati humores cholerici & aduſti,&tranſmiſsi in veſicam,quæ fuit debilitata prius, & dictum eſt, per creticam expulſionem factam in morbillis.Iſti & ſalſi barauchiales cauſant vlcus: ita à principio per communitatem, nunc in veſica per eſſentiam eſt morbus. Hæc eſt diſpoſitio infeſtans hunc iuuenem,vlcus in veſica ſcilicet.

Prognoſt. Quia natura eſt fortis, eſt in adoleſcentia,& tamen vincitur à mala diſpoſitione, videtur eſſe malum. Præterea difficulter curantur tales diſpoſitiones,teſte Auicenna:vlcera in veſica,vt parte neruoſa difficulter curantur:& oportet eſſe medicamina fortia,ne amittant vires in tranſitu.Præterea dedidit ſe ſtudio legum,quod eſt admodum laborioſum.Et oportet ipſum ſtare pedibus,quod valde eſt nociuum vitijs veſicæ & renum,quia omnes ſuperfluitates deſcendunt & feruntur ad iſtum locum . Quare prognoſticum eſt verendum & dubium:neque tamen deſpero, habet medicos aſtantes,&c.ex Hali abbate. Duo præualent vni,ſed non vnum duobus.

Curationis ſunt tres intentiones:Euacuare totum corpus, Abſtergere locum, Conſolidare.

Sectio venæ cōpetit, quia vlcus indicat, & fiat ſectio baſilicæ: quia à membro mandāte ſit diuerſio, & infrigidatur etiā hepar, ne generet tantam copiam choleræ. Tum etiam iſta ſectio diuertit, præmiſſo leni pharmaco cum caſsia,aut clyſtere. Poſtea facta euacuatione,quia humores ſunt cholerici ratione mordacitatis; & pituitoſi ratione tenacitatis, oportet præparare ſyrupos de endiuia,quia confortat hepar & refrigerat, violarum, & de glycyrrhiza, de nenuphare, de portulaca, ſed aliquando,& in minori quantitate, Oxymellitis parum etiam ratione inciſionis. Euacuationes ſint benedictæ. Non auderem tranſcendere Caſsiam, Mannam & Rhabarbarum, & forſitan parum de Benedicta, vel Electuario Indi. Decoctio ex ſeminibus papauerum, malua,althæa, cū ſyrup.de liquiritia.Et ex granis Sebeſten,Tamarindis cum ſero lactis erit lenitiuum conueniens. Præterea per vomitum poteſt educi etiam materia, quod valde laudatur ab Auicenna, in ſeptimana,ſemel vel bis.Ventoſis poteſt vti etiam, ratione doloris.Iſtis factis,faciendæ decoctiones ex ſeminibus portulacæ,ſcariolæ, endiuiæ, capillorum Veneris,cum mucilagine,althææ, quæ poſſunt ſumi loco ſyrupi manè. In neceſsitate ſumma ex ſemine papaueris iuſquiami cum croco, qui multum valet: præterea cum lacte caprino, cum mucilagine ſebeſten & althææ. Balneum ex lacte eſt valde mirabile, & ex rebus anodinis, vt ex malua,anetho,&c.

Emplaſtra poſſumus etiā facere ex rebus talibus & fomētationes.Sedato dolore ad vlceris curationem deueniendū. Mundificans mel roſatū, aqua hordei cum mucilagine & diuretico non forti dando ad intrà cum aqua zucchari, ſerum lactis per ſyringā etiam intromitti debet. Poſtea conſolidetur ex ſemine portulacæ, plantaginis, amylo, ceruſſa, tutia, ſarcocolla, plumbo vſto: fiant ſieff quæ applicentur.Lac ouium cum bolo Armeno facit conſolidationem etiam maximam, ſi eſt dolor maximus, ſieff cum opio applicetur. In cibarijs vtatur radice althææ vel radice maluæ. In iuſculo ſemina quatuor maiora ponātur. Poteſt etiam fieri Electuarium, quod à Nicolo deſcribitur,quod mundificat,abſtergit & conſolidat. Poteſt fieri tragea ex ſeminibus acetoſæ,papaueris,maluæ,amygdalis amaris,pineis,nucleis ceraſorum & perſicorum cum zuccharo, de quo ſumat per horam vnam ante cibum.

MONTANVS.

Ero breuis,quia diffuſiſsimè & doctiſsimè ſingula dicta ſunt,quæ circa hiſtoriam & curam debent conſiderari, & hora eſt tarda, & Doctor iſte feſtinat ad alia ſua negotia.Ego etiā ſequar modū in hac re, ita vt non neceſſaria omittamus. Iuuenis iſte patitur difficultatem circa actionem mingendi,quia non poteſt expellere vrinam,vt velit, ſed videtur ſibi aliquid ſemper remanere ob impedimentum. Præterea ſæpiſsime percipit ardorem in exitu vrinæ,& maximè circa glandem. Ad hæc circa pectinem dum mouetur, dolorem ſentit licet obtuſum,maximè dum equitat. Cùm verò laborat quocunque genere exercitij,ſolet exire vrina frequentiſsimè nigra,quandoque grumi quidam

quidam ſanguinis,& ſi frágitur,in medio apparet A pituita viſcida,alba,glutinoſa:arenulas etiá excer nit,& eas ſemper fuluas,nunquam albas.Hæc igi tur ſunt ſymptomata,ardor vrinæ, difficultas vri nandi,dolor, vrina nigra in equitando, præterea ſæpe expellit materias pituitoſas, craſſas, quibus excretis liberatur, & immiſſa fiſtula ſenſit leuamé,& poſtea bene exiuit pituita & vrina. Et plurimis annis infeſtauit eum hoc malum, ab anno 5.ad annum 16.Profert cauſas procatarcticas,variolas & ſcabié malè curatas. De difficultate con- B ſiderabimus. Nôs adhuc ſumus in ſymptomatibus.Eſt autem difficultas maxima in difficultate vrinæ,quia omnes Moderni & Auic. obſcurè admodum loquuntur, & contrariari ſibi videntur: quare diligentius conſideremus iſtam. Sunt tria principalia.Primum σύμπτωμα,retentio vrinę ἰσχουρία:ſecundum δυσουρία, difficultas vrinæ: tertium στραγγουρία,ſtillicidium vrinæ.In iſtis tribus confunduntur omnes Moderni.Gal.7.Part.Aph.48.declarat quid ſit ſtillicidium vrinæ,quando non eſt C impedita via vrinæ,ſed ſemper guttatim deſtillat vrina,& non poteſt aggregari quantitas vrinę no tatu digna,& id vel ob imbecillitatem veſicæ,vel acrimoniam vrinæ. Dyſuria difficultas mingédi, eſt quaſi genus,quia ſtat cum iſchuria & ſtrangu ria,quare ab omnibus ſimilibus cauſis poteſt etiá fieri. Dyſuria non eſt nomé ſpeciale, ſed generis, & hoc eſt notandum. Iſchuria, quando penitus ſupprimitur vrina,6. de cauſ.ſympt. circa finem: aut ſi non omnino, eſt certè retentio pro modo D obſtructionis:nam habet gradus, quandoq; retinetur magis, quandoq; minus. Et fit vel propter vitium in inſtrumentis,uel in ipſa virtute (credo quòd iſte iuuenis non patitur ſtranguriam, ſed iſchuriam & retentionem vrinę non omnimodá, quia mingit ſecundùm aliquam parté.) Eſt iſchuria in hoc iuuene. Sed quæ ſunt cauſæ? Dicebam vel fit vitio virtutis,vel inſtrumenti,vitio virtutis expultricis,quæ eſt ita debilis, vt non poſſit expellere propter ægritudines præcedentes, vel E ob retentionem vrinæ, quæ eſt ita valida, vt validè retinere poſſit. Si in veſica fit,vel quòd ea vrget ex nimia copia vrinæ, vt non poſſit ſe contrahere, uel quia fit torpidus ſenſus in veſica,vt non poſſit ſentire acrimoniam, vel quia debilitatum eſt cerebrum,ſicut dicit Auicenna. Sed vtrum ſit verum neſcio,mihi non ſatisfacit coniectura.Poteſt eſſe vitium in adiacentibus, quando renes non tranſmittunt aquoſitatem, vel quando non attrahũt. Vel igitur eſt in corpore veſicæ vitium, F vel in collo.In corpore veſicæ non apparet inſenſibilitas talis,nec repletio, ſic nec in collo, aut in muſculis. Non enim eſt in muſculis impedimentum, quia ſi reſoluti eſſent muſculi, exitus inuoluntarius eſſet, ſed liberè quandoq; mingit. Nec in meatu vt clauſio fit ratione apoſtematis,vel ex nimia ſiccitate.Hęc omnia hic non apparent, nec ex obſtructione vt lapide, grumo ſanguinis, vel pituita craſſa, vel carne. In iſto non eſt vitium in corpore veſicæ, non in muſculis, nec in meatu, G nec ratione clauſionis propter apoſtema vel ſiccitatem. Relinquitur igitur vt ſit obſtructio quæ eſt vel à grumo,vel pituita, vel carne addita & cal lo. Si ex carne addita eſſet, perpetùa iſta eſſet obſtructio: ſed non eſt, eſt igitur vel grumus, vel pus, vel pituita lenta, vel lapis. Vtrum ſit lapis? Eſt difficultas hîc, licet explorauit chirurgus de Leonico, certè lapis paruus non poteſt facilè cũ fiſtula explorari & tangi. Quòd ſit lapis, argumentum eſt,percipit enim dolorem in iſtis partibus cum mouetur, quia agitatur lapis, exaſperat & ſubitò occurrit,& facit vrinas ſanguinolentas; arenulæ apparent paruæ,poteſt ex mora ſanguinis ita decolorari & fieri nigra vrina, quia quandoque eſt rubra, quare ſuſpicio magna eſt de lapide. De grumo non eſt dubium, quia exijt, & perpetuò cum pituita. Cauſa difficultatis vrinæ iſtius eſt principalis humor craſſus,pituitoſus,ſal ſus,obſtruens. Eſt manifeſtum ex vrina, quæ eſt alba perpetuò, & ſedimétum ſatis inſigne humoris crudi,præterea ſemper ſequitur pituita excreta, & poſtea ceſſat difficultas vrinæ ipſa expulſa. Eſt & hoc manifeſtiſsimum. Quandoque etiam eſt grumus ſanguinis, quia eum exire vidimus: poſſunt enim ſimul eſſe iſta duo. Sed difficultas quæ eſt in ſola coniectura apud me, vtrũ ſit etiam lapis qui obſtruat, non poſſum affirmare,nec negare prorſus.

Hactenus oſtendimus,hîc adeſſe retentionem vrinæ, non abſolutè, eamq; propter obſtructionem. Cauſam huius, humorem craſſum; & grumos, & fortaſſe etiam lapillum,& iſta pituita quę vltimò exit,quia lenta eſt,& eget multa abſterſione per vrinam.

Quantum ad reliqua ſymptomata, pus quandoque exit, & vbi eſt pus, ibi ſolutio continui ferè ſemper eſt,& non mirum hîc, cum ſit grumus ſanguinis, eſt facta ſolutio continui in venis per abraſioné, ſanguis apparens extra venas in ſanié vertitur& putreſcit,dicit Hippoc.2.Progno.Quã re pus nõ oſtendit vlcus eſſe ibi,ſed quia abraſionem factam eſſe credo in venis, & exijſſe ſanguinem & commutatum in ſaniem. Poteſt enim eſſe ſanies,& non vlcus.

De ardore vrinę,non mirum,quia pituita talis eſt ſalſa,quare facit ardorem. Eſt enim vel ob vrinam acrem, vel ob defectum humiditatis viſcoſæ contentæ in glandulis circa pudibunda. Non eſt veriſimile in iſto iuuene propter ſiccitatem, quia eſt téperatus ſanguis. Eſt igitur propter acrimoniam bilis aut pituitæ. Non bilis,quia vrina non eſt citrina:ergo ob pituitæ acrimoniam.

De renib.conqueritur etiam,vrina apparet nigra, quandoq; ex motionib. validis. Credo quòd pituita iſta reddatur mordax,ſalſa & acris ex motu & laboribus & erodit,abradit, & aperit venas, quare exit ſanguis, qui propter moram ita niger fit. Vnde generatur iſta pituita, quia circa iſtam verſatur cardo curæ, & quæ eſt cauſa eius? Duo ſunt conſideranda, 1.quòd membra diuerſimodè ſunt generata, alia fortia, alia debilia, ſed debilia ſemper recipiunt ſuperfluitates. Nõ eſt dubium, quin in iſto iuuene veſica ſit debiliſsima, quia à quinto anno vſque ad decimumſextum annum ſemper excreméta ſunt tranſmiſſa ad veſicã, quare ibi fuit imbecillitas naturalis, & ſic intéperies, nimirum frigiditas,quia ferè ſemper ob frigidita-

tem imbecille fit membrum.Et fortaſſe aucta fuit A
iſta imbecillitas ex ægritudinibus, quæ debilita-
te ſtante,non mirum factam eſſe ſentinam malo-
rum humorum. Sed cur ſalſus humor delatus,&
collectus eſt ad veſicam? Ex temperatura habe-
tur. Credo eſſe ſanguineæ naturæ,vt patet ex co-
lore & alijs, non eſt tamen æqualis temperatura.

Eſt ſubiectus catarrho, & eſt illi familiare eo
laborare, præterea habet fortè ex ocio (eſt ex vri-
na,vbi aquæ & vina ſunt crudiſsima, quæ habent
naturam ſaxi) & ex aqua cruda, quæ certè, teſte B
Ariſtotele, valde vlcerat corpora. Aer etiam ibi
eſt valde ſubtilis, non mirum igitur ſi multa pi-
tuita colligatur in eo, & ſtomachus etiam pitui-
toſus fiat. Præterea ſtuduit vehementer,ſurrexit
hora duodecima in iſta hyeme, præterea ſangui-
nei abundant pituita,& putredine citò corripiun
tur. A putredine fit ſalſedo ſine dubio,& cum pu
tredines abundant in ſanguineo, ſalſi poterunt
fieri pituitoſi humores, hinc fœtent talia corpo-
ra circa axillas & inguina. C

Cura. Iſtis ſita ſtantibus,&c.

Progno$t. Si temperatura talis eſt,vt diximus,
veſica imbecillis & ſentina ſuperfluitatum, diffi-
cile eſt ægritudinem tam longam arte remouere
& curare omnino. Sed tamẽ credo, ſi vult obtem-
perare mandatis, ſi nõ curabitur omnino, ſaltem
melius habebit, & leuius cruciabitur. In poda-
gra etiam, non poteſt medicus totam curare &
auferre: poteſt autem mitigare paroxyſmos illo-
rum podagricorum. Quid agendum? Morbus D
eſt materialis, & mundandum totum corpus,
cùm ſint hîc tria,membrum debile mandans for-
taſſe cerebrum, quia de catarrho conqueritur, &
putredinem habemus, quæ fit ratione calidi he-
patis. Euacuemus mandantia membra,corrobo-
remus membrum recipiens & diuertamus ac aſ-
ſuefaciamus naturam ad alias vias. Iſta tria ſunt
facienda. Pro primò,ſanguis eſt mittendus, æ-
tas, tempus, temperatura, ægritudo atteſtantur.
Eſt in venis quæ putreſcit materia, & erit quædã E
etiam diuerſio. A qua vena? A vena hepatis. Di-
ceret quis, eſt contrarium Galeno, in 7. Apho.
49. in caſu proprio, ubi ſe remittit ad 36. Apho-
riſ. libri ſuperioris, & dicit non eſſe ſecandas ve-
nas in brachio, ſed in pede interiores. Licet po-
ſtea totum Aphoriſmum tãquam ſuppoſititium
reijcit. Sed ad rem. Ego hîc conſulo mittendum
ſanguinem ex baſilica: quia volo euacuare cau-
ſam antecedentem, non quæ eſt in veſica, ita to-
tum corpus rarius fit. Expurgatur etiam hepar F
& fit frigidius, mũdificato prius ventriculo cum
minoratiuo,vt flore caſsiæ. Syrupi pro cõcoquen
da materia pituitoſa, quæ eſt craſſa & ſalſa. Oxy-
mel Gal. laudo, 3. de Reg.acut. habet efficaciã in
ægritudinibus veſicæ, mel roſatum optimè pla-
cet, & quæ dicta ſunt. Ad retuſionem caliditatis,
quę facit ſalſedinem,laudo omnia dicta à Docto-
re,ſyr.de endiuia,viol. & de nenuphare, portula-
ca, ſi neceſsitas poſtulat, cum decocto vel aqua
endiuiæ, capill. Veneris, vt ducatur ad vias vri- G
næ.aquæ violarum,plantaginis.Euacuantia ſunt
leuia, quia ex ſcammoniatis vlcera fierent, & ra-
ſiones maiores faciunt, & pręcipitarent materias

ad locum affectum, quare non exquiſitè vna vice
purgandum. Agaricum non abhorrerem, quia
competit maximè veſicæ, non eſt multum metu-
enda medicina, & non excederem agaricum.Pro
abſterſione à proprio loco placeret terebinth.pin
guis in quantitate nucis paruæ, & cum zuccha-
ro roſ. deuoraret, & ℥ iiij. ſtatim aqua capill. Ve-
neris, althææ, agrim. aut liquiritiæ ſuperbibat.
Poſtea ad corroborandam veſicam,vtatur perpe-
tuò ter aut quater in ſeptimana, rhab. cum zuc-
charo roſ. eſſet enim optimum pro confortatio-
ne. Et quia eſt continuus fluxus ad veſicam, de-
bet eſſe continua auerſio. Fiat & cauterium circa
crura factis illis euacuationibus prius. Experi-
mento vidi nihil conuenire in his affectibus plus
balneis noſtris Veronenſibus, ſed prius ſumptis
balneis Patauinis. In ratione victus bene ſe ge-
rat. A coitu abſtineat.

CONSILIVM CCXCI.

In caliditate renum cum alijs affectionibus pro Illuſtriſs. Domino N.

EX his quæ auditu accepimus,proba-
bile eſt Illuſtriſsimum D. tenuioris
texturę & ſanguinis ſubtilioris à pri-
mo ortu eſſe: vnde & corpus habuit
facilè à quacunq; leui cauſa reſolubi-
le, & ingenium ad omnes actiones promptiſsi-
mum. Eſt autem proprium huiuſmodi tempe-
raturæ, vt laborum omnium impatientiſsima ſit,
& ſi contra naturam eniti velit, maximis inde in-
commodis affici ſolet, contingitque plerunq; in
illa vt hepar quidem calidum & ſiccum habeat,
ventriculum verò frigidum, quæ ſimul omnia
conuenire in ſua Illuſt. Dominatione ſymptoma
ta oſtendunt. Neque enim propter aliud patitur
animi moleſtias & ſolicitudines, quàm propter
continuos flatus turbidoſq; vapores à membris
inferioribus ad cerebrũ aſcendentes. Inde prom-
ptitudo ad vigilias, renes etiam calidiores, hinc
naturalis promptitudo ad Venerẽ, nocturna pol
lutio,quia vaſa vicina calefiunt:ſemẽ enim & ap-
petitus in Venerẽ pręcipuè excitatur à caliditate
& à flatu, quorũ vtrunq; in hoc corpore excellit.
Has oẽs diſpoſitiões vita aulica, aſsidua negotia,
curſationes,equitationes,auxerunt. Item ratio vi
ctus nimis lauta,crebræ aeris mutationes. Nõ mi
rũ igitur ſi iſtis incõmodis nunc vexetur, & ſub-
inde maiorib. ætatis progreſſu,præſertim ſi in mo
leſtijs aulicis & victus ratiõe perſeuerabit, & ipſe
in manus medicorũ incidet, qui nõ intelligũt na-
turã morbi. Facilè enim exhaurient & exiccabũt
quicquid adhuc viget boni ſpiritus, radicalis hu-
moris & caloris innati. Non minus ergo à multis
medicis,q̃ ab ipſis morbis caueri debet, veramq;
præſeruationẽ cõſtituere in remotione moleſtia-
rũ & cõgrua victus ratione. Eligat liberã vitã,nec
teneatur ambitione. Nam, vt liberè dicã,nullum
ſeueriorẽ tyrannum ambitione agnouimus. Si er-
go liberã vitã elegerit, quieſcent illi animi cogita-
tiones & motiones. Et ſimpliciori cibo ac potu
vti poterit, à quibus omnib. ſpiritus & qualitate,
& quantitate recreati, totũ corpus robuſtius red
dent, oẽſq; actiones validiores efficientur, vnde
inculpa-

inculpabilis ſanitas ſequetur. Hoc enim corpus non eſt ægrum, ſed vltra ſuas vires defatigatum. Conſulo igitur, quia conſilium petit, hoc quod neceſſe eſt, vt diſcedat ab aulis, & ſi hoc tã repentè facere non poſsit, moderetur curas. Illinantur aſsiduè lumbi ſecundum totam longitudinem vnguento roſato Meſue recenti bene odorato & optimè confecto, quod fieri poterit quotidie manè & ſerò. Pro adſtricta aluo vtatur Cypria terebinthina, quam deglutiet tribus horis ante prandium ad quantitatem nucis muſcatæ: nam præterquam quòd aluum mollem efficiet, conferet etiam ventriculo, renibus & veſicæ. Rhabar. quoque ℈. j. manè eadem hora deglutitum eundem præſtabit vſum. Fugiat cibariorum multitudinẽ, vinum pauciferum bibat. Inter prandium & cœnam abſtineat à potu, manè ſe exerceat, ſed citra defatigationem. Fugiat ſtudium ſcribendi, &c. Hæc pauca ſi peragẽtur, ſpero longè plus vtilitatis inde percepturum, quàm fortè aliquis ex tam paucis inordinatisq; verbis expectauerit.

CONSILIVM CCXCII.

IN difficultate vrinę ſeu dyſuria cuidam ordinauit vt biberet hoc decoctum. Accipiatur ius carminum vel gallinaceum, & in eo decoquãtur radices althææ num.ij. fol. maluæ m.j. Glycyrrhizæ ℥.s. ſem. citoneorum confractorum ʒ. j. Hoc decoctum dicebat plurimum conferre in debilitate renũ ad eos expurgandos & confortandos. Cuidam alteri laboranti difficultate vrinæ cum pruritu in extremitate virgæ poſt thermarum potum conſuluit, vt lac biberet cum zuccharo.

CONSILIVM CCXCIII.

De excretione materiæ craſſæ & fœtidæ per vrinam, cum dolore renum, ac ſiti ingenti, & an Calderianæ aquæ in hoc caſu conueniant. Anno 1547. Iulij 27.

DIfficillimum eſt iudicare in huius magnifici Domini caſu, vtrum expediat illi Calderianam aquam potare: hoc enim præcipuè videtur exquiri. Difficultatis cauſæ oriuntur, tũ ex parte corporis patientis, tum ex ipſis diſpoſitionibus præter naturam. Audio primùm, corpus hoc redditum eſſe admodum imbecillum, cum maxima appetendi deiectione, & areſieri ac tabeſcere. At potus aquarũ mineralium conſtantes vires requirit, eſt enim efficaciſsimũ potẽtiſsimũq; remedium: ideo debiliori corpori oblatum, ſæpe hominem potius quàm morbum tollit. Diſpoſitiones etiam corporis ad medelam admodum ſunt ambigue: nam & maxima illa ſitis tandiu perſeuerans indicat vel magnas obſtructiones, vel multam putredinem, vel febrim occultam. Quicquid horum fuerit, Calderianæ aquæ ſuſpectę ſunt. Eò autem magis vereor, quia intenſiſsimè ſitit: & cùm audiam frigus inexpugnabile ſuperadditum in exteriorib. partibus modò, vt exteriora maximè frigeant, & interiora ferueant, vel febrem malignam, vel intrinſecum abſceſſum, aut inflammationẽ porten-

A dit: ideo & hîc quoq; thermarum aquæ ſuſpectiſſimæ ſunt. Sed & illud, quòd audio materiã plurimam per vrinam educi, quę admodum craſſa ſit, fæculenta & ſordida, impedit omnino rectã Calderianarũ aquarum exhibitionem. Si quis modò illarum aquarum naturam cum hac diſpoſitione rectè & ſecundùm artem comparauerit, facilè intelliget quàm importunè impediatur. Aſtringetur materia profluẽs ob vim aquarum aſtringentem, quod facillimam dabit occaſionẽ ad ſuppri-
B mendam vrinam, cum maximo patientis diſcrimine, cui ſuppreſsioni alioqui valdè obnoxius eſt, & in illam perquàm frequenter ſolet incidere. Quid quòd dolores nephriticos, vel colicos, vel fortaſſe etiam vtroſq; iam proximis diebus non ſine diſcrimine perpeſſus eſt? Ad hos enim affectus aſtrictio & frigiditas aquæ maximè infeſta eſt. Hæc ſunt, quæ me valdè ancipitem reddunt, vtrum Magnificus iſte vir aquam thermarũ Calderianarum rectè ſit potaturus. Nam ex alia par-
C te poſteà ad dilatationem tam amplam, ſicut audio, meatuum vrinariorum, & ad corroborationem imbecillitatis partium omnium naturaliũ, præcipuè quæ ob redundantem humorem contigerit, præſtantiſsimus eſt earum vſus: ad ardorem vrinæ etiam non parum conferret: ſitim pręterea quæ ob puram intemperiem & caliditatem intrinſecorum membrorum contigit, validiſsimè extinguet. Cùm ergo vtrinque rationes adſint, quæ perſuadeant, an accipi debeant, an non
D debeant, in ancipiti perſiſto, cùm planè ſcire nequeam exquiſitum ſui corporis ſtatum vel gradum, aut etiam naturam diſpoſitionum. Ideo hanc deliberationem præſentibus medicis determinandam relinquo, ponderatis vtrinque rationibus, tum iſtis quas ego attuli, tum his etiã melioribus, quas ipſi excogitabunt. Interim pro pręſenti diſpoſitione, qua præcipuè videtur affligi, fluxu videlicet materiei craſſæ, viſcoſæ & fœtidæ, per vrinam, cum dolore circa partes renum, con-
E ſulerẽ ut potu vteretur loco & hora ſyrupi, quo ego in huiuſmodi affectibus efficaciſsimè vti conſueui, cuius deſcriptio talis eſt.

℞. Pentaphylli cum radicib. & folijs m.iiij.
Granorum alchechengi ℥.j.s.
Agrimoniæ m. iij.
Verbenæ,
Roſarum ſiccarum ana m.ij.
Limones minutim conciſos num.iij.
Simul cum corticibus ſuis.

F Contundantur omnia groſſo modo, & aſpergantur cum vncijs 8. infuſionis roſarum. Poſtea deſtillentur per alembicum vitreum, vel per balneum Mariæ, deinde ſeruetur aqua ad vſum.

℞. Huius aquæ
Syru. de cichorio Nicoli ſine rhabar.
Myrtini ana ℥.j.

Sumat ſingulis diebus in aurora loco ſyrupi. Laudo præterea, quòd ſingulis diebus, vel tribus horis ante prandium, vel immediatè ante ſyru-
G pum accipiat ℈.j. in forma pillulæ, de infraſcriptis trochiſcis.

℞. Trochiſci de abſynthio,
De roſis ana ʒ.ij.

Deaniſo ℈.ij.
Succi liquiritiæ ʒ.j.s.

Miſce, & cum ſyrupo roſato fiant pillulæ pro ſingula drachma tres ſumendæ, vt ſuprà. Pro vnctione dorſi, hoc eſt, totius regionis lumborum ſecundùm longitudinem vtrinque.

R. Pinguedinis anſeris ℥.ij.
Olei roſati completi ℥.iij.
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum,
Maſtichis ana ʒ.ij.
Ladani pinguis ʒ.j.

Miſce cum modico ceræ albæ, fiat linimẽtum, ſecundùm artem, ad vſum, vt dictum eſt. Vinum eliget limpidum, mediocre, coloris ſubrubri. Vtatur in cibo carnibus ſiccioribus, boni tamen & optimi nutrimẽti, quales maximè ſunt pulli, perdicum, phaſianorum, gallinacei, leporis iuuenis, aues omnes campeſtres, præter cothurnices: turtures etiam cõueniunt, & oua ſorbilia: à reliquis omnibus edullis, quàm maximè poterit, abſtinebit. Hæc ſunt, quæ abſenti in re difficili conſulenda videbantur, remittens me in omnibus ſaniori iudicio.

CONSILIVM CCXCIIII.

De fluxu materiæ pituitoſæ per virgam, pro ciue Taruiſino 1550. menſe Maio.

FLVXVM hunc, qui creditur eſſe ſeminis, magis putarẽ eſſe materierum crudarum, quę in toto corpore multiplicantur, ſiue propter ventriculi frigiditatem, in quo frigidi humores multiplicantur, & inde attracti propter hepatis & renum caliditatem ad vaſa ſeminaria præcipitantur, quæ vel propter flatus, vel ꝓpter nimium Veneris vſum, vel propter magnos labores, aut equitationes, plus æquo fuerunt dilatata & relaxata. Aliqua enim harum cauſarum, vel omnes potuerunt concurrere: quæ cùm explicatæ non fuerint, per idoneas coniecturas à nobis quærendæ ſunt. Quicquid igitur fuerit, hoc vnum conſtat, curationem moliendam eſſe, tum per optimam victus rationem, ne humores plus æquo aggregentur, tum per auerſionem ad alias partes, tum per membrorum corroborationem. Quantum igitur ad primum attinet, euitabit omnes aeris exceſſus, quantum fieri poterit, tum caloris, tum frigoris. Eliget regionem quàm maximè temperatam, quantum ab eo poterit fieri. Fugiat etiam omnes animi moleſtias: cauebitque poſt prandium vel cœnam ne laboret, tam corpore, quàm animo, ſed quieſcat, leuiter tamen deambulando, vt cibus melius reſideat in ventriculo. Simplici cibo ſemper vtatur, fugiendo epularum diuerſitatem, qua nihil magis aduerſum. Eligat carnes laudabiles, pullorũ, hœdorum, vitulorum, & caſtratorum iuuenum: neque oua recentia vitupero. Cauebit à piſcibus, à lacticiniis, à paſtilibus, à fructibus, ab acetariis crudis, ab oleribus, & à frixis in ſartagine. Vinum eliget pauciferũ, rubeum: vel ſi hoc defecerit, album, limpidum, non multum potens, quod parciſsimè bibet: omneſque euitabit comeſſationes

A & compotationes, ſi ſanitatem acquirere cupit, alioquin omnia fruſtrà tentabit. Quantum verò attinet ad auerſionem materię, & euacuationem, primò toto tempore ſuæ aduerſæ valetudinis bis ſingulis annis purgabitur. Vere, inquam, & Autumno, poteritque purgatio hoc modo perfici:

R. Diacatholiconis ℥.j.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.j.

Miſce, & fiat bolus cum ſaccharo. Deinde

R. Syrupi de mentha,
B De abſynthio,
De endiuia ana ℥.s.
Decoctionis pentaphylli & betonicæ in brodio macro pulli ℥.iiij.

Miſce pro vno, ſic pro aliis. Deinde:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſcorum alhandal gr.vj.

Miſce, & fiat bolus cum ſaccharo, dandus in aurora cum cuſtodia. Vel,

R. Pillularum aggregatiuarum ʒ.j.s.

C Fiant pillulæ quinque eodem modo ſumẽdæ. Et hæc erit annua purgatio, tam Vere, quàm Autumno celebranda. Deinde efficacius etiam auertendo vtetur ter vel quater in menſe rhabarbaro cum ſaccharo roſato, ſumens ex eo drachmã cum ſemuncia ſacchari roſati tribus horis ante prandium. Hæ auerſiones vbi non ſuffecerint, laudo tandem vt fiant in cruribus vtriſque à perito chirurgo cauteria. Quantum verò ad corroborationem membrorum attinet, factis omnibus purga-
D tionibus & auerſionibus, & præpoſita victus ratione, quã prædiximus, conſulo vt congruis temporibus, circa finem Veris, aut principium Autumni, bibat aquas thermarum, in quibus alumẽ & ſulphur dominetur. Partes & renum, & lumborum iiſdem temporibus poſt harum aquarum potum illinet vnguento de corticibus caſtanearum, vel eo quod cum ſandalis conficitur. Ventriculum etiam illinet vnguẽto confecto ex oleo de abſynthio, & maſtichino. Quandoque etiam,
E vt ter vel quater in menſe, manè, quinque horis ante prandium, ſumat drachmam mithridatici: ſummoperè enim ad membrorum corroborationem confert. In omnibus autem temporibus à multa equitatione cauebit, & præcipuè in ſellis duris, & in equis qui tolluntur, ac curſim incedunt, & denique ab omni labore earum partium, quæ ſunt circa renes, & dorſum quieſcat. Et hæc ſi obſeruabit, ſpero illi omnia feliciter ſucceſſura, ad laudem Dei omnipotentis, cuius nomen
F ſit benedictum.

Conſilium Aloyſii Bellocati, de fluxu materiæ pituitoſæ per virgam.

QVamuis ægrotante, & morbo eius non cognito difficile ſit, vt Galenus ait, aliquid de illius ſalute ſtatuere: tamen ex iis quæ mihi expoſita ſunt, quædã præſcribam. Non
G mihi plus dictum eſt, quàm virum 34. annorum laborare difficultate vrinæ cum dolore in initio glandis, ac cum exitu muccoſæ pituitæ, quaſi ſaniei ſpeciem referentis, & quòd aliquando arenoſa

noſa mingat,& hoc à menſibus ſex citra. Quibus poſitis cauſæ ſunt inquirédæ,locus affectionum, & materierum talium generatio, an ſolus ſit affectus, an ſit complicatus cum alio. Et ad hoc vltimum dicerem ego, me habere aliquam ſuſpicionem lapidis in veſica, quia conſueuêre tales materiæ comitari lapidem, tanquã materiæ ex quibus generantur lapides in veſica: quæ cùm maiori in copia tranſmittantur ad vrinæ vias, quàm poſsint à calore concreſcere, & in lapidem verti, aliquam acquirentes ſalſedinem, ſiue nitroſitaté, abradunt & dolorem faciunt in vrinæ exitũ: & dolor ſentitur præcipuè in initio virgæ poſt glandem, quoniam eo in loco meatus vrinarius amplior aliquo modo eſt, ac quaſi lacuna quædam, in qua aliquid diutius retinetur vrinę,& aliorum humorum exeuntium, quàm in aliis meatus partibus. Credimus etiam materiam hanc minimè in veſica aut renibus poſſe gigni,ſed ab hepate & ventriculo tranſmitti ad vrinæ vaſa, & hæc fieri ex inconcoctione:quod vitium forſan eſt ex inordinata victus ratione. Quare melior victus ratio ante omnia inſtituẽda,habita etiam medicamentorum aliqua ratione. Comedat quæ boni ſunt chymi, quæ paucas habent ſuperfluitates,quæ facilè concoqui poſsint. Ideo carnes pullorum bene altorum non in carcere detentorum, turdorum,perdicum, phaſianorum, hœdi, ac lactantis vituli,& auium nemoralium, montanarum,quæ ſunt in communi vſu,non paluſtrium, & circa aquas degentium. Vitet ſalita,acria,omnia aromata, acetoſa præſertim, ex aceto acri cõfecta,omnia lenta,viſcida,craſſa,legumina, caſeum,& omnia lacticinia, olera fermè omnia, fructus: oua item frixa, indurataque: recentia verò, & mollia ſeu tremula, & præcipuè luteum, ſeu vitellum, erit conuenientiſsimum. Vino non vtatur craſſo, nec dulci, neque albo: ſed rubeum ſi fortè fuerit, aqua erit diluendum. Bis tantùm die comedat, à potatione & crapula abſtineat, parcè & ſobriè viuat. Niſi aluus ſponte fluat, ſubducat, ſumendo ante prandium aliquando betæ decoctum in iuſculo cum ſaccharo, aut paſſulas cum ſaccharo,aut fruſtum caſsiæ ante cibum per dimidiam horam. Non ambulet multum,ſed ſibi manus potius quàm pedes exerceat. Neq; dormiat meridie, neque ſtatim à cœna, ſed inter cibum & ſomnum interſint horæ ſaltem duæ. Quantum poteſt,& fert eius conditio,abſtineat à venere: & ſi poſſet abſtinere, optimum eſſet. Frigus valde obeſt, ideo caueat ab aere valde frigido,nec tamẽ plus æquo incaleſcat:exceſſus enim vterque nocet. Quod ad medicinas, aluus cùm primũ ſubducatur: manna ſi haberi poſsit, aut eius loco recipe caſsię ℥.j. Si manna haberi poteſt,ſumat ſpecierum hieræ ʒ.j. ex ipſa ℥.ij. cum iuſculo pulli, liquiritiæ ℈.j. Fiat bolus cum ſaccharo. Diebus ſequentibus ſumat ſequenté ſyrup. ſummo manè:

R. Syrupi de liquiritia,
Mellis roſati colati,
De cichorio ana ℥.j.s.
Decocti liquiritiæ,
Cichorij,
Scabioſæ,

A Agrimoniæ ℥.iij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Quibus aſſumptis, laudarem vt pro pharmaco non aſſumeret aliquid de ſcammoneo,vel colocynthide:ſed tantùm exhiberem caſsiæ ℥.s. rheubarbari electi pul uerifati ʒ.j.s. cum ſaccharo. Fiat bolus,aut infundatur rheubarbarum in decocto ſcabioſæ,& aliorum pro ſyrupo decoctorum, & fiat expreſsio, cum ipſa expreſsione diſſoluatur caſsiæ,aut mannæ ℥.j.s. Quod pharmacum ſumatur manè ante B prandium per horas quinque. Hæc autem purgatio bis erit repetenda, vt interpoſitis octo aut decem diebus, iterum aſſumat & primum pharmacum, & ſyrupum & ſecundum ſyrupum. Et dum hæc faciet, ſeruare ſe debet in loco calido. Laudarem vt aliquando ſingulis octo diebus caperet ante prandium per horas quatuor ſaltem ʒ.ij. terebinthinæ, aut laricinæ, aut reſinæ ablutæ cum aqua maluarum, commiſcendo cum ea ℈.j. trochiſcorum alchacengi cum granis quin- C que ſucci liquiritiæ. Si ſumeret ante prandium aliquãdo per horas quinque hoc medicamentũ:

R. Mithridati electi ʒ.j.
Sacchari roſati ʒ.j.s.

Miſce,fiat bolus,capiat ſingulis decem diebus. Conueniret etiã vt decoqueretur in iuſculo pulli manip.j. aſphænij,ſiue ceterach,& biberet manè per dies aliquot,quando ſcilicet corpus fuerit expurgatum: non verò alio tempore. Simili ratione conferre poteſt, ſi veſperi infunderetur a- D ſphænum, ſiue ceterach in vino Rhenenſi,aut ſimili. Et manè biberet ℥.iiij. calidè ante alios cibos per quatuor horas. Lac caprinum epotum quando dolores moleſtarent, ſiue vrinæ ardor eſſet: poſſet mulcere iſtas moleſtias, quod manè etiam quinque horas ante cibum ſumi debet. Verùm ſi vrina retineretur, ac cum difficultate emitteretur ingenti: conferre conſueuit ſucci parietariæ depurati quantitas ℥.iiij. cùm ℥.j. ſacchari, epota manè ante prandium ſaltem horis iiij. Verùm ſi E hoc proueniret renum vitio, vel ſeminariorum vaſorum,ita vt eſſemus in caſu gonorrhϾ: laudarem vt fierent vniuerſi corporis purgationes, & tempore veris ſe conferret in Italiam, ita vt biberet aquas thermarum Ferrarienſium. Si verò eo tempore petierit conſilium, in thermis agenti non deerit. Si dolorum remiſsionem quæramus, fouendus penis oleo amygdalarum, butyro, ac oleo roſato completo: aut fiat fomentum ex parietaria,maluis,ſenecione,aut ſimul ex oleo roſa- F to,ac butyro in ſartagine maceratis:aut iniiciatur in vrinarum meatum lac caprinum, aut bubulum, in quo ſteterint ſemina papaueris albi, exprimanturque contuſa in eodem lacte, & cum ſyphone paruulo obtuſo,iniiciatur lac ipſum,aut ſuccus plantaginis. Omnia tamen iſta ſint tepida,& cautè, qui imponit, agere debet, ne noxam inferat aliquam parti aliâs dolenti, & procurare debet, ne ſtatim iniecta exeant: ſed obturare debet meatus aut molli lana,aut filamentis carptis, G aut aliquo conſimili, quoad fieri poterit. Atque hæc caſu non admodum cognito ſcribere volui:aliâs fortaſſe plura.

CONSILIVM CCXCV.

De fluxu materiæ albæ è virga per decẽnium, pro Magnifico patritio Veneto.

QVamuis Magnificus iſte vir multis affe-
ctibus pręter naturam vexetur,ſicut re-
fertur,vnum tamen præcipuum eſt,cu-
ius ratione à nobis cõſilium requiritur:
& eſt deſtillatio quædam albæ materię non mor-
dicentis, neq; fœtidæ, colore ſubpallidæ quę pau
latim quidem,ſed continuè, & iam per decenniũ
perpetuò è virga emanat. Quæritur igitur quod
genus ſit hoc ſymptomatis,nunquid id ad gonor
rhœam,vel ad aliud quippiam tale ſit referendũ?
an verò ſit alterius generis, & quæ ſit ægritudo,
quæ ratio, vnde actio læſa conſequatur: deinde
vbi conſtiterit de ſpecie tum ſymptomatis, tum
morbi, qua arte curari poſsit,ſi modò curationẽ
admittat. Ac de ſymptomate quidem, non cre-
diderim eſſe gonorrhœam, neq; enim ego ſemen
excerni audio,ac propterea nec dicerẽ eſſe excre-
tionem ſeminis. Sed nec pus eſſe dicendum eſt,
cùm vlceris nullum ſignum, quod ego intellexe-
rim,appareat.Non etiam humiditatem è glandu-
lis in collo veſicæ exiſtentibus eſſe crediderim,
cùm non inde ſequatur ardor vrinæ, quod pro-
culdubio conſequeretur, ſi per decennium eo af-
fectu aliquis laboraſſet: habet enim illa humidi-
tas hunc vſum præcipuè, vt acrimoniam vrinæ
obtundat, oblinatq́;, & tanquam veſtiat ſuo len-
tore partes colli veſicæ ſenſibiles ad acrimoniam
vrinæ ſedandam. Ergo in eam potius partem in-
clino,vt materiæ pituitoſæ,tenues,& crudæ,cum
portiuncula aliqua bilis admiſta,propter hepatis
& renum caliditatem, deſtillent per vrinæ mea-
tus, atq; ita excernantur, præcipuè cùm hic Ma-
gnificus vir amplos habeat meatus, & calidos re-
nes,ob hepatis ſcilicet caliditatem,ac præterea in
tota ſua florenti ætate plus quàm oportuit Ve-
neri indulſerit, neq; rectam rationem in viuendo
ſeruauerit. Confirmat hanc coniecturam ventri-
culi audita imbecillitas, cuius ratione pituita ꝑ-
culdubio multiplicatur. Indicat etiam hoc ita eſ-
ſe nodulorum ſcirrhoſorũ multitudo, qui in vir-
ga frequentes & multi ſunt. Indicat etiam diffi-
cultas illa in emittendo lotio, quòd ſine certo co-
natu expelli non poteſt: hoc enim contingit,
quoniam pituitoſa viſcidaq́; materia facilè circa
veſicæ collum impingitur, lociq́; illius anguſtias
magis coarctat: virtutem etiam expultricem im-
becilliorem reddit tum refrigerendo, tum etiam
vrinæ acrimoniam plus quàm ſatis eſt obtunden
do. Cùm ergo tale opiner eſſe ſymptoma ob ma-
teriam pituitoſam ad eam partem defluentẽ,cau-
ſasq́; habere corporeas, vẽtriculi imbecillitatem
frigiditatis cauſa, ſimul cum hepatis & renum ca
liditate,& meatuum amplitudine:curationẽ mo-
liendam arbitror cum his,quæ huiuſmodi affecti
bus opponuntur.Ac primò corroborandum eſſe
ventriculum,ne ſcilicet pituita multiplicetur: &
euacuanda quæcunq; hactenus fuerit generata:
deinde hepatis & renum caliditatem temperan-
dam,meatusq́; roborandos. Ergo ab euacuatio-
ne totius corporis incipiendum: primò cum his,
quæ præparatas materias, quas vulgò cõmunes
vocant,euacuent:deinde cum his,quæ reſiduum
concoquant,poſtea educant. Conſulerem igitur,
vt Magnificus iſte vir curandus, primò ſumeret
florem caſsiæ pondere ℥ cum ʒ ij.ſpecierũ hieræ,
ex quibus bolus conficeretur,maneq́; tribus ho-
ris ante prandium exhiberetur. Deinde ſumeret
infraſcriptum ſyrupum.

R. Syrupi de abſinthio
Oxymellis ſcyllitici ana. ℥ j.
Decoctionis cichoriæ,& agrimoniæ
in iure tenui pulli ℥ iiij.

Miſce pro vno,& ſic pro ſeptem. Poſtea

R. Confectionis hamech ʒ iiij.
Diacatholiconis ℥ j.

Miſce, & cum zuccharo fiat bolus, dandus in
aurora cum cuſtodia. Facta hac purgatione vta-
tur pro familiari remedio tum ad leniendam al-
uum,tum ad corroborandum ventriculũ, ſingu-
lis ſeptimanis ſemel ſaltem bolo vel pillulis,quo-
modo illi libuerit,confectis hoc modo.

R. Terebinthinæ optimæ ℥ j.
Rhabarbari electi ʒ j.

Miſce,& ſufficiat hæc quantitas pro duabus vi
cibus,ſi in bolum,vel in pillulas redigatur.Placet
etiam vſus frequens zucchari roſati, ſi ſumpſerit
ſemunciam paulò ante cibum cum ſcrupulo ſpe
cierum aromati roſati. Laudo etiam, vt præmiſſa
euacuatione vtatur bis in anno, Atumno inquam
& Vere: neque enim facilè aut citò tolletur hæc
diſpoſitio,quæ per totum decennium perſeuera-
uit. Sed ſi curari cupit hic nobiliſsimus vir, nõ tã-
tùm vtetur præſcriptis medicinis, ſed etiam habe
bit optimã victus rationem, ſine qua omnia pro-
culdubiò fruſtra fient. Cauebit igitur præcipuè à
commeſſationibus,& cõpotationibus, parcusq́;
erit tam in cibo quàm in potu, vtaturq́; ſimplici
obſonio, & epularum varietatem euitabit, nihil
enim ei pernicioſus. Cauebit à piſcibus, paſtillib.
lacticinijs,fructibus,carne porcina, auibus palu-
ſtribus, carne agnorũ & bubula,& prorſus quæ-
cunq; antiqua fuerint. Vinum bibat limpidum,
maturum,neq; adeò potens,ſed moderatum. Ca
uebit quàm maximè fieri poteſt à Venere. Aeris
etiam exceſſum euitabit. Atque hac victus ratio-
ne, & medicamentis, ſpero felicem ſucceſſum in
hoc Magnifico viro, ita vt prorſus ab omni incõ-
modo,tam præſenti,quàm futuro,ſit liberandus,
quantùm attinet ad hanc, de qua conſulimus æ-
gritudinem,cum laude omnipotentis Dei, cuius
nomen ſit benedictum in ſecula.

CONSILIVM CCXCVI.

*De fluxu pituitoſo per vrinam,vlcere in tau-
ro,tabe,manus contractione, & hypochon-
driaca affectione.16. Iulij.1559.*

SYmptomata quę patitur hic Magni-
ficus vir,ſunt hæc. Primò eſt de flu-
xus per vrinam,quem putat eſſe go-
norrhœam: ſecũdò patitur vlcus cir
ca taurum ꝗ uæ eſt pars inter teſtes & anũ: tertiò
arefactio-

A arefactionem & tabem totius corporis : quartò contractionem manus dextræ: quintò imbecillitas ventriculi adeſt, & caliditas hepatis, vnde patitur affectionem hypochondriacam. De primo. Conqueritur de gonorrhœa, videndum quale ſit ſymptoma, an fluxus ſeminis, vel aliud quiddã: nam multum refert hoc ſcire. Non credo illum affectum aut eſſe, aut fuiſſe gonorrhœam: primò, quia paſſus eſt illum fluxum longè ante tempus ſeminis, vt circa annum ætatis ſuæ quintum aut B ſextum, & eo tempore nondum mouetur ſemen: quia nullum eſt inſtrumẽtum paratum ad illum fluxum ſeminis, & nondum habuit tunc ſemen: quia omnis illa materia ex qua debeat generari ſemen, tranſit in augmetum corporis, & nulla eſt ſuperfluitas pro ſemine generando, & ſic nõ fuit illa ſuperfluitas ſeminis. Secundò videmus, & locum & ſymptoma non eſſe conſentanea, quòd ſit gonorrhœa: primò, non apparet aliquid quod habeat rationem ſeminis, ſed arenulæ apparent, C & aliæ materiæ aduſtæ. Item ſæpe minxit ſanguinem, qui indicat talem materiam deuenire à renibus, quod ſæpe contingit, cùm nimirum relaxantur renes, & renes affecti ſunt per ſe: & ſic affectus eſt in renibus, & nõ in vaſis ſeminariis. Item fluxus ſeminis fit aut ob abundantiam ſeminis, vel propter caliditatem, vel propter amplitudinem vaſorum ſeminalium: quod in hoc viro non eſt: eſt enim ſicciſsimæ temperaturæ, & ſanguinis paucíſsimi: & qui non habet ſanguinem, non D habet ſemen multum, quia ſemen generatur ex optima parte ſanguinis. Item non habet inclinationem ad Venerẽ, & ego noui ipſum adoleſcentem, & poſſem mira narrare de eius continentia. Item ex longo defluxu ſeminis vlcus fit non circa partes tauri, ſed circa pubem: & ſic perforato peritonio fieret ibi abſceſſus, & non tranſiret per penem. Et hinc videmus, quòd ſæpe inflantur teſtes & vaſa ſeminaria, & ſæpe inflatur pubes, & Medici putant eſſe ramicem, cùm ſit propter in- E flationem illarum partium & arteriarum, & venarum. Hic autem contigit inflammatio circa os veſicæ inter teſtes & anum, vbi chirurgi ſolent incidere & extrahere lapides. Nam cõtinuus defluxus huius materiæ à renibus, non per vaſa ſeminaria, ſed per vaſa vrinaria, quia hæc materia eſt aduſta & feruens, tandem circa collum veſicæ, vbi locus eſt anguſtus & carnoſus, fecit vlcus, & ſic fortè inducta eſt fiſtula: & inde emittit vrinam inuoluntariè, quia muſculi ibi exiſtentes læ- F ſi ſunt, & quia os veſicæ eſt affectum. Et licet collum veſicæ eſſet affectũ, & os veſicæ eſſet ſanum, non exiret vrina inuoluntariè. Sed ad os veſicæ non peruenit ſemen, verùm habet aliam viam: & hoc non debebat exulcerare partes veſicæ, ſed alias partes virgæ. Et ſic non credo ego eſſe gonorrhœam in hoc corpuſculo, quod adeò eſt extenuatum. Sed hoc vlcus eſt in tauro, propter materias acutiſsimas, deuenientes ad os veſicæ, quæ fecerunt ibi inflammationem, & ſic illa pars eſt G perforata, & etiam inducta fiſtula, quod facilè fit in partibus illis neruoſis, & muſculis veſicæ & ani, vbi facilè fiunt fiſtulæ. Patitur præterea hæc duo, arefactionem totius corporis, & magnam caliditatem hepatis, cũ frigiditate ventriculi & rugitu, & affectionem hypochondriacam. Cauſa horum ſymptomatum etiam quærenda eſt: diſpoſitio ſua naturalis conſideranda quantum ad hoc. Semper fuit calidus, & anno 18. ætatis ſuæ incidit in tabem, & habitus deſperatus à Medicis, ſed liberatus diuinitùs, vt retulit nobis. Eſt longæ ſtaturæ, & productus in longũ, tamen omnia membra habet gracilia, quod teſtatur caliditatem ſeminis, ſeu materię, & eiuſdem paucitatẽ in prima eius generatione: non enim poterunt hæc membra in latum extendi propter paucitatẽ materiæ, & ideo prolongata ſunt: & calor primùm in longum extendit, deinde in latũ, & habet etiam maximam raritatem texturæ. Et hæc duo ſunt ſigna paucitatis materię & caliditatis, & ideo à quacunque cauſa extrinſeca facillimè patitur propter raritatem texturæ. Præterea & membra etiam principalia omnia ſunt calida. Hepar valde calidum generat plurimum ſanguinem bilioſum & melancholicum, habet pilos multos, & ſic plurimùm abundauit excrementis, quę fiunt à calore immoderato. Item cor eſt calidũ, quia iracundus & magnanimus, & conſtans in actionibus & audax, vt ſciunt illi qui eum nouerunt. Cerebrum etiam calidum & ſiccum, quia adeſt promptitudo ingenij, quæ eſt ex ſiccitate cum tenuitate ſubſtantiæ. Ex caliditate cerebri habet mobilitatem & promptitudinem in actionibus, & fuit verſatilis ingenij vndiquaq; & celerrimi, vt ego noui ipſum. Et inde meritò cerebrũ iudicatur calidum, ex proprijs & immediatis cerebri operationibus. His ſtantibus plurimus ſanguis melancholicus generatur, & per conſequens ſpiritus melancholici, q. & obſcurantur. Vnde ſemper fuit religioſus, & conſiderando naturam melancholicam videbimus quòd omnes ſunt religioſi, vt teſtatur quotidiana experientia. Ex hac temperatura non mirum ſi habet naturalem imbecillitatem ventriculi, cùm ſit ventriculus ſine carne, & nullã habeat ferè pinguedinẽ omenti, & nullos muſculos ferè, quibus per antiperiſtaſin fit calefactio ventriculi: & ſi Ariſtoteli credimus, ipſa etiam pinguedo calefacit poſitiuè. Ergo ventriculus eſt frigidus, ſiccus, quod patet ex habitu totius corporis quia ſi caro eſt ſicca, & muſculi, multò magis ventriculus qui eſt neruoſus: hepar verò eſt cãlidum. Et hæ ſunt cauſæ hypochondriacæ affectionis, vt ſæpe dictum eſt hoc anno in colloquiis, quomodo hæ fiant, & obſtructiones, & eleuationes vaporũ, &c. ideo de his ſatis. Macies ferè tabida eſt, propter duo efficaciſsima ad tabem: primò propter inopiam ſanguinis, vnde ferè ſemper patitur atrophiam, ex qua ſæpe homines ad tabẽ deueniunt, cùm ſcilicet membra non nutriuntur: ſecundò propter plurimam caliditatem & ſiccitatem in toto corpore, vnde ariditas. Accedit aũt tertium, maxima raritas texturæ, quia plus difflatur q̃ recipiatur ad membra & nutriatur. Item quodlibet membrum concoquit alimentum proprium, & nutritur ſecundùm propriam ſuã naturam, teſte Galeno. Et cùm omnia illa membra ſint gracilia à natiuitate, parum attrahitur nutrimenti, & conficitur. Hinc etiam plurimùm abundat humori-

bus acribus, erodentibus, & acutis, ſtante caliditate hepatis & totius corporis. Et quia orta atteſtantur ſuis principijs, & renes plurimùm communicāt hepati, & propter ſitum, & propter vias amplas, ideo etiam renes ſunt calidiſsimi. His ſtantibus non mirum ſi plurima materia excreta eſt per vias vrinales per totam vitam ſuam, & ſic factæ ſunt illæ exulcerationes in vijs vrinæ quas patitur: & etiam ex diſpoſitione illa, calculi & arenulæ generantur, quæ apparent in vrina: nam cauſa materialis horum eſt pituita, quæ fit multa in frigido vētriculo, & ita excernitur per vrinam hęc pituita, vt patet in hoc viro quòd vna cū vrina materiæ pituitoſæ excernūtur. Cauſa efficiēs eſt calor ingens hepatis & renū. Et ideo etiá facilè generantur illæ arenulæ, quia pituita quæ eſt viſcida, eſt tanquam gluten, & arenulę ſunt ex bile, vnde ſunt flauæ. Paſſus etiam eſt chiragram: habuit enim primò dolorem chiragricum, qui peſsimè curatus eſt, & ipſe neſciuit eſſe chiragram, & admiratus eſt cùm ei dicerem. Eſt autē chiragra defluxus materiæ catarrhalis ad iuncturas manuum. Et fuit peſsimè curata, quia non debet curari cum remedijs extrà adhibitis: ipſa autem vſi ſunt relaxantibus & mitigantibus, quo nihil poterant facere deterius: hinc enim factum, quòd magis affluxit materia, & facta ibi materia gypſea obſtruxit neruos & chordas, hincq; abbreuiantur & dilatantur & contrahūtur. Et facta hac obſtructione, etiam facta eſt arefactio. Et hoc corpus in quo eſt caliditas hepatis & ventriculus frigidus, eſt aptiſsimum ad articulares morbos, quia adeſt pituita, & bilis eá ducit. Et Auic. dicit quòd ad hoc requirūtur quatuor. Et paſſus etiam eſt in pede, vt mihi dixit. Hæc ſunt ſymptomata & cauſæ, ad quas redigenda ſunt omnia: quæ cauſæ fuerunt adiutæ ab extrinſecis, & in rebus non naturalibus, in quibus plurimum deliquit.

Prognoſticum. Quæ ſunt naturalia, non poſſunt bene remoueri, & videmus omnia iſta dependere à diſpoſitione naturali. Quo ad vlcus, credo quòd non ſit curandum, vt etiam ſentiunt Excellentiæ veſtræ. Quò ad contractionem, vellem experiri aquam Apponitanam, & etiam lutum illud aquæ Apponitanæ. Circa ventriculum & hepar, vt alterum refrigeretur, alterum calefiat, credo ego quòd nulla arte id fieri poſsit. Dabo tamen ei conſilium, & remedium vnum quo vtatur ſingulis diebus, & toto tempore vitæ ſuæ hoc faciat. Accipiat ſingulo manè, aut quádocūq; voluerit, oxymel optimè & diligenter confectum, & mel roſaceū eodē modo confectū, & aſſumat vna vice duo aut tria cochlearia, & hoc ſępe & ſemper fiat: ſic enim ex longo vſu huius medicamenti ventriculus pedetentim abſtergetur, & corroborabitur ſine calefactione hepatis. Non poſſem ego imaginari aliud remediū & melius & tutius, & ipſe ſentiet ſe optimè iuuari, ſi modò in vſu perſeuerabit. Poſtea ter vel quater in menſe ſcrupula duo aut tria rhabarbari, admiſta portione caſsiæ ſumat. Hieram vereor, quia ſuſpectam habeo iam in corpore extenuato: & Galen. dicit quòd in ſicco ventriculo non ſit exhibenda hiera, de Tuenda valetudine. In rhabarbaro non eſt tanta exiccatio, &

A etiam abſterſio. Et ſingulis menſibus ter aut quater aſſumat hoc. Confert etiam ad calculos oxymel, de quo ſuprà dictum, quod ſæpe ſum expertus: imò etiam actu frangit calculos. Corrigitur etiam fluxus materierum per vias vrinæ cū melle roſato hoc modo ſæpe aſſumpto. Porrò leniunt quoque ventrem oxymel & mel roſatum. Et ita meo conſilio non vellem vti alio remedio pro his omnibus quæ dixi. An aqua Veronenſis conueniat, quæ ſemper cōtulit ipſi? Ego dicam quod B ſentio. Credo omnino quòd ſemper fuerit adiutus quantum ad paſsiones renum, nam ſunt ferreæ & frigidæ, & ſic refrigerarunt hepar & renes, & viæ ſunt corroboratę, ne fieret illa dilatatio viarum: & ſic in quolibet defluxu materierum conuenit illa aqua, vt in fluxu ſeminis, hepatis, & alui. Et ita credo quòd contulerit his affectibus. An verò etiam ratione ventriculi conueniat, eſt apud me dubium: ná infrigidant hę aquæ, quod teſtatur experientia: licet habeant caliditatem a- C ctu, & habeāt ſulphur, tamen potentia habent frigiditatem. Nam & coriandrum habet in ſe partes calidas, & tamen infrigidat, & multa alia eiuſmodi. Ita philonium propter calidas res quas habet non calefacit, ſed infrigidat propter res frigidas. Item vltra hoc exiccat etiá hæc aqua. Si dicat quis, ſtomachus eſt laxatus, ergo indiget exiccatione: & hanc præſtat hæc aqua. Dico quòd indiget exiccatione quæ euacuat, & non illa exiccatione quę conſtipet, & ſic magis affigit materiá D ad ventriculum. Et indigemus hîc euacuatione materię, & tunc ventriculus euacuata materia per ſe confortabitur, quod fiet per pharmacū ſuprà dictum. Et ſic renibus quidem conferet hæc aqua, non autē ventriculo, qui fiet imbecillior. Si vult, ratione renū aſſumat, non autē ventriculi.

CONSILIVM CCXCVII.

De vrinæ ſtillicidio ob pituitam craſſam viſcidámque meatum vrinarium obſtruentem.

E VIR quidam triginta annorū, habitu totius corporis imbecilli, colore ſubrubro, amplis venis & cætera, ſenſit maximos flatus circa pectinem & anum. Vnde difficillimè potuit vrinam reddere, & aluum exonerare. Vrina quoque ſæpius retinebatur, ita vt cōfertim nil potuerit mingere: ſed vaſe vitreo appenſo virgæ guttatim emittebat vrinam ſummo cum dolore, vnde & febrem non- F nunquam patiebatur. Sed nullam certi ordinis: cùm enim vrina detineretur, & ipſe grauiſsimis doloribus conficeretur, ſequebatur febricula mitis caloris per totum corpus. Vocatus Montanus integras actiones vidit: ſed ex pulſus inæqualitate & mediocri frequentia, frebriculam deprehendit. Vrina guttatim emiſſa alba erat, turbata, craſſa pauca, in fundo craſſum, nil ſubſidēs: fęces paucæ & circumuolutæ, multa ſubſtantia craſſa, viſcoſa. Iuſsit Montanus, vt ſumeret electuarij leni- G tiui drachmas decē. Caſsiam enim abhorrebat: & non confidens ſyrupis aromatariorum, iuſsit domi in brodio pulli macilēti, decoquere althæę, maluæ, hordei, partes æquales: & huius decocti

haurire

haurire manè ſcutellam vnam amplam,cum zaccharo. Sumptis aliquot diebus hiſce brodijs multã pituitam viſcoſam inſtar puris, eiecit confertim : nonnunquam verò guttatim, prout materiæ multitudo tenacitasque permiſerat. Cauſa tantæ pituitę ventriculi frigiditas erat naturalis, faciens malas concoctiones: & hepatis nimia caliditas, attrahẽtis & poſtea mittẽtis eos humores ad alia membra: quorum fortiora expellebant,imbecilliora verò ſe receptacula præbebant: renes ſcilicet & veſica: quæ cùm nec in ſuũ alimentum conuerterẽt, nec ob imbecillitatem ad alia tranſmitterent,indies eò confluente materia,& aucta ea, ob nimiam molem conſtringebatur meatus, ne vrina liberè tranſire poſſet. Virtus tamen expultrix veſicæ pro fortitudine virium guttatim expulerat. Materia verò propter morã in ijs meatibus & quantitatem etiam deſtituta à naturali calore,occupabatur præternaturali, ac ita cauſabat febrim: quę euanuit,cũ materia medicamẽto attenuata excerneretur: tunc etiam ceſſarunt flatus & dolores. Victu vtebatur attenuante, pullis iunioribus,eorum iure,vino maturo,limpido,minimè potenti. Poſt aliquot dies hac victus ratione vſus,tantum puris cum vrina excreuit,vt omnes admirarentur: neque cogitare poterãt (quod plurimi faciũt Moderni) vlcus aut apoſtema hîc fuiſſe. Etſi enim pus indiciũ apoſtematis tãtùm: ſi tamen corpus totum apoſtema fuiſſet, tantum puris minimè generare potuiſſet, nec dolorem percipiebat, qui eſt ſignum ſolutionis continui, niſi quòd dum excẽrneret hãc materiã ob ipſius viſcoſitatem & tenacitatem, & ſuam molem læderet meatus, per quos ferebatur.

CONSILIVM CCXCVIII.

De vrinæ difficultate cum pruritu, dolore dorſi, ac renum, grauitate in inguine, & lue Gallica.

SVPPOSITA hiſtoria fideliter recitata,cõſideranda ſunt præcipuè ſymptomata, eò, quia vt hæc tollamus, à nobis conſilium petitur. Symptomata autem ſunt hæc. Primò quidem conqueritur de difficultate vrinæ cum quodam pruritu: hic enim magnificus vir cùm vult vrinam emittere, id liberè efficere non poteſt, imò dolore afficitur circa partes illas,& quodam (vt diximus) pruritu, ita quòd non poteſt liberè mingere, niſi prius exierit materia quædam craſſa,qua egreſſa facilis poſtea eſt exitus vrinæ. Deinde conqueritur de dolore circa renes & dorſum. Præterea eſt aliud ſymptoma: nam videmus eius vrinã colore glaucam admodũ, & eſt talis color tendens & propinquãs albedini,appellatur vulgò à Medicis glaucus,& talis vrina,quoad luciditatem, ſub obſcura apparet. Præterea quoad ſubſtantiam ipſam eſt ſubtilis: quo aũt ad cõtenta,hęc habet hypoſtaſim, ſiue potius ſedimentũ craſſum, viſcoſum. In ſuperificie etiã vrinæ plurima adeſt ſpuma. Hæc in vrina ſunt conſideramda, eò, quia is vir circa partes illas dicit ſe dolorem ſentire cum pruritu,& de illis conqueritur mẽbris,ex quibus

A exit vrina. Conqueſtus eſt etiam de alio,quòd in principio vrina eſſet fœtida, ita quòd ſecundum quod nobis retulit excellentiſs. medicus,qui curam huius Venetijs habuit,medici illi arguebant putrediné vlceroſam in veſica eſſe: hoc nos non vidimus,ſed ipſe ſic retulit. Sunt poſtea alia ſubſequentia ſymptomata ad hæc, ex quibus illud vnum eſt, quòd percipit pondus in inguine: ac etiam narrat quòd ſi incommodè pedem in terra figat,aut pedi inſiſtat,ſentit dolorẽ circa veſicam,
B & quò fortius figit, grauius. Habuit etiam morbum Gallicum: vnde fuit perunctus vnctione illa maledicta argenti viui, propter quam dentes ad vnum ex ore decidêre,licet viſum ſit,ipſum ab eo ſanatum tunc temporibus morbo. His viſis ſymptomatib. ac fideliter enarratis, ſingulorũ cauſas inuenire operęprecium duximus,quò recte curare,& tollere hæc ſymptomata valeamus: quoniã ab hiſce cauſis,ex quibus ſunt ſymptomata,curatiuæ ſumũtur indicationes. Conſideremus ergo
C ſingulorum ſimptomatũ cauſas. Primò quod ad difficultatem vrinæ, quam patitur, dicimus non eſſe in his immorandũ,ſcilicet in inueſtiganda huius ſymptomatis cauſa, enumerando cauſas omnes, quæ tale ſymptoma cauſare potuerunt, cùm aut imbecillitas membri ſit,aut materia,aut ambo, quæ materia collum veſicæ obſtruxerit, aut aliquod tuberculum: huius cauſa per ſe patet. Prætermiſsis itaque omnibus, dicemus cauſam ſuppreſsionis vrinæ eſſe materiam craſ-
D ſam adhærentem collo veſicæ, & obſtruentem meatum illum: obſtruendo enim ſupprimitur vrina, cuius ſignum euidentiſsimum eſt hoc, eò quia cùm prius laboret vt mingat, hac emiſſa materia ceſſat labor & dolor, & poſtea liberè mingit. Subſequitur poſtea ad vrinam emiſſam,& materiam craſſam, illud ſymptoma, pruritus in collo veſicæ,propterea,quia (vt bene dictum eſt à ſuo Doctore) hic magnificus vir calidę fuit temperaturæ,nunc autem cùm ſit in ætate ſe-
E nili,in qua dominatur frigiditas, pituita fuit reddita ſalſa & nitroſa,tùm propter aduſtionẽ, cùm fuerit calor naturalis diminutus, & auctus extraneus: tum propter putredinem humorum in ſenibus, ex quibus fit ſalſa pituita. Vnde hæc materia ſalſa cùm per collum veſicæ, quæ pars eſt maximè ſenſibilis, permeet cum vrina, cauſatur ille pruritus ea in parte, id eſt in collo veſicæ, in qua facilè figitur materia, cùm ibi ſint multæ cauitates, quemadmodum ex anatome
F poteſt cognoſci facilè. Et ſic habetis iam cauſas horum prædictorum ſymptomatum duorum, quare ſcilicet difficulter in principio mingat, ac etiam propter quid in ea parte patiatur pruritum, propter materiam ſalſam in colli veſicæ cauitatibus adhærentem. Cùm autem ſymptomata hæc tales habere cauſas, ſcilicet pituitam ſalſam declarauerimus, reliquum eſt vt videamus, à quibuſnam membris mandãtibus veſica talem recipiat materiam pituitoſam,& cur ſic
G magis ipſa,quàm alia membra fluxionem recipiat,ac etiam per quas vias demandetur: quia iam declaratum eſt, quæ ſit materia fluens,videlicet ſalſa,craſſa, deducta ad putredinem propter ali-

quam cauſam, item fœtidam diximus, quia prius perceptus eſt fœtor, licet nunc non adſit, cùm tamen fuerit quãdoque magnus, vt retulit nobiliſſimus vir. Et ita craſſa viſcidaque fuit hæc materia, vt in longum ſpaciũ cõtinuè traheretur, abſque hoc ſcilicet quòd diuideretur. Talis ergo fuit materia. Cur autem veſica potius recipiat ſuperfluitates quàm cætera membra, nunc videamus, quia ſolet etiã talis materia ad pectus, aut ad pulmones, ad pedes, ad articulos, iuncturas labi. Sed quid fuit in cauſa, quòd in hoc nobiliſsimo viro materia hæc ad veſicam defluxerit, non ad alium locum? In corporibus humanis aliquando aliqua pars alijs redditur imbecillior, & illud non modò contingit, vt ſcilicet pars aliqua reliquis ſit imbecillior propter aliquod accidens, ſed à natiuitate etiam. Vnde à natiuitate aliqui habẽt pectus adeò imbecillum, vt illuc ſemper defluat materia. Aliqui verò habent muſculos debiles, alij iuncturas in quibus articularis morbus non abeſt: alij veſicam, ſicut habuit hic magnificus vir: & ſic nõ modò ſecundùm accidens, aliqua pars alia eſt imbecillior, ſed, vt diximus, etiam ab ortu. Quòd fuerit per accidens aliquod veſica facta imbecillior, omnibus manifeſtum eſt: ſiquidem hic nobiliſsimus vir plurimùm equitauit, atq; in itinere perpeſſus eſt multa, ex quibus agitata fuit veſica propter illos motus, vnde eſt eius virtus reſoluta. Acceſsit ad hæc multus coitus, cui tòto vitæ tempore ferè fuit deditus: ex quo fuit euacuata humiditas radicalis, exiccata ſunt membra, & præcipuè quæ ſicca ſunt, vt eſt veſica. Hac autem reddita imbecilli, tranſmittunt fortiora membra excrementa ad illam. Et ſic quicquid fuerit in cauſa imbecillitatis veſicæ, aut victus ratio, aut id fuerit à natiuitate, ſatis ſit ſcire hoc, quòd propter eius imbecillitatem materias defluentes recipit, quoniam membrum fortius, vt lib. ſecundo de Potentijs naturalibus, & prima primi, doctrina ſexta, cap. 3. dixit Auic. expellit ſuperfluitates ad debilius, & minus nobile. Quòd autem ſit reddita imbecillis veſica, patet, quia eſt eius diminuta actio, quod indicatur ex frigiditate eius. Hactenus ergo habemus quænã ſit materia, & qualis, & quæ fluit: & quod ſit membrũ recipiẽs ſiue cauſa imbecillitatis eius ſit à natiuitate, aut propter rationem victus malam, aut ꝑpter aliud quod inciderit, nihil refert, quia non impedit curationem. His viſis, modò per quas vias defluat materia talis ad veſicam, exploremus. Viæ propinquæ, per quas defluat talis materia ad locum, ſunt vaſa vrinaria: per ſola hæc deuenit ad veſicam, & non per alia, niſi per reſudationem dicere velimus. Huius ſignũ eſt, quia ibi percipitur dolor in membris, quibus adhærẽt vaſa hæc vrinaria, ſcilicet in veſica & renibus, vt ſuprà diximus. Si enim materia defluxa eſt ad veſicam, & defluit, certè iter erit per vaſa deferentia talem materiam, & contingentia ad veſicam: ſed talia ſunt vrinaria, ſcilicet meatus qui à renib. ad veſicam ſunt & vreteres appellãtur, qui quidem renes recipiunt per venas emulgentes materiam vrinalem ab hepate. Ergo per renes neceſſarium eſt quòd materia tranſeat, & deinde per vaſa vrinaria ad veſicam: per renes inquã, quia eſt mem-

A brum ſuperius. Nunquid autem renes ſint & ipſi membra mandantia, inquirendum eſt. Dico nullum cõſpici vitium in rebus, propter quod talem mandent materiam: bene tamen crediderim ex receptione materiæ factos eſſe imbecilliores, ita quod malim ego dicere, recipere præcipuè à toto corpore, vt poſtea deueniat materia ad veſicam: & ſic ſint duo membra recipientia, tamen ad veſicam vltimò terminatur materia. Modo videndũ eſt, quæ ſint mandantia. Pro quo obſeruandum

B pituitam, quam dicimus eſſe materiam defluentem, partim in ventriculo, partim in hepate generari, licet differat pituita quę in hepate generatur ab illa quæ eſt in vẽtriculo: quia illa in hepate eſt miſta ſanguini & naturalis, hæc aũt non, vt ſecundo de facultatib. naturalibus. Dicitur aũt æquiuocè pituita quæ eſt in vẽtriculo, ſicut illa eſt q̃ fluit è naribus, impropriè ſic appellatur, ſed vera pituita eſt, quæ generatur in hepate cum ſanguine, & diſtinguitur ab alijs humoribus. Nunquid er-

C go ſit membrum principale mandans hepar? Notandum quòd corpus huius nobiliſsimi viri fuit calidiſsimum, quod patet ex multis ſignis, & talibus, vt mutata etiam temperatura denuntiet ſtatum præteritum: vt venæ latę, quę ſunt indicium vt dicit Hippocrat. hepatis calidi: ſemper enim manent, etſi mutata ſit temperatura. Præterea habitus corporis, habet enim multos pilos, habet corpus ſubnigrũ, virtus vitalis adhuc fortis: quæ omnia ſunt calidioris tẽperaturę ſigna, & dicit pe-

D des ita calere vt eius calciamenta adurerentur: illud autem erat propter motũm, ex quo vapores multiplicabantur, ac penetrabant per cutim ad calciamenta. Fuit igitur calidioris temperaturæ. Sed aliud eſt fuiſſe, aliud eſt eſſe: modò enim cùm deuenerit ad ſexageſimum annum, non adeſt amplius caliditas illa, ſed deuenit ad frigiditatem: cuius indicia ſunt ipſius excrementa, vt vrina: videmus enim vrinã admodum glauci coloris tendentis ad albedinẽ, qui quidem color atteſtatur

E frigiditatem. Si cõſideretis etiam vrinam quo ad luciditatẽ, hæc eſt ſubobſcura: obſcuritas autem indicat frigiditatem & ſpirituum diminutionem, & tales plerunque ſunt ſenum vrinæ. Deinde ſi attẽdamus ſpumæ quæ eſt adhærẽs, hoc ſignum eſt calorem eſſe diminutum, quòd non potuit materiam illam diſſoluere. Præterea ſedimentum eſt craſſum, quod denotat pituitã craſsiſsimam, & ſic frigiditatem membrorum: ſi enim pituita, quæ eſt naturalis, frigida & humida exiſtit, & ſen-

F titur, q̃tò magis hæc erit craſsiſsima, erit frigida. Et nõ tantùm ex ijs indicatur frigiditas membrorum mandantium, ſed etiam ex vno alio, ſcilicet ex multitudine vrinæ, quæ atteſtatur frigiditatem: quum enim ſit multa materia, ſignum eſt quòd non poteſt digeri à calore, & ideo euacuatur per vias conuenientes. Et ideo iam patet dominari frigiditatem, maximè cùm ſit ſenex, in qua ætate ſemper calor diminuitur. Præterea vſus eſt labore ſuperfluo, qui maximè facit ad exic-

G cationem humidi radicalis. Acceſſerunt coitus, & peſtis illa, ſcilicet applicatio argenti viui, quando laborabat morbo Gallico, quod quidem eſt frigidiſsimum, prout conſiderauêre optimè Arabes:

dico

dico Arabes, Galenus tantùm pro veneno agnoſcit, nec eius mentionem facit. Et notandum quòd Raſis dixit, argentum viuum non tantùm eſſe frigidiſsimum, ſed calidiſsimum in quartò. Sed crediderim quòd hoc vel ſit erratum interpretis (nam tanto viro tam craſſum errorem non adſcribo) vel quòd quidem Raſis dixerit, ſed intellexerit de ſublimato: id enim calidiſsimum eſſe in quarto verum eſt. At argentum viuum, de quo diximus, eſt frigidiſsimum, ita quòd & Auicenna dicat, hoc inducere paralyſes, ſtupores, &c. & penetrat ad medullas oſsium, ita vt extinguat calorem naturalem, & eſt vt venenum. Videtis ergo cauſas extinctionis caloris: primò eſt ætas ſenilis, mala victus ratio in ſex rebus non naturalibus, in quibus omnibus iſte peccauit: præterea vnctio illa. Quantum etiam ad id adiuuet infectio Gallica, non dixerim, quia vos ſcitis quantum durat, exiccet, quæ omnia faciunt ad exiccationem caloris, & humidi radicalis, & conſequenter ad vitæ breuitatem. Cùm tot ergo cauſæ concurrant, non tantùm dicemus pituitam generari in hepate, & multiplicari, ſed & in ventriculo, in capite, ex quo fiũt catarrhi, qui ſunt propriæ paſſiones ſenum: & hic etiam laborat catarrho. Et cùm (vt dixit ſuus excellentiſsimus Doctor) poſſit catarrhus fluere ad alias partes etiam ſubiectas, tamen quia in hoc viro veſica eſt pars imbecilliſsima omnium, ad eã fluit: nam inuenit vias, per quas deferatur ad veſicam. Et ſic iudicium meum eſt, quòd recipientia membra ſint duo, & renes, & veſica, quę vltimò recipit materiam. Mandantia autem primò ſunt hepar, quod generat nunc pituitam, cùm ſit lapſum à ſua temperatura calida ad frigidum, & ratione ætatis, & aliarum ſupradictarum cauſarum. Accedit & ventriculus multam generans pituitam: & inde eſt paſſus dolorem colicum, patitur & catarrhum. Et ſic caput etiam mandat, & omnia conſpirant ad fluxum: itaque non eſt mirum, ſi confluat materia multa ad locũ. Et hic adeò fuit catarrhoſus, vt cùm ſpueret, ſiue in templo, ſiue alibi, multi qui eum nouerant facilè ex viſo ſputo iudicarent hunc nobiliſſimum virum ibi fuiſſe: & adeò quandoq; expuebat, vt multum admirarentur Medici, & nunc etiam, licet à frigidis & humidis cibis, & pituitam generantibus ſe continuò abſtineat, tamen continuè multiplicatur talis materia. Collectis igitur omnibus, habemus quę ſint membra recipientia, quæ ſint viæ & vaſa, per quæ materia defluat ad veſicam. quæ quidem viæ ſunt latæ, & paratæ ad deductionem materię, propter duas rationes. Primò, propter caliditatem hepatis, quod dilatat, & ſic fiunt apertæ viæ: ſecundò, propter ea quæ ad talem viam dilatandam iuuerunt, vt fuit coitus inordinatus multus, equitatio, & huiuſmodi, quę trahunt materias ad renes & ad veſicam. Habemus & quæ ſit materia, quæ ſint membra generãtia. De cauſa ſalſedinis materiæ dictum eſt, illud eſſe propter putrefactionem pituitæ, cùm ſit iam ſenex: ex putredine enim, quæ ſequuta eſt, diminutum calorem naturalem, facta eſt pituita ſalſa, nitroſa, quæ ſalſedine ſua proritat partes illas. Ex iis ſubſequitur illud, quod percipit nocumen-

A tum in partibus inguinis, & cùm terræ figit pedem, & cùm mouetur inordinatè. Et circa hoc notandum quid dicant Moderni: inquiunt enim, huiuſmodi ſignis apparentibus indicari lapidem eſſe in veſica, qui lapis ibi conquaſſatur. Quum poſtea audiũt, quòd virga erigitur, huius cauſam aſsignãt, eſſe ſcilicet vapores in poros illos erumpentes. Excitatur & pruritus quidam ex materia ſalſa, qui eſt cum quadam delectatione, eò, quia licet ſit ſalſus, tamen eſt cum aliquali dulcedine.

B Hæc ſunt ſigna calculi poſita à Modernis, ita quòd iis poſitis ponatur & calculum ineſſe. Verùm huiuſmodi ſigna poſſunt etiam exiſtere ex materia craſſa flatuoſa: quare non concludunt de neceſſariò, quòd ſit calculus in veſica. Et ſemper aduerti vnum in tot colloquiis, vbi fuerunt excellentiſsimi viri Chirurgi, quòd ſcilicet nullum ſignum calculi ex his habeant: at ſemper volebant ad hoc videndum, an ſit calculus, vt immitteretur ſyringa: ſic & nos debemus etiam facere. Sed C hic crediderim in cauſa eſſe materiam, quam diximus craſſam, viſcidam, cũ aliquali ſalſedine. Et ſic habemus ſymptomata, & cauſas eorum.

De prognoſtico autem quid dicam? Id videlicet quod Hipp. in Aphor. & declarat Gal. Nephritici ſenes nõ curantur. Habemus prognoſticum hoc, quòd non curabitur curatione perfecta, quæ totum auferat morbum, ſed bene poterimus prohibere, ne tanta materia generetur: cauſam enim generationis pituitæ licebit diminuere, ſed non D omninò tollere, ex ætatis diſpoſitione, in qua nũc eſt: prohibebitur autem recta victus ratione. Et ſic oportet hunc nobiliſsimum virum aliis negociis poſtpoſitis, ſoli rationi victus attendere, vt ſunt res optimi nutrimẽti, vinũ habens bonum odorem, quod declinet ad aliquam vim incidendi. Vtatur cinnamomo, aniſo, ante cibum, quæ poſsint calefacere: at non exiccetur, ſed humectetur, cùm iam ſit ſenex, ex optimis alimentis. Sed etiam exerceat moderatè, vt dicit Galenus in fine E 5. de Sanitate tuenda.

Balneum autem aquæ dulcis quantum confert? Dico nihil conuenientius poſſe inueniri, & hortor vt bis in ſeptimana temporibus debitis vtatur balneo huiuſmodi, quia optimum eſt auxilium, quoniam ſubtiliabit materiam, adiuuabit calorem innatũ, & conſequenter concoctionem, confortabit membra, & in illo immoretur, donec voluerit. poſt vngatur oleo illo de roſis, quod moderatè calefacit, ne tranſpiret calor. Caueat ab F accidentibus animi, & ſe gerat benè in omnibus ſex rebus non naturalibus, recta victus ratione inſtituta. Purgarem etiam, materiam tamen prius præparatam & concoctam. Tandem deuenirem ad corroborationem membrorum affectorum: quia alteratio ſit, facta euacuatione eradicatiua. Sed quoniam in principio adeſt aliqua materia apta ad euacuandum, vterer lenientibus ventrem, vt caſsia, manna, ſyrupo roſato ſolutiuo. Hoc facto, eſſetne commodum mittere G ſanguinem? Sed cùm ſit ſenex, & ſit materia craſſa, viſcoſa, non mitterem. Poſteaquam leniiſſem ventrem, præpararem materiam, deinde euacuarem, & procederem cum incidentibus hanc ma-

A teriam craſſam viſcoſam, vt cum ſyrupo de betonica, de liquiritia, melle roſaceo, oxymellite ſimplici & compoſito. Concocta materia euacuarē cū pillulis aggregatiuis, aut confectione hamech aut cochiis, aut cū pillulis agarici: & vellem quòd vteretur ante prandium horis tribus diaſpolitico diacalamento. His factis deuenirem ad alterationem membrorum, vt renum, ne amplius materia per has partes ad veſicam expelleretur. Et id agerem medicamentis roborantibus renes, &
B ventriculum, & alia membra: eſſent autem medicamenta, quæ non ſint valde calida, vt aromaticum roſatum, ſyrupus de cichorea, diacalamen tum. Nunc pro corroboratione purgato corpore vterer balneis Patauinis Aponenſibus, quę ſi calefacerent, corrigerem hoc Calderianis. Denique cauteria cica crura probarem.

CONSILIVM CCXCIX.

De ſtranguria & dolore genitalium ex caſu.

C VIDAM ex alto cadens in aſſerem, pedibus expanſis, eo modo, quo equorum ſellas conſcēdimus, partes inguini vicinas læſerat, & præcipuè veſicæ collum, ita vt vrinæ quandam difficultatem ſentiret, & ſæpius, imò ſingulis horis ferè tam noctu q̄ interdiu mingere cogeretur, nec tamen liberè, ſed guttatim propemodū, interdum etiam pus emitteret, ac dolores ingentes circa veſicæ
D collum, & vicinas partes ſentiret. Montanus rogatus hæc ordinauit, & quidem ea ſubitò inſtitui voluit, quia omninò metuebat apoſtema. Primò cibus ſuus erit talis: ſemper pro ferculo ſuo vtatur ptiſana hordeacea cum ſaccharo, deinde comedat oua recentia, tremula ſimul cum ſuo albumine. Poterit etiam carnes comedere vel pulli, vel auium paruarum, abſtinebit omninò à cibis ſalſis, piſcibus, caſeo, leguminibus, carnibus antiquis. Bibat vinum album ſubtile, dilutum, cum
E aqua mulſa, ſiue decocta cum ſaccharo. Semper ante cibum manè & ſerò per horam comedat vnciam vnam ſacchari roſati. Item bis in die ante prandium ac cœnam ſedebit in decoctione infraſcripta actu calida, ſuauiter & ſine labore.

R. Roſarum rubearum M.iiij.
Radicum conſolidæ maioris ℥.iiij.
Radicum althææ,
Radicum maluæ ana ℥.vj.
Florum chamæmeli,
F Anethi ana M.iij.
Saluiæ,
Betonicæ,
Roriſmarini ana M.vj.

Decoquantur omnia ſimul in aqua & vino, æqualibus partibus cōmiſtis, ad conſumptionem tertiæ partis, & in decocto actu calido bis ſedebit in die, ante prandium & cœnam, ſicut dictum eſt. Deinde ſe vngat circa collum veſicæ, id eſt, inter
G anum & teſtes, & inguem vtrinque, ac totam pubem oleo infraſcripto:

R. Olei chamæmelini,
Roſati,
Liliorum alborum ana ℥.ij.
Vini albi optimi ℔.j.
Lumbricorum terreſtrium ℔.s.

Abluantur lumbrici in vino bono duabus aut tribus ablutionibus, deinde decoquantur in iſtis oleis cum prædicto vino aromatico, vſq; ad conſumptionem vini, & cum oleo inungantur loca ſupradicta. Item,

R. Rhabarbari optimi ʒ.s.
Garyophyllorum gr.x.
Puluerizentur: deinde,
R. Mellis roſati ℥.j.
Aquæ conſolidæ ℥.iij.

Miſceantur omnia ſimul cum prædicto rhabarbaro puluerizato, & detur in potu ſingulis vicibus calidum, hora ſyrupi circa auroram. Item ſi non habeat beneficium alui, vtatur clyſteribus cum decocto furfurum, malua & conſolida, addito oleo communi, & roſati mellis vncias iij. Quieſcat etiam, molliter ſedeat, & nunquā ſupra rem durā perſeueret, maneat in lecto molli, quieſcendo, donec dolor vrgeat. Vbi hæc fecerit, & adhuc dolor adſit, laudo vt manè bibat vnum cyathum lactis recētis ouini, ſimul cum vncia ſacchari, vel vncia j. penidiarum, quod fortaſſe erit melius.

Cuidam in difficultate vrinæ, cum pruritu virgæ, qui quandoque mingebat aliquid ſanguinis, poſt purgationem & potum thermarum Apponenſium, ordinauit vt biberet lac ouis cum ſaccharo, vel ſi hoc habere non poſsit, lac capræ, ſed cum maiori ſacchari portione.

CONSILIVM CCC.

De teſtium pruritu.

OMES quidam complexione calida & ſicca, patiebatur pruritum in ſcroto & femore, ita vt ſæpe cogeretur ſcalpere locum. Exibat autem aliquando virus tenue quoddam poſt fricationem. Et per aliquot menſes malum illud habuit.

Cauſæ. Intemperies calida loci, facta ob perpetuum fluxum humoris calidi cholerici, aut pituitoſi ſalſi ab hepate, quod dicebatur nimis eſſe calidum.

Cura. Mundetur corpus. Deinde dentur ſyrupi de fumoterræ, de endiuia, de cichorio cum rhabarbaro, &c. Et purgetur aliquoties cum hamech & electuario roſato. Item caſsia cū rhabarbaro eſſet conuenientiſsima: caſsia enim refrigerat temperiem calidam hepatis, & quia rhabarbarum additum eſt, non relaxaret ſtomachum, educeretq; bilem. Inter omnia tandem phlebotomia eſſet conuenientiſsima, & ſatis copioſa, quia educeretur iſte humor aduſtus & craſſus, & infrigidaretur hepar. Voluit Friſimelica in vtroque brachio eſſe ſecandā venam. Factis diligentibus purgationibus, alterari debet hepar cum linimentis frigidis, cū electuariis & aliis. Si iſte fluxus ad teſtes non ceſſaret, oportet cauteria fieri in cruribꝰ, ad auertendū (ego tamen in brachiis magis ſuaderem.) Ad locum teſtium adhibitum eſt à chirurgo linimentum ex ceruſſa, ſulphure & aceto confectum. Et ſatis ad propoſitum. Nam ceruſſa infrigidat, ſulphur prohibet obſtructionē & oppilationes,

pilationes,& facit aliquantulum ad reſolutionem pruritus, acetum facit ad penetrationem. Voluit tamen Montanus,vt fieret ſemper fomentatio ex malua,althęa,furfure, quæ abſtergeret propè em plaſtricitatem ceruſſæ ante inunctionem, & po- ſtea apponeretur illud linimentum.

Consilivm CCCI.

Regimen in Gonorrhœa.

QVANTVM attinet ad victus rationem, cauebit à laboribus ſuperfluis animi & corporis, præſertim poſt cibum, neque ſcribet, neque ambulabit, neque ſe exercebit eo tempore: & quantum fieri poteſt abſtinebit à vino potenti, & parcè vtatur tenui, medij coloris, & mediocriter limphato. Non comedat diuerſos cibos, ſed erit vnico contentus, abſtinebit à rebus ſalſis, à lacticiniis, & leguminibus, & rebus vnctuoſis & pinguibus, præſertim butyro, & rebus frixis in ſartagine: non bibat intra cœnam & prandium, & præcipuè poſt cœnam vtatur Venere parcè, & fugiat ea vti poſt cibum: vel ad commodum vxoris. His ita conſtitutis, quantum attinet ad medicamenta, ita ſe purgabit.

R. Florum caſsiæ ℥.s.

Fiat bolus cum zucchâro, ſemihora ante prandium ſumatur.

R. Syrupi acetoſi ſimpl. roſati ex infuſione ipſarum ana ℥.j.
Decoctionis infraſcriptæ ℥.iiij.

R. Florum vel ſiliquarum recentium fabæ ℥.iiij.
Florum endiuiæ m.ij.
Florum piſorum ʒ.ij.

Bulliat in tribus libris aquæ ad conſumptionem tertię partis. Deinde factâ expreſsione ſerue tur decoctum pro ſex ſyrupis.

R. Rhabarbari electi ʒ.ij.
Spicæ gr.vj.

Infundâtur in aquam lactis per totam noctem, vnde facta diligenti expreſsione colaturæ. Adde colaturam.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.j.

Miſce & fiat potus dandus in aurora cum cuſtodia.

R. Zucchari roſati ℔.iij.

Sumatur vncia ſemis ante cibum bis in die, ſpacio vnius horæ.

R. Boli armeni orientalis ℈.j.
Decoctionis infraſcriptæ ℥.vj.

R. Radicis conſolidæ maioris ℥.vj.
Baccarum myrti ℥.iiij.
Menthæ ſiccæ ℥.ij.
Siliquarum pinguium.

Bulliant omnia ſimul in aquæ cuſcutæ libris ſex ad conſumptionem tertiæ partis, referuetur in vaſe vitreo, vtatur ſemper in aurora calidè, loco & hora ſyrupi.

R. Gummi tragacanthi diſſoluti in aqua roſati ℥.iij.
Albuminis ouorum ℥.iiij.

A Thuris maſculi ʒ.iij.
Zacchari albi ad pondus omnium.

Miſce, fiat confectio, de qua ſumatur ℥.s. ſingulis vicibus, mediatè ante prædictum ſyrupum.

R. Succi myrtillorum vel ſucci foliorum.
Myrti,
Plantaginis ana ℥.ij.
Succi ſemperuiuæ ℥.j.
Vnguenti ſandalini ℥.ij.

Cum modico ceræ albæ, reformetur linimen-
B tum pro renibus. Item comedat loco acetarij germina menthæ vel ſiſimbrij cum lactucis. Itē poſt duos aut tres ſyrupos primos ante purgationem mittatur ſanguis à vena baſilica dextri lateris, & extrahatur quantum videbitur expedire.

Consilivm CCCII.

De impotentia virili pro domino Germano Styrio, dictatum Veronæ, Anno 49.

C PRO curatione affectus prẹter naturā, primò animus curandus eſt: nā quod maximè pertinet ad hoc corpus, hominemq; ad Venerem incitat, eſt ima ginatio delectabilis voluptatis, & omniū rerum iucundarū. Proinde ſi quis vel metus vel timor, vel aliquid prẹterra quod ad Venerea pertinet, animum occupauerit, vel debilitet vel nihil omnino poterit. Eſt ergo plurimùm ſedandus animus prudentia, & amicorū cōuerſatione iucunda, cō
D fertq; ad hoc habere in cubiculo imagines & picturas rerum feſtiuarū, vt hominum cū pulchris mulieribus blandè conuerſantium, & ſe inuicem attrectantium. Parato igitur animo & præparato corpus ita curabit. Primò vtetur cibariis generantibus optimum ſanguinem, vt ſunt oua ſorbilia, carnes iuuenes pullorum, hœdorum, perdicum, phaſianorum & ſimilium. Vtatur vino optimo dulci, ſed parcè. Nam vinum moderatè ſumptum calefacit, ſi verò ſumatur immoderatè, oppoſitū
E facit: refrigerat enim & totū corpus ſtupidum & paralyticū reddit. Exerceat ſe manè exercitio aliquo delectabili, ſicut venando & equītādo huiuſmodi. Exercitiū tamen ſit nō laborioſum. Vtatur frequenter ante & poſt cibum nucleis pinearum piſtaceorum ſiue cum zacchâro cōditis ſiue ſine zacchato. Ex aromatibus vtatur præcipuè nuce muſchata, mace, calamo aromatico. Rapæ ſi fuerint aromatibus & zuccharo cōditæ, & ad hoc opus etiam conferent, & radices dauci, & illæ quas
F vulgò carotas vocant. Vtatur linimento ex oleo benzoino, vtrinque circa pectinem, teſtes & ſpacium quod inter ipſos & anum eſt. Promptitudo coniugis & prolectamenta multùm quoque ad hanc rem facient. Quia putabat etiam redundare humorem melancholicum, ſequentia inſtituit:

R. Specierum hieræ ʒ.ij.
Florum caſsiæ ℥.j.

Cum zuccharo fiat bolus, ſumat hora vna ante prandium.

G R. Oxymellis ſquillitici,
Syrupi de cichoreo Nicoli ana ℥.j.
Decoctionis boraginis in iure pulli iuuenis ℥.iiij.

Miſce pro vno & ſic pro aliis: poſt bibitos duos ſyrupos, mittatur ſanguis ex baſilica dextri lateris, ad octo vel decem vncias. Poſt ſyrupum accipiat hanc medicinam in aurora cum cuſtodia.

℞. Confectionis hamech ℥.s.
Trochiſci alhandal gr.vj.
Miſce cum zuccharo, fiat bolus.

℞. Myrobalanorum,
Indici,
Citrini,
Chebuli,
Belliricorum ana ℥.j.

Contundantur groſſo modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium; poſt infundantur in ſex libris aquæ fumiterræ, dimittantur per diem & noctem. Deinde,

℞. Polypodij,
Epithymi,
Foliorum ſenæ ana ℥.iij.
Liquiritiæ,
Seminis citri ana ℥.j.
Garyophyllorum ℥.s.
Corticum radicis ellebori nigri ℈.iij.

Decoquantur omnia ſimul ad conſumptionem medietatis: deinde facta diligenti expreſsione & colatura,

℞. Huius decocti ℥.vj.
Iuleb violati ℥.ij.

Sumat manè in aurora totum, & ita perſeueret per dies ſex. Poſt totam hanc purgationem, vtatur per vigintiquinque dies continuos zuccharo roſarũ manè & ſerò hora vna ante cibum pondere ℥.s.

CONSILIVM CCCIII.

Pro exhauſto venere.

ABDVCTA puella quidam exhauſtus eſt, ita vt nullum membrum mouere poſſet. Sequutus vomitus choleræ praſinæ & febris intenſa. Montanus vocatus dixit, Exhauſtus eſt, & nutrire non poſſum propter febrem, quid agam? Augerentur enim cruditates maioresque fierent putrefactiones, & intenderetur febris. Febris arguit ſuper repletionem, & non poſſum eum euacuare propter exhauſtos ſpiritus. Sentiebat puncturas in laterè ſatis magnas, præſertim cùm moueretur. Expuebat materiam viſcoſam, ſubnigram, & ſanguinolentam interdum cum tuſsi: ideoque alij Medici pleuriſin eſſe putabant. Montanus ex anhelitus leuitate colligebat non eſſe pleuriſim, ex tuſsi minus frequenti, dolore non continuo, & pulſu licet debili, non tamen ſerrino: tamen nihil temerè pronunciauit, donec cũ altero Medico loqueretur. Inſtituit victum panatellam cum brodio pulli iuuenis, vel lacte ex ſeminibus melonum, & tribus vel quatuor amygdalis: euacuauit clyſteriis, & vſus hoc ſyrupo:

℞. Syrupi ex infuſione roſarum,
De ſucco endiuiæ ana ℥.j.
Aquam boraginis q.s.

Recitauit Montanus hiſtoriam (quia Medicus alter putabat pleuriſin, & ſanguinem mittere vo-
A lebat) dixit: Quidam vna nocte multis vicibus ſe exhauſit: ſuperuenit febris vehemens, Medicus mittere voluit ſanguinem, ſed alius iuſsit aſſari columbos, & expreſſum torculari ſuccum, quem miſcuit cum iure pulli & modico vini ac zucchari, addendo paululum muſci: item ouis recentibus, & ſic eum refecit. Sequenti die ordinauit:

℞. Florum chamomillæ M.j.
Farinæ,
Fœnugræci,
B Seminis lini ana ℥.j.
Roſarum rubr. M.j.s.

Decoquantur cum aqua communi, & fiat fomentatio cum ſpongia.

℞. Olei chamomillæ,
Amygdalarum amararum,
Roſarum completi ana ℥.j.

Liniatur locus dolens.

℞. Succi liquiritiæ,
Zucchari penidij ana ʒ.ij.

C Cum ſyrupo violato miſce, fiat lambitiuum, de quo ſumat ſæpe parum, & detineat in ore vt deferatur ad pulmonem. Septimo die cùm tuſsis remitteret, & ſputum facilè ſuccederet, ſine febri eſſet, nec ſentiret dolores: vinum dedit paucifeferum, carnes item pullorum. ſed omnia ſubitò ingurgitanda.

CONSILIVM CCCIIII.

Ad erectionem membri.

D PRIMÒ caueat à refrigerantibus, inter quæ eſt vinum nimis dilutum aut acidum, quod hæret in venis, & facit tormina ſuſpenſum in viis. Item ab eſu herbarum frigidarum nimio. Partes inferiores non exponat aeri frigido. Vtatur vino dulci, carnibus optimis. Omnia grana conueniunt, legumina, & piſces omittendi. Caueat animi moleſtias, ſingulis diebus manè ſumat hoc electua-
E rium tribus horis ante prandium:

℞. Nucis muſcatæ,
Doronici,
Linguæ auis ana ʒ.iij.
Renum ſcinorum ʒ.ij.
Radicum ſatyrionis ℥.ij.
Croci ℈.j.
Farinæ ciceris ʒ.ij.

Cum optimo zuccharo albo. Deinde illinat totum pudendum, & ſpacium inter anum & teſtes
F hoc vnguento:

℞. Storacis liquidæ ℥.j.
Benzoini ſtoracis,
Calaminthæ ana ʒ.iij.
Olei de ſpica ℥.s.
Calami aromatici ʒ.vj.
Croci ʒ.j.

Puluerizentur puluerizanda, miſce pro linimento.

G *Ad pollutiones nocturnas.*

℞. Roſarum rubr.
Sandalorum,
Citrinorum ana ʒ.j.

Siſimbrij

Siſimbrij ſucci,
Agni caſti ℈.j.
Sandaracæ j.
Vercicis ℈.ij.

Miſceantur, & cum zuccharo & aqua agrimoniæ fiant rotulæ, de quibus ʒ.ij.accipiat. Item,

℞. Seminis agni caſti ℈.ij.
Sandalorum,
Citrinorum ℈.iij.
Roſarum rubr. ℈.iiij.
Vnguenti infrigidantis Galeni, recentis ʒ.ij. Miſce pro linimento.

CONSILIVM CCCV.

De ingenti teſticulorum pruritu. Anno 1544. Ianuarij 21.

CASVS recitante Stephanello. Laborauit, materia colliſa in digito pedis ſiniſtri: & quia non abſtinebat ab ocreis & fatigationibus, apoſtema ibi ortum eſt. Chirurgus ſanauit, neglecta corporis purgatione. Poſtea anno præterito in æſtu, & maximis clamoribus, vt miles equitauit per totam Italiam. Incidit in pruritum in ſcroto, inde materia paulatim exiuit, ſecta eſt vena, bis euacuatus eſt etiam pillulis & ſyrupis, venas hęmorrhoides adhibuit, & localia etiam adhibita. Nihil tamen proficiens huc ſe contulit.

MONTANVS.

Clariſs. Doctores, ex quo audiui caſum optimè expoſitum prorſus deberem abſtinere à locutione: ſed tamen vt ſatisfaciam magnificis viris, q huc me vocârunt, & ſcholaribus & meo etiam officio: dicã pauca, ſupponendo hiſtoriam, quam clariſs. Doctor, qui primò locutus eſt, diligenter expoſuit. Vnũ eſt cuius cauſa ſumus vocati, qđ eſt principaliter conſiderandum. Habet enim circa ſcrotum teſticulorum, & circa partẽ infimam femoris, circa coxas pruritum quendam, vt non poſſit abſtinere quin ſcalpat omnibus horis: id eſt ſymptoma, quod vrget S.D. ſed quia cognitis cauſis varius poteſt eſſe lapſus, neceſſariò oportet quantitatem lapſus ſcire, ſi volumus rectè applicare remedia. Nihil enim eſt quod facit magis ad exquiſitã curationem, q̃ noſſe lapſum & quantitatem ipſius: quam licet exquiſitè cognoſcere non poſſumus, ꝓpterea quòd temperatura quandoque exquiſitè cognoſci nequeat, tamen propè accedemus: etſi gradum ſcire difficilimum eſt. Sed iſti clariſsimi Domini optimè conſiderarunt temperaturam, ex quo viderunt habitum & colorem corporis, ea enim ſunt quæ indicant temperaturam corporis, & maximè hepatis & cordis. Primùm ab hepate incipiemus, quod præcipuè facit temperaturam: licet à corde fluat calor perpetuò, tamen ex eo generatus ſanguis & caro, deinde ex ſanguine ſpiritus & calor: qui poſtea alterantur in corde, & fiũt vitales ſpiritus, in cerebro animales: color eſt niger, pilos habet nigros, vnde dominiũ caliditatis indicatur, totus habitus eſt muſculoſus, venæ amplę, multitudo pilorũ. Hæc ſunt indicia caliditatis hepatis. De humiditate au-

A tem & ſiccitate: quia calor tantus in hoc corpore, plurimum ſanguinis generatur: qui non habet ſiccitatem neque humiditatem excedentem, ſed temperatus eſt in his. Docet idẽ, quia plurimum carnis habet, & plurimum pinguedinis, vt Gal. 2. de Temp. Hic habet ſolidas carnes. Eſt ergo calidus & in humiditate & ſiccitate temperatus, 2. Artis paruæ. vbi loquitur de magnitudine corporis, quòd proueniat ex multitudine materiæ & calore. ſi igitur magnus eſt hic vir, ſit ob multitudi- B nem materiæ & calorem: ſiccitas autem inobediens eſt ad extenſionem. Quantùm ad cor, ex operationibus quæ ſunt in ipſo & ex ipſo cognoſcitur temperatura eius. Non verſatus ſum cum hoc nobiliſsimo D. quare non poſſum exquiſitè hac de re iudicare. Videtur tamen conſtantiſsimi animi, ſed quia tota hæc temperatura noſcitur à diſtemperatura hepatis, ſufficit nobis eius temperaturam noſſe. Dicimus igitur, quòd hepar calidũ eſt & temperatum in ſiccitate & humiditate. Vi- C dendum iam an iſtud ſymptoma ſit per eſſentiam, aut per conſenſum. Eſt hic pruritus cum dolore, eius cauſa vel erit mala temperatura, vel ſolutio continui. Certum eſt quòd in his teſtibus eſt vel mala temperatura, vel ſolutio continui, & credo vtrumque reperiri in hoc loco: quædam enim ſymptomata ſibi cohærent. Galenus in libro de Tremore & Spaſmo, dicit, quòd materiæ ſubtiles, quæ mouentur ad locum, facillimè penetrant cutim, ſi materia craſſa ſit & frigida, in D muſculis hærens, facit tremorẽ: ſi tamen ſit ſubtilior, facit ſcabiem: ſi autẽ ſubtiliſsima in ſuperficie cutis, facit pruritum, de cauſis ſymptomatis. Materia quæ excitat dolorem pungitiuum, prouenit à ſubtili vel pituitoſo humore, qui putrefactus ſalſus efficitur. In hoc eſt vtrumq;, partim ex putredine: quod iudicatur ex mole corporis, bene comedit, melius bibit, parùm ſe exercet, calidi eſt hepatis, pituitoſa autem hæc materia proxima eſt corruptioni: partim ex ſubtili etiam ma- E teria, quia ibi generat multum bilis, & plurimum etiam de fæce ſanguinis. Nam ex mala victus ratione ſequuntur infinita incommoda, ſed quia huiuſmodi pruritus non ibi generatur, ſed fit per defluxum aliunde, ſequuntur quatuor. Primò locus vnde fluit: ſecundò, viæ per quas: tertiò, locus ad quem: quartò, materia: quæ omnia conſideranda. Viæ ſunt venæ per quas defluit. Membrum vnde fluit eſt hepar, quod naturaliter calidum eſt: nec mirum ſi accedẽtibus cauſis extrin- F ſecis, fluxionibus ſit ſubiectus. armatus p totam Italiã equitauit, exercuit ſe in maximis caloribus ſtatim poſt cibum, quod quantũ faciat ad malas coctiones, cùm hepar eſt in motu, omnes cognoſcitis: & poſtea vina potentiſsima. Locus ad quẽ fluxit multiplicata materia, debilitatus eſt: neq; fuiſſet factus defluxus ad eum locum, niſi debilitas membri id paſſa fuiſſet: humores enim non fluũt niſi à membro validiori ad debilius. Poſtea equitatio multũ facit ad hoc, qđ teſtes patiantur, G & humor ad hæc loca declinauerit, vnde & materia reſoluta eſt, & facta via cõmunis ad defluxum. Curato aũt pede, quod ineptè chirurgus fecit, vt ſine euacuatione curaret, facta reſtrictione in eo

loco, materia quæſiuit alium, defluere autem partem materiæ etiam à liene probabile eſt: multiplicantur enim humores in corpore, & cùm lien plenus ſit humore ſuo, ratione obiecti regurgitat materia per venas, & ita cauſat ſymptoma. Hæc ſufficienter dicta ſunt in teſtimonium rerum, quæ enarrata ſunt ab Excellentiis veſtris.

Prognoſticum. Quando membrum regale, vt hepar hoc loco, aſſueuerit mittere excrementa ſua ad locum imbecilliorem, curatio eſt difficilis.

Quando ſit curandus. Hoc tempore hyemis non poteſt aggredi curam perfectam, nihil molia tur in hyeme: humores ſunt congelati, non obediunt medicinis, & aliquid valide eſt agendum, quod fortaſsis noceret. Interim donec determinetur curatio, quãtùm ad caſsiam, nũquam eam præterirem. Facit enim tria quibus indigemus: primò euacuat humores: ſecũdò alterat hepar, reſpectu enim hepatis calidioris, frigida eſt & humida: tertiò diuertit materiam à ſcroto p ſeceſſum: & quia caſsia fluida admodum eſt, & non habet vim aliquam aſtringendi, longus vſus eis laxat huiuſmodi membra. Rhabarbarum autem corroboraret & ventriculum & hepar, & aperit obſtructiones, ſi igitur ſimul miſcerẽtur, optimum eſſet. Poteritis idem facere cum ſyrupo roſato ſolutiuo. Victus ſit parcior quàm ſolet, ita tamen parcus, ne ſanguis aduratur, pulli facillimè aduruntur, & inde fierent acuti humores: ideo oportet craſsiora exhibere. Oriza optima eſt ad hoc, vt viſcoſitas humoribus addatur. Lac amygdalinum, ptiſana, fercula herbarum dentur aliqua: borago, lactuca, quæ inter omnia olera accedit ad hoc, vt bonum generet alimentum, & ſanguinem craſsiorem, quo nos indigemus. Vinum, quia conſilium noſtrum eſt alterare, & nihilominus conſideranda eſt conſuetudo, Hippocrate teſte: vt virtus inſtauramentum. Ideo velim, ne pura aqua detur, ſed vinum ceſiolum, in quo non ſit aliquis calor prorſus, & ſit tenue, quia optimè penetrat ad partes, accipiat aliquam vini portiunculam cum aqua. Localia nũc laudo emplaſtrum illud chirurgi ex ceruſſa aceto & ſulphure bona ratione cõfectum, vellem vt per interualla vtatur etiam hoc, ad diſcutiendam materiam, vt diffletur & fiant euaporationes, & aperiantur pori, & obtundatur acrimonia materiæ, decocto ſcilicet maluarum cum furfure, endiuia & radicib⁹ althææ. An phlebotomia facienda? Optimè conſulis, euacuat enim & alterat: & tempora, & ætas, & omnia probabunt, in maxima copia euacuabit, ſi phlebotomatus fuerit bis, vnde optimè ſemper ſe habebit. Detur poſtea ſyrupus cichoreæ Nicoli, cum decoctis appropriatis, eo tempore euacuatio fiat cum confectione hamech, & ſyrupo roſato ſolutiuo, ſed hæc erunt conſulenda tempore Veris. Sufficit modò declarare intentiones, ſi poſtea omnib. dictis iam effectis, adhuc perſeuerarent iſtæ fluxiones, neceſſariò facienda erit à loco diuerſio, & fiet cum cauteriis in crure: vel in ambobus ſi opus erit.

CONSILIVM CCCVI.

Ad ramicem inteſtinalem, datum 1547. Iunio menſe.

Et locus & modus tumoris, & materia exiens, quę proculdubio inteſtinum eſt, manifeſtiſsimè indicant verum eſſe ramicem inteſtinalem, non ex apertione, ſed ex ruptura peritonæi. Propterea cura perfecta nõ eſt tentanda quam omnino fieri non poſſe arbitramur, præcipuè cum tam diu perſeuerauerit. Sed quę cura adhiberi poteſt, ne in deterius decidat, & vt conſueta negocia tranſigat, talẽ eſſe iudicauerim. Primò vt perpetuò ſe abdicet ab aere frigidiore, circa partes illas affectas, & à frigore pedum, quanquam etiam totius corporis quantum fieri poteſt: euitetq; & niues & pluuias, quæ vel caput vel alias corporis partes humectent & refrigerẽt. Caueat à quocunque valido motu, ab equitatione equorum tollatim, vel incommodè ambulantium, & à ſella duriore & aſpera, & à ſtaphis longius productis, & ne equitet poſt cibum & potum, illud enim peſsimum eſt. Caueat à coitu præcipuè intento, à retentione anhelitus, & nimia compreſsione ventris, à clamore & vociferatione, à fiſtularum ſono, & præcipuè earum, quæ vulgò corneta dicũtur, ab occaſione tuſsis & ſternutationis magnæ. Effugiat cõpotationes & commeſſationes, ſitque pauci victus, biſque tantùm in die comedat & bibat, in prandio ſcilicet & cœna. Cibaria ſint ſimplicia vnius generis, minimè flatuoſa, ſed boni nutrimẽti. Peſsima ſunt omnia lacticinia, piſces, legumina, olera, allia, cępæ, acetaria & huiuſmodi paſtilia, & res frictę in ſartagine, caſtaneæ, & tandem omnia quæ flatuoſa ſunt, ac vina dulcia ac craſſa, & noua turbida, quale muſtum eſt. Caueat à fructibus, præcipuè vuis & pomis cuiuſcunque generis, caueat à potu aquæ, & præcipuè ſi admiſceatur cum vino, habeat quotidie beneficium alui, neque hoc dimittat, quãtum fieri poteſt: quod ſi quandoque deficiat, ſuppleat vel cũ clyſteri cõmuni, vel cum pillula vná aloes ſimplicis ad ſcrupulum vnũ ſumpta per horam vnam ante cœnam. Vel cum terebinthina ad pondus drachmæ vnius ſumpta tribus horis ante prandium. Vtatur ſæpe pillulis de hiera ſimplici ſcilicet ter vel quater in menſe, ſitque pondus drachmæ vnius hora vna ante cœná. Deſcriptio autem pillulæ talis eſt.

R. Cinamomi,
Croci,
Cubebarum, Maſtichis,
Aſari. Spicæ ana ℈.ij.
Aloes optimi ℥.j.s.

Pulueriz ẽtur omnia p ſe. Aut verò ter in menſe ſumat pinguis, ac puriſsimę reſinę laricinæ ℥.s. cum ℥. j. ſpecierum hieræ. Faciendo bolum cum zuccharo, ſumat autem tribus horis ante prandium. Quantum verò ad extrinſeca & localia attinet: primò tumorem rupturæ leniat blandè ſingulis diebus, ſumendo cum oleo anethino. Poſtea vbi ex recta ratione victus, purgationibus & linimento retroceſſerit inteſtinum ad interiores partes, quemadmodum conſueuit, tunc apponat ceratum firmiſsimè adhęrẽs loco, & cõficitur vulgò apud aromatarios, & appellatur ceratum de pelle arietina, vel ceratũ quod vulgò dicitur pro crepatis. Deinde ſupponat ligaturam ab optimo artifice

artifice ita compoſitam, vt & firmiſsimè adſtringat & ſuſtineat, & minimum aut nullum excitet dolorem, ſitque mollißima & leniſsima tactu, quantum fieri poteſt. Ea figuram hemiſphærij habeat, vt planum eius ſit intrinſecus, cõuexum in trinſecus ſupra rupturam. Sitque illa conuexitas ſenſim rotunda, nec multùm protuberans, ne nimia compreſsione fiat dolor. Fit autem iſtud hemiſphærium maſticãdo chartam communem, & figurando modo prædicto, eam ante die ac nocte loco affixam tenebit: ſingulis autem quibuſque quindecim diebus, aut ſaltem tribus ſeptimanis, ceratum innouabit. Hæc ſunt quæ ad poſsibilem curam mihi præcipuè præſtare videntur. Cerati deſcriptio hæc eſt.

℞. Lithargyrij auri,
Lapidis hæmatitis,
Sanguinis draconis,
Boli armeni,
Maſticis,
Armoniaci,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris,
Coſti ana ℥.s.
Lumbricorum terreſtrium,
Picis naualis,
Colophoniæ,
Ceræ albæ, rubeæ ana ʒ.j.
Radicum conſolidæ maioris,
Mediæ minoris ana ʒ.iij.
Roſarum, Myrræ,
Aloes g.xv.
Pilæ marinæ combuſtæ,
Gallæ contuſæ,
Balauſtiorum,
Ariſtolochiæ rotundæ ana ʒ.vj.
Viſci quercini ana ʒ.ij.
Sanguinis hominis rufi libram vnam minus quarta.

Conficiantur hoc modo. Accipe vnam pellem hœdinam vel arietinam cum omnibus pilis ſuis, & decoquantur quaſi bulliendo per totum diem, donec tota liquefacta ſit, & fiat vt colla, vt parùm vel nihil de aqua ibi remaneat. Deinde accipe ex illa aqua libram vnam optimè cum panno colatam, & adde cum ea viſcum quercinum, & in noua olla lento igne fac liquefieri & bullire, & cum baculo ſemper & cõtinuè ducas. Deinde lumbricos terreſtres poſt ceram & picem addas. Deinde adde terebinthinæ drachmas duas: poſtea adde reliqua, & liquefacta omnia ad lentum ignem, cum baculo ducãtur donec gutta eius ſuper marmoreum lapidem, vel cultellum oleo perunctum coaguletur, poſtq̃ refrigeratũ eſt, bene malaxetur.

CONSILIVM CCCVII.

De ſuppreßione menſium, & hyſtericis affectionibus, pro nobiliſsima puella Germana, Helena à Saurau.

SVPPOSITA temperatura nobiliſsimæ adoleſcentulæ, pituitoſa ſcilicet, venis paruis, & occultis, colore albicanti: ſuppoſita etiam menſium ſuorum

A ſuppreſsione, ex qua vteri præfocationes acceſſere, ſimul etiam cum cordis tremore: his inquam ſuppoſitis, quęritur nunquid cùm ad menſes pro uocandos, tum ad ſymptomata remouenda, conueniat ſanguinis miſsio ex ſaphæna, & aluminoſarum thermarum potio, ſiue balneum. Reſpondemus quãtum ad miſsionem ſanguinis attinet, non ita temerè procedendum. Cùm enim pituitoſus ſit ſanguis ille, & conſequẽter crudi humores redundent in venis, & ſi in venis, longè magis in ventriculo, & inteſtinis, miſsionem ſanguinis hoc tempore potius nocituram puto: nihil enim deterius, quàm ſanguinem mittere humoribus crudis exiſtentibus tum in ventriculo, ac primis venis, tum etiam in toto venarum ambitu, ſi modò & rationi & Galeno credimus. Præterea dũ ſaphænã conſulimus incidendam, vt ſanguis prouocetur & deriuetur ad vterum: impedientibus obſtructionibus venarum, quæ perpetuò cõſequũtur crudos humores, & pituitoſum ſanguinem, fruſtrà tale præſidium molimur: ſed non fruſtrà tantùm, imò etiam cum magno diſcrimine: nam ex ſenguinis importuna euacuatione, corpus non refrigerandum refrigeramus, humores crudos augemus, & omnino diſpoſitionẽ reddimus deteriorem. Quantum verò ad aluminoſas aquas attinet, in propatulo eſt, illas omnino in hoc caſu deteſtandas: cùm enim adſtringant, & conſtipent, tam interius quàm exterius applicatæ, nos verò apertionẽ & inciſionem quæramus,
D erunt omnibus ſuffragiis aluminoſæ aquæ repellendæ. Cùm ergo parentes illi optimi nimio forſan amore obcæcati, vtrunque remedium propoſuerint: parcẽt, ſi nos alio lumine rem ſpectantes contrarium ſentiamus. Proinde doctiſsimi medici iudicium laudamus, qui & ipſe ab vtroque importuno remedio videtur abhorrere. Quid verò agendum eſt pro menſibus retentis huius nobiliſsimæ adoleſcentulæ? quam poſtea retentionem plurima ſequuntur ſymptomata? Neceſſa-
E rium duco, vt habita prius rectiſsima ratione victus tam in cibo ac potu, quàm in aliis ſex rebus non naturalibus: purgetur primò exquiſitiſsimè, deinde ad ea perueniat, quæ aperiunt. Non enim probabile eſt in puella delicata & bonæ temperaturæ, decimum quintum annum ætatis agente, menſes retineri, vel quia ſanguis craſſus, vel quia paucus, vel quia imbecillitas virtutis ſit expellentis: ergo (me iudice) ad viarum obſtructionem cauſa referẽda eſt. Purgatio hoc modo fieri debet.

F ℞. Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.
Florum caſsiæ ℥.j.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium.

℞. Syrupi de abſinthio,
Oxymellis ſcyllitici ana ℥.j.
Aquæ cichorij ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro nouem. Poſtea

℞. Agarici præparati ʒ.ij.
Floris caſsiæ ʒ.vj.

G Miſce & fiat bolus, dandus in aurora cum cuſtodia. Facta euacuatione, tunc accipietur coma abſinthij quantum manu capi poteſt, & decoquatur in aqua cichorij: cuius decocti circa quinque

aut ſex vncias, manè quatuor horis ante prandiū per plures dies accipiet. Atque interim bis in ſeptimana, accipiet pillulam aloeticā, ex aloe pura & non lota, pondere vnius ſcrupuli, hora ante cœnam. Et iiſdem temporibus manè, & veſperi ante cœnam, abluentur illi crura ex decocto pulegij, maioranæ, foliorum lauri, & chamæmeli, ſitq; aqua calida: quā etiam inſpergantur coxæ deorſum perfricādo. Eodem tempore dum in balneo commoratur, applicentur ventoſæ ſine ſcarificatione ſub vtroq; poplite: & ita perſeueretur per multos dies. Vltimò his non iuuantibus ſanguis quoque mittatur à ſaphænis: qui quidem in hoc caſu vltimo loco mittendus eſt; & non in principio, ſicut plurimi faciunt, communem mittendi ſanguinem regulam obſeruantes. Efficaciſsimæ quoque erunt pillulæ infraſcriptæ, vbi aloe non ſatis perfecerit: quæ habent.

℞. Myrrhæ,
Croci,
Aloes,
Agarici præparati ana ℨ.ij.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea aſpergantur cum ſucco maioranæ, per mittantur exiccari, & ita iteretur ſepties: poſtea fiat magdaleon cum ſyrupo de abſinthio: formentur pillulæ pro ſingula drachma tres, ſumendæ tribus horis ante prandium, bis in ſeptimana. Quantùm verò ad cordis tremorem, & hyſtericas ſuffocationes attinet: ſi fortè plus æquo moleſtatur, his quoque ſuccurrendum eſt. Pro cordis igitur tremore laudauerim, vt linimento vteretur in hunc modum facto.

℞. Vnguenti roſati Meſuæ ℥.j.
Specie. cordialium temperatarum ℨ.ij.
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum ana ℨ.j.

Miſce cum modico olei roſati completi, fiat linimentum pro corde. Item

℞. Sacchari roſati,
Conſeruæ boraginis,
Florum nymphææ ana ℥.ij.
Specierum diamuſ. dulcis,
Aromatici roſati ana ℨ.ij.

Miſce omnia cum ſyrupo de corticibus citri: fiat electuarium, de quo ſumat cochlearia duo ſingulis vicibus, paulò ante prandium, & ante cœnam. Pro hyſtericis ſuffocationibus ſi fortè contigerint: præſentanea certè remedia ſunt, vt frictiones, ac ligaturæ fiant in cruribus, & circa genua, & cucurbitulæ apponantur ſub vtroque poplite, & quandoque etiam, vbi vapores pluri-mi ad caput, & cor irrepſerint: ponenda eſt magna & ampla cucurbitula circa vmbilicum, in parte inferiori ad vteri regionem, atque interim fœtida naribus apponere debent, vt ſunt calceamentorum veterum ſoleæ vſtæ, pennæ perdicum, & reliquarum auium, quæ & ipſæ adurantur. Locis verò, & ori vteri, odoramenta apponantur, fiant peſſaria madefacta oleo maioranæ cum muſco & ambra. Hæc enim præſtare poterunt, quæ intendimus: atque his remediis ſpero nobiliſs. adoleſcentulam euaſuram, cum ſummi Dei auxilio, cuius nomen benedictum.

A

CONSILIVM CCCVIII.

De ſuppreſſione menſtruorum, pro coniuge nobiliſsima Seruatij à Theuffenbach ex Stiria. Anno Chriſti 1549. Menſe Nouembri dictatum 10. Cratoni Veronæ.

SVPPOSITA diſpoſitione vteri præter naturam nobiliſsimæ mulieris, cuius ratione menſes ſunt diminuti, vel infœcunditas timetur, ſuppoſita etiam

B intemperie frigida præternaturali, cum gracilitate corporis, & venarum exilitate, dicimus hoc corpus indigere & præſeruatione, & curatione. Præſeruatione, quantum pertinet ad ipſam intēperiem naturalem: curatione, reſpectu actionis læſæ in vtero exiſtente. Erunt tamen pleraque eorum, quæ afferentur, vtrique communia. Pro præ præſeruatione igitur, quod diligentiſsimè obſeruari oportet, eſt optima ratio in ſex rebus non na

C turalibus, ac primùm omnes aeris exceſſus euitabit, præcipuè tamen vbi frigiditas vel humiditas, vel vtraque ſimul exceſſerint. Ergo flatus omnes Boreales & Auſtrales cauebit, non exponet ſe, vel aliquo pacto habitabit in locis Septentrioni oppoſitis, neque in terrenis habitationibus, aut humidis quoque modo. Non abluet caput horis matutinis, ita quemadmodum moris eſt. Poſt lotionem aeri ſe exponet, præſertim ſi in aere frigiditas, vel flatus aliquis dominetur. Pluuioſas etiam

D conſtitutiones cauebit, & quantum fieri poteſt, tunc temporis intra domum ſe continebit, ſuffumigiis vteretur ex aromatibus odoratis intra cubiculum ſuum, qualia ſunt, quæ ex aromatibus confici ſolent à pigmentariis. Laudauerimus maximè, ſi iiſdem ſuffumigiis vteretur localiter ad vteri corroborationem, excipendo vapores intra vterum, quantum fieri poteſt veſtibus vndecunque circumiectis, ne aliunde vapor exſpiret. Hoc fieri poterit crebrò, & quocunque tempore an-

E ni: erit enim remedium efficaciſsimum ad vterum aperiendum & roborandum. Et ne aliquid erret in materia, poterit ſuffumigij talis eſſe deſcriptio.

℞. Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ,
Calami aromatici,
Seminis ocymi,
Florum maioranæ ana ℨ.j.
Ladani electi & optimi,
F Myrrhæ,
Styracis,
Benzoini ana ℥.j.ſ.

Puluerizentur pulueriʒanda, & liquāda liquefiant, deinde in oleo ſpicæ odorato pigmentariorum, & modico ceræ vel picis Colophoniæ, fiant Trochiſci parui, pondere vnius drachmæ, & ſeruentur pro ſuffumigiis. Laudo, vt caput abluatur ſemel in ſeptimana, præcipuè ſi fuerit aſſueta, hora conueniente potius ante cœnam, vt tutior ſit

G ab aere, faciliùs etiam illis horis intra domum ſe continebit. Lixiuium ſit dulce, ex cinere ſalicum, ſeu ſarmentorum vitis, in quo poſtea lixiuio confecto decoquantur Maiorana, Chamæmilla, Betonica

tonica & roſæ cum ℥.j. Agarici ſimplicis. Et iſtud erit auxilium pro capite abluendo. Exercebit corpus horis matutinis, quantum poterit, vel intra domum circa familiaria negotia, vel extra illam quomodocunque libuerit, ſi aeris qualitas patietur. Euitabit omnes animi moleſtias, præcipuè mœrorem animi, quo nihil in hoc morbo poteſt eſſe perniciofius. Curabit, vt quotidie aluus ſubducatur. Quòd ſi natura defecerit, vtetur etiam alternis diebus ſi oportuerit ℥.s. optimæ laricinæ aut terebinthinę, tribus horis ante prandium. Hoc remedium non tantùm mollem aluum ſeruabit, ſed etiam maximè faciet ad omnes obſtructiones tollendas, & aperiendas, ad purgandos renes, & veſicam, ac vterum aperiendum, ac mundificandum: ideo conſulo, etiamſi id non faceret ratione emolliendi aluum, ſumatur ratione medicamenti. Circa cibum & potum, abſtinebit ab omnibus cibis craſsioris nutrimenti, à lacticiniis, caſeo præcipuè, à piſcibus, ab oleribus crudis, à fructibus cuiuſcunque generis, ab auibus paluſtribus, à carne ſuilla, tam domeſtica quàm ferina, à vino dulci, turbido, parceque comedet & bibet, & bis tantùm in die. Fricetur antequã à lecto ſurgat, frictione leui, & ſuaui, longaque in toto corpore: optimumque erit, ſi mulier, quę perfricabit, manus illinat oleo amygdalarũ dulcium. Et hæc ſunt ad præſeruationẽ maximè neceſſaria. Quantùm verò ad curationem attinet, laudo vt bis ſingulis annis, Vere & Autumno purgetur. Purgatio autem poterit eſſe talis.

℞. Specierum hieræ ſimp. ʒ.ij.

Commiſceatur cum melle roſato q.ſ. & fiat bolus paruus, vel pillulæ, quæ exhibeantur tribus horis ante prandium. Deinde:

℞. Oxyſacchari, id eſt, ſyrupi de ſaccharo, & aceto confecti ℥.ij
Decocti Betonicæ, & radices petroſelini ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic prò ſex aliis. Acceptis ſyrupis, ſumat amplius.

℞. Agarici præparati ʒ.ij.
Rhabarbari ʒ.j.

Infundantur in aqua betonicæ per horas 24. & fiat expreſsio fortis.

℞. Diacatholiconis ʒ.ij.s.

Miſce, fiat potio breuis. Poſt hanc purgationem laudo, vt ante prandium tota hyeme vtatur confectione diacimini, vel diatrionpipereon, vel aromat. roſa. quomodocunque libuerit, vel ſaccharo roſato, vtatur ſemel in menſe, ſummo manè ℥.j. Mithridati opt. ſumpto modico vini albi aromatici. Inungat infimam partem circa vterum ad pudendum vſque, odorifero oleo ex ſtyrace, vel garyophyllis, vel Benzoinio, vel oleo de ſpica, prout ei erit magis gratum. Imò erit optimum, ſi cum iiſdem oleis illinatur peſſariũ, & imponatur. Conuenientibus verò temporibus, videlicet vel poſt medium Veris, vel circa finem æſtatis, optimum erit etiam bibere aquas thermarum in Italia, vel Apponenſium, vel Poretanarum, vel earum, quæ de Aquario appellantur. Et hæc ſunt, quæ digniora occurrunt, vt pro ſalute Magnificæ D. notarentur, ad laudem Dei optimi Maximi.

CONSILIVM CCCIX.

De menſtruis albis pro eadem Matrona. Datum cum reuerſus eſſet Patauium.

QVONIAM poſt conſultationẽ meam, audiui nobiliſsimam matronã, præter alias diſpoſitiones præter naturã, vexari etiam fluxu menſtruorũ alborũ: ita vt quãdoq; calida actu effluãt, & ad lutenm colorẽ tendentia, ſiue cũ ardore & pruritu: & cùm etiã conſpexerim eandẽ nobiliſsimam Matronam, quam antea non videram: facilè deprehendi ex colore, habitu corporis, & venis, habere aliquam caliditatem in hepate: cuius ratione bilis quoque multiplicetur: vnde etiam calidi renes ſunt, propterea etiam redundat arenis, vexaturq; dolore ferè aſsiduo circa lumbos: quæ omnia à nobis diligenter ſunt perpendenda. Pro curatione igitur, præter ea, quæ in prima conſultatione facienda decreueram, dico hepatis quoq; temperaturam & renum reſpiciendam eſſe. Laudo igitur vt ante cibum manè, & veſperi quotidie, aut quando crebrius fieri poterit, vtatur ſaccharo roſato eiuſdem anni, ad pondus ʒ.s. Hoc enim mirum in modum faciet in emandando hepate. Erit tamen, & hoc remedio, & aliis deſcriptis, vtendum tempore prolixo, ſi perceptura ſit iuuamentum: eſt enim ægritudo chronica. Vſus etiam Rhabarbari ante cibum commanducati & deglutiti efficaciſsimè proderit ad menſtrua illa alba abolenda: ſimiliter etiam hepar & renes non minus confortabit. Detur autem manè tribus horis ante cibum pondere ℈.ij. bis in ſeptimana. Oportet autem vt diligentiſsimè caueat, ne aliquis ſiue medicus ille fuerit, ſiue alius, quoquo modo Empiricus, aut fœmina (vt moris) perſuadeat, vti aliquibus aſtringentibus, & impedientibus fluxũ alborum mẽſium, ſiue per ſuffumigia, ſiue cerata applicata, ſiue per ea, quæ per os, ſiue per ea quæ deglutiuntur: quocunq; enim modo talẽ curam tentauerit, maximo ſuo periculo faciet. Retinebit enim excrementa violenter in corpore, & vtero, vnde neceſſariò generabuntur incurabiles ægritudines: quòd facilè indicatur ex eo tumore, qui tam frequenter apparet circa vterum. Neque enim alia ratione fit quàm cùm materiæ retinentur, & flatuantur. Quid ergo contingeret, ſi omnino confertim, & violenter retinerẽtur? Hoc volui admonere, cùm nouerim, quàm facilè credatur aliorum conſiliis: ferè enim omnes cùm huiuſmodi fluxus curant, aſtringentibus vtuntur. Caueat igitur, me conſule: vbi enim membra redundantia rectè curata fuerint, materiæque partim euacuatæ, partim in alium locum deriuatæ, non laborabit vterus: vel ſi laborabit, tunc tutius poterit medicus corroborãtibus vti. Et ne aliquid deficiat: laudo, vt reliqua quæ ſcripſimus, ſi non iuuerint, neque propterea fluxus ille remoueatur: vt fiant auerſiones per cauteria in vtroque brachio, in parte ſuperiori verſus ſpatulam, à chirurgo tamen perito: qui ſciat anatomen, & ſitum neruorum & muſculorum: erit enim hoc præſtantiſſimum in auertendis materiis ad oppoſitas partes. Balnea etiam calidarum aquarum, quæ in præce-

denti conſultatione laudaui,iterum commendo: neque enim minus facient ad hæc menſtrua abolenda, ſi opportunè, & ſuo tempore admouebuntur. Poſt aliquot dies cùm intenderetur dolor, pro illo leniendo ſequentia ordinauit:

R. Maioranæ,
Artemiſiæ,
Chamædryos,
Chamæmeli,
Liliorum alb. ana m.j.
Seminis lini,
Fœnugræci contuſi ana ℥.j.

Decoquantur omnia in duabus libris vini albi, non dulcis, cum pari quantitate aquæ, vſque ad conſumptionem tertiæ partis. Et cum hoc decocto fiat fomentum ſpongia expreſſa, iterando bis vel ter, poſtea abſtergatur, & apponatur emplaſtrum ſequens inuolutum in panno lineo hoc modo confectum.

R. Olei communis,
Vini dulcis,
Butyri recentis ana ℥.ij.
Furfurum medianorum, quæ ſunt inter farinam, & furfures latos ℥.iij.

Ponantur omnia in olla ad ignem, & bulliant ebullitione leui donec fiat emplaſtrum, quod applicetur leniter calidum, & frequenter iteretur.

Hęc Montanus. Ego cùm eſſem curationi adhibitus, & Nobiliſsimam mulierem grauidam iudicarem, dixi præceptori me nolle abortioni operam dare: id quidem tulit grauiter, ſed non multò poſt magno cum periculo abortum fecit Venetiis. Hæc cur hoc quoque in loco commemorem, in ſecunda Centuria expoſui. Nam Montanum ſummum fuiſſe medicum ſtatuo, verùm hominem tamen: imò hunc in arte medica profeciſſe puto, cui placet Montanus. Quare minimè magnifacio nec faciendos duco eos, qui Germanos pluris facere Montanea q̃ ſint facienda, vt ſuam exiſtimationem augeant, ſuperbè dicunt.

CONSILIVM CCCX.

De fluxu menſium alborum cum ventriculi imbecillitate, pro matrona Veronenſi. Anno M. D. L. Iunij 22.

PRO præſeruatione coniugis D. Dominici, primò attendendum eſt rectè victus rationi. Atque in primis cauere oportet à paſtilibus, à lacticiniis & piſcibus, placentis, à carnibus ſuillis, ab auibus quæ in aquis degũt, vt anſeribus & anatibus, ab oleribus crudis, & fructibus, præter ficus bene maturas: ab omnibus rebus frictis in ſartagine, à leguminibus, à carnibus antiquis, ſicuti bouinis. Vinum nec nimis potens, nec nimis pauciferum, ſed mediocre, limpidum, & clarum, & præcipuè non ſit acerbum: non bibat inter cœnam & prandium, præcipuè poſt cœnam. Quantum attinet ad medicinalia, conſueſcet ſumere ſingula ſeptimana ſe mel tres ſcrupulos hieræ ſimplicis in formam pillularum redactos, vna hora ante cœnam. Deſcriptio hieræ erit iſta.

R. Aloes optimæ ʒ.vj.

A Cinnamomi,
Maſtiches,
Spicæ,
Croci,
Aſari,
Cubebarum ana ℈.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea fiant pillulæ, ſingulæ ſint vnius ſcrupuli. Præterea illinet renes vniuerſos infraſcribendo linimento.

B R. Conſolidæ maioris,
Roſarum rubearum,
Radicum rubi,
Nucum cupreſsi,
Raſuræ tabularum ana ℥.ij.

Bulliant omnia ſimul in aqua communi, ad conſumptionem duarum partium. Deinde facta diligenti expreſsione.

R. Olei roſacei completi,
De cotoneis,
C De myrtis ana ℥.j.

Bulliant omnia ſimul ad cõſumptionem aquę. Deinde:

R. Sandarachæ,
Maſtiches,
Thuris ana ʒ.ij.

Conterantur minutiſsimè & ponantur in prædictis oleis, & miſceantur. Ex his fiat linimentum addita modica cæra. Hoc linimento illinet vniuerſos renes, vſque ad ſedem prætermiſſa ſpina D dorſi, & temporibus calidis illinet eo frigido: hyeme verò modicè calefiet, quoad tepefiat. Præterea laudo, vt alterno manè vna hora ante prandium, ſumat pillulam factam ex maſtiche, in puluerem redacta, quæ optima ſit & electa. Hæ autem pillulæ formentur cum melle roſaceo: pondus ſingularum pillularum erit ſcrupulus. Hoc modo ſi perſeuerauerit in hac victus ratione, & his remediis vſa fuerit, non dubito, quin ſua Dominatio non ſit optatam ſanitatem conſecutura, E ad laudem Dei omnipotentis.

CONSILIVM CCCXI.

De ſuffocatione ab vtero, cum aliis ſymptomatibus.

CLARISSIMVS Doct. dixit omnia, & habeo ei gratiam. Ego tamen dicam, quæ videntur mihi ex propria conſcientia, & ſuppono matronam in æ-F tate 33. annorum, temperaturæ ſatis laudabilis, & viro ſano iunctam, &c. pati grauia ſymptomata. Primò ſuffocationem: quod demonſtrant ſigna, difficultas anhelitus, & impedimenta circa motum, vt nec loqui, nec moueri poſsit: & ſentit flatus à partibus inferioribus ad ſuperiores, & ſunt ſuppreſſa menſtrua. Sed cum vnius ſymptomatis variæ poſsint eſſe cauſæ, ideo diuerſæ ſunt curæ: ergo inquiratur cauſa proxima, vt vera curatio inſtitui poſsit. Solet autem præfocatio acci-G dere propter vterũ malè collocatum, vel propter vitium compoſitionis, vel collum intortum, vt materia exire non poſsit, ſed congregetur, & com primat membra vicina per ſucceſsionem, vſque ad

ad diaphragma, non quòd vterus eò aſcendat, A
ſed per quandam communicationem: vt compri-
mat membra proxima ſucceſsiuè vſque ad dia-
phragma. Poteſt etiam hoc contingere propter
intemperiem contractam, vel per eſſentiam, vel
per affluxum materiæ cuiuſdam vel corruptæ,
vel non corruptæ: quæ ibi putreſcat, & recipiat
externas qualitates, & faciat aſcendere vapores.
Poteſt etiam contingere ex retentione ſeminis,
& hoc eſt peſsimum. Prouenit quoque animi affe
ctu: idq; ego ſæpe vidi, cùm aliqua mulier ex ze- B
lotypia viri iraſceretur, & animus valde afficere-
tur, tũc ſequuta illa ſuffocatio. Et ego noui quaſ-
dam mulieres, quæ ita iraſcebantur & afficieban
tur à zelotypia, vt ſtatim caderent in hunc mor-
bum, & perpeſſæ ſint ſæuiſsima accidentia. Sed à
qua nam ex his cauſis prouenit ægritudo huius
Nobiliſsimę mulieris? cùm enim tot eſſe poſsint,
videndũ eſt quænã hic proxima ſit cauſa. Quod
apud me valde eſt difficile. Nam primùm audio
hác mulierem eſſe diuitem: & charum virum ha C
bere à quo diligitur. Et ideo non credo quòd pro
ueniat ex ira aut zelotypia. Nec tamen hoc cer-
tum ſtatuo: quia nullus mihi ea de re quidquam
retulit. Sed tantùm ex communi ratione & con-
iectura. Quòd non ſit ex retentione ſeminis pa-
tet, quia virũ habet iuuenẽ: niſi aliquid ſit, quod
neſciamus. Quòd non ſit ex humore crudo, vel a-
duſto, patet ex temperatura, colore & habitu cor
poris & motu, quia eſt in perpetuo motu. Et licet
comedat lactucas, nõ poteſt inde tanta copia hu- D
morũ generari, cũ ventriculus & hepar ſint mem
bra bene cõſtituta: neceſſe eſt coctionem primã,
ſecundam, & tertiam bene ſe habere, & tot ſigna
apparent eius rei. Eſt boni coloris, abundat ſan-
guine, quod oſtendit color in corpore, teſte Gale
no. Vnde igitur tanta pituita, à qua obſtructio? Si
velim dicere eſſe malæ compoſitionis vitium, ne-
ſcio quàm rectè faciam: cùm nihil de hoc ad nos
ſit ſcriptum, & poteſt eſſe aliud. Habet autem
cor calidum, quia ad iram prompta eſt: & ab hac E
cauſa ſæpe vidi præfocatas, cùm ſpiritus efferbue
runt, & obtenebrantur, inde ſtatim conciderunt
in ſuffocationem, ideo non poſſum bene fundare
rationem, quia non bene eam expreſsit, qui ſcri-
pſit. Sed tamẽ vt dicã meam ſententiam, credo, ſi
quę eſt cauſa, eã eſſe multitudinẽ humorũ aggre-
gatorũ in venis, non pituitæ ſeu bilis, ſed pletho-
ram omniũ æqualiter, & ideo dico, quod vel hoc
ſit ab affectibus, vel à plethora: & poſſunt iuuare
cauſæ extrinſecæ, vt animi affectiones, &c. Et F
quia illa anhelitus difficultas nõ durat, ſed eſt in
paroxyſmo tantùm, quando ſenſus & motus im-
peditus: ideo certum eſt vapores aſcendere, cùm
videlicet ex toto corpore & ambitu venarum ag-
gregetur materia multa ſanguinea, & deueniat
ad vterum, & impleat venas vteri. Non exit inde,
ac ſi exit, non tota exit, ſed relinquitur pars: quæ
dum moram facit, ibi corrumpitur, ex qua vapo-
res inde ad cor & ſuperiora membra aſcendunt.
Et ita non video aliam rationem, quàm pletho- G
ram illam per totum ambitum corporis. Et
quãdo illa plethora deuenit ad locum proprium:
licet pars euacuetur, tamen tota euacuari non po

teſt, ideo putreſcit. Et ad hoc ordinanda cura.
Nam alia cura eſt, quando plethora: alia, quando
materia cruda.

Prognoſticũ. Facilè curabitur, ſi tollatur pletho-
ra, & caueatur multiplicatio ſanguinis.

Cura eſt, vt reddatur corpus æquale. Primò vi
ctui aliquid detrahendum, & vtendum bonis ali-
mentis. Non ponerem curam in euacuatione, aut
miſsione ſanguinis, quia reſoluerent potius cor-
pus, quàm tollerent cauſam. Curatio itaque du-
plex eſt, vna in paroxyſmo: tum frictiones, ligatu
ræ, & tandem ventoſarum applicationes ſub po-
plitibus & coxendicibus conueniunt. Item miſ-
ſio ſanguinis, œnemata, & omnia quæ diuertunt
vapores à ſuperioribus ad inferiora. Extra paro-
xyſmum, ꝓ præſeruatione teneatur corpus mun
dum, ſæpe euacuetur cum hiera & caſsia, aut rha-
barbaro, & in hebdomada ita ſemel aut bis. Hoc
enim modo & euacuatio, & diuerſio fiet. Et cre-
derem, quòd ex ſolo hoc poſsit conſeruari à pa-
roxyſmo: quia in quolibet fluxu quatuor ſunt cõ
ſideranda. Eſt habenda ratio membri mandantis
& recipientis, ſed præcipuum eſt, vt tollatur ma-
teria: ea ſublata tollentur ſymptomata, vt vt ſint
diſpoſita mẽbra: quia materia principaliter man-
datur: & hæc eſt ſententia Auicennæ. Miſsio qui-
dem ſanguinis eſt bona: ſed tamen frequẽs in eo-
dem corpore, nõ eſt laudabilis. Si autem non ſuf-
ficit hæc mundificatio, vti poterimus alijs diuer-
tẽtibus: prouocare hæmorrhoides, applicare cau
teria in vtroq; crure, quod eſt efficaciſsimum re-
mediũ, quando materia tendit ad ſuperiora: quia
facit diuerſionem continuam. His factis, opti-
mum eſſet confortare membra mandãtia & reci
pientia, vt hepar, quod cauſat ſanguinis multitu-
dinem, refrigerantibus, vt non tanta efficacia ex-
coqueret, & etiã adureret ſanguinem. Vterer ſac-
charo roſato, licet ego credam, quòd nõ ſit admo-
dùm opus alterare hepar, potiꝰ alterarẽ membrũ
recipiens, & prohiberem ſuperfluitatem in ve-
nis. Laudarem igitur maximè pro diuerſione, &
difflatione tertiæ concoctionis, vt ſudaret medio
criter cum balneis aquarum dulcium, quod eſt
optimum pro excremẽtis in ambitu venarum &
corporis: quia difflantur materiæ, aperiũtur mea
tus cutis, ne aggregentur vapores. Vtatur igitur
frequenter, & poſtea cùm exierit fricetur, vt dif-
flentur melius vapores, & vltimò exiccetur. Cor-
roboratione neſcio an ſit vtẽdum: ſi adeſſet ei im-
becillitas, conſulerem. Sed poteſt fieri ratione ex
crementorum, quæ expelluntur, & non ſufficien
ter. Si ergo materia educetur, ceſſabit affectus, &
erit vterus confortatus. Dicat aliquis, menſtrua
ſunt ſuppreſſa? Non puto vias anguſtas eſſe, cùm
ſit calidi hepatis, poteſt fieri vt ſint obſtructi mea
tus, qui ſanguinis miſsione iterũ aperiri poſſunt:
ideo ego conſiderẽ in præſeruatione, bona victus
ratione, & cõtinua euacuatione, ac diuerſione ꝑ
cauteria. Friſimelica planè diuerſum ſentiebat.
Putabat vtendum victu attenuante, carnibus ca-
lidis & ſiccis, vt ſunt columbarum cum decocto
apij & cinnamomo. Secundò concoquendum
attenuantibus, vt decocto Pulegij, Calamenthi,
& ſyrupo de Betonica, cum aliqua parte cichorij:

poſt incidendam ſaphęnam in vtroque pede tem pore menſtruorum. Matricem roborandam balneis euocantibus menſtrua, vt matricaria, pulegio, & roſis. Et quia iam peperit, imponantur ei, quæ diuertunt ad inferiora, vt Mercurialis. Exhiberem inquit calamentum montanum, quod attenuat & roborat, item diacalamentum. Vltimò Mithridatum cum modico Philonij. Sed Montanus exiſtimabat planè abſtinendum à calidis, quia ſanguinem ſicciorem, & magis melancholicum redderent, ſtante tanta hepatis calidita te, ſi attenuarent.

Consilivm CCCXII.

Ad ſcirrhum matricis, pro puella virgine, obſeruatio. 1547.

Primò balneum ordinauit ex decocto anethi, camomillæ, radicum althææ & artemiſiæ, in quo ſederet vſque ad vmbilicum. Deinde totum locum ab vmbilico infra inungeret ſequenti vnguento:

R. Hyſopi humidæ,
Adipis anſeris ana ℥.j.
Olei amygd.dul.℥.s.

Cum modico ceræ fiat linimentum, pro tota parte ſub vmbilico, applicet deinde cerotũ hoc:

R. Diachylon ſine gummi,
Dialthææ ana ℥.j.

Cum modico cęræ, fiat cerotum. Item ſemel in ſeptimana fumat tres pillulas ex infraſcriptis:

R. Bdellij,
Myrrhæ,
Aloes optimæ ana ʒ.ij.
Croci ℈.j.
Roſarum rubearum ʒ.j.

Cum melle roſato fiant pillulæ, pro ſingula drachma tres. Præ omnibus vtatur bona ratione victus.

Consilivm CCCXIII.

De menſibus diminutis cum febre.

Dolor capitis, aſperitas cutis, ardor oculorum, dolor in ſpina dorſi, & ventris, hæc ſunt ſymptomata, cùm ſunt menſtrua quantitate diminuta, & qualitate corrupta, vt hîc: quia aquoſa & pallida. Affligitur à quocunque medicamine, & incurrit in febriculam. Nam cùm agitatur materia, facilè fit ebullitio & putredo. Optimi eſt ingenij, habet igitur ſpiritus tenuiſsimos & ſubtiliſsimos, & calorem naturalẽ ac ſanguinẽ talem. Habet calorem moderatũ, parũ exuperantẽ in qualitatibus paſſiuis. Habitus eſt valde rari, hepar recedit à tẽperatura reliquorum membrorum: quare facilè inflammatur, & ventriculus frigidus multiplicat pituitam. Catarrhus eſt ratione membrorum inferiorũ mandantium. Muſculi abdominis ſunt graciliores, & hac ratione ventriculus fit frigidior: ac propter iſtam extenuationem, arteriæ magnæ motum in ventre puellæ ſentimus. Hęc frigiditas ventriculi cauſa eſt, quòd incidit in menſtrua alba, quia hepar calidum ante coctionẽ nutrimen-

A tuiz attrahit. Fuit ſana antequàm haberet maritum, nunc cùm reſoluatur, fit debilior. Non fit dolor in capite, quia leues habet humores, & textura rara eſt, ideo reſoluitur, fit autem grauitas ab humoribus craſsioribus. Dolor dorſi eſt, cùm ſanguis deſcẽdit ad matricẽ, & quia eſt pituitoſus flatuatur, & ventos facit, ita fit dolor. Habet febriculam quaſi ſemper, non poteſt eſſe putrida, quia bene appetit, bene dormit, & tamẽ febricitat, pulſus frequentior, & velocior. Adeſt autem perpe-
B tuum ſignũ febris hecticæ, ſtatim pòſt cibũ incaleſcere: poteſt igitur eſſe in primo gradu febris hecticæ, eſtq; illa facta ex febre putredinali, qua antea laborauit: ſed illa febris eſt fixa leuiter.

Prognoſticum. Credo quòd poſsit facilè curari, quia corpus eſt facilè alterabile, etiamſi membra debilia generant multam materiam.

Cura. Primò remouendæ obſtructiones, & cienda menſtrua: his factis, ſi corpus fuerit ſupercalefactum, alterandum. Aperimus attenuando,
C ſubtiliãdo, & abſtergendo. Miſsio ſanguinis non eſt neceſſaria, & iam facta. Nunc igitur debet concoqui, & euacuari materia. A validioribus medicinis omnino abſtinerem, neq; vnquã tranſirem rhabarbarum, agaricum non omitterem, corroborat ventriculum, cor confortat, & omnia membra naturalia, vt ait Dioſ. Additur ei ſal gemmæ, leuitatis ratione. Nos medicinam ex aloe, rhabarbaro, & agarico faciemus: & aloe erit loco ſalis. Nec verenda eſt ſtipticitas rhabarba-
D ri: manifeſtum enim eſt, quòd vehementer aperit & abſtergit. Aliudque eſt, cum intra corpus aſſumũtur talia, & aliud cùm extra applicantur, quia exterius aſtringunt partes cutis, interius penetrant, vt abſinthium. Syrupi dentur, vt acetoſę compoſitiones de cichorio Nicoli, & mel roſatũ. Erit enim facilis inciſio. Ita paulatim euacuabimus. Alteratio fiet corroborãtibus ventriculum, ſaccharo roſato, & corpus ĩnũgetur molliter oleo roſato poſt frictiones. Item fiant fomenta poſt e-
E uacuationem ex decocto chamæmeli. Applicentur vẽtoſæ coxis. Balnea his omnibus factis non erunt neceſſaria.

Consilivm CCCXIIII.

De ſuppreſsione menſium, cum grauitate capitis, pro Magnifica muliere.

Qvoniam caſus huius magnificæ mulieris futurus eſt omnino longus (quod illam præmonitũ velim) &
F moleſtus, ideo erit diligenter ineunda ratio curandi illam. Et hoc ſibi penitus perſuadeat, hanc rationem non aſſecuturam ſuum effectum, niſi longiſsimo tempore: quoniã difficiles morbi non curantur pauxillo momento tẽporis: nam hoc omnibus perſpectum eſt, quòd breui tempore nil bene efficitur. Hoc ergo pro conſtituto & ſuppoſito habeat, ſe non liberã euaſuram ab his diſpoſitionibus quibus affligatur, niſi diu-
G turnitate temporis, aliter meũ conſilium non penderet nucem caſſam. Hoc exiſtente fundamento, dico principalem partem curationis ſuæ cõſiſtere in recta ratione victus. Et ideo circa aerem-

A rem hæc diligenter aduertat, vt effugiat aeris frigiditaté, ventos cuiuſcunq; qualitatis, & maximè nocturnum aerem, nec habitet in locis humidis & ſubterraneis, & ne propè accedat ad igné, maximè verò capite. Præterea conſulo, vt lauet caput ſemel tãtùm in ſeptimana cũ lixiuio dulci, in quo decocta ſit camomilla, malua, betonica, & maiorana: & exiccabit caput pannis lineis mediocriter calidis, non multum fricando, ſed ſuauiter exiccando. Hora verò huius lotionis erit commodior veſpertina quàm matutina. B Inter omnia maximè euitabit moleſtias animi, & iram, quoniam hæc citiſsimè vitam eripiunt hominibus. Præterea exercebit ſe moderatè manè, vel domi res domeſticas tractando, vel foris deambulando: hoc agat prout illi commodius. Item ſtudebit vt omni mane aluus ſaltem ſemel reſpondeat: & ſi aluus non fungetur munere ſuo, accipiat quartam partem vnciç vnius terebinthinę per horam ante cibum, quod eam iuuabit in his ſuis affectibus non mediocriter. C Circa cibum, quamuis iam habeat modum viuendi ſibi præſcriptũ in tam diuturno affectu, tamen ego dicam ea quæ ſunt magis principalia, & maximè de vino, quod vt cõmodum ſit, multum refert. Habeat ergo vinum pauciferum, clarum, & tranſparens, ſubtile, non intenſi coloris, optimè maturum, & ante omnia ne ſit auſterum. Et de tali vino in prandio & cœna bibat mediocriter, quod non ſit actu frigidum, & ideo igni pauxillum adhibebitur, vt illa frigiditas actu exiſtens, repellatur. D Varietatem ciborũ euitabit: vnico cibo contenta ſit. Fugiat carnes antiquas, vt ſunt bouinæ, caſtratorum antiquorum, aues aquaticas, vt anſeres, anates, carnes porcinas, tam recentes quàm ſalitas, nec piſces cuiuſcũq; generis comedat, nec caſeum, nec paſtilia. Sed cibus ſuus erit, pulli, caro vitulina, oua recentia, far, ſpelta, hordeum, & milium præparatum in optimo brodio. Pro inſalatitio comedat aliquando cappares, cichorium, boraginem, & lactucas coctas. Et hic erit ſuus modus viuendi. E Circa verò medicamẽta hoc obſeruet, vt bis purgetur in anno, hunc in modum:

R. Floris caſsiæ ℥ j.
Specierum hieræ ʒ ij.

Cum zuccharo fiat bolus, detur trib. horis ante prandium. Deinde:

R. Syrupi de cichorea Nicoli cum rhabarb. Byzantini completi ana ʒ j.

Brodij pulli, in quo decoquantur rad. petroſelini ℥ iiij. Miſce pro vno ſyrupo & ſic ꝑ alijs. F Finitis iſtis ſyrupis, accipiat infraſcriptã medicinam:

R. Confect. hamech ʒ iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥ iiij.

Cum aqua boraginis fiat potio breuis. Detur in aurora cũ cuſtodia. Præterea laudo vt acceptis duobus ſyrupis primis, ſecetur vena baſilica brachij dextri: & ſi hæmorrhoides apparerẽt, maximè laudarem, vt aperirentur appoſitis ſanguiſugis, & poſtea ſtatim reciperet fumum ex aqua, in qua bullierit camomilla. G Itẽ, cõſulo vt ſæpiſsimè vtatur zuccharo roſato: vt ſi ſingulis dieb. acciperet ℥ s. zucchari roſ. antè cibũ, vehementer laudarem. Item ſemel vel bis in ſeptimana accipiat ʒ. med. rhabarbari, vel maſticando illud, vel puluerizatum miſcendo cum ℥ j. vuæ paſſæ, vel cũ zuccharo roſ. Et hic modus eſt præſeruandi hãc Magnificam dominã ad Vernũ tempus: quo tempore, ſi placuerit ſuæ Magnificentiæ, me certiorem reddat de valetudine ſua.

CONSILIVM CCCXV.

De ſterilitate.

EST nobiliſsima mulier, quæ cõqueritur de ſterilitate: cùm tamẽ ſit iuncta viro in flore ætatis conſtituto. Et nõ videtur ex apparentibus, quòd talis ſterilitas procedat ex aliquo horum. Maritus patitur gonorrhœam. Vxor percipit dolorem circa ventriculum, & interdum in capite. Menſes etiam plus albedinis habent quàm côueniat: nec tamẽ verè albi, nec ſunt in quãtitate débita. Ipſa nõ eſt incõtinens: ſed in ipſo actu tardiſſima. Certum eſt, quòd cauſa ſterilitatis vel eſt in inſtrumentis, vel in materia. Non numerabo oẽs cauſas, quomodo vitientur inſtrumenta, neque quomodo vitietur materia. Dicã per concluſiones. Dubitatur an ſit ex defectu mulieris: ponõ hanc concluſionẽ, vitium eſſe in muliere per ſe, licet in maſculo ſint plurimæ rationes quæ adiuuãt: & dico, quòd eſt vna cauſa, ratione cuius ſequitur talis effectus. Ego omnia audio eſſe in ea frigidæ temperaturæ quantũ ad genitalia. Primò eſt tardiſsimi coitus, & ſine appetitu. Præterea ex his, quæ emittit ſcilicet mẽſtruis, audio, quemadmodum ſint mucoſa, & habent humiditatem, talis humiditas & reliqua ſigna arguunt magnã frigiditatẽ in talib. mẽbris. Et dico magnã, quia cùm ſit iuuenis 22. annorũ, & ditiſsima, eſt tamen frigida: & talis frigiditas, quãdo eſt intenſa, facit ſterilitatẽ. Primò condenſat vterum, vt cotylidones ſint ſtrictiores, vt non trãſeat materia mẽſtrui ad vterum: & fiunt leuia, quia ſemper mucus aliquis ibi adeſt. Et mucoſitas cotylidonum facit, vt conceptus nõ retineatur. Nõ dico, quòd nõ retineat, & nõ concipiat, quia nõ poſsit ſeruari ſemen: ſed quia acetabula ſunt impura, & ſunt repleta illa muco, vt non poſsit peruenire ad vterum ipſum menſtruũ. Et ſemen emiſſum à muliere, facit potius ad voluptatẽ, quàm ad conceptionẽ. Nã reuera materia cõceptus, eſt ſanguis mẽſtruus, qui cùm nõ poſsit exire in hac muliere, nõ poteſt fieri cõceptus, vt primo de ſemine dicitur. Et iſtę ſunt cauſæ neceſſariæ: nam quando eſt frigiditas intenſa valde, non fit generatio: ſi verò modicus ſit exceſſus, & reperiat ſemẽn appoſitum, fit conceptus, ſed cùm fuerit magnus exceſſus, nõ fit cõceptus. Quòd autem vir citò emittat ſemen: non eſt credendum, quòd aliquo tẽpore non ſit in aliqua diſpoſitione emiſſum ſemel & ſimul, ideo hoc nõ eſt neceſſarium. Præterea gonorrhœa poteſt impedire, quando ſemen non eſt ita concoctum bene: tamen hoc non eſt neceſſarium, quin aliquo tempore ſit concoctum. Et credo, quòd tantùm vitiũ ſit in muliere, ex aliquo perpetuò, & neceſſariò in ipſa, mouente, videlicet ex frigiditate vteri, quæ facit cotylidones ita cõſtrictos, & facit mucoſitates vt nõ poſsit generare. Ita potiſsima cau-

ſa eſt frigiditas ipſius. Et non negauerim de mala ratione victus, & de mala vētriculi temperatura. Iſta breuiſsimè dicta ſint. Credo quòd mulier in cauſa ſit: & ſiquidem verū eſt, quòd ſit cauſa frigiditas, oportet vt calefiat & ſiccetur & corroboretur. Et ſi caput deſtillat, occurratur capiti & ventriculo. Ideo arbitror optimum eſſe, vt cōcoquatur materia pituitoſa cū incidentibus, attenuantibus, abſtergentibus, vt ſyrupo de betonica & oxymelle. Factis verò concoctionibus, euacuetur pituita cum pillulis, quæ habent colocynthidem & agaricum, quia verè iſta euacuant pituitam. Et poſt purgationem deueniamus ad balnea: quæ maximè conueniunt: bibēda prius, poſtmodum maneat in illis: ex quo fouebitur locus proprius, & facilè inde concipiet, auxilio Dei, cùm partes illę fuerint roboratę ex tali balneo, & ex medicamentis iam enarratis.

CONSILIVM CCCXVI.

Ad ſuſtentationem partus.

ELECTVARIVM hoc ter in die ſumendum, duo cochlearia, tribus horis ante cibum, & in introitu lecti.

R. Succi pentaphylli,
Betonicæ,
Rad. conſolidæ ana. ℥ iij.

Purificentur ſucci, & cum zucchαro candido fiat electuarium.

Mortuo embryone.

R. Ariſtolochiæ rotundæ,
Panis porcini ana ʒ j.
Sauinæ,
Florum tamariſci ana m. j.

Bulliant in aqua cōmuni, huius decocti ℥ iiij. Dentur cum iuleb viol. ℥ ij. Primò ſumat vnam pillu. trochiſc. de myrrha, & ſuperbibat hunc ſyrupum calidum.

Viuente partu.

R. Caſsiæ ligneæ ʒ j.
Cinnamomi electi,
Caſsiæ fiſtulæ ana ʒ ij.
Aquæ ſauinæ vel iuniperi q. ſ.
Fiat potus.

Ad retentionem fœtus pro abortientibus.

R. Olei myrtini roſati omphacini ʒ iij.
Coaguli hœdi,
Boli armeni orientalis,
Balauſtiorum,
Maſtichis,
Sangu. draconis,
Hypociſtidos,
Sem. roſ. rub. acatiæ,
Raſuræ eboris,
Cornu capri vſti ana ℈ ß.
Cærę q. s. fiat vnguentum.

CONSILIVM CCCXVII.

Pro iſchiadico.

CVM accedetis ad ægrotum, quod primum debetis agere, eſt iſtud. Primùm contemplemini vultum, deinde colloquamini cum ipſo, poſtea tangatis pulſum, & obſeruabitis omnia quæ vobis ad morbi cognitionē erunt neceſſaria. Decumbit hic iſchiadicus, qui ad tabem ferè peruenit. Adſunt febris continua, tabes totius corporis, dolor in ſiniſtra parte circa glandulas, inguinis dolor, non erigit crus, ſed flectit. Iſta omnia cōſideranda in hoc veniunt. Quomodo curandus hic erit & liberādus ab his affectibus? Indicationes erunt neceſſariæ. Vnde? à natura morbi & ſymptomatib⁹. Sed prę ſupponemus primò eius temperaturā, quę eſt calida, ſicca, cholerica: eſt enim gracilis, & talis fuit ſanus: pili plurimi in corpore, & nigri, craſsi, venę amplæ. Laborauit antea ex hepate: & vt dixit, habuit morbum Gallicum. Eſt Ceretanus, vagabūdus, vixit inordinatè, vt ſolēt iſti. Incipiam⁹ à primo ſymptomate. Primò ſenſit dolorem cum tumore in partibus glanduloſis circa pubē, qui cauſatus eſt à materia pituitoſa, vel etiam ex fæce ſanguinis, in eam partem natura debilem delata, propter ambulationem, & victū inordinatum: communicata deinde eſt propter loci vicinitatē, neruis & muſculis mouētibus crus, qui aut reſoluti ſunt, aut debiliores facti: fortè etiā per vertebras dorſi delata aliqua materia eò decubuit. Morbus ergo eſt mala intēperies, vel obſtructio in iſtis partibus. Febris eſt ſymptoma: quia materia multa in locū aliquē depulſa, nō bene euentata, neceſſariò putreſcit: & puto febrē eſſe hecticā, quę vt plurimum iungitur putridę, etſi ex ephemera poteſt fieri trāſitus in hecticā, ſicut dicit Gal. multò magis ex putrida, pręcipuè in cholerico corpore diu laborante. Si velis febrem morbū appellare, nihil refert. Febris putrida ferè ſemper iungitur hecticæ. Et hoc eſt quod Auic, inquit, primā & ſecūdā ſpeciē hecticæ cognoſci difficillimè. Cōtrariū dicere videtur Gal. ſed Auic. intellexit de hectica cōiuncta putridę: & ſic doctiſsimi iſti viri nō ſunt pugnātes. Atrophia ſeu tabes, fit propter dolorē febremq;: ſed primum vitiū eſt in neruis & muſculis pedum. In cura reſpiciendū eſt ad id, quod eſt principale, quo ablato auferūtur & cætera, 11. Metho. quod habet rationem cauſæ ſine qua non cætera curari poſſunt: quod perpetuò in complicatis vitijs eſt obſeruandum. In hoc caſu dum dolor adeſt, tolli nequaquam cætera poterunt. Dolor ergo primò ſedetur. Solet autē ſedari aut per mitigatorium, aut per ſtupefactiuū, aut per euacuatiuū. Nō per duo priora, ergo per euacuationem. Sed iſte humor faciens dolorem, vel totus decubuit in partē, vel habet adhuc cauſam fouentē. Euacuare ipſum non auſim, quia fuit ſatis purgatus, & heri ſumpſit pillulas ſatis fortes: præterea eſt arefactus omnino. Sed ex loco oportet tollere materiam. Inſtituatur regimen primò, deinde à loco materia euacuetur. Sed quibus modis? Aut fomētis, aut emplaſtris, aut vtriſq;. Et nota, ſi per emplaſtra applicata rubeſcit locus, erit iter curæ cognitū, quia materia diſsipabitur & reſoluetur: ſin minus, cura erit difficilis & impoſsibilis. Poſtquā igitur facta eſt generalis euacuatio, fomenta applicabimus, & emplaſtra quater aut quinquies: ſi tumor non obedit, ad fortiora ibimus: ſi neq; tum, ad chirurgiam ægrū mittemus. Inter reliqua ſemper habeat patiens ventris beneficium.

neficium. Aqua mellis loco vini bibatur: nam bene nutrit, & melius quàm vinum. Inijciatur aliquid ſaluiæ & betonicæ, propter corroboratione neruorum, & reſolutione materiæ. A clyſteribus primò incipiemus leuioribus, deinde fortiorib9. Reſoluere & mollire oportet in hoc caſu. A leuibus incipiamus, & tandem ad dropacifinos perueniamus, ſi iſta non contulerint. A

R. Anethi ſicci,
Florum camomillæ,
Maioranæ, B
Pulegij,
Calamenthi ana man.j.
Sem.lini,
Fœnugræci ana ℥j.
Ebulorum viridium man.iiij.

Bulliant omnia ſimul in ſufficienti quantitate aquæ, ad conſumptionem medietatis, pro fomentatione, cum ſpongia iteretur quater:

R. Hyſſopi ceroti,
Dialthææ ana ℥.j. C
Butyri recentis ℥ ij.

Miſce, fiat linimẽtum pro loco, quod adhibeatur poſt fomentationem.

R. Aquæ communis lib.iij.
Mellis ℥.v.s. Sumatur octaua pars mellis.
Saluiæ,
Betonicæ ana man.s.

Bulliant in aqua ad tertiam partem, bibat loco vini. Conualuit, & diſceſsit. Pro iuuene quodam ſciatico: bibat aquam mellis, & clyſterem ſumat ex maluæ brodio, cum hieræ picræ ʒ iij. D

Mellis roſati ℥ j. Olei ℥ iij.

CONSILIVM CCCXVIII.

Pro Iſchiadico.

CVM iſchiadicus dolor fit ratione fluxionis, & fluxio præſupponat materiam fluentem: locum, ad quem fit defluxio, debilem & imbecillum: membra in quibus materia generatur, ad hoc conuenientia: vtq; materia ſubinde expellatur per vaſa, meatusque amplos, per quos aptè eadem defluit materia: cùm inquam hæc ita ſe habeant neceſſariò, ideo in curatione huius nobiliſsimi viri prouidẽdum, vt materia, quæ fluit, fluxuraq; eſt, congruè educatur: & membra materiam generantia corroborentur, & ad meliorem habitum perducantur. Et locus defluxioni ſubiectus qui præcipuè in coxis eſt, & ipſe reddatur robuſtior, deturq; opera, ut viæ & meatus nõ ita ampli, neq; laxi exiſtãt. Primùm igitur pro materia edúcẽda procurabit, vt in Vere & Autũno (vt fieri ſolet ferè in omnibus qui alicuius fluxionis occaſionẽ patiuntur) purgetur, ſitq; purgatio eiuſmodi. E F

R. Caſsiæ nouiter extractæ ℥ j.
Agarici præparati ʒ j.

Miſce cum ſaccharo, fiat bolus. Facta huiuſmodi purgatione leniori, die ſequenti mittatur ſanguis è baſilica eiuſdem lateris, ita vt iteretur bis in eadem die: ſit autẽ copia ſanguinis in quacunque vice ad ℥ iij. Deinde infraſcriptos ſyrupos ſequentibus diebus accipiat. G

R. Syrup. de betonica,
De praſsio, id eſt, marubio,
Mellis roſati ana ℥ s.
Decoctionis iuæ,
Chamædryos,
Endiuiæ ℥ iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro alijs quinque, vel ſeptem. Poſt exhibitos ſyrupos ſumet medicamentum, quale eſſet.

R. Agarici præparati ʒ ij.
Trochiſcorum alahandal gr.x.
Floris caſsiæ ℥ j.

Miſce cum ſaccharo, fiat bolus. Spacio autem intermedio inter duas purgationes, Veris inquã & Autumni, vtetur pillulis communi nomine de tribus appellatis, quæ confici ſolent ex agarico, rhabarbaro, & aloe. Sumat autem ʒ vnam ſingulis vicibus hora vna ante cœnam, & eo veſperi parum admodum cœnabit. Et hæc, quantum ad materiam fluentem euacuandam attinet. Sed quoniam eadẽ materia deriuari poteſt, vel auerti: pro auerſione laudarem vomitum bis in menſe, ſi facilis illi eſſet vomitus: & poſſet prouocari ſumpto oxymelle cum aqua tepida. Pro deriuatione autem materiæ fluxæ, & facientis iſchiadicum dolorem actu, probarem cauteria, quæ vulgò fontanellas appellant, in tibia eiuſdem lateris infra genu, per quatuor digitos in loco conſueto. Et hæc de materiæ euacuatione, auerſione, & deriuatione tã fluxæ, quàm fluxuræ. Ne verò eadem materia generetur, noua, & perpetua indigeret euacuatione, prouidendum. Primò, vt membra, quæ illam generare poſsint, corroborentur. Non video autem in hoc nobiliſsimo viro ſigna aliqua quibus indicetur imbecillitas quædã eſſe in ventriculo, vel in hepate, vel in alio quopiam membro naturali, imò apparet ſecundùm totũ corporis ſtatũ boni habitus, & ſubſtãtia, & colore, ac reliquis qualitatibus: ideo ſuſpicor potius, quòd ea materia generetur propter errata aliqua in ratione victus, quàm ob aliquã membrorum imbecillitatẽ. Ergo curabit ad prohibendũ nouã materiæ generationem, ut in ſex rebus non naturalibus bene degat. Sunt autem exercitij horæ eligendæ matutinæ, ac ſereno aere, alioqui intra domum ſe exercebit potius, euitabit animi moleſtias, quàm maximè fieri poterit. Sed inter præcipua adiumẽta in hoc corpore eſt, vt procuret aluum habere mollem, ita vt quotidie copioſè etiã egerat: quòd ſi natura deficiat, ſupplendum erit cum decoctis manè ante prandium ſumptis. Decocta autem erunt talia, ex betæ, Maluarum, Mercurialis, Paſſularum Corinthiarum decocto, ex iure pulli, addito oleo. Clyſteres quoque commodiſsimi ſunt in hoc caſu, imò præcipui iuuamẽti, etiamſi fuerint acutiores, adiecta Hiera (quam picram vocãt) vel etiam Hiera Hermetis, aut aliqua alia. Nunquam tamen in clyſteribus mel roſatum prætermittatur. Caueat à ſomno meridiano, manè excitetur, ſurgatque à lecto diluculo, & poſt reddita excremẽta, ad exercitia ſe conferat, & ad res ſuas gerendas, illud enim tempus erit maximè opportunum. Cibum eligat vnius generis, & omnino euitet cibariorum multitudinem, abſtinebit à pa-

ſtilibus cuiuſcunq; generis, à lacticinijs, à leguminibus, à carnibus antiquis, carnibus porcinis, & alijs, quæ ſunt ſemicrudæ, auibus paluſtribus, à piſcibus quoque cuiuſcunq; generis. Sed veſcatur vitulis, hœdis, pullis, auibus campeſtribus, lepore iuuene, cuniculis, & reliquis huiuſmodi carnibus, à vino conſulo abſtinendum. Sed optima ei erit aqua mulſa, eoque magis, quia audio in patria aſſuetum eam bibere. Cauebit à compotationibus, quàm maximè poterit, neque inter cœnã & prandium aliquid bibat, aut comedat. Hęc ſi rectè obſeruauerit, materia noua nõ generabitur, quæ ad membrum affectũ defluat. Pro membris corroborandis, in quibus eſt materia generata, laudo vt optimè muniat veſtimentis ventriculũ, vtraque hypochondria, caput & membra extrinſeca, ſicut manus & pedes. Pedes enim quàm maximè tegi debent tum à frigido, tum ab humido. Hæc ſatis puto pro roborandis membris intrinſecis, in quibus nullum eſt vitium intrinſecum, vt ego conijcere poſſum. Quantum verò attinet ad vias latiores redditas, per quas facilè fluit materia, laudo, vt habeat radices acori, conditas cum melle, vel ſaccharo, vel myroba. chebulos, vel etiã ſaccharum roſ. vel ſaluiæ folia tenuiora, ſaccharo confecta, & aliquo iſtorum vtatur aſsiduè mane, & veſperi ante prandium, & cœnam, quantũ eſt pondus ʒ ij. vel ʒ iij. Atq; hęc pro roborandis etiã omnibus reliquis membris. Ad corroborationẽ verò loci, ad quem fit defluxus, qui eſt tota pars à vertebra vſq; ad imum pedis, præcipuum remedium eſt, vt illa pars tentetur calida præ reliquis omnibus quàm maximè, & muniatur contra frigus, ideo calidę eius partis fulciantur pellibus, ac præcipuè laudo vulpinas.

CONSILIVM CCCXIX.

De Iſchiade, Anno M.D.L. Iunij XIX.

VIDENTVR eſſe duo actionũ genera læſa. Vnũ eſt in actione voluntaria, non enim poteſt mouere crus. Eſt etiã in ſenſu læſio, nam eſt dolor, qui eſt ſenſus triſtis. Inquiram igitur cauſas. Eſt dolor, ergo eſt ſoluta vnitas. Valet enim conſequentia, ſoluta eſt vnitas, ergo eſt dolor: & ſi dolor eſt, ſoluta eſt vnitas. Solutio autem continui fit tripliciter. Primò, quando ſoluitur quod eſt in membro ratione miſtionis, vt frigiditas, & acredo ſoluit continuum, quia frigiditas mordicat, & non apparet ſolutio vnitatis, quoad inſtrumentum. Eſt alia ſolutio continui, quæ non ſeparat inſtrumentũ: ſed quãdo cõprimit partem, eaq; extenditur, vel cõprimitur, ſed non ſeparatur. Tertia eſt, cùm pars à parte ſeparatur. Ab his tribus ſolutionibus fit dolor. Hæc ratio dictat, & Galenus teſtatur. Quæ igitur cauſa erit in hoc viro? nam refert ad curationem. Quantũ ad tertiam, nõ video, quòd muſculi, & fibræ ſint ſolutæ. Non colligitur id ratione, nec ſenſu apparet, nam vbi facta eſt ruptio, ibi perſpicua eſt lęſio: & quãtũ deperditur de illis fibris, tantum de actione. Nam cùm neruus offenditur, non tranſibit virtus ad partẽ, vt videmus in neruis, vbi fit ſeparatio, item in fibris, vbi etiam fibræ carnis ſeparantur, fit inflãmatio. Hîc nihil huiuſ- A modi eſt, & quando fit talis ſolutio, fit per contuſionem, vel inciſionem, & ſequitur inflammatio Et ita hîc non eſt ſolutio fibrarum in muſculis, & carne, ſed ſunt tenſiones. nam ad vigeſimamtertiam vel vigeſimamſecundam vertebram eſt compreſsio, quia ex violenta, vel ſiniſtra verſione, nerui ſeruientes huic motui comprimuntur, & fiunt dolores ingentes, vt omnas vos ſcitis, & torquetur dolore, donec neruus redeat ad locum ſuum: & ſi magna contorſio, diu durat, ſi parua, parum. B Et ſi neruus redeat ad locum ſuum, tum locus factus imbecillior eſt, vt ſi veniat leuis impreſsio, facilè imprimit eam, ac redeat illa contorſio. Et ego id experior in vno crure, quod cum ſemel erat contortum, & nunc facilè contorquetur. Ita etiam in hoc viro contingit primò grauis contorſio, ſuſtinuit pondus graue, vt hauriret vinũ, dũq; corpus totum ſuſtineret, ibi facta eſt cõtorſio: redijt iterum, cùm laboraſſet illis diebus, exercitio maximo partes incaluerunt, & fecit tenſionẽ, ex C qua dolor, & facta eſt ſolutio continui, quæ eſt in ſecundo genere ſolutionis. Acceſsit cauſa doloris affluxus materiæ, & etiam intemperies, quæ ibi inducta: & ita intemperies cum affluxu materiæ repentè facta fecit dolorem: ergo nõ eſt ſolutio, vt ſit ſeparatio partium. Cauſa, quòd non mouetur, eſt, quia nerui proueniunt mouẽtes crura à 22. vertebra, læſis illis neruis, nõ eſt mirũ, quòd non moueant bene crura, quia ſunt impediti, & ſpiritus nõ bene demãdatur, & accedit dolor ad D genu etiam, propter quẽ defluit humor, & intemperies fit in partibus ſubiectis. Credo has cauſas doloris eſſe & impediti motus. His ſtantibus videndum, an morbus ſit factus, vel fiat, nõ loquor de contorſione, nam iam declinat, non augetur, ſed nũ ſit in augmẽto defluxus humoris, an poſſit facere inflammationem. Nam video corpus repletum & molle, venas latas, nõ ſe exercet, nõ accipit medicamenta, & habet repletionem nõ quo ad vaſa, id eſt, repletionem ſanguinis, ſed ad virtu E tem, quia membra infirmiora: & cõtingit vtranq; repletionem ſimul eſſe, 4. de Tuen. ſan. vidẽdum eſt hîc ne ſit affluxus. Ac ita inciperẽ ab euacuatione diuerſiua, proq; intentione humoris fluentis, & fluxuri diuerterem caſsiæ flore, & mitterẽ ſanguinẽ è baſilica brachij eiuſdem lateris, ratione diuerſionis. Deinde ſi nihil hoc impediret, euacuarem à loco, vt fecit Galen. in iſchiadica inciſa ſaphæna. Vbi dolores infra renes, debemus euacuare per venas poplitis: ſi dolor ſtabit, cõcoque F humores, & euacua, prius (vt dixi) præparatis humoribus, & ſæparatis bonis à malis. Euacuarẽ autem confectione hamech, quæ eſt optima, ingreditur colocynthis, ſcammonium, agaricus, ſena. Darem pillulas aggregatiuas, maximè enim conueniunt, & ſunt meliores illis fortiorib. Facta euacuatione ad affectum locum venirem, & facilè etiam fieret reditus ad ſanitatẽ, ratione victus, & quiete ſine localibus. Nec erit opus ijs vti, antequam euacuetur, inungat locum oleo chamæ G melino: fouebit neruos, & materias emolliet, & leniet dolores, quia illud oleum eſt lene, non attrahit. Poſtea optimum eſſet, vt vteretur fomentis, & balneis ſuo tempore.

CONSI-

CONSILIVM CCCXX.

Pro milite quodam, qui ex equitatione equi malè euntis, & nimia Venere patiebatur dolores Iſchiadicos.

PRIMO ad locum nihil voluit applicari omnino, & quia iam cerata appo ſuerant, ea adimi iuſsit. Deinde in cibo & potu maximè temperantem eſſe voluit, & vti Panatellis, ouis recentibus, farre bene cocto, pullis. Poſtea potum talem ordinauit.

R. Aquam de fonte puro, & pro libr.ij. in eá ponatur cochlearium mellis, & aliquot Saluiæ folia, diligenter deſpumetur ad ignem lentum, & decoquatur vſque ad octauá partẽ conſumptá, poſtea in vitrum effundatur, & permittatur ſubſidere ſedimentum, & vtatur pro neceſsitate. Vt aluus leniretur & materia euacuaretur, tale clyſtere ordinauit.

R. Specierum hieræ ʒ vj.
Mellis roſati ℥ iij.
Centaurij minoris m.j.
Florum chamæmelinorum,
Anethi ana m.s.
Olei chamæmelini ℥ iiij.
Salis purum.

Miſce & fiat clyſtere: quod hodie & cras inijciatur. Poſt hæc fortioribus progrediendum dicebat.

CONSILIVM CCCXXI.

Pro Monacho iſchiadico, cum tumore teſticuli, Anno M. D. XLIII. Iulij XIII.

CLARISS. Doctores, duo ſunt prẹter naturam conſideranda in hoc viro. Primò, dolor circa iſchion, & coxam dextram, impediens etiam motum. Secundò laborat etiam tumore in teſticulo ſiniſtro cũ dolore, de quibus conqueritur. Primũ quod intendimus, eſt, inducere ſanitatẽ, quam nõ poſſumus inducere niſi cognitis cauſis, quę extrinſecę ſunt: quæ etſi non ſatis ſunt ad indicationem curandi, tamẽ conferunt, & iuuát. Cauſæ intrinſecæ ſunt formales & materiales, ad quæ conſequũtur accidentia. Et ſi rectè volumus ægritudinem cognoſcere, neceſſarium eſt harum cauſarum eſſentiam cognoſcere, & intenſionẽ ac remiſsionem earum: pendent autem hæc à magnitudine lapſus. Oportet igitur, vt primò conſideremus temperaturá huius corporis naturalẽ, & ita obiter habebimus anſam reperiendi cauſas horum morborum. Diſpoſitio naturalis ſingulorum membrorum, vt cerebri & cordis, eſſet cognitu facilis, ſi quis diu eſſet cum eo verſatus, ſed hodie primum eum vidi. Verùm tantùm habitudinem conſideremus, ex qua medici aliquid cognoſcunt. De temperaturæ gradu nihil dico, difficilimum enim eſt, eum vnquam exquiſitè cognoſcere. Temperatura tantùm generalis facilè cognoſcetur, vt & Galenus teſtatur quarto de Tuen. valetud. Ex colore enim cognoſcimus dominium humorũ, niſi in profundo decumbant. Color au-

A tem niger eſt, vnde iubemur colligere aduſtionẽ
humoris melancholici, calida igitur temperatura
eſt, & fuit. Ab hepate nanque ſanguis generatur
calidus, ergo colligitur hepar calidum fuiſſe, & eſ
ſe. Sed quoniam ſine muſculis magnis, totumq;
abdomẽ gracile eſt, & omnis pinguedinis expers,
ita etiam erit in omento, vt nõ ſit multitudo pin-
guedinis in eo, atq; adeò neceſſariò ventriculus
non bene conficiet alimentum. Nam vbi pingue
eſt omentum, melius conſeruatur, & augetur ca-
B lor exiſtens in ventriculo. Arbitror igitur in hoc
corpore ventriculum conſecutiuè eſſe frigidum.
Sunt & aliæ cauſæ, quæ poſſunt nobis hoc per-
ſuadere: hepate enim calido exiſtente neceſſariò
ventriculum frigidum effici ſæpe dico. Qui-
bus ſtantibus, verum eſt multos vapores ad ca-
put aſcendere, ſicut vidimus, & totum corpus a-
bundare excrementis. Plurima igitur excremen-
ta recipit cerebrum, quòd neceſſariò ſubiectũ eſt
repletioni. Cor autem calidum omnino eſſe vide
C tur, ſed in eo nõ ſimus ſoliciti. Acceſsit peſsima ra
tio viuendi, quæ facit ad augenda excremẽta. Eſt
religioſus, veſcitur piſcibus, condimentis varijs,
caſeo, rebus frixis, quæ omnia quàm ſint apta ad
repletionem, & excrementa generanda, notum
eſt. Poſtea ſomnus pomeridianus acceſsit, ac per
ſeuerauit in hac ratione viuendi plurimos an-
nos. Debilitato corpore & extrinſecis cauſis au-
ctis, tandẽ virtus ſuccubuit, & cœpit laborare tu-
more teſticulorum in ſcroto ſiniſtri teſticuli. Et
D refert, quòd ferè à principio iuuentutis in ingui-
ne quendam tumorem ſenſerit, qui diu durauit,
neq; recordatur quando incœpit. Dum perſeue-
raret tumor, & caneret, repentè percepit deſcen-
dere tumorem ad pellem, didymum dictam, & ad
teſticulũ, quo tumore ibi facto, nunquá amplius
percepit dolorẽ in inguine. His ita ſtantibus, quá
tũ ad hiſtoriá, quæritur: Vtrũ huiuſmodi tumor
præter naturam ſit, quoniam ibi eſt materia, vel
an ſit pars aliqua corporis, vel monſtrum, vel ex-
E crementum, omnino aliqua materia eſt. Poſtea
quærendum eſt, nunquid facta fuerit aliqua ru-
ptura in loco, vel apertio, aut reſudatio materiæ
ſubtilioris. Non credo rupturam eſſe, & quòd E-
piploon, aut inteſtinum exciderit: cùm enim diu
eum habuerit, non conqueritur tamen de dete-
riori concoctione ventriculi. Dubitatur modò,
ipſe dicit ſe tumorem percepiſſe diu: non poſſu-
mus igitur aliter colligere, niſi materiá fuiſſe cau-
ſam, & eſt materia ſegnis, ac craſſa, qualis eſt pitui
F ta. Ex cantu autem arteriæ & venæ intumeſcunt,
ita vt aliquando rumpantur venæ. Dum igitur
cantabat, ſitu ad hoc adiuuante, pars materię ſub
tilior facta, deuenit per membranam ad teſticu-
lum. Nec mirum eſt, quòd per membranam ve-
niat materia craſsior: videmus enim quãdo in pe
ctore putredo eſt, excerni à pulmone per tuſsim
craſſa, & tamen pars illa tranſit membranas: quá-
re etiá ſine ruptura potuit fieri iſte tumor. Mate-
ria igitur deuenit ad teſticulũ ſine ruptura: quia
G facta ruptura difficile eſſet, inteſtina etiam non
procidere: & potuit tandem ita contingere, quòd
materia ad tantam peruenerit craſsitudinem, vt
ſcirrhum efficeret, & puto ſcirrhum iam verũ eſ-

ſe inductum. Si eſſet caro, non tam reſiſteret attactui, niſi ad callum iam perueniſſet. Poſſum autem abſceſſum hunc tumorem etiam optimè appellare, apoſtema Græcis dicitur. Hoc ſit ſatis, quantum ad tumorem præter naturam. Locus eſt membrana, quæ immediatè contegit teſticulum. Adeſt præterea dolor vertebræ coxæ dextræ, iſchiadicus dictus. Eſt enim primò dolor iſchij ab eo loco vſque ad genu, & inde ad talos, & habet ea omnia, quæ ponuntur in definitione iſchiadis: quia eſt morbus articularis, & habet eandem rationem quam habent fluxus omnes ad aliquam partem. Quando fit defluxio, non oportet quærere, vtrum ſit per conſenſum, an primario affectu. Poteſt eſſe defluxio dupliciter, ab vno membro ad reliquas partes corporis, vt à cerebro: aut ab vna parte ad aliam: in illa autem dicimus vitium eſſe. Nam in fluxione quatuor neceſſariò requiruntur. Membrum mandans: quod validum eſt, mandat ſua excrementa ad loca affecta. Recipiens, quod debile eſt, & aptum ad recipiendas fluxiones. Tertiò, requiritur materia quæ fluit. Quartò, viæ apertæ, quæ diligentiſsimè conſiderandæ ſunt. Quantum ad imbecillitatem recipientis loci, fit ea vel ratione temperaturæ, vel compoſitionis malæ, vel ſolutione continui. Hîc nulla eſt ſolutio continui propriè dicta, quod diſtinguo contra malam intemperiem. Neque in compoſitione vitium. Non enim eſt diſlocatio oſsium, diſlocatio inſenſibilis eſſe poteſt: oſſa autem ſimul ſunt compacta, relinquitur igitur, vt ſit intemperies, ſi conſideremus cauſas procatarcticas, ſicut audimus hunc Reuerendum patrem incidiſſe in hunc affectum tempore hyemis, cùm noctu ſurgeret. Longè autem facilius muſculi lumborum expellunt, ex ſententia Auic. 22. 3. quàm ligamenta, & ea, quæ ſunt circa oſſa: quæ poſtea dura ſunt, in quibus materia hæret, quare difficillimè auellitur. Fuit tempus frigidum, non igitur mirum, ſi illæ partes facilius fuerint affectæ, ratione temperaturæ frigidæ: nam in habentibus ſymbolum facilis fit tranſitus, vbi ſemel debilitatæ ſunt, & aliorum excrementa receperunt. Id poſtea ſubinde magis factum eſt, donec tandem per eſſentiam facta eſt læſio, & imbecillitas, vt reliquorum membrorum excrementa facilius reciperet, quia proprius locus in quo fiat excrementorum collectio non eſt. Et ideo concludimus, quòd habet aliquid præter naturam, idq; adeſt per conſenſum, quia membrum mandans mandat, & inde eſt vitium in loco. Non eſt autem hic primogenius affectus, vt ſcilicet ita laboret membrũ, vt in eo incœperit prima occaſio. Mandantia membra ſunt ventriculus, & repletum caput, ex quo per ſpondylos & neruos deſcendit materia iſta craſſa, per venas etiam aliqua alterius materiæ portio illuc peruenit, & iſtę ſunt vię, per quas materia deducitur. Materia quæ fluit, eſt craſſa pituita, ideo non facit inſignem dolorem. Iuuatur etiam à calidis, melius enim habet æſtate, quàm hyeme. Ita iam omnia apparent, circa conſiderationem morbi facientis dolorem obſeruanda. Membrum igitur principale mandans caput,

A viæ, nerui & venæ. Locus autem recipiens eſt, vbi os femoris connectitur cum oſſe iſchij. Materia eſt pituita. Cùm igitur viderimus naturam horum ſymptomatum, ad curam accedendum. Incipiam autem eodem ordine, quo in indagandis cauſis vtor. Curantur abſceſſus, & tumores pręter naturam, vel per operam chirurgi, vel per medicamenta. Vtrum autem opera manuali egeamus. Auic. de tertia ſpecie herniæ dicit, quòd quandoque materia decumbit ad partem illam
B ſcroti, & ſæpe facit, vt tumorem abſcindere, & eradicare debeamus. Donec tamen accederet tempus magis opportunum, tentarem medicinas omnimodo. Non fuit bene intellecta neque bene curata cauſa morbi: quia ligamenta appoſuit, & pro hernia curauit, quare exterius applicata remouẽda. Ego vellem emollientibus & reſoluentibus vti: pinguedinem porci, oleum amygd. dulci. myrrham, crocum, ammoniacum probo. Hæc omnia ponentur ſimul, & vnguen-
C tum de althæa, compoſitio diapalma nunquam ſatis laudata à Galeno cum oleo è Ruta. Tentarem omnem emollitionem, ſed quia quandoque obſtruuntur meatus cutis, optimum eſt, vt nunquam ponamus colliquantia, niſi etiam ponamus lenientia, vt ex decocto chamæmeli, althęæ. Hæc enim penetrant ad profundum, & locus quoque mundus remaneret. Hoc modo niſi ſuccedat, ad inciſionem tranſeundum. Remedia communia contra iſchiadem ſunt, quæ reſpiciũt
D cauſas: quæ quatuor ſunt in quolibet defluxu. Audio eum eſſe euacuatum: poſtea acutis clyſteribus vſus eſt, vt eroderent etiam inteſtina: ob eã cauſam emplaſtica quædam addi oportuit. Aquá Poretanam quoq; bibit, quæ plurimum euacuat, quare non puto iam temerè aliquid ſuperflui in corpore eſſe. Aquæ autem Poretanæ calidæ ſunt, nec eſt differentia aliqua inter eas, & Patauinas in caliditate. Quare etiã nunc vrinæ tinctæ ſunt, & plurimũ mingit, quare meatus aperti ſunt ab
E illa aqua Poretana. Si tamen aliquid ad hæc exhibere vellemus, eſſet id flos caſsiæ. Sed quia huc accerſiti ſumus potiſsimũ, vt conſulamus, vtrum lutum balnei conueniat, & quib. balneis vtendũ. Sunt in his balnea quæ emolliunt, ſunt quæ reſoluunt, vt S. Helenæ, ſunt quæ aſtringunt, vt aluminoſa. In fluxionibus duo facienda, euacuanda materia, & corrigenda diſpoſitio facta in membro. Si materia fluens ſit, interciperem eam. Sed quando eſt aliqua materia in loco fluxa, quæ facit ſympto-
F mata, hæc indiget remotione. Antequam mẽbra alterentur, prius emolliri hæc debent, & reſolui. Concoquatur igitur ea materia, & deinde reſoluatur; ſed hîc omnino cauẽdum eſt, ne nimis reſoluatur, & quod bene fluidum eſt reſoluatur, craſſum autẽ remaneat. Emollitione tantùm peccare potius poſſumus, quàm reſolutione. Reſoluta materia, ſi calefacientibus indigemus, laudarẽ balnea ſulphurea. Si tamen ea quærimus ad retinendum, quod ſibi conuenit: aſtringentibus id
G fiat, & tũc aluminoſis vterer. Bituminoſa autem, vbi emollientia inquirimus. De cauterijs factis, procederem cum ijs, ſi tamẽ perſeueraret fluxus, poſſunt rurſus fieri in eodem loco.

Collegium

Collegium de Podagra.

LEONICVS CHIRVRGVS.

PASSVS eſt per multos annos podagras, chiragras, & non ſolùm iſtos dolores in manibus & pedibus, ſed per omnes iunćturas. Paſſus eſt etiam vlcera in ambobus cruribus, & fluxum hæmorrhoidarum. Et tandem deuenit ad hoc, vt cùm per certa tempora patiatur dolores iſtos, Medicos conſulit, illiſque obtemperat: poſtmodum ceſſantibus doloribus, redit ad victum ſolitum. Modò reſtrictis vlceribus in ambobus cruribus, retentæ ſunt materiæ in capite, & patitur dolores maximos in capite & in oculis, magis tamen in dextro, quàm ſiniſtro, eosq́; continuos diu nocťuq́;, vt etiam ſæpe in ſomno propter dolorem excitetur. Vnde propter hunc dolorem vos magis conſulit, quàm propter podagricos dolores. Fuit homo negotioſus, multis exercitiis deditus, quia mercator, malo regimine victus vſus eſt, & in ſex aliis rebus non naturalibus deliquit. Fuit vir pulcherrimus, rubicundi coloris in facie, vt apparet ex veſtigiis. Eſt nunc in ſecundo ſenio, agit enim annum 68. Temperatura totius calida & humida cum frigido & humido ventriculo.

MONTANVS.

Cùm conqueratur iſte vir egregius de dolore capitis tam interius, quã exterius, & de quadam ophthalmia circa oculum dextrũ, ratione cuius doloris nos conuocauit, & de quo maximè anxius eſt. Ideo illud quod maximè appetit conſiderabo, & in conſideratione huius doloris conueniunt omnia quæcunque notatu digna in hoc opere ſunt. Patitur ergo dolorem circa caput. Vt inueniamus cauſas huius doloris, oportet memorari ea quæ præceſſerunt. Subiectus fuit multis annis doloribus podagricis, & vlceribus crurum. Quæ quidem duo ſymptomata, ſiue ægritudines (non curo de nominibus) ſunt diuerſa. Illud primum eſt vnum, quòd dum pateretur podagras & vlcera, non curabatur podagra, ab vlceribus licet copioſè emanarent, neq; podagra vlcera curabat, ita quòd videntur iſtæ duæ ægritudines ſeparatę loco & cauſa. Vbi poſtea ceſſarunt vlcera, accidit dolor capitis & oculorum. Sumus in hoc, quòd dum podagras & vlcera in cruribus habebat, erat immunis à doloribus capitis. Iam ceſſantibus vlceribus, non autem podagra, incidit in dolorem capitis, & in hoc inſiſtendum eſt nobis. Conſtat podagras & vlcera contigiſſe propter defluxum materierũ, indagandæ ergo erunt materiæ, & locus vnde manent, & ad quæ loca defluunt. Cùm podagræ perſeuerẽt, & ſunt chronicæ, fecerintq; œdemata & inflammationes, atteſtantur ſuper materiam frigidam, & facilè eſt vt perſuadeamur ita eſſe, licet non viderim podagras contigiſſe propter dominium humorum pituitoſorum. Illa verò vlcera parua quidem, ſed cum pruritu & dolore indicant materiam ſubtilem calidam erodentẽ. Materia ergo ex qua vtraque diſpoſitio dependet, diſsimilis admodum eſt, & à diuerſis humoribus. Illa quæ fecit podagras

A & nunc facit, eſt materia frigida, quæ vlcera calida & biliosa. Conſequenter viſum eſt, quòd illa vlcera non ſubleuabant dolores podagricos, neque podagra vlcera. Et hoc nõ mirum, quia cùm vtraque diſpoſitio pendeat à materia diuerſa, altera non ſubleuat alteram. De generatione iſtarum materierum videndum, neq; enim ſatis commodè poſſumus conſiderare affectum circa caput ſine his. Materiæ itaque vbi fuerunt generatæ, & propter quid? Contigit ſæpe vt propter in-

B trinſecas diſpoſitiones, vel contrariam intemperiem humores diuerſi generentur, vt ſæpe pituita generatur ventriculo exiſtente frigido, & bilis ſupercalefacto hepate. Ex quo video hunc virum ſemper fuiſſe optimæ diſpoſitionis, bonæ carnis, generoſæ: optimi ſanguinis, & pulcherrimum fuiſſe, intelligo pulchritudinem non fucatam, ſed harmoniam omnium membrorum: ideo cùm redundet ſanguine multo & bono, ac optima carne, credo in corpore fuiſſe intrinſecas diſpoſitio-

C nes, quæ potuerunt hos diuerſos humores generare: ſed quòd cauſæ extrinſecæ maximè adiuuerint, & ita vt perturbarint naturales diſpoſitiones in hoc corpore. Nam, vt audio, nihil non dereliquit in ratione victus, vt non incideret in hos affectus. Exercuit mercaturam, ambulauit in maximis frigoribus & caloribus, vnde ſæpe pedes obſtupuerunt, vt illos non ſentiret. Poſtea vſus eſt his, quæ illi offerebantur, ſine delectu aliquo. Et cùm extremæ partes ingenti frigore afficeren-

D tur, calor naturalis debilitatus fuit, vnde omnes operationes naturales debiliores redditæ ſunt, vt neque attractio, neque expulſio, neque concoctio ſuũ munus facerẽt, vnde membra fuerunt parata ad omnia mala: & ſemper vbi membrum aliquod imbecille in corpore, fortiora ſuas ſuperfluitates ad ipſum detrudunt. Quare non mirum ſymptomata iſta accidiſſe, nimirum vlcera & podagras. Cùm enim membra quæ recipiunt & receperũt, fuerint inſigniter debilitata à cauſis extrinſecis, &

E plurimi humores aggregati, qui debebant tranſmitti ad partes imbecilliores à fortioribus, cùm ſit copia materiæ, ſit membrum mandans, recipiens, conſequitur fluxus, & perficitur. Optimè Auic. 22. tertij. Et ſic manifeſtè apparet, vnde ortæ ſint hæ diſpoſitiones, vlcera & podagra. Nunc verò videndum ſupereſt, vnde illæ materiæ diuerſæ generatæ. Tamen quia aer extrinſecus non generat vnum humorẽ magis quàm alium, deinde quia indifferenter omnibus cibis eſt vſus, ad-

F huc ſubobſcurum videtur, cur magis iſti humores inæqualiter multiplicẽtur in corpore, niſi accedat aliqua cauſa intrinſeca. Si conſidero habitudinem naturalem, fuit calidi cordis, vt apparet ex magna conſtantia animi, & ex præteritis facilè colligo, cuius fuerit temperamenti circa cor. Iſti qui ita ſunt prompti in actionibus, non habent cor frigidum, quia tales torpeſcunt. De caliditate hepatis non eſt dubium, cùm appareant omnia veſtigia huius etiam in ſecundo ſenio. Calidum

G hepar generat plurimum ſanguinem, & ſecundùm menſuram caliditatis ſanè ſanguinem magis vel minus craſſum, calidum & ſubtilem. Probabile eſt, cùm tempore ſuæ iuuentutis haberet

partes ſuperiores magis coloratas, vt multæ i-pſum fucatum crederent: quòd ſanguis calidus efferueſcebat magis in ſuperioribus, quàm infe-rioribus partibus, quod ſignum erat maioris ca-liditatis hepatis, quàm ſuæ naturæ conueniebat, & conſequenter hepar generauit, & pro ætate ge nerat ſanguinem magis bilioſum, quàm pituito-ſum: & quia in habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus, ſtante caliditate hepatis, & vſus fuit ci-bis ſalſis, qui facilè conuertuntur in bilem. Quan-tum ad humores crudos, non eſt mirum illum redundare multa cruditate, & ratione multitudi-nis cibariorum, & deinde quia mutauit totam ra-tionem victus. Dum enim exerceretur, non pa-tiebatur podagras: cumque eſſet in vigore ætatis, calor omnia abſumpſit, & concoxit: ſuccedente verò ætate maturiore omnia frigeſcunt, & omnes potentiæ fiunt deteriores: vnde plurimum pitui-tæ redundat, vt in omnibus ſenibus. Fuit etiam ratio intrinſeca, ſcilicet caliditas hepatis, quæ ge-nerauit bilem plurimam. Deinde propter æta-tem, non quia ſuus ventriculus fuerit debilis, ſed ratione obiecti generat pituitam, vnde contingũt podagræ, quia materiæ fluunt ad partes magis imbecilles, podagra facta, quia ſanguis factus ca-lidior in ætate paracmaſtica & craſsior. Nec mi-rum eſt, ſi deuenerit ad crura: proprium enim hu moris melancholici eſt ad inferiora deſcendere, Galeno teſte in lib. Quos & quando purgare, &c. & ideo ſemper per inferius debet euacuari. Ergo ratione ætatis, & fortaſſe cibariorum ſalſamento-rum humor bilioſus craſsior factus vlcera in cru-ribus fecit. Quapropter quum ſint diuerſæ mate-riæ podagræ & vlcerum, non mirum eſt, ſi altera alteram non iuuit.

His ita ſe habentibus, quid contingit? ſiue pro-pter imbecillitatem virtutis expellentis, ſiue mul titudinem humorum, euenit vt vlcera fuerint conſolidata, & conſtricta: & cùm eædem mate-riæ generẽtur, & magis copioſè erat neceſſarium vt verterentur ad alias partes: materiæ ſubtilio-res petierũt partes ſuperiores, per extrinſecas & intrinſecas venas. Cùm enim ſanguis generetur in hepate calidior, facilè euaporat ad caput, vt Ga lenus 3. de Locis affectis. Qui hepar calidum ha-bent, obnoxij ſunt doloribus capitis: à toto enim ambitu venarum aſcendunt vapores ad caput. Et quia venæ partim intrinſecæ, partim extrinſecæ feruntur ad caput, non mirum eſt quòd partes extrinſecæ doleant: quia aſcendunt materiæ per venas iugulares & alias, quæ intrinſecæ ſunt, ma-gis tranſmittunt ſuos vapores. Vnde nõ mirum, etiam ſi dolet caput multis modis, & in diuerſis locis, ſecundùm quod materiæ ad diuerſas par-tes deueniunt. Dolet oculus, magis tamen dex-ter, quàm ſiniſter: quia cùm humor iſte genere-tur in hepate, propter rectitudinem facilius aſcen dit ad dexteram partem. & ideo Hippocrates in ſanguinis miſſione maximè ad rectitudinẽ, quam κατ' ἴξιν vocat, aduertere nos iubet: maxima enim expulſio quærit rectitudinem ſitus. Signum e-tiam eſt, quòd materiæ ſunt partim ſubtiles, par-tim aduſtæ, quia patitur hæmorrhoidas. Quum enim multiplicetur humor melancholicus in cor

A pore proprius locus à natura deſtinatus ad expel lendum hunc humorem, ſunt hæmorrhoides: & ſemper craſsior pars ſanguinis per illas expurga-tur, quando ſunt innatæ. Nam quando per ſan-guiſugas excitantur, ſubtilior exit, quia res vio-lenta, & foramina parua: ſed quando innatæ ſunt hæmorrhoides, ſanguis craſsior emanat, licet ha-beat ſuum ichorem: ergo natura tentat vires om-nes vt expellat. Non iuuatur hæmorrhoidibus di uertentibus materiã à capite, ſicut ab vlceribus.
B Hoc primò eſt contra rationem, quia plus expel-lunt hæmorrhoides, quàm vlcera parua: deinde magis directa expulſio eſt, quàm per vlcera: ter-tiò, locus magis propinquus. Et in hoc omnes Medici conueniunt, quod ad purgandum caput, nihil eſt præſtantius, quàm hæmorrhoidas pro-uocare: & Hippocrates multos à magnis morbis liberari ait, qui hæmorrhoidibus purgantur. Vn-de igitur eſt, quòd iſte non iuuatur ab hæmor-rhoidibus, cùm oppoſitum deberet eſſe? Credo
C quòd continua euacuatio & motus continuus diu noctuque plus euacuant de materia peccan-te, quàm euacuarent hæmorrhoides confertim factæ, quæ non perſeuerent: & longè maior fit euacuatio paulatim facta, quę fit continuè, quàm illa copioſa per interualla: motus enim cõtinuus multum refert.

Quantum ad locum magis remotum, natura ſemper in præſeruationibus expellit materiam, diuertendo ad partes maximè longinquas: ſic v-
D bi fluxa, partes propinquas: vbi fluit, & partim fluxa, eligimus locum medium. Et duplex inten-tio eſt: ſed quãdo volumus præſeruare, eligimus loca maximè diſtantia. Ergo cũ hepar eſſet mem-brum generans, locus diſtans erant ipſa crura, & magis quàm hæmorrhoides: longinquius enim expellitur materia ad crura, quàm expelleretur per hæmorrhoidas. Nam ſi volumus videre quo-modo ſanguis tendat ad hęmorrhoidas, videmus vel à caua vena, vel vt nonnulli Anatomiſtæ vo-
E lunt, à venis circa lienem expurgari. Quicquid ſit, volo ponere iſtam controuerſiam, quæ ſit illa propria vena, cuius rami hæmorrhoidas faciant, ſiue à ramis venarum circa lienem, ſiue concauæ dimittatur: certum eſt quòd longè facilius expel-litur per pedes, quàm per hæmorrhoides, & pro-pterea non liberatur à dolore capitis per hæmor-rhoidarum fluxum. Dolor circa oculos inueſti-gandus. Crediderim eſſe à materia acri & bilioſa, à dominio & ex ardore, & ex pruritu & colore ap
F paret: ex modo etiam doloris, qui magis acutus, quàm grauis. Vtrum per conſenſum, an per eſ-ſentiam? à toto ambitu venarum, & ab hepate. Quænam occaſio? quia natura quum conſueuiſ-ſet tranſmittere excrementum, idem ad partes inferiores & ad vlcera, conſtrictis vlceribus iam repit ad caput. Et ſic ex hoc diſcurſu omnia ſym-ptomata apparent, quæ hunc egregium virum infeſtant.

Prognoſticum. Dicam vnum verbum de progno
G ſtico. A' podagra non curabitur: in cura præſer-uatiua tamen hoc erit difficile cum tanta debili-tate crurum in ſecundo ſenio. Dolor capitis non à deſtillatione dependet, vt Stephanella voluit: quare

quare curari poterit. Quãdo enim dicimus quòd bronchi in valde ſenibus non maturantur: intelligitur de craſsis & crudis humoribus: & hoc eſt veriſsimum. Nam cùm humores crudi aggregentur per intemperiem inſitam in ſenibus, quomodo concoquentur, cùm proprium alimentum non poſsint concoquere? Ideo Hippocrates optimè dixit, Non maturantur in valde ſenibus: ſi non cibus, lõngè minus alimentum. At ſi humoribus calidis & ſubtilibus repentibus ad caput ordinarius tranſitus impediretur, non credo difficilem fore curationẽ. Nam ſi inueniemus iter rectũ quod ſolebant progredi, curabitur caput ſuum. Vnũ eſt, quòd non debemus immorari diutius, ideo iudicio meo oportet citò moliri ipſa remedia.

Cura. Quid faciendum? Sumus in eunte Vere, corpus patitur propter redũdantiam humorum, licet adſit membrum mandans, membrum recipiens: tamen, vt Auicenna inquit, tollas materiam neque membrum mandans mandabit, neque recipiens recipiet: dummodo non adſit. Cùm hîc ſit materia & repletio, cui euacuatio debetur? Inciperem ab euacuatione, & vellem ipſum euacuare exquiſitè. Et cùm duplex ſit euacuatio, altera per pharmacum, altera per miſsionem ſanguinis, quæ propriè euacuatio, illa purgatio: dicimus indigere forſan vtraque. Galenus in quarto de ſanitate tuenda: In dolore capitis ſanguinem mittere & purgare vtiliſsimum. Hippocrates: Vbi humores permixti ſunt in corpore cum ſanguine, nec multum à natura ſanguinis diſtantes, ſanguinis miſsio audacter facienda: ſi multum diſtabunt, parcius aut magis: ſed per pharmacum euacuabitur. Fortaſsis humores q̃ repunt ad caput, nõ malè per ſanguinis miſsionem educentur, vt Hippocrates. Dolor oculorum, meri potio, balneum, phlebotomia. Tamen ſumendo indicationem à virtute, ab ætate, & reliquis conditionibus, quæ circumſcribunt operationes medici, quandoque impedimur omnino, quandoq;, &c. Eſt in ætate ſexaginta octo annorum, habemus ætatem tranſcendentem limites ſanguinis miſsionum. Benè verum eſt, vt dicit Galenus, licet conditio mitten di ſanguinis limitatur per ſexageſimum tertium annum: tamen hoc magis vel minus ſecundum gradum temperamentorum. video corpus hoc validum, nõ timerem à phlebotomia. Sed ex quo videmus quòd natura euacuat ſanguinem per hemorrhoidas, non tamen iuuatur, quid volumus duo mala facere? Primò, quia diuertemus naturam à recta operatione, deinde inutiliter operabimur. Melius ergo dimittemus ſanguinis miſsionem, & adiutoriũ illud naturæ: nam facilè fiet vt per purgationem aperiantur hæmorrhides. Pro purgatione primò purgarẽ materias oẽs cum ordinario flore caſsiæ, & ſpecieb. hieræ s. quia materiæ iſtæ ſufficienter euacuabũtur iſto pharmaco, vẽtriculus & primę venę & inteſtina expurgabũtur. Facta minoratione, deuenirẽ ad concoctionẽ materiæ. Cũ materia ſit duplex, materia pituitoſa faciens podagram: acrior quę vlcera fecit, & nunc dolorẽ capitis, quid faceres, cõcoqueres vnam vel vtramq;? Ex quo igitur dat inducias, inciperem à materia ſubtiliori, quia magis parata & inſtat & ſę-

A uiora facit accidentia, dimiſſa interim craſſa. Tũc accederem ad ſyrupos, qui commodè hoc facere poſſent. Non dimitterem cichoreacea, neq; diſpliceret ſyrup. de fumo terræ, ſyrup. de endiuia, acetoſum s. Darẽ qui in vtraq; materia cõuenit, quia craſſum mediocriter incidit, bilioſum contemperat. Vnde 3. de Rat. vict. in acut. Hipp. Oxymeli facit degenerare bilem in pituitam, cõtemperando ipſam. Et ideo non diſcederẽ ab acetoſo s. Et Meſue magnã virtutẽ ſyrupo acetoſo s. tribuit. Nam

B præter alias vtilitates, facit penetrare medicinas ad eas partes, ad quas alioqui non penetrarent. Quare non debemus facilè ſyrup. acetoſum & oxymel dimittere. Darem ſyrup. de cich. ℥. j. mellis roſati, ſyrup. acetoſi ana ℥. s. Placerent magis aquę quàm decocta, quia aqua deſtillata eſt ſubtilior quàm decoctũ & magis grata, nonnullę etiam ſeruant virtutem ſimplicium. Quòd ſi tamen voletis decocta, non multũ moror. Poſtea euacuarẽ cum his quæ euacuant humores ſubtiles, Rheubarb.

C Non habeo experientiam huius corporis, ſi facile euacuetur, non diſcederem à ʒ. ij. Rheubarb. Placet ſyrup. roſ ſolutiuus, quia euacuat à capite, & ſine moleſtia. Nollẽ aſcendere ad electuaria quæ habent ſcammoniam, dimitterem diaphœnicũ, quia intentio tantum iam eſt euacuare humores bilioſos. Poſtea euacuarem humores craſſos cum confectione hamech portione Agarici commiſti cum caſsia. Euacuato exquiſitè hoc corpore, quod tamen ſuauiter & blandè eſſet faciendum, ordinato

D quoq; bono regimine in 6. reb. non naturalibus, deuenirem ad localia, & vt natura docet, per conuenientes regiones purgarẽ, facerẽ cauteria, vbi, an in cruribus vel bracihis? ſi materia fluxa, non fluẽs magis deriuaretur ad partem propinquam: ſed cùm volumus euacuare materiã antecedentẽ, facerẽ circa crura, credo quòd ſufficeret, & materię nõ traherẽtur ad partes ſuperiores. Gal. 6. Epi. Com. 6. vbi loquitur de diuerſis auerſionib. dicit: Vbicunq; in partib. ſuperiorib. eſt affectio, omnis

E diuerſio quæ fit ſupra renes potius eſt attractio q̃ auerſio: vnde quæcunq; repunt ſupra renes, infra renes ſunt euacuãda: quę infra renes, ſupra renes ſũt auertẽda. Quid ſi in renib. in ipſo limine fuerit affectio? Poteris æqualiter, inquit, hinc inde diuertere. In caſu noſtro diuerſionẽ magis inferiorẽ eligeremꝰ. Et q̃a natura docet quò ſit vergendũ, ſed tutò facerẽ, quando corpus exquiſitè eſſet purgatum, & ſpero caput ſubleuari doloribus. ex his purgationib. Hac cura eſſet procedẽdũ. Nihil molirer

F circa alterationem cerebri ꝓpter ætatẽ. Verùm ſi circa oculũ fieret acrior dolor, conficeretur collyriũ ex decocto althæę fœnugręci cũ ſac. roſ. candi ad formam mellis, &c. Credo fore vtiliſs. ad corroborandũ oculũ, biberet thermas Aponit. dimitteret guttam. Hæc videbantur agenda in iſto caſu.

CONSILIVM CCCXXII.

De præſeruatione à podagra & calculo, pro nobili viro D. Matth. Zeſz conſule L. Bohemo.

G VIR nobiliſs. atq; prudentiſs. agens annũ ætatis 42. habitꝰ corporis optimi, petit à nobis conſilium, quomodo toto tempore vitæ ſuæ effugere poſſit podagram,

non quòd eam iam patiatur, ſed quòd timeat ne declinante ætate & calore decreſcente, in eam incidiat, propterea quòd aliquando (vt nobis refertur) leui deſtillatione ſubijciatur. Cùm igitur quærat modũ præſeruationis à podagra futura, cõſilium meum eſt, ne quid magni moliatur ſub hyemem, quæ iamiam aderit, ſed habito bono regimine victus in ſex rebus non naturalibus, leuibus aliquibus pillulis vtatur, quæ paulatim educant materiam. A vino ſi abſtinere poſſet, optimum fore iudicarem: ad ſanitatem enim eſſet certa via. Sed quia id durius videbitur, cùm ſit aſſuetus vti optimis vinis, ſaltem accipiat quatuor amphores aquę, in quibus coquat quatuor ciſtas ſaluiæ, & totidem betonicæ, donec remaneant tres amphoræ aquæ, quibus deinde facta diligẽti expreſsione, addat octo amphoras vini albi bene maturi, & ſimul bullire permittat, idque poſtea bibat. Abſtineat à piſcibus, fructibus, leguminibus, caſeo, & omnibus, pręter carnem vitulinam, pullorum, auicularum montanarum, oua recentia, panem in brodio, panatellam. His contentus viuat ad minus per annum. Cum ſua coniuge honeſtiſsima nonniſi à natura ſtimulatus, & ieiuno ſtomacho verſetur. Ab aere maximè nocturno fugiat, & diurno etiam craſsiore. Muniat caput contra vẽtorum & aeris iniurias. Ad præſeruationen verò vtetur his pillulis:

R. Aloes optimæ,
Rhabarbari electi,
Agarici electi & leuis ana ʒ.ij.
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ,
Sandalorum citrinorum,
Roſarum rubearum ana ℈.j.
Myrobal. chebulorum ʒ.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea aſpergantur ſucco iuæ artetice, & permittantur exiccari, & ita iterum vſq; ſepties fiat: poſtea cum ſyrupo de betonica fiat magdaleõ, de quo ſingulis vicibus fiant pillulę tres pro ſingula drachma. Quidam laudant radicem cinaram. Eſt enim radix cuiuſdam cannæ ex India, quæ facit vt plurimum vrinæ emittatur, aliquando ad mortem etiam. Vidi ego in quodam quotidie 40. calices vrinæ eijci. Et hæc erit tota ratio præſeruationis à futuro morbo, quem timet, & ab alijs plurimis ab eadem materia oriundis.

Rurſus, quia dominatio ſua petit conſiliũ præſeruatiuum à calculo pro quodam amico ſuo, idcirco Dominatio ſua, vt à calculis ſe immumem omnino reddat, operæprecium eſt vt in ſex rebus non naturalibus rectè ſe gerat. Nihil ergo comedat quod humores generet calidiores, vel pituitoſos: omnia ſint εὔκρατα & tẽperata, media inter craſſum & tenue: bilis enim à ſiccis & calidis cibarijs, pituita à frigidis & humidis originẽ ſumit. Oportet igitur cauere à calidis, frigidis, craſsis & tenuibus, ne Scyllam fugiendo incidat in Charybdim. Temperatè itaque edat & bibat. Et quia nemo tam prudens eſt, quin cadat aliquãdo, prouidendum eſt, vt præueniat purgando eos humores, qui apti ſunt cauſare huiuſmodi malũ, & corroborando membrum, ne facilè generet, & recipiat facilè. Cum quo inſtrumento? Optimum eſt ex rhabarbaro & agarico medicamentum, admiſcendo aliquid myrobalanorum, & aliquid temperatum, quòd facilè pertranſeat ad vias vrinæ, vt cinnamomum cum ſemine melonum. Exempli gratia:

R. Rhabarbari ʒ.iij.
Agarici electi ʒ.ij.
Cinnamomi,
Myrobalanorum,
Sem. Melonum ana ʒ.s.

Semel in ſeptimana vtatur. Si calculus effectus ſit, neceſſariũ orit illicò mittere ſanguinem à poplitibus, quibus nunc non vtimur, ſed ſaphenis, facta diuerſione cum ijs quæ leniter euacuãt, vt caſsia: poſtea adiungatur caſsiæ agaricum. Si eſſet in renibus, vtatur oxymellite, & aqua mulſa. Nunquam frigidis, nunquam calidis procedendum conſulo, ſed ſemper temperatis & incidentibus: quoniam terreũ, quod à calido coagulatum fuerit, vt lateres, non à calido nec à frigido diluitur facilè, vt Ariſtot. 4. Meteor. teſtatur. Quare nõ poſſumus progredi, niſi cum incidentibus, quib. minuũtur. Admiſceatur igitur oxymel cum aqua mulſa. His omnibus diligenter & exquiſitè obſeruatis, credo quòd Dom. ſua non ſolùm à calculis, quos timet, præſeruabitur, verumetiam à grauiſſimis morbis vindicabitur, cum auxilio Dei Optimi Maximi, cui ſoli honor, gloria, & imperium in ſecula.

APPENDIX.

Huic verò Bohemo non conferentibus remedijs in conſilio poſitis, inſtituit puluerem ſequentem capiti inſpergendum.

R. Ladani electi. ʒ.iiij.
Spicæ,
Stœchados,
Maioranæ,
Roris marini,
Aſari ana ʒ.j.

Pulueriʒentur minutiſsimè, & inſpergantur capiti. Laudauit etiam vſum Alexandrinæ aureæ. Pro potu verò.

R. Cinnamomi electi ʒ.ij.
Aniſi ʒ.iij.
Zucchari ℥.iiij.

Decoquantur in aquæ communis lib. 6. ad tertias. Victu tenui vtendum conſuluit.

CONSILIVM CCCXXIII.

De morbo articulari, pro Generoſo D. à Stubenberg, Anno 1546. Martij 28.

ILLVSTREM Dominum ex auditis accidentibus, conſtat articulari morbo laborare: ita vt iam ſit cõfirmatus: omniaq; eius membra ad ſummã imbecillitatem ac defluxum continuum deueniſſe: vt ne dũ poſsint alienis excrementis reſiſtere, ſed ne proprium quidem alimentum cõcoquere, vel proprias ſuperfluitates expellere. Quòd alienis excrementis non reſiſtant, ingentes tumores accedentes

cedẽtes in ſingulas partes corporis,axillas,vmbi-
licum, ilia, genua, ac pedes declarant.Quòd pro-
prium alimentũ nõ conficiát, indicio eſt inſignis
ariditas,& vniuerſi corporis tabes:ex quibus etiã
facilè conijci poteſt,membra principalia malè ha
bere,caloremq; cordis, & ſpiritus multifariam vi
olatos eſſe:neq; adeſſe illis vel propriam qualita-
tem,vel quãtitatem: quibus accedit mala conco-
ctio tum ventriculi, tum hepatis & venarum, &
plurima à capite deſtillatio,ob inſignem frigidita
tem.Si enim cordi frigiditas acceſsit,quid arbitra
mur cerebro cõtigiſſe? Ex his ſequitur ægritudi-
nem confirmatam eſſe, nec aliquo artificio tolli
poſſe.Leniri tamen ſymptomata ac dolores poſſe
ſi modò ipſe ſibi non deerit,rectiſsimaque vtatur
victus ratione, arbitramur: ad quam tota fermè
præſeruatio dirigenda.Primò igitur aerem eligat
quàm maximè fieri poteſt temperatum:videlicet
in quo nullus exceſſus appareat,pręcipuè tamen
frigiditatis,deinde etiam humiditatis.Vnde ven
tos euitabit tum Boreales, tum etiam Auſtrales,
& habitationes humidas & etiam terreas:noctur
num aerem quem etiam cauebit per feneſtras ad-
mittere.Induatur veſtibus, quę optimè muniant
ipſum à frigore: quæ ſint admodum mundæ,& à
ſordibus omnibus expurgatæ. Nec parum con-
feret ſi interiores tunicæ, cùm mundiſsimæ ſint,
odoratiſsimis etiam ſuffumigijs reddantur odo-
ratæ. In ſumma delectetur gratis odoribus. Hæc
enim maximè conferent ad ſpiritus caloremque
naturalem reuocandum & corroborandum, &
ad cerebri vitia corrigenda.Lauet caput præterea
ſemel ſaltem ſingulis ſeptimanis, ex lixiuio facto
cum cinere lignorum dulcium,in quo decoquan
tur ſaluia,maiorana,betonica,& aliqua etiam por
tio roſarum,& loco ſaponis vtatur agarico,quem
etiam poterit in eodem lixiuio decoquere,erit e-
nim admodum vtile. Præterea vbi lotus fuerit,
aeri ſe eodem die non exponat:atq; optimè exic-
cetur pannis non admodum calidis. Euitet om-
nes animi moleſtias,præcipuè tamen mœſtitiam
& iram.Altera enim calorem naturalem elidit,al-
tera humores præcipites reddit, caueat igitur ab
vtraque:viuatq; cum amicis quàm maximè lætè
& iucundè poterit. Laudarem ex quo deambu-
lare non poteſt, vt ſaltem obequitaret, vbi tran-
quillitas eſſet aeris: vel curru veheretur: atque
omnino quæreret aliquod exercitij genus. quod
quidem faciendum eſſet manè,vbi omnia excre-
menta noctu collecta reddidiſſet. Frictiones etiã
admodum placerent,mediæ videlicet:neque ad-
modum validæ,neque admodum leues,quæ om
nibus partibus corporis adhibentur. Quanuis e-
nim nonnullis videantur humores attrahere, ſi
tamen fiant non repleto corpore, horis oppor-
tunis, quemadmodum fieri oportet, innatum
membrorum calorem corroborabunt,coctioneſ-
que adiuuabunt,meatusque dilatabunt:vnde ex
crementa facilius difflentur. Denique membra
omnia facilius nutrientur,& melius alienis excre
mentis reſiſtent.Ideo frictiones debitè & oppor-
tunè factas admodum laudarem : imò ſi poſt fri-
ctionem eadem membra illinentur oleo odorato
veluti quod ex ſpica conficitur, vel ex garyophyl

A lis,eſſet additamentum optimum . Quæ verò ex
balſamo ſiue ex ſtyrace confici ſolent, propter a-
criorem caliditatem non placent,nam plus æquo
reſoluunt. Cauebit ne dormiat poſt cibum, ni-
ſi duæ horæ ad minimum interceſſerint: & omni
no à meridiano ſomno cauebit. Ita igitur veſperi
cœnabit, vt amplum admodum ſpacium habeat
temporis ad decubitum. Quantò enim maius ſpa
cium interceſſerit,tantò felicius noctu deget. Ob
quam rationem & parcior cœna conferre ſolet.
B Caueat ne comedat ſiue in cœna,ſiue in prandio,
vbi percepit priorem cibum non optimè fuiſſe
concoctum. Nihil enim deterius quàm ingerere
nouum cibum ſuper alium inconcoctum aut cor
ruptum:ideo tam cœnam quàm prãdium ita mo
derabit in qualitate & quantitate cibi vt poſsit
in toto eo ſpacio,quod eſt inter prandium & cœ-
nam, totum alimentum optimè conficere. Pro-
pterea interim neque bibet, neque aliquid pror-
ſus guſtabit:quamuis enim modicum eſſe videa-
C tur, illud tamen modicum ad maleficium ſum-
mam habet efficaciam.Ad hæc etiã maximè con-
feret ſi varietatem ciborum euitabit,&vnico cibo
contentus ſit.Quotidie verò ſtudebit, vt pro ra-
tione alimenti & potus excrementa per aluum &
vrinam reddãtur:quæ ſi defuerint,arte adiuuãda
ſunt,&vel clyſteribus lenientibus ſuccurrẽdum:
quales ſunt qui ex decocto maluarũ, betæ,& fur-
furum conficiũtur,oleo addito communi, ſale &
vitello oui, & quandoque ℥. duas mellis roſati.
D Vel ſi clyſteres nõ placuerint optimum erit reme
diũ,quod etiã ad hunc vſum celebrauit Galenus
vt malua,beta,mercurialis in iure pulli decoquã-
tur,&facta expreſsione manè huius decocti lib.
propinetur 3.horis ante prandium : leniet enim
aluum ſine moleſtia. Circa ciborum potuſque ele
ctioné,cũ hîc ſit maxima ſylua,ea tãtum dicemus
quæ ſunt eligẽda, omiſsis ijs quæ ſunt euitanda
quæ ꝓpemodũ ſunt infinita. Carnes eligat quib.
optimè veſci poteſt, ſicut vitulinæ, hœdinæ, ca-
E ſtratorum iuuenũ,leporũ iuniorum & cuniculo-
rum,gallinæ,columbacei etiam pulli, turtures,at
que aues campeſtres, præſertim ſi iuniores fue-
rint. Nam in carnibus antiquis hoc vitium eſt, vt
peſsimum ſuccum generẽt:ideo ab omnibus ca-
uendum. Hæ ſunt carnes comedendæ, à reliquis
omnibus abſtinendum : quæ ſiue elixentur, ſiue
etiam aſſentur, non vitupero : dum modo aſſatæ
larido non operiantur,vt coquorum mos eſt: vel
elixa,iuſculis compoſitis admodum & refertis a-
F romatibus non condiantur, vt mos eſt plurimis
Germanorum.Vitiãtur enim hoc modo carnes,
& peſsimi alimenti redduntur : & omnia viſcera
torrefaciunt. Simplici igitur iure decoquantur,
vel,quod maximè laudauit Galenus, decoquan-
tur cum oleo,aqua, porro & anethi ſeu fœniculi
coma. Oua recentia admodum placent, dum mo
do ſine aliquo pingui vel decoquantur vel come-
dãtur:nihil enim ouis magis aduerſum quã prin
gui atque vnctuoſo aliquo miſceri, dũ in ventri-
G culo coquũtur.Ab omnibus piſcibus cauendum
conſulo,ab omnibus acetarijs & oleribus crudis,
quamuis nec cocta libenter admiſerim. Fercula
comedi poſſunt, quali ſunt oriza, hordeum, far,

ſpelta, panicum etiam & milium, ſi in pingui iure decocta fuerint: quamuis enim paucum adferunt nutrimentum, nō tamen omnino malum. Quantum ad potum attinet, ſi vino fuerit aſſuetus, non omnino improbarē, hac præſertim ætate. Vinum tamen eligerem colore album: nam illi audiendi non ſunt, qui vino albo podagricis interdicunt, quod antiquis precipuum fuerit remediū contra articulares morbos, ad materias per vrinæ meatus auertendas. Vinum igitur album eligatur, ſubſtantia tenui, lucidiſsimum, ſapore neq; acidum, neque aſtringēs, neque dulce: ſed quod ſaporem illum præſe ferat, qui propriè vinoſus ab antiquis vocatur: & nos vulgò maturum appellamus. Sit autem medium inter potēs & debile. Hoc vinum mediocri quantitate bibat, in cœna tantū & prandio: temporibus intermedijs, vt etiam ſuprà diximus, caueat omnino, nō à vino tantū, ſed ab omni potus genere. Hæc vbi rectè inſtituta fuerint circa victus rationē, maximam partē ſuæ preſeruationis erit aſſecutus. Vt tamē tutius & melius muniatur, quædam etiam medicamenta afferentur, quæ vitia occurrentia caſu ſubinde emendare poterunt, atque etiā interim membra corroborare. Inſtituenda igitur illi eſt primò purgatio annualis, quam ineunte Vere in hunc modum faciendam conſulo:

R. Floris caſsiæ ʒ.x.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.

Cum zuccharo fiat bolus, ſumendus ʒ. horis ante prandium. Poſtridie ſyrup. accipiet qui habeat
Mellis roſati ℥.j.
Syrupi de abſinthio tantundem,
Decocti betonicæ,
Liquiritiæ ℥.iiij.

Et ita perſeueret nouem vel vndecim diebus, totoque hoc dierum ſpacio foueantur hypochondria, ventriculus, totum abdomen, pectus, ceruix & ſingulæ corporis partes, olæo chamæmelino moderatè calido, quod melius bis aut ter etiam in die iterabitur. Quibus peractis, apparentibus in vrina coctionis ſignis, ſumat pharmacum infrà ſcriptum.

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Agarici præparati ʒ.ij.
Liquiritiæ puluerizatæ ℈.ij.

Miſce, fiat bolus dandus in aurora cum cuſtodia. Poſtea tribus ſubſequentibus diebus ſumat zuccharū roſatum pondere vncię ſemis hora vna ante cibum manè & veſperi. Vtatur præterea ter in menſe bolo infraſcripto, quem tribus horis ante prandium ſumat.

R. Carnis pinguiſsimæ ficuum, quæ per ſetaceum cribrum fuerit excolata ℥.s.
Medullæ cartami ʒ.ij.
Miſce, fiat bolus.

Quod ſi parum eduxerit, addatur ſimul rhabarbari puluериſati drachma vna, eritq; medicamentum præſtantius, & ſi bolus duriuſculus fuerit, emolliatur cū ſyrupo de liquiritia. Laudo tanquā remedium præſtātiſsimum, vt familiariter etiam vtatur ſingulis diebus manę trib. aut quatuor horis ante prandium, radicibus acori cum zaccharo cōditis, vel myrobalanis chebulis: idem enim

A præſtare poſſunt: facilius tamē radices, fortaſſè etiam fidelius comparabuntur. Præterea ſingulis ſeptim. abluat caput circa veſperas, ita vt exquiſitiſsimè poſtea exiccetur, blandè tamen ſine multa frictione, cum pannis moderatè calidis. Ablutio autē erit, qualē ſuprà deſcripſimus. Vbi verò contingat vt acceſsio dolorem infeſtet, laudo vt quietus perſiſtat, foueatque loca dolentia, vel cū lana ſuccida moderatè calida, vel cum pelle vulpis noua, & locū nulla prorſus re alia illinat, niſi B oleo chamomillino viridi cōtuſa, ſi haberi poteſt, vel flore caſsiæ cum floribus camomillæ puluerizatis: quod quidem ſæpe experimur præſtantiſſimum remedium ad ſedandos dolores podagricorum. Hæc auxilia tutiſsima ſunt: concoquunt enim materiam doloris ſine agitatione, vel motu aliquo vel attractione, & adiuuant mirum in modum calorem naturalem affectum. Cætera omnia quæcunque poſſunt vel materiam diſcutere vel attenuare, vel repercutere, vel calidè calefa- C cere, vel tale aliquid operari, qualia multa propè innumera applicari ſolent podagricorum doloribus, omnia prorſus tanquam perniciem abijcienda conſulo: & vtinam talia quædam illuſtriſs. hunc Dominum in præſentem calamitatem non duxerint. Scio enim pleroſque omnes in ſimilem calamitatē perueniſſe ab huiuſmodi medicamentis perductos. Toto autem acceſsionis ſpacio habeat aluum quàm maximè mollem, quæ adiuuetur clyſteribus mollientibus, ſitque tenuis admo- D dum victus, quantum eius natura potuerit tolerare. Vinoq; prorſus per omnia acceſsionis tempora abſtineat: cuius loco vtatur aqua mulſa cū ſaluia & cinnamomo. Ita autē commodè parabitur, ſi ſumantur aquæ partes 12. mellis optimi deſpumati pars vna, deinde modicum quid cinnamomi ſaluiæque admiſceatur, prout ægri guſtui magis familiare videbitur.

CONSILIVM CCCXXIIII.

E *De Arthritide ex melancholico humore.*

QVIDAM dolores percipit in articulis, & neruoſis partibus totius corporis mirabiles. Cùm enim eum corripiunt, faciunt, vt continuè cogatur moueri, & interdum cùm mouetur, edit ſonitum, non aliter atq; ciconiæ roſtris ſuis ſtrepitum excitant: agitatur enim, vt nullo modo contineri poſsit. Interea ſemper iracundus eſt, ſuſpicax, ac timet con- F tinuè. Montanus materiam viſcoſam craſſam in neruorum partibus contineri putabat, qua agitatione concuſſa, ſtrepitum illum ſeu ſonitum edit: ſicuti cùm nubes concutiuntur fit tonitru. Iuuatur autem illo ſtrepitu, quia materia agitata incaleſcit, & concuſſa paulatim diſſoluitur. Dedit caſsiæ vnciam vnam cum drachmis duabus ſpecierum hieræ, ſyrupo de oxymelle, melle roſato, & de betonica, cum decocto iuæ, betonicæ, ſaluiæ, vtebatur. Purgatio erat ex confectione hamech, cum ſyrupo roſato ſolut. poſtea ligni de- G coctionem illi exhibuit ſine ſuis ſyrupis magiſtralibus, quòd iam ante à medicis admodum eſſet purgando extenuatus. Balneum de aqua dulci fecit,

ei fecit,partim pro humectatione,partim etiá pro concoctione & reſolutione materiæ.

CONSILIVM CCCXXV.

Pro muliere patiente dolorem articulorum.

HISTORIA talis eſt.Laborat dolore articulorum, dolor acutus durat 24. horas, poſtea aggreditur aliam partem. Non fit mutatio coloris, iuuatur à frigido, læditur à calidis. Cauſa procatarctica, cùm apud ignem ſudaſſet, ingreſſa eſt aquam frigidá. Iam petit an conueniant aquæ Patauinæ. Conſideranda igitur natura morbi, & balnei. Morbus fluxio eſt, inuadẽs per certas periodos modò has modò illas partes. Si igitur fluxio, membrũ mandans, recipiens, & materiam conſiderare debemus. Bene autem dixit Galenus, Eunuchi non incidunt in podagram, ſed nunc omnes, & Eunuchi & mulieres ob immoderatum victum. Membra recipientia ſunt articuli: occaſio fuit extrinſeca, nempe balneum frigidum. Sed eſt alia cauſa fortior, nempe dolor ex quo attracta eſt materia: & cùm dolor attrahit materiam, viæ paratæ ſunt ad fluxiones, & humor per alias, atque alias venas tranſit nunc ad vnum membrum, pòſt occupat alias partes. Primùm in pedib. dolor fuit, qui attraxit iſtam materiam. Habuit etiam talem morbum pater, & affines: vnde quaſi à natiuitate ſimili morbo laborauit, quæ eſt cauſa primitiua. Secundò hoc etiam ab ortu contractum, ob imbecillitatem neruorum. Mandantia membra. Arbitror mandari à toto corpore, & totò venarum ambitu. Materiam puto habere occaſionẽ ex malo victu: & videtur in ea dominari ſiccitas: eſt ſubliuidi coloris, & habet venas anguſtas, & cùm eam inuaſit podagra, ceſſarunt menſtrua: fortè data occaſione, materia quæ debebat venire ad vterum, declinauit ad alia loca. Quæ ſit materia, difficultás eſt. In libro κατὰ τόπους tria habemus ſigna, in quibus materias dignoſcimus in iuncturis. Primò color in loco, an liuidus, vel rubens, &c. Hîc rubor non apparet, ergo nõ eſt calida. Symptoma: dolor velociter tranſiens: calidi eſt, acres & citos dolores facere. Videtur quidem eſſe calida ab iis, quæ extrinſecus admouentur, nam iuuatur à frigido, læditur à calido, ergo debet eſſe calidus fluxus. Ego credo frigidam materiam & pituitoſam eſſe, quia manifeſtè tophos video in loco. Præterea non apparet color, neque in principio, nec in ſtatu. Igitur frigidam eſſe puto. Propter perſeuerantiam etiam doloris: quanquam enim acutus eſt, tamen non ceſſat. Eſt autem acutus, quia iuuamentum habuit à calido. Quòd autẽ nocumẽtum percipit à calidis rebus, hoc eſt per accidens, vbi enim pituitoſa quieſcit materia, applicatis calidis, incipit diſſlari, & digeri, & facit dolorem. Acutus quoque fit dolor, cùm materia frigida tenuis pertingit neruos, ſicut etiam in inteſtino à vitrea pituita fit dolor acutiſsimus. Galenus tertio de ſimplici. Dolores à frigido ita acuti, vt mordicarent, ſicut à calido, ita & à frigido, ſed iſta materia pituitoſa mobilis an etiam admiſtum eſt aliquid calidi? Perpetuum eſt ferè in omni fluxione, ferri materiá per

A venas (& neruos etiam, ſed rarius) vbi ſemper erumpit aliquid materiæ calidioris, & admiſcetur, quæ poſtea reſoluitur, manente frigido, vt ſecundo de Differentiis febrium ait Galenus. An poterit curari? Si id ab ortu habet, quia iam tendit ad ſenium, difficile erit: Si à cauſa procatarctica, poterit curari. Cùm igitur hoc ſit, cum quibus? In qualibet fluxione oportet primò euacuare materiam. Galen. de Miſsione ſanguinis dicit ſe purgationibus vernis, & phlebotomia multos curaſſe. B Quandoq; ſola purgatio curat. Sed dicat aliquis, ſi materia frigida, cur non afflixit hyeme eam, ſed Vere? Quia Vere dilatantur venæ, materia flatuatur, & attenuatur. Fuit exquiſitè purgata cum vomitu, vſque ad ſanguinem. Et in doloribus articulorum ceſſat dolor, ſolo vomitu. Si quid tamen materiæ in ventriculo remanſit, poterimus exhibere florem caſsiæ, aut ſyrupum ſolutiuum. Facta euacuatione ſi fluxum volueris prohibere, corroboranda ſunt membra, & aſtringenda. Corroborare C membrum eſt inducere proprium membro habitum, vt ſi mala temperatura, remouere eam. Rheumatiſmus fit dupliciter (ſecũdo de Natural. facult.) non enim ſolùm membra recipiunt aliorum excrementa, ſed nec ſua etiam concoquunt. Hîc tophi apparent: optimum igitur erit remouere malam temperaturam. Rectæ enim operationes à recta temperatura proficiſcuntur: anima enim ex temperatura bene habet, aut malè. Balnea ei conueniunt, quia corroborát ventriculum. D Bibat aquam, & exterius vtatur balnei luto. Sed ſtillicidium, quia materia non eſt à capite, nõ conducit. Vtatur recta victus ratione, ſi volet curari, quod erit difficile.

CONSILIVM CCCXXXVI.

Pro laborante dolore oſsis ſacri, & debilitate mouendi crura.

CONQVERITVR de duobus ſymptomatibus. E Primum eſt dolor circa os ſacrum. Secundum, quòd non poteſt bene eleuare crus. Videndũ quis locus, & quæ pars corporis ſit affecta. Clarum ſiquidem eſt hunc dolorem eſſe circa os ſacrum. Non eſt quidem affectum os, quia oſſa non ſentiunt, & ita non dolét. Nec muſculi videntur affecti eſſe illi, qui ſunt pro ingreſſu, & crurum ſubleuatione: quia dolor nõ eſſet profundus, ſed in ſuperficie, & rectè impediretur ingreſſus. Sed F iſte ambulat, & crura ſubleuantur. Reſtat igitur quòd iſta ægritudo ineſt neruis orientibus ab illis vertebris inferioribus, & deuenientibus ad ipſos crurum muſculos, quibus affectis cauſantur dicta ſymptomata. Credo quòd iſta ægritudo nõ eſt facta ex intemperie calida vel frigida, quia partes circunſtantes eſſent admodum calidæ aut frigidæ, & maiori infeſtarentur dolore: ſed quòd adſit præſentia materiei frigidæ & craſſæ, cum aliquali materia pauca, calida & ſubtili. Signum eſt G tale, quia augetur dolor in calidiore, & frigidiore tempore, his enim temporibus materia frigida & craſſa mouetur à calido, quæ quidem euaporat, ſicque occupádo maiorem locum, & diſtentẽdo

partes illas, dolorem auget. A frigido verò con-
ſtringitur,& cõprimitur in illis partibus,& auge-
tur etiam dolor,quod proprium eſt talis materię.
Colligitur autẽ ibi materia per defluxum à capi-
te per ſpinam,& hoc ratione videlicet debilitatis
illius loci,quæ cauſata eſt à diuerſis cauſis.Habet
caput repletum,& hoc ideo,quia hepar calidum,
à quo vapores ad cerebrun aſcendunt, vnde ma-
teria ſtillat ad locum inferiorem imbecillum. Vi-
ſis ſymptomatib.viſa ęgritudine ea ꝑducẽte & ſi-
militer cauſis ipſius ægritudinis, veniendũ eſt ad
curationem. Primùm igitur ſumenda eſt indica-
tio à morbo,qui vt tripliciter ſe habeat, ita tres e-
runt indicationes.Is enim morbus habet partem
factam,cuius cauſa eſt materia illa collecta,& im-
pacta neruis illis.Præterea partim eſt in fieri mor
bus. Continuò enim præter materiam ibi imbibi
tam,quæ ſe habet vt cauſa coniuncta,materia de-
fluit à capite,& fouet ac auget ipſum morbũ.De-
inde habet partem,quæ nec facta,nec in fieri, ſed
eſt futura,cuius cauſa eſt materia,quæ trãſmitti-
tur ab hepate, & à reliquo corpore ad ipſum ca-
put,idque replet.Et ſic attendendum eſt morbo
iam facto,morbo qui eſt in fieri, & futuro. Quo-
modo verò eſt attendendum? Auferendo cauſas.
Et primùm incipiendum eſt à cauſa futuri morbi
quę eſt multitudo ſanguinis craſsi,&humoris ab
hepatis caliditate orti. Vnde iſta materia debet e-
uacuari tam ſectione venæ, quàm pharmaco. Et
ita facta ventris lenitione cum caſsia & hiera, aut
cum aliqua huiuſmodi,vt ſolemus facere pro prę
paratione materiæ,ordinarem talem ſyrupum.

R. Syrupi completi cichorij Nicoli,
Oxymellis ſimp.vel ſcyllitici ana ℥.j.
Decoctionis ceterach,
Betonicæ in aqua boraginis deſtillata,
vt habeamus penetratiuum ℥.iiij.

Sumptis duobus ſyrupis, ſecanda vena in cubi
to eiuſdem lateris, poſtea aſſumat reliquos ſyru-
pos. Pręparata materia euacuãda eſt pillulis coc-
chijs,de agarico,de hermodactylis,quia habẽt ra-
tionem & conuenientiam cum iuncturis:electua
rio Indo,& confectione hamech, &c. Et non ſi-
mul euacuanda eſt,ſed repetenda bis vel ter eua-
cuatio,quoniam morbus eſt chronicus. His tol-
letur cauſa futuri morbi,& ſic morb9 futurus au-
fertur, quo ſublato ſimul tollitur cauſa morbi
fientis,tollitur enim fluxus. Si velimus aliquid
agere pro diuerſione huius fluxus, debemus vti
maſticatorijs,& conſulo vt vtatur his omni tem-
pore. Caputpurgia ita facienda purgato corpore,
abluendum caput lixiuio,in quo decoquãtur be-
tonica,chamęmelum,& roſæ,&c. Tandem venia
mus ad morbum iam factum,qui remouebitur &
ipſe ex remotione cauſæ. Cauſa eſt materia frigi-
da,& craſſa impacta in illis partib. & neruis,quã
oportet euacuari,tam deriuando clyſteribus acri
bus,vt ex centauro minore,& c.quàm etiam per
locum affectum inſenſibiliter, & quæ poſſunt at-
trahere & digerere, & talia ſunt cauſtica, vt eſſet
radix brioniæ,flammula Iouis,thapſia, & alia cau
ſtica & veſicatoria:imò ex his poſſunt fieri empla
ſtra & alia medicamenta.Et hæc ſufficiant,quæ ſi
ab ipſo ſeruabuntur,credo eum ſanum futurum.

A Eſt enim morbus ſanabilis,ſed longùs tum ratio-
ne materiæ frigidæ, & cauſæ facientis morbũ, tũ
ratione neruorũ,qui ſunt frigidi. Nõ eleuat crus,
quia nerui ſunt aliqualiter affecti, id vt præſtare
non poſsint. Vtatur autem victu optimo,quia,vt
Galenus inquit, qui bonam victus rationem te-
nere nequeunt,ijs optimam medicinam præſcri-
pſiſſe ſuperuacaneum eſt.

CONSILIVM CCCXXVII.

B *Pro muliere in principio podagræ.*

PRAEMISSA purgatione,& exhibi-
to potu aquarum Aponenſium, tum
pro euacuatione vlteriori,tum etiam
pro calefactione ventriculi generãtis
plurimam pituitã:ita vt per interualla plurimum
vomeret, & ꝑ aliquot dies poſtea tota virtus pro-
ſtrata eſſet.Pro ventriculi vlteriori confortatione
iuſsit fieri confectionem ex ſpeciebus aromat.ro-
ſatis & diarrhodõ Abbatis,cũ ſaccharo,non mul-
C tò plus quàm ſpecies eſſent:&ſumpta rotula vna
vel duabus,hora vna ante cibũ, inungi regionem
ventriculi oleo abſinthino cum maſtiche. Pro
curatione pedis podagrici ad thermas redire iuſ-
ſit Apponitanas:vt ibi primũ reciperet fumũ,qui
rarefaciet pedem ad modum ſpongię:penetrat e-
nim,aperit & exiccat:maximè tamen aperit. Po-
ſtea lauabit pedem aqua,quæ facilius penetrabit
poſt rarefactionem fumo factam,& magis exicca
bit. Vltimò ad lutum Sancti Bartholomei accede
D ret,quod durius & groſſum eſt,& hoc modo faci-
lius penetrabit, & exiccabit amplius, & ſimul e-
tiam mollificabit propter bitumẽ, quod admiſtũ
habet. Apponenſe lutum tãtùm exiccat,& magis
placet,vt lauetur in aqua,quàm vt guttę inſtillen
tur parti affectæ,quia gutta applicatur illis mem-
bris,quæ in aqua permanere nequeunt. Accipiat
igitur fumum,& lauetur per ſeptem dies, poſtea
ad lutum totidem diebus accedat.

E CONSILIVM CCCXXVIII.

*Pro ægroto laborante doloribus & morbo arti-
culari cum frigiditate corporis,& omnium
membrorum principalium imbecillitate &
catarrho.*

CORPVS hoc in primis in Vere eſt hoc
pacto expurgandum.
R. Floris caſsiæ nouiter extractæ ʒ.x.
F Specierum hieræ s.ʒ ij.

Cum ſaccharo fiat bolus,ſumendus tribus ho-
ris ante prandium. Poſtridie accipiat hũc ſyrup.

R. Mellis roſati,
Syrupi de abſinthio ana ℥.j.
Decoctionis liquiritiæ ℥.iiij.

Fiat ſyrupus,quem aſſumat per decem dies:in
hoc ſpacio dierum x.foueat hypochondria, ven-
triculum & reliquum corpus oleo chamęmelino
moderatè calido bis & ter in die. Apparentibus ſi
G gnis concoctionis accipiat hoc medicamentum.

R. Floris caſsiæ ℥.j.
Agarici præparati ʒ.ij.
Liquiritiæ pulueriʒatæ ʒ.ij.

Miſce,

Miſce,& fiat bolus,dandus in aurora cũ cuſtodia.Poſtea per tres dies aſſumat manè ante prandium ℥.s. ſacchari roſati pro vice. Vtatur præterea ter in menſe infraſcripto bolo:

R. Carnis pinguiſsimarum ficuum, quę per ſedaceum ſeu cribrum fuerint excolatæ ℥.s.
Medullæ carthami ʒ.ij.

Miſce,& fiat bolus,& ſi parum educat, addatur rhabarbari pulverizati ʒ.j. Et ſi bolus fuerit durus, emolliatur cum ſyrupo de liquiritia. Vtatur etiam ſingulis diebus tribus horis ante prãdium acori radicibus, ſaccharo conditis, vel myrobalanis chebulis. Pro corroboratione capitis vtilis erit hæc lotio,ſingulis ſeptimanis adhibita.

R. Lixiuium confectum ex dulci cinere ligni, in quo decoquãtur ſaluia, maiorana,betonica, & modicum roſarũ, & loco ſaponis vtatur agarico, decocto in eodem lixiuio.Ad diuertẽdum humores à capite,vtiles erunt frictiones, & poſt frictiones vſus commodus erit alicuius olei odorati, vt de ſpica, de garyophyllis. Si aluus non profluat, vtatur clyſteri communi, confecto ex betæ, maluarum furfurumque decocto, addito oleo communi,ſale,& oui vitello,& quandoque ℥.ij.mellis roſati. Vel,ſi clyſteri vti recuſârit,accipiat maluã, betam,& mercurilem, decoquantur in iure pulli, & facta colatura,manè accipiat per tres horas ante cibum ℔.j.huius decocti.Pro potu vtatur vino albo,quod remedium eſt ad materias auertendas per vrinę meatus,contra multos,qui vinum in articularibus morbis interdicunt. Dolores articulares leniantur,vel cum lana ſuccida moderatè cãlida, vel cum pelle vulpis noua, & cum oleo chamæmillæ, vel chamæmilla contuſa, vel florè caſſiæ,cũm floribus chamæmillæ pulverizatis. Cætera medicamẽta repercutientia, tanquam noxia reiicienda. Tempore autem exacerbationis dolorum mollem habeat aluum: tenui victu vtatur, vinoque hoc tempore abſtineat, ipſiusque loco mulſa vtatur hoc modo confecta.

R. Aquæ partes xij. mellis optimi & deſpumati j. & admiſceatur modicum quid ſaluiæ, aut cinnamomi, prout guſtui magis videbitur familiare, & bulliant ſimul vſq; ad generationem ſpumæ,continuò ipſam ſpumam abiiciendo.

CONSILIVM CCCXXIX.

De tumore podagrico in vtroque genu,pro D. Georgio Freidel Germano. Anno 1548.

TVMORE exiſtente in vtroq; genu nobilis viri maturè conſiderato, tum ex his quæ præceſſerunt,tum ex his quæ ſubſequuntur, credo materiam eius nõ eſſe vnam, ſed difformem. Quantum enim attinet ad partem extrinſecam,durities quædam ſolidior tactui apparet, quæ tactui non cedit, ita vt foueam aliquando relinquat. Pars verò interior ita intumeſcit, vt tangẽti ſenſus manifeſtiſsimus flatus cuiuſdã craſsi appareat,ita hîc quoq; nulla fouea comprimenti relinquitur: quod proprium inſeparabileque ſignum eſt tumoris à pituita dependentis, qui œdema appellatur. Ergo tumor

A extrinſecus,ex quo œdema nullo pacto appellari poteſt, abſceſſus frigidus ad aliquã duritiem vergens eſt dicendus. Sed cùm durities vel ſcirrhus ſit vel à materia melãcholica,vel pituitoſa,probabile eſt pendere potius à ſucco melancholico: & & coniectura eſt venarum ille tumor varicoſus in totius cruris longitudine, circa eandem partem extinſecas apparens: non enim dubitandum eſt materiã eſſe illius tumoris,quæ in venis adiacentibus apparet. Nec obſtat,quòd in ſuperficie non
B appareat nigredo, quod ſignum, autore Galeno, diſtinguit inter duritem melancholicam & pituitoſam. Cùm enim humor ſit infra cutim,colorem abſceſſus videre non poſſumus: neq; enim cutis tranſparens eſt. Ergo cutis color naturalis percipitur,& nõ ipſius abſceſſus. De tumore verò alio in parte intrinſeca incipiente, paulò ſupra genu longè magis protuberante, quàm in extrinſeca, ſicut non eſt dubitandum pendere à materia vel vapore craſſo, vel flatulento, ita non ſatis conſtat
C vtrum in profundo ſit materia melancholica, vel pituitoſa, vnde huiuſmodi flatus exoriatur. Sed quod magis probabile eſt, videtur in neutro loco materia eſſe abſolutè ſimplex, ſed melancholiam pituitæ quoque commiſceri, præcipuè quoniam rarò contingit alterum humorem inuenire poſſe ſine altero: huiuſmodi autẽ humores in vno corpore dominari, multis coniecturis haberi poteſt. Et ſic cùm temperatura huius nobiliſsimi viri calida fuerit & bilioſa,iamque ad declinantem æta-
D tem accedat, non mirum ſi humores melancholici multiplicentur diminuto calore, vt cum aliis quoque talibus fieri contingit. Quòd ſi calor naturalis diminuitur, quantũ per adulterinũ multiplicatur melancholia, tantũ per cruditatem pituita. Sed huc quoq; acceſsit cogitatio ſuperflua, aſsiduè enim cogitat,perpetuũ ſcribẽdi ſtudium, & ocium corporis magnum, quæ omnia vbi ſimul conueniunt,duo ſimul faciunt:corpus enim exiccant, & calidos humores adurunt, præterea
E cruditatem ventriculi, cerebrique deſtillationes plurimas gignunt. At ſi his quoq; addatur in cibo & potu peſsima ratio, ita vt variis cibariis & cõpotationibus potentiſsimi vini vacatum fuerit,nulla poſtea cauſa deeſt ad hoc, vt duo illi humores dicti multiplicentur. Omnia autem conueniſſe in hoc nobili viro, ipſo etiam referente & atteſtãte,compertum habemus. Non dubitamus igitur huiuſmodi cauſas eſſe tumorum præter naturam in vtroque genu exiſtentium. Sunt autem
F huiuſmodi tumores ſine dolore, cùm neque faciant tenſionem,neq; alia inſigni qualitate actiua præditi ſint.Et cùm ab his duabus cauſis dolores prouenirent,nõ eſt mirum,ſi dolor non adſit.Motus crurum impeditur, cùm muſculi & principia chordarum fineſque ita impediantur,vt ad debitum terminum neq; contrahi, neq; diſtendi poſſint: & cùm motus crurum fiat ex cõtractione & dilatatione oppoſitorum muſculorum, ideo non ab re huiuſmodi tumoribus impeditur. Verùm
G fiunt varicoſi, ꝓpter melãcholici humoris abundantiam ad partem imbecilliorem per venas expulſi. Vtrum autẽ huiuſmodi morbus ſit ad articularem referendus,non eſt admodum diſputare

neceſſarium: ſat enim eſt ſcire locum affectum, & A eius naturam ſimul cum ſua intemperie, & mala compoſitione, & proprijs cauſis: non enim curamus nomina, ſed affectus. His igitur ita ſtantibus dicimus hunc nobilem virum pro ſua curatione indigere ſumma, aſsidua & longa diligentia: neq; enim facilè curabitur, ſicut ego arbitror. Humores enim craſsi & frigidi, loco etiã frigido & profundo inculcati pertinaciter adhærentes, non ita facilè concoquentur & expellentur. Ac præterea notandum fomentum quotidianum & incremen B tum. Cuius ſignum eſt ſatis euidens, quòd veſpertinis horis ſemper augentur tumores: neq; enim hoc eſſet, niſi noua materia deflueret. Oportet igitur vt nobilis iſte vir cognoſcens ſtatum ſuum & naturam ſuæ ægritudinis, adhibeat perſeuerantiam, patientiam, & obedientiam: deberetq; conſtantiſsimè medicorum pręceptis parere, alioqui non curabitur omnino, imò in peiores decidet ęgritudines. Proponantur ergo quæ agenda ſunt, poſtea ſua prudẽtia & fortitudine animi exequan C tur, & tandem optatam ſanitatẽ aſſequetur. Principio in victus ratione potiſsima cura adhibenda eſt: in omnib. enim lõgis & pertinacibus morbis, nihil efficacius, nihil pręſtãtius, quàm optima victus ratio. Non tantùm igitur dominatio ſua in cibo & potu ſtudebit modum ſibi præſcribi, ſed in reliquis quoq; cauſis omnibus corpus humanũ alterantibus. Et quoniam aer eſt primus qui occurrit, omni ingenio cauebit, ne occurrat aeri nubiloſo & turbido: neque habitet in cubiculo aut D obſcurò, aut Boreali flatui expoſito, aut humido & terreno: neq; dormiat feneſtris apertis, aut ablatis operimentis, ſicut in æſtate fieri conſueuit. Euitabit etiam nocturnum aerem, neque vẽto ſe exponat tam Auſtrali quàm Boreali. Inter omnia euitabit omnes animi moleſtias, aſsiduas cogitationes, ſcribendi conſuetudinem præcipuè poſt cœnam & prandium: neque legat, aut aliquo modo intẽdat animum in aliquã rem. Sed nunquam E repleto ventre exercebit corpus: quieſcet ergo ſumpto cibo tam animo quàm corpore, & cum amicis iucundis verſabitur, aut leniter ambulabit per cubiculum, vel ſtabit erectus, vt cibus melius ad fundum ventriculi deſcendat. Horis verò matutinis, & hora vna ante cœnã exercebit corpus exercitio moderato, vt ſuperiores partes quàm maximè exerceantur, inferioribus verò & crurib. non adeò laborantibus. Multíque conſuluerunt, vt homo in huiuſmodi caſibus iaculãdo vel arcu F ſe exerceret: alij conſueuerunt vti plumbeis pilis, quarum ſingulæ pendant circa libras duas, quæ manibus contineantur, & cum his põdera agitentur, manibus ſuprà, infrà, & ſecundùm omnem ſitum vſque ad manifeſtam mutationẽ anhelitus, & ad erumpentem ſudorem. Et hoc enim ſic habetur conueniens exercitatio corporis, & caloris naturalis excitatio, excrementorumq́ue difflatio ac præterea diuerſio, eorumq́ue excrementorum ab inferioribus ad ſuperiora traductio, quod etiã G hoc loco maximè quærendum eſt. Ad hunc eundem vſum maximè pertinent frictiones, quę quotidie fiant in ſuperioribus partibus circa dorſum, brachia & pectus, manibus illitis oleo anethino

A & chamomelino. Sunt autem hęc omnia nõ vna aut altera ſeptimana peragenda, ſed pluribus ſubinde diebus, fortè etiam menſibus, ſi vtilitas ſit inde percipienda. Morbus enim natura chronicus eſt & pertinaciſsimus, neque pauco tempore curari poteſt, quod quidem nobili huic viro ſemper in animo fixum eſſe oportet, videlicet ne credat ſe breui tempore euaſurum, ſed perquàm longa perſeuerantia eſſe vtendum ſibi perſuadeat, alioquin ſeipſum decipiet, vel medicorũ remedia va- B na erunt. Nocturno quidẽ ſomno prolixiori vtetur, mallemq́; ipſum dormire ſaltem per octo horas: ſed interdiu ſomnum tanquam peſtem euitabit. Procurábit vt quotidianas alui excretiones habeat, laudauerimq́; vt tum pro alui mollitione, tum pro euacuatione & auerſione humorum per aluũ excretorum, tum etiam ad obſtructiones aperiendas, ad membra naturalia ac caput corroborandũ ſaltem bis ſingulis ſeptimanis vteretur pillulis tribus põdere drachmę, vel ſcrupulorum C trium, horis tribus ante prãdium, quæ haberent:

R. Reſinæ terebintinæ cypræ ʒ.iiij.
Rhabarbari optimi ʒ.j.
Garyophyllorum ℈.iiij.

Pulverizentur pulverizanda, & omnia miſceãtur, & ſeruentur ad vſum. Inter omnia ſtudebit vt ſemper vnico & ſimplici cibo contentus ſit: nihil enim deteſtabilius, quâm ciborum multitudo & varietas. Parcè enim comedat, & citra ſatietatem: ſed longè parcius bibet, cauebitq́; tanquam à re D pernicioſa, à quolibet vino potenti, ſed præcipuè nigro & dulci. Cauebit etiã à compotationibus, neque bibet intra prandium & cœnam. Cibos eligat facilis concoctionis & boni nutrimenti, qui apud omnes notiſſimi ſunt, ſicut caro hœdina, pullorum iuuenum, vituli lactentis: ſed meo iudicio cauebit à piſcibus, præſertim Venetis. Oua ſorbilia recentia maximè congruunt. Fercula ex farre, hordeo, ſpelta, beta etiam cũ boragine, bugloſſa & petroſelino, non negantur: conceditur etiam E lactuca, ſi parcè comedatur: nec omnino ſunt deteſtandi aſparagi, præcipuè dulces, & hortenſes. Cauebit à caſeo tam recẽti quàm antiquo, & ab omnibus lacticinijs, à carnibus antiquis & ſalitis, à leguminibus, à rebus frictis in ſartagine. Parcius cœnabit quàm prandebit: ſed & prandium erit moderatum. Non ibit cubitum niſi per duas horas poſt cibum, & ſi poterit vel leniter deambulet vel erectus maneat, citra tamen defatigationem. Hæc diligentiſsimè ſunt obſeruanda, non F vno aut altero menſe tantum, ſed per plurimum temporis, alioqui non tantûm non ſanaretur, ſed etiam in deteriores diſpoſitiones prolaberetur. Sed præter hanc viuendi rationem, erit etiam ad reliqua medicinalia remedia accedendum, interq́ue illa præcipuè conſulo, vt bis in anno purgetur, Vere inquam & Autumno. Purgatioq́ue hoc modo eſſe poterit.

R. Florum caſsiæ ʒ.x.
Specierum hieræ ſimpl. ʒ.ij.

G Cum zuccharo fiat bolus, ſumat tribus horis ante prandium. Item

R. Syrupi de cichorea Nicolai ſine rhab.
Oxymellis ſimpl. ana ℥.j.

Decoctio-

Decoctionis ceterach,
Liquiritiæ,
Capillorum Veneris,in aqua bugloſſæ deſtillata factæ vncias quatuor.

Miſce pro vno ſyrupo,& ſic pro alijs vſque ad ſeptem vel nouẽ. Sed vbi acceperit duos primos ſyrupos in purgatione Veris tãtùm,mittetur ſanguis ex baſilica dextri lateris vſque ad vncias octo. Poſtea acceptis nouem ſyrupis,accipiat pharmacum,quod erit tale:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Oxymellis ſcillitici ℥.ij.

Cum decocto ceterach & polypodij fiat potus breuis: ſumatur in aurora cum cuſtodia. Facta euacuatione Veris, abſtineat ab omni pharmaco vſque ad Autumnum, præter illam tantùm terebinthinã,vel pillulas ex terebinthina, de quibus ſuprà locuti ſumus. Vtetur tantũ nonnullis gratis & iucundis confectionibus, ad membra contemperanda,ſicut eſt huiuſmodi:

R. Zucchari roſacei
Boraginati
Violati ana ℥.ij.

Miſce,& ponantur in vaſe mundo vitreo,& deaurentur. Et ex hoc electuario ſumat ſemunciam tribus horis ante prandium. Quandoque etiam loco iſtius electuarij ſumat myrobalanum conditam chebulam,vel belliricam,vel emblicam. Sed quæ attinent ad ipſa loca,hoc eſt, ad genua localiter medicanda,non hic deſcribimus nunc,quoniam longè melius vt S.D. purgetur primò,deinde per multos dies perſeueret in dięta inſtituta,& in omnibus his quæ admonuimus. Nam facilè poteſt contingere, vt inde curetur abſq; aliqua moleſtia circa genu,à quibus quantũ poſſumus, abſtinere debemus. Nam nihil eſt quod magis debilitet iuncturas,& præparet ipſas ad omnẽ defluxum recipiendum,quàm fomentare,inungere & linire. Sed ſi oportebit,& nos poſt aliquot mẽſes admonebit, procurabimus vt id quoque quàm maximè tutò fiat. Vnum hîc non omittam: quòd ſi perfecta purgatione huius Veris, quemadmodum ordinauimus,vellet huc accedere, & accipere aquas themarum noſtrarum, & in illis etiã fouere crura, fore illi vtiliſsimũ. Vnde cõſulo, vt eo tempore huius rei gratia omnino Patauiũ ſe conferre haud grauetur.

CONSILIVM CCCXXX.

Pro Domino Georgio Freydel Germano, alterius cruris tumefactione laborante.

CVm laudauerimus in hoc præſtantiſsimo viro poſt purgationem Veris, vſum thermarum, ita vt fumo & luto tumores fouendo; quæreret diſcuſsionem materiæ,& locorum corroborationem,ipſe autem ob vrgentia negotia cõgatur in Germaniam proficiſci, petit vt thermarum loco
G aliquid proponam, quod idem præſtare poſsit quod ipſæ thermæ. Dico igitur, poſtquam in patriam redierit,atq; ibi animo & corpore aliquandiu quieuerit,optimum fore vt rurſus expurge-
A tur. Neque enim probabile aſt tantum itineris confecturum, quin in ratione victus non delinquat plurimùm,atque inde rurſus non aggreget crudos & deprauatos humores. Eſt autem omnino contra rationem,loco adhibere reſoluentia & exiccantia remedia, niſi primò totum corpus fuerit expurgatum, alioqui longè plus humoris attrahetur, quã reſoluetur. Facta ergo purgatione,poſtquàm animo & corpore quieuerit, nullo temporis ſpatio interpoſito, parabit infraſcriptũ
B remedium. Primò duobus aut tribus diebus loca tumentia illinet cum adipe porcino recenti, hoc eſt,eiuſdem anni, non ſalito,admiſto oleo amygdalarum dulcium,ac butyro etiam recenti: illinet autem ſingulis diebus bis,manè inquam & veſperi. Tertio die accipiet quatuor aut quinque fruſta ad magnitudinẽ oui,lapidis pyritæ, quem vulgò marcheſitam vocant. Quòd ſi haberi non poterit, eius loco ſumet fruſtum lapidis molaris noui, & aquam non experti,& ſit eiuſdem magnitudinis,
C quæ inijciet in ignem ex carbonibus accenſum, habebitq; vas ad id præparatum ſtricti orificij æneum,qualia ſunt ea quibus vtuntur tonſores ad lixiuium,in quod vas acetum ſemiplenum infundat repentè tantam copiam eorum lapidum ignitorum,vt fumus ſufficienter exhalet: quẽ fumũm totum diligenter excipiat circa tumores,adiectis vndecunque pannis operientibus,ne fumus per alias partes exhalet: & dum incaleſcent partes tumefactę,per illũm vaporem,ſemper agitabit crus
D hinc inde mouendo, tamdiuq; illum fumum admittet,quàm diu partes exudent humorẽ ab extrinſeco. Deinde locum abluet aqua calida, in qua decocta ſit camomilla,& roſæ ſiccæ & abſterget leuiter panno lineo calido. Vltimò inunget eodem linimento paulò ante deſcripto,& per duos adhuc dies eodem modo bis ſingulis diebus manè & veſperi idem repetat. Deinde tertio die ad illud idem ſuffumigium redibit,alternatim repetendo per quindecim dies aut etiam viginti:
E poſtea quieſcet,& ſi curatus fuerit,bene erit: ſi minus,interim quieſcet donec Autumnalis purgatio acceſſerit. qua purgatione facta ſtatim tentabit illud idem fomentum vel ſuffumigium, deinde quieſcet vſque ad Vernam purgationem. Denique nunquam ceſſabit ab ijſdẽ remedijs itidem repetitis,donec ſanitatem acquirat. Neque enim eſt diſcedendum ab ijs quæ inter initia rectè fuerint inſtituta,etſi nõ ſucceſſerit,quemadmodum optimè conſulit Hippocrates. Eſtq; illi omnino
F præſupponendum,quemadmodum etiã in conſultatione admonuimus,ęgritudinem longam fore,& perſeuerantia eſſe peruincendam,in qua ſola eſt cum diuino auxilio ſpes ponẽda,cum firma opinione. Nihil enim deterius huic, & omnibus alijs chronicis ac diuturnis morbis,quàm crebra mutatio ſententiarum & remediorum. Hoc igitur admonere volui tanquam rem fortaſſè præ reliquis omnibus maximè opportunam.

CONSILIVM CCCXXXI.

De dolore genu obtuſo ex deſtillatione pituitæ à capite,pro magnifico Veneto.

VNVM conſidero rectè conſiderandum, quòd iſte magnificus vir natura eſt calidæ temperaturæ hepatis & cerebri, ventriculi etiam non omnino frigidi, ſed frigidiuſculi. Cùm ergo ab ortu ſuo habuerit calidum hepar & cerebrum, & nunc appareat dominium frigiditatis, & patiatur frigidam diſpoſitionem à pituita, vt ab exeuntibus apparet, & à multitudine humoris pituitoſi, iudicandum eſt nòn eſſe frigiditatem illam naturalem in capite. Cùm ergo fuerit lapſus talis à propria natura, ideo fortè non ita facilè tolletur: quia cùm ægritudines contingunt præter propriam temperaturam, maior erit lapſus, quàm ſi contingant ſimiles propriæ temperaturæ. Vt ſi frigida temperatura à frigida ægritudine occupatur, minor erit lapſus, quàm ſi calida ægritudine affligeretur. Si ergo cerebrum fuerit naturaliter calidum, & nunc frigidam patiatur ægritudinem, maior eſt lapſus: ideo diligenti cura eſt curandus. Circaque ſymptomata primò conqueritur de dolore obtuſo occupante vtrunque genu, maximè ſiniſtrum: & dicit ita leuem eſſe, ac ſi pungeretur digitus, & leuiter ſuppuraretur, & ex eo aliquis dolor perciperetur, cùm tamen ſæpe in tali caſu clamoſi ſoleant eſſe: & licet multa materia deſcendat ad locum, & impediat motum, nihil ominus non dolet, niſi moueatur. Iſte eſt modus doloris. In deſcenſu autem materiæ percipit in motu illo frigiditatem: cùm verò figitur, non. Conqueritur præterea quòd nō poteſt liberè mouere caput, & cùm aſcendit cymbā, videtur quòd nauſeam habeat, ac ſi fluctuaret in mari: & omnino conqueritur de debilitate capitis. Probabile eſt illam deſtillationem, quia omnia referuntur ad deſtillationem, à capite prouenire: & cū aliqua calida, aliqua frigida, aliqua craſſa, aliqua tenuis ſit, pro modo doloris & pro modo deſcenſus, credo quòd iſta ſit tenuis cùm inſigni humiditate: in actiuis verò credo quòd non ſit multum frigida, nec calida. Et quòd non ſit calida, patet, quia percipit frigiditatem quandam. Non eſt etiam frigida admodum, quia frigiditas facit dolorem: quia Galenus dicebat quarto de Simplici medicina, declarans illud Hippocratis dictum, Frigidum vlceribus mordax, quòd frigidum ſoluit continuum. Et in ſexto de Locis affectis, & in ſecundo etiam inquit, ex humore frigido pituitoſo fieri atrociſsimos dolores, vt videretur perforari locus, vt in colico & podagra: iſte autem magnificus vir eſt ſine dolore, licet multam habeat materiam. Si igitur excedit, excedit per frigidum, & ita materia deſtillans humida fit & frigidiuſcula, non tamen admodum frigida videtur. Ex colore barbæ pilorum, conijcitur quòd ſit calidi cerebri à natura: ideo non poteſt deduci atque detrahi ad tantum lapſum, ni fuerit admodum frigidum. Quòd verò nō ſit indicio eſt, quia non patitur nocumentum in hyeme, & melius ſe habeat in æſtate aliquantulum. Ideo non eſt hîc tanta frigiditas, quia tempore hyemis, qui habēt frigidum caput, læduntur. Eſt ergo deſtillationis cauſa, frigiditas capitis, non tamen multa. Fuit autē acquiſita, vel quia decubuit in loco illo frigi-

A do & humido, vel qa in aere frigido verſatus ſit,
vt incideret in lapſum, & in vapores aſcendētes
ad caput, ſicut fumus ad caminum, qui inuenien
tes cerebrum ſeipſo debilius redditum, non reſol
uuntur: nec cerebrum ita conficit alimentum ſi-
bi delatum, vti conuenit. Ideo humores illi in ca-
pite aggregati deſcendunt à virtute expultrice
propulſi per ſpondylos colli, per guttur, fauces,
per viam ad ventriculum, ſed maximè per ner-
uos à vertebris deductos ad iuncturas decurrūt
B ad partes debiles. Et quia à natura inſtitutum eſt
vt vnum membrum recipiat excrementa alte-
rius, requiritur vt quod recipit debelius ſit, quia
ita à natura factum eſt, vt fortiores partes tranſ-
mittant ſuperfluitates ſuas ad imbecilles: extre-
mæ autem partes imbecilliores ſunt, quoniam
diſtant à fonte caloris & ab hepate, & ſunt pa-
ratæ deſtillationibus frigidis: quia ſicuti humo-
res frigidi ſunt parati ad partes inferiores deſcen
dere, ita calidi ad ſuperiores. Habet præterea vias
C latas, quia ab ortu habet dominiū caliditatis cū
ſiccitate, hæc autem vbi eſt ſiccitati coniuncta,
aperit vias, & propterea cùm habeat latitudinem
viarum, & imbecillitatem crurum, non eſt mi-
rum ſi deſtillatio deuenerit ad crura. Ideo lapſus
ex mala ratione victus generatus eſt in cerebro,
& generauit humores illos frigidos, quia ita gene
rati per periodos, ſicut fieri ſolet in omnibus ſu-
perfluitatibus, decurrunt ad loca illa extrema. Et
hanc credo eſſe cauſam omnium ſymptomatum,
D & quòd tota origo ſit in capite. Quòd etiam hu-
miditas ſit in capite, patet ex hoc, quia balbus eſt:
& Galenus ſuper illo Aphor. Hippoc. Balbi diar-
rhœa corripiuntur, reddit huius retionem, quia
humidi capitis ſunt. Cùm igitur talis ſit cauſa, &
talis lapſus, & caput aliter præparatum ſit, patet
quid de præſagio ſit dicendum. Curabitur qui-
dem, ſed cauere debet, ne incurrat in malum regi
men victus, quia habet præparationem natura-
lem, & lapſum habet in capite: ideo debet diligen
E ter curari, & cùm curatus fuerit, conſeruare ſani-
tatem, quia incideret in eandem, & fortè deterio
rem ægritudinem, puta in podagram, in paraly-
ſin, deſcendēte multa materia per neruos & muſ-
culos ad iuncturas: ideo cauere debet, cùm erit ſa
nus. Cum quibus autem inſtrumētis? Bene hoc
corpus debet euacuari, quia vbi ſunt humores
deſtillantes, à capite maximè, à leui qualibet cau
ſa vacillant, hoc non eſt niſi ratione vaporum &
materiæ in capite aggregatæ: ideo corrigēdi ſunt
F humores & ſanguis, & tota maſſa humoralis à ſu
perfluitatibus purgari debet. Euacuantia autem
erunt agaricum maximè, quia trahit humores
craſſos & pituitoſos. Ideo agaricū vel ſub forma
pillularum, vel temperatum, ſicut electuarium
aliquod, aut caſsia cum agarico, & pro minorati-
uo caſsia cum hiera ſimplici accipienda. Sed cùm
voluerimus exquiſitius purgare, loco hieræ ſim-
plicis poterimus ponere agaricum. Ideo vel cum
caſsia, vel cum rhabarbaro poterit euacuatio fie-
G ri. Talia ergo erunt genera medicinarum: nec per
tranſirem agaricum. Digerentia erunt ſyrupus
de betonica, vel de ſtœchade ſimpl. cum portio-
ne oxymellis ſimpl. vel ſyrupi acetoſi, vt tranſi-
tum

tum maiorem haberet, cum decocto betonicæ, endiuiæ, cichoriæ, vt habeatur ratio hepatis. Et ita factis mundificationibus ſi verum eſt quòd caput habeat lapſum, ſi volumus remouere lapſum, oportet euacuare ipſum per loca propria. Et ideo maſticatoria adhiberem, cum maſtiche, ſtaphiſagria, pipere vel cum alio tali: caputpurgium per nares cum ſucco maioranæ, betæ, vel ſucco cyclamini. Maſticare etiam radices capparum, ad extrahendam pituitam à capite, optimum eſt. Factis deriuationibus corroborabitur caput cum puluiſculis ſingulis diebus, & quando vadit dormitum, ex mace, garyophyllis: maiorana, ocymo, & cum aliis odoratis, quæ habent vim exiccandi pituitam. Pro remotione autem caloris, qui eſt in iſtis puluiſculis, roſas, ſandaracham, quæ exiccãt & refrigerant, commiſcerem; & ſuper caput ponerem poſtea pileum, & ita corroborarem caput cum illo tenui puluiſculo, & in hora veſpertina curarem caput, ne amplius diſcederet à domo. Et facerem lixiuium corroboratiuum dulce, primò non ex cinere ex quercu, nec ex fortitudine illarum rerum in quibus eſt aſtringendi vis & adurendi, ex qua aduſtione aſtringãtur pori. Et ideo aſarum acciperem, & baccharam, ſenam, polypodium, camomillam, ſtœchadem, cum maiorana & iride, & ex iis facerem lixiuium. Et fieret ſapo ex garyophyllis, mace, cinnamomo: & muſci aliquid, & ambræ adderem, pro barba & capillis, & confortabit. Et iſtud ſit pro ſapone. Aliqui etiam ponunt fruſtum agarici in lixiuio, & quando abluitur caput, loco ſaponis vtuntur illo, quia habet vim quandam extrahendi: imò ſi ponatur ſupra locum podagræ, tunc fit euacuatio pituitæ.

Cur non fiet etiam ſi in capite ponatur? Præterea electuaria pro corroboratione requirerentur, & maximè myrobalani chebuli conditi, non tamen Venetiis conditi cum illis aquis malis. Ideo ſi haberi poſſent in India confecti, laudarem illos ſummoperè: ſunt enim confecti cum ſyrupo de carabolis vulgò dictis, id eſt, ceratiis ſeu ſiliquis, & non calefaciunt. Theriaca aliquando & mithridatum conueniret: zaccharum autem roſatum inter omnia erit præſtantiſsimum. Curabit victum, à coitu, ab exercitio poſt cibum caueat: non ambulet in ſole: Auſtrum & Boream vitet, à loco humido caueat: non dormiat in meridie, & habitet in cubiculo verſus Orientem: & circa cibos, ſit contentus cibis vnius generis. Quò ad carnes, vitulina, hœdina, pullorum, auium montanarum, & oua ſorbilia conuenientiſsima ſunt: oua tamen cocta ſint in aqua, vel in igne: à butyro autem cum ouis cauendum eſt. Piſces neſcio qui conuenirent, quia omnes ferè capiuntur prope magnificam hanc ciuitatem. Mihi placeret lucius, laudarem etiã auratas Iſtrianas, mullobarbatas, id eſt barboni. Faciatq; exercitia conuenientia. His omnibus peractis corroborationibus, & reliquis iam dictis, quia propoſitũ fuit balneum, laudo illud: & cùm habeat cerebrum calidum, lapſum ad frigidum non valet ratio Galeni libro ſexto de Tuenda ſanitate, qui vituperat balnea vbi ſit deſtillatio. Loquitur Galen. de intemperie calida & ſicca: ſed cùm in caſu noſtro lapſus ſit ad frigidum, ideo conuenirent, quia deducerent ad veram temperaturam cerebrum: & non alterabitur, quia à ſimili non fit alteratio. Duciam præterea accipere poterit. Et ante omnia, factis iſtis omnibus, ſi remaneret debilitas aliqua in cruribus, ponere poterit Magnificentia veſtra crura in luto: & poſtremò facerem fontanellam in crure. Et hæc erant nobis recenſenda pro ſalutè Magnificentiæ veſtræ.

CONSILIVM CCCXXXII.

De dolore in genibus à catarrho ad crura deſcendente.

FACILE eſt iudicare veritatem manifeſtam. Excellentia veſtra bene exiſtimat de origine, & curatione morbi. Sed primò conſidero vnum quod apud me eſt aduertendum, quòd fuerit calidę temperaturæ per totũ corpus, hepatis & cerebri calidi. Cùm igitur habuerit à principio calida iſta membra, & nũc frigiditas dominetur in cerebro, vt apparet ex multitudine humoris pituitoſi, & excrementis, & ſit talis lapſus à propria natura, videndum eſt, vnde habeat originem. Scit Excellentia veſtra, quando ægritudines ſunt diuerſæ à temperatura, eſt maximus lapſus, indigebit igitur cura diligẽtiſsima. Circa hęc ſymptomata facilè eſt videre cauſas. Primò, obtuſus dolor, occupans vtrunque genu, ſed magis ſiniſtrum, ac ſi aliquis digito pungeret. Verùm non eſt nimium pertinax, & ſi multa materia deſcendit ad eum locum, impedit potius motum, quàm vt dolorem intenſum excitet, ſentit frigiditatem inſignem, dum tranſit materia. In dolore verò nõ ſentit. Caput ita affectum habet, vt ſit nauſeabundus, etiam dum eſt in nauicula, ac ſi in magna naui eſſet. Ideo omnino probabile eſt, hanc deſtillationem à capite eſſe. Ita ortus illorum ſymptomatum non eſt, niſi ex hac cauſa. Qualis modò materia eſt catarrhi? Ex ratione doloris, nos credimus materiam hanc tenuem eſſe cum inſigni humiditate. In actiuis quoque non eſſe intenſam, non ſentit in deſcenſu, niſi parum frigiditatis. Calida non eſt, non enim calorem percipit. Exiſtimo ergo ex humore frigido pituitoſo non oriri dolores acutiſsimos, vt Galenus in libris de ſimpli. dicit, vbi frigidum vlceribus mordax. Iſta igitur materia humida eſt, non multum frigida, & ex pilis ac barba agnoſcitur non eſſe magnum cerebri lapſum ad frigidum à ſtatu naturali. Vnde autem eſt ea frigiditas capitis? Decubuit in locis humidis, & diuerſis regionibus cùm eſſet mercator. Cùm autem multi vapores aſcẽdunt ad caput humidum, non poteſt conficere omnem eam humiditatem, ſed neceſſe eſt, vt expellat per fauces, & per vertebras colli, & alias vias ad loca imbecilliora. Et continuo deſcenſu membrum ſuſcipiens fit imbecillius, & mandans fortius mandare aſſueſcit, & vias latas habet, ratione caliditatis naturalis. Deſcendit igitur ad crura, quæ ſemper habuit imbecilliora, & quia etiam maximè diſtãt à corde, ſeu fonte caloris, tantò quoq; ſunt debiliora. Non igitur mirum, ſi ad eas partes humores crudi tenuiores &

frigidiores deſcenderunt.Hęc ergo cauſa erit omnium ſymptomatum.

Prognoſticum. Cùm talis ſit caſus,curabitur, ſi vixerit ſecundũ ea quæ præſcribentur. Hoc enim neceſſarium eſt ob cauſas dictas.Habet lapſum capitis à propria temperatura,quia non ita facilè curatur,niſi adſit diligentia,& perſeuerantia. Solent enim huiuſmodi, niſi curentur, incidere in podagras, paralyſes & alias huiuſmodi reſolutiones. Bonum igitur erit,ſi velit curari,vt perſeueret.

Cura. Corpus debet euacuari, vbi ſunt humores deſtillantes à capite. Neceſſe eſt igitur,vt ratione vaporum, & materiæ aggregatæ in capite,omnis maſſa humorum in toto corpore corrigatur. Euacuantia ſint agaricus, quomodocunque exhibitus, nihil enim melius ad humores pituitoſos extrahendos. Minoratiuum,caſsia cum hiera ſim. vel loco hieræ agaricus,vel rhabarbarum. Præparātia,ſyrupus de ſtœchade,ſyrupus acetoſus cum decoctis, vel aquis deſtillatis endiuiæ, betonicæ. Factis mundificationibus corroborarem caput, ſi modò eſſet bene euacuatum maſticatoriis ex ſtaphyſagria, & cætera caputpurgia, ſuccum maioranæ vſurparem, vſq; ad cyclaminis. Maſticarem radices capparis,quæ, vt Dioſc.teſtatur,corroborant. Extrinſecus quando ſe pectit, adhiberem pulueres ex garyophyllis, maiorana, ocimo, odoratiſsimis roſis, ſandaraca & reliquis,quæ habent vim exiccandi & corroborādi. Lauaret caput ſingulis ſeptimanis veſperi,& poſtea maneret domi. Lixiuium dulce ſit,ex ſe,in quo coquatur polypodium,camomilla,ſtœchas.Fiet ſapo ex garyophyllis,nuce muſcata,cinamomo : imponatur ambra, erit delicatum admodum pro barba & capillis. In lixiuium etiam ponerem agaricum,& vterer agarico loco ſaponis:corroborat,vt teſtatur Dioſ. Poſtea in frequenti vſu haberet electuaria, vel myro*balanos chebulos, ſi boni haberi poſſent, hi enim corroborant caput & ventriculum. Saccharũ roſatum præſtantiſs. eſt.Ratio victus ſit bona,abſtineat à coitu,non ambulet in ſole,nec ad Auſtrum & Boream expoſitus ſit. Non dormiat in loco ſubterraneo. Cubiculum ſpectet ad Oriētem. Cibus ſit caro vitulina,hœdina,pulli,aues montanę,oua ſorbilia. Piſces fugiat,ſi verò lupum reperiat,eum ſumat recentem. Lactucam fugiat,& olera. Capparés ſumat. Factis corroborationibus balnea laudo. Cùm cerebrum fuerit calidum & ſiccum, & nunc à temperamento declinet ad frigidum & humidum, erit optimum balneum. Si debilitas remanſerit,fiant fontanellæ,poſtea ea omnia,quę iam dicta ſunt.

CONSILIVM CCCXXXIII.

Ad ædema Eryſipelatoſum in crure,datum.

PRIMÒ circa rationem victus,caueat à vino potenti. Sed vtatur paucifero albo & claro, ex quo etiam parcè bibat. Caueat ab omnibus aromatibus, à leguminibus cuiuſcunque generis,à carnibus ſalſis,à cæpis, alliis & huiuſmodi. Caueat præterea à caſeo,præſertim antiquo.à piſcibus,& ab his quæ friguntur in ſartagine. Vtatur vitulina carne, pullacea & omnibus carnibus iunioribus,ferculis qualis eſt oriza,condrus,hordeum. Non ſcribat,nõ recumbat, non cogitet moleſta aliqua poſt prandium,neque poſt cœnam,non ingrediatur lectum,niſi duabus ad minus horis poſt cibum. Quæret quotidie habere beneficium alui,euitet nocturnum aerem,& caueat à ſomno meridiano. Vbi hæc facta fuerint, per totam hanc hyemem vſque ad Ver,ſit contentus infraſcriptis remediis. Primò accipiat manè horis tribus ante prandium bis aut ſaltem ſemel in ſeptimana,infraſcriptum bolum.

R. Diacatholicon ℥.j.
Rhabarbari electi ℈.ij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Item vtatur quotidie hora vna ante prandium ℥.s.zacchari roſati optimi. Crus affectum lauetur lotione infraſcripta,ante cœnam:

R. Roſarum ſiccarum m.iij.
Hordei m.vj.
Raſuræ vel limaturæ cupreſsi, quæ cadit cùm ſerra ſecatur ℥.vj.
Saluiæ m.iiij.

Decoquantur omnia in ſitulis duabus aquæ, donec maneat ſitula vna, & cum hoc decocto lauet crus affectum.

CONSILIVM CCCXXXIIII.

De Eryſipelate phlegmonode in genu, obſeruatio.

ANCILLAE cuidam crus circa genu vltrò citroque intumeſcebat, cum dolore intenſiſsimo, & non tam cum rubore perſpicuo, quàm flauitie conſpiciebatur, tactui retinebatur. Quia verò Eryſipelas ex bile eſt,principio non venæ ſectionem,ſed purgationem admittit, vt autor eſt Galenus 13. Methodi. Potuiſſet tamen & ſanguis detrahi, quia phlegmone huic adiuncta erat : tamen in hoc vti maluit purgatione Montanus,& ordinauit.

R. Diacatholiconis ʒ.vj.
Electuarij de ſucco roſarum ʒ.ij.

Cum zuccharo fiat bolus. His copioſè admodum purgarat totũ corpus,pòſt præcepit inflammationi ſuccum ſemperuiui apponi, cuius proprium eſt repellere & digerere.

CONSILIVM CCCXXXV.

Ad contuſionem neruorum,vel diſtorſionem in genu obſeruatio.

QVIDAM ex caſu ex ſcalis neruos læſerat circa iuncturam radij, cum femore, ita vt chordas muſculorum,& ligamenta, quæ eo loco plurima ſunt, læſa viderentur. Montanus iuſsit,vt oleo anethino inungerent,& chamæmelino, quòd magis penetraret, nec verebatur inflammationem,quod nulla circa locum rubedo appareret. Poſt aliquot dies cùm propter frigus (vt arbitror) nec dolores prorſus ſedarentur, nec pede commodè vteretur, iuſsit vt inungeret oleo de hyperico, quod habēt communiter in pharmacopoliis.

CON-

CONSILIVM CCCXXXVI.

De tumore œdematico vtriuſque pedis, pro ciue Ferrarienſi.

QVANDO aliquis pituita & ſucco melancholico ſuapte natura redundat, nō video propter aliquam aliam cauſam eſſe poſſe, niſi quia ventriculum habeat frigidiorem, hepar verò calidius: ita enim pituita in ventriculo plus æquo multiplicatur, ſicut in hepate ſanguis redditur craſsior, & ſuprà quam oportet excoctus. Quòd ſi etiam caput excrementoſum, frigidum, mucoſumque fuerit, non facilè euitabit hic homo morbos, qui vel à melancholico ſucco, vel longè magis à pituita generari ſolent: pręcipuè ſi incōgrua victus ratio acceſſerit, & aeris intemperies. Cùm ergo hæc omnia de hoc nobiliſsimo viro enarrentur, haud ab re eſſe videtur, ſi tumor ille laxus & œdematicus vtrunque pedem vexet, æſtate præcipuè, ita tamen vt non ſit abſque aliqua caliditate, modicoque rubore: multitudo enim pituitæ per venas diſtributa, & plus æquo multiplicata, tandem expellitur vigore facultatis expultricis, & ſicut eſt grauis & ponderoſa, potius ad infimas partes declinat, æſtateque id præcipuè contingit: nam præter quàm quòd in æſtate plus delinquit, tū copia potus frigidioris, tū fructuum, crudorumque olerum, & rerum frigidarum aſsiduo vſu, tum quia nudo vētriculo frigidus aer, & humidus quàm maximè occurrit. Sūt etiam meatus & vaſa magis laxa & ampla, humoreſque defluentes ſubtiliores: hyeme omnia contraria eueniunt. Non mirum ergo eſt, ſi æſtate pedes intumeſcant, hyeme exiccentur. Sed quod nonnihil caliditatis & ruboris ad œdematicum tumorem accedat, non abſonum eſt: nam & hepar calidum nonnihil tranſmittit ſubtilioris ſanguinis pituitę permiſti, quam rem etiam adiuuat calor æſtatis. Eandem videtur habere rationē, cur cùm decumbit aut quieſcit, tumor non accedit, & qui acceſſerit remittatur: ex motu enim cōſtat humores agitari, attenuari, & moueri, in quiete verò ſiſti, neq; in pronum deſcēdere. Hęc de cauſis affectus à me auditi. Curatio igitur dirigenda videtur contra proximas cauſas ſymptomatum: ergo qui genera ti ſunt humores, euacuandi & auertendi: deinde prohibendum ne generentur, quod duplicē ſcopum habet. Primus eſt, vt rectiſsima victus ratio adhibeatur: ſecundus eſt, vt membra corroborentur, ad contrarios habitus deducendo. Quantum igitur ad rectam victus rationem attinet, conſtat à calore aeris quàm maximè cuſtodiri oportere: experientia enim comprobat, ſub calidiore tantùm aere pedes tumefieri. Et non diſsimili ratione ab ira quoque & vehementibus tum animi, tum corporis motibus abſtinere oportet, cùm experiatur agitatione & motu eoſdē tumores excitari. Conſulo igitur, vt ſuperiores potius partes exerceat, vt ſagittando, lapidem aut palum ferreum iaculando, prout illi magis gratum, aut viribus magis commodum, vel magis conſuetum fuerit. Earum quoque partium ſuperiorum quotidianas frictio

A nes, præcipuè æſtatis tempore, faciendas conſulerem: ita enim auerteretur materia, quæ ad pedes decumbit. Quòd ſi æſtatis tempore aerem Ferrarienſem mutare poſsit, & ad ſubtiliorē ſicciorem-que accedere, qualis eſſet Bononienſis, nō parum crederem profuturum. Quòd autem debeat eſſe parcior potus vini ſubrubri, & bene maturi, ne nimius humor redundet, etiam me tacēte facilè cogitatu eſſe arbitror: ſicut etiam quòd cibi ſint oſſe rendi optimi alimēti, & paucarū ſuperfluitatum.

B Particularem verò materiam ſingulorum nimis ineptè hoc loco aggregandum cenſeo, cùm ſemper magnificus iſte vir prope clariſsimos medicos ſit moraturus. Hac igitur victus ratione prohibetur generatio excrementorum. Quantum verò ad euacuationem eorum qui iam fuerunt generati, laudo primò vt Vere purgetur: & ſi in tumore illo pedum ſanguinis aliquod dominium appareat, ſicut ſuſpicari poſſumus ex intellecta rubedine & caliditate, etiam aliquid ſanguinis eſt detra-

C hendum: facilè enim ex hac annua purgatione abſcindetur materia, quæ æſtatis tempore ad pedes ſolet decumbere. In aliis verò temporibus ad purgationem habeat aliquod familiare, quod facilè educat, & leniat aluum, vt corpus minimè excrementoſum ſeruetur: eritque hoc præcipuè neceſſarium, ſi fortè aluum aſtrictam habuerit. Darem igitur vel hieræ ſimplicis Gale. de ſex rebus ſcrupulū, vel ſcrupulos duos, prout aluus magis vel minus obediet. Hieram intelligo ipſas ſpecies in

D pillularum formā redactas, vel rhabarbarū cum ſaccharo roſaceo, quod mihi magis placeret tempore æſtatis. Nec diſplicet vſus frequens terebinthinæ cyprię ad hanc commoditatem eo præſtandam. Quantum verò ad membrorum tum mandantium, tum recipientium corroborationem attinet, pro vētriculo quidem & hepate, illius eiuſdem hieræ & rhabarbari vſus non tantùm leniet aluum, ſed etiam roborabit ea membra naturalia. Pedes verò qui recipiunt excrementa, ad me-

E dium Veris per totam ęſtatem alternis ſaltem diebus abluendos putauerim decoctione roſarum, ſaluiæ, nucū cupreſsi, raſuræ tabularum cupreſſi, camæmeli, aliqua etiam ſalis portiuncula adiecta, ita vt lotiō fieret horis matutinis, videlicet ante prandium. Neque malum putauerim, ſi poſt lotionem partes ablutas inunxerit aliquo oleo de citoneis, vel de baccis myrti. Et hæc, ſi modò recte ſeruata fuerint, fortè ſufficient ad curationem & præſeruationem huius nobiſsimi viri.

F

CONSILIVM CCCXXXVII.

De vtriuſque cruris contractione, in colloquio cum Craſſo & Friſimelica 14 Maij, 1548.

LONGA eſt hiſtoria rei, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum. Vnum eſt præcipuum, quod habet hæc nobiliſsima Domina, & hoc conſiderabimus diligenter, & reliqua omnia ſibi inuicem ſuccedent

G ex hoc rectè conſiderato. Primum eſt quòd habet contractionem in vtroque crure, quòd non poſſunt ſe extendere. Item habet imbecillitatem quòd nō poteſt ſe ſuſtinere, & manere in illo ſitu.

Et ita ſunt hęc duo, imbecillitas & illa contractio. Accedit tertium, & eſt diminutio ſenſus circa crura: & dicit quòd ſi quis tangit illam in crure, videtur ſibi quod tangat rem alienã, & non ſuam carnem. Hæc tria ſunt conſideranda, ſecundùm ſuas formas & cauſas. Quò ad contractionem, quæritur, in quo genere morbi ſit collocanda. Habet quidem hæc contractio complexionem corruptam, ſed principaliter affectio eſt in compoſitione, & vitiata eſt præcipuè figura ſcilicet ipſius nerui: cùm enim debeat eſſe lõgus, eſt decurtatus, & ita amiſit propriam formam. Et cùm in longitudine corrupta ſint vitia, quæ ad quantitatem pertinẽt & etiam ad figuram, cùm nõ ſit corrupta, ſed abbreuiata chorda, ita quòd nihil eſt amiſſum de ſubſtantia, non poſſumus dicere, quòd ſit vitium in quantitate, ſed in figura, quia neruus eſt decurtatus. Secundò imbecillitas ſenſus eſt actio læſa. Huius autem ſymptomatis cauſam, id eſt, morbum oportet inquirere. Huius actionis læſæ ratio formalis eſt ipſa frigiditas, quia ſenſus eſt diminutus: diminutio autẽ fit à frigido, ſicut corruptio à calido. Tertiò imbecillitas virtutis ſuſtẽtatiuę, quemadmodũ eſt naturale officium in ambulando, eſt etiam actio læſa, & habet ſuam ægritudinem. Reducenda igitur ad idem, ſcilicet ad frigiditatem, ſecundum principium ſuprà dictum, quod omnes actiones diminuũtur à frigido. Ergo illa frigiditas facit, quòd virtus illa motiua & ſenſitiua nõ poteſt deuenire ad locum, ſiue ſpiritus, ſiue virtus tranſmittitur, de quo nunc non diſputabimus. Ergo hę ſunt eſſentiæ & cauſæ formales huius morbi. Nunc videndæ cauſæ & coniunctæ ſeu propinquæ, & remotæ horum morborum, & tunc ſtatim apparebũt indicationes curatiuę: hæ enim ſumuntur à natura rei rectè agnita & percepta per ſuas cauſas. Cauſam propinquam contractionis crediderim ergo, quòd ſit aliqua materia frigida, quæ per longum tempus in loco frigido craſſefacta eſt & indurata, vt & hoc manè diximus, quia materia illa ſecundùm diuerſitatem locorum & efficientium variè afficitur. Nam quando hęc materia deuenit ad medium muſculi, facit abſceſſus: ſi ad caput muſculi, facit conuulſionem ſeu ſpaſmum: quando autem deuenit ad chordas vltra muſculum, non facit acutum dolorem, nec conuulſionem, & motus illos ſpaſmoſos, quia ſenſus in chorda non eſt ita acutus: ſunt enim chordę ordinatę à natura ad motus fortiſsimos obeũdos, ideo habent ligamenta plurima, & habent etiã chordæ neruos obtuſioris ſenſus. Et hinc nerui ad motum conditi, ſunt magis frigidi & duriores quàm nerui ſenſitiui, qui minus à medio declinant. Et ideo materiæ deuenientes ad chordas, faciunt quidem deprauatam figuram, ſed nõ motus conuulſiuos, & ſic fit quaſi quidam abſceſſus in chordis. Nam primò imbibitur materia pituitoſa, quę in principio eſt ſubtilis, tandem propter frigiditatem loci cõgelatur. Si enim materia in inteſtinis exiſtens ita congelatur vt fiat quaſi tophus, & cryſtallus, quantò magis in chordis tam frigidis poterit talis materia indurari & congelari? Nã illa induratio & congelatio tam à frigido quàm à calido fieri poteſt, vt ſæpe iam dictum eſt, & hoc

A obſeruaſſe multùm refert ad curationem. Materia ergo illa ad chordas veniens fuit indurata & congelata, & inde chordę illæ ſunt factæ breuiores, ſicut & in citharis chordę, cum imbibuntur aliquo humido, corripiuntur & etiam franguntur. Ita fit & chordis in humano corpore. Cùm ergo chordę corripiuntur, contrahunt membrum, quia chordæ terminantur ad ipſa oſſa, vt illa moueant, & ſic etiam fit contractio oſsis ad ſuum principiũ, quia chordæ intrinſecæ ab illo humore imbibito ſunt

B factæ breuiores. Hæc eſt cauſa proxima, & cõiuncta illius cõtractionis ſuſtẽtatiuę. Proxima autem cauſa imbecillitatis illius ſenſus, & virtutis ſenſitiuæ, eſt eadem illa materia frigida. Nam Galeno quinto Locorum affect. teſte, cùm materia illa deuenit ad neruos cũtaneos, impeditur ſenſus, & nõ motus: & contrà euenit cùm oppoſito modo cõtingit. Hæc autem materia propter ſuam multitudinem non ſolùm in chordis eſt, ſed etiam deuenit ad neruos deferentes cuti ſenſum, & inde vir-

C tus ſenſitiua debilitatur ab eadem cauſa frigida & humida, ſecundùm diuerſas partes. Et hoc quantum ad cauſas formales & materiales proximas. Sed quæ ſunt cauſæ remotæ, quę fouent has cauſas propinquas? Et hic eſt ingẽs chorus, & videntur omnia membra conſpiraſſe in perniciem huius mulieris. Audiui, quòd hæc mulier, antequam traderetur marito, fuit ſaniſsima & boni habitus, & nullã planè habuit ægritudinẽ aut læſionem, niſi quòd in brachio aliquando habuit abſceſſus,

D qui per ſe euanuerunt: vnde ego potius iudicauerim eius ſanitatem, & bonam corporis conſtitutionem, quàm aliquam infirmitatem, quia abundauit plurimo ſanguine, nã expulit ſuperfluum: & hoc patet ex eo, quia facilè materia illa reſoluebatur, ideo non fuiſſe materiam illam malignam, ſed laudabilẽ, aliâs nõ tam ſtatim receſsiſſet talis abſceſſus. Nullum itaque membrum in ea fuit læſum, quia operatio fuit læſa, ſed optimè exercere potuit omnes. Et ideo non poſſum dicere, nec cerebrum, nec ventriculum, nec vllum aliud mem-

E brum in ea affectum fuiſſe. Poſtea autẽ tradita viro ſecundùm omnem dimenſionem magno & robuſto, & fuit puella tredecim annorum, quæ adhuc creſcebat, (Ariſtot. voluit puellas non debere nubere ante decimum octauum annum, & adoleſcentes ante vigeſimum octauum) Cùm ergo in illa ætate creſcente emiſerit ſemẽ, cùm ipſa adhuc indigeret illo ſemine ad proprium nutrimentum, & fuit coacta illud, quòd ſibi erat neceſſariũ, ex-

F cernere, & etiam concepit, vnde eſt infrigidatum corpus, quia fœtus attraxit ſanguinem pro ſui nutritione, & etiam poſt abortum non eſt bene purgata: non ergo mirum, ſi vterus affectus eſt, & totum corpus exinanitum. Et video illam habere membra parua, quaſi non peruenire potuerit ad perfectam magnitudinẽ. Hinc igitur maximè vterus eſt affectus, & hinc habet fluxum menſtruorum alborum, & varias etiam poſt abortum ha-

G buit ægritudines. Vtero autẽ conſentire & vẽtriculum & cerebrũ, notum eſt excellentiis veſtris. Nam & œſophagus, & os ventriculi, & cor, cõuelluntur & afficiuntur propter vterũ: quia vterus conſentit cordi, & propter multas arterias, & etiã me-

mediante ore ventriculi. Et ſic credo ego, quòd principalis affectio eſt vteri vitium, quia vterus primò læſus eſt, antequàm alia membra afficerentur, vt ſuprà dictum eſt, & maxime cùm in febre ſecaretur ei vena, & punctus eſt neruus, vnde ſecutus eſt ſpaſmus, & conuulſio in brachio: & conuulſio quidem curata eſt, ſed neruus non eſt curatus, permanſit enim imbecillitas illius nerui, ita qđ adhuc in omni plenilunio & nouilunio (quia tum luna dominatur humoribus, & in his temporibus maximæ fiunt mutationes) fit illa contractio, ex motione ſcilicet humorum, quæ fit in his temporibus ad illum locum debilem. Et hîc diligentiſsimè erit vnum attendendum: num etiam ſenſus interior labefactetur. Et audio tum ex fratre eius, tum ex aliis, quòd circa finem conuulſionis accidit ei abalienatio, & deperditio ſenſus: id quod ego diligẽter noto, & eſt etiam notandum: & dico hîc nullo pacto poſſe eſſe epilepſiam, quia epilepſia eſt ſpaſmus vniuerſalis corporis, & ita differt à ſpaſmo, quia eſt motus vniuerſalis, & facit vniuerſalem contractionem, & non in aliqua parte: ſicut & apoplexia eſt in toto, paralyſis in parte: proportionantur enim ſibi hæc. Ergo cùm hîc ſit contractio tantũ vnius membri, ſcilicet brachij, & non totius corporis, & in epilepſia in principio amittitur ſenſus, in fine autem redit ſenſus, propter obſtructionem quæ pedetentim reſoluitur: in hoc autem caſu in fine fit deperditio ſenſus, ergo dico quòd non poteſt eſſe epilepſia. Et ego ſæpe vidi, & puto etiam vos hoc obſeruaſſe, quòd omnes qui patiebantur ſpaſmos ex vulneribus, quòd delirabãt in fine, & amittunt ſenſum cerebri, propter magnum conſenſum illius membri cum cerebro. Fit autem hæc deperditio ſenſus in fine, quia deterrentur, & fit aliqua reſolutio ſpirituũ, & ſic amittitur ſenſus in fine. Si eſſet epilepſia, magis deberet fieri in principio, quia tunc obſtructio maior: ergo credo quòd ſit mera contractio & conuulſio. Sunt ne aliæ cauſæ & remotæ illius contractionis in cruribus etiam? Dico quòd eſt & cerebrũ, & ventriculus, & ſic totum corpus refrigeratum, vnde pituita in ventriculo multiplicatur propter frigiditatẽ. Item cerebrum generat pituitam & catarrhum propter frigiditatem. Et quia antea fuit calidum & ſiccum cerebrum, nunc autem frigidum & ſiccum eſt, & ideo parum dormit: & diximus ſæpe, quòd cerebrum frigidum & ſiccũ facit maximè catarrhos, ſi quid aliud. Et ſic videtis quemadmodum omnia membra naturalia conſpirant in hoc, & facta eſt non ſolùm mala complexio hîc, ſed etiam compoſitio vitiata: nam eſt ibi tumor & tenſio circa hypochondria, & ſic non mirum fieri hæc ſymptomata. Et ſic videtis quomodo ratione eorum quę ſuprà propoſuimus, omnia dicenda erant, & cauſæ propinquæ & remotæ. Nihil dicam de medicationibus malis, quibus hæc mulier afflicta eſt.

Prognoſticum. Dico quòd difficilis erit cura. Hippocrates de morbis mulierum ait, quòd menſtrua alba vltra ſex menſes non curantur, quia totum corpus in his infrigidatur, & tabidæ fiunt, & nunquam habent bonum ſanguinem, & facies earum apparet ſemper plena quodam muco, & oculi ſunt his concaui, & videntur habere quendam circulum nigrum, propter paucitatem ſpirituum & boni ſanguinis. Item cerebrum & ventriculus ſunt affecta. Et ſic videtis in qua difficultate ſumus. Quò ad curã, intentio principalis eſt, vt poſſit ſeipſam erigere & ambulare: ideo illa contractio erit remouenda: ſed hoc fieri non poteſt, niſi remoueantur materiæ & cauſæ propinquæ. Hæ autem non remouebuntur, niſi prius remotæ remoueantur, id eſt, mala complexio membrorum. Ergo ſunt alterãda membra, & etiam totum. Hoc autem fieri non poteſt, niſi prius euacuetur totum. Et ſecundùm reſolutionem ſequitur, quòd ab illo incipiendum, quod vltimò inuentum eſt. Primò ergo euacuanda materia pituitoſa, ſed prius incidatur & abſtergatur, & præparetur, vt cum ſyrupo & aceto forti, & aliis incidentibus, & calefacientibus, vt Byzantinus, quo miror cur medici noſtri non vtantur. Euacuatio poteſt fieri cũ agarico, & aliis in quibus ingreditur agaricum, vt pillulę cochię aggregatiuæ, confectio hamech, hiera Logadij, hiera Archigenis, prout eſt parata. Euacuato capite, ſi videbitis quòd materia deuenit à capite, quamuis ego non quærerem multam euacutionem capitis, ne magis exiccarem caput & ſic maiores inducerem vigilias, igitur non multum laborarem circa caput, vt ingenuè fatear, & puto etiam caput non eſſe valde affectum. Et licet aliquæ deſtillationes defluant per nares, tamen credo quòd hoc potius fiat per conſenſum inferiorum partium, quàm quòd ſit ibi multa materia, & quòd generetur ibi multa materia ratione cerebri. Tandem tingantur membra inferiora cum aquis Apponitanis, quia calefaciunt & exiccant. Item abluantur hoc balneo: & ſi timemus ſuperfluam reſolutionem, interdum apponatur aliquod molliens, vt adipes, nõ cùm diachilon, quia ſunt in eo quædam gummata, quæ nimis ſunt fortia. Accipite oleum amygdalarum dulcium, vel butyrum recens: hęc enim non ſint inueterata, vt de his poſsimus eſſe certi. Item laudo lutum magis quàm foueas: quia quò materia eſt denſior, eò magis influit & hæret magis: ſicut etiã amara magis aperiunt quàm aeria, tamen propter motum, aliàs magis aeria aperirent, quia calidiora.

Conſilium in ſtupore dextræ partis & aliis diſpoſitionibus præternaturalibus, Magnifici D. Georgij Turzonis.

DISPOSITIONES præternaturales, quibus laborat Magnificus & Clariſsimus Dominus Georgius Turzo, quinque vt in collegio diſputatum fuit, dicuntur eſſe. Prima, eſt ſtupor lateris dextri: ſecunda, extenuatio eiuſdem: tertia, dolor quem poſt aſſumptionem balnei D. ſua percepit, qui prius maiore exiſtẽte ſtupore non percipiebatur: quarta, tumor quidam tibiarum ac pedum, ac aliqualiter faciei: quinta, emiſsio cũ vrina arenarum, quandoque etiam calculi. Et quamuis omniũ horum cauſas vnuſquiſque aſsignauerit, & remedia plurima attulerit prę

miſſo prognoſtico : voluit tamẽ magnifica domi-natio veſtra,vt opinionem meam in ſcriptis depo- nerem,non minus theoricæ,q̃ practicæ.Ego verò prouinciam hanc minimè detrectare volui, præ- ſertim tanti viri intuitu.Tangam igitur cauſam & eſſentiam q̃ potero breuiſsimè omnium iſtarum ægritudinũ,ſecundò prognoſticum inferam: ter- tiò & vltimò curam. Cognitio enim ægritudinis & prognoſticum & curam ipſam præcedit, vt di- cit Galenus libro 1.de Acutorum regimine, Com mentario 3. & etiam 1. quarti, ab Auicenna dici- tur,& à Galeno 1.ad Glauconem,nullam præter- naturalem diſpoſitionem curandam,niſi prius æ- gritudo cognoſcatur. Cognitio autẽ vniuſcuiuſ- que rei fit, cùm cauſas eius intelligimus : 1.Poſt. Quare primò eius cauſas perſcrutari decreui,de- mùm ad reliqua canonicè magis me intromittã. Verùm vt melius ſciri poſsit,ꝑ quot numeros vel gradus in his ægritudinibus recedat hic magnifi- cus Dominus à ſua naturali diſpoſitione, & vtrũ lapſus ſint proportionales,vel non ætati & natu- rali complexioni magnificẽtiæ ſuæ,quę ſcire om- nia ſummè conferunt,& ad prognoſticum,4.1.ca pite 1.Galenus 3.Tech.& 2.part.Aphor.34. aliqua prius de naturalibus tangam: alioquin de nume- ro eorum eſſem,quos increpat Gal.3.de Ing.ſanit. dicens : Nonnulli neq; curant, neq; cognoſcunt naturalem infirmorum complexionem. Et ſecun dùm prouerbium, *Vna forma calcei omnes calceant.* Teneo igitur magnificum Dominum eſſe in æta- te primi ſenij, & vltrà, cùm agat annum 54. hæc enim eſt ſententia Auicennæ, 1. 1. cap. de Ætati- bus complexionis coniunctæ à principio genera tionis recedentis à corpore temperato in actiuis, per calidum in paſsiuis, plus per ſiccum, quàm per humidũ, ideo totius corporis complexio vi- detur eſſe cholerica à prædominio cum ſubdomi nio ſanguinis. Hoc declarat color citrinus, cùm aliquali rubedine,hoc operationum velocitas, & omnium actionum promptitudo, hoc caliditas, quæ tactu repræſentatur acuta magis, q̃ demul- cens, quæ ſunt ſigna complexionis antedictæ, vt habetur 4.collig.2.1. & 2.de Complex.cap.4.& 2. Tech.ſed quoniam totius corporis complexio ex membrorum principalium reſultat complexio- ne,vt inquit Gal.tũc corollarium infero,membra omnia principalia per eaſdem qualitates labi : te- neo enim D.ſuam eſſe calidi cordis,quod ex velo citate & frequẽtia pulſus,ex agilitate & prompti- tudine ad actiones, ex amplitudine thoracis, & ex reliquis ſignis poſitis 2.Tech. & 1.3.facilè colli- gitur, in paſsiuis verò plus humidi, q̃ ſicci, cuius ſignum eſt pulſuum mollicies, & quia facilè ira- ſcitur,& facilè iram remittit.Hepar verò eſſe cali- dum,venarum amplitudo,choleræ rubeæ multi- plicatio, & reliqua ſigna poſita 2.Tech. & 1.3. o- ſtendunt : item humiditatis prædominium cum ſicco, ſignum eſt quòd non tanta in eo generetur cholera, quantum etiam ſanguinis. Corde verò & hepate per calidum declinantibus, totum cor- pus inde denominationem ſumit, 2.Tech. Nec huic obſtat cerebri complexio, quantumcunque frigida:hæc enim contrà operari non poteſt huic caliditati, niſi eam nonnihil remittat, non autem

A ad contrarium deducat, teſte Philoſopho 2. de Partibus animalium, 7.cap. Cerebrum ſimiliter arbitror declinare per calidum,in paſsiuis nõ na- turaliter temperatũ ſcitis,ſed accidentaliter abun dare multa humiditate.Primùm declaratur ex bo nitate & optima actione omnium virtutum ſenſi- tiuarum cerebri, quæ omnia caliditatẽ cum non multa humiditate cerebri arguunt, vt Galen. ha- bet 2.Tech. Secundò verò,quòd ſtante caliditate cerebri, plurimæ humiditates per materiam di- B geſtionis in ſtomacho generantur, & ad ipſum attrahuntur: calidi enim eſt attrahere, 4.Meteor. debilitato etiã cerebro ex cauſis primitiuis ſcili- cet vel ex fumis mineralibus malis,nõ celebratur in eo conueniens digeſtio, ſed eædem potius ſu- perfluitates humidæ in eo multiplicantur, quæ accidentia ipſum reddunt. Teſtes pariter & geni- talia omnia calida vidẽtur, vnde ſalax ad coitum, & ſatis procliuus fuit. Stomachus verò,qui mem bris principalibus deſeruit, ſeruitute præparato- C ria apparet frigidæ complexionis, quoniam me- lius appetit, quàm digerit : frigidus enim natura venter ad appetitum quidem bonus, ad digeſtio- ſtionem verò malus, 2. Artis. Ex immoderatò e- tiam coitu, quo vſa eſt ſua magnificentia, ſtoma- chi virtutes labefactatæ : quemadmodum enim abſtinẽtia à coitu ſummè confortat ſtomachum, ita frequentia coitus plurimùm ipſum debilitat. 2. tertij, tractatu primo, capite vltimo. Declara- tis igitur naturalibus propriis,& non prætermiſ- D ſa complexione ex ætate collecta, quæ poteſt di- ci frigida & ſicca : talis enim eſt ſenum comple- xio, 1.primi, & lib.5.& 6. de Generatione anima- lium,capite 4.apud Philoſophum. Venio ad pri- mam diſpoſitionem, quæ eſt ſtupor. Pro inueſti- gatione autem cauſarum ſtuporis, primò ſuppo- no deſcriptionem ipſius, & vt Galenus 3. de Lo- cis affectis, Rhaſis 1. Continentis, Serapion 1.Bre uiarij, Auerrhois 3 Colliget. de eo loquuntur, ſi- lentio prætereaın : tangam ſolummodò deſcri- E ptionem eius ab Auicenna poſitam 2.tertij,capi- te de Stupore, quæ talis eſt : Stupor eſt morbus officialis, faciens euenire in ſenſu tactus nocu- mentum, aut deſtructionem, ſi ſtupor eſt fortis; & ſic communiter cum paralyſi euenit : diminu- tionem verò, ſi debilis eſt ; quoniam virtus ſenſi- bilis non tantùm prohibetur, ſed etiam motiua: & hoc eſt quod in aliquibus reperitur ſtupor, vel diminutio in ſenſu tactus, & non in ſenſu mo- tus, propter diuerſitatem neruorum motus, & F ſenſus. Sequitur ex definitione iſta hæc conclu- ſio, quòd ſtupor eſt prohibitio non lethalis ſpiri- tus ſenſibilis ad membra ſenſibilia : ſicut lethalis prohibitio ſpiritus motiui dicitur paralyſis, vel mollities neruorum ad modum loquendi, Gal. libro tertio de Locis affectis,capite 10.Hoc ſuppo ſito ſtante arguo ſic: M.D.patitur diminutionem & non totalem ablationẽ ſenſus tactus, ergo ſtu- porem habet. Cùm ſtuporis cauſæ tres principa- liter à Doctoribus aſsignẽtur, prima ex parte vir- G tutis,ſecunda ex parte inſtrumentorum,tertia ex parte oppilationis: iudico has omnes concurrere ad cauſandum ſtuporẽ in hoc M.D. Primò ex de- bilitate virtutis ipſius cerebri, quæ quidẽ non ex febribus

febribus facta eſt aut ex ſyncope, quæ vt pluri- A
mum ſolent eſſe cauſæ talis debilitatis, vt inquit
Auicenna cap. 1. quoniam talia non præceſſe-
runt, ſed ex vaporibus malis, & fumis venenoſis,
eleuatis â mineralibus, quibus ſæpe ſe expoſuit
M. ſua, & ex inordinato regimine in aere nunc fri
gido, nunc calido, & alijs omnibus ſex rebus nõ
naturalibus. Item ex debilitate inſtrumenti, ſcili-
cet ipſorum ſpirituum ſenſibilium, & etiam ner-
uorum: ſpiritus enim, præſertim iam neruis debi
litatis, ex ijſdem cauſis, ex quibus etiam virtus, B
fuêre læſi, non ablati prorſus nec corrupti, ſed di-
minuti, vnde ad mẽbra tranſeuntes diminutum
ſenſum facient, præſertim iã neruis debilitatis, &
hinc ſtuporis origo. Tertiò ex parte oppilatiõis,
quam teneo eſſe in neruis & mẽbris ſenſibilibus
dextræ partis ꝓpter defluxũ materierũ catarrha-
liũ, & phlegmata multa præcipitata à cerebro ad
ipſos neruos, vnde ſpiritus ſenſibiles impediun-
tur à totali tranſitu in hæc membra, ſed minutè
trãſeunt, quare actio fit diminuta in ſenſu tactus. C
Et teneo potiſsimã eſſe cauſam ſtuporis M. Do-
mini: nam cum ſit frigidioris ſtomachi, & in ipſo
multiplicentur per materiã indigeſtionis, cùm vt
plurimum quod in tali ſtomacho generatur, fit
phlegma, 13 tertij: hinc phlegmata ad cerebrum
euaporant, ipſumque replent, præcipuè ſtante
caliditate eius tales humores groſſos attrahen-
te: capite autem his humiditatibus repleto, vir-
tus expulſiua cerebri inſurgit ad expellendas
ipſas per quamcunque uiam poſsibilem. Cùm D
verò prius ſe exoneraret per muccum varium
ſatis copioſè, nullum tum M. D. percipiebat
nocumentum, & facta clauſione uiarum emun-
ctorij, cùm non amplius expurgetur M. ſua per
talem viã, tunc catarrhi illi vel phlegmata ha-
bent raptum & deſcenſum per partem dextram,
ibique coarctata cauſant oppilationem, quæ
prohibent pro maiori partc trãſitum ſpirituum
ſenſibilium, vnde talis cauſatur ſtupor. Cur
autem plus materiæ talis declinauerit ad dextrã E
partem quàm ad ſiniſtram, credo id accidiſſe
propter latitudinem viarum, aut fortè propter
debilitatem aliquam exiſtentem in parte dextra
plus quàm ſiniſtra: membra enim fortia ad debi-
liora ſuperfluitates ſuas tranſmittunt, prima pri-
mi, cap. de Mẽbris in fine. Vtrũ autẽ mala cõple-
xio calida poſsit ſtuporẽ inducere, videtur ſecun
dũ Auicẽnã quòd ſic: Auerrho. autẽ 3. Coll. dicit,
quòd licet hoc rarò cõtingat, fieri tamẽ quãdoq;
poteſt: quamuis plurima argumenta ſint ad op- F
poſitũ, quæ facilè ſoluuntur, ideo non inſiſtam in
his. Et hæc de cauſis ſtuporis. Accedamus ad ſe-
cundã diſpoſitionẽ, quæ eſt illius partis extenua-
tio, cuius cauſæ facilè reddi poſſunt: ſtante enim
oppilatione in parte illa, ſanguis, qui ad partẽ per
venas tranſmittitur ꝓ eius nutritione & reſtaura
tione, nõ poteſt bene penetrare, & in carnem de-
perditã aſsimilari: deficiente enim obiecto virtu-
tis nutritiuæ, pro maiori parte etiã deficit ipſa vir
tus nutritiua à ſua propria operatione: quare nõ G
apponit, non vnit, nec aſsimilat nutrimẽtũ quan-
tum eſt ſufficiens, vnde mẽbri macritudo & exte-
nuatio. Tertiæ etiam diſpoſitionis, ſcilicet doloris

percepti in eâ parte poſt aſſumptionem balnei,
cauſam aſsigno: quia apertis uijs propter mun-
dificationem factam, ab aqua balnei ſpiritus ſen-
ſibiles melius tranſeunt ad illa membra, & ſic ef-
ficiuntur magis ſenſibilia nocumentorum mate-
rierum catarrhalium eò cõcurrentiũ & collecto-
rum: quæ cùm ſint contrariæ naturali cõplexio-
ni, earum dolorem inducunt, qui nihil aliud eſt
quàm rei contrariæ ſenſus. Secunda, iſtæ etiam
materiæ ventoſitate aliqualiter inflantur, muſcu-
los extendunt, vel ſolutionem aliquam continui
inducunt, & dolorem cauſant. Stante ergo mala
complexione cũ aliquali ſolutione continui, non
eſt mirum quòd dolor inde emergat: nam dolor
ſecundum quem incumbit locum, malam com-
plexionem & continui ſolutionem ſignificat, ſe-
cund. Tech. Vtrum verò ambæ cauſæ cõcurrant
ad dolorem cauſandum, vel vna tantùm, eſt ali-
qualis cognoſcendi difficultas: eam tamen opti-
mè determinat Conciliator diff. 77. quam præter
mitto breuitati indulgens, prius tamen iſti dolo-
res nõ ſentiebantur propter maiorem ſtuporem.
Quarta diſpoſitio, quæ larguis ſumpto vocabulo
poteſt dici cachexia, eam nõ magnifacio, quia nõ
tenſionem, non oppilationem nec lapſum epatis
ad frigidum notabilem reperio, potuit cauſari ex
ſtomachi debilitate in virtute digeſtiua: cibus e-
nim non conuerſus in ſtomacho in bonum chy-
lũ, tranſmiſſo ad epar chylo malè cocto, epar non
tranſmutat ipſum in bonum ſanguinem, ſed in
phlegma, quod eſt ſanguis diminutè coctus, pri-
ma primi: tale verò phlegma tranſmiſſum ad mẽ-
bra non potuit virtus nutritiua in ipſum agere,
apponendo, vniendo & aſsimilando, vnde ſecuta
eſt fermè aliqualis corruptio ſeu cachexia, quæ
ad hydropẽ dicitur eſſe prima diſpoſitio. Sed hîc
nondum timenda eſt hydrops, cùm epar affectũ
aliqua non naturali diſpoſitione eſſe non videã.
Quinta & vltima diſpoſitio, quæ eſt arenularum
emiſsio & calculi generatio, cauſas habet ſatis
manifeſtas. Primò inordinatum regimen in ci-
bo & potu, ſecundò debilitas ſtomachi multipli-
cans phlegma vt diximus, tertio caliditas epatis
& renum. & licet cuiuslibet affectus aſsignen-
tur quatuor cauſæ, ſecundo Phyſicor. tamen
duas duntaxat cauſas aſsignat Auicenn. nona
tertij, arenularum & lapidis materialem, & ef-
ficientem. Cauſa materialis, eſt humor phle-
gmaticus: materiæ verò cibariæ, ſunt multipli-
cantia ipſum phlegma, præcipuè accedente ſto-
machi dyſcraſia ad frigidum, retentor materiei
eſt viarum vrinariarum oppilatio vel debilitas
virtutis expulſiuæ. Cùm ergo in hoc D. ſint
omnes cauſæ materiales & pariter efficientes,
caliditas renum naturalis, cum naturali debi-
litate, non eſt mirum, ſi quando arenulæ in
eo multiplicentur: poſitis enim cauſis produ-
centibus aliquem effectum, ponitur etiam ef-
fectus: ſunt namque correlatiua. Habita igi-
tur inueſtigatione naturalium, & omniũ quinq;
præternaturaliũ diſpoſitionum, ſupereſt inferre
prognoſticũ. Dico quòd licet varijs infeſtetur æ-
gritudinib9, quæ omnes difficiles ſunt, & futura
etiam diſcrimina portẽdant, vt legentibus dicta

Doctorum in his capitulis ſatis conſtat: ſpero tamen, quòd Dei optimi maximi fauẽte beneficio, & medio remediorum noſtrorum omnino remouebuntur. Quod vt fiat, ad curam tranſeo, quam diuidam in diætam, potionem, & manualem operationẽ. Diæta cõſiſtit in debito regimine ſex rerum non naturalium, vtpote aeris, cibi & potus, motus & quietis, ſomni & vigiliæ, inanitionis & repletionis. Incipiã itaq; ab aere tanquam à re corpus plus immutante. Principium in vitæ regimine debet eſſe aer, quia cętera omnia euitare poſſumus: quod verò nos continet, impoſsibile eſt effugere. Verſetur ergo Magnifica veſtra dominatio in aere claro & lucido, cui nõ admiſcentur ex vaporibus res externæ: talis cũ laudatur ad ſanitatis conſeruationẽ, ſecũda primi, & quinto theoricæ. Omnes etiam immoderatas qualitates aeris tam actiuas quàm paſsiuas fugiat, aer enim exceſſiuè calidus digeſtionem debilitat, ſpiritus reſoluit, calorẽ innatum deijcit. Aer immoderatè frigidus eſt mortificans, & poros oppilans: humidus aer ſuperfluè humectat & relaxat, ſiccus verò retinet, & tranſitũ ſpirituum prohibet. Sit ergo aer in hoc caſu conueniens, temperatè calidus, utpote neruis & cerebro amicus, ſicut frigidus ſummè nocet, teſte Hipp. 5. Aphor. 14. in paſsiuis verò declinet ad ſiccum. Quòd ſi naturalis aer talis nunc haberi non poſsit, fieri debet artificialis, ſuffumigando locum habitationis, cum thure, ſtyrace, calamento, ligno aloes, ladano & ſimilibus. Flatus etiam ventorum humidorum & frigidorũ euitetur. Ventrem etiam & ſpinam dorſi, & præcipuè partem læſam cuſtodiat à frigore M. ſua. Cibus & potus. Cùm tamdiu viuamus, quãdiu nutrimur, teſte Philoſopho 2. de Anima, nutrimentum autẽ præcipuum fiat per cibum & potum: ergo in regimine ſanitatis cibi & potus ſunt conuenienter adminiſtrandi. Conſulo igitur M. V. vti debere cibarijs aut temperatis aut declinantibus quoque ad calidum & ſiccum moderatè. fugienda itaque omnia quæ groſſum & viſcoſum nutrimentũ gignunt, vt ſunt caſtaneæ, fungi, fabę, oua dura, epata animalium groſſorũ, lac coctũ, vbera, vinũ coctum, vt ſapa, carnes ſuillæ, bouinæ, ceruinæ, ventres, inteſtina, paſtilia omnia, legumina omnia, olera frigida, panis etiam calidus, quem ſummè vituperat Auenzoar in proœmio Tenſit: panis itẽ cinericeus, non benè fermẽtatus, nec coctus: fructus huiuſmodi, ſicut ſunt pepones, melones, Indus, vel batheca, cucumeres, citrulli, ceraſa, perſica, chryſomala, &c. omnia euitentur. Cibi verò in hoc caſu competentes ſunt, panis farinæ bonæ, optimè fermentatus, furfuraceus aliqualiter, tamen cum aliquantulo ſale, & aliquibus granis fœniculi. Carnes ſint boni nutrimẽti, paucarum ſuperfluitatum, facilis digeſtionis, ſicut ſunt pullinæ, hœdinæ, vitulinæ, non multum pingues, & hoc æſtate. In hyeme verò gallinarum, caponis, phaſiani, perdicis, columbarum, leporum, damarum, capreolorum & huiuſmodi. fercula riſum, far panicum, cicera rubea recẽtia diſſoluta in brodio pulli: herbæ ad promptum laudatæ ſint caules molles, ſerpyllũ, mentha, roſmarinus, bugloſſa, ruta, betonica, ſaluia: iſta enim omnia vel in modũ ferculi, vel ſalaturæ mirificè cõferunt. Aromatib. etiã vti poteſt M. D. vt cinnamomo, mace, nuce muſcata, garyophyllis, zinzibere, croco & ſimilibus in cõueniente quãtitate. Placent ſorbilia oua, ſi cũ modico cinamomo ante cibũ ſumantur. Fructus in ſecunda mẽſa ſint grana pini fiſtici, amydalarum, auellanæ, cidonium conditũ cũ ſuccaro: pira etiam eodem modo condita, & aromatibus ſupraſcriptis. De potu, licet vinũ in ægritudine neruorum prohibeatur à Principe ſecundo tertij, & hoc in plurima quantitate: placeret tamen vinum album nõ multũ vinoſum, ſubdulce, dilutum cum aqua decoctionis ſaluiæ aut anthos, &c. aut de radicibus acori, quod laudatur etiam ab Auicenna in eadem fen. Acria omnia, ſicut bulbi, cepę, porri, & alia talia omittãtur, ſimiliter omnia acetoſa, vt acetoſitas Citri, arãcia acria, granata media acria. Motus & quies. Ex omnimoda quiete infinita penè mala humano corpori contingunt, dicit Auicenn. primo cantico. Quiete infrigidatur calor naturalis, ſicut flamma fumo extinguitur. Idem ſentit Auerrh. tertio Coll. idem Princeps tertia primi, in fine capituli. Quare omnino quietem magnoperè vitupero, exercitium verò temperatum conſulo: propterea quia ſpiritũ intrinſecum augmentat, & ſuperfluitates membrorum expellit, teſte Auerrho. & Galeno ſecundo de Regimine ſanitatis. Sint igitur exercitia temperata, deambulatio, equitatio. frictiones etiam ſupplent locum exercitij: fricẽtur ergo ſæpius membra ſtupida, & moueantur frequenter, ac varijs modis exerceantur, vt calor naturalis excitetur, viuificetur, ſuperfluitates expellantur, & oppilationes tranſitũ ſpirituũ ꝓhibentes aperiantur. Seruentur tàmẽ in exercitio hi canones. Primò, vt fiat celebrata digeſtione: ſecundò, vt ſit citra laſsitudinẽ & laborem, & valde moderatũ, quia in ſecunda parte canticorũ ſcribitur, Immoderatũ exercitium ſpiritum eneruat: carnoſos dimaciat, calorem extraneum excitat, debilitat neruos, & corpus ſeneſcere facit. Tertiò, vt fiat expulſis ſuperfluitatibus. Somnus & vigilia. Etſi ſomnus ſit cauſa vt bona celebretur digeſtio, 5 Theo. cap. 35. hoc tamen eſt intelligendum de moderato ſomno: quoniã, vt inquit Hali, Moderata ſomni quantitas cibos digerit, corpus corroborat, laborem ſoluit: immoderata verò corpus refrigerat & humectat, phlegma auget, & calorem naturalẽ reſoluit. Sit ergo ſomnus horarum ſeptem, & nõ plurium. Vigiliæ etiam ſuperfluæ dãnantur, quia cerebrum debilitant, digeſtionem auferunt, ſpiritus reſoluunt. Fugiat D. ſua diurnum ſomnũ, ſiquidem talis, vt dicit Auicẽna, generat ægritudines humectantes, & rheumatizantes, corrumpit colorem, grauat ſplenem, laxat neruos, pigritiam efficit, debilitat appetitum, generat apoſtemata & febres frequenter. Inanitio & repletio. Ad ſanitatis conſeruationem inanitionis & repletionis magna eſt habenda ratio & menſura. Debet ergo magnific. D. quotidie habere beneficium vẽtris, vel naturalem vel artificialem euacuationem cũ his quæ inferius ſcribemus. Quòd verò ad repletionẽ attinet, ſeruandi ſunt canones poſiti à Principe tertia primi, doctrina ſecũda, cap. de eo quod

comedi-

comeditur & bibitur.Primò,non comedat D.ſua A
niſi certũ ſit deſiderium, & celebrata digeſtione:
etenim nihil deterius quã indigeſtũ ſuper indige
ſto ingerere.Secundò,aſſurgente appetitu, illico
cibũ aſſumere cõuenit, quoniã tolerare famẽ, eſt
ſtomachum replere putridis humoribus. Tertiò,
abſtineat à nimia repletione,dicẽte Auicẽna, Ve-
hemens repletio in qualibet diſpoſitione eſt no-
ciua. Quartò,maior qualitas cibi ſumatur in hye-
me quã in æſtate:qui canon cõfirmatur ab Hipp.
primo Aphoriſmorũ 12. Ventres hyemæ calidio- B
res,&c. Quintò,à menſa ſurgendũ eſt, cũ reliquię
famis ſuperſunt: quoniam deterior eſt comeſtio
quæ facit grauitatẽ & tenſionẽ. Sextò, facilis di-
geſtionis cibaria ſemper præmittantur his quæ
difficilius digeruntur. Septimò,non comedat di-
uerſitatẽ ferculorũ in vna menſa. Accidentia ani-
mi. Moneo abſtinendũ ab intẽperantia omnium
animæ paſsionũ:extenuant enim hæc,& mutant
à naturali conſiſtentia, tertio Tech. Sollicitudo,
mentis triſtitia,timor,iracundia, & alia id genus, C
virtutes oẽs diſſoluunt,ſexto de ingenio, 5 Theo
ricæ,cap.vltimo. Sic igitur M.D. ſemper lætus,&
benè ſperãs, quoniã in omni ægritudine oportet
cõfortare mentẽ,&c. 2. Aphor.34. Abſoluto regi-
mine,iã oportet accedere ad ſecũdã partẽ, ſcilicet
ad medicinarũ exhibitionẽ,primò cõtra ſtuporẽ:
ſecũdò,ad extenuationẽ partis ſtupidæ:tertiò,ad
dolorẽ:quartò, ad inflationẽ in pedibus, & facie
apparentẽ,quam dicit cachexiam:quintò,ad are-
nas & calculũ. Quãtum ad primùm,cum iã mino D
rata,digeſta,& euacuata materia ſit,cum his quæ
nuperrimè exhibita ſunt, cõſulo vt deinceps his
inſtrumẽtis curatiuis & remedijs cõuenientibus
vtatur. Primò vt ſæpius & paulatim ſtomachus
& cerebrũ mundificetur, cũ infra ſcriptis pilulis:
R.agarici præparati ℈ j. pilularũ Azaieret cũ aga-
rico ʒ.s.ſalis gẽmæ g.iij. Formẽtur pilulæ tres cũ
aqua betonicę, & ſyrupo de ſtœchade,& deaurẽ-
tur,ſumantur vna hora poſt cœnã ſingulis 7.die-
bus, hæc valebunt pro capitis mundificatione: E
verùm pro ſtomacho laudo has pilulas. R.Pilula
rum de hiera ſimplici, maſticinarũ,de rheubar-
baro Meſue,ana ℈ j.formẽtur pilulę numero tres
cum aqua abſynthij, deaurentur, ſumantur per
horã ante cœnam, & mirè præſtabunt. Secundũ
remediũ, eſt inunctio quæ ſingulo ſero fiat in po
ſteriore parte capitis, à principio ſpondylorũ &
nuchæ pro confortatione cerebri: ſumma enim
diligentia eſt habenda ad nuchã ſpinalẽ medullã
in hoc caſu,& ęgritudinib. cerebri,vt docet Prin- F
ceps ſecunda tertij,in ſecundo capite,& Gal. ter-
tio de Locis vel interiorũ, ex cõſimili ægritudine
curat Amillũ ſophiſtã,inprimis reſpiciendo cere-
brũ. Conſulo itaq; pro cõfortatione virtutũ na-
turalium,cerebri cõfortatione, ꝓ apertione via-
rum,tranſitu ſpirituũ ſenſibiliũ, pro viuificatio-
ne omniũ inſtrumẽtorũ virtutis ſenſitiuæ, id eſt,
ſpirituũ & neruorũ,vt fiat hæc inunctio in poſte-
riore parte capitis,vt dictũ eſt. R.olei de coſto,de
ſpica ana ℥ j.pyretri ℈ j. ceræ parum. Miſce & fiat G
vnguentũ molle,vngatur pars iã dicta ſingulo ſe-
ro cũ tali vnguẽto. Interim dimitto nũc caſtoreũ,
euphorbiũ, & alia omnia magis eleuatæ calidita-
tis:tũ quia à leuioribus eſt inchoandũ, tũ ne ma-
ior colliquatio fiat materierũ catarrhaliũ, & ſic e-
tiã maior oppilatio oriatur. Alia verò fomẽta, lo-
tiones,embrochationes,quæ mẽbris ſtupidis ad-
hibẽtur prætermittã, ſed intrinſecus pro eadẽ in-
tentione fiat hoc electuariũ. R. agarici præparati
ʒ.ij.s.ſyrupi roſati ʒ j.de ſtœchade incõpleti ℥.j.s.
Miſce,& incorporẽtur & fiat mixtura, de qua ac-
cipiat vnũ cochlear duab.horis poſt cœnã. Quan
tũ agaricus pręſtet educẽdo humores groſſos &
viſcoſos à cerebro & à nucha,teſtis eſt Meſue,cap.
proprio,& Princeps 2.3. cap. de ægritudinib.ner-
uorum,ubi inquit: Agaricus euacuat,neruos con
fortando. Ergo euacuat,confortat, calefacit, quæ
omnia in iſto caſu requirũtur. Verùm ſi talis mi-
xtura non eſſet grata propter amaritudinẽ agari-
ci, fiant iſtæ pilulæ. R. agarici præparati ʒ j. ſtœ-
chados Arabicæ ℈ s. Formentur pilulæ quinq; cũ
aqua ſaluiæ, & deaurẽtur, accipiantur duabus ho
ris poſt cœnã, poſt quas immediatè bibat hũc ſy-
rupũ,loco apozimatis calidũ. R. ſyrupi de acoro,
roſati,de ſtœchade incõpleti ana ℥ s.aquarum ſal
uiæ, iuæ, betonicæ ana ℥ j.miſce. Tertium reme-
dium eſt, quod bis in mẽſe ſaltẽ accipiet theriacũ
ſcilicet Andromachi uſq; ad ʒ j. cũ vino albo odo
rifero,& hoc per horas ſex poſt cœnã, & differat
cibũ ad minus ꝑ horas ſeptẽ. Eodẽ modo placet
Mithridatũ,quod ei multũ cõtulit,vt experimẽto
ꝓbauit: medicina verò experta melior eſt inexp-
ta, quinto canonis. Quartũ remediũ eſt, vt ſingu-
lo die per horã poſt cœnã vnã rotulã huius cõfe-
ctionis ſumat. R.ſpecierũ diambræ,diamuſci dul
cis ana ʒ j.s.ſuccari,q.ſ. Miſce & fiat cõfectio in ro
tulis. Quintũ remediũ eſt,ut ſępius accipiatur de
electuario hoc, qđ ſæpè expertus ſum & cõtulit.
R.radicũ acori cõditi ʒ ij.ſtengij ℈ ij. florũ anthos
ʒ j. Cinamomi electi,Macis, Garyophyllorũ ana
ʒ j.s.croci ℈ ij.granorũ pini ꝑparatorũ ℥ ij.ſucca-
ri optimi q. ſ. Miſce, & cũ ſaluia fiat electuarium
in bona forma. Accipiat cochlear iſtius electuarij
ꝑ horã ante prandium, & per horam poſt cœnã.
Sextũ eſt, quòd fiat ſæpius maſtiatorium cũ aco-
ro cõdito,maſtice vel pyretro aut cinamomo ſeu
nuce muſcata: hæc enim in hoc caſu ab omnibus
laudãtur. Septimũ eſt hoc Gargariſma, quod ſæ-
pius fiat mane ieiuno ſtomacho. R.aquarũ ſaluię,
fœniculi, maioranę ana ℥ j.s. Syrupi de ſtœchade
℥ j.oxymellis ſimplicis ℥ s. Miſce & fiat gargariſma
calidũ. Octauũ eſt vomitus factus cũ aqua tepida
decoctiõis raphani, anethi & modico aceti M.D.
ſi ſit ad vomitũ difficilis,cũ eo enim multæ mate-
riæ phlegmaticæ euacuãtur,quod pręſtat multũ
in hac ægritudine. Nono, vt fiat omnino caput-
purgium aperiens meatus emunctorios narium,
vt materiæ catarrhales, quæ prius per nares eie-
ctæ, nunc verò retentæ & præcipitatæ ad neruos
extiterũt cauſa ſtuporis,expurgẽtur. Et hoc ſit ꝓ-
cipuũ remediũ in hoc caſu:nã cũ alicuius euacua
tionis retẽtio ægritudinẽ fecerit,ipſius euacuatio
nis remiſsio cũ apertione medicabitur, 4.1.vbi li-
cet Auicen.id dicat de cõſtipatione vẽtris,illud ta
men dictum ad quarumlibet ſuperfluitatum re-
tentionem accommodari poteſt. Inungãtur ergo
nares circa ſupercilia in medio cum oleo amyg-
dalarum dulcium,& modico butyri recentis loti
in aqua violarum in ſero, & teneat partes illas ſic

madefactas per totā noctem: poſtea manè attrahat per nares, hoc caputpurgium. R. ſucci bliti, auriculæ muris ana ℥ j. intrahatur per nares, & vias aperiet. Quòd ſi hoc non proderit, poteſt addi aliquid caſtorei, vel condyſi, aut ſucci arthanitæ, & erit efficax: iudico enim talia caputpurgia ita in hoc caſu neceſſaria & conuenientia, ſicut aliquod aliud remedium, & hoc benè volet D. ſuę. Vltimò, aſsiduet D. ſua motū & exercitio quodā partium ſtupefactarum, inquit enim Hipp. ſexto Epidem. & Raſis primo continentis: Conueniens cura ſtuporis eſt aſsiduatio motus, quia calor etiam naturalis excitatur, & plurimę ſuperfluitates expurgantur. Hæc de cura ſtuporis ſufficiant, accedo ad alterā ægritudinē. Pro dolore aūt qui percipitur in partib⁹ prędictis, laudarē vt partes dolentes inungantur cū hoc lintimento. R. olei camomillini, de coſto, de ſpica ana ℥ ij. Vulpini ℥ ii. s. pinguedinis anatis ʒ vj. ceræ. q. ſ. Miſce & fiat vnguētū molle. Verùm pro extenuatione facerē fortes quandoq; frictiones, poroſitates aperientes, & nutrimentum ad membra attrahentes. Sed ſpero quòd euacuata materia faciente ſtuporem, & confortatis membris facillimè membra reſtaurabuntur, & extenuatio euaneſcet. Ex embrochationibus laudatur decoctio Vulpis, uſq; ad diſſolutionem oſsium, cū qua hæc bulliant ſimplicia: R. Floris anthos, ſaluiæ, betonicæ, ſtœchados, acori ana M. j. & ſic auferetur fœtor vulpis. Cum hac embrochatione omnia membra læſa embrochentur: magnificatur enim eius iuuamētum ad omnes ægritudines neruorum, authoritate Hermetis. Cōſulo etiam embrochationem cum aqua balnei ſalſi ſulfurei, aut nitroſi: has enim plus laudo quàm alterius minerę, quia talis aqua plus cōuenit in materia frigida & groſſa, teſte Auicenna ſecunda primi, cap. de diſpoſitionibus aquarum, & ſecundo canonis, cap. De aqua. Si igitur balnea ſulfurea & ſalſa reperiantur in partib. vltramontanis, quod ex ſublimatione aquæ in alembico facilè cognoſcitur, ea vti poterit M.D. abſq; tranſitu in Italiam. Et hæc de diæta & medicinis in ſtupore, dolore & extenuatione partis dextrę M.D. dicta ſint ſatis. Circa manualē operationē nūc ſuperſederem à veſicatorijs, cauterijs, ſcarificationibus, phlebotomijs, & alijs huiuſmodi, quoniā cum ſupradictis remedijs abſq; manuali operatiōe Mag. ſua facilè ſanari poterit: ſi verò hæc nō contulerint, ad operationem manualem, &c. ſuo loco & tēpore accedendū erit. In cachexia, quam tamen confirmatam non reperio, attenderem primò mundificationi ſtomachi ac apertioni oppilationum epatis & mundificationi eiuſdem. Stomachum mundificarem cum his pilulis: R. pilularum de hiera ſimplici, maſticinarū ana ʒ. s. Formato pilulas numero quinq; cū aqua abſinthij: aſſumantur per duas horas ante cœnā. Pro cōfortatione laudo myrobalanos chebulos conditos: laudo etiā, ſi cū cochleari ſæpius manè accipiat M. ſua hunc ſyrupū. R. ſyrupi de menta, de abſinthio, Geleniabin ana ℥ j. miſce. Valet etiam talis confectio: R. ſpecierū diarhodon Abbatis ʒ j. aromatici roſati deſcriptione Gabrielis ʒ s. Corallorum rubeorum ℈ j. ſaccari q. ſ. Miſce, & cū aqua

A menthæ fiat cōfectio in rotulis. Fiant etiam infra ſcripta bis in die: R. olei nardini, de maſtice, de abſinthio ana ℥ j. cinamomi electi, Garyophyllorum, macis ana ʒ. s. Corallorum rubeorum ℈ j. mentæ, abſinthij, roſarum rubearum ana ℈ ij. ceræ parum. Miſce & fiat vnguentum molle, quo vtatur per horam ante prandium & horam ante cœnam D. ſua. Circa epar vtatur rheubarbaro cum agarico ſæpius in aquis limaciarum, capillorum veneris & cuſcutæ: vel vtatur decoctione ca-
B pillorum veneris Meſuæ, cum his duobus ſimplicibus hoc pacto:

R. Rheubarbari electi ʒ j.
Spicæ grana ij.
Syrupi Byzantini ʒ j.

Miſce, & fiat potio. Quantū ad arenulas & calculum nihil ad præſens, quoniam nunc non conqueritur M. Dominus. Et hæc in his varijs & diuerſis diſpoſitionibus dixiſſe volui theoricè & practicè, vt Magnifico Domino Georgio ſatisfa-
C cerem. Dominus noſter Ieſus Chriſtus dexterā ſuam porrigat, vt ijs remedijs illico Magnificentia ſua priſtinæ ſaluti reſtituatur.

Hæc Marinus Brocardus D. Venetus in hoc caſu agenda conſuluit 1520. 23. Octob.

Conſilium in curando ſtupore partis ſiniſtræ, & ſimul in dyſuria vel vrinæ retentione amouenda.

D REVERENDISSIMVS dominus Hieronymus duplici laborat mala diſpoſitione, vt ab eo oretenus colligere potui. Altera eſt, ſenſus diminutio in parte faciei ſiniſtra, quæ poſtea dilatatur ad brachium & crus eiuſdē lateris: altera verò eſt impotentia quædā meiendi aut vrinę difficultas, quæ tamē non continuè, ſed interpolatè eum vexat. Prima de qua ſummè conqueritur, ſcilicet ſenſus diminutio perſeuerās
E eſt, & continuè augetur, quare cōſuluit me quid pro vtriuſq; remotione agere debeat: ego itaque huiuſmodi caſum haud parui faciens, ſtatui omnino pro viribus meis ei opitulari: vir enim dignissimus eſt, pro cuius ſalute nullum laborem ſubterfugere decreui. Ad rem igitur accedens decreui in hoc caſu & conſilio, quatuor duntaxat puncta percurrere. Primò, diſpoſitiones eius naturales, ætatem & complexionem: ſecūdò, quid nominis & quid vtriuſq; ægritudinis: tertiò, pro-
F gnoſticum: quartò, prælibatis omnibus quæ in theorica conſideranda ſunt, ad ipſam curam tanquam ad rem magis neceſſariam me conuertam: in his autem omnibus neceſſaria tantum pertractabo, reſectis omnibus ſuperfluis, quod propriū eſt naturæ opus, teſte Ariſt. primo Cœli: in multa etiam ſerie verborū ac eorum prolongatione, inquit Auicēna prima quarti, nulla exiſtit vtilitas. De primo puncto clamant omnes Medici, præcognoſcendam eſſe prius ſubiecti ægrotantis na-
G turalem diſpoſitionem ante ęgritudinis eiuſdem inueſtigationē. Hoc voluit Gal. primo ad Glauc. tertio de ingenio ſanitatis, cap. 12. & penultimo, & tertio Tech. Item ſecundo Regiminis acutorū comm.

comm. 2. vbi inquit: Oportet ſcire naturam eius A cui danda eſt medicina, aliàs operatio noſtra fiet cum timore. Hoc iem cõfirmat Princeps 4.1. cap. primo, vbi apertè innuit, quo pacto naturalis cõplexionis cognitio, & ad curam & ad prognoſticum maximè ſit neceſſaria, cuius rationes breuitatis cauſa prætermitto. Iudico igitur R. D. eſſe ſine latitudine, ætatis conſiſtentis, cùm ſit annorum 40. vel plurium, vt patet ex Auicẽna, prima primi, capite de ætatibus: complexionis verò cho B lericæ cum ſub dominio alicuius ſanguinis, & ex colore citrino cũ aliqua ſubrubedine, ex habitudine non multum carnoſa, ſed macilenta, ex non macilenta corporis totius & membrorum extenſione, & ex ſignis omnibus quæ ponuntur à Gal. ſecundo Tech. & ſecundo de Complexionibus cap. 4. nec non ab Auicenna ſecunda primi, cap. de Signis complexionis. Vnde tota eius complexio videtur declinare à prædominio per calidum in actiuis, in paſsiuis verò non ita penitus per ſiccum, quin in eo ſit aliqua humiditas, merito cui⁹ C ſubdominatur & participat de ſanguine. Mẽbra verò eius principalia per eaſdem declinant qualitates, orta enim atteſtantur naturam ſuorũ principiorum, eisq; aſsimilantur: ſed totius cõplexio reſultat ex complexione membrorum principalium, & totum declinat per calidum & ſiccum, vt viſum eſt, ergo & membra principalia eodem modo: habet enim cor calidum, quod apertè declarat pulſus frequentia & velocitas, audacia, ad aDctiones promptitudo, latitudo thoracis, quæ non D ſequitur ad magnitudinem ſpinalis medullæ, & reliqua ſigna poſita 2. Tech. & etiam prima tertij. In paſsiuis verò declinat nõ tantum per ſuccum, quia in eo reperitur aliqua humiditas: non enim arbitror in eo pulſum reperiri duriorem, neque ipſum poſt iracundiam eſſe valde implacabilem, ſicut ſunt qui cum caliditate cordis plurimam habent ſiccitatem. Epar ſimiliter declinat, cùm in eo multum de cholera gignatur: calidi enim epatis eſt plurimum de cholera generare, prima 3. & E ſecundo Tech. vbi agit de epate. Manifeſtũ ergo eſt, quando in id ipſum concurrunt principiorũ vtrorumq; craſes, totũ corpus perfectè circa eas diſponetur. Nec huic obſtat cerebri complexio quantumcunq; frigida, quoniam talis nõ poteſt contrà operari caliditati cordis, ſed ſolum habet temperare aliquo modo eius caliditatem. Hoc tenent Medici omnes benè ſentientes, hoc etiã Ariſtoteles ſecundo de Partibus animalium, cap. 7. Cerebrum preterea eius pono naturaliter eſſe ca F lidæ & ſiccę cõplexionis. Poſſem hæc probare ex ſignis ſumptis à ſubſtantialiter inhærentibus, id eſt à caliditate naturaliter in eo exiſtente, ab operationibus, quoniam agilis & promptus eſt in omnibus cerebri operationibus: optimè enim percipit obiecta ſiue ſpecies delatas à ſenſibus exterioribus ad ſenſum communem, benè etiã diſcurrit in iudicando diſcurſu particulari, quæ omnia indicant caliditatẽ cum nõ multa humiditate cerebri. dixit enim Gal. facilis intellectus ſubtilis G ſubſtantiæ celebri indicium, tarditas verò intellectus pinguioris & groſsioris ſubſtantiæ. Verùm teneo tale cerebrũ accidẽtaliter abundare multa humiditate, quoniã ſua caliditate attrahit multã humiditatem, quæ in ſtomacho eius per materiã digeſtionis multiplicatur: calidi enim eſt attrahere, 4. Meteororũ, & per cõſequens humiditate ſuperflua repletur. Canicies præterea ante tẽpus in eo apparens arguit eãdẽ humiditatẽ, ſicut dixit Princeps 2.1. cap. de Signis cõplexionis, & Gal. 2. Tech. & partim Philoſophus quinto de Generatione animaliũ, cap. 4. Teſtes etiã ac genitalia eodẽ declinãt, ideo ſalax nimiũ & ad coitũ valdè ꝓcliuus fuit, irritata virtute appetitiuã ab immoderata caliditate. Quantũ verò ad ſtomachũ, qui eſt mẽbrum deſeruiẽs principalibus, arbitror ipſum eſſe frigidæ cõplexionis: hoc declarat melior eius appetitus quã digeſtiò. dixit enim Gal. 2. Tech. frigidus quidẽ venter ad appetendum bonus, ad digerendũ verò nõ bonus, maximè cibos frigidos, & difficilè mutabiles. Tene etiã eiuſmodi ſtomachũ nõ parum debilẽ, præcipuè cùm ipſe fuerit plurimi, & inordinati coitus: ſicut enim abſtinentia à coitu cõfortat ſtomachũ, ita eius frequentia ſummè debilitat, 13.3. cap. vltimo. Plurimũ verò quod in ſtomacho generatur eſt phlegma, dixit Princeps eadẽ Fen. ergo nõ eſt abs rẽ qđ & phlegma & multæ etiã ſuperfluitates ꝑ viã indigeſtionis in eo multiplicãtur. Reliqua autẽ mẽbrorum principaliũ naturã plerũq; ſequuntur. Sic igitur inquiſitione facta de ætate & cõplexione, veniam nunc ad ſecũdũ punctũ, ſcilicet quid nominis & quid rei. Quid nominis. Nomẽ iſtius aliquando ſumitur pro ſtupore mẽtis, & pigritia, prout contingit quibuſdã melancholicis: quãdoq; ſecundũ aliquos, ꝑ ſomno veternoſo lõgo, quos reprobat Gal. 2. Aphor. Com. tertio. Nonnunquã pro diminuta ſenſus cõmunis actione & imaginatione, & etiã motiuę propter malã cõplexionẽ frigidã exiſtentem in parte anteriori cerebri, & eſt via ad ſubeth: aut in poſteriori, & eſt viã ad congelationem vel lethargiam. Sæpius etiam hoc nomen Stupor eſt ſynonymum cum paralyſi, vt ponit Auicenn. cap. de Stupore, & tandem hoc idem nomen ſignificat diminutionem ſenſus tactus: & hoc nomine nuncupanda eſt diſpoſitio, de quã præſens eſt ſermo. Quid rei, habetur per cognitionem qualitatis formæ & eſſentiæ: & quamuis ægritudinis multa ſunt accidentia, tamen nõ poſſunt diſcerni niſi per effectus & proprias deſcriptiones. Omiſſa autem definitione poſita à Galeno & Rhaſi primo continentis & Serapione primo Breuiarij, accipiam definitionem datam ab Auicenna ſecunda tertij, cap. de Stupore, dicens: Stupor eſt morbus officialis, faciens euenire in ſenſu tactus nocumentum aut deſtructionẽ, ſi ſtupor eſt fortis: & ſic ſtupor idem eſt quod paralyſis. aut enim diminutionem ſenſus affert, ſi eſt debilis, quoniã virtus ſenſibilis nõ ſolũ ꝓhibetur, ſed etiã motiua. & hoc eſt quod in aliquib. reperitur ſtupor, vel diminutio ſenſus tactus, & nõ in ſenſu motus, propter diuerſitatem neruorum motus & ſenſus. Ex hac definitione aſsignat Princeps immediatã cauſam ſtuporis, quæ eſt ꝓhibitio non totalis tranſitus ſpiritus ad membra ſenſibilia, ſicut totalis prohibitio ſpiritus tranſitus dicitur paralyſis vel mollities aut reſolutio. Vtrũ

autem ſpiritus motus & ſenſitiui tranſeant per
eundem porum,vel per diuerſos,difficile eſt pro-
nunciare. Auicenna videtur tenere quòd per di-
uerſos,poteſt tamen obtineri quòd per eundem,
vt facit Thuſcanus monachus, & etiam alij Do-
ctores: hanc tamen diſputationem prætermitto
breuitati indulgens, tū quia occupatio in his con
tractionibus impedit medicum ab opere ſuo,1.4.
ſed veniamus ad ipſas cauſas ſtuporis ſecundum
mentem Auicennę & aliorum in medicina auto-
rū. Primò, quòd cauſæ ſtuporis ſunt aut ex parte
virtutis motiuæ, aut ex parte ſpirituū ſenſibiliū,
aut ex parte ipſorū neruorū in mēbra diſſemina-
torū. Secūdò noto, quòd ſpirit⁹ ſunt inſtrumēta
principalia & immediata ſenſibilis virtutis, nerui
verò mediata & materialia vel inſtrumētalia. Ter
tiò noto, virtutem poſſe multipliciter debilitari,
vt in hoc cap. pulchrè declarat Princeps. Quartò
noto, inſtrumenta tam mediata quàm immediata
poſſe à pluribus cauſis impediri, ita vt prohibe-
antur ab actione ſua, vt ab exceſsiua frigiditate,
ab immoderata caliditate corrumpente vel alte-
rante complexionem eorum. Quintò noto, quòd
propter groſsitiem neruorū aut membri ſolidita
tem, ſpiritus ſenſibiles nō penetrāt, ſicut ſplēdor
ſolis nō penetrat materiam groſſam & ſpiſſam: &
propter hoc cōtingit, quòd in tactu pedis in com
paratione ad tactum manus, percipiebatur quaſi
ſtupor quidā, ſiquidem nerui pedis ſunt groſsio-
res & minus penetrabiles à ſpiritib. quàm nerui
manus. Sextò noto, non ſolùm ſpiritus impediri
à ſuis operationibus propter cauſas iam dictas,
ſed etiam propter oppilationē, trāſitum ſpirituū
ſenſibilium impedientem: & hoc poteſt fieri vel
ab humoribus omnibus (quamuis rarius à cho-
lera propter eius ſubtilitatem, vel ab apoſtemate,
vel à ligatura aut coarctatione ſeu à dolore, vel à
nimia ſiccitate: & hoc eſt malum, aut à mollifica-
tione facta à nimia humiditate, quam ſequitur
meatuum clauſio. Septimò noto, quòd omnes
iſtæ cauſæ enumeratæ accidere poſſunt, aut per
eſſentiam in cerebro, aut per conſenſum à mem-
bris inferioribus: & ſi in cerebro, aut eſt in toto,
aut in nucha aut ramis neruorū, &c. Si per con-
ſenſum, tunc eſt aut ex ſtomacho vel alijs mem-
bris inferioribus. Octauò noto, ex anatomia po-
ſita à Galeno 9. de vtilitate part. & ab omnibus
Doctoribus cerebrum diuidi in duas partes, an-
teriorem ſcilicet & poſteriorem, ac neruos dan-
tes principaliter ſenſum, oriri qui ſunt molliores
& ſubtiliores ab anteriori parte cerebri molliori,
neruos verò dantes motum à poſteriori, ſimiliter
partem poſteriorem cerebri diuidi in dextrum
& ſiniſtrum & eodem modo in nucham, quæ di-
citur vicaria cerebri. Nonò, ſeptem paria neruo-
rum dantia ſenſum, & aliqualiter motū oriri im-
mediatè à cerebro, reliquos verò neruos dantes
& ſenſum & motum ab ipſa nucha & eius vica-
ria. Decimò noto, quòd nerui dantes ſenſum fa-
ciei ortum habent à tertio pari neruorum. His igi
tur à me notatis facilè erit corrollarium inferre, à
quibus cauſis & à qua parte cerebri, vel nuchæ
dependeat ſtupor noſtri ægrotantis, & pro huius
declaratione pono iſtas concluſiones. Prima con
A cluſio, ſtupor iſte nō fit à debilitate virtutis: pro-
batur, quia non febris debilitans, nec aliquod acci
dens aut ſyncopale, aut alterius modi præceſsit,
&c. Secunda concluſio non cauſatur etiam à mul
ta frigiditate ingroſſante, nec à caliditate reſoluē-
te ſpiritus, cùm nulla præceſſerit cauſa talis effe-
ctus nec intrinſeca nec extrinſeca. Tertia, mem-
brorum coarctatio aut fortis ſtrictura non eſt in
cauſa, probatur ex infirmi relatiōe, qui nihil ho-
rum paſſus eſt. Quarta ſpirituū tranſitus nō pro-
B hibetur ab oppilatione attenuatoria, vel à nimia
ſiccitate: probatur, quia iſta cōtingunt in magna
ſiccitate & extenuatione, quæ minimè adhuc in
eo videtur, à quibus eum Deus auertat. Quinta,
nec apoſtema, nec dolor concurrunt ad hoc nec
mollificatio aliqua in eo apparēs: ſatis hoc eſt no-
tum, quia talem ægritudinē fuit nunquā paſſus.
Et vt tandē definitis & enumeratis omnibus cau
ſis ſtuporis ponam vnam cōcluſionem cōplectēn
tem dearticulatā cauſam in hoc noſtro patiente,
C eſtq; ſexta cōcluſio, cauſa ſtuporis in domino Hie
ronymo eſt oppilatio, primo exiſtens in origini-
bus neruorum tertio pari, per quos tendunt ſpiri
tus ad dādum ſenſum ipſi faciei, & parti ſiniſtræ,
ſecundo coniuncta neruis deſcendētibus per par
tem ſiniſtram nuchæ, per quos tranſeunt ſpiritus
ſenſibiles ſenſum tribuentes brachio ſiniſtro, &
etiam cruri eiuſdem lateris, quæ oppilatio cauſa-
uit ſtuporem prius apparentē in parte ſiniſtra fa-
ciei, poſtea verò in brachio & crure, vt dictū eſt:
D hanc verò oppilationem teneo cauſatam à plu-
rimis humoribus phlegmatis in cerebro genitis,
tum propter malam complexionem eſſentialem
cerebri, tum etiam propter communitatem, à ſto
macho præſertim, qui plurimos humores phle-
gmaticos ſua frigiditate generat, qui à caliditate
cerebri attrahuntur ad caput, & ipſum magno-
pere replent, quæ humorum phlegmaticorū re-
pletio oppilat meatus, per quos ſpiritus tranſe-
unt ſenſibiles ad membra iam dicta. Nec eſt mira-
E bile quod ſtupor appareat magis in ſiniſtra par-
te quàm in dextra, quoniam debilior eſt: mem-
bra autem fortia & nobiliora trāſmittunt ad de-
bilia, & ignobiliora ſuperfluitates: prima, primi
cap. de Membris. Oppilatio igitur eſt cauſa im-
mediata iſtius ſtuporis, cauſæ antecedentes ſunt
humores à prædominio phlegmatici: cauſæ verò
primitiuæ inordinatum regimen in omnibus ſex
rebus non naturalibus & amoris, ſcilicet in coitu
inordinato, cerebrum ac omnia membra princi-
F palia debilitās, & etiam ſtomachum, vt ſuperius
diximus. Et hæc de cauſis, quibus aſsignatis ſu-
pereſt inferre Prognoſticum, quod quidem non
debet proferri abſq; reuerentia ac timore. Primò
ex dicto Raſis, 9. ad Almanſorem continent. Stu-
por niſi citius curetur, ducit ad paralyſin & molli
ficationem. Secundò ex autoritate Principis cap.
de Stupore, vbi inquit: Stupor nūciat apoplexiā,
epilepſiam, ſpaſmum & paralyſin communicat
toti corpori. Idē tenet Gal. Serapiò, & alij omnes
G de Stupore ſcribentes. Cùm igitur ſit adeò ma-
lus nuncius, non certè eſt in leui ponendus, ſed
penitus amouēdus: quod vt citius fiat, veniendū
eſt ad curam & ad quartum ac vltimum punctū

ab

ab infirmo ſummopere deſideratum,ac valde neceſſarium : deinde me transferam ad ſecundam diſpoſitionem, quæ non ita moleſtat.

Cura ſtuporis. Diuidam ergo totam curam ſtuporis in duo principaliter, primò in remotionem cauſæ primitiuæ, & hoc complebitur cum regimine omnium ſex rerum non naturalium:ſecundò in ablationem antecedẽtis, & hanc abſoluam minorando, digerendo, & euacuando : tertiò in remotionem ægritudinis,& hoc fiet cum particularibus adminiſtrãdis,abſciſsis primis cauſis omnibus, iuxta doctrinam Galeni 3.Tech. Oportet prius vnamquamque ægritudinem abſcindere, tum demum ad factam ægritudinem deuenire. Cauſæ primitiuæ autem remouentur cum adminiſtratione optimi regiminis, ſcilicet aere, cibo, potu,motu,quiete,ſomno, vigilia, inanitione, repletione,& accidentibus animi. Incipiam itaque prius ab aere tanquam à re plus immutante nos, cùm immediatè ad cor trahatur per inſpirationẽ, & ſic communiter de aliis rebus non naturalibus erit ſermo. Aer in hoc caſu ſalubris ſit,non turbidus, ſed clarus & lucidus, cui nõ admiſceatur ex vaporibus res extranea : talis enim eſt ſanitatem conſeruans, ſecunda primi quinto, & 1. de Regimine ſanitatis. Omnes etiam immoderatæ qualitates aeris, tam actiuæ quàm paſsiuæ fugiantur: aer enim exceſsiuè calidus vrinam minuit, digeſtionem debilitat,ſpiritus reſoluit,calorem etiam innatum deiicit: exceſsiuè autem infrigidans eſt, mortificans, & materias continendo oppilans, humidus lenit corpus, & ſuperfluè humectat. Hæc Princeps ſecunda primi. Verùm aer nobis conueniens ſit temperatè calidus, quoniam talis in hoc caſu conuenit, vtpotè amicus cerebro & neruis, ſicut frigidus ſummè nocet, teſte Hippocrate 5. Aphor.19. Frigida neruis inimica,oſsibus, dentibus,cerebro,ſpinali medullæ:calidum verò vtile & amicum : præterea talis aer veſicæ plurimùm nocet, 3. Aphor.6. In paſsiuis verò,declinat ad ſiccum, quoniam humiditas augeret ſtuporis cauſam, quam diximus complexionem frigidam & humidam malam. Trahenda igitur eſt mora in tali aere, & habitandum eſt in locis, in quibus aer ſit moderatè calidus cum aliquali ſiccitate: & ſi naturaliter talis nõ fuerit, efficitur artificialiter, ſuffimigando cameràm & domum cum aromatibus, ſicut cum thure, ſtyrace, calamento, laudano, ligno aloes,& ſimilibus. Eſt etiam fugiendus flatus ventorum humidorum & frigidorum. Cuſtodiat præterea à frigore ventrem,ſpinam dorſi, pedes,& reliquas corporis partes. Hęc quo ad aerem obſeruanda. Cibus & potus. Quia ſine alimento viuere eſt impoſsibile, vt inquit Galenus 1.de Alimentis.quod etiam confirmat Hali abbas 5.Theoricæ, & Auicenna ſecunda primi, propterea vſum alimẽnti cibi & potus ordinare in regimine ſanitatis conſentaneum eſt. Laudo igitur cibum in hoc caſu, qui declinat per cauſas oppoſitas ipſi ægritudini, vel eius cauſæ. Sed cauſa ſtuporis in iſto eſt mala complexio, frigida & humida. Ergo cibaria debent eſſe temperata, aut potius declinantia ad calidum & ſiccum. Fugienda igitur ſunt omnia, quę groſſum nutrimentum ge-

A nerant,vt caſtaneæ, fungi, fabæ,oua dura,hepata animalium groſſorum, lac coctum, vbera, carnes ceruinæ, bubulæ, inteſtina, legumina omnia, faſeoli,panis calidus, de quo Auẽzoar in Procemio Tenſit, ſic inquit : Et quemadmodum frigidum panẽ comedere prohibeo,ita & calidum. Et ſubdit cauſam, vt patet in textu. Similiter panis nimium coctus,vel diminutẽ,aut nõ benẽ fermentatus, furfuraceus, & ſubcinericeus: hæc enim omnia groſsi ſunt nutrimenti, & in hoc caſu vitu

B perãda ſunt olera, omnia frigidæ & humidæ complexionis,vt lactuca,portulaca,ſpinacia, & alia ſimilia : fructus item humidi,vt melones,cucumeres, ceraſa, perſica, chryſomela, lacticinia omnia non conueniunt. Cibi verò boni nutrimenti & conuenientis ſunt: primò, panis optimæ farinæ bene fermẽtatus,& parum furfuraceus,cum modico ſale:talis enim panis facilis eſt digeſtionis,vt ſcribit Princeps 1. Canticorum: Carnes ſunt pullinæ, hœdinæ, vituli iuuenis non multùm pin-

C guis in æſtate, in hyeme diſconueniunt, fercula declinent per eaſdem qualitates : riſum ergo, panicum far, cicera rubea in ferculis adminiſtrẽtur: herbæ ad propoſitum, ſaluia, caules, ſerpyllum, mentha, roſmarinus, ruta, bugloſſa, fœniculum, betonica : iſtæ enim herbæ vel in modum ferculi, vel ſalaturæ, vel ſaporis viridis conueniunt. Fructus in ſecunda menſa ſint amygdalæ, fiſtici, auellanæ,pineæ: pomis verò & piris coctis etiam vti poteſt, cum modico fœniculi & ſaccharo. De

D conditis, laudo zinziber conditum, rapa etiam condita, chebulos,&c. & xylobalſamum : pira etiam eodẽ modo condita. De potu laudo aquam mellis,& vinum purum aliqualiter aromaticum, quod lymphetur cum aqua decoctionis ſaluiæ, aut radicum acori, &c. Acria omnia, ſicut cæpæ, porri & huiuſmodi alia : acetoſa poma, aurantia, acetoſa, non conueniunt: dulcia non nocent, & ſimiliter fructus omnes acetoſi frigidi & humidi penitus euitari debent. Et hactenus de regimine

E cibi & potus. Sequitur de exercitio. Clamãt omnes Doctores, ex nimia quiete infinita penè humano corpori mala contingere, vt patet apud Principem in prima parte Canticorum, vbi inquit: Quiete infrigidatur calor naturalis, ſicut flamma fumo extinguitur. Idem dicit Auerrhois 6.Collig. Idem Auicenna tertia primo, doctrina ſecunda, in fine capituli. Quamobrem omnimodam quietem ſummè vitupero, & laudo exercitium, præſertim temperatum, & ante cibum: iu-

F uamentum enim ipſius eſt vtiliſsimum, dixit Auerrhois,propterea,quia naturalem calorem naturalem auget & confortat, ſuperfluitates membrorum expellit.quod affirmat Galenus ſecundo de Regimine ſanitatis, & Ariſtoteles 5. Problem. 14. Sit ergo & in hoc caſu exercitium temperatum. Dixit Princeps ſecunda primi, ſecunda doctrina,capite vigeſimo primo: Omnes motus cõmunicant in hoc, quòd calorem naturalem fortiorem efficiunt: quies ſummoperè infrigidans

G & humectans eſt. Fiat ergo exercitium deambulando, vel equitando,moderatum tamen. Fricetur etiam ſæpius. Moueat & exerceat brachium, vt calor naturalis viuificetur,ſuperfluitates expel

lãtur, & oppilationes tranſitum ſpirituum impedientes aperiri queant. Verùm in exercitio confuſo, vt hæ regulæ ſeruentur. Prima, vt fiat celebrata prima digeſtione: ſecunda, fiat expulſis ſuperfluitatibus à corpore: tertia, vt exercitium ſit citra laſsitudinem & laborem vſque ad auctum anhelitum, quoniam vt prima parte canticorum ſcribitur: Immoderatum exercitium ſpiritũ euacuat, carnoſos extenuat, calorem extraneum excitat, debilitat neruos, & corpus ſeneſcere facit.

Somnus & vigilia. Quamuis ſomnus ſit cauſa vt bona celebretur digeſtio, vt dixit Hali abbas 5. Theoricæ, capite trigeſimoquinto, & Auicenna ſecũda primi, vbi inquit: Somnus naturalis operationes omnes fortes efficit, atq; eas omnes incolumes reddit. Idem Rhaſis 4. ad Almanſorem, & Auerrhois ſecundo Collig. quæ omnia debent intelligi de ſomno temperato. dicit enim Hali quinto Theoricæ: Moderati ſomni digerunt cibos, corpus corroborãt, laborem ſoluunt: immoderati verò corpus refrigerant & humectant. Vt enim ſuperflua dormitio nocet, ita & diminuta officit: defectus enim & abundantia ad eaſdem deuenit incommoditates, tertio Tech. Ergo ſomnus in hoc caſu ſit non minus ſeptem horarum. Conſulo etiam ne fiat immediatè poſt cibum, ſed per horã ad minus poſt cibũ ſumptum. Diurnus etiam ſomnus omittatur, quia talis dicit Auic. generat ægritudines humectantes, & rheumatizantes, corrumpit colorem, grauat ſplenẽ, laxat neruos, pigritiam efficit, debilitat appetitum, generat apoſtemata & febres frequentes. Hæc de ſomno ad præſens ſufficiant.

Inanitio & repletio. Ad ſanitatis conſeruationem euacuationis & repletionis diligens menſura & ratio eſt habenda. Dicit enim Rhaſis 4. ad Almanſorem: Solutione ventris vti prout oportet, ſumma eſt ad conſeruationem ſanitatis via. Procurandum igitur eſt, vt æger noſter quotidie habeat conuenientem euacuationem, vel naturalem, vel artificialẽ, cum his quę inferius ſcribemus. Quod verò ad repletionem attinet, poſsimus ſeruare cãnones, quos ponit Auicenna tertia primi, cap. de De eo quod comeditur & bibitur. Primus, non eſt capiendus cibus, niſi fuerit certũ deſiderium. Secundus, ſtante appetitu ſtatim eſt comedendum: quoniam, inquit, tolerare famem, eſt ſtomachum replere putridis humoribus. Tertius, abſtineat à nimia repletione, quia in omni diſpoſitione eſt peccabilis. Quartus, non comedat niſi celebrata digeſtione: nihil enim eſt deterius, quàm nutriens ſuper nutriens indigeſtũ mittere. Quintus, ſurgendum eſt à menſa, vt reliquiæ famis adſint. Sextus, cibaria facilioris digeſtionis præcedant ea, quæ ſunt difficilioris digeſtionis. Septimus, nõ ſumantur diuerſa cibaria in eadem menſa. Poſſent etiam adduci alia, quo ad repletionẽ, ſed hæc nunc ſufficiant.

Accidentia animæ. Moneo abſtinendum ab intemperantia omnium animæ paſsionum: exterminãt enim hæc, & irritãt corpora, 3. Tech. & Princeps 2. primi, doctr. 2. cap. 14. Præterea ſolicitudo mentis, triſtitia, ira, & huiuſmodi omnes virtutes diſſoluunt, 6. Therap. quod etiam confirmat 5.

A Theor. cap. vlt. Sit igitur D. ſua benè ſperãs & læta, quoniam in omni ægritudine confortat mens bona. 2. Aphor. 34. Et ſic abſolutum eſt regimen diætæ, faciens ad cauſarum primitiuarum remotionem.

Minoratiua materiæ. Abſoluto regimine corrigente cauſas primitiuas omnes, cũ his quæ ſuprà dicta ſunt, par eſt vt cauſas antecedẽtes remoueamus. Et quia cauſæ antecedentes vel humorales ſunt à prædominio phlegmatis groſsi, cùm in ſto-
B macho, tum in cerebro etiam multiplicati: ideo conſulo D. veſtrę, vt ilicò habito conſilio, accipiat hoc minoratiuum, quod tale eſt:

℞. Electuarij lenitiui ʒ.vij.
Agarici præparati ʒ.j.
Sacchari optimi q.s.

Miſce, & fiat dactylus. Hoc minoratiuum accipiet D. veſtra duabus horis ante prandium: minorabit enim humores tales, quales euacuari debent, præſertim ratione agarici, qui in ægritudi-
C nibus neruorũ ſummè laudatur à Principe, 2. 3. cap. 1. in fine, vbi inquit: Agaricus euacuat neruos calefaciendo & confortando. Similiter poſſet fieri minoratiuũ in forma clyſterij ex hiera, electuario Indo, oleo chamęmelino, amygdalino dulci & ſimilibus. Vel cum pillulis de hiera ſimpl. vel de tribus, vel maſtichinis, vſq; ad ʒ.j. ſed plus placet in forma boli.

Digeſtiuum. Facta minoratione ad digeſtiua nos conuertamus, & poteſt tale ordinari in hoc caſu:

D ℞. Syrupi de acoro ℥.j.
Mellis roſati colati ℥.s.
Syrupi de ſtœchade ʒ.ij.
Aquarum acori, Iuæ,
Betonicæ ana ℥.j.

Miſce, accipiatur hic ſyrupus per 5. dies continuos in aurora, dormiat ad libitum, vt calefiat ſyrupus: ſummè enim præſtabit in digerẽdo humores groſſos in capite, ſtomacho, & reliquis partib. corporis contentos. Celebrata autem digeſtione,
E competit euacuatio, quæ poſt ipſam fieri debet iuxta Hipp. ſententiam: Digeſta medicari oportet, &c. Euacuatiua humoris paralyſim materialiter cauſantis. Notandum, quòd pro ventris ſolutione, ac humoris expulſione, quòd hæc intẽtio pluribus modis compleri poteſt, aut cum medicinis educentibus, vel per aluum, vel per vomitum, vel per rarefactionem pororum: poſſunt item medicinæ exhiberi vel in forma liquida, vel ſolida. Sed ego pro hac prima euacuatione magis laudo in
F forma liquida, & fiat hoc:

℞. Radicum acori ʒ.j.
Iuæ ʒ.s.
Stœchados, Betonicæ,
Roriſmarini,
Polypodij ana ʒ.j.s.
Aniſi,
Fœniculi ana ℈.j.
Paſſularum ℥.s.
Aquarum iuæ,
G Acori, Fœniculi,
Bugloſſæ ana q.ſ.

Et fiat decoctio ſecundùm artem.

℞. Dictæ decoctionis ℥.iij.

Agarici

Agarici præparati, & in oxymellite per diem infuſi ʒ.j.ſ.
Electuarij lenitiui ʒ.vij.& ſ.
Hieræ ſimpl.℥.ſ.
Syrupi de ſtœchade ʒ.ij.
Roſati ʒ.j.ſ.

Miſce,& fiat potio. Hæc liquida medicina illicò ſumenda eſt, poſt digeſtiua ſummo mane, & ſit ſomnus poſt ipſam vnius horæ,aut plus,& differatur prandium per horas quinque.Die ſequenti accipiatur vncia vna ſacchari roſati, vel vnus cyathus brodij pulli macri cum ſaccharo optimo vſque ad medium cochlear: hoc ſiquidem pharmacum & ratione decoctionis,& etiam ſolutiuorum in ſtupore mirificè confert.Quòd ſi reuerendus D.nollet accipere in forma liquida, conſulo vt ſumat infrà ſcriptas pillulas:

℞. Pillularum de hiera ſimpl.
Cocchiarum ana ℈.j.
Aurearum ℈.ſ.
Agarici præparati ℈.j.
Salis gemmæ gr.iiij.

Formentur pillulæ cũ aqua acori,& deaurẽtur. Poſſunt hę pillulæ ſumi in aurora cum regulis ſuprà ſcriptis. Valent etiam in hoc caſu pillulæ de thapſia,de agarico Meſue,de Iuæ,quibus,&c. ſed tamẽ priores magis laudo. Poſt iſtam euacuationem laudo vomitum, qui plurimum præſtat in hoc caſu,& poteſt tale vomitiuum fieri:

℞. Succi anethi ʒ.ij.
Seminis raphani ʒ.iij.
Anethi ʒ.j.

Miſce omnia, bulliant leui ebullitione in ſufficienti aquæ.

℞. Dictæ decoctionis tepidæ ℥.j.
Anethi ℥.j.

Miſce, & bibatur totum ingurgitando, & cum penna oleo tincta fiat vomitus. Vomitus iſte multum proderit via diuerſionis,quam conſulo: niſi ſtomachus eſſet multum rebellis vomitui & inſuetus, in quo caſu poteſt dimitti. Poſt hæc poteſt fieri frictio in brachio & crure, quæ aperiendo poros & materias groſſas ſubtiliãdo multum confert, præmiſsis prius euacuationibus. Similiter exercendum eſt ſæpius, & mouendum brachium & crus, quod multũ confert, vt dicit Hippocrates ſexto Epidem.&Raſis primo Continentis. Conuenientior cura ſtuporis eſt aſsiduus motus membrorum patientium.Idem Auicenna inquit, de curis conuenientibus ſtupori: Eſt exercitium illius membri & aſsiduatio motus eius, quia viuificatur per ipſum calor, & ſoluitur materia, ac aperiuntur oppilationes, quibus apertis plurimæ exhalant ſuperfluitates, quæ cauſant morbum. Et hæc ſufficiant,quantum ad euacuationem cauſarum antecedentium: neque vllam nunc de phlebotomia mentionẽ facio: quoniam etſi dicatur eſſe cõmunis omnium humorũ euacuatio, prima tertij, capite de Phlebotomia: tamen dependente ægritudine iſta à multitudine materiarum phlegmaticarum groſſarum, nollem cum phlebotomia eas magis ingroſſare, & ſubtiliorem ſanguinem educere,memor dicti Auicennæ quarta primi, capite vigeſimo, de Phlebotomia: Summoperè caue ne ægrum ad vnam duarum incommodarum rerũ perducas, humorum videlicet cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem. Nunc deuenio ad vltimam intentionem, videlicet ad remouendam ægritudinem iam factam, ſcilicet ipſum ſtuporem in ſe. Pro hac igitur intentione complenda, ſeruentur infrà ſcripti canones.

Primus, Maxima adhibeatur cura in purgando ſæpius cerebro,tanquam membro mandante, & neruis vt membro ſuſcipiente, fiatque interpolatis & particularibus euacuationibus ſępius iteratis. & in hoc caſu laudo has pillulas:

℞. Pillularum cocchiarum,
Maſticinarum ana ʒ.ſ.

Formentur pillulæ tres cum aqua ſaluiæ, & deaurentur:ſumantur hæ pillulæ per duas horas poſt cœnam, ſingulis decem diebus. Quantum verò ad membra ſuſcipientia,accipiantur hæ pillulæ: Recipe pillularum fœtidarum de Hermodactylis ana ℈.ij. Formentur pillulæ quinq; cum aqua iuæ,& deaurentur. Poſſunt ſumi manè,dormiatur per horam pòſt, & differatur prandium per horas quinque, & ſic alternis diebus accipiat nunc primas pillulas, nunc ſecundas: hæc enim ſunt particulariter euacuantia, mirè proderunt præſenti ægritudini factæ: nam in hoc caſu magnifica intentio debet eſſe ad cerebrum euacuandum, vt docet Galenus 3.de Locis affectis, qui ex conſimili ægritudine curauit Amilum Sophiſtam,in primis reſpiciendo cerebrum.

Secundus canon:Maxima cura in hoc caſu debet haberi ad poſteriorem partem cerebri, teſte Auicenna ſecunda tertij, capite quarto, & ſecundùm hũc canonẽ conſulo, vt nucha ſæpius inungatur cum oleo de coſto & de ſpica, æqualibus partibus: ſingulis diebus ſerò ante ingreſſum in lectum, fiat cum his oleis inunctio, neque audeo iam cum his oleis permiſcere aut caſtoreum, aut pyretrum,aut piper, vel alia huiuſmodi nimis calefacientia. Similiter poſſunt cum his oleis inungere loca anteriora, vnde oriuntur nerui dantes ſenſum faciei: alias verò inunctiones, fomentationes & emplaſtra nunc omitto.

Tertius canon: Confortetur cerebrũ primùm cum theriaca,de qua poteſt ſumi ad quantitatem fabæ,vel ʒ.j. cum vino albo odoriſero,ſeu aromatico,& ſumatur per horas ſex poſt cœnam,& differatur cibus ad minus per horas octo: ſecundò, cum hac confectione in rotulis, ac per horam vnam poſt cœnam rotula vna accipiatur.

℞. Specierum diambræ,
Diamuſci dulcis ana ʒ.j.
Sacchari optimi q.ſ.

Miſce,& cum aqua fœniculi fiat confectio in rotulis, ac per horam vnam poſt cœnam rotula vna accipiatur: tertiò, cum maſticatoriis, ſæpius maſticetur acorum conditum, ſimiliter maſtiche, quandoque cinnamomum: iſta tria ſi ſæpius maſticentur, proderunt valdè: quartò, cum caputpurgiis,factis ex ſucco bliti &aqua ſampſuci,cum ſaccharo candi pulueriſato: quintò,cum gargariſmatibus factis cum aqua iuæ, ſaluiæ,fœniculi,& ſimilium, cum ſyrupo de ſtœchade, & cum oxy-

melite ſimplici & modico mellis ſcyllitici. Sextò, cum odoramentis ex ruta,ſaluia,fœniculo,& roſmarino,nigella,cinamomo,quæ omnia per ſe,vel cum aliis,ſeu ſimul contrita,& in pecia ligata,ſi odorentur,ſunt valde conuenientia. Vltimò facerem confectionem;vt electuarium confortans cerebrum, ac membra omnia læſa,hoc pacto:

℞. Pinearum præparatarum ℥.ij.s.
Piſtacearum præparatarum ℥.ij.
Cinamomi electi,
Corticum citri,
Macis,
Garyophyllorum,
Croci ana ʒ.j.
Radicum acori conditi ʒ.iij.
Florum anthos ʒ.j.
Saluiæ,
Maioranæ ana ʒ.j.s.
Paſſularum benè tritarum ℥.j.
Sacchari optimi q.ſ.

Miſce,& cum aqua croci & iuæ q.ſ. fiat electuarium in forma liquida. Hoc electuario poteſt vti D.tua ſingulo die bis per horam ante prandium, & etiam ante cœnam, vſq; ad vnum cochlear. Alias verò confectiones ſeu electuaria fortiora ad hanc intentionem ſilentio prætereo. Facta iam cerebri confortatione, cũ his quæ prædicta ſunt, adderem pro confortatione & viuificatione totius brachij,inunctiones totius brachij, & cruris, cum oleo de coſto,& oleo de ſpica,& rutaceo,aut oleo etiam vulpino. Si etiam vulpes decoquatur vſq; ad diſſolutioné membrorum, & cum tali decoctione embrocetur brachium totũ & crus,hoc ſummoperè cõfert:magnificatur eius enim iuuamentum ad omnes ægritudines neruorũ, inquit Meſue,authoritate Hermetis. Laudo etiã embrocationem faciendam in his membris cum aqua balnei ſulfurei ſalſi,aut nitroſi:& quamuis omnia balnea habeant caliditatem à ſulfure, & ſic balneum de Abano competeret embrocãdo cum taliaquã, vel imponendo brachium, & crura in ea: tamẽ plus placeret aqua balnei Poreti, quoniam magis ſulfurea & ſalſa eſt, quæ in materia frigida & groſſa magis cõuenit,vt patet apud Principem ſecunda primi, cap.de Diſpoſit.aquar. & cap. de eis quæ proueniunt è balneo,& 2.Canone,capite de Aquis,vbi inquit: Omnes minerales aquæ faciunt vrinæ difficultatem.Ergo cùm noſter æger patiatur vrinæ difficultatem, balneum non videtur ei conuenire. Præterea aquæ omnes thermarum, ſiue nitroſæ, ſiue aluminoſæ, aut ſulfureæ, vel ferreæ,gypſeæ,vel cinericeæ,ſunt complexionis ſiccę notabiliter.Ergo omnes adiuuãt ad com plexionum retentionem. Tenet conſequentia ex Ariſtotele 4.Meteor.Sicci eſt retinere. Igitur ſtante retentione vrinæ multum officerent. non itaq; vtendum eſt iis. In oppoſitum autem arguitur, quia aqua balnei, præſertim Aponenſis mundificat corpus ab humoribus viſcoſis & groſsis, & eoſdem ab omnibus membris euacuat. Sed cùm ſtuporis cauſa frigida & humida eſt, ſimiliter & vrinæ retentio fiat ab eadem cauſa,vt ſtatim dicemus: concludendùm eſt, tale balneum omnino eſſe in vtraq; diſpoſitione valde vtile. Ad primum

A itaque argumentum dico,omne balneum nocere in vrinæ difficultate, & eam augere ratione ſiccitatis.Sed oppoſitum eſt in Domino Hieronymo. Ad aliud dico,quòd ſi retentio vrinæ eſſet in caſu iſto à ſiccitate,quòd balnea magis exiccando materias remitterent iuxta Philoſophi dictum. Verùm cùm ſiccitas non concurrat ad idem cauſandum, ſequitur talem aquam competere, cuius aqua abſtergendo & mundificando humiditates viſcoſas & groſſas impedientes tranſitum vrinæ,
B vias etiam vrinarias aperit, & ſic potius prouocabit vrinam,quo ad intentum noſtrum. Laudo igitur poſt vniuerſalem purgationem & confortato hepate,& renibus cum vnguẽto ſandalino,& pariter tarzea confecta ex corallis & ſandalis vſum aquæ balnei de Abano in quantitate conuenienté. Similiter conſulo vt aſſumpta aqua per octo vel nouem dies accipiatis glutiam, vel guttã eiuſdem aquæ, per duos vel tres dies ſuper nucham, vt ex caſu talis aquæ ſubtilientur humores groſ-
C ſi, confortetur cerebrũ, aperiantur viæ tranſitus ſpirituum ſenſibilium ad brachium & crus. His igitur omnibus abſoluta eſt cura primæ diſpoſitionis ſcilicet ſtuporis,accedo nũc ad ſecundũm, id eſt ſecundam diſpoſitiõnem pręternaturalem, quæ eſt vrinæ difficultas non continuò vexans, ſed aliquibus temporibus, ita vt aliquando per aquòd ſpacium penitus retineatur, quæ ægritudo dicitur actio læſa ablatæ virtutis expulſiuæ veſicæ, vel proprio nomine dyſuria, cuius cauſæ di-
D cuntur eſſe multiplices, vt ſcribit Galenus 6.de Locis affectis,& alij, quos afferri in medium ſuperuacaneũ videtur: ſed omiſsis aliis,teneo cauſam immediatam huius difficultatis eſſe materiam groſſam phlegmaticam, tranſitum viæ vrinariæ obturantem,ac ægritudinem in via cauſantem, nec non virtutem expulſiuam ſua multitudine & frigiditate lædentem,non corrupta aut di minuta læſione, ſed ablata potius, vt dictum eſt. Cauſa verò multiplicationis talis humoris phle-
E gmatici & groſsi, eſt inordinatum regimen in cibo & potu,& reliquis generantibus ipſam,& maximè in coitu non tantùm ſtomachum debilitante,ſed omnia etiam membra inferiora. Pro remotione igitur iſtius ægritudinis competit primò regimen in cibo & potu ordinare,& reliquum regimen vitæ, vt in prima diſpoſitione, quæ ferè ab iiſdem cauſis dependet: ſecundò, vti his curatiuis remediis. Primum eſt, vt leuigetur venter cum hoc clyſtere:

F ℞. Maluæ,
Bliti,
Parietariæ,
Petroſelini ana ᴍ.j.
Seminum aniſi,
Fœniculi ana ʒ.j.s.
Florum chamomillæ,
Meliloti ana ᴍ.ß.

Miſce,& conſcindãtur groſſo modo,& bulliant in ſufficiente quantitate aquæ communis conue-
G niente ebullitione.

℞. Dictæ decoctionis ℥.j.
Olei amygdalarum amararum ℥.ij.
Chamæmillini ℥.j.

Olei

Olei communis ℥.iij.
Benedictæ laxatiuæ,
Electuarij Indi ana ʒ.ij.s.
Electuarij de ſebeſten completi ℥.s.
Sacchari rubri ℥.ij.
Vitelli oui j.
Salis communis ʒ.iij.s.

Miſce, & fiat œnema. Facta euacuatione cum clyſteri illicò accipiantur hæ pillulæ:

R. Pillularum de hiera cum agarico,
Alephangenarum ana ʒ. s.

Formentur pilulæ tres cum aqua aſparagi. Secundum remedium principale, vt pecten totus inungatur tali vnguento:

R. Olei chamæmillini ℥.j.s.
Amygdalarum dulcium ℥.j.
De ſcorpionibus ℥.ij.
Adipis gallinæ ℥.j.
Butyri recentis, Ceræ citrinæ ana parū.

Miſce, & fiat vnguentum molle. Tertium eſt applicare tale emplaſtrum:

R. Maluæ, Petroſelini ana M.j.
Butyri recentis ℥.j.s.
Pinguedinis anatis ℥.j.
Vitelli ouorum num.ij.

Miſce, & fiat emplaſtrum, & loco applicetur: prouocabit enim ſtatim vrinam. Quòd ſi tale emplaſtrum non contulerit, poſſunt ei addi baccæ lauri, melilotum, farina cicerum, apium hortulanum & montanum, in quantitate conueniente. Hæc enim omnia laudantur à Serapione 4. Breuiarij, cap.18. Præterea vnge ſæpius pectinem & emunctoria oleo anethino, rutaceo, chamæmillino, & de raphano, quę multum conferunt: oleum etiam de ſpica, & ſambucinum ſummè laudatur. Quartū remedium eſt, ſumere ſæpius manè brodium ciceris cum ſaccharo. Quintum, per tres dies bibere hunc ſyrupum, mirè enim præſtabit:

R. Aquarum Valerianæ,
Aſparagorum,
Parietariæ ana ℥.j.
Oxymellis ſcyllitici ℥.s.
Syrupi de Byzantiis ℥.j.

Miſce, & accipiat ſummo manè, & dormiat poſt ad libitum. Sextum remedium, ſingulis diebus accipere ante prandium tres amygdalas amaras, eſt valde conueniens, & præſeruans. Septimum eſt brodium ciceris cum decoctione fœniculi, item aſparagi, ſi comedâtur cum brodio, ſimiliter aqua ipſorum, item capilli Veneris: quæ ambo, licet ſint temperata, vehementis tamen prouocationis vrinæ exiſtunt. Idem facit ſpica nardi, idem orobus, rubra tinctorum, apium, milium ſolis, alcachengi, & alia huiuſmodi operantur applicata, aut in forma decoctionis aut ſublimationis. Octauum & principale remedium eſt, ſumere electuarium Iuſtinum hoc modo:

R. Electuarij Iuſtini ʒ.j.s.
Aquarum aſparagorum,
Milij ſolis ana q.ſ.

Miſce, & fiat potus, qui exhibeatur p 2. aut 3. horas ante prandium: valet enim dyſurię & ſtrangurię, dicit autor. Quare etiam nō ſolùm hoc conſulo, ſed etiam elect. litontripon ſub hac forma:

A R. Litontripon ℥.j.
Vini albi q.ſ.

Miſce, & fiat potio, quæ propinetur per horam ante cœnam. Præſtans etiam eſt in hoc caſu confectio illa diuretica, quam ſcribit Auic. 19. tertij, cap.1. Sed ſufficiant hæc, vt nunc pro hac diſpoſitione remouenda, cui etiam aqua thermarum in potu erit valdè conueniens, præcipuè Abani, vt diximus ſuperius: facere etiam ſemicupium, id eſt, ſedere in oleo calido oliuarū, maximè confert
B ad vrinæ retentionē, vt docet Auic. 2. primi, doct. 2. can. 2. Hæc volui R.D. ita ſcrupuloſè in vtraque diſpoſitione detegere tam ob ægritudinis difficultatem, q̄ vt officio meo ſatisfacerem, anxius de ſalute reuerentiæ tuæ. Suſcipias igitur hoc in nomine clementiſsimi IESV, qui ſolus languores ſanat: ſpero ſiquidem quòd eius fauore, ductu, & auſpiciis, & noſtris remediis priſtinam ſanitatem ita recuperabit, vt nullo deinceps Medicorū auxilio indigeat. Parcas etiam tarditati noſtræ, ita
C enim negotiorum multitudine diſtineor, vt mihi ipſi ſatisfacere non valeam. Saluus itaq; vir religioſiſsime, cui me plurimum commendo, quem & in aliis rebus tua cauſa paratiſsimū ſemper inuenies. Adde quòd oxymel plurimum à calculis, arenis, renes purgat, dixit D. Montanus 1548.

Marinus Brocardus D. Venetus.

CONSILIVM CCCXXXVIII.

D *De diſlocatione & contractione ſiniſtri cruris, ac dextri vlcere. In colloquio cum Balneato & Craſſo.*

LICET patiatur in vtroq; crure, nihilominus quia ſiniſtrum longè magis eſt affectū, & trahere videtur ad ſe totam curationem, ideo de eo prius agemus. Circa ſiniſtrū crus videmus duo: primò contractionem neruorū & chordarum, ſecundò quandam diſlocationem leuē fibulæ circa partem exte
E riorem cruris. Difficultas circa fontē huius morbi eſt, qui indicat totā curationē, ideo natura morbi inquirenda, quia ab hoc pendet omnis indicatio agendi. Natura autem morbi cognoſcitur per ſuas cauſas proximas, vt omnia alia: nam natura cōſiſtit in materia & forma vniuſcuiuſq; rei. Videmus diſlocationem & contractionem: quæritur, vtrū contractio proueniat à diſlocatione, an contra diſlocatio à contractione, vel an vtrunq; ſeorſum ſe habeat, ita vt nec diſlocatio ſit cauſa cōtra-
F ctionis, nec contrà? Dicam quod ſentio. Credo non eſſe neceſſariam conſequentiam, vt ſit facta contractio ob hoc, quia os ſit diſlocatum: quia videmus ſæpe oſſa eſſe diſlocata, & non eſſe contracta, ſed habere ſitum membri in linea recta, & hoc ſæpiſsimè videmus. Deinde videmus etiam ſæpè fieri contractionē ſine aliqua diſlocatione oſsis. ergo non videtur ſequi neceſſariò alterum ad alterum, ſed ſunt ſeparata, & habent proprias cauſas: ſunt tamen ita, quòd facilè alterum conſequatur
G ad alterum. Quòd autem non fuerit facta diſlocatio à cōtractione in hoc caſu, videtur ex hoc, quia habuit brachium contractum, non tamen diſlocatum fuit. Ideo cùm contractio fuerit in brachio ſi-

ne diſlocatione, credendum quòd in crure etiam fuerit contractio facta ſine diſlocatione. Et ſi eſt dicẽdum, alterum eſſe cauſam alterius, potius dicerem contractionem cauſam eſſe diſlocationis, quæ eſt in parte extrinſeca. Et huius rei habeo coniecturam hanc: nam cõtractio incœpit in brachio eiuſdem lateris, & diſlocatio eſt in partibus exterioribus. Materiæ autem ſemper exteriorem partem occupant, cum deſcẽdunt à ſuperioribus ad inferiores muſculos & chordas, vt etiã in ſciatica videmus: nam in hac ſemper eſt dolor in exteriore parte, inde etiã dicitur vena ſciatica illa quæ eſt in parte exteriore. Sed ſi ſit deſcenſus in interioribus partibus, & interiora membra afficiuntur, ſemper decumbit nocumentum ad partẽ intrinſecam, vt in affectibus interni ventris ſemper partes interiores offenduntur. Et ita ſi alterum eſſet dicẽdum eſſe cauſam alterius, tũc dico quòd potius contractio illa quæ facta eſt in chordis muſculorum extrinſecis, remouerit os illud fibulæ à proprio ſuo ſitu. Cùm enim chordæ alligẽtur oſſibus mediantibus ligamẽtis, quando retrahitur chorda, ſimul retrahitur etiã quod adhæret: ſi adhęret os, & trahitur chorda, ergo & os trahitur ad eundem ſitũ. Et cùm cõtractio fuerit in parte exteriore magis, & os quoque luxatum eſt in parte exteriore, dicerem ego contractionem cauſam fuiſſe, vt etiam facta fuerit diſlocatio. Non tamen nego quòd ex diſlocatione oſsis diſtorqueutur omnia vaſa, & fiat obliquatio neruorum, & ſic per conſequens aliqua contractio, ſed tamen ea eſt exigua. Iſta autem contractio quæ hic eſt, plurima ſanè eſt & maxima, & non poteſt eſſe ex ſola diſlocatione oſsis, quæ admodum exiguam facit contractionem. Et ex his concludo & credo, contractionem hanc non pendere ex diſlocatione. Et ſic habemus morbum.

Cauſæ. Contrahũtur muſculi, quia aliquid eſt in capite muſculorum, vbi maximus ęſt ſenſus, & ideo fit acutiſsimus dolor à quacunq; vel inflammatione, vel alteratione temperaturæ, ſiue exiccentur, ſiue humectentur nimium illi muſculi, ſiue mordicentur: vnde fiunt tres illæ ſpecies ſpaſmi, quamuis Galenus non videatur ponere niſi duas, tamen 8. κατὰ τόπους tertium ſpaſmum ponit ex mordicatione rei acris ſine materia, quem vocant non proportionatum ad materiam. Fiunt igitur ſpaſmi ex tribus iſtis cauſis: eſt enim vel materia contrahens caput muſculi, & implens, & extendens, aut quia exiccetur, aut quia mordicetur à re mordente, vt à veneno, &c. Non credo membrum contrahi ab aliquo iſtorum, & ideo potius dicerem, quòd hæc cõuulſio quæ fit ab his tribus cauſis, facit quendam motũ, eſtq; cùm motu quodam pręter voluntatem. Hic autem in hoc noſtro caſu nullus eſt motus, ergo nõ poteſt dici ſpaſm⁹ vel cõuulſio, quę eſt quidam motus deprauatus & à re præter naturã factus. Ergo quia nõ habet formam ſpaſmi, non eſt dicẽdus ſpaſmus hic affectus. Hic eſt contractio quædam, & ſæpe contrahuntur membra ſine ſpaſmo, quãdo ſcilicet non in capite muſculi, ſed in chordis eſt materia pituitoſa, quæ abbreuiat chordam, & induratur ibi materia, vnde non poſsit extendi chorda, ſed fit bre-

A uior, & tendit ad ſuum principium. Non autẽ eſt tantus dolor, quia chorda nõ eſt tam magnæ ſenſibilitatis vt neruus: plura enim habet ligamenta quàm neruus, & ideo nõn ita ſentit vt caput muſculi, & etiam, quia iam facta eſt imtẽperies, & eſt in habitu, ideo nõ fit amplius dolor, quia materia iam eſt quieta, & infixa, ac imbibita, ideo fit illa cõtractio ſine motu & dolore: & cùm chorda ita cõtrahitur, contrahitur etiam os, & non poteſt fieri linea recta. Et tales contractiones ſępe cõtingunt B etiam in alijs partibus corporis, vt in collo: & plures vidi qui haberent tales contractiones per totum tempus vitæ ſuæ, ſine omni dolore. Credo igitur quòd hæc contractio eſt facta in crure propter humorẽ frigidum pituitoſum, deſcẽdentem ad illam partem: & non eſt mirum, quia fuit & catarrhus primò ad partes gutturis, ſecũdò deſcendit ad brachiũ, tertiò ad crura, quia grauis eſt proprium deſcendere, & factus ibi tumor & contractio, qua nunc laborat. Succeſsit diſlocatio, ſiue à C contractione chordarum extrinſecarum, ſiue habeat cauſam propriam: nam dum deſcendit materia, relaxat, & in iuncturis facit luxationes & lubricationes, & ligamenta etiam imbibuntur illo humore, & ipſa etiam relaxantur, & hinc fit illa lubricatio. Cùm enim antea ibi ſit pituita tanta, quanta requiritur pro motu faciliter obeundo, ſi hæc pituita ſit nimis multa, relaxantur illæ iuncturæ, & maximè ſi humor crudus aduenerit. Vnde illi in quibus redundat pituita circa partes ex ſola lu- D bricatione pedis, incidunt in diſlocationes maximas. Ego noui nobilem matronam Venetijs, quæ ex ſolo caſu in terram diſlocauit oſſa genu & totum crus: eſt pituitoſa & pinguis mulier, & redũdans humiditatibus. Et hæc eſt cauſa, materia eſt indurata, & congelata pituita in illis partibus. Induratur autem pituita vel propter frigus comprimens & congelans, vel propter caliditatem reſoluentem & excoquentem. Ego magis credo materiam hic induratam eſſe propter frigus cõgelans, E quia materia eſt in frigido loco, ſcilicet iuncturis & chordis, ideo materia eſt exiccata & indurata à frigido, & non à calido: & hoc præſcire plurimũm confert ad curationem. Et credo quod hic vir habeat hunc morbum planè diſproportionatum ſuæ naturæ & naturali temperamẽto: eſt carnoſus, habet amplas venas, muſculos robuſtos & magnos, & ita credo quòd habeat inſignem caliditatem hepatis, & ſic nec ratione temperaturæ, nec ratione vitæ, quia habuit plurima exercitia, F potuit aggregare pituitam multam: vſus enim victu exiccante in naui, vt pane bis cocto, vino fortiſsimo, quibus ſolent vti in nauibus, quia diutius durant, & ſic potius generati humores aduſti quàm frigidi. In altero crure habet vlcera, & hoc eſt porportionatum ſuę naturæ & complexioni, quia eſt color niger, & vlcus eſt ſubnigricans, habens cruſtam exiccatam, quia ex aduſtis humoribus. Et hæc vlcera & intemperies occupauit partem dextram ſeu crus dextrum, cùm tamen, ſi ab G extrinſecis cauſis habuiſſet ortum hæc exulceratio, potius in parte ſiniſtra eſſe debebat: quia ibi erant compedes, & dolor attrahẽs, & membrum debilius. Sed quia membrum mandans eſt in parte dextra,

te dextra, ſcilicet hepar generans hos humores a-
duſtos & acres, ideò eſt illa exulceratio facta in
crure dextro, propter ſitum membri mãdantis, &
ſymbolum cum hepate. An poſsit curari? Vbi ma
teria eſt indurata, & facta tãquam lapis, & in loco
frigido, ſcilicet iuncturis, difficile reſoluitur, & nõ
bene patitur emollitionem aut reſolutionem. Lo
cus eſt frigidus, profundus, materia inobedientiſ
ſima, caſus nõ facilis: credo tamen quòd aliquid
poterit inchoari. Sed cum quibus? Intentio prin-
cipalis eſt, vt reſoluatur illa materia in illis parti-
bus contenta, & alterare membra: & hæc eſſet vè
ra curatio. Sed hoc non poteſt fieri, niſi alia pri-
mò fiant. Nam reſoluentia magis indurabunt ma
teriam extrahendo omne illud quod eſt tenue &
humidum: ideo primò erit materia illa humectan
da cum calefacientibus, quia cõgelatio facta à fri-
gido. Reſoluẽtia enim adhibita ante mollificatio-
nem, magis petrificabunt materiam, & fient dein
de tãquam lateres, qui nec à calido, nec à frigido
reſoluuntur. Ergo ſecunda ſurgit intẽtio, ſcilicet
mollificatio. Sed hæc duo nõ poſſunt fieri, niſi ha
beamus corpus mundum: niſi enim hoc fiat, plus
demandabitur ad partẽ læſam, quàm reſoluamus
& mollificemus: reſoluentia enim plus attrahẽt,
& mollificantia plus præparabunt, & ita plus af-
fluet quàm reſoluatur. Sunt itaq; quatuor inten-
tiones in hoc caſu, & quod vltimò inuentũ eſt in
reſolutione, primũ erit in executione. Primò er-
go exquiſitè euacuetur ab vniuerſo corpore hu-
mor maximè peccãs, pituitoſus ſcilicet, quẽ hu-
morẽ magis timemus. Hoc aũt nõ poſſumus, niſi
præmiſsis cõcoquentibus. Quæritur, an cõueniat
ſyru. acetoſus, & alij cõfecti ex aceto? Videtur e-
nim quòd non, quia acetũ nocet neruis ex dupli-
ci cauſa, & quia mordicat, & propter complexio-
nem ſuã, quia eſt frigidũ. Dico quòd acetoſa illa
non perueniunt ad locum affectum. Meſue dicit:
quòd ſyru. acetoſus facit penetrare medicinas ad
ea loca, ad quæ aliàs non penetrarent. Et Gale. 3.
κατὰ γένη dicit: quòd ſi nerui ſunt vulnerati, & in
profundo, quòd tum cùm alijs medicamẽtis ad-
miſcẽdum ſit acetum, quia iuuabit penetrationẽ
aliorum medicamentorum: & dicit ibi Gal. quòd
acetũ amittit in tranſitu vires ſuas acres, antequã
accedat ad neruos. Dico igitur, ſi acetum amittit
vires ſuas in tã paruo trãſitu, multò magis amit-
tet vires, ſi per os ſumatur: longa enim eſt via per
ventriculũ, hepar, &c. antequã ad neruos perue-
niat, & ſæpe mutatur & alteratur: & ideo poſſu-
mus vti aceto in affectionibus neruorũ, & ſyr. ace
toſus optimè conuenit. Et vtinã ſyrupi noſtri eſ-
ſent magis acetoſi q̃ ſunt, ſunt enim ferè dulces
plus q̃ acetoſi. Cõmiſcerẽ mel roſa. cũ ſyr. aceto-
ſo, qui cõuenit & vẽtriculo, & impedit mel ne cor
roſionem faciat acetũ, ℥. j. mellis roſ. & ℥. j. acetoſi
ſyr. cũ decocto betonicæ & Iuæ, propter neruos.
Pro euacuatione darẽ agaricum, & medicinas in
quas ingreditur agaricũ, vt pillulæ cochiæ, aggre
gatiuæ, trahunt enim à iuncturis. Diaphœnicon
nõ exhiberem, quia nõ eſt in eo niſi turbit & ſcã-
monea, & in eo eſt nulla vis ad humorem pituito
ſum: nihil enim operatur turbit, niſi ei addatur

A ſcãmonea, & tandẽ turbat. Ego aliquãdò volui fa
cere periculũ, & exhibui ipſius turbit etiã corre-
cti cum zinzibere & ſine zinzibere ʒ. iij. & etiam
ʒ. iiij. in varijs corporibus, & nihil eduxit, ſed tan
tùm fecit cõturbationes. Meſue dicit, turbit albi
gummoſi: vbi habebimus hoc? noſtrum eſt ſiccũ,
& merum lignũ, & abhorreo ab hoc. Pillulæ ma-
gis eſſent conuenientes. Deinde agarici præpara-
ti ʒ. ij. cum caſsia: item cõfect. hamech. Et purge-
tur bis, ter, & ſæpius, ſi opus fuerit.

B Quo ad localia, primò eſt molliendũ, quia ma-
teria eſt congelata à frigore, vt ſuprà dictum eſt,
non à calore, ideo poteſt recipere curam. Si à cali
do eſſet materia indurata & petrificata, nõ poſſet
curari. Ergo primò molliatur materia, cũ modera
to calore colliquante, & nõ reſoluente: quod col-
liquatum eſt, oportet moderatè reſoluere: & hæc
per vices applicentur, excedatq; potius mollifica
tio ipſam reſolutionẽ, quàm cõtrà: & hæc permi-
ſceantur: magis tamẽ placet mihi quòd ſeorſum
C hæc applicentur, & vincẽt ſemper mollificantia:
nam vitiũ in reſolutione eſt incurabile. Et placet
mihi quòd ſemper vſus eſt pinguedine humana,
quæ moderata eſt, nõ reſoluit, ſed mollificat tan-
tùm, & bene factũ eſt. Primò procederẽ cum mol
lificantibus ſecundi gradus, poſtea cum mollifi-
cantibus primi gradus. Myrrha, ammoniacum,
hyſopus humida, crocus, &c. ſunt molliẽtia in ſe-
cũdo gradu: & in his ſæpe erramus, quia nõ poſ-
ſumus metiri quantitatem: & hæc antiquata, effi-
D ciuntur reſoluentia, & acquirunt calorẽ: ideo tu-
tius eſt vt permaneamus in mollificãtibus primi
gradus, vt eſt adeps porcinus, oleum chamæmel.
decoctum althææ, maluæ, liquiritiæ, ſem. lini, fœ-
nugræci. Hæc ferè accedũt ad ſecundum gradũ.
Primò fiat decoctũ ex camomilla, malua, althæa,
liquiritia, & fomentetur locus cum ſpongia, po-
ſtea illiniatur cum oleis iſtis. Ad penetrationem
poſſet apponi modicũ croci, & lana humida mol-
liri locus per ſex dies: poſtea per unum diem face
E rem reſolutionẽ, vt cum pyrite lapide, quod Ga-
len. dicit eſſe magicum quiddam: & ſic longè ma-
ior erit mollificatio quàm reſolutio. Loco pyritis
accipiatur lapis molaris. Si vellet tentare balnea
S. Bartholo. optimè conuenirent. Montagnana
ſcribit de quodam Cardinale, qui erat totus con-
tractus, & quãdiu fuit in hoc balneo, extendebat
omnia membra, & tandem curatus eſt. Et nos ha
buimus hîc puellam Dalmatam 18. annorũ, quæ
tota cõtracta fuit, & ſanata eſt perfectè, & iam nu-
F pſit viro. In altero crure vtatur primò alterãtibus
locum. Primò fiant abſtergentia vlcus ex lapatho
hordeo, plantagine & balauſtijs: decoquerẽ hæc
in aqua fabrorum ferrariorum, vel alia aqua, & fa
cerem lotionem cruris & vlceris: poſt lotionem
exiccarem locum, & acciperem poſtea ſuccum ſo
latri contritum in mortario plumbeo cum piſtil-
lo plumbeo, donec fieret ſolidior, & facerem lini-
mentum, & linirem crus. Remota mala tempera-
tura accederem ad ſanandum vlcus, & adhibe-
G rem vnguentum de tutia, quo nihil eſt præſtan-
tius in materijs audiſtis.

CONSILIVM CCCXLI.

In contractione omnium digitorum pedis.

CONTRACTVS quidam inter exeundũ conſulebat Montanum. Ille verò de eo ſic ad ſcholares: Iſte, quem vidiſtis, curabitur meo iudicio, quia habet contractionem omnium digitorum pedis, quæ nihil aliud eſt, quàm priuatio motus dilatationis ſeu extenſionis digitorum in pede. Illa extenſio, eſt actus muſculorum tendentium, & hoc vitium eſt in muſculis tendentibus, non trahentibus, ſicut prius dicebam per imprudentiam inter eundum. Vbicũq; enim fit paralyſis in membro, ſemper in oppoſito fit contractio, vt patet in tortura oris, ſemper enim cõtractio eſt à parte ſana. Neceſſe eſt, vt ſit vitium in principio nerui tẽdentis digitos omnes. Quantũ ad curam, vanum eſt laborare, quia non poteſt curari. Hæc tamẽ dicere volui, ne vos in errore maneretis, néue errare me putaretis, cùm aliter dixerim prius.

In tumore manus.

Habebat quidam tumorẽ maximum manus, ita quòd occuparet & exteriorẽ, & interiorẽ partem pollicis. Iudicabat Montanus eſſe apoſtema, quare dicebat ſtatim, ſanguinem oportere extrahi, diuerſionis gratia ex brachio altero. Sed cũ audiret quatuor dies eſſe elapſos, colligit materiam eſſe fluxam, cùm ferè ſenſit nonnihil puris collecti. Quare iuſsit applicari pro defenſiuo ſupra cubitum, ex bolo, aceto, & albumine oui: locum verò affectum fomentari, & liniri cum eo quod ſequitur, ſi fortaſsis reſolui poſsit.

R. Roſ. recentium,
Chamomeli recentis ana. partes æquales, decoquantur.

Teneatur manus in iſto decocto tepido, donec refrigerentur. Deinde ex oleo roſ. chamemil. ana partes æquales, liniatur locus cùm applicetur, & debile ligetur.

CONSILIVM CCCXLII.

De puero patiente in pede tumorem, & vlcus, Anno 1545. Kal. Iunij.

CASVS ex relatione Friſimelicæ. Nũc tertius agitur ann⁹, ex quo hic puer incidit in febrem, quæ durauit duos menſes, & erat phlegmatica ex inordinato victu contracta. Curatus ita, vt videretur ſe meliuſculè habere per hyemem. In Vere iterum malè ſe habuit, & in Aprili ſuperuenit tumor pedis. Factæ frictiones, & adhibita emplaſtra, abſq; eo quòd purgaretur totum corpus, plurima materia eò confluxit. Poſtmodum purgatum corpus, & apoſtema ad ſuppurationẽ ductum, varijs auxilijs & ligaturis tandem apparente ſuppuratione cum aperiretur ferro, exiuit neſcio quid puris, patiebatur grauiſsimos dolores, vt decumberet & videretur moriturus: poſtea tamen meliuſculè habuit. Ideo huc venit quærens auxilium.

MONTANVS.

Eſt vlcus manifeſtum, & videtur quiddá compoſitum. Nam præter ſolutionem continui adeſt mala complexio propter colorẽ indicantem humores aduſtos aggregatos, ibi facientes malam intemperiem. Eſt preterea caro ſuperflua, & non naturalis, tollenda potius, quàm curanda. Eſt & alia compoſitio mala, ſcilicet tumor. Et eſt dubium, an vlcus ſit cacoetes & malignum, hoc non conſtat, & tamen augetur dubitatio. Quædam enim atteſtátur eſſe profundam ſolutionem, quia impeditur motus directionis pedis, cùm tamen pes ipſe non intumuerit. Dubitatur igitur, ſi inciſa, corroſa, aut apoſtemata ſit ea chorda, propter quam non poteſt extendere tibiam, & an fiat ratione vlceris an propter aliam cauſam, videlicet affluxionis materię, vel propter participationem vlceris, quia eſt materia ſemper defluẽs, vel ex intemperie iam facta in loco, ratione cuius nõ concoquit alimentum delatum, propter loci debilitatem, vel propter affluxum materiæ à partibus ſuperioribus: vt catarrhi deuenientes à capite, quia paſſus eſt in oculis, & puſtulas circa caput præcedentibus diebus. Credo, quòd primò & principaliter ſit ex intemperie, quæ eſt in loco, ita vt non concoquat: deinde etiam ex ſuperioribus, nam hepar etiam non ita concoquit vt debebat. Nec ipſe ſe exercet, ita vt ſolitus eſt. Fuit autẽ in plurimo motu, & ideo malè habet, quia nunc ſedet ſemper in lecto, & quieſcit, & in illa quiete excrementa non ita excernuntur commodè: ſed defluunt ad locum imbecilliorẽ. Eſt igitur difficilis curatio, propter varietatem morbi: ſecundò etiam, quia corpus cacochymicum abundat excrementis, quę remouẽda, ſi volumus curare ſolutionem cõtinui. Quid igitur agendum? Si volumus curare vlcus, opus eſt euacuare, vt fieri poteſt, & iterare etiam, & intercipere defluxum corroboratione membrorum ſuperiorũ, & defenſorijs, quæ non permittant materiam defluere, vt bolo armeno, & auerſionibus, cauterijs in parte ſuperiori, videlicet in brachijs, quæ nocumentũ non habent, quia facilè conſolidantur, & multũ iuuant. Ideo laudo, vt fiant: ſi enim intercipiatur materia, & exiccetur, poterit melius curari. Abluatur caput aquis thermarũ, vel etiam totũ corpus, ita vt habeat vas, in quo poneret pedem, tamẽ nõ humectaret, ſed muniretur emplaſtris, vt non aqua tranſiret: vel ſi tranſiret, etiam fortè non noceret, quia exiccaret & abſtergeret. Nutriatur poſtea cibis humectantib. humido ſubſtantifico, nõ excrementitio. Vlceri ſubuenirem, primò erodentibus carnem ſuperfluam, quæ adhuc reſtat in vna parte, in altera remota eſt. Si poſſet reduci ad naturalẽ diſpoſitionẽ, non remouerẽ: ſed vereor ne poſſit, ideo remouerem medicamento, ex cæra, oleo, & ærugine æris, quod corrodit & cõſolidat, vt & Gal. docet: vnguentum diapalmæ laudatur etiá ab ipſo Gal. ita vt eo ſolo ad vlcera, inflammationes, fiſtulas & fluxiones vti poſsimus, & video hactenus bene ſucceſsiſſe. Si poſtmodum permáſerit aliqua durities, poterimus vti luto S. Bartholomei poſt conſolidationem. De Prognoſt. nõ ſcio, ſi eſt corroſa chorda, non poterit extendere pedem:

dem:ſi non,mouebit cõmodè. Poteſt enim nunc eſſe ex affluxu materiæ. A

Poſt annum redijt parens cum puero,qui vlc⁹ iam cõſolidatum habebat vtcunq;,reſtabant tamen foramina,ſeu cicatrices grandes,& puer pedem incommodè mouebat,ita vt non ſatis extenderet,ſed claudicaret, & pes etiam videbatur minorari.Mõtanus puerũ purgari voluit, dedit ℥ ij. ſyrupi roſati ſolutiui miſti cum aqua Betonicæ. Deinde pedem totũ ſuprà incipiendo inungi voluit pinguedine taxi, quæ refrigerat, & mollificat neruos. B Ad thermas cùm ire vellet,conſulere noluit,quod vereretur illam cõtractionem eſſe neruorũ ex ſiccitate potius, quàm ex affluxu alicuius materiæ,in quo caſu ſolo thermę proſunt:cõſuluit vt potius incõmodè, quàm omnino pede non vteretur,quòd à thermis maior exiccatio, & ideo vehementior contractio metuenda eſſet. Conſuluit verò, vt ſequẽtibus potius auxilijs vteretur. Purgatio.

R. Specierum hieræ ſimp. ℈ iiij. C

Cum melle roſato, fiat bolus paruus, & detur 3.horis ante prandium, die immediatè ſequenti. Accipiat infraſcriptos ſyrupos.

R. Oxymellis ſimpl.
Mellis roſati ana ʒ.vj.
Decoctionis endiuiæ,
Betonicæ ℥.iij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro alijs vſque ad quinque. Poſtea R. Agarici præparati ℈ iiij.

Fiant pillulæ n.v.Sumat veſperi,vel die immediatè ſequenti. Item: D

R.Pinguedinis Marmotæ,
Taxi, Vrſi,
Humanæ ana ℥.s.
Adipis anſeris, Gallinæ,
Olei liliorum alborum,
Amygd.dulcium ana ℥.j.s.
Olei terebinthinæ ℥.s.

Miſce,& cũ modico cerę fiat linimentũ,pro vnctione totius cruris lęſi,incipiendo ab ancha vſq; E ad calcaneum,& ita frequentetur vnctio per integrum annum,ſemel in die manè.

Poſtquam ſumpſerit pillulas illas de agarico præpar.ad ℈ iiij.ſequẽti die accipiat ℥.ij.s. Syrup. roſmar. ſolut. cum aqua betonicæ q. s. per horas v.ante prandium. Et quia effluebat humiditas, iuſsit primò vngere, & poſtea immittere puluerẽ ex hordeo corticib.auellanæ vſtis:pedes etiam lauet,potiſs.læſum cum toto femore ſemel in ſeptimana ante cibum aut manè,vel veſperi de hac coctione. F Accipiat maluam, radicem althææ,flores chamomillæ,lilia alba, roſas ſiccas. Bulliant hæc in q.s.aquæ ad tertias, vt fiat lotio,vt dictum eſt: omnes intentio eſt mollire,& parum reſoluere.

CONSILIVM CCCXLIII.

Pro varia luxatione in pede,pro Domino Balthaſaro à Stubenberg, Anno 1547. In colloquio dicta.

BELLOCATVS. Agendum nobis eſt de caſu nobiliſsimi pueri, qui patitur G luxationẽ circa pedem, à qua cupit liberari. Eſt autem puer 13. annorum ferè, & ipſa luxatio à multis annis durauit, ita vt ipſi ferè parentes ignorent principium, nec vtrũ ita natus ſit,affirmare poſsint. Nemo enim recordatur habuiſſe eum motum liberũ pedis, aut vllam cauſam primitiuam referunt,niſi quòd pater iratus ante multos annos puerũ cùm verberare vellet,mater puero ſuccurrens, pede eum ex manibus patris retraxerit. Sed tamen non ſatis norunt, vtrũ illud læſionis fuerit principiũ: puer enim arte ita tegebat,vt inceſſu ægrè animaduerteretur,ideo parum tunc curabant parentes. Nunc duobus annis cum vehementius moueri inciperet,& duceret choreas, maiorẽ dolorem patitur, crus intumuit, & pes etiam à genu infra marceſcit. Quærit de his conſilium & curationem. Credo eſſe luxationem pedis extremi in iunctura fibulæ,ſiue ipſiuſq; tibiæ, inter os & calcaneũ introrſum,quia cùm incedit, videtur non ſuper calcaneo,ſed ſuper tibia ingredi,& pes iſte ſurſum eleuatus eſt,& deorſum cõcauus, idq; multis annis durauit,nec vnquam repoſitus eſt, licet cum aliquibus (vt audio) ſe vnxerit. Modò etiam intumuit,quia cùm nõ ſit in proprio loco, & puer voluerit pedes exercere,factus dolor, cuius ratione materia attracta,& intra chordas imbibita & iuncturas, propter diſlocationẽ,vnde pes intumuit. Quid nam fieri poſsit? Galen.3. Meth. repoſitionem ad artem ſpectare, atque ab artifice fieri voluit. Sed Hippoc.de Articulis, & Galen. in Com. diſtinguunt penes maius & minus. Non facilè ſanantur, ſi magnæ & antiquę,maximè ſi acceſſerit demacratio pedis,vt in hoc puero. Accedit materia etiam in illis cauitatibus cõtenta, propter quã non facilè reſtitui poteſt, niſi materia remoueatur:ideo difficilem credo curationem futurã, & fortè impoſsibilem. Sed quid fieri poteſt? Materia quę intra oſſa attenuari debet,& pes deinde in meliorem ſitum collocari, vt conſequenti ætate concreſcat aliquo modo, vt ſaltem melius incedat,ſi nõ exquiſitè. Quomodo? luxatio reponi deberet,ſed id nõ poteſt fieri propter materiam ibi contentam:ea igitur digerẽda cùm ijs, quæ emolliunt valde, & parum reſoluunt,ne magis induretur materia,& reddatur gypſea. Sed priuſquam ad particularem aliquam curam accedam, prius totũ corpus puto eſſe euacuãdum. Ac quia puer eſt,non quærendum de miſsione ſanguinis. Arbitror igitur procedendum cum euacuantibus materiam craſſam, pituitoſam cum aliqua etiam parte choleræ. Sed cùm calores iam maximi, & tempus non ſit idoneum, ideo lenioribus vterer tantùm,vt potius bis vel ter repeterentur. Darem itaq; caſsiam cum electuario de Dactylis in parua tamen quantitate. Concoquerem materiam cum ſyrupo de betonica & roſato. Et hoc modo facta & iterata euacuatione, vterer emolliẽtibus lotionibus & fomẽtis factis ex decocto radicũ althæę, ſem.lini,fœnugræci. Et poſtea mitterem puerum ad lutum S.Bartho.aut montis Othonis,quod emolliret partes induratas. Quibus peractis, ſi poſſibile foret, tentarẽ repoſitionẽ talem,qualis fieri poſſet, ſi puer pateretur : & poſtea roborarẽ ligamenta,& chordas cum emplaſtro ex croco,& aliquando ex diadictamo, ſed remiſsiori in calidita-

te,ita vt miſceatur cum vnguento diapalmæ, aut diachalcitidis, & per aliquod tempus haberet calceos arte paratos,aut aliquid, quod teneret pedẽ rectum,vt ſoleam,quæ non cederet,& vt pes non contraheretur,ſed extenderetur.

FRISIMELICA.

Duo ſunt ſymptomata, de quib. hic puer conqueritur. Impeditur operatio pedis, & apparet mutata forma,& ſitus pedis. Morbꝰ qui facit operationem læſam,eſt diſlocatio ſeu luxatio, vel dimotio articuli ab articulo, ſeu à loco ꝓprio, cum congerie humorum craſſorum,qui ipſi etiam motum impediunt: & quidem apparent luxata eſſe oſſa omnia,quæ componunt pedem, & in malleolis eſſe maiorem repletionem. Quod ad cauſas attinet, credo primò factam eſſe aliquam attractione matris læſionem,nõ quòd ſit luxatio,ſed elongatio,vt refert Gale.lib.de Artic.& Auic. de Luxatione. Ea diſlocatione, facta eſt imbecillitas membrorum,non tamẽ omnino impediebatur in motu, ſed materia poſtmodũ paulatim defluẽs perfectam fecit luxationem, & ideo à biennio magis impeditus eſt in motu, & adhuc quotidie creſcit impedimentũ,& dolor ſequitur,& pes marceſcit, quia humores mali defluunt,membrumq; imbecillum redditur,vt non ita nutriatur. Sed hîc vnũ eſt vidẽdum, quia ſub genu affecti pedis apparet quædam durities,an in muſculis, vel alijs quoq; partibus ſit affectus præter naturam, an materia per cõſenſum aliquarum partium ſuperiorũ defluat,ſicut fit interdum,vt caput trãſmittat excrementa ſua ad loca inferiora. Sed cùm diligenter inquiſiuiſſem, audiui nihil eum vnquam paſſum eſſe in capite,neq; pati, nec aliud mẽbrum in corpore eſſe affectum videtur, quod mãdet, ſed tota ratio ad cauſam primitiuã referenda videtur,quã deinde plurimũ adiuuit mala victus ratio. Quid igitur erit futurum? Si conſidero ea,quę ſunt neceſſaria ad ſanitatẽ huius nobiliſsimi pueri,videtur valde difficile,quia nõ credo poſſe perfici hæc duo,vt remoueantur ea,quæ congeſta in pedem, tumorem faciunt, & diſlocationem perfecerunt. Secundò,vt membrum reponi poſsit, fermè impoſsibile erit, quia materia plurima aggregata eſt quæ craſſa & locus eſt imbecillis valde. Si materia euacuari poſſet, fortè cura poſsibilis foret. Querritur modò,quod eſt poſsibile,vt ſcilicet pręſeruetur,ne cadat in deterius, quòd licet difficile ſit,hoc tamẽ fieri poteſt. Materia euacuãda craſſa eſt,viſcida,& adhærens: ideo primum mollienda cum relaxantibus, & leniter, non valde tamẽ reſoluentibus. Cogitabam ego quoque de luto, quod emollit, & reſoluit. Sed id medicamentum validum, & vehemens in puero tenello & reſolubili, vix poterit perpeti: ſed ideo non prætermitterem purgationem lenem, & delegarem ad thermas, ijsq; vteretur commodè pro ratione temporis,& ætatis, poſtea haberet medicamenta reſoluentia,& emollientia. Si non ſanaretur in luto,adhiberem etiam localia, emplaſtrum diapalmæ,ſeu catholicon Nicolai, cui alia frigidiora admiſceri poſſunt. Hæc & alia præſcribi poterunt. Purgationes maiores nunc non faciendæ ratione temporis,& ætatis etiam: ſed exquiſita victus ratio inſtituenda erit. Deartuatio facilè amouebitur,remota enim materia nutriri incipiet, & pars illa durior circa genu facilè reſoluetur.

MONTANVS.

Offertur nobis caſus admodum difficilis & implicatus: nam ſi actiones læſas conſideremus, omnes tres læſas videbimus. Primò enim virtutẽ animalem motiuam læſam, & corruptam cernimus. Vitalem quoq; diminutam,ſcilicet calorem â corde influẽtem ad membra diminutè accedere ad eam partem. Naturalem etiam diminui, nõ enim nutritur pars,vt oportebat. Atq; ita omnes 3.virtutes læſæ ſunt. Et cùm actione læſa indicetur malitia morbi, omnino morbi plurimi ſunt, & difficiles. Quòd autem morbus etiã multiplex ſit,apparet.nam omnia tria genera morborũ commiſta ſunt.Primò enim intemperies tanta in toto membro à genu infra,vt longè gracilius ſit quàm aliud, & plurima materia ad partes infimas reſedit,quæ fecit malã cõplexionẽ, quã vocat Galen. lib.de Diff.morborum,per affluxum materiæ. In cõpoſitione mutatus ſitus, læſa figura, & in quantitate etiam vitium,alibi deficit,alibi abundat. Solutio autem continui manifeſta eſt, cùm ſit luxatio multiplex. Itaq; hoc modo triplex eſt genus ſymptomatũ,triplex etiam genus morbi, & ideo multiplices indicationes medendi & occurrẽdi: ſed quia hæc in vniuerſali tantum dicta ſunt,ideo diſtinctius loquendum, & quia plures morbi,vel alter erit cauſa alterius, uel quilibet ſeorſim ſeparabitur. Oportet igitur videre quomodo ſe habeat. Ex relatiõe hoc ſcimus, licet ipſi diſtinctè hoc dicere nequeant, ab eo potiſsimũ actu,quãdo mater traxit puerum pede,dũ manu patris eſſet cõprehenſus,factam eſſe læſionem violentã, ex qua quicquid incommodi ſucceſsit,ſubortũ eſt. Quia attractio illa fecit aliquid circa ſolutionem continui,ſeparauit oſſa vel integrè,vel ex parte ſaltem, quia in puero oſſa debilia & mollia ſunt, & ligamenta humida, ita vt facilimè poſsit facta eſſe luxatio integra,ad quam reliqua incommoda ſecuta ſunt: ſed qualis ſit diſlocatio, & in quibus oſsibus,videndum. Eſt in pede primò aſtragulas, in quo tanquam baſi firmatur os tibiæ & fibulæ, eſt deinde os nauiculare, ſunt oſſa pectinis plantę,& vltimò digitorum. In quibus ſit diſlocatio ex figura,& impedimento motùs,inquirendum eſt. Primò, pes contractus eſt breuior ſeipſo, non quia chorda aliqua cõtracta ſit,vt in ſpaſmo cynico, in quo non oſſa,ſed muſculi cõtrahuntur, & ita mẽbrum contrahitur. Hîc pes contractus eſt ſecundum longitudinem, circa plantam pedis,vnde oſſa aliqua plãtę cõtracta eſſe neceſſe eſt, & ꝑſertim nauiculare,circa qdᶜ tumor apparet inſignis. Eſt & impedimentũ circa iuncturã, vt neq; ſuperius, neq; inferius pedem mouere poſsit,quod non fit ex aliquo impedimento muſculorum, ſeu chordarum, ſed quia ibi eſt etiam peruerſa locatio oſſium,nec os calcanei erigit pedem,ſuper quo fundatur ſtabilitas pedis: ſed inflexum eſt,ex qua inflexione & fibula relaxata eſt, & os ſuperius non ritè adhæret ſuæ baſi: & ita multiplicem credide-

rim

rim luxationem,ſeu diſlocationem, vt apparet ex motu deprauato, & ipſa etiam figura pedis. An verò chordæ, quæ trahunt & mouent articulos pedis ſint læſæ, an verò ſi oſſa redirent ad debitam locationem, rectè pedem mouere poſſet, difficultas videtur: quia, vt refert clariſsimus Doctor, circa genu eſt aliqua durities, quæ impedimentum ex parte muſculorum & chordarum oſtendit,& ita multiplex impedimentum eſt circa virtutem motiuam, cuius actiones variè læduntur, propter ſolutionem continui, & luxationes prædictas. Quod ad alias actiones læſas attinet, virtus vitalis non ita influit in hoc membrum, ſicut ad alia, vnde calor non ita fortis. Et naturalis etiam debilior, non ita nutritur membrum: quod apud me curationem ferè facit impoſsibilem. Id vnde veniat exquirendum,& inquirendæ cauſæ. Videtur etiam difficile, cùm ex motu vehementiori maior calor proueniat, & partes, quæ magis exercentur,maiores ſint,ideo pes læſus magis calidus eſſe debet, in puero præſertim, qui fortis eſt caloris: vnde igitur ſecuta ariditas in puero naturaliter humidiore, in quo difficilior eſt exiccatio? Vbicunque ſunt diſlocationes, paralyſes,vel aliquis in neruis affectus, continuè augentur obſtructiones, à quibus locus læditur, quia calor naturalis impeditur,ne tranſire poſsit: quòd ſi ex hac peruenerit exiccatio, facilè remouebitur. remotis enim obſtructionibus ad ſuum ſtatum redibit: ſed alia cauſa difficilior eſt, labor continuus exiccat humidum radicale. Hic exercitium cõtinuum & immoderatum habuit, & laborioſum, vt ſemper fit in ijs, qui habent pedes oblæſos, ambulauit cum maxima difficultate. Cùm hoc modo crus ſubſtantificè exiccetur,& calor, qui humido nutritur, exiccatur,incurabile eſt,ſicut & in paralyticis contingit: licet ibi fiat à cauſa contraria, videlicet, à ſuffocatione, hìc verò à reſolutione, idem tamen effectus, & quidem in hoc caſu minus mirabilis. Ideo hãc arefactionem magnifacio in hoc puero, cùm credam eſſe ex humidi radicalis defectu, quia bilioſus quidem eſt, ſed tenuiſsimi ſanguinis, & reſolubilis,carnem mollem habet,& muſculos graciles, vnde cum ſanguine plurima eſt humiditas aquoſa,atque ideo facilius reſolui poteſt. Quòd autem virtus vitalis non accedit ad locum, credo factum propter obſtructiones, & humores pituitoſos continuè deſcendentes: vnde tumor præter naturam & affluxus materiæ continuus,quæ proculdubiò frigida, & pituitoſa eſt, & propter indigeſtionem aggregatur, non quòd mittatur ab alijs membris, quia nullum malè affectum eſt, ſed quia in ipſo membro obſtructiones multiplices. Vaſa autem quæ obſtruuntur, coarctantur, & tandem refrigerantur: vnde nutrimentum deſcendens aggregatur in ijs partibus, in quibus poteſt, & cùm non bene conficitur, multiplicantur excrementa, & ratione cruditatis, & ob virtutem expulſiuam debiliorem: ideo quotidie deterius habet, quia quo plus aggregatur materia, eò magis multiplicantur obſtructiones, ac ipſa etiam diſlocatio augetur, & ſequuntur omnia incommoda. Materia etiam contenta ibi, reſolutis

A partibus ſubtilioribus exiccatur,induratur, & fit gypſea, vt intra diſlocationem & oſſa tactu percipi poteſt: ea enim materia vacuitates omnes repleuit. Et ita multiplex eſt læſio, quæ plurimis indiget ad hoc vt curetur. Nam, quoad ſpeculationem facilis, quoad curationem verò, hoc opus,hic labor eſt. Quoad prognoſticum,apparet fermè impoſsibilis, ſi ea quæ requiruntur cõſideremus. Primò enim humor viſcidus inplantatus eſt intra iuncturas & chordas in profundo,vbi a-

B lioqui difficulter reſoluitur:& oportet remouere illam intemperiem,ſeu demacrationem,quę ſi eſt ex defectu humidi radicalis,quomodo recuperari poterit? ſed ſupponatur id fieri poſſe, & non eſſe factam reſolutionem humidi radicalis, tamen cura difficilis erit, quia humor impactus craſſus eſt,non facilè reſoluetur,partes enim ſubtiles exhalant, terreſtres verò manent. Quod vtinam non ſit factum hactenus, non quidem à medico, ſed à calore præternaturali. Quòd ſi materia re-

C ſolui non poteſt, multò minus remoueri poterit. Sed quia pueritia plena ſpei, in qua multa curabilia ſunt, quæ alioqui curam nullam recipiunt, ſicut Galenus refert de membris ſpermaticis inciſis. poſſumus de humido quoq; idem ſperare, & de reſolutione:ſed credo difficile fore, tẽtandum tamen eſt, & melius eſt facere aliquid cum ſpe quàm omnino dimittere.

Ad curam. Propoſitum eſt lutum balneorum pro remouenda materia, quod quidem vnum ex

D difficillimis eſſe dictum eſt. Sed videndum, an ea poſsint reſoluere ita materiam vt oportet:plus enim reſoluunt,quàm molliunt. Nam habent ſulphur,ſalem & parum de bitumine,ſicut tribuunt illi per deſtillationem,qui experti ſunt harũ thermarum vires. Et ſi etiam plus eſſet bituminis, tamen illud etiam valde reſoluit, cùm ſit calidũ in tertio. Si veſtræ excellentiæ inclinat animus, vt recipiat,conſulerem vt toto eo tempore, quo accipit, quando non imponitur lutũ,vtatur lenien-

E tibus ex ijs,quę molliunt vt ſunt oleum amygdalarum dulcium,butyrum recens, pinguedo porci nõ ſalita,alioqui ſuſpectum haberẽ lutum. Sed ſi hoc modo reciperet una hora reſoluet,& toto alio tẽpore molliet,atque ita tentari poterit. Sed quid cõmodi ſequetur? duo inde acquiremus, modũ curationis, & augebitur etiam ſpes. Tentarem igitur hoc modo. Sed an prius euacuandus? Credo quòd ſic,licet calor inſignis,tamen caſsia,& ſy-

F rupus roſatus ſolutiuus dari poſſunt, eaq; iterari bis vel ter etiã in balneo, vt diuertantur humores,ne fluant ad locum. Poſtea ſi perſeuerabit, vnum propono,quod laudat Galenus, ſi lenitione & mollitione loci præmiſſa fomentum facimus lapidis pyritis: ſed longiſsima mollitio præmittẽda,ne magis induretur materia,& reddatur cura planè impoſsibilis: cùm quicquid ſpei eſt, fit tantùm ratione ætatis. De arefactione cruris, vt reſtauretur modo,quo poteſt in puero,factis purgationib.vterer dropaciſmis, qui tamen pruden-

G ter fieri debent, & relinqui in loco per modicum tempus,vt calor trahatur ad locũ, & poſtea mollientia,& nutrientia adhibeantur, & vtatur optimis cibis. Circa luxationem,ſi tumor,remouebi-

tur à ligamentis, arte paulatim repoſitio tentanda A eſt, nec vno impetu ſtatim reponantur.

CONSILIVM CCCXLIIII.

De luxatione pedis, pro eodem præſcriptum.

NEMO poteſt dubitare ſitum & figuram pedis illuſtriſs. pueri luxatione corrumpi, & ab eadem cauſa motum quoq; impediri. Sed quæ nam oſſa ſunt luxata? Credimus primò illa eſſe, quæ ſunt in pectine pe- B dis, deinde os clauiculare, tertiò talum, quartò os calcanei. Et hæc omnia expreſsè patitur, vt patet ex ipſo modo impedienti motum, & ex figura vitiata, ex ipſo ſitu & locis vbi apparet luxatio. Cauſas extrinſecas quidem pro comperto non habemus. Intrinſecæ verò quæ aduenerunt, fouerunt & auxerunt luxationes, humorem crudum & viſcidum opinamur eſſe, vnde ligamenta laxentur, oſſa lubricẽtur, & lubricata coarctentur. Cruris verò gracilitatem non modicam credimus ma- C ximè fieri ab humido nutrimentali nimis exiccato, ita vt etiam periculum immineat, ne pars quoque radicalis humidi exaruerit, ſcilicet ob laborioſum importunumque motum in ea parte excitatum. Indicio eſt quòd tum maximè areſieri incœpit, & deterius habere, cùm vacabat choreis. Curationem arbitror quidem difficilem & arduam admodum, nihilominus tentandam conſulo. Si enim puer ille generoſus pati voluerit, fortè curatio non erit omnino difficilis, vel impoſsibilis: D eſt enim adoleſcentia plena ſpe. Primò igitur eſſet illi diligentiſsima victus ratio proponenda, & vt ille cum toto crure, maximè cuſtodiretur à frigore, optimeque muniretur, ea tamen ratione habita, ne nimis incaleſcant: ſi tamen ad alterum declinare oporteat, ad calidum potius declinet. Parcat compotationibus, vitet epularum multitudinem, vnico cibo ſit contentus, fugiat paſtilia, lacticinia, fructus, piſces, præſertim paluſtres, carnes porcinas, bubulas, & omnes antiquas. Perſuadeatur, vt E quam creberrimè, ſicut eſſet bis in ſeptimana, aut ſemel ſaltem, tãtum rhabarbari mandat ac deglutiat, quantum eſt ſcrupuli pondus: ſi enim hoc fecerit nullo alio medicamento indigebit ſoluente. Circa lutum Sancti Bartholomei pro materia illa viſcida reſoluenda, quæ circa luxationes adhæret, laudo quidem, ſed ea lege, vt toto eo tempore, quo extra lutum morabitur, liniatur locus oleo amygdalarum dulcium, vel adipe ſuillo ſine ſale, vel butyro recenti, vel oleo camomelino. Poſt ex- F perientiam factam huiuſmodi lutum applicando pro bis materiis quæ adhuc relinquentur, laudo fomentum lapidis pyritis, ita vt prius mollificetur locus cũ linimentis paulò ante recitatis. Deinde altero quoque die excipiat fumum lapidis pyritis crebrò agitando & mouendo, quemadmodum Galenus præcipit. Valet etiam ad reſolutionem ſimul & emollitionem œſypi ceratum ex deſcriptione Philagrij: frequentiſsimè tamẽ vtatur lotione facta ex ramentis cupreſsi, roſis ſiccis, ca- G momilla, ſaluia & betonica: valet enim ad reſolutionem materiei, exiccationem & corroborationem loci. Pro crure alendo ſuaderem, vt minimè laboraret, & manè modicè fricaretur, deinde deliniretur oleo amygdalarum dulcium, vel medulla recenti cruris vituli, & vteretur optimis alimentis pro cibo. Quòd ſi contingat, vt materia in loco luxationis contenta maxima ex parte diſſoluatur, tum poterit tentare reſtaurationem luxatorum oſsium, non quidem violenter, aut confertim, ſed ſuauiter & paulatim cum haſtulis mollilibus ac planis, & cum ligaturis commodè ab optimo Chirurgo ſitum oſsium naturalem intelgente perfectis: quia nos puerum ſine conſenſu tutorum, propter calores, & imbecillitatẽ etiam ac teneritatem corporis, ad thermas mittere nolumus. Conſulam vt accipiat duas vel tres etiam vncias ſyrupi roſati ſolutiui cum modico aquæ betonicæ. Pes luxatus liniatur bene cum decocto camomillæ, & deinde ſupponatur ceratum œſypi ex deſcriptione Philagrij, ac ſingulis dieb9 ſemel innouetur. Crus manè leuiter frictum inungatur oleo amygdalarũ dulcium, & quietus viuat. Singulo octiduo ſemel maſticet rhabarbarum, vt ſuprà.

CONSILIVM CCCXLV.

Pro iuuene habente ſtuporem in crure.

AGIT iuuenis annum vigeſimum quartum, qui venit petitum conſiliũ de quibuſdam diſpoſitionibus præter naturam, quę ſunt proculdubio verendę, & maximè conſiderandę à medico. Sunt autem duę potiſsimum. Primò diſſocatio vel luxatio vertebrarum circa mediam regionem dorſi, incipiendo à decima vertebra, víque ad decimam octauam vel vigeſimam: deinde ſtupor in ſiniſtro crure, & præter eum retractio neruorum, vt non poſſit extendere pedem, ſicut vellet. De his nũc conqueritur. Sed anteceſſerunt alia, quæ ipſe recitat, ea nunc non enumero, quia in cauſis præſentium diſpoſitionum inueſtigandis enumeranda ſunt, ne idem bis dicamus. Duo igitur ſunt accidentia, luxatio vertebrarum & ſtupor in crure, de quibus petit conſilium & curationem. Sed non poſſum quidquam ferre auxilij, niſi natura affectuum conſiderata, vnde procedant & quas habeant cauſas. Quia verò cauſæ vel extrinſecæ ſunt, vel intrinſecæ, an verò quædam etiam intrinſecæ diſpoſitiones in ipſo corpore, an vtrunque. Audiui ſemper fuiſſe ſanum, toto vitæ tempore nunquam conqueſtus eſt de ventriculo, nec de capite, ſicut ſolent interdum conqueri iuuenes, habentes illam membrorum inæqualitatem vel vnius, vel plurium ſtatim à primo ortu, imò ante iſtud trienniũ ſemper fuit ſanus, donec fodinas acceſsit, vbi diu fuit, tũ primùm cœpit catalogus morborum modò relatus. Cùm igitur non præceſſerit manifeſta cauſa intrinſeca, & validiſsimæ fuerint cauſæ extrinſecæ, omnino credimus eas fuiſſe cauſas totius mali, nihil conferente reliqua corporis diſpoſitione. Quæ num ita ſe habere poſsint, videndum eſt. Fuit in fodinis, vbi ſeparatur æs ab argento & mercurio, in locis anguſtis, in quibus vapores incluſi petebant cor & cerebrum, mediante ſpiritu attracto. Et cùm eſſet abſtemius

& in

& in illis locis, vbi aquæ minerales redolentes A
vim metallorum, quæ iſtic reperiuntur, eas bibit,
& ita duo maximè concurrunt, vapor mineræ &
argẽti viui attractus in corpus per anhelitum, &
aquæ metallicæ in cibo & potu vſus. Vtrunque
ad ægritudines neruorum, & ſtuporem maximè
facit, ac plurimùm nocet ſenſibus, vt docet Auicenna
ſecundo Can. de argento viuo, quòd deducat
ad ſtuporem, paralyſin & omnes ægritudines
neruorum. Non igitur mirũ, ſi incidit in hos mor
bos, cùm nos ſæpè viderimus, & credo vos quo- B
que vidiſſe in praxi à morbo Gallico vapore mercurij
ac fumis curatos incidiſſe in paralyſim & epilepſiam
etiam propter mercurium miro modo
neruos lædentẽ. Poſtea vſus eſt aquis illis in cibo
& potu, de quibus Hipp. in lib. de aere & aqua ait,
eas nocere inteſtinis, & facere abraſiones, facere
ophthalmias, nocere neruis, ſi quis eis vtatur in
cibarijs. Cũ igitur vtrunq; cõcurrerit, aqua talis
in potu & cibo, vapores illi argenti viui, non mi-
rum, ſi ſequuta ſunt ſymptomata ab ipſo enarra- C
ta, oculorũ dolores quos recitat etiam ipſe Hipp.
quia eſt talis proprietas aquarũ ænearum, vt inter
reliquos morbos quos faciunt, ſua quadam
proprietate noceant oculis. Ac incidit in gonorrhœam,
quia abſtergunt & erodunt meatus, per
quos tranſeunt aquæ illæ. Tandem in dolorem
inteſtinorum incidit, nam & Hippocrates dicit,
faciunt paſsiones iliacas & dyſenterias in quotidiano
cibo & potu vſurpatæ. Et ita tota ſeries
iam enumeratorum accidentium ex potu aquæ D
euenit. Nec mirum eſt quòd præceſſerint morbi
calidiores à metallo calidiore generati, & poſtea
ſequuti ſunt frigidi, videlicet ægritudines neruorum
factæ à Mercurio frigido, quia longè maior
vis caliditatis facilius imprimitur. Ideo morbi calidiores
præceſſerunt, deinde ſucceſſerunt frigidi
generati propter vapores Mercurij intra corpus
attractos, videlicet luxatio vertebrarum, quę
pertinet ad morbos neruorum: luxatio enim ſiue
in vertebris ſit, ſiue in alijs iuncturis, fit quoties E
ligamenta illa quæ os cum oſſe connectunt debitam
colligantiam, & connexionem, amittunt ob
inciſionem aliquam vel caſum violentum, vel
etiam ab intrinſeca aliqua cauſa ſeparatur, vt ſi
aliquando ob humiditatem imbibitam relaxantur,
& molliores fiunt. In hoc iuuene eſt ea diſlocatio
ab intrinſeco quodam diſſoluente ligamenta,
ita vt dum antea bene & firmiter ligaret, nunc
diſſolutè ligent. Ideo iuncturæ reſolutæ ſunt. Et
hæc eſt cauſa luxationis vertebrarum, Sed vnde F
facta eſt illa relaxatio? Nos habemus proceſſum
& inſtrumentum à cauſis procatarcticis. Vapor
argenti viui induxit frigiditatem, primò in ſpiritibus
animalibus & vitalibus, dum retraheretur
inſpiratione aer ille frigidus, pernicioſus, & à tota
ſubſtantia nocens ſpiritibus. Eſt enim venenũ,
& vt bene dicit Galenus, quòd non cognouerit
mercurium aliter, niſi ſub ratione veneni, nec aliud
de eo dicit. Nocet igitur ſpiritibus ſua frigi-
ditate & facultate occulta, ſtrangulat ſpiritus ani- G
males & vitales. Hoc modo lęſum cor & cerebrũ,
& ita totum corpus frigidius redditum ſeipſo,
cum ſpiritus, qui calorem totius corporis actu-

A ant, & dant actum vitæ omnibus partib. in qualitate
& quantitatẽ defecerint, & primũ membra
ad tales affectus magis diſpoſita paſſa ſunt, nerui
videlicet & ligamenta, quę frigidiora ſunt, & à frigore
facilius afficiuntur: in habẽtibus enim ſymbolum,
fit facilis tranſitus. Refrigerato igitur cor
pore primùm paſſæ ſunt partes frigidiores, ligamenta
videlicet quæ frigidiora neruis, & primò
luxatio apparuit: facta enim refrigeratione in ligamentis,
locus excrementis abundare cœpit, q̃a
B proprium alimentum, quod nutritionis cauſa ad
eas partes mandatum erat, concoquere non pote
rat ratione frigiditatis: & quia locus debilitabatur
paulatim, miſſa ſunt illuc excrementa à reliquis
partibus corporis generata, in ventriculo &
toto corpore refrigerato, cum ſemper excrementa
ad partes debiliores tranſmittere cõſueuerint.
Multa igitur humiditas ibi collecta, quia eò miſſa
ab alijs membris, & ibi etiam generata per viam
incõcoctionis. Et hę ſunt cauſę intrinſecæ, extrin
C ſecę, & etiã procatarcticæ. Et ita luxationis generationem
habemus. Modus luxationis eſt, quòd
plures ſunt vertebræ ſecundùm longitudinẽ pec
cantes in ſitu & figura, quæ etiam propter ſitũ eſt
immutata: flectitur enim in parte inferiori ad par
tem ſiniſtram, & faciunt lineã curuã, nõ multum,
tamen quodãmodo præterquã quod ſuperius in
curuatur, & eſt exterius illa luxatio, quia gibboſitas
ad exteriora eſt, & nõ interi9 ad anteriora ſeu
ad partes pectoris ſecundũ accidens. Non minus
D verendũ patitur ſtuporẽ in ſiniſtro crure & contractionẽ
quandam neruorũ, ita vt non poſsit pedem
extẽdere. Sed hîc videtur dubium, quę ſit ra
tio, cur ſiniſtrũ pedem non poſsit extẽdere, cùm
ad ſiniſtram partẽ incuruetur ſpina, & neceſſariò
ad eam partẽ trahuntur nerui, debebãt potius cõ
trahi in parte dextra, vt eũ pedem non rectè extẽderet.
Cur modò cum vertebræ vertantur ad par
tem ſiniſtrã, & nerui ad eam partem magis retracti
in dextro neceſſariò fiant breuiores, in ſiniſtro
E tñ pede contractionem patitur? Dicam quod ſen
tio. Fortaſsis eò dextrũ pedem facilius extendit,
quia retractio ad alteram partem non eſt tanta vt
extenſioni huius pedis nocere poſsit: in ſiniſtro
autem contrahũntur nerui, quia eò affluente ma
teria, imbibitur ea in neruis & obſtruũt meatus,
& ita abbreuiat. Fit enim abbreuiatio, vel à nimia
ſiccitate, vel à nimia humiditate, ſicut apparet in
chordis, quæ in loco calidiore poſitæ, præ ſiccita
te contrahũtur, in loco autem humidiori poſitæ,
F etiam diſrumpũtur facilè. Ita hîc fit cùm materia
magis ad partem ſiniſtram deſcẽdat, nerui obſtru
cti ſunt & facti breuiores: ideo non poteſt extendere,
& inde etiam eſt ſtupor, quo & amittitur ſen
ſus, non perdito motu, quia nerui qui faciunt ad
ſenſum imbiberunt eam humiditatẽ magis quàm
qui ad motum faciunt. Quærat aliquis, cur id factum?
Scitis quod Galen. lib. de Vſu part. & de
Anat. adminiſtrationibus neruos motui inſeruientes
duriores eſſe ſcribit, & ideo humores non
G tam facilè recipiunt, ſicut nerui qui ad ſenſum faciunt,
qui molliores ſunt, & facilè humiditatem
admittunt. Sed præter hanc eſt alia ratio. Quòd
nerui, qui ad motum faciunt, ſunt in perpetuo

motu, & excutiunt nocumenta: qui verò ſenſui inſeruiunt, quieſcunt: nam in quiete fit ſenſus, ideo nocumenta facilius percipiunt, & ita etiam cauſa eſt ſtuporis manifeſta, & cur maneat ſtupor in illis partibus, ad quas propter obſtructiones vel ſpiritus, vel virtus à cerebro tranſmiſſa non poteſt penetrare: ſcitis enim Galenum 7. & 8. de Plac. Hipp. & Plat. dubitare an ſpiritus mittatur, an verò virtus tantum: licet alibi magis inclinet, quòd virtus mittatur, quàm quòd non ſpiritus deferatur. Hæ modò ſunt cauſæ, quæ ad extrinſecas accedentes intrinſecas diſpoſitiones mutauêre. Quibus ita ſtantibus cùm tribus tantùm annis durauerit & habeat temperaturam calidam, licet modò ſit refrigerata ab extrinſeco, ac ſit in iuuentute & flore ætatis, non expleuit augmẽtum, quod ſaltem perdurat ad vigeſimum octauum annum, vſq; ratione ætatis & temperaturæ, licet peſsima ſit ægritudo, curari fortaſſe poteſt, quãuis raro luxati vertebris euadant.

Miror Chriſtum nunquam ſanaſſe gibboſum, cum cæcos & ſurdos ſanauerit, ideo ne nos nunc poſsimus vereor. De gibbo igitur dubito, in contractione & ſtupore omnes ſanantur, habebat ante longè deterius, vſus linimẽto pinguedinis humanæ, inde melius habere ſibi eſt viſus. Si hoc verum eſt, factam eſſe aliquam reſolutionem ex eo quòd viſæ ſunt redire vertebræ, poſſumus ſperare, cùm non ſit magna curuitas. Sed hoc eſt de raro contingentibus. Ad curas modò. Quibus inſtrumentis procederes? Omnium iſtorum cauſa eſt frigida & humida, & abundat materia pituitoſa ex inconcoctione generata, quæ euacuãda eſt. Primò vt cauſa antecedens amoueatur quæ impedit localia, exhiberem primò caſsiam cum hiera pro lenitiuo: deinde deuenirem ad ſyrupos concoquentes, de betonica, melle roſato, de ſtœchade & ſimilibus, quæ inciderent & attenuarent. Adderem decoctum iuæ arthriticæ, quæ videtur ſingulariter penetrare ad loca articulorũ. Poſtea in his caloribus euacuarem cum caſsiæ nuper extractæ ℥.j. agarici præparati vel trochiſcati ℈.ij. feliciſsimè enim educit & non calefacit, vt reliquæ medicinæ, in quibus ſunt aromata, vt confect. hamech, & reliquæ. Vtrũ ſanguis mittendus? Credo in hac ætate & temperatura non nocere: nam & Galenus de Sanguinis miſsione multos podagricos & epilepticos ſanguinis miſsione præſeruabat, quia materia cogitur diuerti ad partes oppoſitas, deinde etiam quæ infectio in corpore facta à vaporibus, quæ per plures annos perſeuerare ſolet, ſicut his diebus in quadam vidimus, quæ ante tres annos venenum aſſumpſit, & tamen ſingulis annis eadem patitur ſymptomata quæ in principio patiebatur. Cuius rei etſi non videmus certas cauſas, rem ipſa tamen, quia apparet, negare non poſſumus: nam ſicut Themiſtius ait, maxima pars eorum quæ ingnoramus, minima quæ ſcimus. Miſsio igitur ſanguinis faciet euaporare ſanguinẽ, & fortaſſe corriget infectionem, quæ eſt in ſanguine & ſpiritibus, ac fortè iterata, ac duabus vicibus facta plus de illo vapore euentaret. Poſtquam igitur exquiſitiſsimè purgatum erit corpus, vel vna, vel ſi res exigit, duabus vicibus bibat aquas thermarum, ac illis etiã innatabit. His credo quòd morb⁹ iſte curabitur. Si quid autem poſt hoc faciendum fuerit, deinceps vbi hæc omnia fecerit, dicetur.

CONSILIVM CCCXLVI.

Ad crurum exulcerationem propter caliditatem hepatis Obſeruatio. 1546.

PHARMACOPOLA Anconitanus ſingulo menſe Martio patiebatur vlcuſcula in crurib⁹ ex nimia caliditate hepatis. Vſus erat vinis potentibus, aromatis & fructibus à cunis. Montanus. Vtatur paulatim refrigerantibus, vt brodij pulli ſcutellam vnam quotidie ſumat, humectabit & remittet calorem hepatis: loco aquæ thermarum.

R. Aquæ lactis caprini ℥.j.
Syrupi acetoſi ſimplic. multæ acetoſitatis ℥.iij.

Miſce, & ebulliant ſimul. Deinde bibat manè poſtquam exiuerit è lecto, & poſtquam fuerit expurgatus ab omni ſuperfluitate: & ſumat paulatim deambulando per horam integram, deinde tardius prandeat ad minus per horas quatuor, & ita perſeueret per dies quindecim. Sed ante aſsũptionem prædicti ſeri, ſumat floris caſsiæ ʒ.x. & poſt vltimam potionem repetat eandem caſsiam hora ante prandium. Item poſtquam accepit prædictum ſerum, fiat phlebotomia baſilicæ dextri lateris, euacuando vſq; ad ℥.viij. vel decem ſanguinis. Item perſeueret poſt purgationem illam, inungere totam regionem hepatis & lumbos ſecundùm longitudinem vnguento roſaceo Meſue recenti eiuſdem anni. Item per totum annum vtatur confectione ex æqualibus partibus zucchari roſati & violati, & ſit doſis ℥.s. hora vna ante prandium. Et quanto frequentius aſſumat, tantò melius. Item vtatur ſemel in ſeptimana rhabarba. electo, ita vt maſticet ipſum & deglutiat ad pondus ℈.ij. Item iſtam eandem purgationem præſcriptam, cum ſero lactis ſumat etiam in Autumno, hoc eſt bis ſemper in anno. Præterquam quòd phlebotomabitur tantùm in Vere. His peractis laudo etiam ad maiorem præſeruationem ſuam, vt circa menſem Iulij vel principium Auguſti, ſumat aquas balneorum frigidorum. Sicut ſunt balnea de Luca, balnea de Calderio in agro Veronenſi, vel conſimilia quæ ſunt frigida & ferrea.

CONSILIVM CCCLXVII.

De quodam nobili iuuene patiente vlcera in pede, & brachio, cum leui delirio.

IN hoc caſu difficili non tantùm ad curationẽ, ſed etiam ad cognitionem, vtar compendio, ita tamen, vt nihil omittam neceſſarium. Imminet enim extremum periculum. Diſpoſitiones naturales, quoad temperaturam, mores, conſuetudinem, proprietates indiuiduales vix poſſum ſcire, quia nõ noui hunc niſi in hac ægritudine. An igitur ſint æqualia vel inæqualia membra, nihil poſſum afferre, ſed poterimus

terimus ſine illis curationem inſtituere. Certum A
eſt, quòd quando incœpit fluxio, apparuit circa
pedem ſiniſtrum abſceſſus ſine colore, neque du-
rus, neq; cum inflammatione, ſed tumor inſignis
non protuberans, ſed veluti demiſſus & diſper-
ſus. Hic abſceſſus vbi erupit, exiuit ſanguis, & de-
generauit in plurima vlcera parua, quæ deuene-
runt ad vnum commune, & tunc in eodẽ tempo-
re aduenit in brachio ſimiliter, & omnia erant ge-
neris eiuſdem. Octauus iam mẽſis agitur poſt pri-
mum abſceſſum, qui erat in talo. Acceſsit tandem B
dolor capitis, & poſtea ſopor, ſiue id fuerit ratio-
ne materiæ intrinſecæ, ſiue etiam ab applicatione
ſoporiferi. Aliquando dormit, aliquando etiam
plurimùm vigilat. Deuenit preterea ad quoddam
delirium. Non rectè memoratur, nec imaginatur
nec cognoſcit, illæ enim actiones corruptæ ſunt.
Hæc ſunt ſymptomata, quæ apparent in hoc æ-
gro. Vrinæ croceæ, tinctæ, indicantes maximum
dolorem in aliqua parte corporis. Bilis autem ta-
les vrinas facit, cuius hìc inſigne dominium appa C
ret in alui excrementis. Appartt etiam pituita.
Videmus autem, quòd ſi quis aggrediatur curam
horum vlcerum, & exiccet in vno loco, in altero
iterum erumpere, & eroſiones fieri, vbi abſceſſus
fuerint inciſi. Sunt & in corpore alia impedimen-
ta, quæ indicant difficultatem curationis. Vir-
tus debilis eſt, & habitudo corporis, quæ nihil eſt
aliud, quàm pellis, & oſſa. Iſtis igitur omnibus ita
præſuppoſitis, inuenienda eſt curandi ratio. Ha-
bemus vnum fundamentum Galeni & Hippocra D
tis, vbi in ſingulis partibus apparet læſio, vel in
hac, vel in illa ſit nocumentum aliquod, neceſſa-
rium eſt, ea originem habere ab aliquo principio
vniuerſali. Tria autem principia ſunt: cerebrum,
id vbi læditur, læduntur virtutes principales, &
reliquæ actiones, quæ ad motum & ſenſum fa-
ciunt. Corde leſo inficiuntur ſpiritus, & vita perit.
Hepate læſo fit mala ſanguificatio, & omnia excre
menta coctionem corrumpunt. Hic excrementa
omnia habet corruptiſsima. Supponamus igi- E
tur, quòd omnes eiuſmodi abſceſſus habeãt com-
munem originem, malam diſpoſitionem in hepa-
te, quæ eſt origo, & radix totius huius morbi.
Qualem igitur dicemus eſſe hanc ægritudinem?
Eſt intemperies mala, etiam cum ſolutione conti-
nui. Videmus vrinas atteſtantes de bile, & ni-
mia caliditate, excrementa alui de pituita pluri-
ma: ergo ex temperatura mala hepatis generan-
tur humores deprauati, qui faciũt huiuſmodi ab-
ſceſſus in diuerſis partibus. Dubitaui, nũquid hìc F
eſſet ſuſpicio morbi Gallici? habet enim originem
ſuam in hepate, generatur humor melancholicus,
& humores aduſti habent ſimilia vlcera, & in eo
dem interdum vlcere omne genus eſt humorum,
qui generãtur in hepate ob malam iſtam infectio-
nem. Vidi etiam quendam, quem ex ſolo dolore
capitis deprehendi morbo Gallico laborare, cùm
nullum aliud eſſet ſignum. Et in hoc iuuene ſuſpi
cor aliquid tale. Sed ſupponamus etiam non eſſe
morbum Gallicũ, quia nõ ſatis conſtat, dum enim G
fiunt variæ alterationes, contingit vt venena ge-
nerentur talia, quę nullo pacto poſsint nominari:
quando putruerunt ob varias alterationes, quæ
fiunt etiam ex variis temperaturis noſtris, ſatis eſt
hoc cõſtare, quòd talia procedunt, tanquã propa-
gines, à mala hepatis temperatura. Quare certum
eſt quòd euacuatio huius corporis poterit quidẽ
aliquid facere, ſed non curare integrè. Quantùm
igitur ad morbum, eſt intemperies hepatis cũ im-
becillitate ſubiecti, & ariditate totiꝰ corporis, po-
ſtea adeſt febris, quæ facit calorem preternatura-
lem, & inflammat ſanguinem alioqui inflammabi
lem. Sed eſt dubium, quòd in ſingulis abſceſsibus
humor eſt ſub forma ſanguinis. Nam vbi ſanguis
deuenit ad aliquem locum, & facit abſceſſum, eſt
tumor inſignis cum calore vehemẽti, dolore ſum-
mo, & ſenſu pulſationis in profundo, & magna e-
tiam tenſione membri. Hìc nullum tale ſignũ ap-
paret, & tamen exit ſanguis. Et mirũ eſt, quòd ſan
guis tam diu extra venas exiſtens, non putreſcat,
cum dicat Auic. ſanguinem extra venas effluxum
neceſſariò putreſcere. Ego verò id de ſectione cre-
do, quando fertur ſanguis extra venas, & moue-
tur in loco conueniente putredini, quòd putre-
fiat neceſſariò, non autem tam citò in concauo
corporis.

Cura. Sunt fluxiones, in quibus reperitur pri-
mò membrum recipiẽs: & in hoc corpore omnia
membra ſunt debilia, materia quæ abundat: via
præterea ob longam fluxionem præparata: man-
dans eſt hepar, id præcipuè reſpiciendum, mem-
bro recipienti, ſi aliquod nobile, ſuccurrendum,
reliqua prout nunc relinquemus. Habemus ægri-
tudinem inſignem, & virtutem debilem, quod
apparet ex ſignis allatis: eſt enim ſine carne, &
membris ſolidis, ex quo in ancipiti ſumus, ſi non
ſuccurremus, morietur: ſin verò ſuccurremus,
parum proficere poſſumus. Symp. quod nunc
vrget eſt delirium, cum tamen ſatis dormiat. Ad
id vterer auerſionibus, facerem frictiones deor-
ſum. Circa vlcera, omnia eodem modo curabun-
tur, ſi prius ſublata ſit cauſa, ad quam nihil melius
poterimus facere, quàm exhibere decoctum ligni,
quod exiccat, & ſingulariter reſpicit hepar. Bene
purgatus eſt, quare ſtatim accederem ad ſyrupos,
pro quibus lignum decoquerem in aqua endiuię,
vt facilè penetret, nec nimis calefaciat. Vlcera poſt
modum curabuntur, qua ratione curata ſunt ha-
ctenus. Erat quidam in eodem caſu, & vlcera cu-
rabantur hoc modo, vt vno ſanato, in tribus aliis
locis reſultarent alia, & ille tandem curatus eſt ſo-
lo decocto ligni.

CONSILIVM CCCXLVIII.

De Polono patiente ædemata in pede, vrinæ ſtillicidium, & morbum Gallicum. Anno 1544. Maij 8. In ædibus Montani dicta in colloquio.

CLARISS. Doctores, Illuſtriſs. Domi-
nus cõuocauit nos propter quoſdam
ſuos morbos, qui diſtinguuntur ab a-
ctionib. læſis. Tunc enim eſt morbus,
cum eſt actio læſa, & ſi plures operationes læſæ
ſunt, plures ſunt morbi. Videndum igitur, quæ-
nam ſint actiones læſæ, & quotuplices, & tunc in-

ueniemus morbos, quibus repertis inquiremus A cauſas: poſtea accedemus ad curationem. Operationes læſæ in hoc Domino duæ ſunt in genere quidem: animales & naturales. Naturales verò læduntur multipliciter: primùm virtus nutritiua particularis in certis membris, vt in pede dextro & ſiniſtro apparent œdemata, quæ indicant inoctiones, quia nutriuntur illæ partes ex ſanguine corrupto, imò non ex ſanguine, quia hepar non ſanguificat rectè, vt apparet in ambitu totius corporis. Ac ita apparet virtus nutritiua in pede læſa. B Excrementa etiam indicant operationes læſas, à quibus virtutem naturalem nutritiuam diiudicamus. Vrinæ plurimum recedunt à naturali condi tione: cum enim membra ſint naturaliter calida, tamen ita ſunt decoloratæ, atque albæ, ſicut lac. Atque hoc indicat magnam incoctionem in mem bris naturalibus. Præterea ex magna alui conſtipatione hoc cognoſcemus. Nam ſecundo Progno ſtico, vbi excrementa citius vel tardius egeruntur, expreſſè ſignificatur diminutio caloris in mē- C bris naturalibus, & coctionis priuatio. Eſt verò vrinæ emiſsio partim naturalis, partim voluntaria, quæ fit per muſculos veſicæ, cum modò emittatur vrina cum ardore, & fit ſtillicidium circa illam excretionem. Videmus actionem naturalem impeditam, excretiuam ſcilicet: quæ dupliciter læſa eſt. Primò diminuta, quia nō excernit, quantùm & quantum oportet. Secundò corrupta, quia egerit cum dolore, & habet ardorem in emiſsione, & non quantum oportet exit, ſed ſtillatim. Actio- D nes verò animales dupliciter ſunt læſæ, ſenſitiua & motiua. Senſitiua læſa eſt, quia in ſenſu tactus, in digito pedis dextri percipit dolorem, in humeris, item & brachiis, læditur etiam circa motum: nam vrina emittitur non niſi cum maxima difficultate, quia muſculi non ita mouentur, ſicut oportet, poſtea non poteſt ambulare liberè, non po teſt erigi. Omitto iam dolorem renum, quia huiuſmodi actiones læſæ ſunt ab iiſdem cauſis. Et hę ſunt operationes læſæ, quæ proueniunt ab aliquo E morbo, qui inquirendus. Incipiamus ab œdemate quod eſt in pede. Morbus eſt in triplici differen tia, vel eſt à mala intemperie, vel in compoſitione, vel in ſolutione continui. Hoc œdema prouenit à mala intemperie, quæ eſt per affluxum materiæ frigidæ & humidæ, pituitoſæ ſcilicet facientis affectum, qui eſt tumor præter naturam, qui quandoque eſt morbus in compoſitione, ſcilicet cùm impedit membrum organicè, quandoque eſt in temperatura morbus, quando non impedit mem F brū ſimpliciter. Hîc eſt in tēperatura tantū, quia nō impedit membrū à proprio motu, ſed eſt temperatura frigida & humida. An modò talis intemperies ſit ibi per conſenſum, aut per eſſentiam, ſcilicet, ſi in ipſis tibiis ſit quædam intemperies, vt ibi etiam non poſſet confici bonus ſanguis: an verò ſanguis malus aut talis materia profluat ab alio membro, an verò ſit ab vtroq;? Audiuimus, quòd illuſtris D. non habuit ſemper illud œdema, quia vbi non laborat, tunc non habet, vbi autem labo- G rat aut equitat, ſtatim creſcit: vnde certū eſt, quòd aliunde mandetur, & omnino dictū eſt, quòd mādetur ab hepate, quod habet diminutā operationem in ſanguificatione, & mādat talem materiam ac facit pedem intumeſcere. Bene crediderim, quòd, cùm perſeuerauerit hic fluxus, & aſſuefactū ſit membrum nutriri tali ſanguine, & à materia frigida membrum ſeipſo frigidius redditum, facilè tandem in eam temperaturam incidiſſe. Ad alias actiones læſas accedo. Vrinæ albæ & decoloratæ, cū plurima materia pituitoſa, & ſimili puri, tamen non percepi odorem aliquem, vnde pituitam magis puto: quia vbi virtus ſanguificans fruſtratur à ſuo fine, multiplicat pituitā, & deuenit ad venas, ac vias vrinales, quæ latæ ſunt, facilè tingitur vrina, per admiſtionē pituitæ. Albedo enim vrinę duplex eſt, quædam priuatiua, quæ ob frigiditatem contingit, quædam poſitiua, quādo miſta eſt cum humore, aut re alba. Conſtipata aluus fit ob eandem cauſam, quia enim pituitæ plurimū generatur, & in inteſtinis viſcida & craſſa nunc abundat, retinet fæces, quia miſcetur & facit, ſicut ſi aliquis componeret parietem ex luto viſcoſo, & duro. Alia etiam cauſa eſt, quia pituita plurima in inteſtinis exiſtēns obtundit bilem, quæ neceſſariò debebat excitare inteſtina ad excretionem, ea fit ꝑpter frigiditatē & humiditatem in hepate non naturalem (qua nūc laborat) ſed acquiſitā per morbum. Ad ſtillicidium accedit dolor circa pectinē, quia illuc eſt affluxus materiæ pituitoſę & craſſę. Cùm enim eſt in veſica vrina, quæ acris eſt, & ſtimulat naturaliter membranas, & muſculum, vt egrediatur, ſimul premit pituita illa craſſa, & excitat dolorem: cùm autem mingit, liberatur à dolore, quia remota eſt cauſa. Stillicidium autem fit à multis cauſis, vel quia inſtrumentū debile, vel quòd vrina craſſa. Et hanc cauſam eſſe hîc credo ex parte vrinæ & inſtrumenti: ob admiſtionem pituitæ, vrina craſsior non poteſt ita egredi. Inſtrumentum autem, quia dū materia craſsior tendit ad exitum, obſtruitur collum veſicæ, & non poteſt extrudi, ita non libenter exit, & fit ſtillicidium. Obſtrui vero hoc poteſt vel à grumis, vel à calculo, vel à pituita. Hîc eſt pituita: pondus autem percipitur, quia non excernitur materia quantum oportet. Iſtæ ſunt actiones naturales læſę, & morbi earū, videlicet intemperies frigida & humida, quæ nō eſt eſſentialiter in aliquo illorum membrorū, niſi in hepate, vnde ad membra illa mandatur. Actio item animalis læſa, & primò, quod ad ſenſum tactus. Dolor & tumores in pede & brachiis fiunt ob defluxum materiæ deuenientis ad eas partes: & voluntaria ac ſenſitiua læduntur ab eadem cauſa, à fluxu videlicet ſeu materia, quæ eſt tanquam efficiens lædens membrum, & afferēs triſtem ſenſationem, & dolorem, quia eſt alteratio ſubita, & præcipuè, quando mouetur & laborat, quia materia retenta in neruo comprimit eum, & exicitat dolorem. Eadem materia eſt impedimento in motu, nam imbibitur in neruis & muſculis, ideo non liberè mouetur: ſenſitiua etiam actio læſa, in pene & collo veſicæ, ardor eſt vrinæ. Cauſæ huius duæ ſunt, vt dixi ex parte vrinæ & inſtrumēti. Ex vrina, cauſam declarat Galenus tertio de cauſis ſymptomatum. De excretione. Ardor vrinæ fit à duabus cauſis, vel ratione vię, vel humiditatis exiſtentis in pene & collo veſicæ, quæ hæret in adenibus,

nibus, & eſt materia viſcida, quæ ſemper præuenit emiſsionem ſeminis. Ea humiditas, cùm eſt exiccata, vrina acris facilè lædit penem, & partes illas ſenſitiuas, quando non ſunt munitæ, amiſſa propria humiditate. Hic illuſtris Dominus incubuit plurimum Veneri, ergo potuit exiccari in iſtis partib⁹, ſicut in ſenibus contingit, qui ab omni ferè humiditate tali exiccati ſunt. Quia igitur exiccata talis humiditas, ardorem percipit ab vrina, quæ ob admiſtionem bilis acris eſt. Apparet autē huiuſmodi ardor non ſemper, ſed ſecundum quod vrina eſt acris, vel ratione cibi, vel propter admiſtionem humoris aduſti, vel bilioſi, vel ſalſi, & ſecundùm priuationem humiditatis illic exiſtentis. Sic habetis cauſas omniū ſymptomatum, vel eſt intemperies per affluxum, vel morbus ex priuatione humiditatis in illis adenibus. Morbus ille à quibus cauſis prouenit? Morbus nullam facit indicationē, quia ex eo tantùm ſcitis, quòd debeat remoueri. A natura igitur morbi ſumēda indicatio. Diximus morbum eſſe per affluxum, vnde & quas habeat cauſas. Porrò cauſæ alterantes, & præparantes quædam ſunt extrinſecæ, quędam intrinſecę. Extrinſecę cauſæ omnes conuenerunt in hoc nobili viro. Aer ita frigidus, tempore hyemis, vt claui erumpant tanta vehementia, ſicut Poloni narrant, vt interficiant homines, eſt enim Polonus. Acceſsit inunctio maledicti argenti viui, & fuit cauſa potiſsima. Auicenna etiam diſtinctius loquitur de eo, & dicit illud frigiditate & humiditate inducere paralyſin, & facere ſtuporem, apoplexiam, & epilepſiam. Cibus & potus eius fuit inordinatiſsimus, Veneris plurimus vſus, exercitium inordinatiſsimum, ſtatim à prandio, quandoque manet in longiſsimo ocio, modò ſubitò laborat, eſſent mihi tres dies neceſſarij ad enumeranda omnia: præterea in animi affectibus plurimùm deliquit, adminiſtrat enim ferè omnia negocia regia. Intrinſecæ cauſæ ſunt habitus corporis, antè habuit talem temperaturam, vt facilè poſsit incurrere talem diſpoſitionem. Temperaturam naturalem hepatis calidam & humidam indicat amplitudo venarum, pili ſubflaui, mollities carnis, plurimum generat ſanguinis. Cordis temperatura calida, & mediocriter ſicca, quia eſt bonorum morum, non iracundus, benignus, mitis animi & humaniſsimi. Temperatura autem totius corporis facillimè talis effici debebat. Cerebrum in principio generationis, & teſticuli fuerunt huius temperaturæ. Quòd ventriculus bene cōcoxerit, indicatur ex bona corporis proportione, ac diſpoſitione. Dum autem aliquis nutritur lautiſsimè, & plurimo cibo, & nō exercetur, membra non appetunt, ſed reſpuunt tale nutrimētum, & ita repletur corpus humoribus, à quibus ſuffocatur tandem calor naturalis, & innatus. Hic itaque vir abundat pituita, per totum corpus, & humoribus frigidis & humidis, quæ multiplicatio materiæ frigidæ & humidæ & crudæ duabus de cauſis accidit. Primò ratione debilitati caloris. Secundò ratione obiecti, quòd quantitas tanta & tales qualitates nutrimenti offerantur, vt non poſſit concoqui. His ita ſe habentibus apparet primò quæ ſint actiones læſæ, & qui morbi, & quæ cauſæ iſtorum morborum. Ex quibus elucefcūt duo, quid ſcilicet dicendum ſit de prognoſtico, & ſecundò quomodo curandus.

Prognoſticum. Dico ſi nos attendimus ad cauſas intrinſecas alterantes, reuera non eſt dubium quin poſsit curari. Generat enim adhuc multùm de bono ſanguine, quia rubicundus eſt, etiamſi intemperies hepatis ad frigiditatem acceſsit: facilè itaque poterit curari. Quātùm ad extrinſecas, ab aere, cibo, & potu, Venere neceſſe eſt vt temperet, & propterea fortaſſe non poterit curari, cùm tales cauſæ, cùm ſanus eſſet, ac iuuenis, tantum potuerunt, vt illum ægrotum reddiderint. Quomodo igitur illis perſeuerantibus poterit reſtitui?

Cura. Duo ſunt aduertēda: Primò intemperies frigida & humida in ventriculo & hepate. Secundò, qualitas innominata, quæ aduerſatur naturali intemperiei hepatis, quæ non nota eſt, & videtur eſſe affectus Gallicus. Ad temperiem remouendam inſtrumenta erunt calida & ſicca: ſed antequam hoc faciamus, excrementa prius expellantur, deinde roboretur corpus. Repletum autem eſt corpus peſsimis humoribus: Euacuandum igitur fortioribus: exhiberem ſyrupum de liquiritia, confectionem hamech, cocchias. Exhibuimus minoratiuum, ſumpſit vnū ſyrupum, cras mittetur ſanguis è vena baſilica ad ℥ 12. pro ſanguinis natura. Et velim etiam iterari euacuationes, ſed fortiores. De cauteriis & localibus tunc loquemur, vbi alia erunt facta. Victus ratio non erit, vt ipſi ſoliti ſunt, ſed eſt immutanda, ſiquidem volet aliquid fructus ex medicinis percipere.

CONSILIVM CCCXLIX.

De pedum affectione in morbo Gallico, cum pruritu maximo, corpore contabeſcente, in colloquio cum Frachanziano & Friſimelica, Anno 1548. Martij 21.

MVLTA ſunt ſymptomata in hoc nobiliſsimo viro, tria tamen ſunt præcipua, quæ veniunt conſideranda, & de his etiam maximè conqueritur: ideo de his dicam, reliquis prętermiſsis, & ea etiam in ſua ſigna & cauſas referam. Prima diſpoſitio præter naturam ſunt dolores podagrici, & tumores circa partes extremas pedum & manuum. Secunda, conſumptio totius corporis. Tertia, pruritus vehemētiſsimus, & maximè circa extremas partes, & pudenda. Et quia nullus morbus nec cognoſci nec curari rectè poteſt, niſi ex cognitione ſuarum cauſarum, ideo ſingularum naturam & cauſas videbimus. Primò dolor & tumores neceſſariò proueniunt ab aliquo defluxu materiæ, & ſic habent omnino cauſam aliquam materialem: & in hoc ſemper quatuor concurrunt. Primum, locus qui patitur. Vbi conſiderandum, an patiatur per ſe an per conſenſum. Secundum, materia quæ defluit. Tertium, vnde deueniat. Quartum, per quas vias. In dolore podagrico ſi hęc quatuor rectè conſiderentur, medicus poterit & rectè prognoſticari, & rectè etiam curare. Primò quo ad locum, an hic

defluxus & dolor ſit ratione loci affecti? Dico quòd locus ipſe principaliter afficitur: ſunt enim ibi omnia præter naturam: nam corrupta eſt figura membrorum & forma, & deſtructa eſt quantitas. Adeſt enim tumor inſignis: item eſt ſolutio continui in illis partibus, & iſta omnia procedũt à mala temperatura, cùm ſint tot malæ diſpoſitiones. Ergo hæc loca cùm ſint extra naturalem ſuam diſpoſitionem, ſunt affecta, & ſic nec attractio, nec cõcoctio, nec vlla virtutum naturalium fortis eſt. Item eſt impedimentum in virtute motiua, & ſic ſecundum omnem modum, compoſitionem & temperaturam, patiuntur illa membra. Et video, quòd quamuis ad illa loca nihil affluat aut demandetur, tamen non eſſe ſana, ſed corrumpi etiam nutrimentum influens optimum. Secundò, perpetuò influit materia, vnde dolor ſemper renouatur per quindecim dies, ex acceſſu ſcilicet nouæ materiæ: & hæc materia inquirenda eſt. Et plerunque quælibet materia podagræ eſt duplex, pituitoſa & bilioſa, cum aliqua parte ſanguinis. Vnde videmus podagricos primò rubeſcere, de inde autem tophos illos & materiam fieri albam. Ergo ſupponatur nunc talis materia, & infrà etiã probabo. Et intelligo bilem tum eam quæ eſt ex permiſtione pituitæ, & etiam vitellinam quæ ex aduſtione. Tertiò, vnde deueniat iſta materia quę influit. Ex habitu corporis & propria eius tẽperatura, & etiam ratione viuendi. Hoc inde colligi poteſt. Primò eſt calidi & ſicci hepatis, & talis natura duo ſolet maximè pati: primò, quòd in ventriculo generantur plurima excrementa pituitoſa: cùm enim habeat graciles muſculos abdominis, inde priuatur inſtrumento calefaciente ventriculum, & ſic plurimæ pituitoſæ ſuperfluitates generantur propter imbecillitatem ventriculi, & coctio ventriculi fit elixatione, id eſt, humido calore, non ſicco & præternaturali. Et conqueritur ipſe quòd habeat tarditatem concoctionis, & cùm ſit concoctio diminuta, erit ex frigiditate. Quò ad hepar, eſt calidum, & hoc clarum ex pruritu & habitu corporis, & vſus eſt multis exercitiis, & vinis potentibus, & poſtea vixit in ocio, vnde aggregati multi humores, qui non potuerunt diſſolui ſuo conſueto exercitio: præterea medici malè eum curarunt, mittendo illum in tempore calidiſsimo ad thermas. Et licet bibat aquas de Villa, quę ſunt frigidæ, tamen Galenus dicit quòd omnes thermæ exiccant, licet ſint frigidæ. Item totum cerebrum eſt deductum ad dyſcraſian ex illo ſtillicidio, vt Galenus libro ſexto de Tuenda valetudine deſcribit incommoda illa quæ ſequuntur ex intempeſtiuo vſu illorum, quæ videmus etiam hîc, vt Galen. in eo loco deſcripſit, ſcilicet maximam deſtillationem & fluxum diarrhicum. Hæc deſtillatio per neruos defluens, facit dolores. Hepar generat bilioſos humores, ventriculus frigidior pituitam, & cerebrũ etiam catarrhum facit, cuius calor conſumptus eſt ex illis embrochis: & licet habuerit naturalem temperiem cerebri calidam, vt apparet ex facie mercuriali & cæteris, tamen ex conſumptione huius caloris naturalis eſt factum frigidum, & facta quædam diſpoſitio ſenilis, vt rectè dixit Excellentiſsim⁹ Dominus. Quartò, per quas vias deuenit iſte fluxus? Dico quòd habet omnes vias, & venas & arterias latas, quia cor eſt calidum, eſt enim animoſus. Et eſt adhuc ſignum manifeſtiſsimum, quia ſcilicet excernit plurimum de vrina, etiamſi modicè bibat, adeò vt mirum ſit, & vix viderim in aliquo tantũ vrinæ. Et hoc fit propter duo. Primò, propter latitudinẽ viarum, & aliam cauſam quam mox dicam. Ergo cùm concurrunt hęc quatuor, neceſſarium eſt talem materiam defluere ad locum. Quò ad tabem & conſumptionem corporis, vnde ſit. Ego dicam opinionem meam. Quia cùm ſit conſumptio maxima, & non tantùm humidum nutrimentale, ſed etiam ſubſtantificum conſumatur, neceſſe eſt quòd vel aliquid ſit in membro, vt eſt vel caliditas inſignis, vel frigiditas & ſiccitas, & cætera, & ſic poteſt accidere corruptio: licet nutrimentũ adueniens ſit bonum, quia membra ſunt imbecilla, vt non attrahant nutrimentum, & ſic ſit atrophia. Vel iſta conſumptio potius eſt propter malum nutrimentum & corruptum, demiſſum ad membra. Dico quòd in hoc corpore & ægritudine, cauſa illius conſumptionis ſunt deprauati humores, quia in hepate ſunt calidiores, in ventriculo ſalſi: & cauſæ fuerunt plurimæ. Primò caliditas hepatis: ſecũdò morbus Gallicus, in quo quæcunque ſit intemperies, ſemper humores ſunt aduſti. Et ſignum eſt, quia præter maciem & dolorem, habet etiam deprauatiſsimum colorem, & talis eſt color, qualis humor, quarto de Tuenda valetudine. Ergo cùm vir ille patiatur morbum Gallicum, & adſit caliditas hepatis, vnde deprauati humores generantur, & generati etiam ſunt iamdiu, hæc etiam cauſa eſt pruritus. Sed etiam credo quòd illa membra calida & ſicca, ſint reddita calidiora & ſicciora ſeipſis, & quòd poſtea ſint facta frigida & ſicca, vt Galenus, tum ex progreſſu ætatis, tum ex illis exercitiis, Venere, thermis & cætera. Et ſic quia extrema membra etiam ſunt affecta, ideo duo concurrunt: primum, deprauatum alimentum: ſecundum, membra quæ non recipiunt ſuum alimentum. Et quòd maximè alimentum corruptum ſit in cauſa huius exiccationis, habeo ſignum hoc: quia illa membra quę ſunt prope ventriculum & ventrem inferiorem, non ſunt ita exiccata, quia illa exaturantur ex meliore parte alimenti, & ideo illa membra naturalia non ſunt ita affecta, vt membra remotiora. Et hinc ſequitur, quòd non ſit illa tabes ex corde. Hoc probo ex tribus: primò, quia pulſus nõ eſt ita durus: ſecundò, membra circa ventrem inferiorem non ſunt ita affecta: tertiò in arteriis non eſt magna imbecillitas. Et cùm Galenus dicat ſecundo de cauſis pulſuum, quòd in tabe cordis neceſſarrò cadit virtus: ideo non credo quòd ſit hæc tabes ex corde exiccato, ſed propter duas cauſas iam dictas. Quò ad tertium, pruritus habet facilem cauſam, & agnitionem cauſæ. Nam ſtantibus maxima deprauatione humorum, & hepate calido, & cerebro & ventriculo tali, vt generet plurimum pituitæ, quid mirum? Nam pituita ſi aduratur, ſit ſalſa, & poteſt etiam ex putredine fieri iſta pituita ſalſa. Duæ hę enim ſunt cauſæ ſalſedinis pituitæ. Ergo cùm hîc ſit caliditas ignea, & pituita facile putreſcat,

treſcat, ſit ſcabies: & ſecundùm maiorem & minorem aduſtionem, fiunt iſtæ affectiones cutis. Et hinc etiam ſenes facilius patiuntur pruritum, & immedicabilem, quia in ſenibus ſunt plurimi humores ſalſi & aduſti. Habemus igitur cauſas horum trium ſymptomatum. His ita ſe habentibus vnum dicam circa Prognoſticum. Quò ad podagram confirmatam non video curationem. Quantùm ad humorem affluentum, ſi poſſemus corrigere membra mandantia, poſſemus etiam prohibere affluxum horum humorum. Quò ad euacuationem idem dicendum, quia pendet ab eadem cauſa: & ſi poſſemus emendare illa tria membra, fortaſſe iuuare poſſemus. Quò ad euacuationem, vtrum debeamus procedere cum balneis? Et non immeritò facta eſt difficultas & dubitatio inter excellentiſsimos Doctores. Quia ſi poſſemus nutrire corpus, & augere humidum in hoc corpore, ego crederem quòd reliqua faciliora etiam eſſent. Quæ via ergo melior? Propoſitus eſt & vſus lactis & apertio meatuum, &c. Sed quoniam iſta humectatio fieri non poteſt, niſi fiat attractio nutrimenti ad membra, & oportet vt penetret, & vt calor membri, qui eſt elixans, augeatur, ideo debet augeri calor membrorum, & corroborari, ne tamen fiant membra ita laxa, vt non poſsint humiditatem concoquere & dilatare. Et ideo Galenus optimè voluit fieri balneum, licet balneum difflare faciat. Ideo etiam voluit quòd ſubitò poſt balneum debemus vel irrorare corpus aqua frigida, vel inungere oleo quodam conſtipante, vt alimẽtum retineatur. Et ſic ego nõ video quomodo iſta balnea poſsint impedire operationes noſtras: primò quia corroborant membra, & attrahunt alimentum, & colliquant excrementa, & ſic fortaſſe etiam iuuabũt podagricos dolores, quia illa membra non nutriuntur, ſed habent excrementa plurima cruda. Et non ſemper iſta balnea faciunt defluere humores, ſi nõ ſint humores multi: & quãuis aliquid defluat, potius erit ad bonum. Et ſicut Galenus de oxymellite dicit, idem etiam de hoc auxilio dicere poſſumus, nullum præſidium tam bonum eſſe, quin habeat aliquod nocumentum. Nolite ergo ita abhorrere ab his balneis. Et ſic poſt balneum applicarem oleum roſaceum ſimplex, quod confortat, & prohibet ne corpus reſoluatur laxatum per balneum. Sunt etiam aperiendi meatus intrinſeci, non extrinſeci. De lacte mihi ſummoperè placeret poſt euacuationem, ſed non mulieris, licet hoc ſit conuenientiſsimum ad alendũ, propter ſalacitatẽ, quia eſt ſalaciſsimum. Syrupum darem ex ſero caprino, & imponerem oxymel, & mel roſatum pro corroborando ventriculo. Raſis dat quinq; heminas oxymellis. Caſſiam laudarem cum ſyrupo roſato. Dari poſſet lignum, & aqua ligni: ſed lignum nõ ſit exiccatum. Primò euacuetur, poſtea detur lac, & corroboretur calor innatus.

CONSILIVM CCCL.

De vlceribus cacoethis Gallicis in vtroque crure cum tumore ſplenis, pro iuuene Vicentino.

CREDO tumorem non in ipſis muſculis eſſe, ſed in liene, qui grauis factus deſcẽdit, & demittit materiam ad crura: inde peſsima vlcera corroſiua, liuida, habentia labia dura. Hę enim ſunt conditiones vlceris maligni.

Prognoſticum. Credo quòd curabitur, ſi rectè procedatur, & ipſe obtemperet.

Curatio autem indicia à natura morbi & cauſarum eius habet. Morbi hîc ſunt in complexione & cõpoſitione, quia tumores & vlcera: ſed à complexione incipiendum, illa non ſimplex, ſed cum materia, ideóque materia euacuanda. Verùm quia vniuerſalia particularib. præcedere debent: ideo primùm fiant vniuerſales, poſtea particulares euacuationes. Cùm verò melancholicus humor multiplicatus ſit in venis, debet euacuari per miſsionem ſanguinis. Quare ab ea incipiendum, facta prius minoratione materierum contentarum in viis ductuum, ſicut dicunt illi. Darem igitur bolum ex caſsia & hiera, poſtea mitterem ſanguinem ex baſilica ſiniſtri lateris, vt fieret diuerſio per rectum, & ſingulis vicibus extraherẽ ℥.iiij. & iterarem vſque ad tres vices, ita vt extraherem libram vnam. Deinde acciperet ſyrupum mundificantem ſanguinem.

R. Aquæ lactis ℔.j.
Folliculorum ſenæ,
Polypodij ana ʒ.iij.
Liquiritiæ raſæ ℥.j.

Infundantur in prædicta aqua per totam noctem. Deinde facta diligenti expreſsione & colatura.

R. Syrupi de fumo terræ,
De cichorea Nicoli ſine rhabararo ana ʒ.j.

Bibat totum vno mane ſi poteſt actu calidum: ſi non poteſt, diuidat in duas partes, & hoc pro vna, ſic pro aliis. Humor melancholicus primò eſt humectandus, poſtea incidendus. Non antè, vt bene dubitat Auicenna. Poſtea euacuarem cum euacuatione ex hamech, cum ſyrupo roſato ſolutiuo. Quibus factis,

R. Confectionis hamech ʒ.iij.
Syrupi roſ. ſol. ℥.iiij.
Cum aqua fumiterræ fiat potus.

Quibus factis accederem ad ſyrupum noſtrum magiſtralem de helleboro, quo exquiſitè euacuatur humor melancholicus, vt ſit mirum aſpicietĩ, quàm nigram materiam educat, ſine omni moleſtia. Dum illi ſyrupi exhibentur, interim velim facere emplaſtrũ circa regionẽ ſplenis, ex bdellio & ammoniaco ana ℥.j. diſſolutis in aceto ſquillitico quantũ ſatis, & adhiberẽ poſtea hoc linimentum:

R. Hyſſopi humidæ,
Ladani pinguis ana ℥.ß.
Agarici electi,
Corticum,
Radicis capparorum ana ʒ.ij.
Olei amygdalarum amararum,
Butyri recentis,
Axungiæ porcinæ ſine ſale ana ℥.j.

Cum modico ceræ, fiat linimentum pro ſplene, cui præmittatur ſemper talis fomentatio:

R. Foliorum chamomillæ,

Liliorum alborum,
Anethi,
Fœnugræci,
Sem.lini ana m.j.
Roſarum rub.m.iij

Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionē medietatis.Poſtea applicarem linimentum,vt facilius penetraret. Deinde accederem ad decoctum ligni, in quo decoquatur ceterach vel cichorinū. Et exhibeatur poſtea pro ſyrupo ſecundum ritum conſuetum. Vlcerum curam relinquo chirurgo:nam vbi cauſa fuerit remota,facilè curabuntur.

Conſilium in morbum Gallicum cum hepatis aliquali duritie,atque humores mucoſi per inteſtina depoſitione, vnà cum rhagadijs & vlceribus. Anno 1550.

ILLVSTRIS Comes Galeottus Picus Mirandulæ & Concordiæ dominus, annorum 44. variis laborat morbis, ſymptomatibusq́ue, quorum vnus eſt morbus Gallicus, qui anno 1541. cùm ſcortum quoddā pertractaret, infectus fuit. Qui quidem morbus tunc per varia ſigna apparuit,cùm ſibi in pene vlcera ſatis maligna contingerent. Puſtulæ quoque poſt aliquot dies ſiccæ admodum in capite,vnà cū multis aliis ſignis pathognomonicis, quæ tantæ malignitatis & ſæuitiæ fuerunt, vt abſq; pilorum defluuio, omnium vnguium caſu,tam manuum,quàm pedum curari non poſſet, à quibus tamen non ſine pauco labore,& per purgantia medicamenta,& p̄ Guaiaci ligni decoctum liberatus fuit. Sed cùm talia à Medicis pertractarentur, amantiſsima & illuſtris eius vxor ob amorem erga maritum ſuum, hæc minimè timens, vnà iacebat cum illo, ſecumque, honeſtè tamen verſabatur: atque ita pariter tali labe infecta eſt. Cùm verò illuſtris ille Dominus ignoraret vxorem ſuam iam morboſam eſſe,quoniam nulla ſigna in ea apparebant, ſecum vt verus maritus iacebat, atque ita denuò illi morbus ſubortus eſt: quod illi facilè euenit, cùm iam eo pacto antea fuiſſet affectus. Ipſa verò ſanata,ambobus res ſatis moleſta contigit: quoniam vno ſanato,ipſis tamen neſcientibus, alter alterum tali morbo inficiebat. Sed illuſtri Domino ſemper aliqua ſtigmata in manibus pedibusque relinquebantur. Anno verò 1547. cùm Venetiis ſpaciatus eſſet, ſubortus eſt illi dolor intenſiſsimus in ano,abſque tamē in extrema parte tumore:quem Medicis,quamuis ſolliciti eſſent,nunquā per medicamenta modò anodina vtroq; genere, modò per diſcutientia, ſedare licuit. Vna tandem die, præter omnium Medicorum opinionem,naturę beneficio ruptus eſt locus, & ilicò dolores ſedati fuerunt.Sed in eruptione materia exiuit nō pauca, pituitoſa vnà cum ſanguine aliquo. Quapropter aliqui præſtantiſsimi Medici iudicauerunt abſceſſum fuiſſe à natura ruptum intra anum, quem nonnulli alij hęmorrhoidas cæcas eruptas fuiſſe exiſtimarūt. Sed quomodocunq; ſit,ſemper poſt illud ab eo loco promanauerunt ichores, & ibi affuerunt vlcera rhagadioſa profunda,cum

A notabili exulceratione intra principium ani,quæ ſingulis diebus adaugeri videbātur,vnà cum duritie aliqua intra ani foramen, à quibus quandoque ichores tantæ caliditatis deſcendunt, vt vix pati poſsit. Decem verò menſibus præteritis incidit in febrem putridam vnà cum morbo arquato, in quo ſe peſsimè habuit. Sequenti verò anno abſque noua alia infectione, vt referunt, incidit in barbæ pilorum caſum, cum maxima totius corporis demacratione & decoloratione, fa-
B cie tendente ad fuſcum, vnà cum quadam cutis aſperitate in variis partibus, cum maculis quæ aſsimilantur eſcharæ Arabum,quas Græci vocāt ἐξανθήματα: tamen cum maiori depreſsione, apparentes magis quibuſdam temporibus. Similiter ſemper ferè cum inteſtinorum excrementa deiiciuntur, in egeſtionibus quantitas aliqua,modò notabilis, modò pauca humoris pituitoſi à natura expellitur, quæ pinguedini, aut albumini oui aſsimilatur, quā recentiores vocant mucorē: qui
C cùm deſcendit, quandoque tantæ mordacitatis eſt, vt ægrum non parum cruciet, & aliquando vnà cū aliquibus ſanguinis grumis. Et fæces deſcendentes ſemper duræ admodum ſunt, vt ſæpius digitis propriis eas cogatur rumpere:quas ſi liberè non deponit, aut cum difficultate, à febris quibuſdam acceſsionibus corripitur. Ita etiam in hypochondrio dextro videtur aliqua durities eſſe. In inguinibus quoque tumores aliqui duri apparent. Vnde ſi illi aliquod remedium catarcti-
D cum ſeu leniens medicamētum propinetur, pro duobus diebus febre corripietur. De quibus illuſtris iſte Dominus cauſam & eorum curationem quærit. Vt igitur morbis iſtis ac ſymptomatibus facilius ſuccurrere poſsimus, cùm tria ſint inter cætera genera rerum pręter naturam, ea conſiderabimus,vt inquit Galenus de Conſtitutione artis medicæ. Primum genus erunt affectus, qui lædunt naturales functiones: ſecundum, horū cauſæ: tertium, ſymptomata. Verùm antequam ad
E hæc tranſeamus, de temperatura huius corporis aliquid dicendum nobis eſſe videtur, cùm dicat Galenus 1. Methodi, morbos non poſſe commodè curari, niſi corporis vniuerſi natura ſeu temperatura cognoſcatur: rationem reddens, quoniam opportunè medicamēta admoueri non poſſunt. Sed cùm maxima ſit difficultas propriam corporis temperaturam exactè dignoſcere, vt dixit Galenus 1. de Temperam. cauſam oſtendens, oportet enim per multas corporis partes diſcurrere: tamē
F per vniuerſalia diſcurrendo, poterimus ad propriam laborantis temperaturam proximè accedere, vt inquit Galenus 1. ad Glauconem, & Auerrhois 4. Collig. cap. 8. Auicenna prima primi, cap. 1. doctr. 3. Diſcurrendo igitur ſuper cordis hepatiſque temperatura, à quibus reſultat totius corporis temperamentum, vt Galeno placuit, ſecundo Technes. Ab actiuis tamen qualitatibus incipiendo, dicimus illuſtriſs. Domini corporis temperamentum ad calidum & humidum potius, q̄
G ad aliū lapſum declinare: quoniam, vt docet Galenus 2. Artis paruæ, & 2. de Temper. iis qui talis ſunt temperamēti, ſatis commoda eſt reſpiratio, & audaces ſunt, ad actiones natura reperiuntur

prompti,

prompti, pectoris lati: data tamẽ totius corporis proportione æquali. Pulſus eorũ magnus & mollis, ad iram procliues, ſed facilè ſedari poſſunt, maximè cum humanitate: corpus totum ſatis molle & humidum potius reperitur, non hirſutũ. Quæ omnia in iſto illuſtri Dom. reperiuntur, atteſtantia quidem calidam & humidam cordis temperamenti naturam, quam tamen ab iſtis affectibus & ſymptomatibus hactenus mutatam non percipimus. De hepatis verò temperamẽto, quo ad actiones naturales, ad calidum & humidum potius tendere putamus, cùm venarũ latitudo appareat in toto corpore, membra ſatis muſculoſa, ſanguinis dominium cum totius corporis mollitie: ilia glabra ſunt, facilè à morbis corripiuntur, qui à putredine generantur. Quantum verò ad hepatis temperamentũ accidentale, putamus eſſe factum temperamenti calidi & ſicci, propter Gallicam paſsionem. Infectio enim Gallica ſua malignitate venenoſa, vt dicimus aliàs, omnes affectus, omnia ſymptomata, caliditatis & ſiccitatis, inducit. Videmus quidem ex iſto vlcera phagedenica generari, pilorum omnium caſum in capite, & in vniuerſo corpore, puſtulas admodum ſiccas, in pedibus manibusq; ſtigmata ſcabioſa & arida, oſsium deniq; corruptionem, ſeu ſphacelationem apparentem. Præterea tempore quo tali morbo laborauit, varia & diuerſa aſſumpſit medicamenta calida & ſicca, vt mirum non ſit, ſi iecur calidi & ſicci temperamẽti redditum fuerit. Inſuper addam capitis temperamentum: quod credimus in actiuis qualitatibus & paſsiuis eſſe calidũ & ſiccum moderatè. Eſt enim optimæ memoriæ, valet ingenij ſubtilitate, velox promptusq; in motu & ſenſu, citò eſt caluus factus: ſi capitis vertex manu palpatur, non mediocris percipitur caliditas, pauca & ferè nulla excrementa per palatum, nares & aures oculosq; egrediuntur. His omnibus conſideratis, exiſtimamus illuſtrem iſtum D. habere caput à temperamento ſuo naturali lapſum ad calidum & ſiccum, vt iam patuit. Cùm etiam Galen. dicit de Conſtit. art. med. & 3. Meth. oportere in morbis curandis non ſolùm totius corporis temperamentum noſcere, ſed etiam partis affectæ: rationem aſsignans, quoniam docet quantum refrigerandum, calefaciendum, humectãdum, & exiccandum ſit: ideo aliquid de partis exulceratę temperamento dicemus. Eſt igitur locus calidi & humidi temperamenti, quoniam anus ex tribus muſculis conſtat, quorum vnus ſphyncter vocatus in ani foramine exiſtens, qui circularis quoq; dicitur, ani foramen quoq; conſtringens. Duo ſunt alij à latere iſtius rectum inteſtinum ad ſuperiora, quando opus eſt trahentes, vt inquit Galenus 6. de Anat. adminiſt. & recentiores, qui de anatomia ſcripſerunt. Quos omnes non modica pinguedo in clunibus, & aliis in partibus ambientibus recti inteſtini principium circumdat, ita vt meritò dicatur eſſe humidi & calidi temperamenti, quod etiam affirmatur à Galeno 14. Meth. cùm oſtendit locũ illum facilè ad putredinem & corruptionem verti.

Quamuis verò corpus à proprio temperamento ſit lapſum ad calidum & ſiccum, nihilominus

A optimè adhibitis remediis reducere licebit ad priſtinam temperiem, conſiderata tamen prius affectuum natura, ſeu morborum eſſentia, vt ſuprà dictum eſt: quod affirmatur ab Auicenna 4. primi, de Febribus in vniuerſali, vbi inquit: Non eſt poſſibile febrem curare, niſi prius eius naturam noueris. Quod quidem conſequitur coniectura, vt dicit Galen. 2. Tech. cap. de Veſica, & 6. de Tuen. valetud. Conſiderãdo igitur per ſigna & ſymptomata, vt dicit eſſe faciendum Gal. 4. de Rat. vict.

B ac non longè à medio: exiſtimamus iſtius morbi eſſentiam inter alios, vt vno verbo dicam, morbũ Gallicum eſſe, à quo ceteri affectus & ſymptomata dependeant, vnà cum mala intemperie calida & ſicca venenoſa, quẽ Gallicum iam diximus per propria & pathognomonica ſigna nouem annis elapſis apparuiſſe: nunc etiã idem aſſerimus, quæ ſæpius renouantur, vnde modò in manibus, modò in pedibus, depilatio quoq; barbæ, quæ anno præterito ſuborta eſt, & ad hunc vſq; diem perſe-

C uerat, quamuis à concubitu mulieris infectę non fuerit inquinatus. Item cutis faciei & decoloratio ad fuſcum tendẽs, ac totius corporis demacratio, abſq; alia cauſa apparẽte, maculæ ſubrubræ in femoribus & brachiis, quæ in toto corpore ſemper apparuerunt cũ aliqua cutis ſubaſperitate, vt dictum eſt. Patet quoq; p crebram generationẽ nouæ exulcerationis, ſeu vt melius dicam, excoriationis, quę modò in vno narium foramine, modò in altero excitatur. In inguinibus abhinc tribus

D menſibus etiã nõnulli tumores duri geniti ſunt, tum in glandulis inguinũ, tum etiam in illis, quæ diuiſiones roborant magnæ illius venæ, ad internam corporis partẽ procurrentis, ſine tamen coloratione ac dolore, qui meritò Græcè χοιράδες, i. ſcyrrhi in glãdulis dici poſſunt. Inſuper in hepate modica durities tactu apparuit, vnà cum aliqua obſtructione, quæ p vrinæ ſubtilitatẽ apparebit, ac p alicuius pharmaci non ſolùm catarctici, ſed lenioris propinationẽ, quoniã febri ſtatim nõ par-

E ua corripiebatur: quæ omnia quáuis pro maiorẽ parte ſymptomata dici poſsint, tñ atteſtantur luẽ Gallicã. Quod verò iecur intemperiem calidam & ſiccam patiatur, à natura rei cognoſcitur, & ex affectibus ſuis. Notum eſt omnibus ex Gal. ſentẽtia, quomodo generet hepar morbos ſuæ temperaturæ ſimiles. Cùm ideo prædicti affectus à caliditate & ſiccitate generari videantur, meritò dici poteſt iecur affectũ eſſe intemperie calida & ſicca: quã quidem affirmãt vrinæ tinctæ cũ maxima

F citrinitate, maximaq; excrementorũ ſiccitas, quæ p inteſtina deiiciuntur, vt plurimũ dura ac ſubcinerea, quemadmodũ dixit de criſi: atteſtantia caliditatem & ſiccitatẽ hepatis: quæ tantæ ſunt duritiei, vt rumpere digitis ſit coactus, vt iam narratũ eſt. Aliũ quoq; patitur morbũ minimè contẽnendum, ꝓpter peiora quæ ſibi cõtingere poſsint, vt infrà declarabitur. Eſt quidẽ in ſingulis ferè egeſtionib. humoris muſcoſi diſpoſitio ſeu pituitoſi, q aſsimilatur pinguedini, quæ vel à natura ſpõte

G fiat, vel à pharmaco exhibito, vel ex œnemate iniecto pauca vel multa materia deponitur, etiam quòd feces nõ deponãtur. Talis muccoſa materia propellitur, abſq; tñ inteſtinorũ dolore ventrisq;

vel ani foramine, ſolùm quod aliquando acredi-
nem ſeu caliditatem aliquam in illius humoris
muccoſi exitu percipit. Sed vnà aliquid dignum
notatu apparet, quaſi vtplurimum talis muccus
cùm deponitur, inquinatus ſanguineis grummis
reperitur. Verùm aliquando albi coloris, ſine ſan
guinis coloratione, pariter quamuis fæces duræ
ſæpius ſine ſanguineis grummis, & eius colora-
tione egeruntur. Præter iſtos affectus alium pati
tur, qui eſt rhagadioſa ulcera in podice, ſatis nota
bilia profundaq;, cum aliquo ſint tamen paruo
intra foramina ani primum circa inteſtinum re-
ctum: quæ tam maligni fuerunt ſucci, vt portio
aliqua muſculi curculariter exciſa fuerit unà cũ
aliqua duritie circumcirca. Quapropter reliqua
illius muſculi circularis pars quodãmodo corru-
gata eſt, ut quaſi prohibeat liberum fęcum ſicca-
rum exitum. Quòd ſi contingit vt earum exitus
impediatur, febre cum rigore corripitur, per to-
tum diem perdurante, pariter interuenit febris
cum horripilatione ſeu rigore, vt rectius loquar,
cum pulſus aliquali alteratione, & calore acriore,
durans tamen vna die, vt videatur eſſe inter dia-
rias reponenda, nihilo minus tamen cum dicit
Galenus primo de Diff. febriũ, cap. 8. & primo ad
Glauc. in Ephem. eſſe calorem ſuauem: & iſtius
febris calor mordacior videatur, dicimus putri-
dã eſſe, eo magis cùm ſyſtole velocior ſolito eſſe
videatur. id enim ſignum eſt pathognomonicũ,
quòd in humoribus accenditur putredo: vt pri-
mo de Diff. febr. 9. Nec propterea hoc extra rem
erit, ſi putridã dicemus vno paroxyſmo reſolui.
Ab vlceribus illis vnà egreditur humor calidus &
ſiccus, qui quaſi in exitu cutem excoriat. Sunt igi
tur iſtorum morborum eſſentia præſertim maio-
ris momenti, Gallicus morbus cum intemperie
calida & ſicca: humoris mucoſi per aluum excre-
tio, & vlcera rhagadioſa in ano, quæ curanda ve-
niunt. Sed cùm Hippocrates dicat lib. de Flatu,
Medicum debere locum in quo ſit ægritudo co-
gnoſcere: locus enim in quo eſt affectus, facit dif-
ferentiam curandi, vt & Galen. de Conſtit. artis
medicæ, oſtendit: videndum igitur in qua parte
principaliter ſit intemperies iſta Gallica dicẽda,
cum fuerint variæ opiniones: quoniam alij cùm
viderunt arthriticos dolores, principale membrũ
lapſum eſſe cerebrum dicebant: alij cùm tantam
impreſsionem & malignitatem cognoſcerẽt, cor
eſſe putabant, de febre hectica exemplificando,
quæ ſumma difficultate remoueri ſolet: alij verò
cùm principaliter infectiones cutis decoloratio-
nes perciperẽt, epar eſſe atteſtati ſunt, quam nos
pro veritate affirmamus, & dicimus Gallicã iſtã
luem, ſeu intemperiem calidam & ſiccam, vene-
noſam, præcipuè imprimi in epate, deinde ad to-
tum corpus per venas propelli, vſq; ad membra
principalia. Verùm iſtam non adhuc impreſſam
eſſe cordi nec cerebro proferimus. Quòd verò in
epate ſedem habeat, oſtenditur inter cætera, cor-
poris decoloratione, ac alteratione à proprio tem
peramento, vnà cum puſtularum ſiue vlcerũ de-
paſcẽtium generatione: & per malam totius cor-
poris diſtributionẽ, vt iam diximus ex Galeno,
dicente ea vitio iecoris contingere. Sed cùm iſta

A mala qualitas calida & ſicca eſſe poſsit cũ materia
& ſine materia: aſſerimus iã primis diebus, cùm
illuſtriſs. Domin⁹ morbo illo corriperetur, abſq;
materia fuiſſe: ſæuiente verò morbi malignitate
cum materia redditam eſſe, quæ continuum ſol-
uebat, maculando ſuam naturalem temperiem,
& adurendo omnes in eo humores exiſtentes.
quæ poſtmodũ natura fortis conata eſt tranſmit-
tere modò ad cutẽ, modò ad pedes, modò ad pi-
lorum originem, donec totum infectum ſit cor-
B pus tali materia, qualis in epate ſuperior reperie-
batur. In quo cùm adeſſet bilis flaua ſuperabun-
dans, & propter regimen & propriam tempera-
turam calidam, vnà cum morbo calido & ſicco,
ea ſuperaſſata & acrior reddita eſt: idcirco puſtu-
læ, vlcera, depilatio, vnguium caſus, & alia genita
ſunt. Humoris verò illius muccoſi generatio, quo
in loco reperiatur & vnde veniat, cùm dicat Gal.
ſexto de Loc. aff. non mediocriter conducere ad
curationem, ſcire in qua inteſtinorum parte con-
C ſiſtat vlcus ſeu affectus: idcirco videndum eſt an
aliquod vlcus ſuper muſculum reperiatur, cùm
excrementa illa muccoſa, ſeu pituitoſa non pau-
ca reperiantur, quæ ſtatim poſt illius abſceſſus e-
ruptionem, de quo diximus, incipiunt effluere:
ex quo videtur ab aliquo vlcere vel ſinu emana-
re. Tamen videndo quæ dicuntur à Galeno 6. de
Locis aff. quando de dyſenteria ſermonem habe-
bat: dicimus nullum extare vlcus ſupra circularẽ
muſculum in recto inteſtino, quoniam in egeſtio
D nib. null⁹ omnino dolor ſentitur, nec in inteſtino
nec in vẽtre. Quapropter ſi vlcus ibi reperiretur,
dolores non pauci intereſſent, vt Galeni ſenten-
tia fuit. Præterea videtur arduum ſi vlcus adeſſet,
quòd aliquando non deciderent vel inteſtinorũ
ramenta aliqua, vt fieri ſolet in huiuſmodi vlce-
ribus, quemadmodum Gal. tertio de Cauſis ſym-
ptomatum. Inſuper tentaretur à vehementi ten-
ſione & prompta deijciendi cupiditate, ſi ibi repe
riretur vlcus. Cùm igitur nobis non videatur a-
E liud vlcus intereſſe præter rhagadas, quærendum
eſt an à rhagadijs vel à craſsis inteſtinis aut à gra
cilibus deſcendat, quamuis nos aliquando ſimi-
lem materiam muccoſam à fiſtulis ani valdè an-
tiquis ſtillare viderimus, vt à rhagadijs iſtis pro-
uenire nequaquam affirmamus: quoniã ſemper
in omni excrementorum depoſitione talis muc-
cus non deijcitur, nihilominus vlcera ſemper re-
manent, à quibus ſi deſcenderet, æquum eſſet vt
F ſemper aliqua portio exiret, vel aliquo modo por
tiuncula rhagadijs adhæreret, quod adhuc nun-
quam compertum eſt, eo magis inde prouenire
non credimus: longè enim maior eſt copia humo
ris muccoſi exeuntis, quàm ſit vlcerum ſeu rha-
gadiarum capacitas. Nec etiam à gracilibus inte-
ſtinis putamus deſcẽdere, ex verbis Galeni ſexto
de Loc. aff. cùm dicit: Si ſanguis vel abraſio valde
permixta ſit fęcibus, illud indicat à gracilibus ꝓ-
uenirẽ, quod in noſtro caſu non euenit, imò ſta-
tim in primo egeſtionis talis muccus deijcitur,
G demum fæces: verùm ſæpius ſolus abſq; fæcum
expulſione talis humor deponitur, vel propelli-
tur nimia portio ſtercoris, deinde muccus abſq;
dolore & permiſtiõe vlla, q̃ omnia ſecundũ Gale-
num

num loquentem de Dyſenteria, & Auicen.3. lib. fen.16. cap. de Inteſtinorum affectibus, atteſtantur mucum à craſsis inteſtinis deſcendere. quod magis confirmatur à Galeno, cum loquitur de tenaſmo, qui eſt inteſtinorum affectus, cũ inquit ab eo quandoq; pinguia & pituitoſa deſcendere. Sed quæ ab illo illuſtri Domino deijciuntur, ſemper eiuſdem caloris & ſubſtantiæ non reperiuntur, quoniam modò craſſa, modò mollia, modò alba, modò ſubrubea vel ſubnigra: vnde ad pituitã reducuntur. Verùm vnũ aliud venit mihi diſcutiendum, an materia hæc tota à recto tantùm inteſtino defluat, vel à colico per prædictam Galeni authoritatem de Tenaſino. Videtur quidem à recto procedere, tamen hoc non tollitur, vt etiam à colico non poſsit prouenire, præſertim cùm videam maximam copiam iſtius humoris mucoſi: credo à colo etiam emanare, quoniam non videtur mihi poſsibile, vt à recto tantùm effluat talis mucoſi humoris quantitas, & indies magis excreſcere videatur, nullo adaucto ſymptomate.

De cauſis morborum.

Notis iſtis, venit morborum iſtorũ cauſa quærenda, vt iam diximus ex Galeno de conſtitutione artis medicæ, & ex Hipp. libro de Arte, quam ni amoueamus, morbum ipſum impoſsibile erit tollere, vt clamat Gal. 7. Meth. & vbiq;. Sed cùm duplex eſſe poſsit morborum omnium cauſa, ſcilicet vna externa, altera interna, vt dixit Gal. de Natura humana: dicimus Gallici iſtius morbi cauſam procatarcticã fuiſſe à muliere infectã acquiſitam in concubitu, à qua emanauit virus, quod impreſſum fuit in pene, cùm eſſet pars laxior & mollis apta recipere iſtas qualitates venenoſas, paulatim aſcendendo per paruas venas ad maiores, donec epar contigerit, cauſando intemperiem calidam & ſiccam eo quo diximus modo, & narium vlcera, propter humorũ aduſtionẽ, qui in epate fuerunt ſuperaſſati: quos quidẽ natura potẽs ad diuerſas corporis partes ablegat, vt ſi ad pilos, pro tanta ſiccitate & malitia qua abundãt, pilorum alimentum deſtruunt, quapropter cade re coacti ſunt, & adhuc cadere non deſiſtunt: vt habemus à Galeno 14. Method. in fine, & primo de Comp. medic. ſecundum loca: quare dicit pilos cadere vel ex malo alimento, aut ex eius defectu. Ideo vel ex malo nutrimento ad eorum origi nem delato, per Gallicas reliquias hunc morbũ fouendo, qui pariter ſua ſiccitate cauſa ſunt de maciationis & decolorationis faciei, quæ ad fuſcum tendit, cùm ſua ſubtilitate aſcendat ad caput & faciem, partes illas ſuperaſſando. Nonnulla etiam portio ad cutim manuum & pedũ, quæ cum ſanguine craſſo effecerunt infectiones ſeu maculas illas ſubrubras in femoribus & brachijs, cũ aſperitate, de qua locuti ſumus, ob ſanguinẽ: vt dicit Galenus de Conſtitutione artis medicæ: quoniã, inquit, rubet caro tantũ illi cũ aſperitate, ſunt propter humorũ aduſtionẽ. Iſta autẽ in re vnũ quæri poteſt, cur in annorũ ſeptẽ ſpacio nunquam deleri potuerint. In quo duo potiſsimũ aſſignare poſſumus: vel id fuiſſe ob cutis denſitatẽ, quæ cæteris membranis denſior eſt, vt inquit Galenus in cõmentarijs de fracturis, quę nõ permit-

A tit ita facilè humores craſſos ſub ſe incluſos, per poroſitates in halitu digeri. Aut enim affluit ſemper materia, fouens illas quæ morbi Gallici reliquiæ fuerant. Rhagadiarum itẽ ani altera fuit iſtius humoris aduſti portio, quæ ad illas propulſa fuit, quemadmodum ſæpius fieri ſolet in Gallico morbo, cum tanta aduſtione & humoris melancholici admiſtiõe, veluti cõtingit per hęmorrhoidas ad talem locũ deferri, vt tales exulcerationes excitauerit vnà cũ alicuius partis exeſione, ac du-
B ritie circumcirca. Duritiei verò cauſa quænã ſit? Videmus enim duritiem fieri duabus de cauſis: vel à pituita craſſefacta, vel à melancholia. Non à pituita quidẽ craſſefacta, quoniã non eroſiſſet. Igi tur dicimus propter humoris melancholici admiſtionẽ cauſatam fuiſſe duritiem, vt Gal. de Tumorib. præter naturã, & ſexto κατὰ γένη, cùm de Phagedena loquitur. Inguinũ etiã tumores qua de cauſa geniti ſunt, cùm à iecoris ſuperfluitatib⁹ demiſsis ad glandulas prouenire poſsint tanquã
C ad cloacã, vt Auic. 4.1. vel ab aliquo vlcere exiſtente prope locum neruoſum & ſenſibilem, ſua ſenſibilitate attrahentem humores: qui cùm loca illa vacua glanduloſaq; ac debiliora inter alias corporis partes adinueniant, quemadmodum dixit Galenus de inæquali intemperie, in illis retinentur, vt idem dixit Gal. 13. Method. & Auicẽna 3.4. Crediderim igitur ego tumores iſtos potius ab vlceribus in ano exiſtentibus propter rationes di
D ctas, quàm à iecoris ſuperfluitate fieri, quoniam corpus ſæpius mundatum fuit: & hi tumores nõ verè omnes ſunt in glandulis inguinum, ſed in illis, propè illas exiſtentibus, quæ vtplurimũ propter vlcera pedum ſolent intumeſcere, & propter rhagades in ano à cauſa procatarctica. Humoris autem mucoſi cauſa nunc venit inueſtiganda, quæ videtur inter cæteras cauſas eſſe potior, cùm non parum poſsit iecoris actionem lædere. Putamus autem nos ſatis ſuperq; oſtendiſſe, mucum iſtum à ragadijs non dependere, nec ſolùm in re-
E ctum inteſtinum, ſed in colon colligi: non tamen diximus in illis partibus generari. Cùm non poteſt igitur hìc generari: nec in iecore etiam dicemus, proprium enim iecoris non eſt materiam pituitoſam ꝓcreare, ſed ſanguineam aut biliofam, vt Gale. 6. de Locis aff. & 8. de Mod. cõpoſ. ſecundũ loca, & Auicnn. 16.3. de fluxuũ genere. Relinquitur ergo vt aut à capite aut à debili cõcoctrice virtute vẽtriculi ꝓueniat. A capite quidẽ nõ poſſumus affirmare, quoniã in eo nullus affectus ad-
F huc perceptus eſt, de quo ſit dubitandũ à tali parte defluere, aut in ea generari. Neceſſarium eſt igitur vt à ventriculo ꝓueniat, cùm proprium eius officium ſit exiſtente debili virtute ſua concoctiua, materiam pituitoſam ſiue mucoſam generare, quæ tamen ad pituitæ naturam referuntur: quod facile credi poteſt, quoniã ſcimus Gallicũ morbum omnes cõcoctrices virtutes debilitare, præſertim ventriculi, ſua mala qualitate, & morbi diuturnitate, vt Galenus dixit ſæpè, morbos lon
G gos virtutem digeſtiuã vẽtriculi imbecillam reddere: quapropter non mirum, ſi tales humores mucoſi generentur, cùm ab eo præſertim videamus flatus multi generationem, & fæces tam

fœtidas, quę ſolent indicare vẽtriculi frigiditatẽ: vt Galenus octauo de Vſu partium, & Auicenna loco citato 16. fen. affirmant pariter, hæc obſtructio & durities in iecore exiſtens, quæ nulla alia de cauſa fiebat, niſi quòd ex debili cõcoctione vẽtriculi, humores pituitoſi generabãtur, cuius portio ad iecur demiſſa, ſua craſsitie obſtruebat. ſi ſuperaſſabatur, à iecoris caliditate & ſiccitate indurabantur, & duritiem cauſabant: quemadmodum Gal. ſexto de Locis affectis ait, cap. de Epatis affectione. Si illis adiungitur putredo ob epatis caliditatem, facilè accenditur febris: quæ cùm modica ſit materia, parum durat, & vna acceſsione tota reſoluitur. Quod patet, nam ſi ſæpius euacuatur à benignis pharmacis, minus febre moleſtatur, quoniam humoris crudi multitudo tollitur. Quare dictam ventriculi virtutem concoctiuam eſſe debilitatam, exiſtimamus etiam ex ligni Guaiaci decocto quater aſſumpto, quod ſolet plurimis hominibus illud aſſumentibus, niſi à medicis cuſtodiantur, euenire, ita vt quandoque incidant in lienteriam, in quam illuſtris iſte Dominus quoque incidit: tamen aliquo modo vnctionibus quibuſdam roborata fuit, ſed non vſq; ad perfectã reſtitutionem. Præterea ex cibarijs & dulcibus aſſumptis & vnctuoſis, non parũ redditus eſt imbecillis, quod experientia patuit, cùm illis interdum copioſiorem humoris mucoſi quantitatem deponebat, quod nobis atteſtatur à debilitate virtutis concoctiuæ ventriculi prouenire. Inſuper rarò contingit vt habentibus iecur calidum & ſiccum, ventriculi virtus cõcoctiua ſit valida, vt Auicenna 14.3. quod longum eſſet narrare. Vnum aliud me mouet ad id cõfirmandum: ex remedijs enim adhibitis à Medicis putãtibus humorẽ illũ mucoſum ab inteſtinis craſsis generari, quæ fuerunt ferè innumerabilia: quæ quidẽ ſi ſcribere vellem, ſuperuacaneum videretur, & tandem nunquam aliquo modo profuerũt. Quæ ſi ita vẽtriculo admota fuiſſent, vt ipſe roboraretur, nõ optimè fortè illis illud eueniſſet ni fallor, ſeruata hominum peritorũ reuerentia. Si verò quiſpiã vellet ex abſceſſu illo talẽ humorẽ generari, quoniã erupto abſceſſu ſtatim decidit mucus ille, ſuprà ſatis oſtendimus iam quibuſdã rationibus illud nõ poſſe eſſe. Præterea erupto abſceſſu non tollitur, quin eo tempore generationis illius mucoſi humoris nõ poterit eſſe principium. Aut prius incœperat, quod aſtantes, vt aiunt, non animaduerterũt. Poſſet quoq; aliquis dicere illuſtrẽ iſtum appetere, quod videtur indicare ventriculũ optimè ſe habere in omnibus. Tamen dicimus nos ex Galeni ſententia & Auicenn.16. Fen. poſſe eſſe vt vẽtriculus benè appetat, tamen nõ perfectè totũ cibũ in chylum vertat ob ſuã frigiditatẽ, ex qua fit appetitus ille, vt prædicta affirmant, quẽadmodum credimus eſſe in iſto illuſtri domino. Præter dicta hoc etiã cõfirmat, quòd nullam ſitim patiatur: quod eſt ſignũ frigidæ affectionis ventriculi, vt dicit Galenus 8. de Comp. medic. ſecundum loca. Nec quidẽ chylum inteſtina perficiunt, quoniam rectũ & colon per cõſenſum vlcerũ in ano exiſtẽtium iã debilitata ſunt. Gal. de Potẽtijs naturalibus: Ventriculũ in chylũ muta-

A re cibũ primariò, inteſtina verò ſecũdariò, ſi quid incoctũ à ventriculo delabitur, virtute tamẽ accepta à vẽtriculò, ait. Quòd ſi iã virtutes iſtas debilitatas eſſe diceremus ob optimũ ſanguinẽ profluentẽ ab vlceribus in crebris egeſtionibus, quæ aliquãdo in die naturali proueniunt, pro minore numero ad ſex vel ſeptẽ vices, quæ quidẽ nõ parũ ſolẽt vẽtriculũ & iecur refrigerare, ac debilitare, vt Gal. & Auicen. de fluxu hæmorrhoidali, & de cauſa hydropiſis. Sed cur ita ꝓfluat ſanguis iſte, B ego rhagadias ſeu vlcera in muſculo recto exiſtẽtia in cauſa eſſe crediderim, cùm deſcẽdant fæces, quæ vt plurimum duræ ac ſiccæ ſint, ſua duritie vlcera atterunt: vel humores mucoſi, qui aliquando mordaces ſunt, eum abradunt eò magis, cùm pertrãſeunt anũ anguſtiorẽ factũ ex corrugatione. Et ſæpius digitorũ impoſitione remouẽtur vlcera, vt iã dictũ fuit, à quibus facilius in continuis egeſtionibus aliquid ſanguinis, modò grumoſi, modò ad loturæ carnis ſimilitudinẽ egrediatur. C Quare ſi aliq̃s diceret à iecinore ortũ ducere, aut à venis meſeraicis: illi dicerẽ nõ id eſſe poſſe, ꝑ ea q̃ dicit Galenus ſexto de Loc. affectis, cũ nõ fæcibus ſit permixtus, nec à longinquis partibus deſcendere videatur. Cur non depoſitis facile excrementis, febre illa cum rigore corripiatur: putarẽ illum non eſſe verum rigorem, ſed potius horripilationem, vnà cum febre ephimera ex conatu & ira, quam Auicenn. quarto canone vocauit accidentalẽ, quæ fieri ſolet, quoniã ex conatu & doloris D ſpecie multi vapores acres eleuantur ad ſuperiora, qui ſua acredine cauſant illã horripilationẽ, vt patet etiã in mictu per Ariſtotelẽ, in Problemate illo, in quo quærit horripilationis cauſam, quæ fieri ſolet ex vaporibus eleuatis ab aliquo acri humore ad ſuperiora. Vltra prædicta febris ephimera excitatur propter acceſsionem caloris præter naturam in ſpiritibus, ex dolore & ira in excrementorum depoſitione.

De prognoſtico. Conſiderandum igitur eſt à no- E bis an morbi illi ſanari poſsint, an non, vt faciendum dicit Galenus, primo de Loc. aff. cap. 4. vbi prẽmittit morbi cognitionẽ, ſecundò prẽſagium. Inſuper ægri medicis facilius parent, & à calumnijs medicum multum præſeruãt, vt Galenus de Conſtit. artis medicæ, cùm ait: Prẽſagia namq; & medicum ab omni culpa reddunt immunem, & ægros ad obtemperandum faciles, & occaſionem remediorum præmonſtrant. Quantum verò ad principalem affectum qui eſt morbus Gallicus, F exiſtimamus ſanari poſſe optimè remedijs adhibitis, non tamen cum facilitate: mala enim intemperies non facile corrigi poteſt, quæ iam impreſſa eſt in membro tam nobili, videlicet epate: quæ quidem cùm calida ſit & ſicca, plurimum de humido radicali abſumpſit per annos nouem, vnà cum temperatura calida bilioſaque. Ex quibus patet quomodo non ita facile penitus morbum iſtum eradicare liceat, cùm iam quater Guaiaci ligni decoctum ſumpſerit, & nunquam in to- G tum potuerit liberari: quod fortaſsis euenit, vel quia denuò infectus fuerit, qđ facilè euenire potuit, cùm alias mulieres & Venetijs & in Gallia pertractauerit, vt relatum eſt: aut quoniam nondum

nondum per medicamenta tota illa malignitas penitus diſcuſſa fuit. Tamen quomodocunq; ſit, tolli poſſe dicimus, nempe bono regimine & aliis opportunis remediis: qua ablata, facilius morbi alij ac ſymptomata amoueri permiſſum erit. Sperarem pariter totius corporis demaciationem, & faciei decolorationem, ac narium vlcuſcula, iecorisque obſtructionem, vnà cum febribus illis erraticis tolli poſſe. De muco autem quid ſentiam? ſi continuis remediis virtus concoctiua ventriculi iam debilitata roborabitur, poſsibile erit vt tollatur: ſi non in totum, tamen maiori ex parte, cum difficultate tamen, cùm iam per triennium tali excretione laboraſſe eum perſpiciam, & varia ac diuerſa œnemata à peritis medicis applicata fuiſſe, & tamen nunquam conualeſcere potuiſſe: nihilominus non videtur nobis à remediis eſſe deſiſtendum, quoniã periculũ imminet ne vſq; eò progrediatur iſta vẽtriculi imbecillitas, rectique inteſtini ac coli, vt ad iecur perueniat, & illud quidẽ impenſè refrigeret: quo facto, periculum inſtat, ne (quod Deus auertat) in hydropẽ incidat: vt dicit Galen. ſexto de Locis affect. primo, & Auicenna 26.3. Tamẽ maior exſtat ſpes ne res tanti periculi ſit, cùm viderim ſæpius hæc fieri in patientibus morbum Gallicum, qui ſua mala, & peſsima venenoſitate ſolet iſtas mucoſitates parere, quæ non tantum affligunt, vt ſi alio ex morbo deſcenderent: ſed, vt verum fatear, non tantam adhuc quantitatem exeuntem in aliis percepi: non tamen deſiſtẽdum eſt, cùm ſpes ſit maxima in prædictis, ægrotante bonę habitudinis, præſertim cùm medico pareat. Quid modò de rhagadiarũ conſolidatione, cùm ea videam quæ dicantur ab Auicen. 17. Fen. tertij canonis de Ani vitiis, & à Paulo 3. lib. ac à Galeno de Compoſ. medicament. ſecundum loca: vbi plures difficultates oſtenduntin conſolidandis vlceribus iſtarum partium. Locus enim ille pati non poteſt medicamenta valida, & crebrò deponuntur excrementa. Inſuper alia ſubornãtur, quæ curationem magis difficilem oſtẽdunt, cùm Galenꝰ & alij autores dicant, vlcera ani cum tanta malignitate non exiſtentia, eſſe difficillima curatu, eò magis negotium dabunt hæc complicata cum lue Gallica ſatis maligna, quæ iam trienniũ ipſum affligũt. Medicamẽta prętérea retineri non poſſunt in eo loco, ꝓpter aſsiduã excremẽtorũ depoſitionem, & ob profundas rhagadias: quib. ſi applicentur remedia, cum anus cõſtringitur, ea propellũtur, & ſic abſq; remediis permanet. Si fortè aliqua vlceris portio conſolidatur, modò à fæcibus excicatur, in ſuo exitu rũpitur, modò ab humore mucoſo diſconſolidatur, quandoq; nõ eſt adeò acris, vt ardorẽ in ano & phlogoſin efficiat. Ex quib. dicimus adeò maximã difficultatẽ eſſe in ſanãdo has rhagadias ſeu vlcera. Nõ propter hoc à curatione eſt deſiſtẽdum, quoniam niſi curaretur & ſumma diligentia, multa poſſent ſibi mala euenire, præſertim ſi cum nimis acribus remediis locus iſte percuraretur: poſſet quidẽ abſceſſus aliquis calidus ſuboriri, qui ad σφακέλους facile conuerteretur propter locum ſatis putreſcibilem, vt Gal. 14. Meth. aut ad vlceris corroſiui, vel ad carcinomatis naturã tendere poſſet, eò magis cum genita ſint vlcera

A ea, ex calida & ſicca materia, veluti probatum fuit, quomodocunq; tamen, ſperarẽ medicorum ope hæc poſſe pręcaueri.

De morborum curatione.

Cognita igitur morborum & ſymptomatum eſſentia, vnà cum pręſagio, reſtat intentiones curatiuas elicere, vt admonet nos Galen. 7. Meth. 2. Sed cùm ſint res pręter naturam tres, vt dicit Gal. de conſtit. art. med. quandoquidem hæ omnia re- B mouere oportet: vidẽdum eſt à quo iſtorũ trium incipere debeamus, an ſcilicet à cauſa morbi, an à morbo ipſo, vel à ſymptomatibus. A morbo quidem eſt incipiendum: prima enim eſt indicatio, quæ nobis occurrit. 3. Meth. Primò tamen cùm morbus tolli non poſsit abſque cauſæ remotione, quemadmodũ dixit Gal. 3. eiuſdem: deinde ſymptomata non adſint vrgentia & grauia, quæ poſſint totam curationẽ ad ſe trahere, (quoniam eo tempote, vt inquit Gal. 2. Meth. incipiendum eſt à C ſymptomate) ideo incipiemus à morbi cauſa, non tamen morbum & ſymptomata negligendo, vt Gal. 2. Meth. primo dicit eſſe faciendũ. Cùm igitur morborũ iſtorum cauſa duplex fuerit, vna ſcilicet à muliere infecta, altera verò ab intemperie calida & ſicca venenoſa, cũ materia ꝙ Gallicã vocamus: de prima nihil loquimur, quoniam iam ablata eſt, cùm dicat Gal. 3. Meth. eſſe agendum de morbis à cauſa procatarctica proueuientib. De ſecunda autem dicimus, materiã eſſe euacuandã, deinde per D rationem victus tendentẽ ad frigidũ & humidum tum ratione morbi, ꝙ curari debet per contrariũ: tum ratione temperaturæ, vt iecur reſtituatur ad temperiem naturalem propriam. Non poſſumus enim intemperiem remouere, niſi prius educta ſit materia ſupflua in eo exiſtens, ideo euacuandum eſt, demum alterandum cum frigidis & humidis: non tamen cum adeò frigidis, vt ſymptomata alia adaugeantur, vt infrà patebit. Sed illuſt. iſte cum millies euacuatus fuerit, humoribus præparatis E cum ſuis ſyrupis à medicis ibi aſtantibus, & multa alia, quę ſi vellem enarrare, ſermo noſter nimis in longũ protẽderetur: deſcendam ad ea quæ magis neceſſaria videntur. Summopere quidem extollerem, cùm ex imbecillitate virtutis concoctiuę ventriculi multæ ſuperfluitates aggregẽtur in primis venis & inteſtinis, vt ſæpius percepimus, quando illi fuerunt aliqua medicamenta propinata, quòd multas & varias materias depoſuit, non ſine omnium aſtantium admiratione, quantũcunq; leuia F fuerint, vt exhiberẽtur illi medicamẽta aliqua purgantia, leuia tamen & abſq; turbit, ſcãmnneo hermodactylis & ſimilib. quoniã exiſtẽte intemperie illa calida & ſicca, in iecore magis incaleſceret. ſtãte pariter eius obſtructione maior copia humorũ deduceretur ad mẽbrum obſtructum. Ex quibus febris & agitatio excitaretur, vt aliàs tali de cauſa illi euenit. Propinarem ergo tantũ ſingulis decem aut 15. diebus mãnam ſolam, vel Rheubarbarum cum vuis paſsis abſque nucleis, aut caſsiam ſim- G plicem, vel ſebeſten expreſsionem. aut mixtis prędictis ſi opus eſſet, adderem decoctum aliquod pro vigoratione, & pro humoris melancholici eductione. ex folliculis & foliis ſenæ, conficerem

decoctum,ſimul aliquas radices filiculę decoquerem cũ modico veri thymi,loco epithymi,quo caremus:adderem quoque flores cordiales, & vuas paſſas, & his ſimilla, dummodo humores calidos & ſiccos commodè educerēt: quæ etiam non parum conferent difficultati expulſionis excrementorum, quam ſæpe patitur ob epatis caliditatem. Si oporteret ſyrupos aliquos tradere,ſint alterantes,aperientes & abſtergentes non negligēdo continuè ventriculi roborationem, prout videbitur Medico curam Illuſtriſs. D. gerenti. A quo etiam inſtituetur cibus boni ſucci & faciētis ſanguinem puriorem, tendens tamen potius ad frigidum & humidũ, ſemper memoria tenendo,ventriculum iam debilitatũ:nec adeò frigida ſint, vt illi obſint. Darem ergo omnes intubi ſpecies, vt endiuiam,cichoreum, boraginem, quoq; lupulos, qui mirum in modum ſanguinem purificant, oxalida, quam acetoſam vocant, cucurbitam cum omphacio vel aranciorum ſucco præparatam,præſertim tota æſtate iſta. Superueniente verò Autumno, poterit calidioribus oleribus veſci, vel ſaluiam, menthā, draconem,quem vulgus vocat Draconellā,thymbramq;,per ſe in acetariis aut frigidis, vel medicamentis.Panis qui exhibetur,benè fermentatus ſit, cum ſuis cōditionibus declaratis à Galeno primo de Facul.alim.Carnibus etiam vitulinis,hœdinis, hircinis & pullis gallinaceis vtatur, q tamen non educati ſint in carcerib⁹: quoniā ſunt minoris bonitatis, vt dicit Gal. de euchymis & cacochymis. Pariter accipiat aues omnes in pratis & montibus degentes, quæ vel aſſæ fuerint vel elixæ, quomodocunq; ventriculo ſuo placuerint. Cibaria condiātur cum amygdalis aliquādo & cum piſtaciis, quoniam obſtructionibus iecoris proſunt:tamen non ſint frequentes in omni menſa, quoniam vnctuoſa ventriculum ſolent relaxare aut debilitare: quibus nō extra rem erit addere malorum citrinorum ſuccum, piſces ſaxatiles, marinos & ſabuloſos cum aceto conditos: nam eo ij temperantur. Caueatis modò ſalſa, valdè acria, piperata & omnia impensè calida. Pullos quoque columbinos fugiat,quoniā (cum veſica bilis deſtituti ſint) valdè bilem generant,præſertim in ægro temperaturæ calidæ & ſiccæ, vt ille eſt:ideo non inutile erit ab illis abſtinere. Fructus fermè omnes fugiat pręter pruna damaſcena,vel ſinatriana pira,& poma decocta,vel conditum ex ceraſiis, quod marenata appellant, vel diacidonium aſſumptum poſt prandium pro ventriculi roboratione & ad affumationem prohibēdam, vt cerebrum patiatur. Ouis elixis vti poteſt, ſi ſtomacho grata ſunt. Vinum albũ non vinoſum nec aquoſum,ſed mediocre, dũmodo non ſit aſtringens. Sed quoniam eſt aſſuetus nigrum potare, tale aſſumat, vt conſuetudini aliquid concedatur. Reliqua Medico permittimus ipſi, nec præcipiemus vt mœrorem,iras & animi affectus fugiat, quoniam ea Galenus tertio Tech. non ſolùm in ægris, ſed & in ſanis maximè deteſtatur,quæ ſi vellem enarrare, nimis longum eſſet. De morborum autem curatione, quoniam malignus eſt & venenoſus, quodāmodo tolli minimè poteſt cũ his tantum quæ à manifeſtis qualitatibus operantur, ideo oportet etiam ad medi-

A caméta bezoartica ſeu alexipharmaca aut antidota deſcēdere:quæ remedia ſunt morbos à proprietate occulta reſpiciētia,qualia ſunt in morbo Gallico lignum Guaiacum,& argentum viuum. Sed de argento viuo pro Illuſtriſs. D.curatione nō eſt loquendum. De ligno decocta fiunt, vt omnibus notum eſt:quod quidem, quamuis ſæpius aſſumpſerit, & ex tali morbo non conualuerit, nihilominus à tali antidoto non eſt deſiſtēdum, quoniam tutius eſt cæteris aliis in hoc morbo, qui ſatis ma-
B lignus eſt & impreſſus. hac de cauſa mirum non eſt, ſi remotus in totum non fuit,quamuis per plures dies aſſumpſerit.Tamen item aliquos ſyrupos traderem in diluculo more ſolito,vt reliquiæ penitus eradicarentur, ex ligno Guaiaco cum cortice confectos: quoniam cortex magis exiccat, & roborat ſua ſtipticitate.quibus non diſplicet, ſi addatur ſonchi herbæ præparatus ſuccus, cùm remittat intemperiem calidam: qui quamuis ſua frigiditate aduerſari videatur ventriculo debili & frigi-
C do(vt inquit Dioſcorides) tamē cùm miſceatur ligni decocto atque decoquatur,ventriculum roborat,vt Paul.& Gal.de Simpl.med.aiunt: intemperiem calidam iecoris remittet, ventriculum roborando ſua aſtringēte virtute. Nec vererer,imò laudarem, vt ſingulis aut alternis diebus traderetur ℈.vnum rheubarbari optimi ante ſyrupum,iam dictum, ſub forma pilulæ,aut cum aliqua conſerua: quod quidem ventriculum mirum in modum roboraret, iecoris obſtructionem tolleret, vt patet
D ex virtutibus ipſius Rheubarbari: nec minus inteſtinis prodeſſet, quàm aliis partibus, vt laudauit Auicenn. 16. fen. 3. canonis, cùm de inteſtinorum vlceribus loqueretur. Quapropter prædictis & victus regimine morbus Gallicus tolli poterit: quo adempto ſucceſsiuè alij morbi curabūtur,& ſymptomata veluti ſiccitas corporis, faciei decoloratio,ſeu cutis defœdatio,iecoris obſtructio ſiſtetur, depilatio,febris quoque erratica. Quoniam facta humorum multorum diminutione, & aperta ob-
E ſtructione illa tolletur, vt iam in maiori parte factum eſt. Hęc tutò per 20. dierum ſpacium menſis Iunij ſeruari non poſſunt. Demum ſiſterem ob ingentes calores æſtiuos vſque ad Auguſtum completum: iterum ad eoſdem ſyrupos redirem ſecũdum morbi afflictionem, & ita interim quotidie perfecta ſyruporum aſſumptione darem iſtius electuarij bolum:iſtud enim membra principalia roborat, morbo Gallico medetur, abſumendo illas malas qualitates, vt per ingredientia patet, quod
F ſolemus tali in caſu poſt Guaiaci ligni decoctum tradere,cuius deſcriptio talis eſt:

℞. Conſeruæ bugloſſæ,
Boraginis,
Violarum ana ℥.ij.
Aromatici roſati ℥.j.s.
Diarrhodon Abbatis ℥.j.
Ligni Guaiaci ſubtiliter in puluerem redacti & cribrati ℥.j.s.
Corticis optimæ ad modum farinæ attri-
G tæ ℥.j.
Rheubarbari electi ʒ.j.s.
Pulueris epatis lupi in furno exiccati, & abluti cum aqua endiuiæ ℥.j.

Secun-

Secundum artem miſceantur cum ſyrupo de corticibus citri,& fiat electuariũ.De iſto nos ſolemus per menſem integrum bolum vnum tradere, ex quo vidimus multas optimas operationes, & in iſto caſu valde commodum exiſtimamus, præſertim pro ventriculi roboratione, cùm inter cætera membra maximè patiatur, à quo putamus primariò mucum illum prouenire, cui inter alia medicaměta propinetur. Pariter illud iecur roborat, vt patet non ſolùm ex compoſitis, ſed etiá ex lupi epate, quod ab Auicen.16.3. commendatur in decoloratione corporis, & eius demaciatione. Ac pro iecoris roboratione vtatur quandoq; aliquo pulucre ſtomachali confecto ex ſeminibus ammios veri, macis, cinnamomo vel ſimilib. aut capiat ante cibum vnã rotã ex iſta cõfectione vel ſimili:

R. Specierum arom. roſat. ſecundum Gabr.
Specierum dialaccæ ana ℥.s.
Specierum dialigni aloes ʒ.j.
Specierum cordialium ʒ.ij.

Et cum ſuccaro puriore fiat confectio in rotulis.Ad pondus ʒ.ij. pro rotula, iſtud enim ventriculum roborat iecurque, vt patet per ſuas operationes. Sed hæc aſſumenda nõ ſunt, niſi aduenien te aeris temperatioris conſtitutione. Externã verò ventriculi regionem inungerem tali vel conſimili medicamento:

R. Olei maſticini,
Olei de ſpica,
Abſinthiaci ana ℥.j. Macis,
Menthæ ana ℈.j.
Garyophyllorum ℈.ij.

Et cum cera q. ſ. Fiat vnguentũ. De quo inungerem manè antequam è lecto ſurgeret. quod ſit calidum, & non tepidum: quoniam dicit Galen. Tepidum ventriculi vires diſſoluere. Quo vti vellem, vel tali aliquo vſque ad autumnum, in quo ſi vellem fortiora habere propter aerem ambiětem illis temporibus frigidiorem, ſic præpararem:

R. Maſtichis ℥.v.
Macis, Garyophyllorum,
Ameos veri ana ʒ.ij.

Semina in aqua ardente, quam vitæ vocant, infundantur, demum in bocia cum maſtiche ad bal neum Mariæ ſublimentur, vltimò oleum colligen do, quo ventriculus modo ſuprà dicto inũgatur: quod eſt maioris penetrationis & roborationis, preſertim in longioribus morbis. Aut ceratum ex ſimilibus conficiatur. Omnia hæc pro ventriculi roboratione parětur, quoniam iſtis ventriculum roborari poſſe ſperaremus, & mucus ſi non in totum ſanaretur, ſaltě ex maiori parte. Nec equidě vitupero medicamenta quę per inferiora iniiciuntur, facta ex aquis thermalib. ſalſis, aluminoſiſq;, in quibus decoquatur lignum Guaiacum, cui addi poſſunt mel roſat. nuces cupreſsi, abrotanum, modò cũ vino, modò cum hydromelite, vel cum aquis ſalſis, quas Auicen. laudauit 16.fen.3. Canonis, cùm de inteſtinorũ affectibus loqueretur, quę ſua ſiccitate inteſtina roborãt: quibus etiam non vererer modicum boli armeni iniicere, quoniam etiam ani vlceribus prodeſſet. Omnia hæc per inferiora commodè poſſunt immitti, cùm in craſsis inteſtinis ſit illa imbecillitas, cum Gal. præcipiat: A exiſtente affectu in illis, per inferiora medicamenta iniiciantur: ſi in ſuperioribus, per ſuperiora, lib. 6.de Lo.aff. & lib. de Conſtit.art. med. & alibi. De macularum curatione cum aſperitate exiſtětium, ſi prædictis nõ tollentur, vterer lotione, in qua de cocta eſſent lapathi radices, furfur cum modico ſulphuris, quoniam abſtergerent & diſcuterent, vel ſimilibus: quæ ſi ei tandem non prodeſſent, ad hypocauſtum ducerem, & illi aliquas cucurbitulas cum ſcarificatione admouerem in brachiis & B femoribus, quibus omnino ſperarem vt tollerentur. Quod ex Gal. authoritate elicio 2. ad Glauc. vbi loquitur de phlegmone inueterato, cui iubet ſcarificationes eſſe faciendas, vt materia illa craſſa, quę per halitum reſolui non potuit, ſcarificationibus egrederetur. Cum in iſtis maculis adſit materia viſcida, quæ per halitum non reſoluitur, dicerem conuenire. Quod tutũ eſſet, non enim fluunt humores, & corpus præcipuè purgatũ eſt, vt præcipit Gal. prædicto loco, obſeruandum eſſe. Adue C niente Autumno ſcarificationem venæ laudarem vſq; ad ſanguinis miſsionem, per ℥.viij. vel x. conſi derata cõſuetudine, vt dicit Gal. de Sect. ven. quoniam longius mittimus ſanguinem iis, quibus ſæpius ſecta fuit vena. Poſtmodũ præparatis humoribus peccantibus, darem medicamentũ aliquod, vt ſuprà diximus. Ex quibus crederem illuſtrem Dominum conualeſcere poſſe, ſi non in totũ, maiore ſaltě ex parte. Sed ſi adhuc (quod Deus non agat) ſupereſſet: vinũ ex Guaiaco hoc modo con- D ficerě, Dioſ. imitando, cùm vinum betonicatum & abſinthiacum docet conficere: Aduěiente tempore quo vuę colliguntur, peroptimas vuas albas colligerě, & eas contunderě eo modo quo ſolent ruſtici vuã contũdere, deinde in vas ligneum quo ipſi ad eas contundendas vtuntur, iniicerě: ſupra quam duæ libræ ligni Guaiaci in puluerem redacti cum ſua cortice aſpergantur, alterã menſuram demum addendo cũ duabus aliis libris ligni, ſtratum quoddam ſuper ſtratum componendo vſq; E ad conſumptionem vj. ℔. ligni, illud permittendo ebullire, & vinum more ſolito extrahendo ac ſeruando, quod in dolio ſeruetur, de quo vellem tota hyeme vel vere adueniente, primum cyathũ iſtius vini in menſa potare. Eſt quidem ad tollendas reliquias morbi Gallici, & ad illum affectum inueteratum ſanandum præſtantiſsimum, ſi longo tempore aſſumatur, vt aliàs experti ſumus, vt etiam pilorum ortus feliciter tali medicamento F prouocauerimus.

De vlcerum ſeu rhagadiarum curatione.

Vlcerum modò curatio cũ ad operationě manus pertineat, quod vltimum eſt medicinæ inſtrumentum, quemadmodũ dicit Cor. Celſus proœmio lib.1. à nobis ſeruata eſt in vltimo. Vlcera quiděrhagadioſa, profunda, caua eſſe diximus, cum ſinu, duritie, temperie calida, & cum labiorum cal loſitate. Conſultandum autem eſt à quibus ſit incipiendum, an à morborum vel vlcerum curatio- G ne, an ab eo quod magis vrget, an à cauſa ſine qua nõ, vt admonet nos Gal.3.Meth.9. A morbo certè eſſet primus ſcopus eliciědus, quoniam de ſui natura indicat conſolidationem, quoniam nõ repe-

riuntur ſymptomata quæ vrgeât,ideo ab eo quod magis vrget,eſt incipiendum.Relinquitur ergo vt ab eo ſine quo non, initium ſumamus: non enim amotis impedientibus conſolidationem, impoſsibile eſt vlcera ipſa conſolidare. Vlcera quidem minimè ad cõſolidationem reduci poſſunt, propter calloſitatem: quam ſi volumus tollere, calidis eſt leuanda, tolli tamē nõ poteſt propter cauitatem, niſi repleatur:repleri verò non poteſt, ni abſtergatur, nec abſterſio ſtante intemperie calida in vlcere, quoniam calida ſunt abſtergentia. Ab ipſa igitur intemperie tanquam à ſine qua non,id eſt,ſine amotione iſtorum non poteſt curatio perfici. Tollitur intemperies à medicamento aliquo proluiſtico,vt noſtrũ eſt quod deſcribitur,quo facto,ipſam calloſitatem exſtirpare licebit,vt cum pul. præcipitati loti,qui eſt in hoc caſu pręſtantiſsimus,morbum Gallicum reſpiciens à ſpecifica forma propter argentum viuum:ſed ſit quoq; remiſſus cum tertia parte ſandicis, quæ in officinis minium dicitur, aut illa remoueatur cum æris ſquama rubra cum aceto præparata,iſtis impoſitis partibus vlcerum penitioribus ex linteis tumida ad digiti minimi craſsitudinem efficiatur, & illinatur noſtro medicamēto,poſtmodum in anum mittatur:quæ duobus modis proderit, & vlceribus curandis, & ani foramini iam aliquo modo corrugato, aperto retinendo,vt inde fæces facilius egrediantur:quæ ſi ita cõmodè hoc pacto nõ exirent,tenta ex Gentianæ radicibus commodis conſtruatur & intromittatur eodem modo illita, ſed filo lineo ligetur, ne quandoque caſu nimiũ aſcendat. Sed talis tenta nõ ſemper ex iſtis radicibus conficiatur, cui ſuperdetur plagula linea emplaſtrata prædicto medicamēto, quod quidem vltra vlceris curationem cætera poterit tollere & præſeruare,vt dicemus, præſuppoſitis lotionibus pro inteſtinorum roboratione,& pro vlcerum ani abſterſione, in quibus euitari debent calida & acria, facile enim poſſent inflammationē irritare: quæ ſi ad ſuppurationem deueniret, daret maius negotium, & ad peſsima ſymptomata perduceret. Si fortè (quod Deus amoueat) ad naturam vlceris depaſcentis commutaretur,vt facile tali in loco fieri ſolet,laudarem in primis paſtillos Andronij,aut diacarton,quod tamen conuenire videtur in depaſcentibus vlcerib. vt dicit Gal.9.de Compoſitis medicamētis ſecundum loca: non autē de alia cauſa, quoniam nimis acre eſt, vt patet ex ingredientibus. Poſtmodum ad prædicta declarata, pro colloſitatum labiorum remotione recurrerem, cùm ſint debiliora, vt Gal. lib. κατὰ γένη in depaſcentibus vlceribus incipiat à fortioribus ad debiliora, rationem reddēdo, quoniam ſordes in principio reſiſtunt acuitati, & vnguentum tale eſt.

R. Vnguenti pompholygos,id eſt,ex cadmia confecti loco pompholygos vnguenti albi camphorati ana ℥.iij.
Olei myrtini,
Olei roſati omphacini ana ℥.j.
Mannæ,
Thuris,
Aloes ana ʒ.ij.
Lithargyrij ʒ.j.s.
Succi ſolani hortenſis,
Flomos, id eſt, verbaſci,
Plantaginis ana q.ſ.

Pro vnguento ſecundũ artem in mortario plũbeo faciendo. Quod certè operatur ad vlcera generata à materia aduſta, vt dicit Galen.2. ad Glauc. Ad duritiem pariter,propter vnctuoſa: ad intemperiem,propter temperamentum. Abſtergit quoque ex aloes & aliorum virtute,replendo etiam cauitatem, & conſolidando vlcus. Quo etiam poterit vti in vlceribus naſi cum modico camphoræ. Pro inguinum tumoribus medicamenta apponátur,quę emolliant & digerant ſimul,vt docet Gal. 13.Meth. Poſſem quoque pro iſtorum vlcerum & morborum curatione alia quoq; plurima remedia ſcribere: ſed quoniam ſcio negotium iſtud nõ pertractatum iri ab Empiricis,finem imponam,in quo ſi nimis prolixus fui, non meæ naturæ attribuendum eſt:ſed & morbis in hac ęgritudine exiſtentibus,& ob maximam meá in iſtum illuſtriſsimum Dominum obſeruantiam, cui Deus gratia ſua ſalutem donet, qui eam voluntatem accipiat, qua iſtis paucis diebus ad eius ſalutem & præſeruationem pro viribus noſtris conati ſumus hæc præſcribere ea conditione, vt à peritioribus meæ res emanderentur, quibus nos in totum committimus. Bartholomæus Magius Bononienſis, artium & Medicinæ Doctor. Patauij pridie Nonas Iunij.

De morbo Gallico, Montanus.

Per contagium acquiritur ille morbus, & non tam ex congreſſu mulieris cũ viro,ſed etiá ex lacte nutritum, & quandoque nutrices ab infantibus afficiuntur: & qui dixerunt nõ neceſſariò per contagium fieri,non video rationem,vnde eum prius habuit? quomodo acquiſiuit? ſimile eſt ac ſi quis diceret, vtrum gallina, an ouum prius fuerit. Alij dixerunt ab influxibus cœleſtibus,quod non credo:ſed poſsimus dicere, quòd primus ille conuerſatus ſit cum aliis laborátibus hoc morbo. Poteſt etiam ab alio qui vlcera talia habet, cùm dormit, aſſequi:vel etiam à pectinibus,ſi quis ſe iis comat, qui habent talem morbum per contagium: ſiquidē ab illis puſtulis & vlceribus interdum aliquod virus emanat, quod cùm inſpargitur in pannos, ex illis aliquis inficitur, & maximè ſi ſupra carnē habuerit illos pannos, quia quandoque caleſcunt tales, & pori dilatantur, & vnus habens venenoſam qualitatem, imprimit eam in membris: ideo pueri & fœminæ,quę carnes habent molles,facilè recipiunt illam peſtem. Non fluit ergo per conſtellationem cœleſtem. Probo autem per contagium eſſe. Quidam nomine Columbus in America Calecuth ad orientem acceſsit, poſteaq; quidam Hiſpani cùm illic eſſent, cõtraxerunt illũ morbum: ſcribit enim Gal. quòd animi mores temperamentum corporis ſequantur, & 1. Epid. de aere, quòd alij morbi proprij ſunt & peculiares aliis regionibus,& dicuntur ἔνδημοι:ſicut tempore Arabum vena Medeni erat ſerpentium animal,efficitur in vena,& eſt peſsimus morbus,apud eos frequēs fuit, & tamen nos non habemus:& Gal.dicit, Scythas nunquam lepra laboraſſe, Germanos raro: vbi e-

nim

nim calor multus, vbi etiam ægritudines aduſtæ. Hiſpani itaq; ex India Calecuth, id eſt, noua terra inter reliquas merces attulerunt illum peſsimum morbum: in illa enim terra noua tam frequens eſt hic morb9, vt apud nos ſcabies, ſed facilè ſanatur. Hiſpani primò verſati cum illis fœminis cœperũt & attulerunt in has partes, Anno Domini, &c. 92. Deinde anno 96, Carolus rex Gallorũ in Italiam acceſsit, & cum Hiſpanis bellum geſsit, vbi & Portugalenſes quoque aderant: tunc Hiſpani, cùm vt pro more habent, ſcorta ſecum ducunt, in vtroq; B exercitu contagium fecerunt: & quia in bello Gallico incœpit, apud Hiſpanos morbus Gallicus dictus eſt, & Galli nominant morbũ Neapolitanũ. nunc autem eſt frequentiſsimus. Eſt igitur contagium ille morbus, ſed hoc nos non quærimus: ſed videndum quę impreſsio in corpore relinquatur. Et hoc quidẽ difficile, quia quot homines, tot opiniones: multitudo enim dubitantium arguit difficultatem materiæ. Videndum ergo an iſte contactus imprimat aliquam intemperiẽ, vel materiam C tribuat corpori: & ſi eſt intemperies, quæ nam ſit. Primò quod acquiritur ꝑ contagium, eſt intemperies calida & ſicca faciens aduſtionẽ: & nõ eſt occulta qualitas, vt illi arbitrantur, ſed acquiſita per contagium: quæ cũ in vno membro incipit, ſerpit ad aliud, & primò epar occupat. eſt enim in tali gradu vt adurat: primò enim adurit alimentum ad ſe delatum & humores, qui aduſti ab intemperie faciũt vlcus: & ſemper adurit & trahit propter dolorem nouam materiam, & vlcus perſeuerat: & D difficilè curatur, quia materia ſemper aggregatur, & propter dolorem attrahitur noua, & humidum radicale exiccatum eſt, neq; poteſt vlcus conſolidare. Omnis enim temperatura ſicca difficilè reducitur & corrigitur, ſed humida facilè: ſed hîc eſt calida & ſicca intemperies, & longè ſiccior quàm calidior, ideo cura difficilis. Omne enim agens facilius imprimit in ſubiecto præparato, quàm non præparato: quia omne membrum quanto laxius & humidius, tanto citius recipit impreſsionem, vt E orificium vuluæ, labia, lingua, præputium, virga, quia hæc membra laxa & humida: & facilius penetrat contagium huiuſmodi, quàm ſi durũ & ſolidum eſſet membrũ, vnde præcipuè ex coitu iſte morbus contrahitur, quia fit cõfrictio, augetur caliditas, rarefiunt pori, aperiuntur & relaxantur: ſæpe etiam virus & materia virulenta emanãs ab eo loco inficit, non tamen qualitas ſimplex, ſed etiam materia illius præputio imprimitur. Iſte modus eſt, vnde incipit contagiũ: & non refert, ſi non F ſit per coitum, ſed etiam cùm quis dormit cum eo qui cruſtas & vlcera habet: qui enim raras carnes habent, facilè contrahũt contagium, etiam qui pectinãt pectine, quo Gallici vtebãtur, quia aliquid virulẽti habent. Cùm ſe ergo pectit quis inueniẽs poros laxos, maximè pueri & mulieres, eos inficit: rarò tamẽ hoc accidit, ſed ex coitu facillimè: quare ſubiectum diſpoſitum rarefit, currit eò ſanguis, & ſpiritus ſuſcipiunt illam virulentiã, & ſic fit impreſsio. Sed quare ſit calida & ſicca intemperies, à G natura rei poteſtis cognoſcere. Primò vbi occurret tale vlcus in virga vel vulua, habet inſignẽ duritiem, quæ indicat materiam ibi eſſe craſſam: vel

A eſt igitur pituita & aduſta materia, ſed non eſt pituita, quia hîc corroſio vel caliditas: & quod dixit, virulẽtum eſt, igitur illa colloſitas materia aduſta eſt, non pituita. Secundũ ſignum, corroſio fit, quę eſt à materia craſſa aduſta, vt Gal. in lib. de Humo. teſtatur, vbi materiæ craſſæ & aduſtæ erodunt: & hoc eſt propriũ craſſę materię, quia ſi materia ſubtilis eſſet, potius faceret eryſipelas, & ſuperficialiter imprimeret: ſed quia eſt aduſta, corroſionẽ facit, & illa puſtula ſtatim vlceratur in virga. Tertiò, quod exit virulentũ eſt, & erodit. Quartò, iuuatur à rebus quæ conueniunt vlceribus aduſtis, ſed poſtea diffunditur & accedit caliditas & ſiccitas ad venas & epar, & generat talem ſanguinem, ita vt corpus poſtea efficiatur tale, quale præputiũ fuit. Quomodo hoc fit? quotidie videmus, quando aliquis ſanus dormit cum ſcorto vel cum muliere habẽte ſcabiem, vel ex exiccatione manus in linteo, quo ſe tergebat ſcabioſus, incipit primùm pruritus in vno digito, & peruenit paulatim ad epar, & generatur talis ſanguis, & quandoq; totũ annum ſcabioſus manet, & totus efficitur vt leproſus. Propoſitio hæc vera eſt: Vbi affectus eſt vniuerſalis in toto corpore, oportet principium eſſe vitiatum: vt ſi quis priuetur ſenſu & motu, vitium erit in cruribus: ſi priuatur pulſu, vitium in principio, in corde videlicet erit: vbi autem in ſingulis partibus vitiatur ſanguis vel aduſtus vel pituita ſalſa, ſi in toto corpore ęqualiter diffunditur, origo vitij erit in epate, vbi generatur ſanguis. Si ex vnica puſtula in manu ſerpit contagium ad epar: ita quoque in morbo Gallico, vt Gal. 6. de Loc. affect. ait, ſi tantillum virus ex ſcorpione, vel phalangio procedit ad cor & cerebrum, vt ille apud Galenum comitialis, videbatur ſibi quaſi aqua perfundi: nõ mirum hîc quoq; eſt: eſt enim res incredibilis quãtum poſsit contagiũ. Videtur eſſe vis ſpiritualis quaſi opium, quia eius maxima virtus eſt vt refrigeret tantam maſſam ſanguinis: ſunt res occultæ in natura. Sic hîc non mirum ſi diffundatur iſta mala qualitas à puſtula in virga ad epar ſerpendo. Vnde tales primùm colorem habent liuidum, ſubnigrum, plumbeum 4. de San. tuen. talis color indicat eſſe ſiccã & calidam intemperiem in epate impreſſam. Triſtes ſunt neſcientes cauſam melancholiæ, ex aduſtione non habent ſanguinem floridum: igitur triſtantur, & ſi diutius manet impreſsio, nõ trahitur ſanguis à membris, quia renuunt membra, ſuperfluitates multiplicantur: ſi debiles iuncturas habent, podagræ in perioſtio ſanguis penetrat, videtur ac ſi dolor in oſſe eſſet: quòd ſi magis aduſtus humor & virtus fortis, expellitur ad cutim, fiũt puſtulæ, ſed ſemper aduſtæ, eſcharæ vel virentes vel nigræ: quandoq; autem ita acris materia, vt vlcera faciat ob multam aduſtionem: etiã palatum exulceratur, quãdo vapores acres & aduſti aſcendunt ob laxitatem. Cur in capite primò cruſtas facit & puſtulas? quia dum aduritur ſanguis, magis aſcendunt vapores ad caput: & quia cerebrum ſanum expellit, fiunt cruſtæ in capite. Præterea in furculis dolor in principio, quia vapores aſcendentes hærent ibi in perioſtio ſemper vt primùm inuadunt dolores, etiam eſt in brachiis dolor: cadunt pili non propter defectum alimenti, vt fit in

conualeſcentibus: ſed hoc fit, quia corrumpitur alimentũ. Licet ex aduſtione pili generentur, non tamẽ ex illa materia corrupta: oportet enim conuenientem eſſe aduſtionem: vnde omnia quæ ſic adurunt, corrumpunt pilos, vt auripigmentum, quia adurit radices pilorum. Ita iſti vapores acres aduſti in morbo Gallico tendunt ad hoc, & concinunt ſibi velut chorus, intemperiem ſcilicet calidam & ſiccã ſignificantes in hepate: ergo æqualiter vitium in corpore, nempe hepate. Primò igitur iſta diſpoſitio acquiritur ꝑ contagium, & qđ ſit illud contagium, indicat intemperies calida & ſicca, colliquans humidum radicale & alimentale faciens vlcus in membro certo, aut præputio humor aduritur, exulcerat, fit dolor, & attrahitur alia materia, & communicatur tandẽ hepati, fiunt vlcera & ſemper aduſta, ac corrodẽtia etiam virulenta, quod oſtendi ex innaturalibus & nocentibus. Serpit ergo ad hepar, quòd cùm calidum & aduſtum ſanguinem generat, fiunt dolores inordinatiui, pungitiui, perforatiũi, & vbi humor prorumpit, facit peſsimos abſceſſus duros. Sed illa aduſtio habet gradus, ſi intemperies hepatis pituitoſa, ſemper quidem aduſtiones erunt, ſed ſecundùm magis & minus: vt corpora temperata inuenit variè, ſic pro variis temperaturis varia vlcera facit, ſicut etiam alia vlcera varia fiunt iuxta varietatem temperaturarum. Hæc ordinauit laboranti morbo Gallico:

℞. Electuarij lenitiui de ſebeſten ana ʒ.vj.
Cum ſaccharo fiat bolus.
℞. Syrupi de fumo terræ,
De endiuia ana ℥.j.
Aquæ boraginis ℥.iiij.
Miſce pro vno, & ſic pro aliis.

LECTIO II.

Diximus morbi Gallici naturam nõ eſſe talem, qualis aliorũ morborum: in qua re tot erant ſententiæ, quot homines. Quare res difficilis eſt, omnes ſumus homines, & omnes ſuum ingenium habent. Ego nolo aliorum opiniones carpere, iudicate vos ipſi. Concluſio noſtra fuit, Morbꝰ Gallicus eſt mala intemperies calida & ſicca, accidẽs ipſi hepati per contagium. Hoc enim eſt morbus Gallicus, & nil aliud. Oſtendi etiã quomodo non mirum, quòd eo pacto diffunditur, & non ceſſet motus intemperiei, & in aliis rebus. Poteſt enim originem trahere ex vna puſtula parua per contactum ſcabiei cõtracta vel in virga, vel in vulua mulieris, ſicut fit in alia ſcabie: & non ceſſat vſq; quo ad hepar veniat, tunc generat hepar talem ſanguinem, qui poſtea talis generatur: manet 3.4. annos, aliquando toto tempore vitæ etiam: aliqui enim hepar ita præparatum habent, vt ſtatim ſuſcipiat, & vix poſsit extirpari, adeò hepar radicaliter habet iſtam intemperiem, & prout aptum vel ineptum eſt diuerſimodè ſuſcipit hoc contagium, vel non ſuſcipit. Alij etiamſi cum talibus conuerſentur, quia non habent diſpoſitionẽ illam, non inficiuntur cõtagio. Diceret quis: Cur nõ ad cor tranſit ſtatim, ſicut ad hepar? Dico, Requirit paſsi diſpoſitionẽ: quia verò cor eſt validiſsimum, fortius reſiſtit, & vltimum eſt quod patitur, & hoc A à validiſsima cauſa. Hæc autem intemperies non poteſt ad cor ita tranſire, quia eſt magna reſiſtentia: adeſt enim calor & ſpiritus & arteriꝗ, quę ſunt ineptiores ad recipiendum hoc malum, ꝙ venæ, nec eſt tanta reſiſtentia in hepate. Morbus ergo Gallicus perfectus eſt, quãdo peruenit ad hepar. Quando autem puſtulę fiunt in præputio, vel inguine, eſt morbus Gallicus quandoq;, aliquando non: quandoq; enim ei ſuccurritur ne tranſeat ad hepar, & ei communicetur, vt quotidie videmus. B Curantur enim tales vt ceſſet contagiũ: ſed quando ad hepar peruenit, tunc eſt verus morbus Gallicus: apparent in capite puſtulæ etiam in furculis perſeuerante affectu: color item fœdatur, & fit nigrior, deflorèſcit floridus color, quia ſanguis aduritur: fit talis magis iracundus, triſtis, non ita dulcis conuerſationis. Dum enim aduritur ſanguis, imaginatur triſtia: ſi enim vlterius erit morbus, membra renuunt ſanguinem aduſtum, tunc neceſſariò excrementa humorum aduſtorum C generantur & colliguntur: & quia ſunt tenuiora ꝙ vt in iuncturis retineantur, penetrant ad perioſtium, & adhærent ei propterea quòd exangue, vnde fiunt dolores magni circa iuncturas, ac ſi in oſsibus eſſent: credunt illi omnem dolorem eſſe in oſsibus, ſed os nõ ſentit, ſed membrana tegens oſſa: & quia humor aduſtus in membranis, fit dolor acris pungitiuus, perforatiuus. Vbicunque enim dolor in membranis non tantùm fit pungitiuus, ſed etiam extenditur ab vna iunctura in D aliam, Galenus 2. de Locis affectis. vt hìc in morbo Gallico in perioſtiis videtur, quòd pungãtur primò, extendatur poſtea dolor per totam membranam: ſi longius durat morbus, aggregantur humores pituitoſi crudi, non tamen aduſti, qui ſuperaſſantur, & fiunt gypſei circa iuncturas calli & nodi, qui à Modernis grumi vocantur: & ſi materiæ adhuc magis adurantur, fiunt vlcera phagedenæ, ſaphati Arabicè dicta. Vnde quidam videntes huiuſmodi vlcera, credebant morbũ E Gallicum eſſe ſaphati apud Arabes: verùm illi errãt, ſunt ſymptomata ſequẽtia illum morbum. Dum ſe ita habet morbus Gallicus, & perſeuerat in hepate, inficit ſanguinem, multiplicantur crudi humores & craſsi, fiunt nodi & puſtulæ, cadunt pili. Vbi hæc fiunt, & non vltrà procedit, morbus Gallicus ſimplex dicitur, & facilè poteſt curari. Si diutius manet, quia non ceſſat tale contagium, ſemper corrumpit alia membra: cùm cõtrarium contrario applicatur, ſequitur actio & paſsio: & donec F cerebrum & cor reſiſtunt, benè adhuc corpus habet: licet enim aliquid per conſenſum patiuntur, non tamen adhuc ſunt adfecta: ſed vbi vapores non ceſſant, prius in cerebro quàm in corde fit impreſsio, quia cerebrum humidius & debilius, & magis ad hoc paratum, cor autem reſiſtit fortiſſimè. Primò igitur poſt hepar cerebrum recipit impreſsionem, adeò vt nulla actio animalis faciat quod ſecundùm naturam eſt: fiunt ſpiritus tenebroſi, apparent ſigna circa caput putredinis, agro G ſtibus ſunt moribus, toruis oculis, nõ poſſunt aliquem ferre, quia aduſtio in cerebro. Poſtea etiam contagium ad cór deuenit ratione mali alimenti hepatis & ſpirituũ, cor exiccatur, ſtatim tabeſcit corpus,

corpus,& tabidi moriuntur, nec eſt ſpes alicuius A
curæ:quia rationē habet hecticæ,vt vocant, ſene-
ctutis, quæ à Galeno tabes & ſenio dicitur. Sunt
ergo tres ſpecies ſeu gradus huius morbi.Primò,
vbi qualitas & intēperies in hepate ſolo impreſſa
calida & ſicca,tales curantur facilè. Si verò cere-
brum patitur p conſenſum, etiam curantur: ſed
vbi omninò ad cerebrū deuenit, difficilius curan
tur. Poſtremò, vbi in corde apparet maraſmus,
non poteſt reſtaurari,qa morbus in ſeipſo eſt.Iſte
eſt morbi iſtius peſsimi proceſſus, qui poſtea tot B
habet gradus ratione intenſionis,non ſubiectorū
intemperiei iſtius:nonnulli habēt vlcera horren-
da,calidiora. Caueatur ab hoc morbo,quia detur
pat faciei partes, & gaudet auferre dentes, nares,
oculos,& facere mimos & hiſtriones. Nam ex illa
aduſtione vapores ſubtiliores aeres petunt,& oc-
cupāt ſuperiora:& quantò maior eſt ſiccitas,tan-
tò maior aduſtio,ſicut in magno mundo fit, vt va
pores calidi & ſicci ad ſuperiorē partē aeris aſcen
dant.Quare ꝑpter talia ſubiecta præparata facilè C
amittunt linguā,fauces, nares, & cartilagines his
adhærētes,quia ſubſtātiæ laxioris: penetrāt,quia
ſubtiles,deueniūt ad vlcera peſsima,quæ varia ꝑ
diuerſis humoribus.Nonnulli nō obſeruāt regio-
nem,multum edunt, aduruntur multi humores,
fiunt tubercula varia, ſiue à pituita, vel ſanguine,
vel melancholia,ſemper aduſtū eſt, quia origo eſt
talis,nempe caliditas:ſemper adurūt,licet ſint va-
rij humores,ſemper tñ aduſtio manifeſta eſt.Hæc
tota morbi Gallici natura eſt. Si igitur talis natu- D
ra morbi huius, quomodo tolletur? Dico,poteſt
cū his tolli,quæ operantur à qualitate manifeſta,
vel quæ operantur à qualitate occulta:nā & Gal.
quandoq; refugit ad qualitates occultas, vt quis
inuenit, quòd ſcammonea cùm ſit calida & ſicca,
bilem trahat:quis, quòd ſtercus humanū tritum
curet ſynanchen in puero? eſt qualitas occulta,
qua rationem habet occultam. Quæ à manifeſtis
qualitatibus operantur,ſunt illa,quæ alterant in-
temperiem calidam & ſiccam hepatis,id eſt,frigi- E
da & humida. Primò ergo occurremus cauſæ in-
periei calidæ & ſiccæ, ſcilicet frigidis & humidis:
& quia eſt multitudo materiæ,quæ facit vlcera,e-
tiam euacuamus: & quia non poſſumus alterare
intemperiē, niſi humores euacuemus: qa ſi quid
applicemus,attrahit nouas materias.Prius igitur
corpus euacuetur, vt poſtea alteretur intempe-
ries ſicca & calida humidis & frigidis,vel ab occul
ta qualitate operemini. In quolibet tēpore Deus
voluit hanc artem ſeruare: vnde Hippoc.in lib.de F
Medic.antiq. Medicina eſt arcanū quoddam im-
preſſum ſemper in mente virorū,qui inuenerunt
viam curandi ob excellentiam ſui ingenij: etiam
tunc,quando methodus ſepulta erat,acceperunt
duo capita, & ex ingenio ſuo diuiſerunt curam:
primò in euacuationē, ſecundò in alterationem
intemperiei:ſed quia ex proprio ingenio inuene-
runt,imaginem quidem eius inuenerunt,ſed non
perfecerunt: viderunt tñ veritatem iſti antiquio-
res,& ſi habuiſſent methodum,melius cognouiſ- G
ſent. Ergo cùm euacuaſſent corpora, primò cum
ſyrupis refrigerantibus proceſſerunt:cùm his ni-
hil poterant facere, tentarunt vt vlcera extingue-
rent, & ſedarent dolores, & hîc ceſſarunt illi: &
quia vlcera corroſiua erant,curabant ea vt alia vl-
cera corroſiua, & applicabāt ea quæ ſolent putri-
dis vlceribus applicari. Et quia Arabes pro arca-
no habebant argentum viuum ad vlcera, ſic illi
quoq; ad hoc confugiebant, & vtebantur diu in
hoc morbo, & viderūt eo bene materiam expelli.
Auſi ſunt ergo ſic procedere ſua methodo, quam
fingunt,dicentes: Si argentum viuum vlcera cu-
rat extrinſecus,ergo faciet etiam intrinſecus: ſed
quia hoc poteſt vlcerare, cōnabantur ſiſtere cūm
ſputo & ſaliua,& ſic dabant argentum præcipita-
tum,& multos hoc modo curabant.

LECTIO III.

Quoniam frequens ille morbus eſt in iuueni-
bus, & vtinam non eſſet tam frequens, & à pau-
cis bene curatur. Suppoſita ergo natura morbi
cum ſuis ſignis, cauſis non deerit, niſi tertia pars,
quæ eſt curatio, quæ habet duas partes cum in-
dicationibus & cum his quæ occultam proprie-
tatem habent. Cùm curamus indicationibus, in-
uenimus naturam morbi eſſe calidam & ſiccam
intemperiem. Cognita natura morbi, apponi-
mus contraria frigida & humida, iſtæ ſunt indi-
cationes. Sic dogmatici curant contraria contra-
riis. Sed quando cum ſecreto & occulto mede-
mur morbo, non adhibemus indicationes,ſed fa-
cimus vt empirici. Dicimus ab occulta qualitate
hoc medicamentum prodeſſe, verbi gratia, vt ſi
quis bibit venenum vel gypſum, ſtrangulatur &
moritur, ſine indicatione cognoſcimus quare id
faciat. Vel ſi quis ceruſſam ſumpſit, occurrimus
ſuo ſecreto, & damus in potu lixiuium: ergo ex-
pertus ſum,& ſic vnum ſecretū cum alio curatur.
Ita inuenietis plurima talia bezoartica ab Auicen
na dicta. Græci dicunt alexipharmacum vel an-
tidotum. In caſu morbi Gallici,qui pendet ab in-
temperie calida & ſicca, ratione cuius adurun-
tur humores: primò poſſumus mederi per quali-
tates manifeſtas: qualitas eſt calida & ſicca intem
peries in hepate, ergo cum humectantibus & re-
frigerantibus remouenda: & quia humorum e-
tiam repletio,& mali ſunt ac aduſti,ergo euacua-
tione curandum cum ſuo contrario. Sic dogma-
tici procedunt, & iſte eſt vnus modus curādi per
intentiones, ſiue indicationes. Etiam curatur à
proprietate operandi occulta cum ſecretis & be-
zoarticis, licet calida & ſicca ſit intemperies in he
pate, tamen propria forma ſpecifica, quæ conſi-
ſtit in vltimo gradu iſtius intemperiei, nō cogno-
ſcitur à Medicis: neſcimus enim in quo gradu,in
particulari, quia multæ tales intemperies calidæ
& ſiccæ in hepate, & non quælibet intemperies
calida & ſicca hepatis facit morbum Gallicum:
& licet ſit calida & ſicca intemperies in hepate,
tamen eſt quidam gradus, qui nobis eſt incogni-
tus & occultus, quare difficulter hunc morbum
indicationibus curamus: quare induſtria huma-
na excogitari oportuit bezoartica, quæ non in-
ueniuntur niſi experientia, quoniam occulta for-
ma etiam occultum inuenitur medicamentum,
vel Deus voluit vt deficerent in hoc.

Sic in omnibus venenis ferè ſua ſunt inuen- A
ta bezoartica remedia, & vtinam in aliis morbis magnis haberemus talia medicamenta, vt in lepra, elephantiaſi, quæ habent qualitates manifeſtas ob magnam aduſtionem à melancholia in hepate: vnde nonnulli voluerunt, quòd omnis morbus calida & ſicca complexione ſit Gallicus. Si hoc ita eſſet, etiam elephanthiaſis morbus Gallicus eſſet, quia ex aduſtione calida & ſicca. Sed nō ſequitur hoc, quia cognoſcitur hoc, quod materia euacuatur illis, quæ educunt melancholiam, B
& alterantibus intemperiem calidam & ſiccam: omnis enim lepra ex intemperie calida & ſicca hepatis: quare quidam dixerunt eſſe morbum Gallicum lepram, quę curatur per indicationes: deinde etiam bezoarticis, ſicut Galenus recenſet de vino, in quo vipera reperta, & ſic fuit quidam curatus, vnde ex comeſtione viperarum multi ita ſani euaſerunt euacuando eos & alterando: & ſicut in lepra fit, ſic hîc quoque euacuando materiam melancholicham & hepar alterando: ſed i- C
ſtum gradum caliditatis occultum in hepate non poteſtis remouere, niſi Deus glorioſus ita diſpoſuiſſet, vt ex caſu vel ſomniis, vt plurima talia medicamenta alexipharmaca inuenta eſſent arcana, quæ non indigent indicationibus, imò ſunt ſimiles potius, vt decoctum ligni, potius deberet augere morbum Gallicum: ſed eſt in eo quædam forma ſpecifica, quæ huic morbo reſiſtit.

Notandum, quòd nunquam curabitis iſtum morbum, ſi incœperitis à bezoarticis: ſed oportet D
vos potius procedere per indicationes, & prius exquiſitiſsimè euacuare corpus, poſtea alterare, tandem ad bezoartica accedere debetis. Hoc ſemper faciendum in morbis omnibus, qui bezoarticis curantur: primò ſunt exquiſitiſsimè purgandi: ſecundò alterandi: tandem bezoarticis primùm agendum eſt. Præſuppono ergo adeſſe cacochymiam multam in corpore laborante morbo Gallico, quia cacochymia vexantur ferè omnes, iuncturarum dolore: alij dolores capitis pa- E
tiuntur: alij alia ſymptomata propter multos humores corruptos in omnibus talibus.

Cura vera morbi Gallici.

Primò indicationibus procedendum, euacuationibus & alterationibus: & quia humores naſcuntur in hepate, primò lenitiuum præmittatur medicamentum, vt caſsia: hoc facto, poſtea phlebotometur copioſè: ſtatim quia phlebotomia eſt optiſsima (vt ſic dicam) quoniam aduſti humo- F
res in hepate generantur, & primò ſunt in venis, poſtea in membris: ſi non fert virtus, iterandum bis vel ter, quandoquidem humores optimi euacuantur, qui ſunt in venis, & hepar refrigeratur. Poſt phlebotomiam purgandum eſt corpus, ſed prius digerantur humores, qui ſunt aduſti, craſſi, mixti cum bonis, nec poſſunt concoqui: id eſt, nutrimentum fieri, quia pertranſiuerunt omnes concoctiones, & exceſſerunt: nimius enim calor excoxit eos, & ſunt veluti cinis. Igitur non con- G
coquuntur propriè, ſed concoquitur materia, vbi eſt cum humoribus laudabilibus coniuncta, vt natura ſecernat bonū à malo. Primò igitur tentare debetis concoctionem calidis & humidis, qđ proderit in omni concoctione humorum aduſtorum: ſed quomodo quod craſſum eſt, extenuatur: quod extenuandum eſt, craſſatur? hæ non ſunt concoctiones, ſed præparationes.

Concoctiones enim ſunt, quando calor accedit & ſeparat bonum à malo, & expellit. Igitur quando humor eſt aduſtus in venis, vel extra venas, concoquantur humores permixti, & ſic ſeparabitur bonum à malo, & expellet. Noſtri Moderni ſtatim incipiunt ab abſtergentibus & incidentibus, dantque ſyrupum de fumo terræ, de epithymo, & perdunt homines. Vos, ſi accedetis ad tales humores aduſtos, debetis tentare concoctionem veram, vt fortificetur calor non cum ſyrupis incidentibus & calidis, ſed fomentis circa ventriculum & hypochondria adiuuare concoctionem, vt diatrionpipereon ſi ſtomachus frigidus eſt, alterando quandoque hepar cum leniter calidis & humidis, cum frictionibus per totū corpus oleo chamomillino: fit enim coctio calidis & humidis. Vinum ſit leue, & modicè dulce, tenuis ſubſtantiæ. Cibus ptiſana in brodio pulli, quod moderatam caliditatem habet cum cinamomo. Vbi hoc per quatuor vel ſex dies adiuuando coctiones feceritis, ita vt iam appareant ſigna concoctionis, dabitis quæ incidunt, abſtergunt: verbi gratia, ſyrupum de fumo terræ, oxymel, ſyrupum de epithymo: quia quod eſt coctum, euacuatur iſtis ſyrupis, & reliquum præparatur. Vbi hoc feceritis, dabitis pharmacum. His factis, ſi dolores rurſus fuerint, euacuetur rurſus, & iterum repetantur ſyrupi, primùm cum iuuantibus calorem naturalem, poſtea iterum ſyrupos abſtergentes & incidentes, vt de fumo terræ: iterum euacuetur, nec ceſſetur ab euacuationibus, niſi dolores ceſſabunt ex toto, vel ex maxima parte. Tunc bezoartica date, nolite tamē confidere ſi receſſerint dolores, quia facilè redeunt. Ante bezoartica tamen debetis hepar refrigerare & humectare, & ptiſanā dare ſine cinamomo: & iuſculum magis dilutum, & vinū dilutum, ſyrupos frigidos & humidos, vt ſyrupum de nenuphare, ſyrupum violaceum ſimplicem, & copioſè cum aquis frigidis & humidis. Longum eſſet ſyrupos recenſere, & habetis vos ipſi in libris, & poteſtis aggregare & facere. Vbi hoc feciſtis, & euacuaſtis, ac alteraſtis hepar, tunc ad bezoartica accedatis, quæ noſtra ætate duo ſunt: lignum & argentum viuum.

LECTIO IIII.

Dixi dupliciter curari morbum Gallicum, vno modo cum indicationibus à natura morbi, vt dogmatici faciunt: quia intemperies calida & ſicca in hepate, debet ergo refrigerari & humectari. Phlebotomia in hoc caſu optima quoque, & quia humores etiam aduſti collecti, ergo euacuandi. Dixi quoq; quomodo materias concoquere debeatis. Moderni enim confundunt concoctiones & præparationes, quum non ſint idem: & vtilia ſæpe ſunt repetenda, vt inquit Galenus libro ſecundo de Criſi. Alia curatio non per indicationes erat, ſed per experimēta tantùm, vtimur medicinis antidotis, quæ occultam habent qualita-

tem

tem & proprietatem aduerſus morbum: non damus ideo, quia ſcimus euacuare humores, calefacere, ſiccare: ſed quia proprietatem habent contra illum morbum, ob formas ſuas ſpecificas oppoſitas, & talia in magnis morbis ſunt à Deo glorioſo data, qui voluit dare medicinas ab occulta qualitate operantes, vt in lepra per carnes viperarum, vel experientia, vel inſomniis, vel caſu, vel quocunq; modo inueniuntur. Duæ tantùm ſunt inuentæ medicinæ alexipharmacę in morbo Gallico, argẽtum viuum, & decoctio ligni, de quibus dicendum, & de oleo calchanti, ſeu vitrioli.

De Argento viuo.

Multum refert hoc ſcire, quia eius vſus frequentiſsimus eſt: argento enim viuo ſemper vtuntur, quo nihil periculoſius eſt experientia & authoritate Galeni. Quando enim Medicus dicit, ſe eſſe expertum, caueatur, quoniam pauci ſciunt experiri. Docet enim Gal. 2. de Simpl. medic. quàm ſit difficilis experientia, oportet bene diſtinguere, quæ per accidens, & quæ per ſe, & quæ caſu contingunt, &c. Si poſtea neſciunt experiri, & accedit arrogãtia ac audacia, quid inde oriri ſolet vos nouiſtis ipſi, ſed caueatis ab his. Argentum ergo viuum erat admiſſum, & nunc in mentibus obſtinatis adhuc durat, & dicunt eſſe ſecretum. An ſit antidotum verum videamus, vnde videbitis fallacias. Primò faciunt vnam differentiam, dicẽtes: Argentum viuum eſt, quod foditur in fodinis: hydrargyrum, quod arte fit. Sed nihil eſt, quia argentum viuum ſemper eaſdem vires habet: huius autem eſt proprietas, vt cuicunque rei occurrit (ſiue id faciat frigiditate, ſiue habet à forma ſpecifica) repellit, penetrat omnia, nihil poteſt tolerare niſi aurum: etiam murum penetrat, ſemper eſt in motu, vnde magnam vim habet repellendi inter omnia: propterea vbi occurrit membris principalibus, interficit. Vnde Galen. tanquam propheta ab eo dehortabatur, & alij tunc boni Medici. Arabes autem, qui erant Alchymiſtę, vſum eius inuenerunt, & pro ſcabie vtebãtur. Græci autem antiqui, vt Galenus, Alexander Trallianus, Oribaſius, nunquam eo ſunt vſi: ſed recentes Græci, qui magis ineptiores erãt, quàm Arabes, vſi ſunt: nam Raſin Aetio & Paulo pręfero. Oribaſius autem vltimus bonorum Græcorum fuit. Galenus dicit, ſe non congnoſcere hydrargyrum niſi pro veneno. Iſta ſunt verba Galeni, & tamen eo adhuc vtimur. Ergo habet virtutem omnia repellendi, & venenum eſt corpori. Arabes inuentores erant huius remedij: cùm enim viderent eſſe facile vti abſtergentibus in ſaphati & vlceribus malignis, ac ſcabie putrida, vſi ſunt argento viuo cum oleis mixto & vnguentis: ſed illi magis fuerũt Alchymiſtæ, q̃ Medici, & ſtatim mundatur locus à purulentia. Cùm hoc viderunt Arabes ex argẽto viuo vlcerum curationem, ita celebrabãt hoc: Sumebant ℥i. argẽti viui cum ſtyrace, adipe, vnguentis & aliis in magna quantitate: & etiã conficiunt multi noſtro tempore: imò qđ deterius eſt, extinguunt cũ ſaliua, Moderni & cineribus, & faciunt pilulã, qua euacuant in immenſum ꝑ ſuperius & inferius: ſicut etiam facerent, ſi arſenicum ſumerent. Quanta dementia hominũ, vt etiam audeãt intra os admittere, & quando interrogantur qua virtute id credant facere, dicũt id ab occulta qualitate in omnibus operari: ſi poſtea interrogentur an curentur, dicunt ſic: Quia experientia docet. Credunt quòd curentur illi, & quòd ſit occulta qualitas. Ego aũt dico, neutrum verum eſſe, quia non habet proprietatem occultam, ſed eſt peſſimum venenũ, & exterminandum à Medicis, nec curat, quia falſa eſt experientia & per accidẽs, ob ignorantiam logicæ, quæ mater errorũ omnium, dum neſciunt diſtinguere. Videt quòd mundentur, ceſſent dolores, credunt quòd illos curauerint: cùm autẽ vident redire morbũ, faciunt mille mutationes, miſtiones, & præparationes, quia vident ſe non curaſſe: nunc cũ hoc, nunc cũ alio miſcent, alij adurunt, alij præcipitant, alij cum fumo tantùm, & neſcio quas rationes adducunt: cùm non proſperè ſuccedit, aggrediuntur aliud, ſemper dicũt: Ego facio alio modo. & ita ſunt cæci & ſine mente: curãt quidem, ſed morbus redit. Verum quidẽ eſt, ſi vos illinetis argento viuo homines, ceſſabunt dolores, vlcera, bene comedent, bibent, dormient, & ſunt læti, pingueſcunt, creſcunt, ſe curatos credunt: ſed trãnſeunt tres menſes, redeunt morbi, & fiunt nouiſsima deteriora primis, dentes putreſcunt, vlcera in ore fiunt, fœtet anhelitus, color prauus: & ſi rurſus illinũtur, in tabem ferè incidunt, & moriuntur. Si vos ſciretis quot mortui ſint ex illinitionibus, quos ego cognoui, miraremini: quia nullus curatur, ſed videntur ſani ad tempus. Quapropter habent fallacem experientiam. Ergo argentum viuum ex natura rei repellit omnia, cui nihil reſiſtit: alij miſcẽt cum oleis calidiſsimis de coſto, terebinthina, euphorbio, cũ adipe ſuilla, anſeris, vrſi, butyro. Qui aũt in minore quantitate iſta miſcent, dicũt ſine moleſtia habere ſe medicamentum: ſicut Ioan. de Vvigo fecit linimentum, quo ſe dicit infinitam pecuniam eſſe conſequutum. Dum eſſem iuuenis incidi in hoc vnguentum, errore potius ex documentis, quàm ratione expertus ſum, captus authoritate tanti viri, conſiderabam ingredientia (ita enim ſemper facere ſoleo, Deus mihi hanc mentem dedit) erant corrigentia, cœpi fauere, & curaui ſicut & alij: ſed redibant omnes in priores diſpoſitiones. Cùm crebrò iſtud vidiſſem, diſplicebat mihi, quia impoſturæ erant, verti me ad Galenum, & potius diſcere medicinam, quàm impoſturam exercere mecum ſtatui: tandẽ Deo adiuuante, vidi lumen Galeni, didici veritatem, & cognoui fallaciam linimẽti. Argentum ergo viuum cùm illinatur cũ rebus calidis, penetrat facilius, & expellit omnem humorem in omnibus partibus: nam cogitur vt non deſinat motus, donec humor trahatur maximè pituitoſus: illinuntur enim omnia extrema, brachia, crura, thorax, venter bis in die per octo aut ſex dies. Coguntur humores ad ventrem redire, & per ſputum excerni. Finis huius vt materia vi & impetu ad thoracem deueniat, & pulmo & ſtomachus, & omnes ventres replentur illo veneno & humore, ſemper expellitur ꝑ os apertum, implentur magna vaſa ſingulis diebus, donec euacuetur materia. Videte ꝑ

quas vias Hipp. dixit per conuenientes vias euacuandum:& Auic.4.1.inquit,Cùm euacuas,caue exitus per principalia membra fiant. At illi ad nobiliſsima mébra expellunt,vnde cauſa permanet. Quare non mirum quòd ſpiritalia membra ſemper affecta permanét. Ego tales illitos & inúctos ſtatim agnoſco: habent dentes deſtructos,putridos,nigros,nec habét ventriculum ſicut prius,calor innatus ſepultus per arg.viuum. Primò malè curantur,quia accipiunt venenum:ſecundò euacuantur ꝑ loca non conferétia, aut conuenientia, B & peſsimas vias: tertiò accidentia remanét,& nó curantur, os habét vlceratū,nec ita concoquunt, permanet intemperies talis,&gradus incognitus formæ occultæ;vnde effectus talis ſequitur:dum enim euacuauerunt omnes humores per malas vias,videntur ſani eſſe,& ſunt læti,pingueſcūt,ſed non eſt vera pinguedo,ſed ita ſunt tumefacti,tandem iterum dolent brachia,&c. & fiūt nouiſsima deteriora ac peiora primis,quia cauſa durat,& remanet intemperies iſta calida & ſicca in hepate: C quia illi nihil fecerūt,niſi quòd euacuauerint violenter humores: curauerunt quidem ꝑ accidens, auferendo cauſas malas materiales facientes dolores, ſed veram cauſam intemperiem calidam & ſiccam nó remouerunt,& ſic ſunt decepti:primò ergo nó curauerunt: ſecundò dederunt venenū: tertiò thoracē,ventrē,dentes deſtruxerunt. Abſtinendum ergo ab his linimentis,& multò magis à pipulis,quas vocant præcipitatas,quę potius deberent dici præcipitantes,& vtiná in profundum D maris præcipitarentur,vt nunquam apparerent.

LECTIO V.

Omnia iam audiuiſtis,primò eſſentiam morbi, quid ſit,& quotupliciter curetur,& vidiſtis quare tam magni morbi indicationibus nó curentur,vt cancer,lepra,venena,morbus Gallicus: nó enim poſſunt ita curari vt inflámationes à natura rei, cuius ratione dictat Gal.in princ. ad Glauc. quia non cognoſcimus gradum lapſus naturalis tem- E peramenti: ſi quis hoc ſciret, inquit Gal.eſſet Æſculapius & Apollo: nunc autem morbi gradum ignoramus. Sed ſi ſint leuiores morbi,vt cauſon & pleuritis, qui non faciunt magnam impreſsionem,licet gradū præciſè neſciamus, tñ contrariis pellimus: quia morbus nó fixus, & nó habet ſuá formam impreſſam,etiamſi ſex gradibus remotio res medicinas demus, tamē tollimus, quia nó eſt facta magna impreſsio. Sed in magnis morbis,vt in lepra, ſi ſciremus formam & gradum lapſus, q F fecit impreſsionē, id eſt, per tantá proportionem calidi,tunc mederi poſſemus:forma enim immediatè ſequitur temperaturę vltimū gradum, quare quidam voluerūt temperaturam eſſe formam, ſed cautius eſt dicere, quòd vltimū gradum temperaturæ forma ſubſtátialis ſequatur:vbi tot gradus ſunt,talis impreſsio ſequitur, & dicitur morbus Gallicus,lepra, & venena, ſic de aliis, cùm æquè ſimilibus volunt curari gradus iſti vltimi,formam inducentes epati pro morbo Gallico: cùm G enim tot gradibus forma imbuerit morbum,non poſſumus niſi viribus occurrere: ſed non poſſumus,quia non cognoſcimus iſtam formá. Ergo re A operante à ſpecifica forma & qualitate occurrere oportet: & cùm ſit morbus Gallicus formam impreſſam in epate habēs, quia ſi debet fieri morb⁹ Gallicus, oportet epar ad iſtum gradū intemperiei peruenire, quá formam immediatè ſequitur: quoniam aūt iſte gradus eſt vobis incognitus, ſit vt cura ſit tá difficilis, nec poſsit tolli medicationibus,niſi ſit in principio:tunc enim quandoque remouetur ſolis euacuantibus & alterantibus, & ego expertus ſum. Sed vbi infixa forma in epate, B nec euacuantibus, nec alterantibus tolletis benè. prꝑſentē diſpoſitionē,vt dolores,vlcera,velut illo arg.viuo iſti: ſed omnes ita curati ſunt deducti in deteriores diſpoſitiones,aliqui decepti,qui crediderunt arg.viuum præcipitatū, vel non præcipitatum, vſtum vel non vſtum,medicinā bezoarticam eſſe morbi Gallici: ego tñ oſtendi,quòd neq; ſit bezoartica medicina,ſed ꝑrius venenū: quare monemus, vt explodatur ab arte medica noſtra. C Tamē procedere hic cū ſcoreis concedimus,& bezoartica,quam Deus dedit tempore noſtro commoditatem. Non hìc diſputabo an ſit hebenus. Iacobus enim Carpenſis Bononienſis, Chirurgus magnus & anatomicus ſuo tempore inſignis, cū venit Veroná pro Hercule poeta morbo Gallico laborante,vidit arborem vbiq; vulgò eganum dictam,credebat illud eſſe ſanctum lignum:facit.n. ſiliquas,in quibus ſunt grana & ſemina parua,folium rotundum ſicut hederæ, ſine cuſpide tñ: lignum eſt ita ſolidum,vt vix incidi poſsit, grauiſsi D mum, nigroré habet interioré: ego vidi ſiliquas, & habeo ſemina miſſa ex India, qui volūt videre, ſiliquæ tales ſunt ſicut egani,grauitatem eandem habet & nigrediné, credidit omninò lignum ſanctum,voluit experiri,portauit ſecum Bononiam: quid ſit actum tandē, neſcio: habet ſimilitudiné, fortaſſe poteſt eſſe,ſed ob diuerſas regiones diuerſum: lignum ſanctum proprietatē habet illam,vt ex guſtu coniicimus, eſt ſiccis. & calidiſs. ſubſtantiæ: eſt enim decoctum amarum cum acrimónia E erodente,calidum ad 3.gradum,habet partes ſubtiliores, in quibus acrimoniá habet, & terreſtres, in quibus amaritudo, ſuſtinet concoctionem tantam,vt vix aliud, ita vt ſi decoquatur decies,ſemper habebitis liquoré ſpiſſum,amarum,acrem,ita vt vix poſsint diſſolui, & ſeparari partes terreſtres: & in vltimo decocto tanta eſt ſpiſsitudo,vt in primo. Caueatis à Pharmacopolis,qa vendunt ipſi decoctioné,quæ decies eſt facta: ego noui tales, & vltimum decoctum ita erit ſapidum vt pri- F mum. Si vultis ergo fideles eſſe,& non vultis pudorem cū ſcelere aromatarij habere, decoquatis domi ſoli lignū,calefacit & exiccat,& morb⁹ Gallicus eſt intemperies calida & ſicca, potiusq; deberet augere morbum, & tñ curat: ergo operatur à forma ſua ſpecifica: ita Deus opt.max. prouidit humanæ imbecillitati & calamitati,vt ſemper arcana oſtenſa fuerint in magnis morbis,quibus occurrere non potuimus humanis indicationibus.

Notandum. Quidquid operatur ab occulta G qualitate,ſi adhibueritis ſtatim, & nó ante omnia impedimenta remouebitis,nihil faciet. Primò nó curatis,qa impeditur & obtunditur vis ſua,& fruſtra exhibetis:ſecundò,ſi datur tempore non opportuno,

portuno,nõ remouet malum: & cùm ſit calidũ & ſiccũ, inflammat epar, & magis nocet, ſemper videbitis,qui auſi ſunt dare antequã corpus exquiſitè, vel malè, vel nihil euacuatum fuit, quòd nocuerint. Sed vbi eſt corpus exquiſitè euacuatum, ſemper proderit.Igitur nunq̃ exhibeatur,niſi corpus exquiſitè ſit euacuatum.Primò phlebotometur,vt dixi,poſt medicamenti materia concoquatur,euacuetur:deinde,quæ vtilia ſunt ſcitu.

Quo tempore exhibendum lignum, & quomodo.

Noſtro tempore neſcio quo duce ſathana, fuit introducta conſuetudo iſta,ſunt fortaſsis 12.anni iam, cùm etiam docti & periti propter defectum Methodi inciderunt in errorem talem,& interficiunt ſæpe; exhibent enim hoc lignum cum vino aromatico, vel maluatico,ſi ſunt Venetiis : ſi Romæ,cum Græco miſcēt cinamomũ, ſcãmoneam, elleborum,colocynthida,& faciunt verè venenoſum pharmacum. Qui ad me venerunt,tales ꝑ illud lignũ ita cum rebus calidis & vino ſumptum curati,adeò aduſti & cõcremati, vt nihil ſuprà, vt ego vix potuerim per 6.menſes refrigerare illam aduſtionẽ & caliditatẽ impreſſam procedendo frigidis:tum enim frigida dabam, vt aromatarij dicerent, me eos interfecturũ. Fuit fortaſſe quidam bonus Medicus, qui cùm videret homines ità refrigeratos ob ætatẽ vel morbũ, vt toti referti fuerint tophis ex frigiditate, vt iam ad extrema eſſet deueniendum : & hoc vinũ credo ideo inuētum, poteſt contingere ita: in frigidis enim temperaturis conuenit,quia cùm homo eſt nõ habens calorem,& loco ſanguinis pituitam generat,tali cum vino poteſtis dare,quia vinum confert,vbi ita aliquis ſit refrigeratus : ſed vniuerſaliter hoc facere, & cũ vino dare vti iuuenibus,certè omnes interficerentur. Poteſt enim corpus ita refrigeratũ eſſe, vt vinum conueniat:& ſi hoc videritis,poteſtis & hoc facere, quod mille nõ contulit,in vno ſalutare faceret. Sed illi faciunt hoc in cholericis iuuenibus,& omnes interficiunt,vel deducunt ad malas diſpoſitiones.

LECTIO VI.

Diximus in ligno eſſe duo,caliditatem vel vim calefaciendi & exiccandi, ſecundò vim tollendi morbum à forma ſpecifica: vtra nunc ſuperabit, exercet potentiam ſuam, ſi ſuperabit caliditas & ſiccitas,nocebit,& ad tabem illos deducetis:ſi forma ſpecifica ſuperabit,curabitis. Conſidera ſemper corpus,ſi fuerit calidum & ſiccum,remittatis acumen ligni aquis frigidis: ſi frigidum, in communi aqua coquatis, quia ſatis caleſcit: probabo alio tempore quòd aqua calida ſimplici cocta plurimùm calefaciat:nam quare aqua cum rebus calidis ſit calida, in mea Methodo dixi. Hic habeo quendam Nobilem, q̃ cùm inflammatione laboraret,voluimus decoctum ligni dare, quo cùm vſus eſſet in aqua cõmuni, fuit inflammatus & repletus eryſipelatibus,dedi ei poſtea cum aqua endiuiæ,& eſt curatus,filios generat, eſt rubeus,totus alius factus. Ergo licet ſit hoc decretum,ſemper tamen in Methodo vtemur, & conſiderabitis cui corpori detis:in iuuenibus & cholericis opor-

A tet caliditatem & ſiccitatẽ tollere, non cum aqua communi, ſed endiuiæ : quia autem aqua communis in ſe recipiat omnes qualitates, dicã aliàs. Ordo cauſa memoriæ,fundamẽtum circa curam vnus modus ꝑ indicationes,vt Dogmatici faciũt, vt Auic.& Gal.facit: pauci tamen aduertunt vnde ſit, vt etiam Gal.legentes malè curent. A' natura rei primò, prout eſt in radice,inuenimus calidæ & ſiccæ temperaturæ eſſe,quę redacta ad certam formam nobis ignotam,neſcimus in quo gra- B du:nam nõ à qualibet temperatura calida & ſicca hic affectus ſequitur, quoniã & lepra & alij morbi ſunt calidi & ſicci, ſed ſecundùm diuerſos gradus. Si enim leprã conſideratis,non ſunt ſquamę illæ quæ decidunt ægritudo,imò potius accidēs, & in ſcabie ſimiliter potius eſt temperatura mala ægritudo. Si vultis ergo tollere lepram,tollatis illam malam temperaturam. Indicationes autem à contrariis ſumuntur, vnde tota medicina oritur. Contraria contrariis curãtur, & ſimilia ſimilibus C conſeruantur, ſicut apud Dialecticos illa propoſitio, de quolibet verum aut falſum. Et hìc calida & ſicca temperatura curatur frigidis & humidis, quantum ad temperaturã. Sed quia hìc quoq; repletio, vlcera, iuncturarũ dolor, ſumetur indicatio, ſi hìc multa materia curatur euacuatione: à natura ergo morbi duę indicationes, nempe euacuare & alterare,à qua autē eſt incipiẽdum ? Gal. 3.Meth.inquit, Vbi plures ſunt indicationes,ſine qua alia nõ poteſt tolli, ab hac eſt incipiendũ. Hìc D eſt mala intemperies calida & ſicca,niſi tolletis humores,non poteſtis alterare.Supprimantur radices illæ in vobis & fundamenta artis,poſteà truncus pullulabit ex ſe:inde rectè dicebat Plat.Principium ſuperat dimidium: vbi enim principium fundamenti bonum,habebitis totam artem.Duo hìc ſunt,intemperies calida & ſicca,& plenitudo, quæ propter intemperiem ſequitur, quæ ꝑ renes eſt. Incipiendùm ergo remouere plenitudinem in corpore, pòſt accedendum ad temperaturam, E quæ calida & ſicca,remouẽdo eam frigidis & humidis. Sed quia gradus ille peruenit ad formam ignotam,quę validiſsima eſt,& fecit impreſsionẽ, oportet formam exquiſitè inuenire illam, qua occurrere poſsimus : ſed non poſſumus ad gradum certum peruenire, quia forma certa ægritudinis eſt nobis ignota. Nam ſi quis certũ gradum temperaturę ſciret,inquit Galenus,eſſet Æſculapius. Verbi gratia,quando in epate eſt caliditas ob aromata, vnde ſcabies ſit, iſte gradus vltimæ formæ F non ita eſt intenſus : & licet non habeamus gradum certum cognitum,quando tamẽ non eſt valida impreſsio,curamus,& natura iuuat. Sed vbi forma præualet, & non cognoſcimus gradum & formam ſpecificam,ex arte oportet vel à Deo,vel experientia habere exquiſitè illum gradum medicinæ, quæ præciſè occurrat morbi formæ, ita vt directè reſpiciat illam formam. Si enim formas ſpecificas cognoſceretis,omnia ſciretis:imò ſi ſcirem formam ſpecificam veſtrę temperaturę,ſcirē G etiã cogitationes: ſed iſta nõ poſſumus neq; medicina,neq; philoſophia, ſed inuenimus Deo volente. Alij in argento viuo arbitrãtur ſe inueniſſe, ſed illos falli oſtendi. Concluſio ergo noſtra erat,

cauendum ab argento viuo, ſemperq́; abominandum, ſiue in forma ſuffumigij, vel in forma minij, vel mixtum cum linimẽtis & aliis formis ſemper caueatur: toties enim huius vſum mutauerunt, quod ſignum eſt, quòd experimentum perdurabile non inuenerunt. Videtur quidẽ quòd æger curatur, cùm hoc argentũ exhibetur: ſed hæc curatio eſt imaginaria, materia trahitur per ſputum, ſtupefiunt membra ob frigiditatẽ. Aliud antidotum, quod habet formam ſpecificã cõtra formam caliditatis impreſſæ in epate, quod nõ poteſt probari ratione, cùm vltimi gradus formarum nobis ignoti ſint, nec poſſumus cognoſcere, niſi à poſteriori: id eſt, ab effectu, & eſt decoctum ligni tale, ſecundum qđ oportet tentare: ſeruatis rectè modis curantur omnes, nec eſt deſiſtẽdum: oportet tentare bis, ter, velut ſi duo hoſtes ſimul pugnãt, alter alteri reſiſtit: ſi ergo duę formę ſimul ponuntur, & non alterum pellat alterum, non determinamus: iterum ſecundo & tertio faciatis, videbitis ſucceſſum, quia omnes curantur, niſi ſit tabes confirmata in corde, quæ non curatur. Morbus enim Gallicus quandò primò eſt in hepate, facilè eſt curabilis: in cerebro, poſsibilis etiam curatu: in corde, non curabitur. Vbi enim non occupauit ſubſtãtiam cordis, omnes curabitis, modò æger voluerit, & inſtrumenta commoda habeatis: ſed tabidos tales nec debetis curare, imò nè aggredi quidem, iuxta ſententiam Galeni 2. Meth. ne infametur decoctum ligni.

LECTIO VII.

Mos peruerſiſsimus noſtra ætate irrepſit, dabant enim decoctum cum vino, validiſsimis medicamentis, vt ſcammonea, colocynthide, quo vſi multi perierunt, nec vidi poſtea tales ſanos: ita videbitis multas res ridiculas inter Medicos: in qualibet enim ciuitate vel tria medicamenta inuenietis præter alia, quæ ſunt in vſu, vt pillulæ cocchię cum elleboro, ſyrupus de betonica. Fuit quidam Medicus fortè, qui vti incœpit his, num cum methodo, vel ſine methodo, non diſputo: credo tamen illum ſine methodo feciſſe, qui elleborum illis malè addiderit, & oſtendam quando volueritis ita eſſe. Ita videtis in omnibus ciuitatibus duo vel tria medicamenta præter cætera in vſu eſſe, dicunt: Si ille fecit, qui inuenit, & fuit magnus vir, ego quoq; faciam. Sic etiam fit cũ hoc vini decocto. Poteſt cõtingere, quòd primus decoctum ligni cum vino dedit, quod methodo vſus ſit, quia inuenit verè frigidum corpus, vel natura, vel aduentitium ei refertũ humoribus crudis, & qui tophos habuerit ex pituita craſſa gypſea. Supponamus caſum, ita fuit refrigeratus ſecundũ omnes partes corporis, vt ſi cũ aqua dediſſet, nõ potuiſſet reſoluere: ſed cùm ille tophos & materias frigidas reſoluere voluerit, oportuit decoctũ vini dare, & rectè ac ingenioſè fecit. Dicat aliquis, Calida & ſicca eſt intemperies in epate, ſi eſt corpus refrigeratum, vt generet tophos, quid opus eſt remouere temperaturã? Dico, idem contingit vt in febri, ſunt aliquæ febres ardentiſsimæ in ſe, & vix poteſtis tangere, ita ardent, & quando ſunt in vigore, eſt calor maximus, quia caliditatẽ & ſiccita-

A tem habent in corde: vbi res inualeſcit, quanto peius habet, tantò calor fit remiſsior, corpus frigidius & febris mãxima: vnde rectè Moderni dicũt, Febris reducitur ad calorẽ innatũ, qui ſi paucus, febris quoq; pauca: maximus eſt calor, q in eo pauco calore eſt totus igneus, vt ſit flãmula, vt vix poſsit calefacere corpus. Sic febris ardẽs cum frigore ratione caloris pauci innati, q igneus eſt. Sic in hoc caſu temperies in epate eſt calida & ſicca, ſemper tamen corpus poteſt frigidum eſſe: vt B piperis ſuccus, niſi ad actum redigatur, eſt frigidus: ita intemperies illa in corpore, vbi deficit calor ille actualis. Fruſtra habemus temperiẽ illam calidam, quia calor à corde iſtud facere debet: & licet epar nõ poteſt ſanguinẽ facere ita, ſed quod purũ facit aduſtum, eſt vt venenum ſcorpionis: quod quantò magis extinguitur, minus erit: tñ ſemper venenum eſt: ſic ſenes ad 90. annos pituitã ſunt pleni, & tamen ſemper aduſtionẽ habent, & ſunt frigidi. In morbo Gallico quoq; corpus eſt C frigidum, quia paucus eſt calor reducens ad actũ, oportet remouere temperaturã, omnia membra repleta pituita: quare benè inuenerunt quòd dãt vinũ maluaticum Venetiis, Romę vinũ Gręcum, quia penetrat, confortat, conſumit, calefacit corpus: in hoc enim decocto ſunt duæ res, qualitas manifeſta & occulta, vtroq; egemus, & calefactione & exiccatione corporis, & occurrere quoque qualitati venenoſæ: in tali corpore frigido bene facitis ita, ſed rarò tales occurrẽt nobis. Bona expe- D rientia in bono viro ſupplet vicem methodi, ſic Gal. dixit: Si non eſſem dogmaticus, eſſem empiricus: ſic ille ob obſeruationẽ fecit: ſicut ego noui, qui etiamſi non docti, tamen bonitate ingenij & diligentia obſeruationeq́ue medicabantur bene, quia ita longa experientia eis dictauit: alij autem ignaui, qui nec artem nec experientiam habent, ſed inducunt deceptiones ꝑ arte, neſcientes quid agere debeant, acceſſerunt ad hoc decoctum vini vt paſsim per totam Italiam iam exhibent, etiam E iuuenibus ſine methodo: vos autẽ hortor caueatis, quia multos interficietis.

Quomodo vtendum ligno.

Nunquam deueniatis ad hoc decoctum, niſi ſit corpus exquiſitè euacuatũ & mundum, toties repetendum duxi, ante purgationes etiam contemperare oportere temperaturã epatis frigidis & humidis 6. vel 8. vel 10. diebus, tum ad decoctum ligni veniatis. Duo ſunt in decocto ligni, ſemper hoc notate, & nunq̃ errabitis: primò temperatu- F ra ligni in ſecundo gradu caliditatis, in tertio ſiccitatis, ſi nõ ad quartum, ad tertium intenſè accedit, quod tota ſubſtantia indicat: ſoliditas calefacit & exiccat, aſtringit, pungit linguã ſaltem decoctum: propter enim terreſtres partes nõ facilè poteſt pungere, niſi ſit decoctum: ſecundò operatur à qualitate occulta. Cùm hęc duo conſiderabitis, videte an hoc corpus debeat calefieri & exiccari, ſitne tale corpus, cui non nocerem, ſi exiccarem & calefacerem, an verò nocerem: quoniam ſi mul- G tus eſt calor ſecundum totũ in corpore, & eſt iuuenis robuſtus, ſumit nocumentũ tale corpus, ex calefactione & eſt ex occulta qualitate iuuamentum, videbitis expreſſè, ſi detis calidę & ſiccę temperaturæ

peraturæ ardebit, iam facietis eryſipelas, corpus tabeſcit: hîc oportet remouere vſum vini, iſtud ab experientia inueni: eò autem me deduxit Methodus, ſæpius quidem expertus ſum decoctum ligni, exhibui, ſed non ſucceſsit: videbam eos inflammari, quia deterius habebant, & febris ſuccedebat, inflammabantur. Methodus me docuit poſtea cogitando, ſi poſſem qualitates remouere, caliditatem ſcilicet & ſiccitatem, & formam ſpecificam relinquere bonum eſſet: mox tentaui aquis frigidis lignum coquere, dedi, & feliciter ſucceſſit. Sine arrogantia dico me primum fuiſſe, qui cum aquis frigidis hoc lignum dederit, pro quodam Cardinale Cornelio, vbi Vrbanus Fauentinus & alij viri docti adeſſent, ego propoſui hoc decoctum cum frigidis aquis deſtillatum. Mirabantur omnes, dicẽtes: Deſtruetur ita vſus ligni. Sed tamen dederunt, & benè ſucceſsit, & nunc eſt in vſu, non omnibus tamen. Sed ſemper iſtos duos ſcopos præ oculis habeatis, vtrũ maius nocumentum ex calefactione & exiccatione habeat, quàm à forma ſpecifica: vbi iuuenes erunt, detis cum aqua endiuiæ, quę optima eſt. Nunquam ergo detis niſi cum aquis refrigerantibus, vbi ſunt corpora calida.

LECTIO VIII.

Diximus, naturam morbi Gallici ſigna & curam alteram per indicationem eſſe ſecundùm veram rationem medendi, alteram per antidotum & experimẽtum: quia ſunt quidam morbi ita magni, vt nõ poſsint indicationibus tolli, ſed iis quæ habent formam immediatè oppoſitam: ſed hoc arte non poſſumus, quia nec Medici nec Philoſophi poterunt formarum naturam agnoſcere, ſed accidentium & qualitatum tantùm. Argenti viui ſuffumigium, vaporationem, vnguentum vituperauimus, à linimentis per argentum viuum quoquo modo paratis caueatis: ſed eligantur antidota, quę reſpiciunt à proprietate, vt eſt lignum Indicum, quod diuerſis modis præparatur, vt oſtendimus. Nunquam decoctum detis ligni, niſi corpus ſit euacuatum exquiſitè, & phlebotomia & pharmacia: nã quantò corpus magis mundum erit, tantò fœlicius hoc decoctum operabitur. Quidam cum vino decoquunt & medicamentis ſolutiuis, vt epithymo & folliculis ſenæ, quæ ſunt mediocria: alij dant fortiora, vt elleborum, colocynthida, agaricũ, & alia violentiſsimè euacuantia. Hæc eſt conſuetudo non tantùm periculoſa, ſed pernecans quoque. Oportet bene diſtinguere, alioqui interficietis ægros. Si intemperies illa erit in iuuene, vbi calor eſt, & vos decoctum cum vino exhibetis, vel mortis eritis authores, vel diſcriminis: quia in decocto duo ſunt, forma occulta & qualitas manifeſta, forma ſpecifica, cuius ratione aliquod iuuamentum erit, ſi tamen aliquod iuuamentum, longè maius nocumentum tamen erit ex qualitatibus manifeſtis: quia vitium calidum in ſeipſo, & decocto caliditas additur. Si ergo datis corpori temperaturæ calidæ, tabefacitis corpus, diſſoluitis humidum radicale, & calidum extinguitis naturale, vnde paucum iuuamentum. Si verò exhibetis ſoluentes

A medicinas cum decocto, præterquàm quòd importunè agitis, augetis quoque malas qualitates: vel enim eſt corpus purgatum, vel non: ſi purgatum eſt corpus prius, quare exhibetis? Secundum Aphoriſmum, Helleborum dare purgato corpori non oportet, quia pura corpora difficulter ferunt medicationes: ſi nõ purgatum corpus adhuc prius, quia euacuatio & alteratio non debent permiſceri: quoniam nunquam ſimul purgandum & alterandum, ſed prius euacuare,
B poſteà alterare conuenit. Quare admiſcere decocto ſoluentes medicinas nulli conuenit, nec euacuato corpori, nec etiam non euacuato. Quod ſi fit, deterius eſt multò quàm prius, niſi ſit ſenex, & adeſſet multa materia pituitoſa, & membra eſſent languida, viæ ſtrictæ, ob frigiditatem excremẽta gummoſa, in hoc fortè tale decoctum cum vino conueniret: ſed medicamenta ſoluentia nullam occaſionem habent. Ergo non miſcete medicinas ſolutiuas, nec cum vino date, niſi ſit ex-
C trema frigiditas, vt antè diſtinximus ſemper. Hic animaduertatis vinũ valde nocere neruis & chordis, ſed morbo Gallico nerui & membranæ maximè patiuntur, quibus vino nihil peius: dolor enim ille magis chordas & membranas, ac perioſtia occupat, quare abſtinendum à vino in omnibus ægritudinibus neruorum dicit Auicenna: quoniam vina tentant neruos. Quapropter vbi neruoſæ ægritudines, vt in epilepſiis, & quæ pendent à principio neruorum, cauendum à vino:
D vnde à podagra, ſola abſtinẽtia vini curantur. Dolor autem morbi Gallici eſt inter iuncturas, quia occupat membranas ipſas, perioſtia, quandoquidem attenuatus eſt humor propter aduſtionem, & ita dolor ſemper eſt in iſto medio: ſed in podagra eſt in iuncturis dolor: decoctum vini etiam in ſene nocebit. Conſuetudo ergo quæ inualuit cum vino decoquere & medicamentis, vtraq; eſt mala, ſed deterior vltima: ab vtraque autem cauendum. Ad decoctum autem cum aqua deue-
E niendum eſt, vt Indi faciunt, coquunt cum aqua, & ita curãtur longa experientia edocti, ita & vos ſeruetis hãc conſuetudinem. Quæſtio digna ſpeculatione Medici & Philoſophi: Aqua fontis communis recipit omnes impreſsiones: ſi coquatur in ea calefactiuum, fit aqua calida in eo gradu, in quo ſimplex, vt ſulphur in tertio gradu calidum, aqua etiam in tertio gradu calida eſſet: vt ſi piper decoquatur in debita proportione aquæ, magis ardebit & calefaciet aqua, quàm piper, vt in aquis
F ſulfureis videmus, quæ ſummè calefaciunt. Peculiare enim eſt aquæ cõmuni, vt omnes impreſſiones recipiat, ſed in aquis ſublimatis non ſic: recipiatur enim aqua endiuiæ, ſummè reſiſtit. Si vultis videre miraculum, accipiatis modicum opij, verbi gratia drachmas quinque, & drachmas decem piperis, componite, exhibeatis alicui, videbitis vim frigidi inducere ſoporem, adeò reſiſtit modicum opij, vt in Philonio Romano patet: ponderetis ibi, calida multò frigida ſuperant. Ita
G theriaca noua, cuius vis ſoporem inducit. Hæc ſunt conſideranda. Aqua primum frigida inter omnia, quia eſt primum frigidorum, id eſt, maximè frigida: ſicut ignis primum calidorum, id eſt,

maximè calidus, eſt dubium quomodo ſit mate-
ria omnium calidorũ & frigidorum,ſi aqua actua
lem vel potentialem haberet vim, quæ à forma
reſultaret:quare eſt difficultas,mirũ eſt apud Phi
loſophos aquam dici primum frigidorum.Expe-
rimento ſcimus quòd ſit frigida & humida, vide-
mus quòd aqua poteſt calefieri ac reddi feruen-
tiſsima,adurit, & nonnunq̃ etiã exiccabit elixata,
ſemper humidũ in ea reſtat: humiditas enim eſt
prorſus actus inſeparabilis ab aqua,quia humidi-
tas magis eſt annexa, q̃ frigiditas, quoniã hæc ſe-
paratur.Quare meritò dici debet aqua potius pri
mum humidorũ: quare enim dicitur aqua primũ
frigidorum, cùm tñ frigiditatem facilè amittat?
Aliud experimentum Galeni (quamuis non eſt
aggreſſus hanc difficultatem, vidit tñ) qui nunq̃
curat aqua, niſi frigidiſsima actu : nam quoties a-
qua refrigerare voluit, nõ niſi actu frigida ea vſus
eſt, non confidit in aqua tepida aut calida, quòd
poſsit refrigerare,in aliis exhibet, ſicut decoctum
papaueris calefactum:quia calor abit,& frigiditas
accedit, nunq̃ id de aqua communi dicit. Vidit
hoc Galen.ſed non diſcuſsit: dicit enim frigidiſsi
mam aquã ſumendam,ſi vultis refrigerare. Cogi-
tetis & vos alio tempore,ego ſoluã.Supponamus
nunc quòd aqua eſt materia omnium decoctio-
num, quia recipit impreſsionẽ omniũ decoctio-
num,& eſt verum, ſi ſumitur cũ aqua communi
decoctũ,minus minget,vrinæ rubræ erunt,ſicca-
bitur,incaleſcit, febricitat, tabeſcet: & ego ita ex-
hibens ſæpe,ſum coactus deſiſtere,poſtea immu-
taui:& cùm ad frigidas aquas acceſsi,vidi refrige-
rari vrinas,omnia melius habebant,vrinę plures,
non ita rubræ. Vbi ergo corpus cholericum & ca-
lidum, nunq̃ fontis aquas & ſimplices ſumatis,
ſed vel aquas endiuiæ,vol boraginis,vel cichorei,
vel huiuſmodi:licet aquis boraginis, vel cichorei,
nunq̃ vſus ſim,ſed cum aqua endiuiæ,& alia talia
potentia non tantum refrigerant corpus, ſed reſi
ſtunt calori. Repetemus dicta à nobis, primò e-
nim miſtio pharmaci ſoluẽtis in decocto vitanda,
etiam vinum quod in paucis caſibus conuenit, &
quoq; lædit neruos,& membranas. Vſum fontis
aquæ,vbi nõ eſt córpus calidum, poteſtis ꝓ deco
ctione ſumere primò:ſed vbi dubitatis, experiri li
cet ſtatim ad complexionatas aquas ꝓcedere, ita
iſtas aquàs deſtillatas appellare ſoleo, vtraq; en-
diuiæ & boraginis, ſi video inflammationem &
caliditatem oboriri.

De quantitate ligni.

Iſte modus eſt laudabilis, & à me obſeruatus.
R. ℔.j. ligni ſancti, quod mediocriter ſit tritum:
quia ſi minutiſsimè fuerit tritum, exhalãt partes
multæ tenuiores formales, & manent partes ter-
reſtres: quantò enim magis teritur, tantò magis
deteritur à forma propria, & virtus euaporat. Si
etiam ſumetis illa ramenta diu detenta, euanuit
virtus,quia exhalat pars tenuior,& virtus euapo-
rat. Quare ego ꝓ ſingulis vicibus ne diu detineãt
ramenta,ad ſummũ iubeo ij.℔.deterere: medio-
cria autem ſint iſta ramenta, nec tenuia,ne euapo
ret ſubſtantia, ſed potius lata latitudine duorum
digitorũ: ſed tenuia, quia latitudo nõ impedit vt
decoctio extrahat illam partẽ. Ariſtot.4.Met.eſſe
A putreſcibile quantò amplius, magis reſiſtit: ſed
quia ſubtilis penetrat, aqua magis & facilius ex-
hauritur virtus, & non ſunt tenenda ramenta, vt
ab aromarariis ſit, ſed noua ſemper, ſi fieri poſsit,
raſio ſit: nã eo melius ac vtilius erit. Sit ergo ℔.j.
raſuræ ligni ſancti,ſi aquam communem ſumitis,
ſubtiliſsima ſit quam poteſtis habere in tota vrbe
bonę famæ,qui eam experti ſunt: nec contenti ſi-
tis qualibet aqua,ſed ſit electa, cuius aquę ſuman
tur ℔.xiiij.nõ pauciores, ponatur in ollam ſtricti
B orificij,ita minus euaporabit,& habeat operimen
tum ſuũ, ſed duo foramina parua: tales ollas ego
iuſsi fieri,Venetiis etiã habent, & ſit olla illa maio
ris amplitudinis q̃ vt teneat xiiij.℔. quantò enim
maior,tantò melior,vt poſsit ebullire. Sed anteq̃
fiat, ſtet per diem & noctẽ infuſum: verbi gratia,
ſi hoc veſperi ponatis in ollam, cras eadem hora
decoquatis lento igne, q̃a tardo iſto motu virtus
magis magiſq; extrahetur,& non ita exhalabit:&
vbi ad decrementum tertiæ partis deuenerit, ſuf-
C ficit vt remaneant viij.℔.expertus ſum.n. quan-
do xij.℔. aquæ ſumo, non inuenio tantùm, quia
ariditas ligni aliquid cõſumit, aliquid efferueſcit:
quare ob illam conſumptionem xiiij.℔.aquæ, &
viij.℔.puras ſemper inuenio. Et quando ponetis
aquã, tangatis ſuperficiẽ, diuidatur lignũ in tres
partes,& in decoctum immiſce:à principio enim
aqua exuperat omnes iſtas tres ſectiones ęquales
factas,poſtea vbi tantũ duas exuperat,ſcias partẽ
tertiam conſumptã eſſe:vbi enim ad ſignũ & ſciſ-
D ſuram deuenerit, explorate, & quando ita deco-
ctum erit deponetis,excolabitis, facta colatura le
ui in vaſe ſeparato ponetis.prima decoctio erit ꝓ
ſyrupis, ſumatur ℔.j. iſtius decocti ſingulis vici-
bus,viij.℔. veniunt pro 4.dieb. & anteq̃ finiatur
vltimus dies,ſit alia decoctio,vt nunquã deficiat.
Duo iſti ſyrupi ſingulis diebus manè & veſperi
dentur. Quando datis ſyrupos, vt ſeptem horæ
intercedãt à cibo curabitis,deinde dabitis æqua-
liter, & præcedat cibum ſubſequentẽ ſaltẽ tribus
horis,ſed ſequatur ſeptem horis poſt cibum:ſit ſy
E rupus actu calidus, ſi ſit frigidum, aliàs æſtate &
tempore calido vt eſt dabitis,quia non poteſt eſſe
frigidus. Noſtri quando ſyrupos exhibuerũt, iu-
bent vt eo ſumpto ſubitò in lectum eant, etiã ve-
ſperi cogunt eos ſudare. Iſte eſt error maximus,
quia ſudor eſt quædam actio, quæ debetur vlti-
mis excrementis in toto ambitu corporis, & hoc
eſt vltimum quod natura facit: natura enim pri-
mò p ſeceſſum excernit craſsiora, quicquid eſt in
F ventre,deinde p vrinas,quicquid eſt in venis:ter-
tiò per ſudores, quicquid eſt in ambitu corporis.
Illi quod vltimũ eſt primò faciunt, iſti volunt ex-
pellere per ſudores, quod debet per aluũ expelli
per alias vias, vt per vrinam & per ſeceſſum. Se-
cundus error, vt cùm ſint tres purgationes, quæ
fiunt à decocto,quandoq; ſit prima, ſecunda,ter-
tia,quarta. Vidi quòd linteamina lutei coloris eſſi
ciebãt, olet odores ligni cubiculũ in primo introi
tu,ob plures vapores inſenſibiliter euaporantes.
G Quare vos cũ naturã neſcitis quò verget,impedi-
tis. Sed vos cũ datis decoctũ, maneat in ſuo loco
æger,nõ ſe exponat aeri: ſi ſudet,non eſt malum,
tunc ſe operiat pannis, & poteritis iuuare: ſi non
eſt

eſt ſignum ſudoris, expectet operationẽ naturæ, non cogatis naturã, nec impediatis eam cum veſtro importuno auxilio. Quòd ſi vrinæ prouocentur, poros iuuetis, q̃a natura eſt prudentiſsima, & forma vniuerſalis, regens omnes partes animalis, & multò prudentior vobis. Ergo poſt ſyrupũ exhibendum caueatis ab illis erroribus, ſemper ſitis naturæ adiutores, & quò natura tendit iuuate, & non impedite, iuxta Hippocratis illud: Quò natura tendit. Secunda decoctio. Id lignum quod primò decoxiſtis, illam vnam ℔. ſecundò decoquatis, adhuc habebit magnas vires, & non habeatis tantam diligentiam vt prius, 24. ℔. etiam ſumantur: ſi olla non ſufficit, etiam duæ ſumendæ, vt ad 4. partem decreſcat, fortiſsimam expreſsionem faciatis. Hoc pro potu ſumat, quia erit dulcior, melius tamen vt purum ſumat: ſi ingratum ei erit, parum ſacchari addatur, quod fieri poteſt.

Victus ratio.

Cibus limitandus, ſi fert victus tenuiſsimus, ꝑ virium tamẽ ratione, per 40. dies hoc lignum dabitur, & magis in vltimis ſciatis hic morbus reſiſtit. Ego ita ſoleo facere, primis 8. vel 10. diebus ſemper do carnẽ vel pulli iunioris, aues paruas, vel carnem hœdi non habentem ſuperfluitatem, & hos in parua quantitate, quandoq; plus, quandoque minus pro viribus & conſuetudine ægri. Panem primis diebus dimidium do, q̃ conſueuit ſanus comedere. Vinum dilutum pauciferum in primis quandoq; do. Tranſactis 10. diebus, à carne & vino paulatim detraho, & nihil ſumat niſi decoctum ſecundum, & panem ſolum, & quia aluum adſtringit: pane ſolo & vua paſſa dulci teneatur venter laxior, cuius comedat ℥.j. vel ij. vel iij. & vir robuſtus ij. vel iij. ℥. panis. Bis coctus panis conuenit ei, eſt enim fermẽtatus, optimè nutrit, quia totum aqueum, ſpongioſum euanuit: non habet excrementum aliquod, quia benè fermentatus, & in parua mole multæ ſubſtantiæ tenentis ad tres dies hominem. Poſtea paulatim & natura aget, vel per vrinas, vel per ſeceſſum. quòd ſi ad quartum diem natura aget, non mutetis. Malè faciunt, qui per ℥.j. panis cum paſſulis in principio ægris exhibent, & poſtea coguntur plus exhibere, quia debiles redduntur.

De alio nouo ligno ex India allato Venetias, Anno, &c. 43. Menſe Aprili.

Allatum nunc eſt aliud lignum ex India Venetias, quod contra morbum Gallicum eſt bezoarticum. Credo eſſe hoc lignum ſchœnas: id eſt, iuncos radicum cuiuſdam cannæ: apparet enim eſſe radix cannæ in India, vbi ex intermedio vnius cannæ etiam nauiculæ fiunt, tantæ ſunt proceritatis: inſipidus eſt guſtus, vt ſolet eſſe cannæ. Iſtud decoctum etiã valde confert in morbo Gallico. Nunc Venetiis Cornelius Magnus accepit, videbimus effectum: ſi erit bonum, ſemper felicius ſuccedet hoc nouum lignum. Et ſic habetis curam totam & integram morbi Gallici, quæ nobis honorem & argentum conflabit. Hæc Monnus Patauij in Hoſpitali S. Franc. legebat, exercẽs Scholares in practica. Anno 1543. Menſe Aprili.

A CONSILIVM CCCLI.

Conſilium in quo morbi Gallici atq; omnium propemodum propriorum eius ſymptomatum, ac præcipuè Rhagadum curatio oſtenditur, datum illuſtriſsimo Galeoto Pico Mirandulano Principi, Anno 50. menſe Iunio.

Ex Italico Latinum factum, per Hieronymum Donzell.

B ILLVSTRISSIMAE dominationis veſtræ corpus neque in membris ſuis, neque in omnibus ætatibus, eiſdem affectibus, ſed longè diuerſis obnoxium fuit. Membrorum quidem præſens ſtatus huiuſmodi eſt, vt cum reliquæ actiones omnes integræ ſint, ac rectè valeant, in infima tñ recti inteſtini parte, ac exitu, multiplici (vt poſtea dicetur) morbo infeſtatur. In diuerſis etiam ætatibus, alijs atque alijs affectibus fuit exagitatũ, & ita fuit comparatum
C vt facilè mutari atque alterari poſſet. Cùm igitur veſtræ valetudinis nobis propoſita ſit cura, omnes illi affectus varij atque multiplices, quibus aut iam laborat, aut ne in poſterum redeant, eſt verendum, diſtinguendi mihi neceſſariò vidẽtur: id quod ex multis quibus antea Illuſtriſsima veſtra dominatio vſa eſt cõſilijs, facilè intelligetur. Ab eo igitur, qui nunc infeſtat, morbo initium ſũmam, quem etiam cæteris omnibus, quibus iam diu eſt conflictata, leuiorem eſſe, ipſamet confite-
D tur. Quoniam autem (vt dictum eſt antea) omnes actiones, vnica excepta, ſunt integræ, illa in præſens omiſſa, quomodo reliquæ in ſua integritate conſeruari debeãt, explicabo. Recta verò earum valetudo minimè conſeruari poteſt, niſi à lapſu membra præſeruentur, quæ in hoc corpore inæqualiter admodum ſunt temperata, & vt turbam aliquam faciant, ac ſibi inuicem aduerſentur præparata. Vt autem in ſingulorum particulatim natura explicanda inſiſtam, & cor & hepar inſi-
E gnem habere à natura caliditatem affirmo: id verò tum ex eorum actionibus, tum ex his quæ ab illis efficiuntur, ſatis apparet: ea autem quòd aperta admodum ſint, breuitatis cauſa nunc prætermitto. Hepati tamen alia quoque aduentitia qualitas eſt adiuncta: ea ex Gallico morbo originem duxit, & peculiarem quãdam vim hepati adiungit, qua humores ac ſanguinem exurit, ac eos ſemper magis ac magis exaſſat. Ea autem vis non idem in omnibus efficere ſolet: ſiquidem in he-
F pate natura prædito calidiore, multò eſt deterior & magis metuenda. Quare cùm V. dominationis hepar huiuſmodi ſit, natura ſcilicet calida, deinde lue etiam Gallica infectũ, prauum & exuſtum ſanguinem perpetuò generari eſt neceſſe: vnde etiam fit, vt inde geniti ſpiritus, eius ſanguinis naturam ſeruent, potiſsimùm autem cùm in corde gignantur, in quo calorem immoderatum eſſe iam diximus. Huius autem rei plurima ſunt argumenta. Primùm enim ſpiritus eſſe calidio-
G res ac feruere, indicio eſt frequens illa excandeſcentia & inflãmatio, ſine vlla occaſione: ac ephemera corripi febre: capitis calefactio, & inſignis ſæpe rubedo, vt ipſa quoque alba oculi tunica ru-

bore ſuffundatur: hæc enim omnia non aliam, quã ſpiritus calidiores ac igneos, cauſam habēt. Hinc etiam fit vt hæc omnia citiſsimè diſſoluantur: id quod omnibus qui à ſpirituũ motu proficiſcuntur affectibus, ſolet accidere. Sanguinem autem exuſtum ac feruidũ generari, icteri, febres, & preteriti corporis ſqualores, ſatis manifeſtè declarant: ea enim omnia è calidioris ac feruidi ſanguinis prauitate oriuntur. Qui verò ſingulis noctibus nunc etiam prodit ſudor, cùm multæ iam adminiſtratæ ſint purgationes, & quæ refrigerandi vim habeant exhibita medicamenta, non aliunde fit, quàm ex ſanguine nutritioni inepto, quem aliquanto quàm ante robuſtior facta natura attenuat, ſeparat, & tanquã minus idoneum alimentum expellit: idque in nocte, cùm ob natiui caloris ad interiores partes reditũ, actiones ſuas perfectius abſoluit. Et hæc quidem hactenus de his ſymptomatis, quæ hepatis & cordis intemperiem ſequuntur. Accedit hiſce etiam ventriculus, qui cùm peculiari ſibi natiuo calore deſtituatur, pituitæ generationi valde eſt accõmodatus: quã certè non olim tantùm copioſam genuit, ſed nũc etiam, et ſi in victus ratione ſumma adhibetur diligentia, gignit. Adeſt præterea capitis temperatura, quæ mea quidem ſententia calida eſt & ſicca: atque ideo nõ tantum nimiam aliorum membrorum caliditatem non temperat, ſed calida atque exuſta excrementa nõ pauca contrahit: cuius rei ſiniſter oculus manifeſtum indicium præbet, qui & diminuta viſione, & abſceſsibus in palpebris laborat, ac ſemper ferè eſt ophthalmicus. In hoc autem potius quàm in ſiniſtro, ſymptomata hæc cõ ſpiciuntur, quòd ob acceptum olim vulnus debilior eſt factus. Cui igitur huius corporis integras actiones conſeruare propoſitum fuerit, is (vt ſuperius dictum eſt) immoderatas horũ membrorum intemperies frangere, & ad mutuam quandam concordiam, vt melius inter ſe conſentiant, reuocare debet: atq; hæc propriè dicenda eſt præſeruatio. Cùm autem in hoc inſtituto quædam communia ſint, quædam etiam particularia, à cõmunibus exorſi, ad particularia deinceps accedemus. Aer nobis occurrit in primis, qui quàm fieri poteſt temperatiſsimus eſt eligendus: neq; enim nimiũ aut tenuis aut craſſus, frigidus aut calidus, aut alicuius paludis exhalatione infectus eſſe debet: eadem etiam ratione nec à ventis agitatum, nec à pluuia madidum eſſe oportet. Scio equidē Illuſtriſsimæ dominationis veſtræ inſtitutum, & tum bellicas tum ciuiles actiones eiuſmodi eſſe, vt ſumma qua opus eſt diligentia, obſeruare hæc minimè poſsit: vtiliſsimum tamen illi fuerit, ea ſibi habere perſpecta, quorum exceſſum declinare ſummoperè debet. Cùm igitur iam à me ſit admonita, ad eius prudentiam pertinebit, opportunè ingruentia incommoda moderari, & cùm corpus vniuerſum, tũ caput præcipuè idoneis tegumentis, pro imminente aeris intemperie, tueri ac munire. Quod verò de aere à me nunc dictum eſt, id rebus omnibus accomodari debet, quas cũ maximè moderatas & corpori commodas eſſe oporteat, ſi non ad vnguem obſeruari, quò ad fieri poteſt tamen moderari debent. Proximæ ſunt ab

A aere animi perturbationes, vt ira, moleſtę cogitationes, & reliqua his ſimilia: quæ certè illuſtriſsima V.D. ſumma animi prudētia frænare ac coercere debet: ſiquando enim illorum intemperantiæ ſeſe permittet, ſupra quã credi poteſt corpus plurimùm immutabunt, atque ita ſanè, vt affectibus plus æquo animum diuexantibus, alia auxilia vix quicquam ſint profutura. Summo igitur ſtudio, diligentia, atque animi moderatione ſunt coercendi. Sequitur vt de corporis exercitatione

B dicam: quæ certè ſi opportunè fiat admodum eſt neceſſaria: cùm tamen Illuſt. D.V. militarē vitam agat, & ob grauiſsima negocia cogatur varias regiones peragrare, minuere potius ac moderari quàm augere illam debet. Huic enim corpori vehementer calido ac reſolutioni parato, plus fortaſſe periculi ex nimia quàm ex pauca excercitati one eſt metuendum. Quemadmodum igitur perpetuum ocium nõ probo, ita illi autor ſum ne in exercendo modum excedat: potiſsimùm autem

C in loco aprico, in aere calidiore, poſt prandium aut cibum qualemcunque: tum enim prodeſſe nihil, obeſſe autem plurimùm poteſt. Si quando igitur Illuſtr. D.V. iter ſuſcipere cogetur, ſuadeo vt manè ieiuno ventriculo totius diei iter perficiat: à prandio verò, aut nullum, aut breue, & non niſi longo poſt cibum interuallo, iter conficiat. Quòd ſi totam diem equitãdum illi eſſet, manè prandebit parcè, aut potius parciſsimè: verbi cauſa, oua duo, & exiguum panē in iure infuſum edet, & ſe-

D mel tantùm bibet. Nec verò opus eſt me illam etiam admonere, eiuſmodi equũ eſſe debere, vt aptè incedat: ſellã verò & optimam, & ſeſsioni commodam: hoc.n. ipſa nõ tantũ ex nobili ſua ac præclara conditione, verumetiam neceſsitate magiſtra ſatis eſt edocta. Ad ſomnum verò quod attinet, ſeptem minimum horarũ ſpacium dormiendũ puto, idque in nocte: quòd ſi nocturnus ſomnus aut interruptus, aut impeditus ſit, vt de ſpatio iam dicto pars non mediocris detraheretur,

E ſuaderē vt in meridie tantundem dormiret: moderatum enim ſomnum in hoc corpore maximè probo. Quòd ſi legitimũ temporis ſpacium dormierit in nocte, longè cõſultius eſt vt interdiu penitus abſtineat à ſomno. Singulis etiam diebus aluum mollem eſſe oportet: quòd ſi ſponte non deijciat, artis auxilio vtendũ erit. Vt enim corpus hoc cõmodè præſeruari poſsit, naturalium excremētorum quotidiana expurgatio eſt neceſſaria. Si igitur huic muneri natura deſit, commoda ali-

F qua ratione erit adiuuanda: nec tamē clyſterum vim adhibendã eſſe puto, grauiori.n. neceſsitati illa eſt admouenda, ſcilicet cùm leuiora ac tutiora auxilia non profuerint. Vbi igitur aluum mollire erit neceſſe, manè ante cibum, aut etiam cum cibo in prandio, decem aut duodecim pruna ſiccata, plura aut pauciora, pro illorum magnitudinis ratione ſunt deuorãda: ea tamē in iure pulli cum ſacchari molli igne ita decocta eſſe oportet, vt melior iuris pars ſit abſumpta, pruna verò molliora

G ſint facta, totumque illud ad ſapæ cuiuſdam conſiſtentiam deductum: ac tum pruna cum ſuo illo iure comedet, id quod ad leniendam aluum, & efficax & familiare, omni etiam noxa carens auxilium

lium eſt futurum. Idem etiam prȩſtabũt paſſula-
rum orientalium vnciæ duæ, manè antȩ cibũ ſin-
gulis diebus ſumptæ: illas autem nigerrimas, pin
guiſsimas, dulciſsimas, ac recẽtiſsimas eſſe opor-
tet. Idem etiam pulli ius efficiet, in quo malua, be
ta ac mercurialis ſint decocta: & hoc quidem me-
dicamenti magis naturam refert, ſed valde com-
modũ ac ſalutare, & à veteribus etiam ſummope-
rè commendatum. Cùm igitur huiuſmodi auxi-
lio opus erit, Illuſt. V. D. illud eliget quod magis
probabit, aut quod felicius officium faciet. De po
tu ac cibo ita ſtatuo: in primis pro vẽtriculo eiuſ-
modi vinum eſſe eligendum, quod vbi fuerit in-
geſtum, miſerum ventriculum ſua aut aciditate,
aut auſteritate, aut acerbitate non lancinet, violet
aut diſcerpat: ne tamen hepar aut exurat, aut in-
cendat, potens admodũ eſſe minimè oportet. Vi-
num itaque maturum, boni ſaporis, nec potens,
nec imbecillum, ſed mediocre eligetur. Colore
autem ſit aut album, aut rubrũ, aut inter hos me-
diũ, in primis verò tenuis ſubſtãtiæ ac pellucidũ.
A muſto penitus abſtinebit, nec niſi vbi per qua-
tuor ſaltem menſes quieuerit, illud bibet. Con-
munem Dominorum ac Principum conſuetudi
nem ſibi maximè pernicioſam exiſtimabit, qui vi
num aut glacie, aut alia ratione refrigeratum bi-
bunt: peſsimus enim hic Principum mos, luxus,
deliciarum & nimio ſtudio exquiſitæ voluptatis
pœnas dare illos cogit, dũ & grauiſsimis morbis
conflictantur, & iuſto citius vitæ ſuȩ curriculum
abſoluunt. Eorum tamẽ ſors eſt miſeranda: cùm
enim magna ac perpetua putredine in illis ventri
culi laborent, ardore quodam à ciborum varieta-
te ac multitudine genito exæſtuent, & moleſta an
xietate ac ſiti vehementi cõtinuè anhelent, dum
ea incommoda ſedare atque extinguere ſe poſſe
exiſtimant, quàm graui ſuo damno hallucinen-
tur ignari, errorem errore cumulãtes, illa augent,
ac veluti flabello incendunt. Cùm tamen D. V. Il
luſtriſsima in alijs rebus omnibus ſumma & pru
dentia & moderatione vtatur, & ſupra commu-
nem ac vulgarem Principum rationẽ, præclari ac
nobiliſsimi intellectus ſui præſtantia ſeſe erigat
atque attollat, cõmuni etiam illo errore minimè
implicatur. Ea igitur hæc eſſe veriſsima, ipſo vſu
intelliget: quæ etiam ſi exactè obſeruabit, maxi-
ma ſua animi voluptate, infelices alienorũ errorũ
exitus ſpectabit. Eiuſmodi itaq;, quo ipſa vtetur,
vinum eſſe oportet: quod etiam moderatè bibi, &
tantùm in menſa, debet. De cibis autem in pri-
mis regularis illa regula ſanciatur, in valetudine
tuẽdã cibum ſeu obſonium ſimplex atque vnum
eſſe oportere: ac, vt mea quidem fert ſententia, de
terius eſt vti ciborum laudabilium etiam ac ſalu-
brium varietate, quàm vnico, vtcunque etiam ſit
prauus. Hoc autem veriſsimum eſſe, multorum
populorum vſus docet, qui cùm ſolis piſcibus,
crudis quidem illis & in ſole exiccatis, aut alijs
huiuſmodi cibis veſcantur, quoniam alia cibaria
non attingunt, ſed in eorum tantùm vſu perſeue
rant (ſi fides hiſtorijs eſt adhibenda) integra vale
tudine, & virium robore, duo aut tria ſecula per-
fruũtur. Eius rei prȩter ipſius vſus teſtimonium
multæ etiã ſunt efficaces ac demonſtrationis vim

A habẽtes rationes, quas nunc, quoniam huiuſmo-
di res tractare mei non eſt propoſiti, libens omit-
to: qua enim viuendi ratione Illuſt. V. D. vti de-
beat, explicare meũ tantùm nunc eſt inſtitutũ. V-
no igitur ac ſimplici obſonio ſit contenta: quod
tamen ſi boni etiam ſucci, & ſalubris ac laudabilis
fuerit alimenti, probabitur à me longè etiam ma-
gis. Illud autem repetendũ duco: ſi hoc in genere
peccandum ſit, in vnico cibi genere, etiam prauo
minus delinqui, quàm in multiplici ciborũ etiã
B ſalubrium varietate. Alimentorum porrò catalo-
gus, res eſt adeò iam vulgaris, vt communem ad-
modum cantilenam canere me iam pudeat. Ne
tamen vlla in me diligentia deſideretur, ea omnia
quæ nunc à me deſcribentur, veſtræ valetudini
multas ob cauſas plurimùm aduerſari dico. Aro-
mata, carnes ſalitæ, carnes antiquæ, vt bouis & ca
ſtrati, auium paluſtrium, vt anatum & anſerũ car-
nes, piſces præcipuè paluſtres, tã recentes quàm
ſaliti: lacticinia omnia, potiſsimum verò caſeus:
C paſtilia omnia, & pulmenta quȩ paſta inuoluun-
tur, vt placentæ, ac huiuſmodi reliqua, legumina,
acria omnia, vt allia, cæpe, aſcalonia, porri, acetũ,
& ex crudis oleribus acetaria, fructus etiam ſi li-
beralius ingerãtur, ſunt pernicioſi. Quoniam au-
tem Illuſt. V. D. ſæpè in Gallia peregrinatur, vbi
(aiunt) ſua vt plurimùm in ſartagine obſonia tor
rere ſolent, ac frigere, & ſuilla tergora ſeu larida,
ſoli Galli plura comedunt, quàm quatuor aliæ ſi-
mul nationes: ideo ea mihi eſt admonenda, vt ab
D huiuſmodi rebus abſtineat, & pro viribus ab ea
viuendi ratione abhorreat. Suis igitur coquis mã
dabit vt propriam menſam, ſine huiuſmodi appa
ratu inſtruant: ille enim oblinendæ potius gulæ
ac voluptati, quàm valetudini tuendæ eſt accom
modatus. Illuſt. profectò D. V. perſpectiſsimum il
lud eſſe debet, res nullas ſibi inuicem magis ad-
uerſari, quàm egregium coquum, & præſtantiſsi
mum medicum: illorum enim contraria penitus
ſunt inſtituta: hic enim prodeſſe, ille autem vult
E oblectare: huic finis propoſitus eſt ſanitas, illi ve-
rò adulatio ac impoſtura. Non igitur ſimplici tan
tùm vniuſq; tantùm ſubſtantiæ, verũ ſimplici e-
tiam ratione præparato cibo vtetur: & optimam
potius valetudinem, quàm quæ ex cibo capitur
voluptatem, ſcopum ſibi conſtituet. Vt autẽ par-
tium quas contrario temperamento præditas eſ-
ſe ſuperius dixi, particularis â nobis ratio habea-
tur, pro ventriculi valetudine conſeruãda, Illuſt.
F V. D. hortor vt inter vnam atq; alteram menſam,
nouem minimũ horarum ſpaciũ ponat: niſi eiuſ-
modi fortè imbecillitas contingat, quæ totum v-
nius diei cibum in tres partes diuidere cogat: in
quotidiana tamen ratione, inter prandium & cœ
nam dictũ iam interuallam probo, ne poſterior
cibus, priori nondum plenè concocto, ſed crudio
re etiamnum exiſtente, ingeratur: quo profectò
valetudini nihil poteſt eſſe magis pernicioſum. A
cœna etiã nõ niſi poſt duas horas ſomnus eſt ad
mittendus: ac tũ aut ſtando, aut domi leuiter de-
G ambulando, cum ſuis familiaribus de iucũdis re-
bus ac ſibi gratis colloquetur. Aleam autem, aut
in aliqua alia re difficili, grauiorem animi intẽtio-
nem, minimè tum probo. Hac ſeruata ratione, ſi-

ne vlla moleſtia nox tranſigetur: ſomnus erit tran-
quillus, neque pituita repleri caput aut ventricu-
lum continget. Pro hepatis verò ac renum con-
ſeruatione, conſulo ne in prima ſtatim menſa, vt
multi ſolent, bibatur: ſed pro viribus ad mediam
ſaltem menſam primus hauſtus differatur. Hoc
autē vt facilius impetrari, & hepatis etiam ac ſan-
guinis feruor tēperari poſsit, ante alios cibos iu-
ris pulli cum ſaccharo idoneam menſuram ſem-
per bibendam eſſe ſuaderem; id quod ad mollien-
dam etiam aluum plurimū conferret. Dicta hac
victus ratione & membra hæc temperari, & ad
mutuam cōcordiam ita reuocari poſſe exiſtimo,
vt eorum munere rēcta valetudo conſeruari poſ-
ſit, id quod noſtrum à principio propoſitum fuit.
Cæterùm quoniam præter affectus iam dictos
particularis quidam non leuis morbus adeſt, qui
annos quatuor perpetuos infeſtat, in muſculo
ſcilicet ſphinctere vlcera quædam & rhagades: e-
ius igitur præcipua etiā ratio haberi debet. Cùm
autē eo in loco antea fuerit abſceſſus, ex eo vlce-
ra prodiiſſe ſatis eſt manifeſtum. In eo quoque
abſceſſu exuſtam ac bilioſam materiam latuiſſe,
admodum eſt veriſsimile, id quod ex dicta ſupe-
rius ſanguinis prauitate, & ex Gallicæ luis conta-
gio coniectare in primis licet: deinde etiā ex mor-
bi diuturnitate, ex corroſione, ex curationis diffi-
cultate, ex craſſa, obſcura, atque exuſta, quæ ex vl-
ceribus nunc fluit materia, & ex ſanguine & fęcu-
lento & nigrore, apparet. Alioqui melancholicis
atque aduſtis humoribus recipiendis paratiſsi-
mum eſſe locum illum, hæmorrhoides illi pecu-
liares locupletiſsimū teſtimonium præbent. Au-
dacter itaque mihi videor poſſe pronuntiare, tam
pręteritum illum abſceſſum, quàm ſecuta deinde
vlcera, ex melancholico atque aduſto ſanguine
ortum habuiſſe: illum autē ea natura ideo tranſ-
mittit, quòd tum ob naturalem ſibi conſtitutio-
nem, tum propter ſitum, & perpetuam illam
quæ in egerendis fæcibus fit compreſsionis vim,
ad huiuſmodi humorem excipiendum locus ille
videtur aptiſsimus. Quoniam igitur, ſi loci na-
turam conſideremus, hæc vlcera ſunt profun-
diora, cacoethe etiam & exedentia & valdè ſor-
dida, ac præterea veluti cloacæ aut ſentinæ, de-
teriorem ſanguinis partē recipiunt, horum om-
nium exactiſsima eſt habenda ratio, in primiſ-
que ea quæſtio, conſultum ne ſit an expediat ea
curare, an verò non, à nobis eſt diſcutienda: quæ
profectò, mea ſententia, haud facilè diſſolui po-
teſt. Neque enim tantùm videtur turpe, ſed in-
utile etiam atque incommodum, perpetua eius
morbi moleſtia detineri: & cùm humor malignus
ſit, & exacto ſenſu præditus locus, & qui facilè
efficiatur, deterioris etiam morbi metu perpe-
tuò torqueri. Ex aduerſo tamen eorum curatio
ſuſpecta nobis eſſe debet: cum enim praua om-
nia excrementa diu iam natura per eum locum
perpurgare conſueuerit, fieri facilè poſſet, vt cu-
ratis vlceribus, humores intra corpus retineren-
tur, qui poſtea in nobiliorem aliquem locum de-
lati, deteriores illic affectus crearent, quemad-
modum frequenter contingere videmus. Hæc
igitur mea eſt ſententia, hæc vlcera diligenter eſſe

A tractanda, & cū eorum ſint tria, duo eſſe penitus
curanda, ac ſolidanda, tertium verò apertum eſt
relinquēdum, quod ſanè ſi in fiſtulam degenera-
ret, noſtris fortè rationibus minimè incommo-
dum putarem. Hoc verò & rationi & Hippoc.
ſententiæ valde cōſentaneum videtur, qui in hæ-
morrhoidum curatione, vbi quis, eius conſilium
ſecutus, claudere illas velit, vnā ſemper apertam
relinquendam eſſe dixit: eundem proculdubiò
diuinus ille vir ſcopum ſibi proponens, in quem
B nunc etiā nos intuemur, ſcilicet ne ob plures hæ-
morrhoidas locus illi violaretur, aut ob nimiam
ſanguinis copiam corpus labefactaretur. Atque
ideo omnes occluſas noluit, vt aliquis naturæ e-
xitus pateret, per quē ſolitas iam expurgationes
moliretur. Quod itaque de hæmorrhoidibus
Hippoc. dixit, id nos nunc de illis vlceribus pro-
nunciamus. In ipſorū igitur curatione, iactis iam
fundamentis innitentes, dicimus locū illum con-
tinuè & mundificandū & exiccandum eſſe, idq;
C minimè mordacibus, ſed clementibus ac lenibus
medicamētis. In ablutionibus certè adminiſtran-
dis nulla alia re vterer, quā hordei, furfuris, fabæ
minimè decorticatæ, parietariæ, anagallidis de-
cocto: hæc enim omnia, & alia his ſimilia, & mun-
dificare & ſordes abſtergere, ſine vlla mordacitate
aut calefactione poſſunt. Quòd ſi aut dolor, aut
non admodum rubicundus, aut inflammatione
ſimilis tumor eo in loco appareret, chamæmelū,
maluā, althęam, melilotū, ac his ſimilia adderem.
D Vbi verò inflammatio aut purpureus rubor illic
cōſpiceretur, quemadmodū ego aliquando vidi,
tum nil aliud quàm ſolatri ſuccum cū oleo roſa-
ceo completo miſtrū, & mortario ac piſtillo plum-
beo in linimenti formam redactū, admouendum
exiſtimarē. At verò ſi fortè fortuna horū vlcerum
curatio tam felix eſſet vt ad cicatricē etiā perue-
nirent, & eo in loco nulla eſſet amplius affectio
præter naturā, in cruribus loco infra genu cōmo-
do, duo vlcera omnino excitanda ſuaderē, vt qui
E per curata iā vlcera fluere humor ſolebat, nouum
minus moleſtū, tutiorē & cōmodiorem etiā exitū
ſibi patefactū inueniret. Hoc itaq; nulla ratione
aut negligi aut prætermitti vellē, ne grauiori ali-
quo ſymptomate V. aliquādo D. cùm illud mini-
mè ſuſpicaretur, corripi ſe animaduertat. Et hæc
hactenus de illis affectibus, à quibus D. V. nunc
affligitur, à nobis ſint dicta. Quòd ſi maiorē etiam
diligētiam & efficaciorem præſeruationē cupit,
aduerſusque omnia quæ euenire poſſunt incom-
F moda tueri ſe magis velit, conſulo vt bis in anno,
Vere ſcilicet atq; Autumno, ſuo quodā inſtituto,
vniuerſi corporis expurgationē moliatur. Et Ve-
re quidem huiuſmodi purgandi ratio commoda
videretur.

R. Mannæ electæ ℥.ij.

Cum iure pulli fiat potus: ſumatur tribus horis
ante prandium. Deinde,

R. Syrupi acetoſi ſimplicis multæ acetoſi-
tatis,
G De betonica ana ℥.j.
Aquæ cichoreæ deſtillatæ, ſine plumbo.
Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro alijs ſeptem.
Deinde,

R. Ra-

R. Rhabarbari electi ℥.ij.
Spicæ gr.x.

Incidantur & aſpergantur vino aromatico, deinde infundantur in aqua lactis per horas 10. poſtea facta diligenter expreſsione & colatura:

R. Confectionis hamech ʒ.ij.
Mannæ electæ ℥.j.

Miſce, & fiat potio danda in aurora cum cuſto
dia. Atq; hæc eſt quæ in Vere conuenit purgatio.
Quo etiam tēpore ſi ſanguis copioſus eſſe videre
B tur, id quod facilè futurū credo, ſanguinis miſsio
nem ex baſilica dextri lateris, poſt duos ſyrupos
ſummoperè probarē. Sanguinis aūt mittēdi pon
dus ſit vnciȩ octo circiter. In Autumno, in medio
ſcilicet Septembri, aut initio Octobris, hæc purgandi ratio inſtituetur:

R. Floris caſsiæ ʒ.xij.
Cinnamomi ʒ.ij.

Miſce, & fiat bolus cum ſaccharo, dandus hora vna ante prandium. Deinde:

C R. Syrupi de cichoreo Nicoli ſine Rhabarbaro,
De fumoterræ ſimplicis ana ℥.j.
Aquæ boraginis deſtillat. ſine plumbo ℥.iiij.

Miſce pro vno & ſic pro alijs vſq; ad ſeptimū.

Deinde:

R. Rhabarbari electi drachmam j.
Spicæ gr.v.

Incidantur, & infundantur in aqua lactis per
D horas decem. Deinde facta diligēti expreſsione
colaturæ adde.

R. Syrupi ſolutiui ℥.iij.
Electuarij roſati Meſuæ ʒ.ij.

Miſce, & fiat potio, dāda in aurora cū cuſtodia.
Hiſce pharmacis in dictis anni partib. corpus ex-
purgabitur: neq; vnquā hoc & ſac. roſ. vſus inter-
mittetur. Illud aūt potiſsimū V. Ill. D. ſuadeo &
cōſulo, vt in nulla vnquā anni parte ſac. roſ. omit-
tat: cōmoda verò illud accipiendi hora erit ante
E cibū. Medio aūt inter vnā atq; alterā purgationē
tempore, vt certior adhuc ſit præſeruatio, ſi fortè
grauiorē ſe factā aut nimis incaluiſſe ſe ſentiat, cō
ſulo vt 10. aut 12. ʒ. floris caſ. in bolo aut ʒ.j. Rhab.
cū ſac. roſ. aut in iure pulli mannæ electæ ℥. ij. ac-
cipiat. ex his enim eliget quod magis arridebit, &
natura cōmodius ac facilius feret. Quòd ſi optio
mihi daretur, & natura etiā facilè ferret, reliquis
omnibus caſs. vt quæ omnes humores euacuat,
ſanguinē puriorem reddit, & vniuerſum corpus
F integrū efficit, præferendā exiſtimarē. Quoniam
aūt fieri poteſt vt Gallica lues ob aliquod erratū,
ſuæ infectionis germen aliquod edat: nā progreſ
ſu tēporis fieri vix poteſt, quin reuertatur, potiſsi
mū autem cùm quis grauibus negotijs implica-
tur, per varias regiones peregrinatur, & frequens
etiam eſt in itineribus: propterea danda eſt ope-
ra, vt ſi quod huiuſmodi ſymptoma exoriatur, op
portuna illi auxilia adhibeantur: eò enim magis
hoc à nobis eſt metuēdū, quò ego certius ſtatuo
G Gallicā hanc luem ex eo corpore, in quo ſemel e-
git radices, penitus tolli nō poſſe: quanquā ita mi
tigari atq; extingui poſſe nō nego, vt per longum
tēporis interuallū, nullā moleſtiā faceſsat. Si quā-

A do igitur eiuſmodi lues infeſtaret, ad vnicū illud
ac ſalutare auxiliū, ſumma Dei beneuolētia ad e-
ius morbi curationē hominibus cōceſſum, cōfu-
giendum eſſe ſuaderē. Illud autē ligni guaiaci eſt
decoctum. Quod ſanè, quoniā nō vna ratione pa
rari video (alij enim ſolum cōcoquunt lignū, alij
corticē etiam addunt: aliqui etiam ex vino, & eo
nunc potentiore, nunc autem mediocri parant:
multi quoque diuerſa alia ſimplicia medicamen-
ta, ipſo ferè auditu nōnunquam horribilia adiun-
B gunt) ego qua ratione in eo parādo vti ſim ſoli-
tus, & quam non minus tutam quàm vtilem lon
go vſu ſum expertus, cùm ex methodo atque ar-
tis ipſius principijs illam didiciſſem, inferius deſ-
cribam. Illud autē ijs qui cum fructu guaiaci de-
coctum ſunt habituri, neceſſarium in primis prȩ-
ceptum puto, ſcilicet vt exactiſsimè ſint purgati,
& diligenter etiā illis miſſus ſit ſanguis. Ipſe enim
vſus ſatis docet, eos omnes qui non abſolutiſsi-
mè antea fuerunt purgati, non magnam vſque a-
C deò ex eo potu vtilitatem adipiſci, vtcunque etiā
omni adhibita diligentia, & optima victus ratio-
ne ſeruata, decoctum illud bibant. Ego itaque to-
tam purgandi rationem, quam antequàm ad de-
cocti exhibitionem accedam, adminiſtrare ſum
ſolitus, initio deſcribam: deinde qui modus & ra
tio temporis ſit obſeruāda, tam dilucidè tradam,
vt quiſquis meum hoc præſcriptū ſit ſecutus, il-
lam curationē nullo errore inſtituere poſsit. Hu-
iuſmodi igitur eſt purgandi ratio.

D R. Mannæ electæ ℥.ij.s.

Diſſoluantur in iure pulli, & per horam vnam ante prandium propinetur. Deinde

R. Oxymellis ſimpl.
Syrupi de cichorea Nicoli ana ℥.j.
Aquæ betonicæ ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro alijs ſeptem.

Poſt vnum atque alterum ſyrupum, mos mihi
ferè perpetuus eſt in alijs, vt vncias octo aut decē
ſanguinis mittam. Eum mihi morem eſſe in alijs
E dixi: nam ſi fortè Illuſt. D. V. paulò ante miſſus eſ
ſet ſanguis, quid ſibi ſit faciendum intelligat. Poſt
ſyrupos, inferius deſcriptum purgatorium medi-
camentum eſt aſſumendum.

R. Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij.
Confectionis hamech ʒ.iiij.

Miſce, & cum aqua betonicæ fiat potus. Detur in aurora cum cuſtodia.

Poſt purgationem, per duos dies ſacchari roſa-
cei vncia media, bis in die, per horam ante cibum
F ſumitur, & inferius deſcribendi ſyrupi interim
præparantur.

R. Myrobalanorum citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Emblicorum,
Belliricorum ana ℥.s.

Contundantur craſſo modo, & fricentur mani
bus cum oleo amygdalarum dulcium: deinde in-
fundantur in aqua fumiterræ & endiuiæ lib. ſep-
G tem per horas vigintiquatuor, & hæ aquæ deſtil-
lentur in alembico vitreo, in balneo Mariæ: & de
ſtillatio per plumbum aut per aliud metallicum,
omnino euitetur. Deinde:

℞. Epithymi,
Thymi,
Polypodij,
Foliorum ſenæ,
Liquiritiæ raſæ ana ℥.vj.
Seminum citri ʒ.ij.
Corticum radicum ellebori nigri ʒ.iij.

Decoquantur omnia ſimul lento igne,ad dimidium. Deinde facta diligenter expreſsione & colatura, decoctum cum oui albumine purificetur, & ſacchari additione dulceſcat,& ſeruetur pro 6. ſyrupis,q. modo infrà deſcripto exhiberi debent.

℞. Syrupi de corticibus citri ℥.ij.
Decocti ſupraſcripti ℥.vj.

Propinetur manè calidum. Eiuſmodi ferè eſt plurimis conueniens dicti ſyrupi pondus: in nõnullis tamen maior eſt ea doſis quàm expediat: nec eius decocti plures quàm quatuor vnciæ, alternisq; tantùm diebus,nonnunquam etiam tertio quoq; die,ſunt exhibendę. A Veſtra igitur Dominatione ſumma cautio eſt adhibenda, nec niſi quantum commodè ferre,& à quo moderatè etiam euacuari poſsit,eſt aſſumendum. Sex tamen omnino ſyrupi, antequàm ad guaiaci decoctum accedatur,ſunt bibendi: omni enim periculo vacant,moderatè euacuant, & ſine cuſtodia ſumuntur:multi etiam ad conſueta ſe conferunt munia, & negotiantur. Poſt dictos iam ſyrupos,guaiaci decoctum, modo inferius deſcribendo, eſt bibendum.

℞. Ligni guaiaci optimi,ex trũco craſsiore, nigro & graui,lib.j. Lima redigatur in puluerem, & infundatur in lib. quatuordecim aquæ deſtillatæ iam dictæ, per horas vigintiquatuor in teſta ampla,mũda,& probè cooperta: poſtea decoque donec dimidium abſumatur, atq; interim quæ ſupernatat ſpumam detrahe, deinde colo transfundatur,ac leuiter exprimatur, & in vitreo vaſe diligenter obtecto ſeruetur. Hoc verò totum in octo ſyrupos eſt partiendum, qui in 4. diebus bibantur,ſingulis diebus duo, manè ſcilicet ac veſperi: ea tamen adhibita cautione, vt ſyrupus nunquã niſi horas minimũ octo poſt præcedentẽ,tres aũt ante ſubſequentem cibum bibatur. Atq; hęc optima eſt tẽpus diuidẽdi ratio. Abſumptis aũt hiſce ſyrupis ſuperius dicta ratione, alij parari debent, eaq; diligentia adhiberi, vt antequam priores aſſumãtur, alij ita præparẽtur, vt in eo decocto bibendo nulla fiat interpolatio, ſed cõtinuè, omni alio potu neglecto,illud tantùm bibatur. Hęc verò ratio per dies ſaltem quadraginta eſt obſeruanda. Menſa autem eiuſmodi eſſe debet,qualis à me nunc deſcribitur. In primis decem diebus,tam in prandio quàm in cœna,panis vnciæ tres plus minus,& gallinacei pulli iuuenis,mediæ inter perdicem & coturnicem magnitudinis, dimidium ſumetur. Potus erit vinum maximè imbecillum, aut probè dilutum,album magis probo quàm rubrum: nigrum autem aut craſſum minimè eſſe oportet:vnusq; vni menſæ cyathus erit ſatis. Præteritis hiſce decem diebus, per viginti dies ſubſequentes,vinum & caro ſunt prætermittẽda:cibus erit panis ſupra deſcriptus,& vncię duæ paſſularum,quæ optimæ ſint, dulces, & per lotionẽ

A probè mundatæ. Potus erit eiuſdem Guaiaci decoctũ,ex quo ſyrupi ſunt prępàrati:illud enim in optimæ aquæ cõmunis lib.xx. donec quarta pars abſumatur,iterum eſt decoquendum,ac tum per colum diligenter eſt transfundendum, valideq; etiam exprimendum. Hic erit in mẽſa potus: cui ſi ſacchari paululũ addendum videbitur, non repugno. Poſt hoſce viginti dies, priorem viuendi illam rationem denuo inſtituet,ac per decem reliquos dies vinum ac pullum adhibebit, atque ita

B totum illud curriculum abſoluet. Illud tamẽ interim etiam eſt obſeruandũ, vt ſingulis decem diebus,tribus ante prandium horis, mannã hoc modo paratam ſumat.

℞. Mannæ electæ ℥.ij.s.

Diſſoluatur in iure pulli. Illud autem in primis eſt neceſſarium,vt poſt guaiaci decoctum,ſaltem per ſex menſes, Veſtra dominatio illuſtriſsima optimis alimentis,aẽ vino maximè imbecillo vtatur, probeq; etiam ſeipſam exerceat, ſi modò

C eius potionis cõmoda, ac lẽgitimũ fructum conſequi cupit. At verò cùm Veſtræ dominationi illuſtriſsimæ,ob Gallicæ luis infectionẽ,duo ſymptomata & viſu indecora, & politicæ viuẽdi rationi valde incõmoda ſoleant accidere:ideo ſi quando alterutrius indicia apparerent, illis occurrendum,ac præuertendum eſſe exiſtimarem. Porrò ſymptomata ſunt maculę,& in vniuerſo corpore puſtulę quędam erumpentes, ac pilorum interitus. Poſterius longo vſu probatiſsimis mihi auxi

D lijs tolletur,quorum hoc eſt primum:

℞. Myrrhæ electæ,
Aloes,
Ladani ana ℥.ij.
Foliorum & baccarum myrti,
Capillorum Veneris,
Florum alchannę ſeu liguſtri ana m.ij.

Contundantur omnia per ſe, deinde miſceantur. Poſtea:

℞. Olei amygd. amararum,
E Seſamini,
De alchanna ana ℥.vj.

Miſceantur omnia ſimul,& permittãtur fermẽtari in vaſe fictili ſtricti orificij, optimè lutato cũ luto ſapiẽtiæ,vel ſub ſole feruẽtiſsimo, vel ſub fimo per dies quindecim: poſtea deſtilletur hoc totum ab optimo deſtillatore, & ſeparetur aqua ab oleo,& ſeorſum vtrunq; ſeruetur:erit enim vtrũque ad vſum vtiliſsimũ, illinendo loca quæ indigent inſtauratione pilorum.

F

Aliud.

℞. Lacertorum viridium n.v.
Apum ℥.vj.
Propoleos,vel ceræ virginis ℥.iiij.
Capillorum Veneris,
Myrtillorum ana m.ij.
Abrotoni ſylueſtris.

Exiccentur animalia in vaſe fictili in furno, deinde puluerizentur, poſtea contundenda cõtun-

G dantur,& liquefacienda liquefiant. Deinde:

℞. Adipis vrſi lib.j.

Pone omnia ſimul, & fermententur in vaſe vitreo bene obturato, vel in fimo vel in ſole ferventiſsimo

tiſsimo per dies tredecim : deinde deſtillentur,& ſeparetur aqua ab oleo, ſicut dictum eſt,& ſeruetur ad vſum.

Aliud.

℞. Croci ʒ.ij.
Aloes,
Myrrhæ ana ʒ.iij.
Ladani ʒ.iiij.
Olei amygd.amararum,
Adipis vrſi ana ℥.vj.
Capitum muſcarũ puluerizatorũ ℥j.

Miſceantur omnia ſimul, fermententur & deſtillẽtur vt ſuprà. Singula iam cõmemorata auxilia, inſtaurãdis pilis valde ſunt opportuna, eosq́; & ſolidiores & venuſto colore præditos reddũt. Alia quidem plura ad eandem rem ſunt auxilia: at ego ea quæ ex Gallica lue tantùm deciduis pilis accommodata ſunt,delegi. Quòd ſi quis & ſimplicium medicamẽtorum,quibus ea conſtant,facultates diligenter conſideret, & cur in Gallico morbo decidant atq; intereant pili,perſpectas habeat cauſas, vera eſſe quæ ſuperius dixi facilè intelliget. Quod verò ad alterum illud ſymptoma, maculas ſcilicet cutisq́; aſperitates attinet,ſtillatitias aliquot aquas valde egregias, & illis tollẽdis opportunas,adſcribam. Hæc autem quæ nunc à me deſcribetur,omnium eſt efficaciſsima.

℞. Ellebori albi,
Nigri ana m.ij.
Lapathij maioris viridis lib.ij.
Cucumerum ſylueſtrium, quos aſininos vocant,℥.iij.
Carnis melonum recentium cum ſuis ſem.lib.iij.
Carnis & ſucci limonum lib.iiij.

Miſce omnia ſimul, & per tres dies permittantur fermentari: poſtea deſtillentur per alembicũ vitreum, & aqua ſeruetur, eſt enim ad quaſlibet maculas cutis, & aſperitates tollendas efficaciſſima.

Aliud mitius.

℞. Lupinorum recentium non ablutorum lib.j.
Radicum liliorum alborum ℥.vj.
Amygd.amararum lib.ij.
Succi parietariæ lib.iij.

Ponantur omnia ſimul, & non permittantur putreſieri, ſed ſtatim deſtillentur, & ſeruetur aqua & oleum.

Aliud.

℞. Salis nitri ℥.iij.
Olei amygd.amararum lib.ij.
Scillæ lib.s.
Carnis limonum lib.j.

Miſce,& extrahatur oleum,ad hũc vſum efficaciſsimum:abſterget enim egregiè, & mundificabit cutim,vbi etiam fuerit principium lepræ.

CONSILIVM CCCLII.

De morbo Gallico, pro quodam nobili Germano N. Prumero, habitum Patauij XI. die Iunij, Anno XLII. in colloquio cũ Montagnana chirurgo, Sonzino & Vrbino.

A IN tam ampla materia & congerie ſymptomatum, niſi vellem inuenire rationem, qua ſim breuis & quæ dicenda ſunt non omittam, eſſem valde moleſtus. Hæc verò erit commoda,vt explicem naturalem temperiem eius,& præternaturalem acquiſitam, quia ijs rectè explicatis reliqua clara erunt. Quod ad naturalẽ temperaturam pertinet, illud ponendum eſt, quòd niſi conſtaret ex ægritudinibus, quibus antea af- B fectus fuit,cholericis quidem, & niſi corporis habitudo oſtenderet, nullam prorſus ſuæ temperaturæ naturalis haberemus cognitionem : quoniã ex ſignis à Galeno traditis in ipſius cognitionẽ non poſſumus adduci: maximè cùm prius nobis non ſit viſus,& animi mores non ſint noti. Sed quòd ſit calidæ & ſiccæ temperaturæ, omnes illæ ægritudines,quibus ſolitus eſt affligi & infeſtari,antequam incideret in morbum Gallicum,poſſunt atteſtari. Et primò, vt ex ſcripto eius appa- C ret, circa vndecimum ſuæ ætatis annum capitis dolorem habuit:primò acutiſsimum,deinde criſi facta p ex fluxum ab auribus vtriſq; cum ſanguine,in tertia vel in quarta die liberatus eſt. Indiciũ manifeſtum tum ex acrimonia doloris,tum ex velocitate motus,calidam fuiſſe diſpoſitionem. Laborauit etiam ſcabie, quæ prouenit ab humoribꝰ adductis,& à pituita ſalſa, quæ atteſtatur caliditatem hepatis. Pręterea tertianas habuit,& cùm vexaretur catarrho à 15. vſq; ad decimumoctauum D annum,tenuis fuit admodum, acutus, mordax: ita quod omnes ægritudines, quas paſſus eſt antè, atteſtantur ſuper dominio humorum calidorum. Ideo hæc ſigna videntur efficacia, vt credamus eſſe calidæ & ſiccæ temperaturæ, quia illæ ægritudines non ſolùm ſigna ſunt naturalis temperaturæ, imò indicant habuiſſe omnes cauſas, quòd naturalis eius temperies fuerit labefactata, quia ex lõgo catarrho naturalis temperatura deſtructa fuit. Nam perſeuerante catarrho cõtinuè, E fieri non potuit quin labefactaretur temperies. Catarrho igitur perſeuerante,in 23.ætatis ſuę anno concubuit cum muliere infecta morbo Gallico,& contraxit puſtulas in pudendo, à quo tempore cœpit conqueri de magnis & multis ſymptomatibus,quę ſecuta ſunt,de quibus loquemur. Primò autem obſeruandũ quòd illæ magnificus vir incidit ex tali concubitu in morbũ Gallicum, ita quòd contagium fuit complicatum cũ tali naturali temperatura, quam inuenit calidam & ſic- F cam,ex qua complicatione fecerunt vnum tertium,ex quo poſtea tot ſymptomata ſecuta ſunt. Sed non poſſumus ſcire illud tertium, niſi extrema habeamus. Sunt autem extrema, primò temperatura, quæ excedit per calidum & ſiccum. Secundum extremum eſt contagium morbi Gallici. Hic dubitant multi, quiſnam morbus ſit morbus Gallicus, an epidemicus dici poſsit, nec ne. Ego credo quòd nõ poſsit dici morbus epidemicus,quia epidemici habent cauſas vniuerſales (vt G inquit Galenus in primo Epid.) vel aerem, vel cibum & potũ, ſicut in libro de Cibis boni & mali ſucci aſſerit Galenus,de eo qui propter caritatẽ annonæ tempore ſuo accidit; ita quòd talis à cau

ſa vniuerſali incipit, & deſinit deſinētibus cauſis
vniuerſalibus, ſiue in aere ſiue in aquis & cibis ſit
cōſtituenda cauſa eius. Iam multi anni præterie-
runt,ex quo incœpit hęc infectio, credo quòd de
beret iam deſinere. Neque valet quod per conta-
gium perſeuerat, quia ceſſantibus cauſis, ceſſant
putredines, vt in febribus peſtilentialibus, quæ
per contagium oriuntur, ceſſante influxu & vni-
uerſali cauſa,ceſſat cōtagium,& abolentur febres
illæ.Præterea maiores noſtri ex hiſtoria obſerua-
runt,nullum eo tempore fuiſſe correptū, niſi per
contagium : & cauſam habuit particularem.Sci-
mus enim quòd eo tempore, quo bellum à rege
Gallorum apud Neapolim gerebatur, plurimi e-
rant Hiſpani,qui à Calicut deuenerunt, in quibꝰ
regionibus plurima erat infectio, quia cōcubue-
runt cum meretricibus illis, & ex concubitu illo
infectæ ſunt meretrices,& tādem infectio ad nos
deuenit, quia ibi aderant mulieres milites cuiuſ-
cunque nationis.Et ita conſtat in hiſtorijs, quòd
habuit originē, & tale principium, per cōtactum
particularem, quia morbus peculiaris eſt in illis
regionibus,& nō curatur niſi ligno illo, quod ad
nos delatū fuit.Verùm nū ſit morb.iſte collocan
dus in genere morbi qui ſit in mala compoſitio-
ne,vel ſolutione continui, vel mala temperatura,
eſt maxima difficultas.Et fortaſſe ſi vellem immo
rari, oſtenderem opinionem meam non longè à
veritate eſſe : nec credo appellari poſſe morbum,
niſi occupauerit hepar,& fecerit malam tempera
turam.Cuius ſignum eſt,quia antequàm contagi
um deueniat ad hepar, vlcuſcula curantur om-
nia, & non redeunt : ſi verò ad hepar peruenerit,
non modò bubones apparēt, ſed caput occupat,
& omnia membra inuadit:triſtantur homines, de
colorantur,& apparet tūc quòd cauſa eſt in mem
bro principali,quia afficitur totū corpus.Ideo nō
eſt ſolutio cōtinui,ſicut quidā exiſtimarūt,ſed he
patis intēperies.Certū eſt quod debemus cōſide
rare & videre,ſi in hepate eſt quis affectus,pręter
naturam exiſtens. Et licet nō videamus quòd in
omni temperatura efficiat cruſtas,puſtulas,vlce-
ra, tamen ſymptomata ſemper eadem videntur,
ſiue ſanguis,ſiue bilis, ſiue pituita ſit, quod adu-
ſtionē habet, & nunquā ſeparari hoc ſymptoma
ab abſceſsibus,à puſtulis,à cruſtis,& ab vlceribꝰ.
Hoc quia vniuerſale videtur, credēdum eſt quòd
ſit intēperies propria cauſans hæc ſymptomata.
Et cōtingit in hoc,qđ in alijs cōtagioſis:vt ſi quis
habens lepram vel ſcabiem, alium inficiat ſcabie
vel lepra,licet habeat hoc perpetuum quòd ſit pi-
tuita,tamen ſecundùm diuerſas temperaturas di
uerſæ fiunt ſcabies:in vno fit pinguis & humida,
in alio ſicca,& ita vnum commune habebit. Quò
autem ad naturam vlcerum, erunt diuerſa pro
ratione temperaturarum. Hoc vnum obſeruan-
dum eſt, quòd contagium à temperatura pēdet,
quæ nec calida,nec frigida,nec humida, nec ſicca
eſt:ſed eſt qualitas quædam innominata, quæ dū
contingit hepar,facit ſanguinem talis naturæ, vt
ſemper declinet ad aduſtionem,fortè quia princi
pium ſuum prouenit à nigris hominibus illis &
aduſtis, quia proprius eſt morbus illorum homi-
num circa torridam zonam habitantium : fortè

A propter naturam illius aduſtionis depēdet ab il-
lo principio. Siue quia talis vel talis temperies ſit
& innominata,habet hoc,quòd cōtagium primò
inficit hepar, ideo facies decolor eſt, ſequitur &
triſtitia animi propter humorem aduſtum gene-
ratum,& ſi abſceſſus contingunt, duri ſunt in pri
mis diebꝰ : & ita ſemper aduſtio eſt in tali morbo
præcedens ab illa qualitate quæcunque ſit mate-
ria in corpore.Hoc fundamento poſito,& quòd à
principio natiuitatis habuerit temperaturam ca-
B lidam & ſiccā, abundauit humorum aduſtione,
vt ex ſcabie apparuit,quæ fuit propria ægritudo:
ex catarrho mordicante & erodente ſuperuenit
contagium illi temperaturæ,cum qua cōuenien-
tiam habebat: ideo facillimè impreſsionem fecit,
& maximam,quia agēs & patiēs erant diſpoſita.
Hæc fuit cauſa quam ſecuta fuerunt tot ſympto.
apparuerunt puſtulæ, poſt puſtulas apparuit
humor deſtillās per virgam,dolor in lumbo dex-
tro,vt dixit ipſe,ſed fuit in rene dextro, ꝗa ſubſe-
C cutæ fuerunt vrinæ arenoſæ, atteſtantes in reni-
bus affectionem & calorem eſſe. Habuit maculas
primò ſiccas, ſecūdò humidas in vola manuum,
& circa cubitum. Habuit dolorem capitis inten-
ſiſsimum in poſteriori parte,& ex medela medici
ex diuerſis curationibus,in omni parte capitis tā
anteriori quàm poſteriori habuit : & ſemper abſ-
ceſſus illi duri permanent curatu difficiles.Appa
ruit etiam in naribus non ſolùm caro exerta, ſed
vlcera,quæ omnia fuerūt cum eroſione, ita quòd
D poſt contagium omnia ſecuta ſunt: & aduſtiones
habuit tum à temperatura,tum à contagio : & in
hac re immorandum non eſt,quia clara eſt. Hoc
fundamēto poſito,tria quærit à nobis iſte magni-
ficus vir: primò, vtrum poſsit curari ſine exhibi-
tione ligni,& vnctionibꝰ, & ſuffumigiis : ſecūdò,
an poſsit curari ſine deturpatione faciei:tertiò,vt
ſcribamus quid conſuluimus. Circa primum,o-
portet primò videre,vtrum poſsit curari, ſecūdò
cum quibus. Credo multa eſſe conſideranda quò
E ad morbum:poſſet quidem curari,ſi non habere-
mus alias indicationes, niſi eas,quæ à morbo ſu-
muntur Gallico,etiamſi inueteratus eſſet: imò vi
di ego quòd quantò vetuſtior fuit cum abſceſ-
ſibus & puſtulis & vlceribus, curatus eſt cum ijs
quæ dicemus . Sed nos habemus plura conſide-
randa, quæ faciunt difficultatem. Habemus pri-
mò,& ego obſeruaui experientia, poſtea ratione,
quod nihil deterius eſt iſtis ſic affectis, quàm ad-
hibere, ſiue interius ſiue exterius, ſub forma vn-
F guenti vel ſuffumigij, id quod argentum viuum
habet, quia ex tali applicatione homines ſecun-
dùm membra principalia ſemper fuerunt affecti.
Et teſtor Deum, aderatq; Excellentiſsimus Fra-
caſtorius, ex inunctione Mercurij ſtatim quendā
incidiſſe in epilepſiam, & vix potuit curari ab ea,
& nullam cauſam habuit, niſi eam occaſionem.
Poſt aſſumptionem argenti viui quidam ita deco
lorantur, vt nunquā poſsint redire ad priſtinum
colorem. Et ego primò, quando vidi hominem
G in facie,interrogaui an fuerit illitus aliquo vnguē
to,in quo eſſet argentum viuum,quia tot vidi, vt
experientia doctus ſim. Sed præter experientiam
habemus rationem, nec prætermittamus cōſide-
rationem

rationem Auicennæ,quia fuit primus qui voluit rem diſtinctè intueri, reprobauit ipſum: Græci omnes id ipſum non cognouerunt, niſi quod venenum eſt,& nihil aliud de eo dixit Galenus, ſed refugit ipſum tanquam venenum. Et quia Auicenna voluit experiri argentum viuum,& ſimiliter Arabes alij,quia fuerunt maximi Alchimiſtæ, dixit omnia apertè eius incommoda, & quomodo in paralyſim,in ſtuporem,& in frigidas incidere facit ægritudines. Et primò videmus pati hepar, & incidere in frigidam diſpoſitionem, ex qua ſequitur decoloratio totius corporis: præterea ægritudines ex conſenſu neruorum ſequuntur,paralyſis,tremor corporis,ſtupores,& totius corporis refrigerationem facit, quia calorem naturalem, & ſpiritus refrigerat.Ideo abſtinendum ab eo eſt, tanquam apertè lædente. Et præter frigiditatem& humiditatem maximam,quam habet(licet aliquid dixerũt eſſe calidum in quarto, quia de calcinato locuti ſunt)& præter malas cõditiones omnes,quas habet, vnum habet deteſtandum,quia facit operationem ſuam contra methodum,& contra rationem:eſt enim apud medicos vnum axioma, vt cùm euacuamus, ne trahamus humores ad locum nobilem. At argẽtum viuum quicquid in iuncturis eſt,ad pulmonem trahit & expuitur: & ſequitur fœtor, corruptiones dentium,gingiuarum, vlcera maligna in ore. Et ideo iſte non eſt mirum, ſi habuit vlcus in palato poſt ſuffumigium,& poſt argentum viuum exterius ſumptum. Credo ego quòd ex hoc, & non ex alio, ſecuta fuerit decoloratio, hæc mœſtitia, & vlcera in palato. Et mirum eſt, cur non omnes ex plurima materia, quæ defluit ad pulmones, incidat in vlcera pulmonis. Et ſi euadunt multi, hoc eſt ratione fortis naturæ, & quia duri pulmonis ſunt: nullus tamen euaſit, quin habuerit vel gingiuas corroſas, vel dentes, vel aliquod deterrimum.Et credo certè, quòd ſequatur ſanitas ex tali illinitione, ſicut in peſtilentialibus accidit,q in naui curãtur à vino epoto:qui- poſtquam cooperti ſunt pannis, ſudant copioſè, & ex tali violentia naturæ facta, quæ fortis & valida eſt,ab errore ducti ſanitati reſtituuntur. Concludo ergo,quòd,ſaluo ſemper meliori iudicio,argẽtum viuum, ſiue per linimentum, ſiue per ſuffumigium,non probo,ſiue minerale,ſiue artificiale fuerit,quia omnes,qui de eo ſcripſerũt, cognouerunt tam minerale quàm artificiale, venenum eſſe: ideo crederem ab eius vſu abſtinẽdum eſſe. Si diceretis, fuit curatus ab eo, à decocto autẽ ligni deterius ſe habuit, imò ex decocto tali dolor auctus fuit, ex ſuffumigio autem melius habuit. Iſtud nõ eſt mirũ: quia ſi verũ eſt ſuppoſitũ, à me factũ,quòd vir iſte tẽperaturã habuit à principio natiuitatis calidã & ſiccam aduſtam,& cõtagium habere aduſtionem ſibi perpetuò annexã,&ideo habere ſymbolum cum temperatura:quę refrigerant,humectãt,&repercutiunt,per aliquod tempus poſſunt conferre,quia alterãt naturam,& ſtupefaciunt,vt non ſentiat dolorem: & euacuãt trahendo ad partes interiores,& per ſputum excernunt:ideo videntur bene ſe habere in principio, ſed poſtea in deterius labuntur, non ſolùm quia

A remãſit temperatura mala,ſed quia vltra eam habent venenoſitatẽ in membris.Et ſi à decocto nõ bene habuit,potuit eſſe, vel q̃a nõ fuit vſus recta ratione vict⁹,nec bono ligno,nec bene purgatus: quia qui nõ fuerunt exquiſitiſsimè euacuati per phlebotomiã & pharmaciam, non fuerũt ſanati. Ideo debuit primò optimè expurgari. Præterea multa ſunt obſeruanda,quę ſciũt peritiſsimi medici,quæ ſi non fuerũt obſeruata,à caliditate temperaturæ ligni & ſiccitate potuit lædi,quæ valida B eſt. Et licet in ore pòſitum non percipiatur acrimonia, ſicut percipitur ea quæ in pipere eſt, hoc eſt,quia fundatur in ſubſtantia terreſtri,vt vix deueniat ad actum,ideo in tertio crediderũt eſſe calidum &ſiccum.Idq́ue poſſumus experiri,ſi decoctum faciamus ex maiorana,calamentho, cinnamomo,& ex ligno,maiorem percipietis caliditatem ex decocto ligni, quàm ex his quæ ſunt calida & ſicca in tertio: interius dico ſumptum, quia ex elixatione permiſcetur cum multa aqua,ideo C non ſentitur exterius: ſed interius ſumptum mirum in modum calefacit.Ideo ſiue hoc,ſiue illud, ſiue omnia, ſiue plura fuerint, non eſt mirum ſi non fuit adiutus. Cui tamen incommodo poſſumus occurrere. Cùm ergo duo ſint, quæ poſſunt morbum Gallicum confirmatum curare, decoctum ligni,& illinitio ex mercurio:huiuc aũt affectioni, quam facit agentũ viuum, non poſſumus occurrere:neceſſarium eſt igitur, vt accedat nobiliſsimus iſte vir ad aſſumptionem potus aquæ D ligni.Sed duo in primis facere debet:primò remouere malam impreſsionem factam ex argento viuo,ſiue fuerit argentum viuũ, ſiue ſuffumigium ex cinabrio,in ambitu toti⁹ corporis impreſſum. ſecundò vellem,vt malus habitus tolleretur,& rediret ad propriam temperaturam. Cum quib.modò? Ego ſine dubio in tãta materia aggregata, tũ à contagio,tum à mala temperatura, tum à medicinis reſoluentibus totam ſtruẽ corporis, vellem vt corrigeretur,& tot ac tanti humores E euacuarẽtur cũ medicinis.Et cùm habeat habitũ pallidum declinantem ad frigiditatem, & tumorem corporis, cachexiam indicantem, hoc fuit ab aliqua re valde imprimente:quia mirũ fuit quòd in tali corpore impreſſa ſit intemperies frigida.Ideo bilioſi, pituitoſi & aduſti humores ſunt euacuandi. Et quia pituita miſta eſt cum aduſti humoribus,habeat primò ſyrupos, in quib.ingrediatur epithymum,fumus terræ, polypodium, arte confectos, habeatq́ue ſenam,quę euacuant humores F melancholicos, & digerit & incidit humores pituitoſos aduſtos. Syrupus acetoſus etiam optimus eſt,&multi alij,quos non referam,quia qui ſcribẽtur,magis erunt vniuerſales.Ego ſic procederem cum digerẽtibus pituitoſos & aduſtos humores. Poſtea euacuarem cum medicinis euacuantibus eoſdem, & inter omnia medicamenta confectionem hamech eligerem, vt patet ex ingredientib. Pilulæ aggregatiuæ ſummoperè conuenirent, in quibus ingrediuntur ea quæ poſſunt id facere: G electuarium etiam Indum,diaſene,diacatholicon, & haberet aliquod in ſe, quod ſtimularet ipſum, quia leue eſt. Conuenienter ergo poſſent addi trochiſci,adhãdal,agaricum,rhabarbarum: & ſi non

ſufficeret vna euacuatio, plures fierent. Corroborarem caput, aperirem venas, & diſponerem in alium habitum. Et ſi eſſet in regione calida, dimitterem beneficio aeris, quia forrè ex aeris beneficio corrigeretur: & ſi non eſſet in aere tali, darem ei decoctum corroborans naturalem calorem: & decoctum eſſet tale ex garyophyllis & cinnamomo, & propter caliditatem hepatis vellem vt decoquerentur in aquis endiuiæ, cichoreæ ad refrigerandam hepatis caliditatem, quæ induceretur ex aromatibus. Et ſi fortè eſſent obſtructiones in venis aggregatæ per accidens, diſcuterentur, inciderentur, & diſſlarentur. His factis, deuenirem ad principalem intentionem, & eſſet tunc tempus Autumni, & purgarem iterum exquiſitè: & ſi viderem quòd in alium habitum tenderet, ſecarem venam, & cùm iiſdem purgantibus & euacuantibus pituitoſos & aduſtos humores procederem. Poſtea ſex vel octo ſyrupos exhiberem, ſic compoſitos. Vellem accipere, exempli gratia, myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorum, ſing. ſemunciam, contundanturque, & facta leui contuſione fundantur per diem & noctem in aqua fumiterræ. Facta infuſione, imponerentur folliculorũ ſenæ epithymi, polypodij, glycyrrhizę, ſing. vncia, ſeminũ citri ʒ. iiij. corticum ellebori nigri ʒ. ij. Infundãtur ſimul, & decoquantur ſufficienter, & totum hoc in ſex vel octo vicibus aſſumatur: & pro refrigeratione hepatis in hoc decocto ponatur ſyrupus de corticibus citri, vel ſi timeamus caliditatem nimiam hepatis, ſyrupus roſatus, quoniam malum habitum abigit hoc decoctum, moderatè euacuat & nigerrimos humores. Et teſtor Deum, quòd multi ſanati ſunt ex decocto, maximè vbi morbus non ſit inueteratus. Et ratio quæ me mouet vt hæc aſſumat eſt, quia exquiſitiſsimè purgati in hoc decocto feliciter euadunt. His factis, ad decoctũ ligni accedemus, ſuppoſito quòd malus habitus fuiſſet remotus, & rediret ſuum temperamentum. Vellem duas intentiones habere: prima ad contagium illud, quod quidem non remouebitur, niſi ſuo oppoſito. Et quia nomen non habet (non enim calidum, nec frigidum, nec humidum, nec ſiccũ) ideo nec calida, nec frigida, nec humida, nec ſicca opponemus. Vnde iſtud lignum ſemper curabit, ſi ſeruentur ſeruanda: nam non inueni manifeſtas qualitates, quæ plus noceant, quàm iuuet iſta qualitas innominata. In ligno enim primò eſt illa occulta qualitas, quæ dicitur bezoartica, quæ habet vim antidoti, & directè opponitur contagio. Habet ſecundò caliditatem & ſiccitatem: ſi enim inuenerit hepar calidum, plus calefaciet qualitas manifeſta, quàm occulta iuuet: & tunc debemus contemperare qualitatem illam, ſicut feci ego in domino Ioachimo: cui cùm exhiberẽ decoctum ligni in aqua putei, in tantam calefactionem hepatis deuenit, vt totus eſſet eryſipelatus, & febres acceſſerunt peſsimæ. Acceſsi ad aquam endiuiæ, & tunc tanta felicitate omnia ſucceſſerunt, vt ex ea nunquam amplius ægrotarit, cùm tamen natura eſſet niger, macer, pallidus. Et hoc proueniebat à mala temperatura ligni, quæ remota fuit. Ideo plus illi nocebat caliditas & ſiccitas ligni, quàm occulta bezoarti-

A ca iuuabat. Illis igitur duabus rebus conſulerẽ: & reſpiciens temperaturã hepatis, refrigerarem hepar, & refrigerarẽ caliditatem, & ſiccitatem ligni, qua non indigemus, & occultam bezoarticam haberemus, qua indigemus. Et hæc faciet cum debito regimine victus. & ſi fuerit frigus, permanebit in ſuis vaporariis cõmodè calefactis, vt ſudare poſſit liberè. Quomodo autem propinetur, nunc nil dicam: ſed ſi ſcribam, dicam. Circa vlcera illa, credo quòd ab exhibitione ligni omnia ceſſabunt: &
B niſi infectio morbi Gallici tollatur, non curabitur. Et ſi tolleretur vnum vlcus, decem prorumpent, & iſte morbus erit veluti hydra. Vidi tamen ego empiricos quoſdam vnum habere medicamen in abſceſsibus ſimile admodũ cerino anditoto, quod habet optimam terebinthinam, oleum roſaceum, & ceram, quæ omnia componũt & applicant. Abſceſſus curant, ſed redeunt in alia parte: & niſi occurratis, citò marceſcent omnia oſſa corporis. Habet etiam vlcus in ore, quod mihi non placet, & i-
C deo iam acceſsit hoc contagium ad caput. Et eſt ille ſecundus gradus, de quo volebam dicere à principio, ſed è memoria excidit. Si modò accederet ad cor, tunc efficeretur incurabilis, & tranſiret ad tabem. Ex tribus membris duo occupauit: ſi ad tertium deſcendet, non curabitur. Et hæc ſufficiant.

CONSILIVM CCCLIII.

De eodem morbo, pro eodem.

D SVPPOSITIS his vniuerſalibus euẽtibus, qui ab intemperie, tum naturali, tum aduentitia huius magnifici viri originem ducunt, nec non cauſis ſingulorum hoc tempore prętermiſsis, quæ omnia alioquin in colloquio noſtro exactiſsimè fuerunt cõnſiderata, hoc vnum proponam, morbo Gallico vexari hominem: & quæcunq; ſymptomata, abſceſſus, vlcera, dolores ipſum infeſtant, vel omnino,
E vel maxima ex parte ab hoc eodem morbo pendẽre: quo ſublato, ſicuti arbitramur, reliqua quoque omnia facilè aboleſcent. Ergo incedendum maximè, vt morbum propulſemus: propulſabitur autem, malum habitum ab aliis medicis inductum remouendo, deinde bonum & naturalem retroducendo: nunc enim & liuens & tumidus ſecũdùm totam corporis molem apparet, quod ab alia ratione euenire non putamus, niſi à delibutoria qualitate, tum argenti viui tum adulterati, & falſi cinna-
F baris, quo vtroq; variis modis abuſas eſt. Primùm igitur, niſi regio calida aut conſtitutio, aut tempus hac proxima æſtate obſtiterit, purgãdum hoc corpus putamus, vt quicquid excrementi tum ob intemperiem deprauatam, tum ob malam rationem victus collectum eſt, totum exquiſitè educatur. Poſtea membra corroboranda, & ad meliorem habitum ducenda: ſubinde ad morbi Gallici curam rectà accedendum. Purgatio proxima hoc modo perficietur. Floris caſsiæ quàm pinguiſsimæ ʒ. x.
G ad boli formam redactas, & ſaccharo inſperſas, nõ ita multò ante prandium deuorabit. Poſtridie potum huiuſmodi accipiet. Syrupi de ſucco betonicæ, de cichorea Nicoli completi cum rhabar. ſingulorum

A gulorum vnciam. Decocti betonicæ, endiuiæ & maioranæ, ex iure tenui pulli exigui ℥. iiij. Sumet in aurora tepidum, idemque repetet ſeptem aut nouem continuis diebus. Tunc proxima die pharmacum tale cum cuſtodia deglutiet in aurora.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſcorum alhandal gr.x.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Cum aqua betonicæ fiat potus breuis. Deinde proximis ſeptẽ diebus ſumet perpetuò ante prandium & cœnam, zucchari roſati vnciam. Tunc per plures dies non abſcedet ab vſu eiuſdem zucchari roſati, vel ſaltem ante prandium, & bis in ſeptimana ſumat theriacæ optimæ, vel Mithridati drachmam in aurora. Vnum erat dicendum, quod eſt omiſſum. Eo tempore quo ſyrupos aſſumit, tertio ſcilicet aut quarto die venam ſecet baſilicam dextri lateris, nec vltra vj.℥. ſang. hauriet. Atque vt melius ſibi caueat, neque interim incidat in deterius, conſulimus vt ſemel ſaltem in ſeptimana ſumat rhab.opt.℈.iiij. macis grana ſex, zucchari roſati ſemunciam: quæ omnia ſimul confecta, & ad boli formam redacta, tribus horis ante prandium deuorabit. Poterit etiam talem potum crebrò in aurora tepidum aſſumere.

R. Epithymi optimi,
Folliculorum ſenæ ana ʒ.ij.
Seminum citri,
Liquiritiæ ana ʒ.j.

Contundantur ſemina, & omnia ſimul decoquantur in duabus heminis ſeri lactis, vt dimidiũ abſumatur. In victus ratione cauebit maximè ab aeris exceſſu tam calido quàm frigido & flatuoſo, nec minus Auſtrum q̃ Boream euitabit. Animi moleſta accidentia tanquam peſtem effugiet. Singulis diebus curabit aluum ſubducere. A Veneris vſu penitus abſtinebit, ſaltem toto curationis tempore. Carnes hœdinas, caſtratorũ iuuenum, vitulinas, pullorum, perdicum comedet: montanas aues tam elixas, quàm aſſas. Reliquis omnibus carnibus parcet, nec non cuiuſcunq; generis piſcibus. Olera vituperamus tam cruda, quàm cocta. Vtetur ouis recentioribus, & ſorbilibus. Vſum lactis, & quodcunq; ex lacte confectum euitabit. Vinum parciſsimè bibet non acidum, non auſterum, non dulce, ſed maturum, tenue, limpidiſsimum: ac compotationes præ reliquis omnibus fugiet. His ita procuratis, appetente Autumno circa Septembris initium ita rurſus inchoabit: Primò ſumet quæcunque in priſtina purgatione enumerauimus, caſsiam inquam, & ſyrupos, & pharmacum, nec minus venam eandem ſecabit. Laudamusq; vt, niſi vnica purgatione exquiſitè purgatus fuerit, bis eodem autumni tempore repetat. Deinde peractis purgationibus, ſex perpetuis diebus, talem potũ in aurora tepidum ſumat, qualem ex ſero lactis poſtremò deſcripſimus, ſeq; interim intra domum contineat. Poſtremò vbi hæc omnia rectè peracta fuerint, ad ligni Indici decoctum hac ratione progredietur, ſumendo ligni Indici optimi, nigri & pinguis deraſi libram vnam: aquæ endiuiæ per deſtillationem factæ optimæ & recentis libras 14. ponenturq; ſimul in olla fictili vitreata bene operta, vt integro die ſimul cum ſua nocte madeſcat: tunc decoquatur donec tertia pars abſumatur, deinde excolabitur, & ſeruabitur decoctum in vaſe vitreo mundiſsimo ſtricti orificij & exquiſitiſsimè operto. Huius decocti vnciam ſex bibet horis quinque ante prãdium, atque interim ſe continebit in cubiculo tepido, & ſi frigus fuerit, in vaporario, à quo, frigido aere exiſtente, nunquam etiam eſt recedendum, donec totum potionis tempus tranſiuerit. Septima verò hora poſt prandium totidem rurſus vncias eiuſ-
B dem decocti eodem modo potabit, & poſt quatuor horas cœnabit: & idem ſingulis diebus repetetur vſque ad quadraginta, vel ad ſummum quinquaginta. Cibus erit primò, pulli paruæ vnciæ tres, vel quatuor ad ſummum, ac totidem panis optimè fermentati & ſaliti, poſt prandium & cœnam vncias tres paſſularum Corinthiacarum electarum edet: eadem enim prorſus ratio eſſe debebit & cibi, & potus tam in prandio quàm in cœna. Potio autem ſecunda talis erit. Sumetur illud
C idem lignũ, quod prius decoctum fuerat in aqua endiuiæ, ac rurſus decoquetur in libris viginti aquæ fontis optimæ ad conſumptionem quartæ partis, & facta exquiſita expreſsione pro potione ſeruabit. Singulis tamen quibuſque octo diebus ſemper ſumet vna hora ante prandium floris caſſiæ drachmas decem. At ſi interim non egereret, clyſteribus vtetur ex decocto eiuſdem ligni, cum vnciis tribus mellis roſacei. At ſuper omnia toto hoc tempore cauebit ab aere frigido, & vento, ac
D rurſus ſemel in ſeptimana, qua die magis illi collibitum fuerit, ſumet ante potionem ſuam ordinariam immediatè, drachmam optimæ theriacæ vel mithridati, à quorum vſu conſulo nunquam illum penitus abſtinere debere. Hæc ſunt quæ ſcribenda occurrũt, ita vt nec prætermiſerimus quæcunque in colloquio noſtro memoratu digna viſa fuerunt: nec diſsimulauerimus, aut ſilentio tranſiuerimus, quæcunque inter ſcribendum vtilia fore iudicauerimus.

E

CONSILIVM CCCLIIII.

De morbo Gallico, cum dolore capitis, febre & continuis vigiliis, pro nobili iuuene.

CVM audirem proceſſum & modum doloris huius nobiliſsimi iuuenis, mihi videbatur ita morbum Gallicum depingi
F & effigiari, ac ſi viſu perciperetur. Dolor primò acutiſsimus capitis corripit hũc iuuenem, nec non tubercula apparuerunt in capite, quæ cùm eſſent ſine dolore, tactu tamen cùm premerentur, dolebant: ſignum euidens, quòd ibi eſſet materia pituitoſa aduſta, modo quo poteſt aduri pituita. Præterea verſatus fuit cum muliere infecta, vt hoc poſsit eſſe non leuis coniectura. Præterea nemini dubium eſt, quòd impreſsio extrinſeci agentis in corpore præparato magis imprimi-
G tur: & cùm corpus hoc calidum ſit & ſiccũ, & pluribus abundet aduſtionibus, magis præparatum eſt, quia corpora calida & ſicca aduſta magis contabeſcunt. Præterea pluribus humoribus malis

abundat, & bile & pituita: ideo non fuit mirum, A
ſi dolor validiſsimus adfuit, & tubercula emana-
uerint. Curatus fuit omni ingenio, vt ſi dolor ca-
pitis à prauorum humorum multitudine proue-
niſſet, remota cauſa, affectus & dolor remoti eſ-
ſent. Remota enim fuit multitudo malorum hu-
morum cauſans dolorem (ſi illa fuiſſet cauſa) non
ſolùm per euacuationes vniuerſales, quæ à toto
euacuant, & per reuulſionem, vt omninò deberet
excuti, ſed etiam ad deriuationem per veſicatoria
prope ſcapulas, & tamen nihil profuit: ita quòd B
his exquiſitè factis licet ceſſauerit tantillum do-
lor, quatenus à capite eſſent educti humores, re-
diit tamen. Cauſa autem eſt, ſi conſideramus na-
turam morbi Gallici, quia occupat duo principa-
lia membra, hepar ſcilicet & cerebrum, ſua mala
qualitate, quam certè nomino innominatam, quę
forma imbuitur in hepate, & malos aduſtos hu-
mores generat. Nec poſſumus dicere quòd calida
ſit, quia generat pituitam, & alios diuerſos humo
res: & licet ad aduſtionem tendant, varij tamen ge C
nerantur: & propterea iuuatur aliquando à cali-
dis, ita quòd non eſt qualitas ex primis qualitati-
bus, ſed forma quædam mala imprimitur in hepa
te, vt generet malum ſanguinem: & ſicut varia eſt
natura recipientis, ita varia forma recipitur, quæ
in aliquibus depilat, in aliis vlcera, in nonnullis
dolores facit, in aliquibus brachia, in aliis caput,
in aliis crura occupat, prout vnum membrum
imbecillius eſt altero. Cùm ergo in hepate ſit illa
mala forma, licet educatur materia mala, rediit ta- D
men, quia adeſt infectio adhuc, & mala forma in
hepate, quæ ſemper malos humores generat: & li
cet optimis cibis veſcatur, generat malos humo-
ret ex illa mala forma impreſſa: ideo palleſcunt
ſemper ita infecti, nec vnquam læti ſunt, & affli-
guntur variis ſymptomatibus ex malis humori-
bus. Præterea caput etiam læditur, & ita inuadit
ipſum dolor, vt totum venenum appareat in capi-
te, & non niſi dolor. Credo igitur eſſe Gallicũ, tum
ex ſignis illis, tum ex modo inuaſionis doloris ca E
pitis: & quoniam ea quæ ſolent curare hemicra-
niam, nihil profecerunt, tum etiam quia ſe cõmi-
ſcuit cũ muliere infecta, relinquitur quòd in hoc
nobiliſsimo iuuene ſit morbus Gallicus. Quia ve
rò multiplicantur humores mali, & ſpiritus accen
duntur, & dolor maximus affligit, facta fuit febris
accidens, quæ remouebitur remoto dolore. Ta-
men cùm iſte nobiliſsimus vir febri continua la-
boret ſine typo, & carnes ardentes habeat, & duri-
tiem aliquam in pulſu, dubitãdum eſt ne febris ſit F
in habitu. De putrida non audio, ſaltem quòd ha-
beat typum inſignẽ, nec percipit rigorem, nec ma
gis affligitur in vno die, quàm in alio, vel in vno
tempore magis, quàm in alio. Eſt etiam mirũ, quo
modo poſt euacuationes factas non ceſſauerit, ſi
eſſet febris putrida. Et hæc quo ad ea quæ patitur
præter naturã. Habet præterea vigilias illas, quæ
mihi videntur quòd ſint accidens: & habent ratio
nem cauſæ, ad quã debet intentio dirigi: quia ſym
ptomata cum habent rationem cauſæ, & vigiliæ, G
quę proſternunt virtutẽ, & augent dolorem, pro-
pter magnam ſiccitatem, quã cauſant, ideo remo-
uendæ ſunt vigiliæ. Prætermittam dicere de Pro-

A gnoſtico, habent enim multa diſcrimina, & ſi per-
ſeuerabunt dolor & vigilia, & febris quæ hectica
eſt vel in humoribus, non haberemus virtutẽ ita
validam. Quid agẽdum eſt? Purgatus eſt, & nunc
exhibetur decoctum ligni, à quo ſanatur morbus
Gallicus, nec aliud genus remedij dãdũ eſt. Cùm
ergo iuuenis iſte patiatur morbum Gallicũ, quod
ad ipſum attinet, tali decocto curandus eſt. Dice-
ret aliquis, hîc eſt arefactio, febris & vigiliæ, iis tri-
bus inſiſtendum eſt: ſi ad febrem reſpiciamus,
B quia calidum & ſiccum eſt decoctum, febris cali-
da & ſicca augebitur. Præterea ſi ſit hæc febris ha-
bitudinalis, frigidis alimentis indigemus. Præte-
rea vigiliæ adſunt, ſiccitas autem eſt cauſa imme-
diata vigiliarum, quæ ſi caliditati iungatur, non vi
gilias, ſed priuationẽ ſomni inducit, quod eſt ſym-
ptoma ſequens maiorem ægritudinem. Eſt ergo
decoctum omnino aduerſum febri, & ſuperfluis
vigiliis. Verum eſt, quòd ſi exhiberetis decoctum
ſimplex, & non prouidiſſetis decoqui ipſum in a-
C lia aqua, quàm noſtra ſit communis, quæ recipit
impreſsiones omnes, nec habet propriam tempe
raturam: ideo ſi ſulphur ponatur in ipſa, fit calida
& ſicca: ſi ferrum, fit frigida & ſicca: non rectè egiſ-
ſet. Sed quia prouiſum eſt, vt decoctum ipſum fiat
in aquis quę agunt propriis temperamentis, & ha
bent rationem refrigerandi, ſecus eſt: refrigerant
enim & humectãt omnes, quia aquea pars illa eſt,
quæ deſtillatur, terrea reſidet, ſubtilis calida exha
lat. Ideò optimè factum eſt accipiendo aquas alte-
D ratas. Igitur ſi ponatur in aqua endiuiæ, quæ refri-
gerat, optimum erit: habet enim ſe aqua ad endi-
uiam, ſicut ſe habet ad hordeũ ptiſana: hæc enim
frigida eſt & ſicca, aqua frigida & humida. Idem
etiam facere poteſt aqua fumiterræ. Si igitur exhi
beatur hoc decoctum coniunctis aquis loco ſyru-
pi, conueniens erit: imò poterit fieri frigidius po-
nendo parum ligni. Ideo talis ſyrupus conueniẽs
erit, quia in ligno præter primas qualitates amari-
tudo abſtergit & mundificat. Credo ergo quòd ſy
E rupus cõueniens erit ad tollendum cauſam ægri-
tudinis, ſcilicet infectionem illam. Et ſi fortaſſe vi-
deretur, quòd febris augeretur in eo caſu, tutius
eſſet intercipere decoctũ, & alterare corpus. Quo
ad ſymptomata, præcipuè ad vigilias, non deſiſte-
rem, licet ſyrupum exhiberẽ, quin in ſingulis die-
bus manè & veſperi poneremus emulſionem pa-
paueris in ferculis, & drach. ij. vel iij. ſeminum ac-
ciperentur & contunderentur, & acciperetur lac,
fieret enim impreſsio, & facerem id pluribus vici-
F bus potiꝰ quàm accederẽ ad opiata ſemel, & ſom-
num inducet. Et ſi dolor capitis perſeueraret,
præter rubificationem, tale quid tentaremus, vt
ſanguiſugas venis applicaremus poſt aures, maxi
mè poſt tot euacuationes factas: tũ maximè, quia
vidimus cum deriuatione aliqua ceſſare: ideo eſ-
ſet optimum tantiſper dolorem ſedari, quouſque
tollamus veram cauſam. Præterea circa rationem
victus, credo quòd optimè prouideremus, ſi de-
coctum non exhibebimus cum illa diæta tenui: ſi
G fierent lotiones crurium cũ decocto camomillæ,
anethi, & papaueris, quæ poſſunt prouocare ſom-
num, & deriuare, eſſet optimum. Iſta ſunt, quę mi-
hi occurrunt dicenda. Etiam ſi fieret linimentum
hepa-

hepati,quod refrigeraret ratione febris, admodũ conueniret,& ipſa non ita inualeſceret:& hoc eſſet optimum,& hac via ego procederem. A

CONSILIVM CCCLV.

De morbo Gallico,doloribus in extremis partibus digitorum, vlceribus narium ac gutturis,ex deſtillatione acri,pro generoſo Polono.

GENEROSVS Dominus ex inordinata viuẽdi ratione, & in primis nimio B & inordinato vſu veneris ac compotationis,aliorumq; rerum ſex nõ naturaliũ abuſu, perpeſſus eſt morbum Gallicum, quo in hodiernũ diẽ vſq; affligitur. Olim vnctus mercurio incidit in ſæuiora accidẽtia: nã capitis dolore ſæuo cruciabatur, & inflãmatione fauciũ & narium,cum leui vnius naris confractione. Bibit autem lignum Indum,&poſtea liberatus quodammodo ab his affectionibus, ſtatim in eadem accidentia incidit. C Nunc eſt factus debilior ex doloribus aſsiduis, ac iam nõ amplius ſuſtinet pati tot tantosq; malos affectus,ex mercurij inunctione conſecutos, proinde à nobis petit conſilium. Nos itaq; præſcribemus illi curam, qua ſi diligenter vſus fuerit, dũ ætas & vires iuueniles integræ conſentiunt,facilè priſtinam ſanitatem acquiret. Primò igitur ſumat lenitiuum ventris.

R. Floris caſsiæ ʒ.x.

Cum ſaccharo fiat bolus, quem ſumat hora an- D te prandium,pręmiſſo clyſteri communi cum decocto betæ, maluæ, mercurialis, & modico ſalis communis, addito etiam vitello oui recentis, & quod maximè neceſſarium eſt, additis vncijs tribus mellis roſati colati. Secũdò digeſtiuũ ſit tale.

R. Syrupi de fumoterræ,
De ſucco bugloſſæ ana ℥.j.
Aquarum fumiterræ,
Bugloſſæ ana ℥.ij.

Miſce pro vno & ſic pro alijs.Et melius eſt ſi lo E co aquarum deſtillatarum accipiatur decoctum earum cum liquiritia. Solutiuũ deinde accipiat.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iiij.

Miſce,& cum eodem decocto fiat potio,danda in aurora.Die ſequẽti ſumat zuccharũ roſatum, eius autem accipiat vncias quatuor, & ſumat manè & veſperi vnciam, primis duobus diebus per horam ante cibum. Deinde ſumat infraſcriptos ſyrupos per ſeptem dies cõtinuos:ſed ſi vltra mo F dum euacuarent, ſumat alternis diebus.

R. Myrobalanorum,
Indorum,
Citrinorum,
Chebulorum,
Emblicorum,
Belliricorum ana ℥.iiij.

Contundantur groſſo modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulciũ. Poſtea infundantur per diem & noctem in lib.x. aquæ fu- G miterræ,& decoquantur ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde adde

Corticum ellebori nigri ʒ.iiij.
Liquiritiæ,
Polypodij ana ʒ.vj.
Seminum citri ℥.s.

Et bulliant donec remaneãt lib.v. Poſtea adde

Folliculorum ſenæ,
Epithymi cretenſis ana ℥.j.s.

Et bulliant donec remaneant lib.iij.ac coletur & exprimatur decoctum,atque ſeruetur.

R. Huius decocti ℥.vj.
Syrupi ex infuſione roſarum ℥.j.s.

Et detur manè alternis diebus. Exhibitis his ſyrupis requieſcat poſt duos dies,ſumendo zuccharum roſatum,hora & quantitate vt dictũ eſt. Laudo tamen poſt aſſumptionem caſsiæ, & primum ſyrupum,ſtatim miſsionem ſanguinis ex vena hepatis media dextri lateris ad vncias ſex. Deinde ad purgantes potiones ſuprà dictas deueniendũ. His peractis,incipiat aquã ligni bibere iuxta modum infraſcriptum. Primò accipiatur libra vna ligni Indi, ex trunco non valde antiquo, ſed viridi quantum haberi poteſt,de robuſto & graui ligno quod ex magna parte ſit nigrũ,& in circunferẽtia parũ albũ. Diſſecetur in minutas partes, ac ſuper infundantur lib.xiiij.aquæ de endiuia,& ponantur in olla noua ſatis capaci cum tegumento, ac infundantur per horas 24. Poſtea admoueantur igni,& bulliant tamdiu, quouſque ex quatuordecim libris remaneant octo circiter. Spuma autem diligenter auferenda eſt,& ſeorſum ſeruanda. Poſtea fiat diligens expreſsio, & coletur ac reſeruetur decoctio illa in vaſe vitreo optimè tecto, ac diuidatur in octo ſyrupos, quorum vnũ manè hora nona ſumat,poſtea prandeat inter duodecimã & decimamtertiam. Deinde hora vigeſima hauriat alterum,ac cœnet poſtea inter vigeſimamtertiã & vigeſimamquartam. Sumpta hac decoctione ligni,ſi aliqua apparuerint ſudorũ ſigna,tegatur calidus in lecto,adiuuando ſudorẽ. Si autem non adfuerit ſudor,non prouocãdus eſt, ſed omnia permittantur naturæ. Sed quoniam illi ſyrupi ſupradicti ex decoctione ligni per octo duntaxat dies durabunt, oportebit antequam priores biberit, alios parare, vt infuſio etiam fieri poſsit per viginti quatuor horas, ne detur dies vacuus potioni ſumendę. Sumat autem per quadraginta dies hos ſyrupos. Laudo quoque vt quinquageſimum diem attingat, ita tamen vt exactis quadraginta diebus vnum tantùm ſumat manè ſyrupum per reliquos decem dies ſequẽtes. In hoc autem tempore fugiat ventos, & omnes alterationes animi. Corpus quidem poterit exerceri ad arbitrium ſuum, prout vires ei melius ſuppeditauerint. Ordo autem in ſumendis his, & regimen eius tale erit: Primis decem diebus carnibus pullinis veſcatur ad vncias duas ꝓ vna vice: pane autem albo & optimo ad vncias iij. vino quidem vtatur albo, & temperatè, ſubſtantiæ tenuioris, claro, lucido, maturo, optimique ſaporis. Et hoc ſit quidem illi in prandio & cœna. Ceruiſam etiam optimam loco vini poterit bibere. Tranſactis illis decem diebus, viuendi rationem permutabit in hunc modum. A vino abſtinebit, & à carnibus pullinis, ſed ſuus cibus erit vnciæ quatuor aut tres panis albi, puri, optimè

coćti & fermentati. Sumat etiam vuas paſſas nigras ad vncias duas: ſint autẽ vuæ hæ dulciſsimæ & bene mundatæ. Et hic ſit prandij & cœnæ modus pro alimẽto. Potus autem ſit ſecundæ aquæ decoćtio eiuſdem ligni, in hunc modum facta. Sumat idem lignum quod in prima decoćtione ſumpſit, & in libris viginti aquæ puriſsimæ putealis infundatur. Deinde coquatur vſq; ad remanentiam quindecim librarum. Hac aqua vtatur in potu, in prandio & cœna, quæ ſi defecerit, poterit renouari cum dimidia libra eiuſdem ligni. Et hæc ſi tibi ratio per triginta intermedios dies. Vltimi verò decẽ dies ſint ſimiles in vićtu & potu illis diebus decem primis. In toto autem tempore, quo decoćtum ligni bibit, intra quoſlibet ocꝰto dies aſſumat drachmas decem floris caſsiæ, vna hora ante prandium. Poterit autẽ eo die quo ſumit caſsiá, ſyrupũ ex ligno intermittere. Cùm verò potum ſyruporum ex ligno præſcripta ratio ne ſumpſerit, tunc per multos dies & menſes, optima viuendi ratione vtatur. Veſcatur carnibus iuuenum animalium, & optimis cibarijs, ouis recẽtibus, auiculis, pullis, piſcibus ſaxatilibus, vino albo mediocri & boni ſaporis. Corpus autem valde exerceat. Ab alijs piſcibus & carnibus ſalſis, anſeribus, olerib⁹ abſtineat, ſed à coitu maximè: omnes animi moleſtias fugiat. Si verò aliquam grauitatem ſui corporis ſenſerit, his pillulis vtatur ter in menſe, vna hora ante cœnam.

℞. Aloes optimæ,
Agarici elećti,
Rhabarbari optimi ana ʒ.ij.
Salis gemmæ gr.iij.
Spicæ ℈.s.
Maſticis ʒ.j.

Pulueriʒentur omnia per ſe, deinde commiſceantur, poſtea aſpergantur ſucco roſarum puro, & tandem permittantur exiccari, & poſtea cũ melle roſato fiat magdaleon, ſiue maſſa, de qua ſuo tempore accipiat ℈.2. & formentur pilulæ tres dandæ, vt ſuprà. Spumam autem, quam ſuperius dixi, debere referuari in eo toto tempore quo aquam bibit, admouebit locis, in quibus fiunt tumores & dolores. Vbi verò biberit hoc decoćtũ ea lege quam deſcripſimus, neque interim à doloribus perfećtè liberetur, perſeuerabit in eadem vićtus ratione quam ſuprà ſcripſimus. Pilularum ſupraſcriptarum ℈.2. vel ʒ.ter vel quater etiam in menſe ſumat hora ante cœnam: & expećtet opportunum tempus rurſus ſumendi decoćtum ijs modis, vt ſuprà declaraui. Erit autem opportunitas talis, vt ſi biberit Vere decoćtum, alia opportunitas erit in medio Autumni: ſi in Autumno biberit, erit opportunitas expećtanda ad finem Veris. Et ſi hæc omnia diligenter peregerit, & prima & altera vice non ſucceſſerit, non deſpondeat animum, vt plerique faciunt, ſed conſtanter in ea re perſiſtat, iuxta Hippocratis ſententiam: Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſucceſſerit ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad alia. Perſiſtat ergo in hac cura, neq; voces impoſtorum audiat, qui vel ſuffumigijs vel linimentis primò ſanitatem pollicentur, ſed tandem in vltimã perniciem adducunt. Cùm hoc conſilium dediſſet ad ſymptomata quædã, præſcripſit quæ ſequuntur. Ad dolorem qui eſt quaſi initium contraćtionis in extremis partibus digitorũ manus, hoc infraſcripto decocto ſæpe lauet manus:

℞. Maioranæ,
Pulegij,
Calamenthi,
Foliorum ſenæ ana M.j.

Decoquantur in aqua ſimp. Hoc decocto calido manus ſæpe abluat. Ad ſecundum ſymptoma videlicet ad vlcera nariũ & gutturis fa&cta ex defluxu ſalſo & acuto.

℞. Tutiæ præparatæ ʒ.ij.
Olei roſati,
Succi ſolatri ana ℥.ij.

Ponantur ſimul in mortario plumbeo, & ducantur donec habeant bonam conſiſtentiam, poſtea cũ modico ceræ liquefactæ, fiat vnguentum molle, & referuetur vſui. Ad eadẽ vlcera lauãda:

℞. Aquæ plantaginis,
Solatri,
Endiuiæ ana ℥.vj.
Syrupi roſati ex infuſione roſ.℥.ij.
Violati ℥.j. Miſce.

Pro reſolutione & vlcere naris.

℞. Bdellij,
Ammoniaci ana ʒ.iij.
Croci ʒ.j.
Betonicæ,
Saluiæ,
Hyperici ana M.ij.
Pinearum,
Amygdalarum dulcium ana ℔.s.

Contundantur omnia per ſe, deinde miſceantur, ſed prius addatur aceti ſquillitici lib.j.s. Et omnia ponantur ſimul in olla noua vitreata, obturetur q; ne tranſpiret. Deinde ponantur in fimo equino, & bene ſepeliantur ad putrefaciendum per 40. dies: deinde ponantur in botia vitrea lutata luto ſapientiæ, & deſtillentur ſecundum artem Phyſici prećtici, & ſeruetur liquor ad vſum. Datum eſt Anno 1546. N. Herbroto, & ſanatum eſſe perfećtè referebatur.

CONSILIVM CCCLVI.

De morbo Gallico cum vlceribus.

CASVS nobis oblatus diligenter eſt cõſideràdus. Ex colore iudicam⁹ ipſum valde abundare melancholia, & aduſto humore, & corpus eſſe cacochymicum. Color enim maximum indicium præbet humorum exiſtentium in corpore, vt dicit Galenus. Præterea germina illa in diuerſis partibus idem oſtendunt. Sed melancholici ſunt frigidi & ſicci. Iam, vt dicit Galenus 2. artis, temperatura calida & ſicca, decedẽte ætate, tranſit in frigidum & ſiccum, quia calor adurit humores, ergo omnes tales ſunt flatuoſi. Et abundant etiam pituita. Quare in euacuandis melancholicis, ſemper etiam aliquid admiſceas, quod pituitam educat. Confećtio Hamech eſt diuina apud me, pro melancholicis & aduſtis humoribus, in qua melancholiam purgantia optimè admixta ſunt cũ his

quæ

quæ ducunt pituitam. Verum eſt etiam illud, quòd coitu iuuētur melancholici,quia excernuntur flatus. Sed quæritur an iſta cacochymia ſit ratione propriæ intemperantiæ,an ratione regiminis. Credo eſſe propter vtrunque. Pili nigri, craſſi,oſtendunt habitum naturalē melancholicum. Galenus 2. de Temper. Non ab excrementis iudicabis temperaturam, ſed ab adnatis, quæ conſequuntur temperaturam, ſicut maximè ſunt pili, ſiquidem cholerici facti melanch. retinent pilos ſuos rubeos, nec mutant cum temperatura, niſi poſtea per longum proceſſum. In hoc ſunt nigri & craſsi:ergo fuit melancholicus à natura. Acceſſit regimē inordinatum, eſt enim pauper, ſolitus humi cubare,& fortaſſe dormire in ſolo per compita. An habuerit morbum Gallicum,neſcio, ipſe non fatetur,ſed vlcera mali aliquid repræſentāt. Quando accidit morbus Gallicus, accidit contagium quoddam in hèpate innominatum, quod nec calidum,nec humidum, nec frigidū nec ſiccum dicere poſſum, quia omnes humores redundant in talibus, niſi quòd ſemper craſsiores reddātur & aduſti. Non eſt credendum eſſe infectionem calidam,quia non iuuarētur à ligno ſancto, quod eſt calidum : ſed eſt potius quædam occulta qualitas, quæ nobis eſt incognita. Et talem eſſe cauſam credo,quòd ſit cacochymicus. Quæ cū ita ſint,iſta omnia videtis ſequi:habet vlcus maligni circa oculum, cuius ſanies exiens videbatur mihi quaſi caro nigra aſſata:eſtq; hæc ſerpigo in ſuperficie,quod oſtendit tenuē & rodentē humorem: veriſimile eſt enim partes ſuperiores infeſtari tenuioribus, craſsiores verò inferiores partes occupāt: quare circa genu eſt inſignis abſceſſus cū dolore,deueniens nunc ad exiturā. Quanquā ſemper conſulo vt caueatis à ſuppuratione circa iuncturas,quia ſunt difficilimæ curæ. Arabes bene hæc diſtinguūt. Apoſtema ſue inflāmatio dicitur, quando materia colligitur : veniēs ad exiturā,quando exit in ſpatiū quod eſt intra cutē & muſculos:quādo ſuppuratur,aldubalaton vocant. Credo quòd non tantū puruenerit materia ad exiturā, ſed quòd etiam aliquid ſit de pure. In omni abſceſſu ſemper reſolutioni eſt intendendū,ſi poteſt fieri,aut ei quod eſt melius. Quatuor enim ſunt quibus terminantur abſceſſus : aut reſoluitur,aut ſuppuratur,qui duo ſunt boni termini: aut in ſcirrhum tranſit, aut corrumpit membrum:quæ duo mala. Quod de crure, idem dico de brachio:eſt enim eadem ratio, licet in brachio non ſit tanta materia. Materia in crure eſt melancholica, aduſta, permiſta cum pituita, ad exiturā veniens. Materia in iſto eſt ſubtilis, acris, erodēs in ſuperficie. Si procedes cum calefacientibus & humectantibus, reddes vlcus peius:ſi cum calidis & ſiccis,exacerbabis,ita vt in gangrægnā tranſeat. Nec frigida & humida cōueniunt:ergo frigida & ſicca erunt applicanda, velut vnguentū de pompholyge, quod in iſtis vlceribus plurimum confert. Oportet autem pompholyga optimè & ſubtiliſsimè eſſe contritam atq; lotam,ne mordicet. Addatur oleum roſaceū,omphacinū,& commiſceantur in mortario plumbeo,& fiat linimentum pro loco. Si modò ſufficiens eſſet exiccatio,

A ſuccum ſolatri potes ſumere cum exiccantibus, velut eſt vnguentum de ceruſſa,plumbo,cadmia, & ex omnibus metallis optimè elota cōueniunt. Vnguentū de calce etiá cōuenit, ſed oportet eſſe bene lotū. Ne fidas hac in re aromatarijs,qa omnia negligentius lauāt. Hæc in vlcere. Sed in oculo ipſo tutia ſimplex confert,quòd ſi â leuioribus incipere voluerimus,ſaccharū candi bene puluerizatū optimū erit, deinde aqua plantaginis manè lauetur. Ad alias partes,quia corpus nondum
B eſt euacuatum, applicabimus interim quod ſequitur.

R. Roſarum man.ij.
Camomillæ man.iiij.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquę,ad conſumptionem medietatis,pro fomentatione.

R. Olei camomelini ℥.iiij.
Roſacei ℥.ij.

Fiat linimentum,quo inungatur poſt fomentationes. Sed oportet omnibus modis corpus pur-
C gare, ad tollendam cacochymiam : ſeruato etiam optimo regimine in ſex rebus non naturalibus. Edat,ſi habere poteſt,carnes pulli, oua,ptiſanam factam cum ſeminibus refrigerantibus. Bibat vinum album,lymphatum. Pro minoratiuo ſumat

R. Electuarij lenitiui ℥.j.
Diaſenæ ℥.s.

Miſce cum ſaccharo,fiat bolus. Hic miſer omnia habet genera ægritudinum:ſed quia hora cœnæ inſtat, reſeruabimus eum caſum integrum.
D

CONSILIVM CCCLVII.

De morbo Gallico,cum aliquot proprijs ſymptomatis ac ophthalmia,in iuuene 24. annorū.

TRIA ſunt conſideranda in hoc iuuene diuerſorum generum. Primò conqueritur de dolore articulorum : ſecundò de maculis & puſtulis cū pruritu in vniuerſo corpore, & præcipuè circa iun-
E cturas,& habet circa præputium vlcera:tertiò patitur ophthalmiam cum dolore. Incipiemus à dolore articulorum, præcipuè circa pedes: iuuatur maximè calidis,dolor ſatis vehemens eſt, quia cū ipſum affligit,vix ferre poteſt. Natura tumorum circa articulos videtur eſſe,vt nullam habeant reſiſtentiam,eſtq; laxus tumor, cum colore naturali cutis. Iſta ſunt,quæ exterius apparent,& nos in cognitionem latentium deducunt. Cauſſas doloris quæremus, ab intemperie ne,an ab affluxu o-
F riantur. Proximam cauſſam doloris articulorum puto eſſe intemperiem ipſam, conſiderans naturam membrorū,quæ debuiſſent mandare humores: nec enim in his mēbris eſt talis affectus, qui lædat actionem. Caput magis ad ſiccitatē, quâm ad excrementoſam humiditatem videtur inclinare. Hepar licet ſit intemperiei calidæ & ſiccæ, tamen non tanta eſt,vt inde poſsit ſequi nocumētum ac incōmodum. Venter etiam ſemper optimè concoxit. Ergo cum in mandantibus mēbris
G non fuerit vitium, ipſos articulos intemperie laborare arbitramur. Conſueuit enim tempore calorum conijcere ſe in natationes frigidas, & verſatus eſt in aere frigido. Sæpe autem fuit ſuperca

lefactus; & vendidit ſal maximo labore, in loco frigido emporij, quam impreſsionem facilè recipiunt iuncturę præ cæteris membris. Statim igitur ſedatus eſt dolor à fomentis calidis, qui non ceſſaſſet, ſi fuiſſet ibi materia. Nam ſi materia frigida eſt in loco, & nos adhibemus fomenta calida, materia excitata à calido auget dolorem: inflatur enim, & extenditur vlterius. Contingit poſtea, quod ſequitur neceſſariò membrum intemperatum: primò non concoquit, minuitur enim ibi calor, & augetur cruditas: ſecundò augentur excrementa: membrum enim cum nõ poſsit concoquere, non etiam expellit, & tunc rheumatizare membrum dicitur, cum in ſe generat rheuma, id eſt, catarrhũ ſeu fluxum frigidum ob ſuam intemperiem. Cùm inſuper ſint vigiliæ auctæ ab iſtis doloribus, factũ eſt vt in toto corpore, in ventriculo & ambitu venarum, cruditates ſint multiplicatę. Principaliter igitur intemperies in membro eſt, deinde congregata cruditas in corpore ob imminutum calorem: poſtea humores crudi ob dolorem, qui generat bilem, & exacuit ſanguinem in toto corpore, ſunt generati. Secundum genus ſymptomatum eſt pruritus circa totum corpus: cui ſuccedunt quædam puſtulæ, quę vbi abeunt, ſequuntur profundæ nigræ maculæ, quę per ſe in profundo duritiem habent. Poſtea in præputio puſtula apparet. Iudicamus itaque humorem eſſe aduſtum ob pruritum, & maculas nigras. Eſt item vlcus cum tumore in præputio. Quod quia non ſanatur, indicat eſſe vlcus malignum, quod fit ab humore maligno. Sed humores maligni fiunt vel ob putredinem, vel aduſtionem, quorum vtrunque hîc eſt putredo, & aduſtio. Cauſam harum puſtularum & huius vlceris in pene dico eſſe contagium morbi Gallici, habuit enim rem cum contagioſa muliere. Eſtque etiam in oculo inflmáatio, & apoſtema calidum, vel à bile vel à ſanguine. Hic plurima eius pars rubet, ergo colligo eſſe à ſanguine, ſubtili tamen, ob dolorem qui adeſt. Cum itaque hæc inflammatio ſit à ſanguine mixto cum portione bilis, hic affectus à ſuperioribus diuerſus cenſetur. Ophthalmia enim eſt inflammatio coniunctiuæ præcipuè, quæ tamen aliquando tranſit ad corneam, & impedit actum videndi, vt apparet in hoc iuuene. Sentit dolorem ob calorem vehementem, & ſolutionem continui, confluxus à venulis capitis, ad oculos habet certas periodos, vt hîc apparet. Cur in dextro oculo? Dici non poteſt, forſan quia ibi fuit imbecillitas, de qua nihil moror.

Cura. Morbus non facilè curabitur, niſi æger ſe pręſtet obtemperantẽ, & opportuna faciet, nihil aliud dicam de prognoſtico. Quæritur autem ab vtro prius incipiendum? Primò inciperem ab ophthalmia, quia dolor eſt vehemẽs, & continuè attrahit ac magis vrget, quemadmodum ipſe conqueritur, & non eſt ophthalmia ſimplex: qua relicta & non curata incideret in peſsima ſymptomata, vt in ſuffuſionẽ, & alia. Ophthalmiam vini potio, miſsio ſanguinis & balneum ſanant, vt dicit Hippocrates. Cũ itaq; hîc ſit à ſanguine, euacuarem caput miſsione ſanguinis, lenirem aluum hiera, vel caſsia, deinde ſyrupi de ſucco fœniculi, verbenæ, roſis, æqualibus partibus cum decocto euphragiæ: deinde portione fœnugræci, & triplo roſarum, facerem decoctum cum quo fomentaretur. Poſtea fiat collyrium cum decocto fœnugræci, althææ & aloes. Et tunc accederem ad ſecundum: primò reſoluerem materiam, & calefacerem locum. Vellem dare aquam ob metum morbi Gallici. Quæ verò ad hepatis calefactionẽ faciunt, cauerem. Tunc quoque iuberem natare in aquis calidis, & imponerem lutum his partib. ad calefactionem horum locorum. Factis purgationibus inferioribus, darem decoctum ligni in aqua endiuiæ, aut in ijs quæ non habent temperaturas calidas.

CONSILIVM CCCLVIII.

De quodam laborante morbo Gallico cum aliquot ſymptomatibus: in iuuene Polono, annorum viginti quinque, quibus octo annis affligebatur.

PROPONITVR nobis iuuenis, qui maximam ſeditionem fecit in propria patria: cum enim ſit Polonus, maluit ſequi partes Gallicas, ideo mulctatus pœnis multis, quæ partim ex natura morbi Gallici ſũnt, partim ex deteſtabili vſu argenti viui. Præterita autem non curamus, ſed præſentia. Suppoſito igitur quòd ſit morbus Gallicus, & quòd duret adhuc, ſymptomata ſunt hæc. Primò laborat ſcabie cum pruritu & mordicatione: ſecundò palpitationes & ſuſpiria crebra patitur contra voluntatem. His poſitis ſymptomatis, quæ ſunt ſigna cauſarum, nec curantur à Medico: quæritur quæ ſint cauſæ, quæ à Medico non negliguntur: quia ſublatis cauſsis, ſymptomata remouerentur: cauſæ igitur indagandæ. Crediderim nõ multum differre principia iſtorum ſymptomatum. Eſt caliditas hepatis, id quod iudicamus ex pilorum colore, calore, amplitudine venarũ. Eſt multipliciter affectus, & à Medicis, & à morbo, tamẽ adhuc eſt carnoſus. Cum igitur acceſsit morbus Gallicus, & illinitio, & aſſumptio Mercurij etiam præparati, quid credamus aliud, quàm quòd propter affectum morbi Gallici temperatura ſit magis calefacta caliditate ignea? vnde generátur humores aduſti, poſtea vnctos argento viuo, membra reddidit imbecilliora, ſecutæ palpitationes membrorum, propter vapores deprauatos, deuenientes ad muſculos, & inuenientes temperaturam debiliorem, vt alterare alimentum, concoquere, & reliquas operationes naturales exercere non poſſet, propter refrigerationem ex argento viuo. Flatuantur igitur & exagitantur alimenta in membris, dum difflari nequeát, & ita palpitationes excitantur, & halitus, & difflari nequeũt propter craſsitudinem vel diminutionem caloris naturalis, vel propter vtrunque. Laborat ſuſpirijs, quia cor fumoſis & malignis fumis vexatum, ſubitò exiccatur, atque magnam refrigerationem & euentationem poſtulat. Ideo dilatatur thorax ad euẽtationem, & ita fit ſuſpirium, quod non eſt aliud, niſi magna dilatatio pectoris ad euentandum cor. Poſtea comprimitur vehemen-

ter

ter ad expellendós fumos. Et quidem aliquando dilatatio maior, vbi magna eſt neceſsitas euentationis;aliquando maior conſtrictio, vbi expulſionis maior neceſsitas. Sed perfectum ſuſpirium, vbi vtrunque magnum eſt,& quidem interdum cum querimonia & clamore fit, cum eſt maior neceſsitas. Scabies eandem cauſſam habet, humores aduſtos, qui cum perueniunt ad cutim, faciunt pruritum mordicantem, & peſſimam illam ſcabiem. Et quòd ſit ex materia aduſta, apparet: quia nigræ puſtulæ ſunt indicantes adduſtionem, ſicut & pruritus dolorificus aduſtum humorem potius, quàm ſeroſam vel ſalſam pituitam ſignificat. Ita facilè eſt inuenire cauſſam ſymptomatum efficientem, & intrinſecam. Hepar ita affectum eſt,vt generet humores aduſtos, & extrinſeca auxerunt morbum Gallicum,videlicet peſsima medicamenta, & mala victus ratio. Quia igitur optima eſt prædictio,quando ex vna parte natura morbi, ex altera corporis affecti natura conferuntur, facilè eſt prognoſticum. Morbus malus,malignus & diuturnus,ſed corpus robuſtum, omnes virtutes validæ,animalis, vt apparet in motu:& licet imaginatio aliquando corrupta, fortis tamē eſt, itemq; vitalis fortis,& quia bene nutritur,naturalē quoque fortē eſſe neceſſe eſt. Statuendū igitur quòd tolletur morbus,ſi rectè curabitur.

Cura. Si volumus curare,oportet tollere humores congregatos propter intemperiem membrorum,& præcipuè hepatis,in quo ſanguis generatur deprauatus,qui eſt alimentum corporis: generatur etiam plurimum pituitæ, quia vbi aduſti humores, & ſanguis corruptus, adeſt calor præternaturalis:inde excremētorum copia,& fit plenitudo quo ad virtutem, id eſt, eiuſmodi, quam non poteſt pati virtus. Ergo debilitatur calor naturalis,& ſunt omnes actiões debiliores, ſanguis (vt dixi) malus, ſpiritus excrementoſi, & calor naturalis debilior, qui eſt inſtrumentum omniū virtutum. Hinc ſequitur, vt in ventriculo multa pituita præternaturalis propter calorem naturalem debilem generetur. In hepate verò plurimū vtriuſque bilis, propter calorem eius præternaturalem auctum,qui adurit. Et inde ſemper videmus, quòd vbi humores aduſti generantur in corpore, ibi eſt in ventriculo multum pituitæ. Ergo nunquam humor melancholicus euacuandus, niſi prius pituita euacuetur: quia ea ſemper abundat,vbi eſt copia humoris melancholici. Vterq; igitur humor expurgandus prius, quia non poterunt applicari ea, quæ ſpecifica virtute ſuccurrunt,niſi inueniant vaſa præparata, atq; apertos tranſitus & meatus ad membra, & ipſa etiam membra,quibus ſuccurrere debent perfectè mūda: quia cum vias obſtructas, aut impedita ipſa membra & repleta inueniunt, implentur magis humoribus, nec effectum ſuū exercere poterūt: ſæpe etiam alia incommoda afferūt. Ergo exquiſitè omni ratione purgandum erit,& tum proderit curatio. Purgationem autem ordirer prius euacuatis primis venis,à miſsione ſanguinis. Secundò pituitam euacuarem non curans melancholiam. Ego etiam nunquam euacuo pituitam

A cum ſucco melancholico, quia ſcio admodū terreſtrem,frigidum,ſiccum,craſſum & rebellem eſſe humorem. Et corpora quæ purgare voles, prius fluida reddere oportet, id eſt, aperire meatus. Nec poteſt educi humor melancholicus per ſe rebellis, niſi prius pituita, quæ impacta eſt meatibus,euacuetur. Secunda ratio,quia cum ſint duo diuerſi humores ambo rebelles, & vnuſquiſque forti attrahente indigeat: oportet validiſsimum adhibere auxilium,& id quidem, quod ex cōtra- B rijs conſtat. Id autem non tolerabit natura, at ſi erit leuius, neutrum humorem perfectè educet, & agitabimus vtrunq; humorem, & neutrum educemus. Porrò igitur pituita euacuetur, in quā nos natura iuuat,quia illi humores tales ſunt, vt poſsimus eos paulatim euacuare. Pituitam igitur bis vel ter euacuarem (ſi opus eſſet) medicamentis conuenientibus: deinde accederē ad ſuccum melancholicum, eum concoquerem cū balneis vel domi paratis, vel publicis, aliquot die- C bus,in quibus cocta Althæa, Chamæmelum, lilia alba, per 4. aut 5. dies:idq; propterea,quia corā coqueret humores terreſtres,& præpararet. Balnea enim quia calida & humida,concoquunt, ꝓpterea quòd coctio fit in calido & humido. Et Galenus ſolo vſu balneorum dulciū curauit melancholicos multos. Dum autem ingrederetur, & moraretur in balneo, biberet decoctum Boraginis, Glycyrrhizæ, fumiterræ, in aqua dulci,vel brodio tenui macro, & biberet magnum cyathū, D vt tranſiret per omnes venas, & concoqueret. Poſtea darem ſyrupum magiſtralem, vel alia decocta ex Elleboro. Vltimò, euacuato humore exquiſitiſsimè exhiberem decoctum ligni non in aqua fontis,ſed Boraginis vel violarū potius, propter ſiccitatem & caliditatem hepatis. Hoc enim modo reſiſterem qualitatibus ligni, & non tollerem vim ſubſtantificam, quod ego experientia compertum habeo in omnibus quos curaui, & nunquam falſus fui. Alij,qui in aqua ſimplici coquūt, E vix vnquam rectè curant, & nō intelligunt aliud eſſe calidum, frigidum, &c. & aliud eſſe vim ſpecificam,cum & Meſue dicat quædam medicamēta curare,non quia calida vel frigida, ſed quia talia. Hæc ſi faceret,ſpero ſymptomata non duratura. Quòd ſi puſtulæ non deſinerent,poſſet addi aliquod vnguentum exterius exiccans.

CONSILIVM CCCLIX.

Cuidam,ex morbo Gallico malè curato.

F

QVEREBATVR de quadā anguſtia pectoris impediente anhelitū, cū ambularet,non cum quieſceret, aut equitaret, & quòd interdum vertigo moleſta erat. Materia etiam ei ſiniſtrum latus occuparat, ita vt illud brachium aliquando ſatis commodè mouere non poſſet. Expuerat etiam ante aliquot menſes ſanguinem cum pure, ita vt de Empyemate ſuſpicio eſſet: ſed iam neque expuebat, G neque tuſsiebat,verùm de illa anguſtia,præcipuè dum ambularet, querebatur, eratq; potiſsimum circa coſtā ſextā. Antoniꝰ Muſa Ferrarię multiplicia remedia adhibuerat, & poſt reliqua,duo cau-

teria actualia, quę adhuc habebat in brachio ſiniſtro, & in dorſo alterum. Mōtanus quia audierat eum ante decem & octo annos laboraſſe morbo Gallico, ex eoq́; curatum medicamento quodam ter per os ſumpto, nec ſciebat quid eſſet, omne malum in iſtam curationem reiecit, quòd is morbus varijs ſymptomatis eſſet obnoxius: ſi non rectè curaretur, & mille metamorphoſes multos etiam poſt annos efficeret, vt de ſuo parente referebat, qui cum credere nollet eum morbum eſſe, nec debita remedia adhibere, quòd multis annis nullam mulierem attigiſſet, ex eo mortuus eſſet. Cogitabat de exhibendis aquis Thermarum, & ſi illæ non ſufficerent, ad decoctum ligni veniendum eſſe iudicabat. Sed quia ęſtiui calores ardentes obſtabant, iuſsit eum expectare ad medium Auguſti, vel principium Septembris. Nam eas nō nimium calefacere hepar, ſi id linimentis foueatur, & plus nocere illā inuerſionē in luto, præſertim ęſtu. Interim vti bono regimine in cibo & potu, bibere vinum dilutum cum aqua ſaccharata, & non auſterum: abſtinere ab omni genere fructuum, poſtea ſingulis diebus ſumere drachmā vnam de infraſcripto Electuario, ita tamen, vt ſi ſe grauari ſentiret, interdum omitteret, vel alternis aſſumeret.

R. Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Centaurei minoris,
Myrrhæ ana ʒ.s.
Croci gr.xv.
Sacchari roſati recentis,
Conſeruæ florum boraginis ana ℥.iiij.

Miſce, fiat Electuarium. Et vt materia etiam euacuaretur paulatim, ſingulis menſibus ter vel quater iuſsit ſumere hunc bolum.

R. Floris caſsiæ ʒ.vj.
Specierum hieræ ſimpl. Gal. ʒ.j.

Miſce cum ſaccharo, fiat bolus. Hoc ei euacuabit materiam ſine moleſtia, quòd nec calida nec frigida eſſent, & omni tempore tuti ſumi poſſent. Coitum, quia vxorem habebat, permiſit, vt vteretur ad neceſsitatem, non ad voluptatem, & non nimio motu. Ad Scirrhos factos ex morbo Gallico optima eſt compoſitio Philagrij vel Diachalcitheos Galen. ita applicata, vt nō attingat vlcera.

In morbo Gallico euacuatiuum.

R. Aloes optimæ ʒ.vj.
Agarici electi,
Rhabarbari electi ana ʒ.j.s.
Corticum rad.
Ellebori nigri ʒ.j.
Trochiſcorum alhandal ℈.ij.
Myrobalanorum Indorum ʒ.j.s.
Epithymi cretenſis ʒ.vj.
Succi liquiritiæ ʒ.ij.
Seminis citri ℈.ij.
Muſci gr.iij.
Garyophyllorum ℈.ij.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde permiſceantur cum ſyrupo de corticibus citri, & fiat magdaleon. Doſis ʒ.j. pillulæ iij.

CONSILIVM CCCLX.

In morbo Gallico pro Nobili Germano Kleindienſt.

BREVIS ero, quia omnia quę neceſſaria erant, copioſè dicta ſunt. Conuenimus ob quædam ſymptom. quæ infeſtant hunc nobiliſsimum virum. Primò cōqueritur de puſtulis rubeis in corpore, de dolore circa coxam, pòſt circa hepar, de præfocatione cùm iraſcitur in faucibus, & fuit perpeſſus morbum Gallicum. Horum omnium ſymptom. ſi curare voluerimus, cauſas indagare opus eſt. Sed quoniam harum aliquæ ſunt extrinſecæ, aliquæ intrinſecæ, optimum erit præmittere temperaturam huius nobiliſsimi viri, quæ non tam cauſas morborum, quàm curationem rectius nobis manifeſtabit. Fuit ergo temperatura calida & humida, vt cognoſcimus ex his quæ ſolent perſiſtere etiā in lapſis, ſicut eſt latitudo venarum & arteriarum, muſculoſitas & habitus carnoſus corporis, pili ſubflaui, hi iam incipiunt caneſcere. Sumus & concordes in hoc quantùm ad prę ſentem temperaturam attinet: ſed nunc eam mutauit ob cauſas extrinſecas & intrinſecas, & quòd cœpit alterare naturalē temperaturam, erat infectio morbi Gallici, quę affectio eſt hepatis. Primò igitur alteratum eſt hepar ob infectionē, & ſic tota intemperies alterata: vbi enim hepar fit calidum, frigid. & ratione eius talem facit ſanguinē, & fit tale corpus, 2. Artis paruæ. Poſtea alia cauſa extrinſeca, quæ alterauit temperaturá præcedentē, quia illinitū corpus argento viuo, quod frigidiſs: eſt ergo effectus, vt benè inquit Auicen. frigidos facit, paralyſin, ſtuporem, &c. Poſt alię acceſſerunt cauſæ extrinſ. adeò, vt ſi voluiſſet ſtudioſè immutare temperaturá nō potuiſſet aliter. Ingreſſus eſt balnea, miſit ſanguinē frequenter propter ſocios, poſtea indulſit comeſſationibus & ebrietatibus, & afflictus eſt acriter. Cū iſtis omnib. immutata eſt temperatura, & declinauit in frigiditatem & humiditatem, licet rationè infectionis ex morbo Gallico, neſcio quid aduſtionis ſemper vnà cum humoribus iſtis crudis generetur. Iam non quæro an morbus Gallicus fiat per contagium an per influxum cœli, an ſponte veniat. Ille anno decimoſeptimo contraxit hūc morbum. Si quis à ſemine matricis putat, ego dicerem potius à lacte per contagium oriri. Nam morbus Gallicus eſt intemperies ſola, an eſt intemperies cū materia? Reſpondeo. Neutrum eſſe. Non intemperiem ſolam, quia nec calidum, nec frigidum, nec humidum, nec ſiccum: ita enim facilè contrarijs qualitatibus ipſi poſſet occurri. Non eſt morbus materialis, quia ſic euacuationibus curaretur, quod tamen non fit. Et ſi quis ob multas euacuationes fuerit curatus, per accidens factum eſt, quia iſtæ materiæ antecedentes, dolorem facientes, fuerūt purgatæ. Iſta forma tamen ſpecifica & occulta hepati impreſſa, nequaquam eſt remota: eſt enim morbus Gallicus nihil aliud, quàm forma quædam ſuperueniēs hepati, innominata. Non enim immutat temperaturam hepatis, licet ſemper ali-

quid

quid aduſtionis in humoribus relinquatur: ita ſi
hepar ſolitum fuerit generare ſanguinem pitui-
toſum, gallica lue infectum, & hunc eundem ge-
nerat, ſed tamen aliquid aduſtum, ita in reliquis.
Iſta impreſsio non aliter eſt ac cùm venena ea,
quæ ab occulta qualitate procedunt, aliquid im-
primunt, vt ex morſu canis rabidi fit talis impreſ
ſio, quæ adeò exiccat & adurit humores, vt ho-
mines prorſus reddat melancholicos & fugien-
tes aquam: nemo tamen dixerit iſtam impreſsio-
nem ad caliditatem vel frigiditatem referendam.
Ita in lepra quæ etiam nunquam curatur melan-
choliam educentibus, ſed bezoarticis experien-
tia compertis, ſicut carne viperarũ, ſicut canis ra-
bidi morſus, cancrorum cinere vtatur. Solet
enim forma formæ occurrere. Lepus marinus
alterat pulmonem, dum alijs etiam mollioribus,
per quæ tranſit non noceat, & cãtharides veſicã,
non poſſumus formam ſpecificam negare.

Sic in hepate violatur coctio ratione malę qua-
litatis impreſſæ à morbo Gallico, omne membrũ
cõcoquit cibũ ſecundũ temperaturam propriã.
Ita hepar ſanguificat ſecũdùm temperaturã pro-
priã, ſed tamen ob formã illam malam non poteſt
non generare aduſtionem in humoribus, genera
tur ſanguis vt prius, ſed tamen aduſtus, ita pitui-
ta & omnes humores vt prius fiũt, ſed aduſti. Et
qui à natura habet humores aduſtos, ſicut ſunt
cholerici, in iſtis morbus Gallicus eſt peſsimus,
& ferè incurabilis. Vnde ex ſanguine iſto aduſto
apparẽt maculæ iſtæ rubeæ, ſunt coloris ferè pur
purei, aduſtionem demõſtrantes. Nã vtcunq; fa-
cta ſit impreſsio iſta, tamen adhuc apparet domi-
nium ſanguinis, quia non fuit deſtructa tempera
tura prior, ſed factus ſolùm aduſtior eſt ſanguis.

Acceſsit deinde alia cauſa quæ deſtruxit habi-
tum corporis, fuit inunctus argento viuo, quod
frigiditatem multam introduxit & læſit neruos.
Vidi enim, dicebat Montanus, quater argentum
viuum induxiſſe epileſiam & apoplexiam, ergo
non tantùm formam aduſtionis in hepate contra
xit, ſed frigiditatẽ neruorũ & corporis totius. Va-
riata ergo temperatura, primò ob morbum Galli
cum, poſt ob argentum viuum, ob quod imbecil-
litas membrorũ ſpiritus & cordis, & totius cor-
poris, & frigiditas: vnde mala fuit ſubſecuta con-
coctio. Nõ mirum ergo ſi puſtulæ à ſanguine adu
ſto appareãt, & dolor circa hepar ob cruditatem,
quia calor diminutus non poteſt viſcidum vince
re, ſed in flatus vertit, qui ſunt etiam in muſcu-
lis abdominis ibi ſtante cruditate. Dolor capitis
eſt, quia aſcendunt vapores. Sic Tophi circa ge-
nua ob eandẽ cauſam, & dolor circa iſchiam. A-
uicenna dicit: Quatuor faciunt podagram & i-
ſchiadicum dolorẽ, materia quæ defluit, via man
dans, recipiens, hîc omnia adſunt. Adhæc coitus
& illinitio argẽti viui debilitarunt cerebrũ. Sunt
& hîc viæ latæ, vnde facilè eſt videre concurſum
& generationem ſymptomatũ, & cauſarum ex-
trinſecarum cum intrinſecis conuenientiam.

Cura. Cura eſt difficilis, quia morbus inuete-
ratus, & diu impreſſus: ſed tum hoc locum ha-
bet, vbi iam totius membri æqualis intemperies
facta fuerit, & in habitu. Vbi enim membrum
A penitus alteratũ eſt, difficile eſt reductu. Ita he-
ctica febris quia alterauit totum corpus, & eſt æ-
qualis impreſsio ſecundùm totum corpus, nun-
quam curari poteſt. Idem de membro particula-
ri dicendum eſt. Sed quando morbus partim fit,
partim factus eſt, etiamſi quatuor annis durarit,
poteſt curari: ita febris quartana quanquam per
quatuordecim annos durãs curata fuit, & ſi qua-
draginta annis duraret, dicamus ita, curaretur.
Vbi autem factus eſt morbus ſolùm, difficile era-
B dicabitur. Ego vidi, dicebat Montanus, Gallicos
curatos ꝑ triginta annos iſto malo afflictos, quia
non æqualiter impreſſa fuit mala illa qualitas in
toto hepate, vt hepar ſit eſſentialiter tale.

Diceret quis, quomodo non totum occupet
aliqua forma? Reſpond. ſecund. de Tempera-
mentis. Imbuitur aliquando à forma contraria
ventriculus, ſicut à pharmaco, ita vt etiam fa-
miliare ſibi nutrimentum expellat, & attrahat
contrarium: ſed expulſo iſto contrario redit ad
C naturalem habitum, & tamen prius fuit illic for-
ma ſpecifica aliqua. Sic in morbo Gallico, qui cũ
occuparit omnia membra, non curatur, tunc ca-
dunt dentes, oſſa putreſcunt, ſpiritus langueſ-
cunt. In hoc tale non videmus, imò eſt boni ha-
bitus, bene nutritur, curabitur facilè, ſi volue-
rit obedire.

Duo autem erunt facienda, illa infectio hepa-
tis habet diuerſos effectus, & etiam iſchiadicus
dolor diuerſam cauſam: quare cura quoque erit
D ſeparata. Sed quia pro cura morbi Gallic. ſi for-
ma ſpecifica eſt imbuta hepati, non debemus vti
alterantibus nec euacuantibus, pręparandum ta
men prius eſt corpus, & exquiſitiſsimè purgan-
dum, antequam detur id quod occultę iſti formę
occurrit contraria ſua vi etiam occulta & ſpecifi-
ca. Daturi ergo lignum quod occurrit à forma
occulta, nihil efficiemus, niſi exquiſitiſsimè bis
aut ter purgatum fuerit corpus, ne aliquid ſit in
venis, quod impedire poſſet tranſitum, & effi-
E caciam huius bezoartici medicamenti. Et ſi ſe-
mel exhibitum, non curabit, detur iterum atque
iterum, bis, ter, quater, ſexies etiam dicebat Fri-
ſimelica, tandem certè iuuabit præſuppoſitis
exquiſitiſsimis euacuationibus.

Affectio iſchiadica purgato corpore ſubleua-
bitur: purgandum corpus cum confectione ha-
mech, velim tamen, vt accipiat ante lignum. De-
coctum quoddã ex helleboro, myrobalanis, epi-
thymo, polypodio, liquiritia, ſeminis citri cum a-
F qua fumiterræ, ſumantur hellebori drachmæ vj.
pro ſex vicibus, &c. poteſt accipere ſine cuſtodia,
& circumire ciuitatem, egeret ſepties ſine mole-
ſtia: multi ita ferè curati ſunt. Poſtea darẽ lignum
cum aqua aliqua ſublimata, propter maiorem pe-
netrationem: quantò enim citius lignum pene-
trat, & melius, tantò perfectius & felicius ope-
ratur. Aqua communis non ita penetrat, ſed
adhæret hypochondrijs, & inflammat. Malè
faciunt qui exhibent cum vino, cùm lignum hoc
G ſit calidum & ſiccum ad tertium gradum, etiamſi
non ſequitur ſudor, vel prouocatio vrinæ, nihil
refert: non enim quærimus hîc euacuationem,
ſed alterationem, quia euacuationem ſupponi-

mus, non debemus expectare à decocto euacuationem. Olim ex hæmorrhoidibus adiutus fuit Venetijs & fuit ſanus per annum, iam etiam conſulerem. Quod ex ira videtur ſuffocari, id contingit nobis dum ſumus in maxima ira, adeò intenti ſumus vltioni, vt nec verbum proferre poſsimus, vel etiam quòd omnes vires & animales, & vitales ſe contrahunt ad vnam partem ob cupiditatem vindictæ: hinc tremunt membra, aliqui ſyncopant, ſpiritus retorquentur, & actiones omnes impediuntur. Sic etiã muſculi circa larynga contrahuntur, & non faciunt ſuum motum, hinc ſequitur ſuffocatio. Ariſtoteles ait, ira eſt quiddam dulce, & melle deſtillante dulcius: dulce enim eſt nobis vlciſci, quod ſumpſit ex Homero. Suffocari ergo videtur, cùm muſculos dilatantes laryngam non poteſt dilatare.

Friſimelica etiam iuſsit dare lignũ, & alia, quæ aduerſantur venenoſis affectibus, ſicut eſt theriaca, ſicut Galenus vult libro de Antidotis, & dicebat, Ego ſum vſus ligno iuniperi decocto, & profuit, aliqui vtũtur fraxino: poſt decoctum autem lignum darem iſta antidota, vt theriacum & alia, Mithridatum cum zuccharo roſato, ſcordeum, & interdum euacuetur.

CONSILIVM CCCLXI.

De vxore eiuſdem laborante ex melancholia, & ſuſpicione morbi Gallici.

CVM plura genera ſint ſignorum, à quibus venari poſſumus occultos morbos, præcipuè tamen ab actione læſa indicia ſumimus, quæ indicat præcisè, & præcipuè vbi actiones fuerint propriæ ipſi membro. Quare non temerè in morbis omnibus indagandis conſiderare debemus actiones & paſsiones, inde enim verè cognoſcitur diſpoſitio læſa. In hac muliere igitur oportet videre quæ actiones læſę. Quantum ergo ad animales actiones attinet, quę ſunt imaginari, diſcurrere & memorari, ſcilicet ſi iſtæ vel aliquæ iſtarum læſæ fuerint, ſine dubio erit vitium in cerebro, quia ſunt propriæ cerebro. Iſta ergo imaginatur partem anteriorem capitis vacuam, imaginatur quod nõ eſt, timet etiã quod non eſt timendum. Eſt igitur corrupta imaginatio, diſcurrit etiam vt non debet, ergo actiones principales cerebri corruptæ. Ideoque ſcimus ab actionib⁹ animalibus, quòd diſpoſitio aliqua præter naturam eſt in cerebro. A paſsionibus quoq;. Cùm ſomnus & vigilia ſint paſsiões cerebri, quia conſequuntur actiones animales, inter illas paſsiones habet vigilias, ergo paſsiones quoque cerebri corruptæ ſunt. Et ſic læſio eſt in cerebro. Percipit dolorem in oculo, eſt paſsio circa ſenſum tactus. Naturales etiam læſas habet, quia non appetit. Appetentia cõſequitur naturales & eſt paſsio. Vbi enim ſecundùm naturam membra conſtituta fuerint, ſequitur propria paſsio appetitus, & contrà. A paſsionibus ergo & actionibus omnia ſigna ſumuntur, & certa quæ rarò fallunt, alia bene fallunt. Vnde ſequuntur alia ſymptomata, vt color, qui aſcendit ad faciei mediam partem rubicundus. Hæc ſunt ſymptomata, quorũ quæ-
A dam actiones læſę ſunt cerebri, & vna ventriculi.

Singulorum cauſæ quærendæ ſunt à nobis. Quod ad animales ſpectat. Quum imaginetur quod non debet, & timet quod non debet, eſt ſignum illorum, qui in melancholiam incidũt. Et Galeni tertio de Locis affectis eſt ſententia: Quãdo qui triſtantur & timẽt, ſine cauſa fiunt melancholici. tertio de Cauſis ſymptomatũ, Variè imaginantur melancholici. ita quidam credebat caput ſuum eſſe ollam, & timebat ne frangeretur.
B Cauſas autem melancholiæ recẽſet: quia ſpiritus cerebri fiunt craſsiores aut obſcuriores. Primùm autem ſpiritus tales reddi, vel ob intemperiẽ, vel aduſtionẽ humorum: quod eſt hic. Sed quia illi humores poſſunt eſſe varij, paſsio hypochondriaca licet non ſit ab atra bile, tamen facit melancholiam. Nec Galenus eſt ibi contra Dioclem, ſed ſupplet ſententiã Dioclis. Quilibet vapor enim craſſus etiam pituitæ poteſt facere melancholiã, quia claritas luminis obtenebratur à humoris craſsi
C præſentia. Quęret hic aliquis an materia ſit in cerebro & ibi generetur, aut aliunde veniat? poſſumus coniecturari, quia habet ſigna caliditatẽ hepatis & cordis, eſt nigra. Et quando Germani nigri, præcipuè mulieres, eſt magnum caliditatis ſignum, & à valida cauſa. eſt carnoſa & nõ pinguis. Mulier ipſa eſt cordata, & ingenioſa, habet animi conſtãtiam. Et cùm illa duo membra ſint calida, totum corpus neceſſariò tale redditur. Caliditas facit multitudinem operationum, & reipſa eſt o-
D peroſa. Acceſsit paracmaſtica ætas, quia agit trigeſimum octauum annum, poterit eſſe aduſtio humorum alioqui paratorum ratione temperaturę. Cùm eſt ſymbolum inter agens & patiens, facilis fit tranſitus, ergo multiplicati ſunt humores aduſti, qui aſcenderunt in caput. Et quia diſpoſitio corporis adfuit, & cauſæ extrinſecæ alterantes caput, omnes cauſę concurrerunt & recipientes, & mandantes, & alterantes. Demandatur igitur materia melãcholica à toto corpore, hepar & omnes
E venæ ſunt membra mandantia, demum caput caliditatem recipit, materia eſt aduſta, nõ intelligo ipſam caliditatem in forma aduſtionis: ſed poſtquam aduſta eſt & reddita cinerea & frigida, inde timor. Credíſne quòd etiam ab hypochondrijs aliquid pendeat? Maximè. Quia adeſt inappetentia & frigidus eſt ventriculus. Iſta inappetentia non poteſt eſſe à bile, quia talis eſt cum caliditate & amaritudine oris, & nauſea: hic eſt ratione frigiditatis, credo flatus ibi eſſe, quod etiam atteſtatur
F difficultas anhelitus. Et hoc ſatis ſit de morbo, ex melancholia per aduſtionem facto, eleuantur vapores frigidi & ſicci, & cauſant iſtam melancholiam. Quòd autem ſit à vaporibus iſta, ſcimus ab accidentibus, quia dum vapor aſcendit, primò circa faciem mediam apparet color rubeus, vapores enim qui aſcendunt per Carotides & exteriores, & interiores immorantur: & quia frigiditate cerebri fortius reuerberantur, fit vt reſideant circa mediam partem faciei inferiorem, & illa appa-
G ret ſolùm rubea, reliqua pars ſuperior pallida. Poſtea vbi confertim aucti aſcendunt, & non poſſunt ita reprimi frigiditate cerebri, inficiũt rubeo colore totam faciem, & audimus vbi tota facies

rubea

rubea eſt per horam, tunc abit. Non aliter ac ſi id
quod arceat, ſit fortius quàm affluxus primus a-
quæ: poſtea ſi vincit affluxus plurimus aquæ, mi
nimè arceri poteſt. Hęc quãtum ad actiones cere-
bri. Quantum ad paſsiones. Cauſa vigiliarum eſt
ſecund. part. Aphoriſmor. ſiccitas. Sicut enim
ſopor fit à frigiditate, ita ſomnus ab humiditate,
ſic & vigilia naturalis à ſiccitate. Priuatio ſomni à
caliditate, ſi iungantur qualitates à calid. humid.
fit cataphora, à frigid. humid. fit ſubeth. A calidi-
tate, ſiccitate fit phrenitis. Ego dicerē vigilias in
hac muliere eſſe ob ſiccitatem, teſtatur eius com-
plexio, adde etiā quòd in vere magis vigiliæ mo-
leſtæ, quia aries ſignum ſiccum, & reſpicit caput
loquendo Mathematicè, nunc apparent læſiones
in capite. Sed medicè loquendo, vbi Sol in ariete
incipit calefieri, aer & humores agitãtur in corpo
re, qui ante erãt quaſi congelati, circa Aug. finē li-
cet multi humores generati aduſti, ſed euapora-
runt, & nõ impreſſerũt in cerebro: vbi noctes lon
giores, & aer frigidior, conſtipãtur pori, redit diſ-
poſitio, omnia refrigerantur. Hæc indicant natu-
ram ſymptomatum & cauſas. An etiam ratione
vteri ſit hîc? Poteſt etiam eſſe, quia vapores aſcen
dunt (ſolet hoc frequenter accidere, dicebat Son
zinus, in mulieribus, quòd ex vtero aſcendũt va-
pores, qui quaſi præſuffocãt mulierem) & poſtea
per vnã aut duas, aut tres horas ita permanent ac
ſudant, & terminantur morbi.

Cura. An in hac ſit morbus Gallicus neſcio.
Galenus tertio de Loc. affect. vbi humores vbiq;
in corpore aduſti, ſemper à miſsione ſanguinis in
cipiēdum: ergo facta lenitione prius mittatur ſan
guis, & rectè viuat, & in Autumno purgetis ex de
cocto ſenę, polypodij, liquiritię, epithymi in aqua
lactis, aut cum iure pulli, quod contemperat om-
nes humores, ſicut Auicenna rectè intellexit Ga-
lenum, licet Curtius malè ipſum intellexerit: di-
xit enim quòd ſtringat humores, cùm dicat, con-
temperat: & Dioſc. quoq; dicit contēperat, & cor
rigit illum textum Marcellus bene. Laudo ſyru-
pum de cichorea, oxymel ſ. ſyrupum de pomis.
Iſtis vterer, poſtea euacuarē. Ratio victus ſit quæ
humectet præcipuè. Decoctum ligni nihil valet,
quia eſt tantùm antidotum, ſed neſcimus adeſſe
Gallicam luem.

CONSILIVM CCCLXII.

In ſuſpicione morbi Gallici.

PRo conſultatione ſanitatis huius no-
bilis & ſtrenui viri, & nobiliſsimę ſuę
vxoris, nunc duo ſunt proponenda,
ratio victus, inquam, & medicamēto-
rum vius. Quantum ad rationem victus attinet,
erit illa vtrique communis, ideo de hac ratione vi
ctus quæcunque admonebuntur, intelligi velim
vtrunq; eſſe pariter admonitum. Medicamenta
verò ſingulorum cùm diuerſa ſint, explicabũtur
ſeorſim. Primò igitur quærēt ambo omni conatu
quaſcũq; animi moleſtias quàm maximè vitare,
& tanquam peſtem abominari, iracundiam præ-
cipuè, mœſtitiamq; ac timorem, ſed læti ac in o-
ptima ſpe conſtituti viuant. Præterea ocium &
quietem corporis procul effugiant, moderato e-

A xercitio vtantur, manè præcipuè ac veſperi ante
cœnam. Caueant tamen ne exerceantur, & poſt
exercitium quieſcant in aere admodum frigido
aut ventóſo: & vbi talis aer contigerit, tunc ſe in-
tra domum contineant, & exerceant ſuas res fa-
miliares procurando, hoc enim optimum exerci-
tij genus eſt. Fugiant meridianum omnino, &
diurnum ſomnum: proinde hortor, vt manè an-
te vel circa ſolis exortum ſurgant, & procuratis
excretionibus corporis conſuetis per aluum &
B vrinam, per ſputa & per ſcreatus, narium emun-
ctiones, frictiones capitis, auriumque ſorditie ex-
purgata, nunc vegeti atque hoc modo excitati ad
exercitia corporis ſe conferant. Et ſi aliquando
contigerit, vel in altero, vel in vtroque, vt excre-
menta alui præter conſuetudinem ſupprimi ve-
lint, non permittant hoc vitium inualeſcere, ſed
protinus, ſi clyſteres non admiſerint, præbibant
ante prandium ius pulli, in quo decocta ſit mer-
curialis, malua, & beta, vel folia braſsicæ, deinde
C adiecta portione zucchari rubei: lenietur enim
aluus ſine moleſtia. Præterea non diu verſentur,
aut commorentur, aut aliquo modo ſe exponant,
vbi ſit aer frigidus & ventoſus: & tempore hye-
mis caueant, ne more Germanorum repentè exe-
ant à ſuis vaporarijs & hypocauſtis calidis, expo-
nentes ſe aeri frigido: illud enim longè deteſtabi-
lius eſt, quàm ſi perpetuò in eodem aere frigido
verſarentur: ſed vbi neceſsitas aduenerit exire hy
pocauſta, habeant operimenta tam capitis quàm
D vniuerſi corporis, quibus ſe à repentina aeris fri-
giditate tueantur: neque ita calefiant hypocau-
ſta, vt multi conſueuerunt, quibus non ſatis eſt,
vt corpore mediocriter incaleſcant tantum, vt à
frigoris exceſſu muniantur, imò non ceſſant niſi
prius torrefiant & aſſentur. Caueant igitur ab eo
importuno hypocauſtorum feruore, ſed tantùm
tepeſcat locus. nimis enim offenderētur in egreſ-
ſu. Prætetea aeri nocturno ne occurrant, ſed in lo
cis altis, verſus Orientem & Meridiem ſitis habi-
E tent. Caueant quàm maximè, tanquam à peſte, à
commeſſationibus & compotationibus, ſed ſo-
brij intra proprios parietes ſibi viuant: niſi enim
hoc fecerint, fruſtra reliqua agentur. Bis in die
moderatè comedant, & moderatè bibant, omit-
tendo has compotationes, quę nedum ſanitatem
amiſſam reficere, ſed eam quoque quã poſsident
perdere, quàm maximè poſſunt. Potus ante om-
nia deligendus: ille ſit vinum minimè potens, ſed
lene & pauciferum, nullius aciditatis particeps,
F ſed bene maturum, colore album vel rufum: à ni-
gro, obſcuro, craſſo, prorſus abſtinendum: & ſi al
bum vel rufum habere non poteſt, eligatur giluũ,
limpidum, & eo modeſtè vtantur, neque à pran-
dio aut à cœna potent. Panis ſit bene fermenta-
tus, bene coctus, neque antiquior vnica die. Car-
nes pullorum, caſtratorum iuuenum hœdorum,
auium campeſtrium pinguium. Sed caueant
maximè à paluſtribus, vt anatum, anſerum. A pi-
ſcibus abſtineãt quàm maximè fieri poteſt. Oua
G recentia vel cum aqua, vel cum igne mediocriter
cocta, conueniunt, cum modico zuccharo & cin
namomo condita, prorſus ſine butyro. Fercula
etiam ex oryza, hordeo, ſpelta, farre, non vi-

ſupero, ſi in iure pingui optimè cócta fuerint. Eui tent herbarũ omne genus præter lactucas, quandoq; & boragines. Fructus etiã pręcipuè fugiant, & maximè horarios. Autumnalia pira & poma decocta cum ſaccharo & aniſo, non malè poſt cibum admittuntur. Caueant ab omnibus lacticinijs, paſtilibus, rebus cuiuſcunq; generis in ſartagine frictis, à carnibus antiquis, ſicut bubulis, hircinis, à ſalitis item omnibus, à multitudine ciborum, imò in ſingulis menſis ſingulo tãtùm genere ſint contenti. Hæc quantum attinẽt ad victus rationem, quam diximus vtrique eſſe commune m. Nunc ad medicamenta accedemus, quæ ſint ſingulis ſeorſim propria. Nobilis igitur vir quam primùm ſe in propriam domum contulerit, incipiet purgari hoc modo, qui proximè ſequitur. Primò:

R. Floris caſsiæ ℥.j.s.

Cum zuccharo fiat bolus, ſumatur manè hora vna ante prandium. Deinde:

R. Syrupi de fumoterræ ſimp.
Oxymellis ſimp. ana ℥.j.
Seri caprini ℥.vj.

Miſce pro vno, & ſic pro ſeptem alijs. Poſtea verò:

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Cum aqua fumiterræ fiat potio, ſuméda cum cuſtodia in aurora poſt ſyrupum vltimum die ſequenti. Sed poſt aſſumptionem duorum ſyruporum primorum, mittatur ſanguis à vena baſilica dextri lateris, extrahantur vnciæ decẽ, vel vltra. Finita hac purgatione, quieſcat per duos dies, & interim manè & veſperi hora ante cibum ſumat ſacchari roſati vnciam vnam. Peractis his duobus diebus, incipiat bibere ſyrupum infraſcriptũ, ex quo ſoluetur aluus ſine moleſtia quater aut ſexies ſingulis diebus. Erunt autem omninò ſex ſyrupi, exhibendi.

R. Aquæ fumiterræ lib.vj.
Myrobalanorum citrinorum,
Chebulorum,
Emblicorum,
Indorum,
Belliricorum ana ℥.s.
Epithymi,
Thymi polypodij,
Senæ,
Glycyrrhizæ ana ʒ.vj.
Seminis citri ʒ.ij.
Corticum ellebori ʒ.iij.

Fricentur myrobalani cum oleo amygdalarũ dulcium, vbi prius contuſi fuerint groſſo modo, deinde infundatur in prædicta aqua per diem naturalem, poſtea decoquantur omnia ſimul ſecundùm artem, ad conſumptionem medietatis: poſtea facta diligenti expreſsione & colatura cum ſaccharo dulcoretur & referuetur, & tota illa coctio diuidatur in ſex partes, & ſumatur vna pars ſingulis diebus tepida in aurora cum vncia ſyrupi de infuſione roſarum. Vbi verò hæc tota purgatio peracta fuerit (hæc purgatio Vere & Autumno fiat, eademq; erunt prorſus & ſimilia omnia, pręterquàm quòd miſsio ſanguinis Vere tan

A tùm admittenda eſt) trium dierum quiete interiecta, ac ſaccharo roſato ante cibũ ſemp ſumpto, vt paulò ante inſtituim⁹, interim parabit ſibi decoctum ligni Indi, quod tranſacto illo triduo potare incipiet. Accipiat igitur illi⁹ ligni nigri & deraſi libram vnam. Aquæ deſtillationis endiuiæ libras quatuordecim, & fiat infuſio in olla noua bene obturata per horas viginti quatuor, poſteà in eadẽ olla ſenſim decoquatur, donec decreſcat tertia pars: deinde facta colatura, bibat huius decocti calidi libram vnam manè, & alteram veſperi,
B hoc modo, vt hora octaua primam bibat, duodecima comedat ſiue prandeat: decimanona verò bibat ſecundam, & vigeſima tertia cœnet: atque ita perſeueret vſq; ad diem quadrageſimum. Caueat interim hoc toto ſpacio à ventis, & ſi ſudor prouocetur, accubet lecto, pannisq; diligenter operiatur. Quotidie procuret beneficium alui. Cibus ſit ſingulis vicibus panis bis cocti vncię tres, pulli iunioris vnciæ totidem. Loco vini bibat a-
C quam cõmunem optimi fontis vel putei, in quo id lignum ſecundò decoctum fuerit. His ritè peractis, habeat poſteà familiares pillulas, quas pro cõſeruatione ſanitatis toto anno vſurpabit ſemel in ſeptimana, hora ante cœnam pondere ℈ ij. vel drachmæ vnius. Et ſi integrè ſe percipiet reſtitutũ, bene erit: ſin minus, futuro Vere rurſus eadẽ purgatione pręmiſſa, ad decoctum ligni Indi redibit. Neq; enim dubitamus hoc ſolo remedio tandem eſſe curandum.
D R. Aloes optimæ ℥.j.

Pulueriżetur optimè: inde aſpergatur ſucco roſarum puro, & permittatur exiccari. Deinde,

R. Agarici electiſsimi ʒ.vj.

Et ſimiliter pulueriżetur: poſtea aſpergatur oxymellite, & exiccetur eodem modo, vt de aloe diximus. Poſtea:

R. Rhabarbari ʒ.iij.
Roſarum ſiccarum,
Succi glycyrrhizæ,
E Nucis muſcatæ ana ʒ.j.
Salis gemmæ ʒ.ij.

Pulueriżentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & cum melle roſato fiat magdaleon, de quo conficiantur pillulæ vt ſuprà, quæ ſumantur ter vel quater ſingulis mẽſibus hora vna ante cœnã pondere ℈.ij. vel ʒ.j. & fiant pillulæ tres. Et hæc ſatis pro nobili viro. Pro honeſtiſsima vxore, & ipſa bis ſingulis annis purganda eſt, Vere inquam & Autumnò, ita vt Vere etiam ſanguinem mittat,
F Autumno nequaquam. Purgatio autẽ talis erit.

R. Electuarij de ſebeſten ſolutiui ʒ.x.

Cum ſaccharo fiat bolus, ſumatur manè ʒ. horis ante prandium, ac parcè prandeat.

R. Syrupi Sabor regis,
De fumoterræ ana ℥.j.
Aquæ boraginis ℥.iij.

Miſce pro vno, & ſic pro alijs. Item:

R. Confectionis hamech ʒ.iij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

G Cum aqua boraginis fiat potio, ſumenda die proxima ſequenti ſyrup. vltimum. Sed poſt duos primos mittatur ſanguis ẽ vena baſilica dextri lateris, & trahantur vnciæ decem, vel libra ſanguinis:

nis:& hoc Vere tantùm, non Autumno. Vbi ita bis in annô purgata fuerit, vtatur poſtea bis vel ter aut quater in menſe infraſcripta potione benigna, & ſine cuſtodia, quam ſumat tribus horis ante prandium.

R. Folliculorum ſenæ,
Epithymi ana ℥.iiij.
Polypodij ℥.j.s.
Glycyrrhizæ ℥.j.

Ponantur veſperi in infuſione in iure pulli pinguis, vel in ſero lactis caprini: manè facta diligenti expreſsione & colatura, bibatur decoctũ tepidum addito ſaccharo, ſi libuerit. Hoc præcipuè erit vtile ad omnes affectus arcendos in hac nobili muliere. Item ante prandium vtatur quàm ſæpiſſimè electuario infraſcripto, qđ ſumat hora ante quàm prandeat, pondere ℥.s.

R. Sacchari bugloſſati,
Boraginati,
Violati,
Nenupharini ana ℥.iiij.

Commiſceantur omnia ſimul, & addantur folia auri puri numero 6. & ſeruetur in vaſe vitreo, & hoc maximè vtatur cùm fuerit grauida.

CONSILIVM CCCLXIII.

Cura poſt morbum Gallicum.

PVLCHERRIMVS caſus. Primò tremoris cauſas videamus & palpitationis: in hoc enim ſacerdote non deprehenditur compoſitio mala, nec duritiem, nec obſtructiónem patitur, nec ſolutionem continui: ergo in temperatura morbus. Videndum ergo eſt, an ſit cum materia, & ſi cum materia, quæ temperatura iſta. Audiuiſtis illũ progreſſum antea, primò vt per tria morborum genera diſcurramus, & videamus in quo peccat. Deinde ſi in temperatura eſt peccatum, diſtingue, an in principio, parte vel cognatis ſit. Iſte motus habet principium in cerebro: quærẽdum igitur, vtrum impedimentũ motus & mala complexio ſit in principio motus, vel membris mouentibus: ad hoc oportet ſigna habere. Scitis autem ex methodo vniuerſali quaſdam operationes eſſe in cerebro & propter cerebrum, quia non eget illis, ſed ſunt ob vtilitatem corporis, & ſunt à cerebro, & quandoq; tales operationes in principio, quandoq; in alijs membris læduntur. Hîc eſt vna læſio ex illis quæ & in principio eſſe poteſt, & in alijs membris. Quomodo hoc ſciemus? Ex fundamento: quando enim principium læſum, omnia membra, quæ ab eo ortum habent, tremunt & patiuntur, quia principiũ eſt leſum, nec ſolùm in motiua operatione nocumẽtum eſt, ſed etiã in ſenſib. tamen magis poteſt eſſe impedita vna operatio quàm alia, ſed oẽs tamen erunt læſæ. Eſt ne hoc in iſto viro? non poſſum cognoſcere, quia dum ſanus eſſet illum nõ noui: videtur attonitus ferè, verba habet incompoſita, an ſit hoc illi naturale, neſcio, tunc enim non eſſet ſignum: non habet tamen in omnibus mem bris læſionem, ſed affectionem circa motiuã virtutem, ſiue à materia, ſiue virtute, ſiue magis vel

A minus imprimit, licet nõ ſemper ſit agitatio, & in omnib. mẽbris, eſt tamen in omnibus indifferenter, quia quandoq; in vno, quandoq; in alio cõſpicitur. Ergo principiũ patitur, id eſt cerebrũ, ſemper ad cor terminatur tremor, quia affinitatẽ cerebrum habet ad cor: licet in cerebro principium ſit, tamen affinitatem habet maximam, vnde in epilepſia, in vertigine ſtatim tremit cor, & oportet tũc tam cerebro quàm cordi occurrere: eſt enim talis conſenſus, vt vnum membrum nõ patiatur

B ſine altero. Si autem vitium in muſculis eſſet, nõ propterea tremor eſſet in corde, ſed eſt in cerebro vitiũ, & quandoq; imprimitur in vna parte, quandoq; in alia, ſpiritus refrigerátur, & cor ob frigiditatem cerebri palpitat: vbi enim refrigeratur cerebrum, cor cõſentit & tremit, vnde Ariſtoteles putabat, cerebrum eſſe propter contemperaturam cordis: iſtæ coniecturæ ſunt pulcherrimæ. Hoc ſit fundamentum ab intrinſecis operationibus. Ab extrinſeco, quæ cauſa morbi fuit? Perpeſſus

C morbum Gallicum, in quo ei Medicus inſtituit vnctionem ex argento viuo maledicto, nec in debita proportione. Hoc eſt maximum ſacrilegiũ: ego vidi ex argento viuo per noctẽ vnam in cochleari poſito frangi æneum cochlear, tanta & tam horrenda vis eſt argenti viui. Et huic viro Chirurgus illeuit totam faciem, manus infra cubitum, & partes tibiarum, quod eſt peſsimè factum. Nam qui extrema illinunt, melius faciunt, ne lædant principalia membra. Sacerdos autem iſte credẽs,

D citius poſſe ſanari aures, corpus & faciem hoc argẽto viuo illeuit, vt ex illa illinitione affectum ſit cerebrũ. Prius in tali cura Gallica quaſi ferè omnes illinebãtur. Hinc eſt quòd videmus in Anatomia in illitis illis ſubſtãtiã cerebri, pertrãſiſſe hoc argentum viuum. Legatis Plinium qui dicit argentum viuum in nulla re contineri poſſe, penetrat omnia etiam oſſa. Galenus vno ſe verbo expediuit, inquiens: De hydrargyro autem nihil habeo quod dicam, nam nũquam illud cognoui

E niſi pro veneno, non vult amicitiam ſecum habere, penetrat omnia. Cùm igitur eo illitum fuit caput, neceſſariò penetrauit ſubſtantiam cerebri, & ſua frigiditate induxit illa accidẽtia. Ideo Auicenna (ex quo multum profeci) verè dixit in argento viuo vim eſſe ſtupefaciẽdi, paralyſin & tremorem inducendi: non ergo mirum ſi cerebrum infrigidatum, & poſtea aucta frigiditas. vbicunque igitur membrum refrigeratum, non conficit proprium alimentum, multæ cruditates fiunt, in ex-

F pulſione peius ſe habet. Cùm. n. vna ſe malè habet virtus attractiua, etiã aliæ nõ bene ſe habent. Vbi igitur cerebrum factũ frigidius, & membrũ redditum debile, omnia alia membra eò mittunt excrementa & proijciunt, ac tanquam canem miſerum omnes mordent: cerebrum autem cùm ſit frigidum, ſpiritus, calor, non poterat reſiſtere, deuenit ergo in accidentia hæc. Et ſecundùm rationem eſt quòd varia excrementa diffundũtur per muſculos modò ſub forma vaporum, modò ſub

G forma materiæ. Vnde Galenus de cauſis ſymptomatum: Tremoris cauſa immediata eſt frigiditas, vel cum materia, vel ſine materia: vbi enim virtus eſt valida, ſuſtinet: ſi verò virtus debilis, &

nō|poteſt tenere pondus, & membrum deorſum
vergit, quia grauitas membri ſuperat, deſcendit:
ſi paria,fit tremor.Principium ergo in cerebro læ
ſum eſt,quo cerebro refrigerato, & ad pectus cō-
municant ſpiritus cordis cum cerebri ſpiritibus,
ſic ad cor frigiditas deſcendit in palpitatione cor-
dis.Inſurgit virtus percepto nocumēto,vt expel-
lantur excremēta, incipit tremere, poſtea vltimo
conatu inſurgit & reſoluit materiam, & ſic fit ite-
rum corpus ſanum. Stante diſpoſitione tali pro-
gnoſticatio eſt mala, quia ægritudo eſt in princi-
pali mēbro. Medici enim difficulter aliquid poſ-
ſunt,ſi membrū principale eſt affectum. Eſt præ-
terea ſenex,morbus longus,difficulter ſanabitur,
ſi debet tamen curari, calidis & exiccantibus cu-
rabitur. Quare Medici empirici debebant explo-
di ex ciuitatibus cum ſuis ſecretis, cùm tam mul-
tos interficiant. Exhibēt ex argento viuo præci-
pitato pillulam vná intra os, & bene vocant præ-
cipitatum, quia multos ad mortem præcipitant:
optimum ei nomē dederunt: ergo occurrendum
eſt contra venenum, & huiuſmodi ratione facien
dum, vt infrà ſequetur:

R. Lixiuij ſarmentorū ex cinere vitiū ℔.vj.
Mirobalonorum chebulorum,
Citrinorum, Indorum ana ʒ.iij.

Conterantur groſſo modo, & infundantur in
eo lixiuio per diem ac noctem: deinde,

R. Epithymij,
Folliculorum ſenæ,
Polypodij ana ʒ.vj.
Liquiritiæ,
Seminum citri,
Corticum ellebori nigri ana ʒ.ij.

Decoquátur omnia ſimul ad conſumptionem
medietatis, & imponátur ad bulliendum ſurcula
2.vel 3. minutim cōciſa arboris ficus cū ſuo lacte,
& ſint ſurcula craſsitudinis digiti parui: deinde,

R. Huius decoctionis ℥.vj.
Syrupi de betonica ℥.ij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis, quouſq;
biberit totam decoctionem

*Hæc cura fuit pro quodam ſacerdote illito argento vi-
uo,tremore laborante. Facta in decimaſeptima viſitatione
hoſpitalis, quæ dedit occaſionem octo lectionibus de mor-
bo Gallico, quas, Deo volente, cum ſtudioſis rei Medicinæ
communicabimus.* 1543.

CONSILIVM CCCLXIIII.

De curatione morbi Gallici.

CVRATVRO ſecundùm rationem mor-
bum Gallicum, neceſſe eſt, vt in primis
corpus ægrotantis expurget. Prima igi-
tur die hora matutina tres horas ante
prandium aſſumet bolum infraſcriptum:

R. Floris caſsiæ nuper extractæ ʒ.xij.

Cum ſaccharo fiat bolus. Quòd ſi ab ipſa caſ-
ſia ægrotus abhorreret, ipſius loco aſſumat tale
medicamentum:

R. Electuarij de ſebeſten ℥.j.s.
Specierum hieræ ʒ.ij.s.

Miſce, & fiat bolus, tribus quoque horis ante
prandium deglutiendus. Poſtridie aſſumat ſe-
A quentem ſyrupum, quem etiam per ſeptem con-
tinuos dies in aurora potabit:

R. Syrupi de fumoterræ,
De ſucco bugloſſæ ana ℥.j.
Aquæ cichorij ℥.iiij.

Miſce pro vno ſyrupo, & ſic pro aliis ſeptem.
Potabit deinde poſt vltimum ſyrupum in aurora
cum cuſtodia huiuſmodi medicamentum:

R. Confectionis hamech ℥.s.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.iij.

B Cum modico aquæ fumiterræ fiat potio. Aſ-
ſumptis omnibus his medicamentis per duos ſe-
quentes dies manè & ſerò, per horá ante cibum
accipiet ℥.s. ſacchari roſati pro quaque vice. Ve-
rùm illud etiam eſt obſeruandum, quòd accepto
bolo, & duobus ſyrupis ſecunda omnino vena
eſt dextri brachij, fietque ſanguinis extractio in
quantitate viij.℥. & ad x.vſq; interdum. His om-
nibus peractis aſſumet deinde ægrotus hos ſe-
quentes ſyrupos,à quibus optimè purgabitur:

C R. Mirobalanorum citrinorum,
Chebulorum, Indorum,
Emblicorum,
Belliricorum ana ʒ.vj.

Contundantur groſſo modo, deinde fricentur
manibus cum oleo amygdalarum dulcium,dein-
de infundantur in ℔.vj. aquæ fumiterræ per ho-
ras 24. poſtea,

R. Epithymi,
Polypodij,
D Folliculorum ſenæ ana ʒ.iij.
Liquiritiæ ℥.j.s.
Citri ʒ.j.
Corticum ellebori nigri ʒ.iij.

Decoquantur omnia ſimul ſecundùm artem,
vſque ad conſumptionem medietatis: deinde fa-
cta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur de-
coctum pro ſyrupis: poſtea,

R. Huius decocti vj.part.
Iuleb roſati ℥.j.s.

E Miſce pro vno,& ſic pro aliis, vſque ad ſex. qui
quidem ſyrupi vltimo loco deſcripti,ſi nimis for-
taſſe ægrotantem expurgarent, alternis diebus
eſſent aſſumendi.His peractis decoctum ligni In-
dici accipiet hoc modo confectum. Primùm qui-
dem inueniet lignū perfectum, magni ponderis,
& quod plurimum nigri intus habeat, atque ex
hoc aſſumet xv.ſeu xvj.libras, & pro qualibet vi-
ce abradet libram tantummodo, quam infundet
in vij. libris aquæ endiuiæ, & totidem aquæ ab-
F ſinthij per horas 24. fietque decoctio vſque ad
conſumptionem librarum ſex. Poſtea facta cola-
tura,reſeruabitur decóctum in vaſe vitreo, ex eó-
que ſingulo quoque manè aſſumet libram vnam
pro vice,per tres horas ante prandium,loco ſyru-
pi à prandio, & per horas ſeptem tantundem de-
cocti potabit, & per tres horas poſt talem potio-
nem cœnabit. Atque hæc præcepta erunt ſeruan-
da per totum tempus, in quo decoctum accipiet,
quod quidem tempus erit quadraginta dierum.
G Cibus erit dimidium pulli pro vice, & vtetur pa-
ne quod buffetum appellant. Vinum erit album,
oligophórum,clarum, non adſtringens: atq; hac
viuendi ratione vtatur per decem primos dies,
xx. ſe-

xx.ſequentibus diebus, ſingulis diebus ℥. v. vuæ paſſæ aſſumet pro cibo, & tantundem panis bis cocti. Potus autem erit talis.

℞. Libram vnam ligni, ex quo ſupradicti ſyrupi fuerunt confecti, ipſamque infunde in vigintiquatuor libris aquæ putealis per horas vigintiquatuor, fietque decoctio vſque ad conſumptionem librarum decem, atq; potabit hoc decoctũ in hoc viginti dierum ſpatio ad libitum ſuæ voluntatis. Decem autem vltimis diebus eadem vtatur viuendi ratione, qua vſus eſt primis decem diebus, ac præterea per totum tempus, in quo potabit decoctum prædictum, aſſumet, per interuallum tamen dierum octo, bolum Caſsiæ in quantitate ʒ. xij.

CONSILIVM CCCLXV.

Pro quodam ſuſpicante ſe pati morbum Gallicum.

PRIMVM quidem circa finem menſis Februarij, poſt Lunę coniunctionem infraſcripta vtatur purgatione. In primis ſanè per horã ante prandium, talem bolum aſſumat.

℞. Floris caſsiæ ℥. j.
Specierum Hieræ ʒ. ij. cum ſaccharo fiat bolus.

Quòd ſi ratione amaritudinis abhorreret ab huiuſmodi medicamento, ipſius loco aſſumere poterit eadem hora, atq; eodẽ modo ℥. j. s. floris caſsiæ: ſed prius medicamentũ erit vtilius. Poſtri die verò potare incipiet infraſcriptos ſyrupos:

℞. Syrupi de Cichorio Nicoli ſine rhabarbaro,
De fumoterræ ſimpl. ana ℥. j.
Decoctionis infraſcriptæ.
℞. Ceterah,
Capillorum veneris,
Betonicæ,
Endiuiæ ana m. s.
Radicum liquiritiæ ℥. ij.

Decoquantur omnia in lib. tribus aquæ fumiterræ ad conſumptionem duarum partium, & facta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur decoctũ pro tribus ſyrupis, atq; ita perſeuerabit in aſſumendis ſingulo manè ſyrupis calidis hora debita vſque ad ſeptenarium numerum, renouãdo decoctionem cũ deficiet. Præterea aſſumptis duobus primis ſyrupis, laudo, vt ſibi ſecetur vena dextri brachij, baſilica s. extrahendo ℥. vj. ſanguinis circiter. Aſſumptis autem 7. ſyrupis prędictis, poſtridie potabit ſequens medicamentum, dummodo aliquod impedimentum illi non acciderit, veluti ſudor, alui profluuiũ, aut magnus motus, vt ira, & mœſtitia animi inſignis: in talibus enim caſibus, atq; huius generis, ſatius erit differre medicamentum, & perſeuerare in aſſumendis ſyrupis, vſq; quo animus & corpus à perturbatione quieſcant. medicamentum ſit tale.

℞. Confectionis Hamech ℥. iiij.

Syrupi roſati ſolutiui ℥. iij. cum aqua Fumiterræ fiat potio breuis, danda in aurorã cum cuſtodia, & per totam eam diem vnà cum ſequenti mo-

A retur domi, remouendo ſe à cunctis negotijs. In his autẽ ſequentibus duobus diebus poſt aſſumptum medicamentum, aſſumet manè & ſerò per horam ante cibum ℥. s. ſacchari optimi roſati. Perfecta hac purgatione in illis duobus dieb. in quibus ſaccarum roſaceum aſſumet, dabit operam, & quidem diligentem, vt à pharmacopola fideli, & perito infraſcripti ſyrupi præparentur: nam in his conſiſtit purgationis perfectio: & pharmacopolæ ſæpè incidẽt in errorẽ in his ſyrupis, cùm
B non ſint aſſuefacti ad eorum præparationem. Omnia autem, quæ ipſos ingrediuntur, electa ſint. Hi ſyrupi bis, ter, ac etiam quater laborantẽ purgabũt ab humore nigro & cineritio, ex cuius purgatione multum ſubleuabitur, & non leuem percipiet vtilitatem. Cæterùm cùm omnia corpora non ſint æqualia, ſi fortè fortuna hi ſyrupi expurgarent ipſum pluribus vicibus quàm tribus aut quatuor, aut ſi in illis tribus vicibus tanta humorum copia expurgaretur, vt debilitate æger affi-
C ceretur, tũc cõſulo ne aſſumat quotidie ſyrupos, ſed interponet diem vnum, & quemadmodum ſibi videbitur, quòd ipſius corpus peius aut melius ſit toleraturum. Syrupi autem ſint ſex, ſex etiam vicibus aſſumendi. Hi ſyrupi nunquam aliquod corpus moleſtia affecerunt, cui propinati ſunt, imò operantur ſine moleſtia: neq; ob id domi ægrotos contineo, ſed permitto vt deambulent, per quæ loca ſibi libuerit, dummodo cõmoditatem habeant exonerandi ventris, & à vento
D nõ offendantur, neq; à ſuperfluo labore exoluantur. Deſcriptio horum ſyruporum talis eſt.

℞. Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum ana ℥. j.

Contundantur groſſo modo, deinde fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium, deinde ponantur in infuſione per horas 24. in libr. 7.
E aquæ Fumiterræ, poſtea:

℞. Folliculorum ſenæ,
Epithymi,
Polypodij ana ℥. iij.
Liquiritiæ raſæ ℥. ij.

Decoquantur omnia ſimul ſecundum artem ad conſumptionem medietatis, poſteà facta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur decoctũ, quod poſteà diuidatur in partes ſex, pro ſex ſyrupis prædictis, & quilibet ſyrupus dulcoretur cũ
F ℥. ij. Iuleb roſati, & dabitur calidus in aurora. Finitis Syrupis: cùm illi placuerit (quod vt faciat omnino conſulo) potabit decoctum ligni Indi. tempus erit opportunum, quia corpus erit optimè diſpoſitum, & præparatum. Modus autem aſſumendæ decoctionis ligni erit talis, qualis ab omnibus in vſu eſt: pręterquã, quod nõ laudo, vt fiat decoctio ligni, qua vtimur pro ſyrupis in aqua communi ex eo, quod vim nimis magnam obtinet, & nimis inflammat. Vnde conſulo, vt lo-
G co aquæ communis, vtatur aqua endiuiæ. Secunda verò ligni decoctio pro potu fieri poterit in aqua communi ex optimo fonte, aut ex aqua quæ ſit clara, & in continuo fluxu.

CONSILIVM CCCLXVI.

Cuidam poſt Gallicum morbum in ſcabie, tinnitu aurium, hæmorrhoidibus, in colloquio cum Sonzino, anno 1543.

ACCIDENTIA conſideranda ſunt iſta.
Primò ſcabies,quę habet puſtulas ma
gnas & inſignes , ita vt impediat mo-
tum , & emanat ichor cum dolore &
mordacitate, maximè in tibia. Habet
B & maculas nigras circa pectus , quæ depilant &
perſiſtunt ſemper:adeſt etiá tinnitus aurium,qui
perſeuerat,noctu præcipuè,& dolores maxillarũ
propter affluxum. Adhæc cóqueritur etiá de hæ-
morrhoidibus quæ ſunt copioſæ. Exit enim ſan-
guis copioſus,& poſt ſanguinem aqua, quę mor-
dicat & calida eſt,cauſat eundem dolorem in cru
re:febrem quoq;, vt nũc habet . Materiæ & cauſæ
ſymptomatũ inueniendæ,vt curemus. Sed opor-
tet prius ſcire temperaturã naturalẽ, vt ſciamus
C qualitatem lapſus, & medicamentorum modum
inueniamus. Procedam per concluſiones . Tem-
peratura calida,& hepar calidum ex amplitudine
venarum & colore. Nam color magnũ argumen-
tum temperaturæ , niſi ſit aliquod accidens , vt ſi
ſit in ſole verſatus . Sed vera temperatura colligi
debet ex actionibus & excrementis. Cætera acci-
dentia poſtea teſtimonium & fidem perhibent il-
lis,ſed non ſunt tam certa. Actiones ſecundũ na-
turam quales erant, neſcio : nam æger ad nos ve-
D nit,venæ tamen amplæ. Pili & muſculi calidam
temperaturam ab initio fuiſſe ſignificant. Nec cu
ro aliorum temperaturam,vt cerebri: quia nec il-
lud, nec alia membra curabo,non enim ibi eſt af-
fectus:ex cacochymia omnia depẽdent,quæ qui-
dem eſt ab humoribus in ventriculo & iecore ge-
nitis. Eſt iam 33.annorũ, & incipit declinare. Sed
hepar eſt calidum & ſiccum intenſe redditũ pro-
pter malum regimen, vt patet ex operationibus:
eos enim qui hepar calidum & ſiccũ habent, per-
E petuò deſtitui bonis actionibus in vẽtriculo ne-
ceſſe eſt,quia caliditas adurit , & hepar amplecti-
tur ventriculum:& cum calidum eſt,cóſumit ſua
caliditate omenti pinguedinẽ,quę adhæret mem
bris à frigiditate , nec permittit generare adipem
omenti,cuius vſus eſt , vt calorem in ventre con-
ſeruet,ideo ibi vulnerati malè concoquunt . Etiá
voracitas facit , vt hepar ante tempus cibũ attra-
hat. Inde fiunt circa venas meſaraicas craſſorum
humorũ obſtructiones: deinde in ventriculo ge-
F neratur pituita,& ita vna cauſa alterá iuuat . His
ſtantibus, cognita hepatis & ventriculi tempera-
tura, ratione hepatis calidi multum bilis & fæcis
ſanguinis generatur,qđ eſt naturale. Ad hæc ac-
ceſſerunt exercitia importuna, & labores : eſt ve-
nator , pedes ambulauit ad Mariam Lauretanã,
nunquam quieuit, ſemper magnis laboribus de-
ditus, coiuit, ingeſsit cibos quoſcũq;, & vina po-
tentia bibit. Incidit in aliam calamitatem. Sunt 2.
anni cum coiret cũ ſcorto, incidit in puſtulas , &
G paſſus eſt morbũ Gallicũ. Medicus dedit linimen
tũ ex argento viuo:per os exſpuit , & mẽbra ner-
uoſa parata ad fluxiones reddidit . Quæ inde in-
cómoda ſequuntur? Auic. dicit argentũ viuũ in-
A ducere ſtuporem, paralyſin,&c.& tota ſua forma
naturæ humanæ cótrariari. Hæc igitur omnia ac-
ceſſerũt : primò tẽperatura hepatis à natura fuit
calida:ſecundò victus, exercitatio & conſuetudo
noxia: tertiò, argentũ viuum omnia membra de-
bilitauit. Scabies eſt ex fluxione,non ex contagio
in illo viro,omniaq; accidentia præter febrẽ, tin-
nitus,grauitas capitis,hæmorrhois,&c. reducun
tur ad fluxionem. Cum eſt fluxio, videndũ quod
ſit membrum mandans,quod recipiens , viæ per
B quas,& quæ materia fluens. Hæc eſt regula. Cu-
tis igitur membrũ recipiens eſt, & duplex recipi-
endi eſt occaſio,quia debilis, & accidens ei adue-
nit nouum ratione contagij , quod reddit aptam
cutem vt trahat,&c. Contagium igitur cuti intem
periem & putredinem affert,cuius ratione trahit
ad ſe humores,qui parát fluxionẽ. Vbi igitur ab-
ſtergitur putredo illa,nó fit attractio vlterius, ſe-
cundo de Differ. febriũ. In hoc viro non eſt cauſa
membrũ recipiens , quod ipſum recipit aliunde,
C ſed interior cauſa eſt membrũ mandans . Ideo &
hæmorrhoides habet, quia venæ illæ recipiũt hu
morem aliũ defluentẽ . Oportet igitur eſſe mem-
brum mandans. Sic tinnitus,quia ad aures fluor
eſt. Neceſſe igitur eſt aliquá eſſe materiam, cũ om
nia ſymptomata ad fluxionẽ ſint reducta. Scabies
propria cutis,quæ recipit:membrũ mandás mu-
ſculi , & reliquæ partes interiores quæ debẽt nu-
triri,mittũt nutrimentũ ſuũ, quo nutriri debent,
ad cutim. Et quia alimentũ non eſt bonum , ideo
D quòd fundamenta, hepar & chylus nó ſunt ſecũ-
dũ naturá,vnde malum generari ſanguinẽ neceſ-
ſe ſit. Muſculi igitur trahunt dulciorẽ partem , &
quod reliquum eſt,mittũt ad cutim. Porrò is hu-
mor in ſúbſtantia vel tenuis eſt,vel craſſus,vel ſal
ſus,vel acris,aut mordax, & ſemper diuerſa facit.
Humor ſalſus diuerſus in ſubſtantia , facit ſcabiẽ
cũ pruritu. Si eſt pruritus tenuis , natura facilè e-
uaporat:ſi eſt materia craſſa, ex ſcalptura nó eua-
porat,ſed facit puſtulas,& ibi putreſcit. hæc vera
E cauſa ſcabiei . Materia ſubtilior pruritũ generat,
craſſa ſcabiem: & differentia inter pruritũ & ſca-
biem nó eſt in re,ſed in nomine, ſicut voluit Aui-
cenna. Materia igitur huius ſcabiei eſt humor ſal-
ſus,qui tranſmittitur ad manus & crura: ibi quia
maior copia materiæ,exit cum dolore aqua, quia
humor calidus ſoluit continuũ & alterat. Cócur-
runt igitur duæ cauſæ, quæ ſunt cauſa doloris ſe-
cundũ Galenũ,licet alij malè dicunt vná eſſe,tin-
nitus & grauitas capitis:ex materia flatulenta na
F ſcitur tumor in maxillis. Qui enim habent calidũ
hepar,& totũ ambitum venarũ calidum, ſubiecti
ſunt repletioni capitis:vt Gal. teſtatur. Et ſi acceſ
ſit cruditas per viá communẽ , repletur caput , &
ita fit nó tátum ob hepar , ſed etiam ob ventricu-
lum,ſicut hîc cócurrunt hæc duo, nó tamẽ ob na
turá hepatis , ſed ob victum etiá malum facientẽ
crudũ vẽtriculum. An caput calidũ ſit , nó habeo
inſtructionẽ:poteſt tamẽ eſſe calidum, & cauſam
habere,quòd facilè aſcendát vapores , qui poſtea
G mouentur in aure,& faciunt tinnitum. Nam tin-
nitus fit motis vaporibus,afficientium aerẽ inna
tum. Vapor autem quia cerebrum pertingit,non
mẽbranas : hinc dolor grauatiuus, tumor in ma-

xilla,

xilla,quia natura aggrauata pellit eò materiam. Materia autem incrementum habet à vaporibus, qui à partibus inferioribus aſcendūt. Vide à mandantibus membris, ventriculo & ambitu venarum,in quibus ſanguis craſſus & ſeroſitates mordicantes. Hæc autem ab intemperie calida hepatis,generantis ſanguinem melancholicum in mala victus ratione. Hic autem ſymptomaticè pelliciunt ꝑ hæmorrhoides. Opinio eſt quod hæmorrhoides veniant à concaua vena,ſed anatomia oſtendit,à porta propagari: ideo & manifeſtè expurgatur humor melancholicus, quod nõ fieret ſi à caua deſcenderēt iſtę venę.Eſt quidem in concaua etiam ſanguis melancholicus,ſed tamen maior copia eſt in porta vena, & natura prouidit vt ad hæmorrhoides expurgetur iſte humor.Mandans ergo proximum eſt lien,ſed principaliter generās talem humorem,eſt hepar ſupercalfactum. Præter iſtum ſanguinem exit etiam materia ſubtilis, quia generatur etiam multum bilis: quare partes omnes reſpuunt iſtā partem ſeroſam,ideo exit ſimul cum eo ſanguine. Habetis ita membra mandantia,& remota & proxima, item recipientia.De febre iſta neſcio quid dicam.Pulſus eſt plenus, altus & frequens: ſed proprium quartanarum eſt,quòd pulſus ſit tardus, & rarus& durus. Pulſus non videtur eſſe quartanæ, neque auſim negare,quòd non tetigi eum antè.Et ipſe dicit, ſe non credere febricitare:dicit tamen ſe habere laſſitudinem maximam. Et quia habet ſanguinem malum acutum,inde poteſt fieri vlceroſa. Poteſt eſſe phlegmoſa, ex qua ſtatim dicit Galenus eos incidere in febrem. Maximè propria eſt putredini pituita dulcis, inæqualis,ſine frigiditate: ſi eſt inſipida pituita,fit frigiditas etiā notabilis. Cura.

Prognoſticum. Propoſuimus temperaturam,vt comparemus,item quantitatem lapſus& vitium. In iſto eſt inſignis lapſus hepatis ad calorē,&omnia pendent à calore hepatis,& ſunt conformes iſtæ ægritudines naturæ: & ſic non eſt magnus lapſus.Habet ergo tale malum quod facilè curabitur,ſed illud incommodum quod facilè recurrit malum: ſic etiam ſi tollamus nunc iſta accidētia, tamen à leuiſſima cauſa poterit incurrere in eadē. Primum erit materia fluens remouenda:quia dicit Galenus & Auicenna, ipſa remota, ceſſat fluxio omnis. Et quia eſt ſuccus melancholicus, pituita ſalſa, à quibus vapores aſcendentes, opus eſt his occurrere, atque euacuare corpus,& concoquere his quæ incidunt & abſtergunt, & non calfaciunt valde: vt Oxymel, ſyrupus acetoſus, ſyrupus viol.Hi quia frigidi omnes, placent cum inciſione tamen. Euacuarem,& ſæpè & non confertim. Conuenit etiam miſsio ſanguinis: fluor hæmorrhoidum nunc non adeſt.Et verum eſt ſē per dum natura euacuat, maximè ob expulſiuæ fortitudinem, nunq̃ debemus auertere à ſuo inſtituto naturam.Si deficit,debemus iuuare naturam.Sic Auicenna vomitus vomitu curat,hoc eſt vbi eſt parū vomitus,debemus iuuare.Ego phlebotomarem, quia hîc eſt multitudo ſanguinis & mali,3.loc Affe.Si melancholia eſt permiſta ſanguini,nihil melius phlebotomia. Si adeſſent hæmorrhoides,nunc non phlebotomarem,imò con-

A ſulerem aperire hæmorrhoidas.Iſta euacuatione tollet fluxiões:ſed opus vt rectificētur omnia mē bra mandantia,& origo ac princeps omnium humorum malorum,ſcilicet hepar. Quare caliditas hepatis auferatur, refrigidetur non cum aqua & lactuca,ſed cum maioribus: veluti ipſum non bibere vinum,vel vt 3. de Regimine acutorum dicit Galen.vt deguſtet ſaltem: ptiſana, lactuca in cibarijs tota æſtate, & frigidi & humidi fructus cõuenirent,& melones: non dico de cucumerib.
B qui ſemper faciunt malos humores, vt dicit Gal. Linimentis vtatur refrigerātibus hepar & renes, quia adiuuāt etiam ad caliditatem hepatis, ex ol. roſ.cum cera ſæpiſs. lota cū aqua ſimplici.Velim etiā vtatur balneis Veronenſibus, quia ad refrigerationem hepatis multum proſunt:ita quidam puſtulas paſſus, ex ſola iſta aqua eſt curatus.

CONSILIVM CCCLXVII.

C *De quodam, ex vſu Mercurij præcipitato,in curatione morbi Gallici, ventriculi eroſionem patiente.*

EXHIBVERANT Medici lignū decoctū in vino,ex quo nimia ſupercalefactio totius corporis ſecuta: dederant & Mercuriū præcipitatū:ex quo ero ſum ventriculū metuebat, propter deſcendentē catarrhū ad eum ex capite. Montanus pro ea roſione ex veneno facta,bibereſeum voluit lac aſinę
D ſanæ,& non nimiū vetulæ,ſed iuuenis vt refrigeraret extraneam illam caliditatem membrorum ex ligno cum uino exhibito:& corpus ſemper teneretur purgatum & euacuatū.Voluit vt quarto vel quinto quoque die acciperet bolum caſsiæ, cum ℈.1.rheubarbari: quia verò lac aſinæ in propinquo nõ erat, interim ordinauit ſyrupū quem biberet,donec aſinam reperiret.

℞. Sem. Maluarum, Althææ, Cidoniorum, Coti,id eſt,Goſippij ana ʒ.ij.
E Rad.althææ ℥.ij.
Liquiritiæ ℥.iij.
Seminis pſilij ʒ.iij.

Ponantur omnia ſimul in 4 lib.aquæ violarū, & permittātur in infuſione per 42.horas: poſtea decoquātur lento igne ad conſumptionē medietatis: deinde facta diligenti expreſsione & colatura,ſyrupizetur cum q.ſ.zaccari albi, ſecundum artem. Deinde

℞. Huius ſyrupi ℥.ij.
F Decoctionis glycyrhizæ,
Et radicis althææ ℥.iiij.

Miſce pro vno & ſic pro alijs. Vnguētum quo omni triduo ſemel inungat totam regionem ventriculi,fiat ex oleo roſ. & vino albo tenui: cibus chondrus,potus lac aſinæ quantum volet.

Corrollarium contra ſumptum venenum erodens.

Adiecit hîc, ſumptis venenis erodētibus, non eſſe præſentius remedium lacte bouino, ſi biba-
G tur in magna quātitate,ad exigentiam ſitis, quia ſæpe ſequitur ſitis ingens tali ſumpto veneno. Hoc verò modo ſe liberaſſe aiebat 8.liberos ruſtici,ad lacum Benacum:qui ruri abſentibus paren

tibus ranas captas in oleo frixerant, inuolutas prius farina, quæ arſenico ad capiendos mures infecta erat, & has poſtea ederant. Deinde etiam pſaltriam illam & meretricem Veronenſem, quę comederat piſces frictos in oleo cum ſale & agreſta, quæ omnia à marito ſuo infecta erãt veneno: ad hoc, vt omnes occideret in domo, & vnà etiam amaſium nobilem, qui caſu retentus erat apud amicos, vt non intereſſet huic prandio. Vbi notandum, quòd ipſa meretrix, & pater & canicula, qui ſtatim biberant lac, liberi omnes euaſerunt. Mater quæ primò bibere noluit, donec videret rem in deterius vergere, & pòſt ipſa etiam bibit, euaſit & ipſa, ita tamen vt paralytica eſſet in vtroque genu. Ancilla (quam non voluerat interficere maritus, tanquam inſontem, ſed iuſſerat ex ædibus ire, aliamq; dominam magis honeſtam quærere) cum non vellet bibere, ſola eſt mortua.

CONSILIVM CCCLXVIII.

In curatione Gallica obſeruata à Montano, & alijs. Anno 1564. Februarij 7.

CAVSSAE, quæ potuerunt inducere hũc affectũ, fuêre cibus & potus. Percunctabatur nunq̃d laboraſſet morbo Gallico, vtrum vlcera in pene & inguinibus habuiſſet. Certum eſt, quòd vlcus eſt malignum ab humore erodente. Hæc ſolẽt etiam contingere in laborantibus morbo Gallico. Vnde coniectura eſt non leuis, præcipuè cùm dicat ſe paſſum eſſe nodos in brachio, & curatus remedio curante Gallicum. Si ego ipſe is eſſem, qui paterer, curarem vt vlcus hoc ipſum quàm maximè mundum eſſet. Nunc non irritarem vel cum abſtergentibus, longè minus cum ſarcoticis, ſed vellim exiccare conceptis è lineo panno filis, & impoſitis ipſi vlceri, & circũquaque applicare ſpongiam ex vino non multum potenti, ſtyptico, in quo decoctæ ſint roſæ, ſaluia, & hordeum. Et eo decocto fierent fomenta, deinde ſpongia eidem infuſa alligetur. Verùm ante fomentum illinatur circumquaque oleum roſatum completum, agitatum in mortario plumbeo, non æneo, in vlceribus ipſis cauitates expleantur filamentis ſubtilibus è tela, pro exiccatione, vt dictum eſt. Mundarem vlcus, remouerem cauſſas fouentes, purgarem corpus diligenter. Factis purgationibus decoctum ligni exhiberem, ſi quid aliud iuuare poterit, hoc ſpero iuuaturum, & teſtor quòd non nocebit, & curatio erit tuta: nam efficaciſsima eſt hæc potio in quocunque humore aduſto. Thermæ nocerent potius quàm prodeſſent, calefaciũt enim & exiccant. Curandum in primis eſt, vt intemperies remoueatur, quod vt fieret, oleum inunxi roſatum & fomentum. Subſedit tumor, maxima tamen exiuit purulentia. Ad aliquot ſubſequentes dies ſubſidentia tumoris erat maxima, tandẽ mala intẽperies magna ex parte remota, vlcus non ita ſordidũ neq; profundũ: nulla alia indicatio ſupererat, niſi vt ſummoueretur, quod reliquũ erat de mala cõplexione, & labia vlcerum dura corrigantur, aliàs non fieri poſſe curationẽ ſcimus. Sinuoſum erat totũ vlcus, quod nunquã

A curabitur, niſi remoueantur calloſitates, & duritiès intrinſecæ, ad quod neceſſe erit vt ſecetur à peritiſsimo chirurgo, optimè prius euacuato corpore, & bibito ligno. Euacuatio autem talis ſit:

R. Specierum Hieræ ſimpl. ʒ.ij.
Florum Caſsiæ ʒ.x.

Miſce cum ſaccharo, fiat bolus, ſumendus tribus horis ante prandium.

R. Syrupi de Betonica,
De Cichorio Nicoli ſimpl. ana ℥.j.
B Decocti Polypodij,
Ceterach,
Glycyrrhizæ, in aqua ſaluiæ decoctorum ℥.iiij.

Miſce, & ſic pro alijs ſeptem. Parciùs cœnet etiam veſperi citra carnem, vt ſyrupus ſumatur optimè concocto cibo, aliàs noceret potiùs quàm prodeſſet. Victus ſit ſimplex, pulli iuuenes, elixi tantùm, non aſsi, caro vitulina. Alica, Oryza, hordeum, panis infuſus iuſculo. His ſit contentus, &
C fugiat ciborum varietatem, qua nihil magis eſt noxiũ. Metuebat de corruptione oſsis, quod nũquid ita ſit, diligenter videndum erit, vt perfectè curetur, ſed tamen omninò bibendum decoctum ligni Guaiaci. Secetur baſilia dextra ad ℥ vij. vel viij. emiſſo ſanguine bibat ſyrupos reliquos vſq; ad 18. Februarij, quo die accipiat hanc purgationem.

R. Rhabarb. mundi & electi ʒ.ij.
Spicæ gra.vj.

D Irrorentur cum vino aromatico, & infundantur per horas decem in ſero lactis, exprimantur fortiter: colaturæ addatur confectio Hamech ʒ. iij. Miſce, & fiat potio ſumenda in aurora cum cuſtodia. Sumpta purgatione præſcripta quieſcat, poſteà per biduum accipiendo ſemper hora ante prandium & cœnam ℥.s. ſacchari roſati, deinde bibat ſyrupos de Elleboro (ſicut eſt à Montano deſcriptum) cõpoſitos, quibus per ſex dies ſumptis accingat ſe ad ligni aſſumptionem. Si vnquã
E habuerit ſuſpicionẽ de morbo Gallico, non habebit medicamentũ magis conueniens, quàm hanc potionẽ, quæ vlcera etiam maxima curauit. Scio à me curatum quendam, cui pertingebant vlcera Gallica vſque ad pulmonem. Alius quidam ſcatebat totus vlceribus, & curatus eſt. Quod fieri poſſet etiam in hoc vlcere, niſi metuerem de corruptione oſsis, & remotione calloſitatum, quibus ſublatis perfecta tandem fieret curatio. Inter ea tamen vlcus mundiſsimum conſeruetur, nam
F oportet omninò ſic eſſe & mundum.

Compoſitio ſyrupi de Elleboro ſecundum deſcriptionem Montani.

R. Myrobalanorum,
Chebulorum,
Indorum,
Emblicorum,
Citrinorum ana ℥.ij.

Contundantur groſſo modo, & fricentur ma-
G nibus cum oleo Amygdal. dulcium, deinde infundantur in aquam Fumiterræ libr. viij. per horas 24. Deinde,

R. Polypodij,

Epithymi,

Epithymi,
Fol. Senæ ana ℥.iij.
Glycyrhizæ raſæ,
Seminis citri ana ℥.ij.
Garyophyll.℥.s.
Corticum radic.ellebori nigri ℥.ij.

Decoquantur omnia ſimul ad conſumptionẽ medietatis: deinde facta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur decoctum in vaſe vitreo bene obturato. Deinde,

℞. Syrup.de corticibus citri,
De pomis ana ℥.j. s.
Huius decocti prædicti ℥.vj.

Miſce,detur manè in aurora cũ cuſtodia. Sumpſit poſteà ligni decoctum ſecundum præſcriptũ D.Montani. Qui cùm iterum inuiſeret eum, videbat carnem putridam,quæ tota remouenda erat, cùm non eſſet naturalis, quod iam cõmodiſsimè fieri poterat, cũ humoribus vacaret, vnde remotio carnis facillima erit & tutiſsima: iuſsit igitur vt imponeretur vnguentũ Aegyptiacũ,vel Iſidis, cum concerptis filamentis:ipſi vlceri imponatur exteriùs vnguentum de Ceruſſa.

℞. Vnguenti de ceruſſa ℥.ij.
Iſidis ℥.j.

Remouit poſteà carnem aliam putridam, partim medicamẽtis illis, partim ſectione. Superueniens poſtea chirurgus incîdit carnẽ putrefactã, & maximam copiam ſanguinis emiſit, impoſuit quoq; duo cauteria,vnde vlcus irritatũ eſt. Huic adiunctus alius chirurgus Scardonius,qui cautè tractauit hoc vlcus,& quia os erat corruptũ, vſtione corruptionẽ remouendam putauit, ſed oſsicula ſponte deſquamata exempta ſunt: poſteà ꝓ reliquis oſsibus extrahendis vſus eſt.

℞. Emplaſtri ſacri ℥.ij.

Pro duritie emollienda.

℞. Diachylonis ſimp.℥.j.
Pinguedinem gallinæ ʒ.j.Miſce.

Pro mundificatione vlceris.

℞. Mucilaginis Altheæ,
Olei Chamæmelini,
Liliorum alborum ana ℥.s.
Maſticini, Ceræ.

Miſce,fiat linimentum.
Ne incaleſcat locus,& effluat materia, adhibuit.

℞. Vnguent.de Ceruſſa, liniment. ſimpl.
Miſceantur.

Pro dolore inferioris cruris.

℞. Vnguenti roſat.Populeonis,linimenti ſimpl.ana ℥.s.

Miſce,fiat linimentum pro purgatione.

℞. Folliculorum ſenæ ℥.s.
Epithymi ʒ.ij.
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum ana ℥.s.

Infundantur in ſyrupo primæ decoctionis ligni per horas 10.manè ebulliant vnica ebullitione,fiat ſyrupus,& detur in aurora. Et hac purgatione vtebatur, dum ſemebat decoctum Guaiaci.Modus autem decoctionis, tum vſus, & diæta ligni Guaiaci ex præſcripto D. Montani talis eſt. Accipiat libram vnam ligni Indici ex trunco non valde antiquo, ſed viridi quantùm haberi poteſt,

A & de robuſto ac graui ligno, quod ſit ex magna parte nigrum, & in circumferẽtia parum album, diſſecetur in minutas partes, & ſuperfundantur ℔. xiiij. aquæ ciſternæ puriſsimæ, ponatur in olla noua ſatis capaci cum tegumento, & infundantur per horas vinginti quatuor:poſteà igni admoueatur, & bulliant tandiu, quouſque remaneat medietas,ſcilicet libræ ſeptem vel circiter. Spuma autem diligẽter auferenda, & aſſeruanda, poſteà fiat diligens expreſsio, & colatura, & reſeruetur B decoctio illa in vaſe vitreo optimè tecto, & diuidatur in octo ſyrupos, de qua vnum manè hora decima ſumat. Prandebit autem hora xiij. & ita ſemper inter potum ſyrupi & prandium ſit ſpatium horarum trium. A cibo verò ad alium ſyrupum veſpertinum intercedant octo horæ, & ita ſumat ſyrupũ alium hora vigeſima prima, & poſt tres horas, videlicet vigeſima quarta hora cœnabit. Sumpta hac decoctione ligni, ſi aliqua ſigna ſudoris apparuerint, tegatur calidus in lectulo, C ad iuuandum ſudorem. Si autem nõ affuerit ſudor,non prouocandus etiam eſt, ſed omnia naturæ permittenda. Sed quoniam ſyrupi illi ſupradicti ex ligni decoctione per quatuor dũtaxat dies durabunt,oportebit die antequam priores ebiberit,alios parare, vt infuſio etiã fieri poſsit per 24. horas,ne daretur dies vacuus potioni ſumendæ: ſumat autem per dies 40. hos ſyrupos. Laudo etiam vt 50.diem attingat, ita tamẽ vt exactis 40. diebus,vnum tantùm ſumat manè ſyrupum per D reliquos dies decem inſequentes. In hoc autem toto tempore fugiat ventos & omnes alterationes animi. Corpus quidem poterit exerceri pro arbitrio ſuo,prout eis vires melius ſuppeditauerint. Ordo & victus talis erit. Primis decem diebus carnibus pulli veſcatur ad ℥.ij. pro vna vice: pane autem albo & optimo ad ℥.iiij. Vino vtatur albo ſi poteſt tẽperato, ſubſtantiæ tenuioris, claro,lucido,maturo,optimi ſaporis, vel ſaltem medij coloris. Et hoc quidem illi ſit in prandio & cœ- E na. Tranſactis illis decem diebus primis, viuendi rationem inchoabit in hunc modum. A vino ſeſe abſtinebit, & à carnibus pullinis, ſed ſuus erit cibus ℥.iij.panis albi, puri, optimè cocti, & fermentati,ſumat etiam vuas paſſas nigras ʒ.ij. ſint autẽ vuæ hæ dulciſsimæ & bene mundatę. Et hic prandij & cœnæ modus pro alimento. Potus autem ſit ſecundæ aquæ decoctio eiuſdem ligni in hũc modum facta. Sumat idem lignum, quod in prima decoctione ſumpſit, & in 20.libris aquę ciſter- F næ puriſsimæ infundatur, deinde coquatur vſq; ad remanentiam 15.libr. Hac aqua in potu vtatur in prandio & cœna. Quę ſi defecerit,poterit renouari cum lib.5.eiuſdem ligni crudi ſimiliter decocti. Et hæc ſit victus ratio per triginta dies intermedios. Vltimi verò decem dies ſint ſimiles in victu & potu illis decem diebus primis. In toto autem eo temporis ſpatio, quo de ligno bibit, intra quoslibet octo dies ℥.j.floris Caſsiæ, aut ʒ.ij. ſpecierum Hieræ, vna hora ante prandiũ ſumat. G Poterit autem eo quo ſumit Caſsiam, potũ ſyrupi illius ex ligno omittere. Cum verò potũ ſyruporum ex ligno Indico præſcripta ratione aſſumpſerit omnem, tunc per multos dies, & menſes

optima viuẽdi ratione vtatur. Veſcatur carnibus A iuuenum animalium, & optimis quibuſcunq; ci barijs, ouis recẽtibus, pullis, auiculis, piſcibus ſaxatilibus, vino autem albo, aut claro medij coloris, ac boni ſaporis. Corpus valde exerceat quantum poteſt. Ab alijs piſcibus & ſalſis carnibus, an ſeribus, oleribus & cæteris abſtineat, ſed à coitu maximè, omnes autem moleſtias fugiat.

CONSILIVM CCCLXIX.

De pſora occupante vniuerſum corpus, cum B *vertigine & grauitate capitis, xy. May Anno 1549. in colloquio cum Balneato & P. Craſſo.*

QVM ſint duo præter naturã: primum, quod ſenſu nõ ita deprehenditur, difficultas anhelitus, vertigo, grauitas capitis, tinnitus aurium cum deſtillatione: ſecundum occurrit ſenſui viſus, & eſt defœdatio cutis puſtularis, & aſperitates: hæc principa- C liter ſunt conſideranda: nam de illis maximè conqueritur. Primùm apparet ſenſui viſus & ex colore ſingulorum membrorũ affectiones diſcernuntur: quæ quidem proueniunt à materia collecta. Natura materiæ deprehenditur ex colore: videmus enim puſtulas tã in facie, quàm in cruribus & toto corpore, quæ tendunt ad fuſcedinem, partim rubent, partim nigricant: rubedo circa facien magis, in alijs partibus nigredo magis. Nonnunquam illæ puſtulæ in diuerſis partibus erumpen D tes faciunt ſuppurationem, & inde exit pus. Conſideranda natura ex colore. Sanguis dominatur cum bile, vel ſanguine melancholico, erumpens ad cutim. Videndum quo nomine debeat appellari. Medici occupati ſunt valde circa hoc nomen. Ex vna parte accidens eſt hic affectus, ex alia parte ægritudo. Sunt morbi dependentes ab eadem cauſa ſecundum ordinem, ab eadem materia, ſanguine aduſto melancholico. Quidam eſt vniuerſalis, quidam particularis. Particulares ſunt, qui E occupant tantùm partem corporis, nõ totũ corpus, vt cancri, lichenum omnes ſpecies, pendent ab eadem materia, ſanguine melancholico craſſo. Quædam ab eadem materia dependentes occupant totum corpus, vt elephantiaſis, lepra, pſora. In iſto corpore non eſt morbus particularis: nam æqualiter occupatur ab iſta defœdatione: ſitq; à melancholia cum ſanguine, & ſic eſt morbus vniuerſalis. Non eſt elephas: nam elephas habet proprium vt occupet carnem & oſſa: ſed iſta defœda F tio non niſi extimam cutim inuaſit. Nec eſt lepra: nam lepra habet pathognomonicum accidens, vt decidant ſquamæ, vnde habuit nomen, quia ſquamæ quotidie decidunt. Galenus diſtinguit pſoram à lepra, quia lepra non habet aſperitatem & inæqualitatem, vt pſora. Videmus hîc inæqualitatem & aſperitatem cum pruritu, quod pſoræ longè magis proprium quàm lepræ: vnde ponenda hæc affectio ſub capite pſoræ. Differũt omnes morbi vniuerſales inter ſe, quod vt ſcia- G mus, plurimũ facit ad curationem. Differẽtia verò eſt in craſsitudine materiæ peccãtis vel humoris. Humor melancholicus naturalis cum ſit humor craſſus, fœculẽtus, non facit nec pſoram nec lepram, quia non poteſt excerni ad partes cutis. Vbi autem humor eſt ſubtilis, tenuis, vaporoſus, tranſit ad cutem, ſed diſflatur propter tenuitatem ſuam: vbi craſsior eſt, non poteſt diſflari. Et illa materia eſt vel quieta, vel mota. Si eſt quieta, adhæret muſculis, & facit laſsitudinem vlceroſam. Si mota, & tranſit ad cutem, diſflatur, facit ſudores: ſi non diſflatur, facit pruritum, & alia genera puſtularum diuerſa circa corpus. Si admodum craſſa, non exit ad cutem, ſed adhæret muſculis, occupat partes ſolidas. Ac ſi corrumpit oſſa, fit elephas. Vbi verò ſubtilior eſt magis declinans ad ſanguinem, participans humore pituitoſo ſalſo, tranſit ad cutim, facilè expellitur, non tamen poteſt exhalare, ſed adhæret, & facit vel lepram vel pſoram: pſora autem magis habet de humore melancholico: lepra magis de ſalſo, & valde æqualiter inhæret, non facit eam aſperitatem, quia liquidior & humidior humor facit ſuperficiem æqualem: vbi autem exaruerit, facit ſquamulas ex humore pituitoſo exiccatas, quemadmodum fiũt in ſuſperficie capitis furfures, vbi diſflatur pituita ex capite, & circa cutim exiccatur. Vnde qui abundant ſquamulis illis, habent caput valde humidum, quia pituita cum exareſcit, facit ſquamulas. Pſora autem quia fit ab humore magis adusto, facit inæqualitates cutis: proprium enim ſicci eſt 4. Meteor. vt ſit cauſa aſperitatis, vt humidum eſt cauſa leuitatis. In lepra eſt leuior cutis quàm in pſora, quæ dependet ad humore melancholico, qualis hæc eſt, non tamen ita craſſo vt faciat elephantem, ſed tamen craſsiori quàm vt faciat lepram. Humor diffuſus in toto corpore non eſt æqualis, commixta eſt pituitoſa materia & ſanguinea. Non igitur mirum, ſi ea materia humida putreſcat & faciat pus, & apparent puſtulæ, quæ à Græcis pſydraciæ, ab Arabibus ſaphah vocantur. Hæc eſt natura morbi quantum ad cauſam formalem. Quantum ad cauſas efficientes, ſunt intrinſecæ & extrinſecæ. Membrum quod generat omnes humores, eſt hepar: ad hepar ergo referenda cauſa efficiens, tanquam ad membrum principale, quod ſecundum propriam temperaturam generat humores. Si moderatè calidum eſt, ſanguinẽ generat: de bile autẽ & humore melancholico, facit quãtum opus eſt: ſi maior caliditas, & hepar calidius ſit quàm par eſt, plus de bile generatur, & appellantur tales, cholerici, in quibus propter caliditatem hepatis generatur plus de bile quàm de reliquis. Vbi intenditur caliditas, & minuitur humiditas, generatur humor melãcholicus. In paracmaſtica ætate calidi & ſicci, fiũt melãcholici, quia acquiritur caliditas ex diminutiõe humiditatis, nõ generatur bilis, ſed humor melãcholicus. Hoc hepar eſt ſupercalefactũ, & videtur à primo ortu tale eſſe quod exceſſerit notabiliter ad calidũ, per ſiccum & humidũ non multum. Qui habent caliditatem ſolam, abſque paſsiuarũ exceſſu, plurimũ carnis generant. Qui calidum & humidum, abũdant plurima pinguedine. Probabile eſt quòd fuerit calidum naturaliter, abſque exceſſu humiditatis & ſiccitatis, temperatum in paſsiuis, redundans in calido. In ha-

bentibus

bentibus autem ſymbolum , facilior eſt tranſitus: generauit ſanguinem bilioſum, deuenit ad paracmaſticam ætatem, potuit generare plurimum humorem melancholicum. Accedunt aliæ cauſæ non corporeæ, ſed extrinſecæ. Fuit conditionis talis, in qua habuit omnia quæ potuerunt ſupercalefacere hepar: bibit vinum potentiſsimum. Credo quòd cùm nauta eſſet, vſus fuerit cibariis ſalſis & acribus, quæ ſupercalefaciunt hepar ſine qualitatibus primis. Alimenta præter calorem auctum potuerunt generare humorem melancholicum: nam à calore igneo & immoderatè ſe habente, per ſe generatur plurimus humor melancholicus: ſi accedat ſecundum, ſcilicet alimentum generans melancholiam, potentiſsima erit cauſa aggregandi humores melancholicos. Habuit inſignem caliditatem hepatis, & in παρακμῇ multo magis auctus calor iſte eſt, ex modo ſubſtantiæ cibi melancholici. Niſi fuiſſet adiumentum naturę per fluxũ hæmorrhoidum, incidiſſet non in pſoram, ſed in elephantiam. Materia continuò expurgata fuit per fluxum. Qui ſubiecti ſunt huic fluxui, liberantur ab omnibus humoribus melancholicis. Potentiſsima cauſa in hoc fuit, cum haberet eum fluxũ, & tamen habuit hunc morbum. Quo ad catarrhum, corpus ita paratum eſt ad catarrhum ſtante ratione victus, vt nullum corpus videatur magis opportunum. Talis enim temperatura corporis mittit vapores ad caput continuò, tertio de Locis affectis. Ab ambitu totius corporis aſcẽdunt vapores ſtante peſſima ratione victus: & hinc etiam tinnitus auriũ, propter motionẽ ſpirituũ. Catarrhus ex ea parte materiæ eſt in cerebro naturaliter frigido (Nam in naturali ſua ſubſtantia propria, omne cerebrũ frigidum & humidũ eſt, ſed dicitur reſpectiuè calidum, humidum & ſiccũ, cum tamen omnia ſint frigida & humida) Ideo cum ſit cerebri propria natura frigida & humida, condenſat vapores, & ſic fit catarrhus, & hic facit anhelitus difficultatem, & tuſsim. Non tamẽ eſt inſignis læſio adhuc ex hoc catarrho. Pruritus facilè curabitur, ſi modò nõ patiatur elephantiam. Pſora eſt initium elephantiæ: oportet vt ipſe ſibi ſit medicus. Circa curam duo ſunt facienda: primò tollendus morbus factus, ſecundò cauſæ quæ faciũt. Morbus factus ſunt puſtulę, defœdatio circa cutem, quę abſtergendo mundificanda eſt: quod nõ fiet niſi materia remoueatur, quæ in toto ambitu venarũ fouet cõtinuè illam partẽ. Oportet omnino remouere materiam. Duæ ergo ſunt indicationes: primò, vt abſtergatur cutis: ſecundũ, vt remoueatur materia. Eſt & tertia indicatio: nam ſi remoueatur materia, & abſtergatur cutis, & non remoueamus caliditatem hepatis, & cauſas efficientes & extrinſecus occurrentes, nihil proderit. Primum ergo eſt abſtergere cutem: ſecundum, remouere humorẽ: tertium, alterare hepar: quartum, regulare rationem victus. Incipiamus ab euacuationẽ, ſine qua nec alterare, nec abſtergere cutem, neq; nutrire corpus cibis conuenientibus poſſumus. Mundificandum corpus cum his quæ mundificant humores peccantes, ſcilicet humorẽ melancholicũ, ſanguinem & pituitã, quæ redundat

A ex deſcenſu catarrhi. Accedit portio bilis, redundant omnes quatuor humores. Alij humores coquuntur & præparantur. Sanguis non expectat aliam coctionem, debet euacuari ſine præparatione. Facta purgatione humorum in primis venis cum caſsia, deueniatur ad miſsionem ſanguinis, vt euacuetur principalis humor ſanguinis, & fiat ſæpè. In humore enim melancholico vbi permixtus eſt ſanguini, iteranda eſt phlebotomia, & euacuetur per interualla: deinde bene nutriatur,

B poſt iterum euacuetur, idque à baſilica. Intentio eſt non tantùm euacuare humores, ſed ſimul alterare membra, quod poſſumus facere vno remedio, non debemus facere pluribus. In vtroque latere ſecanda vena, & ab vtraq; baſilica. Secundò fiat euacuatio præcipuè duorum humorum; melancholiæ & pituitę. Bilioſus humor facile coquitur & expellitur. Rhaſis vult bilem non indigere coctione: ſed indiget leni coctione, facili momento coquimus. Maiore coctione indiget pituita &

C melancholia. Sunt concoctiua in communi vſu, quæ reſpiciunt pituitam, non conſiderando humorem melancholicum, quem aggrediar poſtea. Ex multitudine pituitæ obſtruuntur venæ ſua viſciditate, & ille humor retinẽt alios humores ne ſint præparati: obſtruit quoque. Quando igitur pituita in venis eſt cum humore melancholico, nõ debemus vtrunq; ſimul præparare. Pituita indiget inciſiuis abſtergentibus: humor melancholicus aliquali humectatione, vt fiat facilis ad

D excretionẽ: non eſt viſcidus, ſed craſſus, qui i.diget humectatione. Quę faciunt ad coctionẽ pituitæ, non faciunt ad concoctionẽ humoris melancholici. In hoc caſu inciperẽ à pituita. Oxymel, & ſyrupus acetoſus incidunt ſine calefactione. Non multum calefacerẽ, ne humori melancholico nocerem. Danda ſunt quę incidunt lapides & calculos. Vtrum acetũ conueniet digeſtioni humoris melancholici? Si hoc non, quanto magis dubitabitur de calefacientib. & exiccantibus? Acetoſa

E conueniunt partibus terreſtrib. confringunt calculum & lapides. Darem ſyrupũ acetoſum, oxymel, cũ melle roſato. Euacuarẽ poſtea cum confectione hamech, in qua epithym⁹ & myrobalani. Item iis quæ euacuant humorem pituitoſum, vt pilulæ de Agarico. Darem agarici ℨ.ij. cum ℥.j. caſſiæ: his enim & humorem pituitoſum, & melancholicum purgabimus. Ad præparationem verò melancholici darem ſyrupũ de pomis dulcibus, Sabor regis. Item decoctum liquiritiæ quod ma-

F ximè cõfert ad humorẽ ſiccum & frigidum. Item maluæ decoctio cum iuribus pinguibus pulli: poſtea euacuarẽ cum illis decoctis traditis à Meſue. Deinde apponerẽ elleborũ nigrũ, vt in ſuperiori ſyrupo oſtenſum eſt. Et ſi addes, non plus ꝗ ℨ.ſemis corticum ellebori nigri, feliciſsimè operatur, ter aut quater ſine moleſtia. Quòd ſi detur ante euacuationẽ pituitæ, lædet, & nihil proderit iſta euacuatio. Pituita ſemper ante purgationẽ Melãcholici ſucci optimè euacuetur. Soleo dare ſex

G vicib. ſyrupum noſtrũ, & euacuat quadragies, ac ſi debilitas accidat, tunc intermitto vnã potionẽ. Facta euacuatione abſtergẽda cutis. Fieri poſſunt linimenta ex ſucco lapathij, limonũ, ellebori cor-

tice ex radice iſta. Decoquantur cum malua & althæa in aqua, donec conſumatur tota ſubſtantia, factis expreſsionibus, addatur oleum roſarum recens, terebinthina, ſtyrax liquida, magna copia ſucci limonũ cum nitro, ita abſtergit omnem deſœdationem. Peracto illo, quæritur nunquid conueniat lotio balnearum? Habent magnam vim abſtergendi maculas corporis, ſed dubito ne calefaciāt hepar. Ad defendendũ hepar ſumat duas aut tres heminas ſeri lactis, & illinatur hepar infrigidante Gal. id maximè conuenit propter hepar calidum. Bibat ſerum, & ingrediatur balneum. Hac ratione nihil periculi eſſet de ſupercalefactione hepatis. Aqua marina idem facit, ſed nimis calida eſt. Aquarum quoq; dulcium balnea, fieri poſſunt ex elleboro, lapatho, cum ſale, cutis gratia. Neceſſe eſt deinde confortare: id fit membris deductis ad contrarium, & præcipuè ſi infrigidetur hepar. Vltimum eſt ac precipuum, vt ipſe ſe gubernet, ac remoueat cauſas extrinſecas: abſtineat ab omnibus calidis, vino calido, vtatur carnibus bonis, frigidis & humidis alimentis, piſcibus ſaxatilibus: marini ſunt laudatiſsimi, quia habent minus ſuperfluitatum quàm fluuiales, qui augent pituitam, & factis obſtructionibus calorem poſtea. Expedit valde vt pituita non multiplicetur. In partibus Dalmatiæ, gobij marini optimi ſunt, in alto mari. Inter piſces ſaxatiles, mugiles apud nos rari. Admoneamus & proteſtemur, ſi vult permanere ſanus, quòd debet eo victu vti & refrigerantibus. Saccharum roſaceum cum rhabar. ʒ.j. ter aut quater in menſe ſumat. Hæmorrhoides ſemper teneātur apertæ: ſi quo modo ceſſabunt diutius, aperiantur.

CONSILIVM CCCLXX.

Pro puero in hoſpitali, in 16. acceſsione obſeruata, dicente Montano.

NATVRA in humano corpore excrementis dedicauit certa loca, inter quæ cutis præcipua eſt: quia igitur hic puer eſt repletus pituitā & bile: natura fortis expellit materiam in multis venis per ambitum corporis contentam, & cutis recipit excrementa, & ita fit ſcabies: quia pituita aduſta ſalſa fit, & ei bilis admiſcetur. Si ſimplex eſſet, non fieret ſcabies. (Galenus 3. de cauſis ſympt.) Quando autem materia ſalſa eſt & ſubtilis, non facit puſtulas, ſed exhalat cum pruritu aliquo. Si nimis craſſa eſt, non poteſt ad cutim peruenire: ſi media inter craſsitiē & tenuitatem, peruenit ad cutim, & ratione aeris ambientis frigidi, non exhalat, ſed vnitur & facit puſtulas: ideo ſcalpunt ſe, & ſecundùm quod plus eſt pituitæ, vel bilis, eò ſcabies eſt vel humidior vel ſiccior.

Cuidam puero patricio Veneto ſcabioſo à prima natiuitate.

R. Epithymi,
Senæ ana ʒ.iij.

In ſero per noctem infunde, & manè decoque & exhibe loco ſyrupi, & omni die lauetur corpus ex ſero cum fumoterræ. Caueat præcipuè à piſcibus & ſalſamentis. Ad ſcabiem ex materia aduſta poſt purgationem.

R. Succi limonum,
Butyri recentis ana ℥.iij.
Terebinthinæ puræ,
Salis communis ℥.ij.

Miſce omnia ſimul, & colliquentur ad ignem, & incorporētur agitando cum ſpatula lignea, poſtea remoueantur ab igne, & recipiantur vitelli ouorũ recentiũ, & incorporentur ſimul, ſed prius refrigeretur vnguentum, ne oua indureſcant.

CONSILIVM CCCLXXI.

Pro quodam ſtudioſo iuuene ſcabie laborante, & parum febricitante obſeruatio.

ACCEPERAT Caſsiam. Ordinauit clyſtere commune ex Hieræ picræ vncia ſemi, Melllis roſati vnciis duabus. Poſtea ſyrupum.

R. Mellis roſati,
Syrupi de fumo terræ ana ℥.j.
Decocti cichorij,
Boraginis,
Liquiritiæ ℥.iiij.

Miſce pro vno, & pro aliis eodem modo, donec coctio appareat. Purgauit poſtea cum confectionis hamech ʒ.iiij. Syrupi roſati ſolutiui ℥. iij. cum modico aquæ fumiterræ, fiat potio. Vnguentum poſtea ordinauit, quia deficcare ſtudebat, & febris iam defierat ex tali aqua.

R. Limones x.
Salis nitri ʒ.ij.

Incidantur limones, & aſpergantur ſale Nitri, deinde imponantur in botiam, & deſtillentur ad ignem conuenientem ſine aduſtione, fiet aqua odorifera, ſi libet, muſco aromatizetur.

Pro ſcabie aliud.

R. Styracis liquidæ,
Olei roſarum,
Salis,
Succi limonum.
Aquæ roſarum ana.

Sulphure tamen nihil præſtantius. Pro capite fiat lixiuium ex cinere vitiũ, fici & rad. cannarũ, & accipiatur q. s. pro vna lotione, adde Agarici ʒ.ij. fiat ebullitio optima, & exprimatur fortiter, cui adde ſalis Nitri ʒ. ij. & erit optimũ. Poſt lotionem exiccentur capilli, & vngatur locus oleo Garyophyllorum, & tantum Ladani addatur, & Terebinthinæ, quantum ſatis ad incorporationem: vngatur etiam quouis veſperi cum dicto oleo.

Aliud.

R. Squammæ ferri,
Hordei vſti,
Capilli Veneris vſti.

Iridis ana, cum Ladano diſſoluto in oleo Laurino fiat linimentum.

CONSILIVM CCCLXXII.

Pro ſcabie poſt purgationem.

R. lapa-

RECIPE Lapathi radic. ſimul cum foliis ab omni luto mundatos n.iij.
Hordei cum cortice ſuo p.iij.
Radicum Althææ ℥.ij.
Foliorum maluæ m.ij.
Radicum ellebori nigri ℥.j.

Bulliant omnia ſimul in q.s. aquæ ad conſumptionem dimidiæ partis, deinde fiat fortis expreſſio & colatura. adde poſtea.

R. Olei roſ. ℥.iij.
Terebinthinæ ℥.ij.
Salis nitri ℥.s.

Bulliant omnia ſimul ad cōſumptionem aquæ, deinde addantur ſucci limonum ℥. vj. remoueatur ab igne, dumq; incipit refrigerari, adde vitellos ouorum recentium num. 4. conſeruetur poſtea in vaſe mundo, & bene cooperto, & illinet loca ſcabioſa, omnia ſcalpendo prius apud ignem, & ſic fiat alternis diebus veſperi ante introitum lecti ſeptem vicibus, vltimò ingrediatur balneum, & mundificetur totum corpus, poſteà mutet veſtes & chirothecas. Pro maculis delendis prodeſt aqua deſtillata ex limonibus cum farina fabarum viridium: ſuccus etiam limonum cum nitro optimum eſt pro ſcabie vnguentum.

Montanus in Collegio de curatione lepræ, in nobili quadam muliere Veneta.

CERTVM eſt hanc Dominam laborare defœdatione cutis in facie cū tumoribus quibuſdam fuſcis & liuidis ac nigris. Gal. 4. de Tuēda ſanitate: Color ſemper atteſtatur ſuper dominium humorum. Cùm autem color ſit niger, indicium inde habemus eſſe humorem melancholicum. Inquirendum modò eſt, an ſymptoma ſit illud circa faciem, an morbus, & poſtmodum inquirendæ ſunt cauſæ. Galenus & 7. Aphor. & 41. dicit eſſe plurimas ſpecies humorum congenitorum & dependentium ab eadem cauſa, ſcilicet ab humore melancholico, videlicet cancer, elephas, pſora, lepra, vitiligo nigra. Quare videndum primùm eſt, quis ſit iſte morbus: nam ex rationibus iā dictis ab Exc. nondū ſum perſuaſus eſſe elephantiam. Et primò dico non eſſe cancrum, quoniam is ſit in vno membro ſaltem, cùm hîc in diuerſis membris ſit affectio. Elephantiaſis etiam non poteſt eſſe, quod patet ex definitione Auicennæ lib. 4. fen. 3. cap. 1. loquitur ibi de lepra, quæ nihil differt ab elephantiaſi Græcorum. Arabes verò non intelligunt per elephantiaſim totius corporis lepram. Quare Auicenna dicit, quòd elephantiaſis ſit morbus vniuerſalis, obſidens totum corpus, quemadmodum eſt particularis cancer. Eſt item elephantiaſis cancer totius corporis. Sunt & aliæ rationes, quæ prohibent nos concedere eſſe elephantiaſin, vt Galenus in primo de Cauſ. mor. & primo de Plenitudine: quoniam elephantiaſis cùm eſt in principio, naſus ſit ſtatim reſimus, & vox efficitur rauca, vt etiam in iis qui laborant morbo Gallico, cum iis reſimatur, loquūtur tanquam in naribus. Item efficiuntur eorum labra trementia & craſſa, tanquam ſatyrus qui tali effigie fingitur. Cùm au-

A tem hîc non ſint talia ſigna, nō erit elephantia: quoniam etiam, vt dicit Galenus, in elephantia corrumpitur nō ſolùm cutis, ſed tota figura corporis, & oſſa ipſa, ac etiā ipſi homines fœtēt. Et ideo abiiciuntur leproſi, vel elephantiaci homines à commercio hominum. Non laborat quoque pſora, quoniam ſua affectio eſt maior. Non lepra etiam, quoniam ea ſit in ſuperficie tantum, & ſquamæ decidunt, & lepra candicat, hic autem nigricat. Per lepram autem hîc intelligo, lepram Græcorum, non

B Arabum. Relinquitur ergo vt ſit vel impetigo, vt vitiligo, quę vel eſt nigra, vel alba. Eſt ideo impetigo ſine dubio ab Auicenna ſaphati dicta, à noſtris Lichene, à Simone Genuenſi Zema, quæ corrumpit vt plurimum totam faciem, & eſt quandoque incurabilis, vt dicit Plinius. Habet igitur hæc mulier magnifica impetiginem tertij generis; ſuntque tumores qui occupant cutim & carnes, nō tamen ipſa oſſā: quare nō occupet ipſa oſſa, ſtatim dicam. Galenus lib. de Cauſis morborum, de elephantia,

C & aliis iſtis affectionibus, recitat cauſas harum affectionum, & dicit quòd cauſa omnium iſtorum affectuum, id eſt, defœdationis, eſt alimentum melancholicum delatum ad ipſum corpus, quod nutritur: & licet alimentum ſit optimum, tamen vertitur in melancholiam: quòd corpus quod nutritur, habet temperaturam ſuam eſſentialem melancholicā. & dicit Galenus, Cancri generant carnem cancrorum, hœdi hœdorum. Optimum enim alimentum exhibitum impuro corpori, vertitur in

D peſsimum: immutatur enim à temperatura illius corporis in ſibi ſimilem. Sic ſit etiam in hac muliere, quæ licet vtatur cibis optimi alimenti, tamē corrumpuntur ab intēperie corporis. Cauſa quare ſit vitiligo in hac muliere, & nō lepra vel elephantia, vel alia affectio iam dicta, humor medius inter craſſitiem & omnem aliam qualitatem, quę illi accidit. Nam & vitiligo eſt affectio media inter cancrum & lepram & elephantiam & ſimilia. Eſt hîc redundantia humoris melancholici non aduſti: nam ſi

E eſſet aduſtio, ſequerētur vlcera, qualia non cernuntur. Generata eſt autem iſta melancholia, propter abundantiam ſanguinis craſsi, geniti à caliditate epatis, vt etiam tauri & alia animalia calida, generant plurimum de melancholico humore propter abundantiam ſanguinis craſsi. Cùm autem redundet iſte ſanguis craſſus, poſsibile eſt vt etiam obſtructus ſit lien, quò obſtructo multiplicatur humor melancholicus. Adiuuit ipſius generationem mœror, ſuppreſsio menſium, & aliarum om-

F nium ſuarum conſuetarum euacuationum. Nam & ſaliuæ, & vrinę, fæcum alui, & aliarum omnium ſuppreſſa fuit euacuatio. Quare aggregatæ ſunt plurimę ſuperfluitates in hoc corpore.

Prognoſticum. Credo quòd ſumus adhuc in principio morbi, quoniam iſta nondum exacerbantur, & ideo ego credo quòd non ſit impoſsibilis iſtius morbi curatio, prę ſertim cùm nō ſolùm quòd ante hac tentata ſit curatio (quinimò mala illa curatione corrupta fuit) nūc ſentit iuuamentū ex exhibi-

G tione caſsię & ſectione venę illa parciſsima: miſſus enim ſang. ad ℥.v. eſt. Euacuādi igitur ſunt primò humores, tollendæ obſtructiones. Quare egò iam vterer oxymel. & aliis quæ incidunt. Euacuarem

confect.hamech, pillulis cocchiis & aggregatiuis, A & non euacuarē iam humorem melancholicum: ſed prius, vt dixi, pituitoſum, poſtmodum concoquerem humorem melancholicum cum ſyrupo de pomis Sabor regis & aliis, decoctione epithymi Meſue cum helleboro. Et tunc ad confortantia deueniendum eſt, vt cum aquis Calderianis, quæ, vt credo, ſufficient. Et non auderem ego in illa venena ſicut carnes viperarum, vel trochiſcos viperinos, à quibus ego ſemper abhorreo, deſcendere: pro ruſticis illa conueniunt, & non pro no- B bilibus hominibus. Laudarem quotidianum vſum loco ſyrupi ſeri lactis caprini. Vinum ſit pauciferum, album & tenue. Olera omnia ego omitterem. Pro cibo pro medicamento conuenirent ſuccus ptiſanæ hordeaceæ, item ſpelta.

PAVLVS CRASSVS
in eodem caſu.

Præter naturam patitur oculorum rubedinem, C cum quadam fuligine, & obſtructione narium: item retentionem omnium excrementorum, ſcilicet alui ſudorum: conſueti proſtrationem appetitus. Laborat vigiliis, ſomnum habet inquietum. Principalis videtur ægritudo eſſe in principio ipſius lepræ, quæ à Græcis dicitur elephātia, & ſignum eſt, quoniam facies eſt immutata verſus rubedinem & nigredinem, & loquitur per nares. Patiuntur iſti difficultatem anhelitus, de quo tamen iſtā domina non conqueritur. Immutatur D etiam in ipſis ipſa vox: tamen quia iſta domina non mutauit vocem, credo ipſam eſſe in principio iſtius morbi. Cauſa iſtius affectus fuit mœror contractus propter diſceſſum ſui mariti in Cyprum. Ex quo mœrore factæ ſunt obſtructiones in plurimis membris; quare ſanguinis miſsio non admodum ordinata. Subrubidum habuit crus, & dolorem in ipſo ſenſit. Cui Medicus imprudens mederi volens ſuperfudit cruri aquam frigidam, & congelauit ſanguinē, & calor retrocedēs aduſ- E ſit iſtius mulieris hepar. Miſſus fuit ſanguis ex ſaphena ad prouocationem menſium corpore pleno, & antē nō purgato, vnde ſubſecuta eſt maior obſtructio & ſuppreſsio menſium, ac inflammatio cruris. Temperatura corporis tempore iuuenili fuit ſanguinea cum prædominio ipſius bilis, quod patet ex ſignis plurimis iam non dicendis. Iecur habet à natura calidum, in paſsiuis autem qualitatibus credo eſſe temperatū. Cor calidum & ſiccum. Cerebrum, quoniam abundat capillis F plurimis & albis, credo fuiſſe frigidum & humidum, vel temperatum in calido & frigido. Ventriculus frigidus: nam vtplurimùm, imò ferè ſemper eſt, vt exiſtente iecore calido, ſit frigidus ventriculus.

Eſſentia morbi. Iſtam affectionem credo eſſe genitam ex aduſtione bilis flauæ: neque tamen negarem eſſe admixtionem fæcis ſanguinis vel melancholiæ naturalis.

Prognoſticum. Video iſtum morbum antiquum, G qui licet curatus fuit, nihil tamen profecit iſta curatio: vel quia malus Medicus fuit, vel quoniam morbi magnitudo impediebat ipſam curationē. Sed cùm cutanea eſt iſta affectio, neq; tamen curata fuit: dico quòd eſt difficilis curatio, & nō eſt omninò deſperandum, præſertim cùm nō totum corpus ſit affectum: quòd ſi etiam totum corpus eſſet affectum, nō tamē eſſet deſperandum. Nam Galen. teſtatur, etiam huiuſmodi homines fuiſſe ſanatos.

Curatio. Quantum ad curationē, dico primùm de aere, quòd debet eſſe in actiuis temperatus, licet ſit iſta affectio à cauſa calida: in paſsiuis autem tendat ad frigidum, caueat autem loca paludoſa. Exercitium leue ante cibum habeat, & poſt cibum parua deambulatio ſit. Somnus nocturnus procurandus eſt, vigilia quoque moderata: quantum ad repletionem & inanitionem, curandum eſt vt ſemper habeat à natura vel arte beneficium alui omni die. Accidentia animi iracundia & mœſtitia fugiantur, nam conculcant calorem naturalem.

Cibus. Laudat Paulus panem hordeaceum, qui refrigerat, & abſtergit. Caro hœdi iuuenis: laudant & carnes leporis, quod ego miror. Nam caro leporis eſt melancholica, tamen laudatur ab omnibus Scriptoribus, qui inter ſe concordant, & aiunt eam prodeſſe. credo quòd prodeſt à quadam proprietate. Boni ſunt palumbi, turtures, piſces ſaxatiles, & oſtracei: legumina omnia ſunt repudianda, niſi oryza & ptiſana: olera, borago, bugloſſa, & quæ prouocant vrinam, beta & atriplex, ratione lenitionis ventris. Omnia calida ſunt fugienda. Vinum fugiendum eſt, ſed quando morbus eſt diuturnus, vinum ſit album, tenue & pauciferum. Ad euacuationem conuenit venæ ſectio ex baſilica, quam iubent authores repetere, & iubent ſecare ex vtroque brachio: nam oportet euacuare iſtos humores. Prouocatio hæmorrhoidarum etiam bona eſt: venter ſit lenitus ante omnem euacuationem, vel caſsia, electuario lenitiuo: poſsit etiam concedi in principio diacatholicon. Syrupi qui attenuant, & non multum calefaciunt: de ſucco de pomis, cichorea cum rheubarbaro, bugloſſa. Fortiores etiam ſunt multi ſyrupi, quibus in principio non eſt vtendum. Hieræ diacolocynthidos & dialogodionis, vel hiera cum veratro, vel cum pillulis. Decoctio polypodij, boraginis, foliorum ſenę. Pro reiteratione purgationis veniendum eſt ad fortiora, vt ſyrupum de fumoterræ compoſitum, de pomis compoſitum: decoctio de epithymo Meſue, iſta ſunt fortiora. Item pillulæ de lapidibus, vt lazuli, & lapide armeni, quem nondum cognoſcimus. Et ideo iſta ego nō curarem. Veratrum nigrum, ſi tamen præparetur, optimum eſt. Decoctum braſsicæ à proprietate ad cyathos duos confert: item decoctum calamenthi, quod mirum in modum laudant authores. Quoniam verò mentio facta fuit de balneis, inuenio omnes conuenire, vt non ſolùm lauentur in iis balneis ferreis, ſed etiam vt bibant iſtas aquas: ſed quoniam lædunt ventriculum (quamuis hepar iuuent) non erunt pro potu exhibendæ. Expertum quoque eſt decoctum ligni Indici. Item theriaca, ſi optimè præparetur: ſed quoniam iam non præparatur bene, ego darem pro eſu carnem viperarum & trochiſcos ex viperis.

viperis. Linimenta pro abſterſione defœdationis A cutis ſuccus hordei & faba cocta, cum ſucco mali citri, vel aranci, limonum, & medulla panis. Poſt iſtam linitionem confert cerotum roſatum propter rubedinem: Decoctum verbenæ, betæ, ſemperuiui maioris & minoris. Procuretur ſudor: nam per ipſum poſſunt euacuari iſtæ malignæ materiæ.

FRISIMELICA. *in eandem.*

Agitur decimus annus ex quo laborat morbo B iſta magnifica Domina, quas affectiones ſubſecutæ ſunt ſuppreſsiones euacuationum omnino conſuetarum, ſcilicet & menſium & ipſius vrinæ: quas ſuppreſsiones menſium prouocare volens Chirurgus exhibuit multum calida, ex quibus plus iuſto incaluit, quam inflammationem ſubſequuta ſunt plurima ſymptomata. Poſtea etiam malè curata eſt ab alio medico Hebræo. Temperatura naturalis iſtius mulieris eſt calida. Diſpoſitiones præter naturã ſunt tres, morbus, cauſæ & C ſymptomata. Incipiam ergo à ſymptomatibus, & primò à qualitate mutata, & primò in facie. Color eſt permutatus in liuidum & nigricantem, oculi ſunt rubicundi & obſcuri. Quantitas etiam vniuerſa circa faciem excreuit, & labia intumuerunt & palpebræ & nares, & tempora. figura quoque eſt permutata, operationes quoque ſunt corruptæ & diminutæ: nihil enim excernit per nares, & vox eſt immutata ad raucedinem, & viſio eſt diminuta: quare timeo ne capiatur oculis, & D habeat grauitatem & difficultatem reſpirationis, aliquando intumeſcunt crura. Vrina liuida, menſes ſuppreſsi, licet videatur tempus conueniens vt ſit ſuppreſsio menſium. eſt enim annorum 56. Excrementa quoque alui ſunt ſuppreſſa. Item appetitus eſt deſtructus, & virtus ſenſitiua, omnia perturbata & terribilia. Cauſæ ſymptomatum iam inquirendæ ſunt. Ego credo morbum eſſe vniuerſalem, quoniam ſunt quidã morbi particulares & quidam vniuerſales. Vniuerſales ſunt, qui E obſident vniuerſum corpus, qui quandoque proueniunt ab vno membro, vt in febre à corde: tamen afficitur totum corpus, ſic quoq; hic ipſum epar. Nunc autem eſt affectio calida & ſicca, temperatura mala totius corporis calida & ſicca. meo iudicio appellanda eſt iuſtè Elephantiaſis, ab ipſa ſimilitudine. Ortũ habet ab epate, vt dictum eſt. Affectum eſt totum corpus, tamen vt plurimum affecta eſt ipſa facies: ſed & membra omnia affecta ſunt per conſenſum ab epate. Epar autem F habet iſtam malam temperaturã fortaſſe ab ipſa matrice, quæ cùm non fuit purgata, erat affecta, & per conſenſum affecit quoque epar. Sunt & aliæ cauſæ affectionis huius in hac muliere, ſcilicet mala curatio Medicorum, qui volentes prouocare menſes, ſecarũt ſaphenam pleno corpore, cùm prius ſecanda erat brachij, ex quo ſubſecutæ ſunt maiores obſtructiones. Aliud erratum fuit maximè in cauſa, quòd ad inflammationem cruris factam ad ſectionem ſaphenæ derepentè proiece- G rant aquam frigidam, & tunc ille calor retrocedẽs deuenit ad epar, & aduſsit omnes humores, ex qua inflammatione non poterat ſanari à medicis rationalibus: & tunc accerſiuit quendam empiricum Hebræum, qui exhibuit ſyrupos quoſdam calidos præparatos cum calcantho: quare illa deuenit non ſolùm ad magnam inflammationem epatis, ſed etiam totiꝰ corporis, & omnium humorum atque capitis. hæ ſunt cauſæ ſymptomatum antea dictorum.

Eſſentia morbi. Quis autem humor ſit hic peccans in iſta magnifica Domina? Certè nulli dubium eſt humorem hunc eſſe melancholicum, qui cùm generatur ex ſanguine & bile, videndum eſt an hic humor melancholicus ſit ex aduſtione flauæ bilis, vel melancholiæ naturalis, aut ipſius ſanguinis. Nam ſi eſſet ex aduſtione flauæ bilis, ſequerentur eroſiones & alia ſymptomata, quæ hîc nõ apparent, ſic etiam ex aduſtione humoris melãcholici naturalis. Quare autem color ſit per mutatus, manifeſtum eſt, ſcilicet quoniam ipſum humorem liuidum ſequitur talis color. hunc etiam humorem ſequuntur iſta tubercula & puſtulæ in facie, quoniam etiã facies eſt membrum imbecille. Nares ſunt obſtructæ propter craſsitiem humorum. Vox etiã eſt impedita, & eſt difficultas anhelitus, propter ſiccitatem, grauitatem & groſsitiem humorum.

Quantum ad prognoſticũ, dico quòd iſti morbi quando ſunt inueterati, ſunt incurabiles, ſecundum ſententiam Pauli & Gal. at cùm ſimus in principio, Gal. laudat ſe curaſſe elephantiam, vt in 6. Aphoriſ. Quare & nos, licet ſit hæc affectio difficilis curationis, deſperandum non putamus.

Curatio. Quare primũ ſuperfluitates iam genitæ ſunt expurgandæ, & poſtea temperandum eſt & epar & vniuerſum corpus. Proinde leniatur aluus caſsia. Poſtmodum eſſet ſecanda vena ex baſilica dextri brachij: ſed quia antea ſecta eſt, iam eius ſectione non indigemus, tamen poteſt reiterari. Et cùm hi humores fuerint præparati ſyrupis, vt de fumaria & aliis, tunc erunt euacuandi. Et quia lenitiuis nihil efficiemus propter eorum reſiſtentiam, vehementioribus ita procederem, vt helleboro & aliis, in quibus permiſcetur helleborus vt confectio hamech cum ſyrupo roſato, & euacuarem bis, ter, quater, iuxta ſententiam Auicennę. Ego igitur exhiberem medicinam fortem, debilem poſtea, iam euacuato corpore, ad alterandum & corroborandum corpus. Item laudarem trochiſcos de vipera, quorum caliditatem ſi timerem, permiſcerem ſaccarum roſatum, vel theriacam bonam ſi haberemus. Refrigerandum eſt etiam epar. Diarhodon Tria ſandala. Item ſuncus, quo vtatur frequentiſsimè. Item cichoraceis omnibus, & lactucis coctis & cibariis. In autumno purganda erit iterum, & ſecanda erit vena, & prouocandæ erunt omnes ſuæ conſuetæ euacuationes. Cibaria, borago, ſpelta, ptiſana, piſces petroſi & ſaxatiles: vinum caueat niſi ratione epatis, & tunc ſit pauciferum. Aer temperatus, ſit læto animo, & non triſtetur. Ad accidentia conſiderando pro oculis opponenda illa erunt frigida metalla. Pro deformitate faciei ergo non multum curarem, nam & ipſa non multum conqueritur: ſed lapathium, fumaria, ad abſterſionẽ fœditatũ corporis ac cutis optima erunt. Tempore Caniculari

purgato iam corpore laudarem aquas pró bal-neo, & pota illas aquas Calderianas. Credo e-nim affectum eſſe lienem. Ego non timeo de ventriculo, quoniam neque ipſa conqueritur de imbecillitate ventriculi. Aquæ autem noſtræ Patauinæ non conuenient pro potu: poſſent quidem prodeſſe pro abſterſione, ſed tutius eſt tamen abſtinere.

CONSILIVM CCCLXXIII.

De ſcabie pro puero, dicta in hoſpitali. Obſeruatio.

ERAT puer laborans febre putrida & hydrope, cuius cutis aſpera erat,& habebat diſpoſitioné ad ſcabiem, de qua Montanus hoc dedit conſilium. Scabies eſt de genere fluxionū,& ſemper deducenda eſt ad fluxiones:ſed in qualibet fluxione quatuor ſunt conſideranda, ſcilicet membrum mandans, membrum recipiens, materia quæ tranſmittitur, & viæ per quas. Ad quam partem hîc tranſmittitur? ad totam cutim,quæ recipit, propterea quia imbecillior eſt à propria natura. Semper enim videtis ad cutim fieri criſin in fine ægritudinis, cū ſcabie,puſtulis,ſudore,in adoleſcentibus, & non raró etiam in aliis.Eſt præter hæc debilitatus admodum,quia perpeſſus magnum frigus,&aquas inter cutem,vt pené exhauſtus ſit calor, nec poſſit concoquere alimentum propemodum,nec expellere excrementa. Propter paupertatem & ingluuiem cibos multos ingeſſit & varios.nec boni ſucci,nec nutrimenti commodi: vnde in venis & hepate materia multa.Vię quoque latę ſunt,quia cholericus: habet latas venas, & poros amplos. Scabies,rigor,ſudor,lepra,pruritus ſimplex,ſicc⁹ ſub cute ab eadem materia naſcuntur. Ita omnes fluxiones ſunt, ſed tantùm ſecundùm diuerſum modum ſubſtátiæ & virtutis expellentis variant. Si materia tenuis,& pori aperti,nullū fit ſymptoma,quia materia exhalat:ſi veró materia craſsior, virtus non fortis, & cutis reſiſtit,fit rigor.Eſt etiá rigor ſine febre interdū,vt Gal.lib.2. de Differen. febrium,& lib.de rigore,oſtendit.Si materia craſſior,virtus fortis, & viæ latiores, peruenit ad cutim,ac ibi contrahitur,&puſtulas generat:eſtque materia pituitoſa,aliquádo ſalſa. Eſt ægritudo in compoſitione, quia cutis aſperior eſt quàm eſſe deberet.Gal.2. de cauſis mor. Morbus eſt quando impedit operationes:quando veró non impedit,eſt ſymptoma.In hoc puero ſunt puſtulæ,nec eſt ſimplex pruritus, quia dilatatis poris euaporat:hinc cutis aſpera eſt,& facit deſquamationes, quia materia multa quidé, ſed tenuis eſt,& apud antiquos propriè lepra dicitur.Nam apud medicos hodie lepra longè eſt alia,quàm quę apud antiquos elephátiaſis dicitur, & deſquamat ferè vſque ad oſſa.In hoc puero eſt ex humore ſalſo, pituitoſo,aduſto.Si ex melácholia,faceret elephantiaſin,& veram lepram. Auicēna dicit ſalſedinem ex duabus cauſis prouenire,vel cùm bilis cum pituita miſcetur,vel quádo aduritur materia pituitoſa. Prima cauſa habet difficultatem,quia nunquam ex tali miſtione faciétis ſalſedinem,rem ſci licet amaram cum inſipida miſcendo. Nam ſalſedo etiam differt ab amaritudine, vnde non ſcio qua experientia ductus hoc dixerit. In ſecunda cauſa verum dixit: quia vbi calor adurens occupat materiam terreſtrē & craſſam, & eam exurit, ſalſam facit.Sic etiam fit ſalſedo maris,ob aduſtas partes terreas,miſtas cū humore aqueo,vt Theo. ait de ſaporibus. Salſedo in terreſtri ſubſtátia fundatur,ſicut & amaritudo:habent enim eandé cauſam materialem,materiam ſcilicet craſſam & aduſtam,& efficientem vtrunq; calorem adurentem, niſi quia amara ſunt magis aduſta, ita etiam, vt ſi quę ſalſa vlterius aduruntur,fiunt amara,ſicut nitrum eſt ſalis genus excoctum. Cura à natura rei. Primò ponamus corpus eſſe purgatum.Eſt ſalſedo, & eſt fluxio, quæ quandoque ſola curatione curatur, vt materia cùm nó ſit iam amplius,mundetur:vnde etiam dicit Galenus,ſæpius ſe fluxiones ſola euacuatione curaſſe. Abſtineat à rebus ſalſis,acetoſis,carne bouina, vino craſſo, potenti, & omni re calida & adurente: vtatur vino ſubtili, & tenui. Si adhuc medicamentis indigeat,vtendum abſtergentibus & exiccantibus: quia ſi illa quæ adhærent,abſtergantur,corpus reddetur æquale. Aſpera cum abſtergétibus curátur:ſic conueniunt omnia acida,vt ſuccus limonum, acetoſa,oxylapathum,ſal,nitrum,decoctū lupinorum, Terebinthina, ſi timetis nimiam exiccationem, poteſtis addere butyrum, oleum roſatum,ſed ſatis eſt fontes indicaſſe.

CONSILIVM CCCLXXIIII.

De ſcabie humida cum pruritu.

RECIPE Floris caſsiæ ℥.x.
Cum ſaccharo fiat bolus, ſumat per horam vnam ante prandium.Item,
R. Succi boraginis,
Fumi terræ,
Cichoreæ ana ℥.iiij.

Purificentur & ferueantur pro tribus vicibus, ſumatur ergo tertia pars huius ſyrupi, & ſeri caprini ℥.vj.

Miſce, & accipiat in aurora loco ſyrupi per 14. aut 15.dies,pro vt magis conferet. Item:

R. Reubarbari electi ʒ.ij.
Macis ℈.j.

Incidantur & aſpergantur vino aromatico,poſtea infundantur in aqua lactis caprini, per horas 24.facta diligenti expreſsione & colatura.

R. Confect.Hamech ℥.iij.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Miſce, fiat potio danda in aurora cum cuſtodia.Ité R. ſacchari roſati ℥. vj. Vtatur ante cibum mané & ſeró, & ſumat ℥. s.ſingulis vicibus, poſt aſſumptionem medicamenti. poſt duos præcedentes ſyrupos, mittatur ſanguis à vena hepatis dextri lateris,& extrahátur circa ℥.viij. Item peractis his omnibus ingrediatur balneum aquę dulcis,& primò ſudet & fricetur,deinde lauetur.Poſtea in ſecundo loco balnei mittetur ſanguis per cucurbitulas,applicando eas tibiis, brachiis, ſpatulis & natibus, poſtea illinantur manus, & totū corpus linimento infraſcripto.

R. Te-

R. Terebinthinæ lotæ ℥.iij.
Olei roſati,
Butyri recentis ana ℥.ij.
Styracis calamitæ ℥.j.
Succi limonum quantum eſt pondus omnium, ſalis nitri ℥.s.
Salis communis ʒ.ij.

Miſce omnia ſimul, & bulliat in olla noua, dein de remoueantur ab igne, & vbi tepuerint, adde vi tellos ouorum recentium numerò 4. Commiſce omnia ſimul ad formam vnguenti, & vtere. ante purgationem, nullas lotiones aut vnctiones (ne que de butyro) manibus applicari voluit, quòd ille plus materię ad locum pertraherent, ſi tamen omnino lauare vellet, faceret id cum decocto al thææ, maluæ, & inungeret manus ſucco arancio rum medij ſaporis. Pedes tumeſcebant, lauit ex roſis, althea, camomilla, ſaluia, maiorana, pulegio, in vino & aqua coctis. Et quia ex malo regimine videbatur quaſi principium cachexię, dedit Tro chiſcos de abſinthio.

CONSILIVM CCCLXXV.

Ad ſcabiem poſt purgationem diſtillatum.

RECIPE Radicum ellebori nigri ℥.vj.
Lapatij acuti man.x.
Radicis ellebori albi ℥.ij.
Limonum cum corticibus ſuis in fru ſta inciſorum numero 15.
Therebinthinæ ℥.iiij.
Salis nitri ℥.ij.

Contundantur omnia ſimul, & fermententur per dies quatuor in vaſe mundo & bene cooper to, ne tranſpiret, ſepelianturq; in fimo equino: poſt fermentationem quatuor dierum extraha tur primò aqua, deinde oleum: vtrunque opti mè ſcabiem remouet, & cutem ab omni labe mundabit.

Vnguentum ad lepram datum, ſeu ſcabiem ortam ex vitio virtutis aſsimilatiuæ, purgato ante vniuerſo corpore.

R. Radices lapatij ℥.iiij.
Radices ellebori nigri ℥.ij.
Ellebori albi ℥.j.
Hordei fracti p.ʒ.

Bulliant omnia in ſuff. quant. aquæ roſ. ad con ſumptionem duarum partium, deinde facta dili genti expreſsione & colatura.

R. Salis nitri ℥.iiij.
Olei roſarum,
Butyri recentis ana ℥.ij.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem a quæ. Deinde

R. Succi limonum ℥.iij.
Terebinthinæ ℥.ij.

Miſce omnia ſimul, & cum refrixerint addi to vitellos ouorum recentes numero tres, & ſer ua. Inungatur ſcabies, ſcalpta prius. Succus limo num cum nitro aptum vnguentum pro ſcabie Mont. in tract. ſimpl. facult.

A CONSILIVM CCCLXXVI.

Pro M. Flaminio qui ſcabie laborabat.

RECIPE Flores caſsiæ rec. ex. ℥.j.
Confectionis Hamech ʒ.ij.
Aquæ bugloſſæ q. ſ. ad diſſoluendum.
Miſce, fiat potio.

R. Syrupi de fumoterræ ℥.j.
De Bugloſſa,
De Endiuia ana ℥.s.
B Decoctionis bugloſſæ,
Lupulorum,
Cichorij ℥.iiij.

Miſce, fiat ſyrupus.

R. Pillu. Indarum de fumoterræ ana ℈.ij.

Miſce cum aqua fumiterræ, reformentur pil. v.

R. Reſinæ terebinthinæ lotæ ℥.ij.
Butyri recentis ℥.j.
Salis ʒ.ij.
Olei roſacei,
C Coſtini,
Sulphuris viui ana ℥.v.
Ouorum lutea duo.

Miſce, fiat linimentum. Hoc linimentum mul tum profuit. poſtea ſequens pro abſterſione in ſtitutum.

R. Sulphuris viui ℥.ij.
Baccarum lauri ℥.j.
Baccarum Iuniperi ℥.v.
Salis ʒ.iij.

D Omnia contundantur & ligentur in petia, im ponantur in oleo: in olla recondito, & ſic hæc ali quantulum bulliant, & poſtea accipiatur illa pe tia, & cum ea fricetur corpus quando vadit æger dormitum ſeu ſingulis noctibus, ſeu alternis. Lo co pillularum ſupradictarum poſſent ſequentes confici.

R. Pil. Indarum de fumoterræ ana ℈.j.
Cochiarum cum elleboro ℈.ij.

Miſce, & fiant pillulæ. Hæc Montanum præ E ſcripſiſſe perſuaſit mihi amici liber, etiamſi vix fidem faciat. Nam cochias cum elleboro, & vſum iſtum ſulphuris ſcio Montanũ minimè probaſſe.

CONSILIVM CCCLXXVII.

Ad abſceſſum exulceratum mollificandum & abſtergendum.

RECIPE Oeſypi cerati deſcriptione Philagri ℥.j.
F Extendatur, &c. aut ſic,
R. Diachylon ſiue gummi,
Dialtheæ,
Myrrhæ,
Bdellij ana ʒ.ij.

Cum modico ceræ, renouetur ceratum, & ex tendatur in corio perforato in medio, & applice tur loco, ne attingat os abſceſſus. Item

R. Mellis roſati,
Terebinthinæ ana ℥.s.
G Farinæ hordei mundæ ʒ.ij.

Miſce, & ſingulis vicibus addatur modicum vi telli oui, & ponatur in filamentis, & imponatur in Apoſtemate pro digeſtione.

CONSILIVM CCCLXXVIII.

Ad contuſionem brachij per caſum cum equo. 1543. Feb. xxiij.

COMMENDATOR Cypri, curſu equorũ cum Duce Vrbini, Priore de Roma & alijs, certans ad S. Antonium, fortè fortuna cum ſuo equo tanto impetu, in alium quendam irruit, vt vterque cum equo proſterneretur, & ipſe Commẽdator cum ſuo in brachium cecidit, ita tamen, vt nec fractum eſſet quicquam, nec loco ſuo remotum, ob conſeruationem tamen & ſubitum timorem, nec mouere poterat commodè ſurſum, neq; deorſum, nec a nimio præſenti admodum erat. Montanus vocatus, intellecto modo quo cecidiſſet cum equo in latus, & viſo brachio, non inuenit alicuius periculi ſignum, ſed brachium ei ad omnes partes torquere nitebatur, quod ſatis proſperè ſucceſsit. & quia animo cõturbato erat, nec ſatis præſenti, iuſſit, vt aquam roſarum arte mixtam, illi olfaciendam propinarent, ſtatim etiam exhibuit clyſtere commune, ex oleo & melle roſato. in brachio exterius ſupra radium & cubitũ apparebat paruus tumor, quem cum tangeremus, maximo afficiebatur dolore, eum locum Montanus hac fouit decoctione:

R. Abſinthij M.j.
Furfurum ſubtiliſs. M.s.
Adipis anſeris ℥.j.
Olei roſarum ℥.iij.

Miſce & decoquantur in q.ſ. aquæ. Humerum & totum collum, in quo etiam dolores patiebatur ex caſu vnxit hoc oleo:

R. Olei roſati completi,
Olei de abſynthio ana ℥.j.

Iuſsit & incidi venam baſilicam ex latere oppoſito ſiniſtri brachij, & extrahi ſanguinis ℥.3.cibum conceſsit eo veſperi panatellam ex brodio caponum, & contuſum pulli eiuſdem. Voluit enim in principio liberalius nutrire ęgrum, vt ſi opus eſſet in ſtatu facilius de cibo ſubtrahere poſſet, potum dedit aquam coctam cum ſaccaro, & in ea oxymel.

Contra modernos, qui principio nimium detrahunt, & ita debilitant ęgrum, vt in ſtatu poſtea cum defecerint ex inedia vires cũ ſummo interdum periculo nutrire liberalius cogantur, eo tempore quo cum morbo maximè natura occupata, cibo non onerari debebat. Sequenti die hora vna ante prandium ſumere iuſsit hunc bolum:

R. Floris caſsiæ ℥.x.
Rubeæ tinctorum puluerizatæ ℥.s.
Miſce, & fiat bolus. Hoc ſeruato regimine euaſit.

CONSILIVM CCCLXXIX.

Ad vulnus in brachio rigido.

BRACHIVM quidam habuit rigidum, quòd muſculus exterior læſus fuerat ex ictu. Aderat nonnihil materiæ, & præterea duo vlcera ſanioſa. Montanus pro reſolutione illius materiæ hoc adhibuit.

R. Radices conſolidæ maioris N.iij.
Bulliant in vino claro minimè auſtero, cũ modico melle roſato. Deinde facta diligenti expreſſione & colatura.

R. Farinæ fabæ & hordei ana M.j.
Miſce cum colatura, & tumori apponatur.

Erat is tumor in articulatione vlnę cum humero, ita quòd illius articulationis motus omnes amiſerat: extenſionem, reflexionem & in circulum ductionem.

Obſeruata.

Cuidam in tumore ordinauit Montanus emplaſtrum ex farina hordei, vitello oui, croco & lacte muliebri, iuſsitq; vt quarta quaq; horæ parte mutaret, & tertio quoquo die recentẽ miſturam faceret, qa facilè corrumperetur. valde hoc profuit. Et dicebat ſe podagricis quoque adhibere. Alteri in tumore emplaſtrũ ex oleo amygdalarũ myrrha croco appoſuit. Item in materia frigida aquam vitæ cum Saluiæ & Roriſmarini aqua.

CONSILIVM CCCLXXX.

Pro D. Andrea Polono in pectore, eius verò fratre in capite vulneratis, Obſeruationes, & ſententiarum recitationes in colloquio, Anno 1545 prima Iunij.

VLNVS Domini Andreæ erat inter ſecundam & tertiam coſtam verſus cõcauum pectoris. Idq; non amplum valde. Propter dolorem tamen, quem circa os pectoris ſentire ſe dicebat, profundius videbatur, nec multum ſanguinis effluxerat: ita vt adhuc locus ſanguine repletus videretur, qui arte eliciendus & extrahẽdus eſſet. Montagnana & alter Chirurgus, ac item Friſimelica, vulneratum eſſe arbitrabantur, idq; colligebant ex ſanguine ſpumoſo, ac quia manus ad vulnus applicata, ſentiebat aerem egredi. Fratris verò vulnera in capite per ſe periculoſa non erant, niſi quòd ſanguinis maxima copia effluxerat, ita vt reſtingui quaſi nõ poſſet, faciei color permutaretur, & pulſus etiam appareret admodum debilis, ſuppreſſo tamen ſanguinis fluxu, redibat virtus, ita vt ſtatim omnes ſperarent melius. D. Montanus: Clariſsimi Doctores, profectò vulnus iſtud eſt conſideratu dignum: penetrat ad cauitatem pectoris, ſed nõ eſt clarum vtrum penetret ad pulmonem: apparet ſanguis ſpumoſus, hoc fit in omni vulnere pectoris. Ex cõtinua enim exſpiratione & inſpiratione fit ſanguis ſpumoſus: videmus exire aerem, quod ipſum etiam vſitatum eſt in omni vulnere ad cauitatem pectoris tranſeunte. Nec difficultas anhelitus arguit neceſſariò vulneratũ eſſe pulmonem. Impeditur enim ſpiratio ſtatim cum vel muſculus aliquis, vel aliud membrum faciens ad motum Diaphragmatis & pectoris læditur. Cum autem pulmo vulnus vel vlcus ſimplex habet, non fit difficultas anhelitus, & hic præcipuè dolor circa vulnus facit, vt ob eam cauſam non ita dilatetur pectus, & quia per vulnus expiratur aer, ideo anhelitus eſt diminutus. Vtrũ

igitur

igitur ſit vulnus in pulmone an nõ, nõ nego neq; affirmo. Sed potius videtur quòd non,qa vulnus eſt circa ſecundam coſtã, quouſque non extenditur pulmo. Sed iſtæ ſunt coniecturæ, proceſſu tẽporis videbimus veritatem, ſanguis eſt circa diaphragma, quod ne congeletur videndum eſt. & cum hodie acceſsi nullum animaduertere potui pulſum,adeò vt ipſe etiã vulnus letale crederem. Videndum igitur ſi quid ſanguinis ibi remanſit, vt incidatur & expellatur. Quod ad medicinas attinet, Hippocrates & Galenus in vulneribus pectoris ab omnibus reſtringentibus cauendũ ſcribunt, præterquàm ab oxymelite. Nam illud ſolũ non exaſperat pulmonem,ideo eo hodie contentus eſſem,& quoad cibum, iudico ſufficere hodie panatellam. De altero qui in capite vulneratus eſt,quoniam ſanguinis fluxus eſt reſtinctus, melius ſperabimus: cum præſertim vulnera ex ſeſe non letalia eſſe intelligamus. Venam nõ incidendam iudico, quia plurimum ſanguinis effluxit, citabitur quoq; panatella, impoſitum eſt clyſtere pro diuerſione vtrique, & quia Andreas ſitiebat admodum,ordinatus potus ex ordeo & ſaccharo,& oxymelite,& rubea tinctorum, quæ ſanguinem concretum excerneret:iuſſus etiã in eodem latere recumbere, vt ſanguis ex vulnere effluere poſſet.quod & factum.

CONSILIVM CCCLXXXI.

Pro eodem.

QVINTA Iunij, quæ quinta etiam erat dies accepti vlneris,corripuerat eum ingẽs tuſsis,expuerat ſanguinem vſque ad 6.℥.& amplius, & aperto vulnere inde etiam aliquid effluxerat. D. Phriſimelica exhibuerat caſsiam, vt leniret aluum duriorẽ, addiderat aliquid boli Armeni ad exiccãdum pulmonem, quem vulneratũ arbitrabatur, eo quòd ſanguis qui effluxerat ex pulmone, ex parte viuidus & ſpumoſus eſſet: adiecerat etiam aliquid rubeæ tinctorũ, ſi quis adhuc reſtaret ſanguis grumoſus aut congelatus. Poſtera die vocati ad Collegium Mõtanus & Phriſimelica à Chirurgis, & conſulti, an eſſet incidendum vulnus, & paulo amplius aperiendum,& verq; Chirurgus arguebat quòd ſic, propterea quòd metuerent, ne ſi materia retenta non poſſet liberè exire, generaret inflammationem,& quidem id faciendum citò antequam dilabatur virtus. Phriſimel. etſi pulmonem arbitraretur læſum, nolui tamen admittere vlteriorem inciſionem,quòd orificium ſatis amplum ad immittẽdas tentas videretur, & eſſet periculum de dolore in illis partibus ſenſibilibus admodum,ne is attraheret materiam, & cauſaret inflammationem nouam. D. Montanus ita ratiocinabatur: Duo nobis proponuntur quærenda: quæ diſpoſitio ſit vulneris intrinſecus, ſeu quo terminetur,& quale ac quantum ſit extrinſecus, id eſt,de principio & fine quærimus,& vtrunque nos dubios facit,& in cura & in prognoſtico. Nõ dum determinare poſſum,an veniat ad ſubſtantiam pulmonis an non, cum videam & ſatis etiam explorarint Chirurgi,vulnus per tranſuerſas partes inflictum à dextra verſus ſiniſtram, non rectà A à parte anteriori pectoris ad poſteriorem, quod ſatis apparet ex impoſitione tentæ, & idẽ vulnus ad ſecundam coſtam eſt valde ædito & alto loco: ideo ſuſpicor pulmonem nõ eſſe læſum. Deinde ſi læſus eſſet pulmo,læſus eſſet ſuperior locus, ac eſſet vulnus profundum in eo,& ſæuiſsima ſequerentur accidentia, ac inflammatio etiam, ex qualibet leui cauſa,quia pulmo, propter multã ſuam humiditatẽ (ſiue ſubſtantifica ea ſit,ſiue excremẽtalis & aduentitia, vt dubitat Auicenna) in eo B exiſtentem,aptiſsimus eſt ad putredinem, vt in multis locis teſtatur Gal. Item 5. Met. dicit Gal. quòd ex parua vena rupta in pulmone, tãtùm ſit periculi ab inflammatione, vt poſt triduum neminem viderit curatũ. Quomodo igitur hic vulnerato pulmone tãto vulnere potuiſſet purdurare tandiu? eſt hodie quintus dies completus, & nõ apparet inflammatio facta poſt vulnus. Quòd autem exeat ſanguis ex vulnere, non eſt mirum, eſt vulneratus muſculus, in quo venæ ſunt ſem- C per,quæ vnà læduntur,& nihil frequẽtius,quàm ex vulnere ſanguinem fluere. quòd autẽ ſanguis ille ſpumoſus videatur,neque id mirum eſt: videtis aerem ingredi per vulnus tanta copia, vt egrediens iterum extinguat candelas, huic cum permiſcetur ſanguis,fit ſpumoſus, cum tali agitatione excernatur. Quòd autem per tuſsim exeat, fit, quia trãſit ad pulmonẽ,& illud ſolũ eſt quod metuo,ne ſanguis ille erodat illã exteriorẽ pelliculã pulmonis, & ad ſubſtãtiam pulmonis perueniat,& D in ea remaneat,ac tandẽ putreſcat,ac ita ſequatur phthiſis,maximè in iuuene humido & pingui, in quo abũdat materia,& meatus ſunt anguſti. Credo igitur pulmonẽ non vulneratũ, ſed ſanguinẽ, ex læſis partibus ad eum defluere, & poſtea per tuſsim expelli, nec habeo ſignum adhuc,ſubſtantialiter læſum eſſe pulmonem oſtendens. Cum igitur terminetur vulnus ad pulmonem,vt credo, indigemus maximè exiccantibus & abſtergentibus ſine adſtrictione,quia totum periculum ei eſt E à ſanguine,qui non poteſt exire, & congelari facilè retentus poterit,quem cum rebus aſtringentibus faciemus craſsiorem, & minus obediẽtem: conſolidabimus etiam locum citius quàm oportet:cauerem itaque ab aſtringentibus, & adhiberem potius aſtringentia, quæ eſſent ſubtilis ſubſtantiæ, & exiccarent vnà, quo prohiberent putrefactionem in membro,alioqui humido, ea tamen tenuis ſubſtantiæ eſſe velim, & minimè erodentia, ne excitarent tuſsim. Vterer igitur aqua F fontis mixta cum vino albo tenuiſsimo, quia tale eſt leuis ſubſtantiæ,& habet vim penetrandi, nec ita potens eſt, vt calefaciat, cum tenue ſit & dilutum etiam. In eo coquerem hordeum, quod abſtergit & exiccat, ſed ſine eroſione & aſtrictione,adderem roſas in aliqua quantitate, quia Galenus lib. tertio de Simpliciũ facultatibus, capite de roſis, dicit eas habere aſtrictionem lenem, ſcilicet in primo gradu, quæ nõ erodit, nec aſtringit nimium, ſed adiuuat penetrationem & exic- G cat. Vellem etiam ponere aliquid de Betonica, quæ exiccat & corroborat membra, & pectori cõuenit. Adderem & rubeam tinctorum,ſed in modica quantitate, ſi quis reſtaret ſanguis grumo-

ſus, vt eliceretur, huic decocto adderem zuccarum candi roſatum, quod quia abſtergit ſine omni eroſione, etiam oculorum collyrijs vtile eſt, & hoc decoctum inijcerem in locum vulneratū. Nunc de altero, videlicet de principio vulneris, & an videatur dilatandum eſſe, vt vterque Chirurgus arbitratur, & quidem primus ratione ipſius vulneris, non rectà procedentis ad cauitatem pectoris, ſed per ſinum ſeu angulum quendam id faciendum exiſtimat. Alter verò, qui ſecundo loco dixit, eum ſinum non eſſe ex natura vulneris, ſed putat penetrationem factam inter muſculum & muſculum, vel ex putredine media, quæ ad ea loca fluxerit, vel etiam ob magnum eum & violentum motum tuſsis: quod valde fit veriſimile, eò maximè, quòd primò rectitudinem percepit cum ſtilo, nunc verò non, ſed quicquid ſit ea cauitas, in profundo eſt ſub muſculo, quæritur an ſit incidendum orificium? ego credo quòd non. Primò, quia ſi fiet apertio vulneris, erit magnum periculum cum pauca vtilitate, quia vtilitas tantùm ea eſt, vt natura habeat commodiorem exitum, habetis orificium ſatis amplum, pro tentis imponendis, & exitum ſanguinis etiam ſatis pro re & opportunitate copioſum: & materia, ſi quæ inter muſculos defluxit, medicamentis concoqui & educi poteſt, & ſi fieri inciſio debet, erit ea aut ſuperficialis, & in cute tantùm, quæ nihil proderit, quia angulus ille in profundo eſt: aut profunda erit inciſio, hæc non erit ſine periculo, & abſcindetis muſculos, quod abſque dubio motui nocebit. Deinde ſum cum excellentiſsimo Doctore, qui dixit rem fieri non poſſe ſine grauiſsimo dolore, quia membra ſunt valde ſenſibilia. Dolor vocabit materiam ex corpore abundāte humoribus ad partem affectam, ſequetur inflammatio, tuſsis, ac tandem putredo etiam ex ſanguine illo retento & incraſſato. Tertiò, in quarta die, quæ eſt indicatrix ſeptimæ, peius habuit: orta tuſsis, & effluxit ſanguis, ideo dimitterem eum vſq; ad ſeptimam, & non poteſt etiam fieri ante ſeptimam, ideo donec ea tranſiret, ſtarem interim in iſtis. Curatus eſt ſine vlteriori inciſione, & quidem integrè.

CONSILIVM CCCLXXXII.

De brachio vulnerato, & ſenſu, motu, atque nutritione pro Brixienſi Præpoſito. Caſum recitante Bellocato, dicta in colloq. 15. Iunij.

HISTORIA clara eſt, & ſatis conſtat quòd multiplex ſit læſio in illo brachio, & quidem tot modis quot ſunt principia. Primò eſt principiū ſenſus & motus. Secundò, principium virtutis vitalis. Tertiò, principium virtutis nutritiuæ. Et quod libet horum principiorum habet ſuos riuulos: Primo ſunt nerui, per quos deriuatur virtus ſenſitiua & motiua: per arterias defertur calor & ſpiritus: per venas vis nutritiua ab hepate. Hi tres riuuli ſunt aliqua ex parte læſi, & ſecundum huius læſionis proportionem eſt affectus. Arteria fuit inciſa & neruus. Et nos ex quadam neceſsitate conſequentiæ concludimus, licet medici id

A nobis non indicent, quòd etiam venæ ſint læſæ. Hinc ſequitur, quòd non nutritur, quia venę non deferunt ſanguinem, & percepit etiā perpetuam frigiditatem in iſto brachio. Motus læditur propter neruos: ſenſus etiam. Hæc eſt res quæ ſenſui patet. Sed illud eſt dubium, vtrum hi riuuli, ſcilicet nerui, arteriæ & venæ, ita ſint inciſi, vt nulla planè ſit continuitas? an ſint ex parte inciſi illi riuuli, an planè non ſint inciſi, ſed potius propter materiam influxam ſint obturati? Ego incipiam
B ab arteria & vena. Oportet credere hiſtoriæ. Omitto puncturam illam factam ex vulnere: ſed quia fecerunt inciſionem magnam, & cauterium etiam adhibuerunt Medici illi pro ſanguine ſiſtēdo, quod cauterium adurit venam & odducit callum, & ſic conſtringitur: ergo probabile valde, quòd illa vena ſeparata ſit in totum: & quia ignis exiccat, & hinc vena facta breuior, & ſic non poteſt bene continuari, quia ad hoc vt continuentur, requiruntur duo, vt ſint molles, & vt ſe inuicem contingant. Sed hic ſunt duo. Primò, ignis
C qui aduſsit, & fecit partem duriorem. Et ſecundò etiam breuiorem: & ſic propter breuitatem non poterunt hæ continuari, ac propterea non eſt liber tranſitus ſanguinis & ſpiritus ad partes inferiores. Et ita credo, quòd illæ venæ habeant cicatricem nō facile conſolidabilem. Vtrum ſint omnino interceptę & ſeparatę ſecundum totum, & quòd partes planè diſtent, & factus ſit callus tam in parte ſuperiori quàm inferiori? Ego non
D poſſum certò dicere. Quo ad neruos eſt facta læſio. Motus reuolutionis in manu & erectionis eſt impeditus, & nonnullorum digitorum: & credo, quòd omnes illæ læſiones non ſint æquales, & non omnes ex vulnere. Nam illi nerui qui ſunt inciſi ex vulnere, non recipiunt curationem, & non poſſunt conſolidari: & cum ſit vulnus in vna parte, non credo quòd omnes nerui ſint æqualiter læſi, ſed facto vulnere, debilitatur locus & affluit materia, & recipitur etiā vicinis neruis, & propter
E frigiditatem & craſsitudinē illa materia non facile reſoluitur, & ſic facta eſt obſtructio, atque ita non ſolùm hæc læſio eſt ex vulnere: eſt etiam læſio tam in ſenſitiuis neruis, quàm motiuis, & ſic credo illam læſionem neurorum eſſe valde diuerſam, & non ſolùm ex vulnere. In ſuperiori parte non habuit motum, nunc autem incipit mouere humerum, cum antea non potuerit, quia materia affluxit ad illam partem. Vnde ſæpe euenit, quòd vulnerato pede fit bubo, propter in-
F terceptionem materiæ. Sic & hic mouet humerum, propter medicamenta quæ adhibita ſunt, & materiam quæ affluxerat, reſoluunt. Ergo quicquid eſt inciſum, eſt incurabile, & quo ad neruos, & quo ad venas & arterias. Qui verò ſunt obſtructi & refrigerati propter affluxum materiæ, hi poterunt curari, & maximè cum antea fuerit affluxus, propter quem nō potuit mouere humerum, quem iam mouet. Quantum ad torturam oris, ſum anceps, an aliquid ſit inciſum: audio tamen,
G quòd continuè melius habuit, & ſic credo quòd etiam materia defluxit ad illum locum. Sed quod eſt inciſum nō curatur, quod tamē certò nō ſcio.

De cura. Omnino tenet reſolutionem, & non poteſt

poteſt ſequi nocumentum, ſi rectè fiat ea reſolutio. Vtatur perpetuò reſoluentibus, ſed miſceat cum mollietibus, ne quod ſubtile eſt, reſoluatur, & pars gypſea relinquatur. Vtatur ergo his inuicem. Mollientia ſint calida & ſicca in ſecundo gradu, quia materia eſt craſſa, vt crocus, bdellium, myrrha. Emolliatur cum pinguedinibus & oleis, vt oleo amygdal. dulcium & chamæmelino: item lapide pyrite, cuius vſum Gal. 2. ad Glauc. ita commendat, vt propter ſingulares affectiones dicat quaſi magicum opus viſum. Vtrum lutum S. Bartholomæi conueniat, & foueæ illæ? Placerent, ſed oportet conſiderare quòd ad illa valida reſoluentia egemus multa præparatione corporis, & eſt corpus cacochymũ, & hoc tempus ineptiſsimum eſt pro purgationibus, & maximè in corpore cholerico, vt iſtud eſt. Ergo balneum differatur vſq; ad Septembrem: & quia corpus non eſt præparatum, opportunum tempus expectetur. Interim tamen aliqua cerata vel emplaſtra applicentur, vt eſt oxycroceũ illud, quod ponatur ſupra totum brachium, & ſingulis quindecim diebus remoueatur. Hoc conſului in quodam iuuene nuper, qui amiſerat motum in brachio, & nunc optimè incipit ſe habere, & mouere brachium.

CONSILIVM CCCLXXXIII.

De vulnerato in dorſo, in quo impeditus motus pedis.

PROPONITVR iuuenis habens ſymptomata manifeſta. Accepit vulnus in dorſo, ex quo ſoluta continuitas, & ſpirituum via impedita ne poſsint tranſire ex nucha ad pedes. Hic pedis motũ amiſit, ſucceſſu temporis reſtitutus eſt aliquo modo: fuit etiam facta conuulſio horum membrorũ ex dolore, credo quòd ægrè poterit reſtitui, tamẽ vt iſtæ materiæ reſoluantur, & melius habeat, curabimus: aduenientibus enim caloribus cũ in hyeme ſit vulneratus, melius habuit, ſed proxima hyeme nihil mutatum eſt, maximè in eo timeo, cùm ex cicatrice contraxerit malum, ne ſpiritus ad inferiora deuenire queant. Primò ergo reſoluerem, ſecundò roborarem membra, tertiò attenuarem cicatricem, præſuppoſita euacuatione totius corporis, & diæta. De luto S. Bartholomæi, quod quæritur: Reſpondeo, talia medicamenta licet digerant, tamen relaxant, ſed lutum S. Antonij habet aliquid aluminis, eo vterer. Si enim facta eſſet conuulſio, à qua reſoluitur, eo roboraretur membrum, & cauſæ frigidę amiſsionis motus horum membrorum alterarentur. Fomentis igitur iſtis vterer: Inungerem oleo amygdalino & pinguedinibus, ne incidat in tabem.

MONTANVS.

Videmus quòd motus in eo impeditus ſit in omnibꝰ muſculis pedis, motus erectionis ad omnes partes, & etiam reuolutionis. Videmus etiam vulnus circa decimamtertiam vertebram à ſummo incipiendo, & eſt circa ſextam thoracis vertebram ad partem ſiniſtram. Hæc ſunt duo ſymptomata, quæ curari petit. Primò ſciendum eſt, quis A ſit locus primogenio affectus, ſecundò quiſnam ſit iſte affectus. His duobus inquiſitis omnia abſoluta erunt. Primogenium affectum dicere poſſumus vulnus in ſpina, quia immediatè poſt vulnus incidit in priuationẽ ſenſus & motus pedis. Anatome docet nos quòd nullus neruus à vigeſima, ſed primũ à 21. vertebra oriatur, qui deſcendat ad pedes, quia nihil habent commune nerui deuenientes ad 12. 13. 15. vſq; ad 20. cum cruribus, ſed veniunt ad brachia ad muſculos thoracis, vteri, B nullus eorum deuenit ad crura. Miror itaque quomodo ex eo vulnere ad crus ſiniſtrũ deuenerit hoc nocumẽtum, cùm nullum ſenſerit in brachio, nec in muſculis thoracis, ad quæ loca hi nerui deueniunt. Ego audiui iſtud vulnus punctione factum, quod culter nõ penetrauit ad profundum, ſed ad ſpatulam ſub cute. Cùm itaque vulnus ſit ſatis magnum, & plurimùm exierit ſanguinis, hinc plurima materia eò deuenit, & hæc materia reſedit ad os ſacrum, deinde deuenit, & C impacta eſt ſeruata rectitudine in crus ſiniſtrum. Dico itaque defluxum materiæ ad inferiora huius ſymptomatis cauſam eſſe. Cur autem partes ſuperiores non ſunt læſæ? quia nerui non fuerunt læſi, tantùm fuit vulnus ſuperficiale, & nucha minimè læſa fuit. Vulnus enim ab ea duobus digitis diſtat, & aſcendit ad ſpatulam, ſed nerui valde ſunt in profundo. Cùm conſidero res ab actionibus læſis, me non falli poſſe cenſeo, cũ video omnes muſculos mouentes crus læſos eſſe, coniicio D originem iſtius mali eſſe ab affectu vniuerſali, & non à læſione ſingularis cuiuſdam nerui, & eſt facta læſio propter defluxum materiæ obſtruentis. Quãtum attinet ad ſecundum, vtrum ſit conuulſio, an reſolutio, vel vtrunq;? Quãtum ad conuulſionem, ea eſt acutum ſymptoma, & verendum. Ideò hìc non videtur eſſe conuulſio propriè loquendo, ſiue à cauſa humida, ſiue ſicca. Si tamen volumus conuulſionem pro contractione intelligere, dicimus hìc eſſe ſpaſmum factum propter E contractionem ligamentorum, quæ cùm non ſentiant, non faciunt magnos dolores: ea enim imbiberunt plurimam humiditatem ratione iſtius defluxus. Si intelligimus reſolutionem, quæ facit ablationem ſenſus & motus, non eſt illi ablatus omnino, ſed diminutus motus: non deſiit intenſio, ſed extenſio actionis, & eſt diminuta actio ex tenſione. Eadem itaque cauſa faciens ſpaſmum, facit reſolutionem. Credo quòd ſit intemperies frigida & humida per affluxum, hisq; non eſt F facta exiccatio, niſi quoad tabem: nam nõ nutritur vt aliud membrum, quia minus laborare cogitur, mediocris enim motus confirmat, excedens minuit. Refrigeratur etiam temperatura membri ab iſta materia frigida, nec defertur nutrimẽtum propter obſtructionem aliquarum venarum. His dictis, quæritur num curari poſsit? cùm ſponte beneficio temporis ſenſerit iuuamentum in æſtate, in frigore neque iuuamentum, neq; nocumentum. Itaque ſi cum aere calido etiam iuuetur, G medicamẽtis ipſum curari poſſe ſpero, & primò balneis vti iuberem, ſed vt prius exquiſitè purgetur miſsione ſanginis, quò corpus fiat rarius. Balneum darẽ in potu, & ſecundùm omnẽ modum

adminiſtrationis. Cauendum etiam ne tabeſcat membrum. Potus aquæ aperit obſtructiones venarum,& augebit membrum, ac vt nutriatur, efficiet. Vtatur tamen parciſsimè iſto balneo, ne fiat nimia reſolutio. Quidam paſsi tabem iſtis balneis adiuti ſunt. A

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

Cuidam cuius membra poſt vulnera marceſcebant. B

AD vniuerſalem totius corporis euacuationem laudarem ſectionem venæ in parte minus læſa: deinde purgarem cum medicinis electiuè educentibus, præcipuè cum agarico. Qua euacuatione diligenter facta, deuenirem ad frictiones, prius incipiendo leniter, deinde augēdo de die in diem, & inungendo omnia membra læſa à collo infra videlicet totum latus dextrum cum oleis reſoluentibus, ſicuti eſt oleum Sycionium, id eſt, oleum in quo coctæ ſunt radices cucumeris ſylueſtris, & oleum maſticinum, & oleum de coſto: & procedendo poſſemus augere, & ad maiorem reſolutionem deuenire, inungēdo oleum de caſtoreo, & de euphorbio, impoſito & ſtyrace & ſagapeno, vel laſerpitio, aut loco eius aſſam fœtidam, & benzoi, vt vulgariter dicitur. Et ſi membra marceſcerent, bonum eſſet picare ea videlicet, inducere picem leuiter coctam ſuper pannos lineos tantę magnitudinis, vt poſsint cooperire membra, & ſic dimittere per medietatem horæ, & poſtea eleuare potius acriter, quàm leniter, & ſic è tertio in tertium facta remotione inungatur. Poſſemus quoque facere fomenta cum rebus excalefacientibus, incipiendo à lenioribus, aſcendendo ad fortiora, ſicuti eſt chamomilla, anetum, artemiſia, betonica, ſtechas. Deinde poſſemus aſcendere ad calamētum, origanum, dictamum, & ad enulam, & ſimilia. Et hæc fiant ſecundùm iudicium Medici præſentis. Vitet autem relaxantia, quæ ſunt contraria. Si autem is non ſanetur vſque ad menſem Iulij, poſſet adire thermas, quales ſunt in agro Pataui no mōtis Orthonis, aut montis ægrotorum: nec vitupero in primis lutum Sancti Bartholomæi, vel etiam thermas de la Poretta.

Poſt verò quàm patiens multis remediis à Chirurgis adhibitis vſus, nondum ſanitati reſtitutus eſſet, rurſus Patauium acceſsit, & Montanus exhibuit ei caſsiam cum hiera. Inſtituit inſuper, vt per tres dies ſumeret aquam balnearum Aponenſium. Poſtea per decem alios dies ſumeret ſtillicidium eiuſdem aquæ in loco, in quo vulneratus fuerat, quod ſtillicidium aliquantulum illi profuit. Poſtea iuſsit accedere ad lutum Sancti Bartholomei in agro Patauino, & tunc quando exibat à luto ſtatim inungebat loca, quæ fuerant luto operta, donec iterum lutum applicaret tali vnguento:

R. Olei maſticini ℥.iiij.
Chamomelini,
Comp. liliorum alborum cum ſpeciebus de coſto ana ℥.ij.
Irini,
De euphorbio,
De piperibus,
De croco ana ℥.j.
Styracis electi,
Myrrhæ,
Sampſuchi,
Roriſmarini,
Sauinæ ana ℥.v.
Terebinthinæ ℥.ij.
Opopanacis ℥.j.
Ceræ citrinæ ℥.iij.

Miſce, fiat vnguentum. Hoc autem lutum cum iſto vnguento ſatis notabile iuuamentum præſtitit. Poſtea cùm voluit diſcedere domum, tale balneum illi Leonicus inſtituit, quo quandoque vteretur tranſactis diebus canicularibus, in quo decocta ſint camomilla, melilotum, iua, hipericon, calamētum, pulegium, ſatureia, nitrum, &c. Quibus tempore frigidiori addi poterit ſaluia & roſmarinus. Et in hoc balneo ſudet aliquantulum, & vbi primùm ex balneo exierit, inungatur tali vnguentur:

R. Olei antiqui ℔.ij.
Rutæ M.ij.
Piperis,
Pyretri ana ℥.ij.
Euphorbij,
Caſtorei ana ℥.j.
Radicis cucumeris aſinini recentium,
Brioniæ ana ℥.ij.
Maſticis ℥.j.
Coſti,
Enulæ ℥.v.
Vini albi odoratiſsimi ℔.j.

Decoquantur ad conſumptionem vini, excolentur, & tali vnguento ſeu oleo inungantur bis in hebdomada. In reliquis circa victū inſtituit ea q̃ ſolent in ſimilibus affectibus ordinari. Montanus verò tum circa balneū non admittebat Satureiam, nec nitrum. Et vnguentum quod fuit ordinatum poſt balneum applicari debere, omninò damnabat, quia nimium exiccaret: ſed eius loco laudat ea, quæ poſſunt & emollire & reſoluere, ſicut eſt linimentum tale:

R. Olei amygdalarum dulcium,
Adipis porcini recentis ſine ſale ana ℥.ij.
Bdellij,
Myrrhæ ana ℥.j.
Croci ℈.j.

Diſſoluatur gummi in aceto, deinde ſimul omnia miſceantur, & fiat linimentum ſecundùm artem. Aut huius loco etiam ſine balneo poterit vti quod ſuprà ab excellentiſsimo Montano fuit ordinatum, ac reliquis, quæ præſcripſit, &c.

IOAN.

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI VERONENSIS, MEDICI ET PVBLICI IN Academia Patauina olim profeſſoris, CONSILIA de Febribus.

CONSILIVM I.

De Febre continua, habēte tamē cotidie duas acceſsiones, quam Montanus ad ſpeciem hemitritici referri putabat.

ALIAS admonuimus vos, quòd cum
acceditis ad ægrum, primò oportet
vos conſiderare actiones læſas. Non
dicitur enim ægritudo niſi appareát
operationes læſæ, cum nihil aliud ſit
morbus, quàm diſpoſitio præter naturam lędens
operationes manifeſtè. Scitis autem operationes
eſſe triplices, animales, vitales, naturales. Accedi-
tis itaq; iam ad hunc ægrum, quem antequá per-
contemini multa, debetis videre, quæ ſeſe vobis
offerunt. Videtis enim eum non poſſe quieſcere:
ex eo nō dubium eſt, quin aliquid patiatur neceſ-
ſariò in ſenſibus, & in virtute animali, alioqui
quieſceret. Afficitur ergo ſiue quòd imaginetur
aliquid, vel quòd habeat phreneſin, vel paraphre
neſin. Non enim poteſt quietè manere in vno lo-
co, virtus itaq; animalis laborat. Præterea tangen
tibus cutim apparet caliditas intenſa, ex iſto ergo
conijcimus, operationes vitales eſſe læſas. Ex ca-
lore enim ſummo corporis æſtimamus intempe-
riem calidam cordis: pulſus etiam ſua motione
indicat virtutem vitalem valde eſſe offenſam. Eſt
verò ea duplex ſeu triplex potius: quędam in cor
de, vt ira & conſtantia: quædam propter ipſum,
vt euentatio & diſtributio caloris, quædam neq;
in corde neq; propter ipſum, vt virtus pulſatilis.
Eſt enim ob reliquas præter cor partes, & extra
cor terminatiuè, huius etiā actio læſa eſt: nullam
enim diſpoſitionem habet arteria ſecundum na-
turam, habet maiorem latitudinē, & eſt frequen-
tior: non videtur etiam quies inter ictum & ictū,
& adeſt præterea velocitas. Scimus autem quòd
mutatur pulſus ob neceſsitatem auctam, & quan
to magis augetur neceſsitas, tanto fit maior: & cū
non poteſt ſupplere neceſsitatem magnitudine,
ſupplet velocitate, quodq; hæc non ſupplet, fre-
quentiam addit, quæ contingit, quando ad ſum-
mum deuenit neceſsitas, quæ eſt ex maximo calo
re, & per conſequens ex maxima febri. Eſt enim
febris calor accenſus in corde, & ſparſus per totū
corpus. Eaq; eſt febris humoralis, quia magna eſt
inæqualitas pulſus. Alia enim pulſatio alia maior
eſt, quod fit ob multitudinem materiæ aggrauan
tis. Ita ex pulſu iudicamus affectum eſſe in corde:
ob maiorem caliditatem, eſſe febrem, ob pulſus
inæqualitatem, eſſe humoralem. Agitatio autem
illa (vt diximus) indicat aliquid eſſe in virtute
animali, ſeu cerebro. Sed nulla eſt læſio in ſenſib.
interiorib⁹, bene ratiocinatur & imaginatur, &c.
Senſus etiam exteriores ſani, ſolummodo circa
ſenſum tactus patitur, ſentit enim conquaſſatio-
A nem omnium membrorū ob malá intemperiem,
& ob dolorem nō poteſt permanere in vno ſitu.
Tertium etiā genus operationum læſum eſt, na-
turalium ſcilicet. Queritur de vētriculo, ná habet
punctionē & tenſionem circa hypochondria, nec
hactenus habuimus ſignum ex ijs, quę excernun
tur, ſed ex ijs apparentib. cōcluditur hoc corpus
laborare principaliter morbo vniuerſali, videlicet
B febri, ex tactu caliditatis & cōfractione omnium
partium, percepta per cōſenſum cerebro. In ven-
tre verò habet obſtructiones, ſcilicet in vtroq; hy
pochondrio. Habet præterea alia ſymptomata, vi
delicet ſitim, dolores capitis. Non poſſumus autē
curare febrim, niſi cognoſcamus eá. Eſt verò hæc
humoralis, quia humores putrefiunt. Eſt ergo pu
tredo prohibēda & euacuandi humores qui pu-
truerunt, & qui proximè ad putredinē accedunt.
Primum aūt diuerſi ſunt humores, quorum quili
C bet indiget diuerſis curationib⁹, & ſunt in diuer-
ſis patribus. A quo igitur erit hæc febris, an à pi-
tuita, vel bile, aut humoribus mixtis? Indicia pro
pria ſunt ſumenda. Habemus autē tria capita, ab
operationibus læſis: pulſus vehemēs & magnus,
velox, frequens, & inæqualis indicat febrem pro-
cedentē ab humore calido putreſcente. Sed quia
humor calidus eſt, vel ſanguis vel bilis: & febris
inuaſit eum cum manifeſto frigore durante vná
horam: non poteſt autem eſſe febris putrida inci-
D piens cum frigore à ſanguine, qui putreſcit in ve-
nis. Eſt igitur neceſſariò bilis ruffa. Vtrum autem
ſit ſincera bilis aut alteri admixta? Non eſt cre-
dendum, quòd ſit exquiſita: faceret enim Tertia-
nam, ſed iſta quotidie inuadit, incipit cum maxi-
mo frigore, & raro definit in ſudorem, & durat
pluſquàm 12. horas, imò 18. Habet ergo bilem do-
minantem, eſtque ea aduſta & facta vitellina: fit
enim hæc quando bilis ſimplex aduritur, & ma-
iora facit ſymptomata, quàm admixta pituita cū
E bile. Hic autem vtrunque eſt, quod ex tempera-
tura poſſumus colligere. Eſt enim niger ſecun-
dum totū habitum corporis, & omnia ſigna ten-
dunt ad aduſtionem. Habuit plurimas anxieta-
tes animi. A cibarijs craſsis & malis ac inordinatè
ſumptis plurimi geniti ſunt humores pituitoſi.
Habet etiam multas obſtructiones, vnde crudi-
tates variæ. In hoc igitur viro talis facta eſt miſcel
la, partim bilis mixta cum pituita, partim adu-
ſta & propterea patitur maximum frigus, & quia
F bilis putreſcit, vapores aſcendunt ad caput, &
cient dolorem capitis, & ſitim etiam cauſant. Fi-
at hoc veſpere clyſtere, vt habeat beneficium
ventris, ex decocto herbarum communium, cui
addantur mellis roſati ℥. iij. Hieræ picræ ℥. s. E-
ductis materijs malis exhibebimus aliquid per
os, & mittetur ſanguis ad minus ℥. x. quòd ſi
expectabit cras manè paroxyſmum, mittatur in
veſpere.

CONSILIVM II.

De eadem in ſecunda acceſsione.

FVERVNT in heſterno conſeſſu multa omiſſa, quia tempus breue erat, & nõ vidim⁹ ſigna omnia. Nũc ex excremẽtis melius iudicabimus. Vrina in febribus eſt maximum ſignum, teſte Galeno. Nam putridæ febres ex humoribus pendent, qui ſunt in venis. Nec tantũ ex ijs quid humor peccet cognoſcimus, ſed etiam tempus febris, an in ſtatu ſit vel augmento, à quo etiá magna eſt indicatio. In vrina igitur conſiderantur primùm quantitas. Hic multa eſt vrina, id fieri poteſt nõ ratione morbi vel temporis, ſed etiam quia multum potauit, idq; partim ex vrina diſcernitur, partim ex interrogatione. Ego hunc interrogaui, & dicit ſe bibiſſe multũ aquæ: licet igitur potus multus ad hoc iuuet, nõ tamen tota cauſa in eo eſt. Eſt enim color vrinæ aureus, qui excedit à temperato. Secundò igitur color conſideratur. Vrina naturalis habet colorem paleæ hordeaceæ. Hæc autem magis tincta eſt quàm oportet, quare arguit caliditatem & ſiccitatem: nam multum receſsit. Quòd ſi tantùm ratione potus eſſet, non ſedimentum haberet, nec colorem, nec coctionem; quia à potatione vrinæ ſunt crudę, hîc magis eſt ratione morbi, ſed potuit à potu iuuari. Subſtantia tertio loco conſideratur, quæ tendit ad tenuitatem potius quàm craſsitudinem: eſt tamen ſatis temperata, præſertim tertia illa. Ná duæ aliæ craſsiores ſunt, & ferè corruptæ. Quartò, liquor qui à ſubſtantia diſtinguitur: nam ſubſtantia dicitur, quæ partes multas craſſas, & terreſtres admixtas habet. Liquor eſt, quádo eſt lucida vel obſcura, id eſt, luciditas & obſcuritas in liquore cõſiderantur. Sunt autem quædam craſſæ, ſicut aqua putrefacta, & turbida, aliæ minus craſſæ, aliæ lucidæ. Hæc quoad liquorem eſt lucidior, id eſt, magis ſplendida, quàm obſcura, quia tranſparens eſt. Quintò, Hypoſtaſis ſeu ſedimentum ſeu cõtenta conſiderentur. Hic eſt velut nubes ſubcandida, referens nubes colore, ſubſtantia & loco, quia color albidus vt nubis, & ſubſtantia etiam qualis eſt fumus, & leuis quia in ſuperficie. Hæ ſunt omnes differentiæ in vrina. Iam accommodabimus repetendo. Vrina multa eſt ratione morbi, vt mihi videtur. Quærat aliquis, quia hîc tenſio in vtroque hypochondrio, quomodo deueniat humor ad vias vrinæ? quomodo poteſt fieri diſtributio, cum tanta ſit obſtructio, vt tactu appareat? potius deberet eſſe pauca vrina, & multæ egeſtiones liquidæ, cuius hîc totum oppoſitũ eſt, quia per quinq; dies nihil egeſsit. Reſpondeo, humores qui putreſcũt ſunt proculdubio extra venas, cuius ſignum eſt inſeparabile, quoniam incipit hæc febris cũ frigore. Heri circa 23. fuit in augmento febris, habebat intentiſsimum calorẽ. Hodie circa 17. frigus ſenſit, & horrorẽ. Nunc hac hora eſt remiſsiſsima febris reſpectu heſternæ. Ex his ſignis igitur patet, quòd ſit febris talis, quæ pendet ab humore bilioſo, ſed non puro, quia pituita admixta eſt, eam Arabes maioris famæ appellant. Quoties verò bilis ſimplex aduritur ſitq; craſsior, & vitello oui ſimilis, atq; vitellina apud Græcos vocatur, eam Arabes bilem minoris famæ vocant. Eſtq; ita in nominibus differentia inter Arabes ſeu Auicenniſtas, & Græcos ſeu Galeniſtas: rem vtriq; eandẽ concedunt, ſed diuerſis appellant nominibus. Et de ijs poſtea altercantur recentiores, cum nõ rectè intelligant ſententiam authorum. Sunt igitur duo diuerſi humores, qui putreſcunt, & ideo diuerſi etiam ſunt paroxyſmi. Manè paroxyſmum cum frigore habuit, qui non terminatus eſt in ſudorem, nocte poſtea inuaſit cum frigore & concuſsione magna, cui ſucceſsit calor, & tandẽ deſijt in ſudorẽ, quod ſignum eſt bilis ſiccioris. His ſtantibus, dico de vrinæ multitudine, de qua dubitauimus, quòd cras fortè non videbitis tantum vrinæ: nam humor qui putruit hac nocte, fuit tenuis, bilioſus, & ferè proprium bilis eſt, vt per vrinam excernatur. Vbi igitur febris à bile pendet, plurimam per ſudorem & vrinam criſim facit, nõ obſtantibus obſtructionibus. Cras erit alius paroxyſmus, quare nõ tot vrinas videbitis. Sed cur aluum habet aſtrictam? In obſtructionibus ſunt hypochondria calida, quia circa illa plurimæ materiæ putridæ. Fiunt etiam ex inteſtinis ſuctiones multæ, quia partim à feruore attrahitur (quádo nõ eſt perfecta obſtructio) humidum, pars aliqua tranſit ad vias vrinæ, & illa quæ remanent in inteſtinis exiccãtur, ita dura fit aluus: oportet ergo lenire aluum. Nam propter calorem hîc ſunt multæ fęces aduſtæ. Quod ad vrinæ colorẽ, ſubſtantiã, liquorem attinet, omnia ab eadem radice naſcuntur. Hodie eſt ſubtilis, quia bilis putruit, & quia bilis, ideo vrina ſubtilis eſt & lucida: Cras non ita fiet: tenuis & lucida, aurei coloris, quia putreſcit bilis minoris famę. De Hypoſtaſi nolite temerè iudicare, & pronunciare de coctione, vt multi faciunt, qui tantum nebulam vbi vidẽt, ſtatim de coctione pronũciant. Imò non omnis nebula, etiamſi ſit alba, eſt bona, & hypſtaſin ſignificat: quandoque enim maiorem cruditatem arguit. Si penderet febris iſta à pura bile, eſſet vnũ certiſsimum ſignum & optimum, ſed quia bilis iſta habet multam pituitam admixtam, certè erit pituita, quæ hîc Hypoſtaſi aſsimilatur, quia pars terreſtris Hypoſtaſis, 2. de Criſibus. vbicunque apparet hypoſtaſis in vrina, proportionatur puri in loco inflammato, in quo partes ſubtiliores reſoluuntur, reliquę manent. Sed omne pus graue, ergo omnis hypoſtaſis grauis, & in fundo erit. Nec ſemper habet veram coctionem, vt hîc, quia eſt craſſa quædam pars, ideo in fundo reſidet. Vera autẽ hypoſtaſis eſt heterogenia, & habet partẽ terreſtrem, aqueam & igneam vbi magis cõſtringitur, & ideo habet formam pyramidis. Hic nihil tale apparet, eſt tamen alba hîc, quia multus aer intrinſecus, vnde apparet alba nubes & diuulſa: nec deſcendit, quia multus aer ſuſtinet eam, & longè eſt à coctione, & oportet vt tollatur iſta nubes, & non conſpiciatur, ſi volumus rectè hunc curare, quia hæc nubes ſignum eſt pituitæ cum flatibus, nec temerè ex ea iudicandum. Atq; hæc febris cõtinua eſt proculdubio, & eò magis maligna, quia continua, habet tamen quotidie duos paroxyſmos: vnus manè inuadit, quando chole-

ra

ra cum pituita putreſcit, quæ dici poteſt cholera A maioris famę, cum frigore remiſſo & calore maximo. Circa horam quintam noctis habet alium paroxyſmũ ab ijſdem humoribus, ſed magis ad puritatem pituitæ tendit, & pendet à cholera minoris famæ. Dubitatur an humores in venis putreſcant. Febris continua ſine typo habet humorem putreſcentem in venis. Fortè quòd hæc febris, eſt vna ex iſtis tribus hemitritei ſpeciebus, de qua Gal. 2. Criſ. Volo autem melius videre paroxyſmos. Quid agendum? Heri debebat fieri clyſtere, & eſt factum, imò hodie etiam manè. Mittendus eſt omnino ſanguis, quia intentiones omnes adſunt, vt Galenus de ſanguinis miſsione docet, eſt magnitudo morbi, in ætate adoleſcentiæ, virtus conſtans, habet putredinem, in uenis obſtructionem, febrem continuam. Ergo phlebotomia nihil præclarius: aperientur enim viæ, natura ſubleuabitur, rarefiet corpus, obſtructiones ſoluentur. Sit autem regula: Nunquam mittatis ſanguinem, vbi eſt cruditas in primis venis: quãtum enim trahetur ſanguinis, tantum ad venas trahetis de humore crudo, & augebitis obſtructiones & putredinem. Quare primò purgandæ ſuperfluitates in primis venis. Minoratiua optima ſunt, quæ tollunt eas, & dicunt quidam non exhiberi rectè, & ex mente Galeni. Sed errant iſti, & non intelligunt Galenum, quia regula propria carent, id eſt, methodo. Nam vt quælibet ars habet ſuam regulam propriam, ſic nos noſtrum perpendiculum habemus, nempe methodum, qua omnino nobis opus eſt. Vtamur igitur minoratiuis, vt & Arabes vſi ſunt, quia magni viri erant & intelligebant methodum Galeni. Si ℥.j. caſsiæ daretis, non tranſiret niſi ad primas venas, & non purgaret corpus, ſed purgaret venas tantùm. Ideò dici minoratiuum poteſt. Grana duo Diagridij, quæ turbarent & non purgarent, non rectè daretis. Debet enim ita proportionatũ eſſe corpori minoratiuum, vt non euacuet niſi à ventriculo, & venis propinquis, aliàs vitium eſſet, qualecunque ſit. Drachmæ duæ electuarij de ſucco roſarum ruſtico pro minoratiuo dari poſſunt, nobili non tantum, ſemper debent obſeruari mores. Heri dedi vncias tres mellis roſati, & Hierę vnciam ſemis, pro clyſteri, & nihil ferè eduxit. Ideò

℞. Electuarij de Sebeſten ſolutiui drachmas decem.

Fiat bolus cum ſaccharo, ſumendus 3. horis ante cœnam. Hic enim eſt ruſticus, corpus robuſtum, & amplis venis, oportet à primis venis euacuare. Semper autem ſic electuaria conſideretis, non tantùm, quod habent in titulo, quod ad hoc vel illud valeant: ſed ingredientia debent obſeruari ab artifice. Conſiderate quomodo ſint confecta, quia in ſingulis ℥. ſunt tria grana Diagridij in iſto electuario, ideo in tota ea medicina non tranſimus quatuor grana, dubito ne ſit leuior pro ruſtico, quàm deberet, ſed in nobili delicatiori non vtamini pro minoratiuo.

CONSILIVM III.

In eadem febre in tertia viſitatione.

IN hoſpitali duo videri poſſunt, & exerceri: Primò ægritudines & ſymptomata, deinde aliud genus exercitij, quod vtiliſsimum eſt, & aſſuefaciet nos ad tolerantiam. Quia nihil hîc fit, quemadmodum nos præcipimus, idque non ſolùm hîc, ſed alibi ſemper vobis occurret, vt nec æger ſit obediens, B nec illi qui adſunt faciant quod debeant. Octies egeſsit ſponte hac nocte, ſed quæ materia peccarit, vel vtrum fuerit concocta, & motus fuerit criticus, non poſſumus iudicare, quia excrementa non vidimus. Eſt tamen probabile, tam copioſam egeſtionem nec criticè nec ſymptomaticè, neque mixtè factam, ſed propter clyſteres natura irritata operata eſt. Iſta tamen ſit coniectura, quia non vidi excrementa, nec dominum naturæ, etſi videtur ſubleuatus: nunc eſt in pa- C roxyſmi declinatione, quod inde colligitur: primò, cum tangitis extrema, habet calorem in omnibus partibus extremis, etiam in pedibus (quod eſt magnum ſignum declinationis) intenſum quidem, ſed non acrem aut mordacem (illud enim non eſſet ſignum declinationis, cum in ſtatu etiam in extremis ſit talis) verùm ſatis magnum, ſed tamen cum quadam humiditate, quam percipitis, cum tangitis hypochondria. Secundò, quòd eſt magis artificioſum, ex pul- D ſu cognoſcitur declinatio vera paroxyſmi: in principio paroxyſmi pulſus contrahuntur & ſepeliuntur quaſi, quia ſyſtole maior quàm diaſtole, quòd putridi vapores occupent cor, & cor cupiat euentari, vt fugiat incommodum. Id fit tantùm conſtrictione vt expellatur excrementum, & expulſione magis, quàm attractione indiget, quia per contractionem natura tentat excrementa expellere in principio, & quò magis febris pendet à craſsis humoribus, tanto maio- E ri vi expellere conatur. Vnde in febribus quæ à melancholia, pituita, & bile notha, ſeu maioris famæ pendent, magis ſepultus eſt pulſus in principio. Per oppoſitum igitur, quando vapores ſunt conſumpti, cor liberatum ab onere, recreat ſeſe, quia iam excalefactum fuit & ferè exuſtum, eget non tantùm euentatione, ſed nouo aere. Fit ergo magna dilatatio in fine, ſicut in principio magna conſtrictio, & tum pulſus occurrit tactui cum magna dilatatione, vt durus videa- F tur, cum tamen non ſit. Opotet igitur dignoſcere differentias, quia multi decipiuntur. Nam vterque reſiſtit tactui & vehemens & durus. Vehementia fortitudinem ſignificat virtutis: quanto magis premitis, tanto fortius reſiſtit, cum motu vehementi & percutit. Durus reſiſtit quidem, ſed non cum motu: vehementiam igitur oportet conſiderare, quam premendo percipietis. In hoc corpore eſt magna virtus, poteſt omnia operari. Nam vbi virtus fortis, cum magnitudine, vehe- G mentia, velocitate, & tandem cum frequentia ſe oſtendit. Sed hîc non eſt indicium frequentiæ, vbi enim vehemens eſt pulſus, rarò eſt frequens. Virtus enim robuſta vna dilatatione multum

proficit, ſicut vos etiam faceretis (comparat enim Galenus pulſum cum motu hominis onus ferentis) onus quod vna vice portare poteſtis, non portabitis duabus. De agendis. Eramus miſſuri ſanguinem, ſed quia iam febris declinauit, & euacuatio copioſa facta eſt, nec ita morbus magnus, interim ſubſiſtemus. Circa hypochondria, vt tangatur, pati nõ poteſt: iſtis igitur obſtructionibus vt occurramus ſtudendum. Dabimus primò non propriè aperientia ἐκφρακτικὰ dicta, eſt enim infarcta materia in venis, obſtrueus meatus. Quæcunq; igitur aperiunt, remouent materiam infarctam. Sed hic obſtructio in venis Meſaraicis, & illis, quæ ad ſplenem tendunt, ea vt aperiantur, non ſunt danda per ſe aperientia vel repurgantia ἐκφρακτικὰ (vt alij vocant) quæ cum craſsitudine ſubſtantiæ aperiunt, vt amara, quia humores aduſti ſunt. Et talia quæ cum craſsitudine ſubſtantię aperiunt, longè plus exiccant, quàm calefaciant. Et febris ſi curari debet cum frigidis & humidis, curari oportet. Non igitur ita audacter hæc faciemus. Meliora ſunt quæ incidendo & penetrando aperiunt, vt eſt oxymel, quod proprias vires habet refrigerandi, conſtat ex aceto & melle. Mel calidum in ſecũdo gradu, ſeptimo Simplicium medicam. acetum remiſſe frigidum, & tamen 4. Simplicium medic. id plus refrigerare dicit Galenus, quàm mel calefaciat. Sed hoc videtur contra rationem, & id quod κατὰ γένη inquit, vbi calidum in ſecundo, cum frigido in primo naſcetur, calidum remittet ſuam qualitatẽ propter frigidum. Sed rectè & optimè loquitur Gal. & ex veris ac rectis principiis. Ad hoc enim vt aliquid calefaciat vel refrigeret, duo requirũtur. Primò vt poſſit ad actum facilè reduci. Secundò vt penetret. Si iam componatis mel cum aceto, hoc penetrat per ſingulas partes: nam etiam lapides penetrat, & vſque ad profundum refrigerat. Ideo bene dicit Meſue de ſyrupo acetoſo, eum penetrare. Rectè igitur Galenus dicit, longè plus refrigerare acetum, ob penetrationem ſcilicet. Aperiemus igitur oxymelle, ſed quia diu ægrotauit, non vtemur ſimplici, ſed compoſito. Quare hoc modo facerem:

R. Oxymellis cum duabus radicibus ℥.j.
Mellis roſati ℥.s.
Aquæ Cichorij ℥.iiij.

Quæ refrigerat calefactas partes, calefacit refrigeratas, vt dicit Meſue: quia mediocria & temperata ad extrema ſe habent tanquam contraria: quia non multus exceſſus frigidi aut calidi, ad extrema ſe habent vt medium. Non multum vt amini aquis deſtillatis, quia omnes frigidæ. Ego tantum vnam accipio in ſyrupis, quia manifeſtum nugamentum eſt eorum, qui congerunt multas aquas deſtillatas in parua quantitate, & hanc vni præferunt. Beneficium ventris habet quotidie, & vtatur ſyrupis. Cœnam ſumat hora vigeſimatertia, vt ſit leuis, ſi manè vehemens paroxyſmus ſuperueniat.

CONSILIVM IIII.

In quarta acceſsione & inſpectione huius ægri hæc dixit.

A EVACVATIONES materiæ peccantis in quanto ita ſunt fœlices, vt ſatis indicat felix euentus, quia heri parum febricitabat, nunc nihil. Et vrina tota eſt perturbata, cui etiam humor multus ſubſiſtit, qui ita euacuatur: & albus cum aliqua citrinitate, indicat ergo pituitam cum bile. Quare nihil operabimur noui, ſed expectabimus euẽtum fœlicem.

B

CONSILIVM V.

De febre putrida continua.

PROPONITVR caſus puellæ octodecim annorum, complexionis calidæ & ſiccę, optimæ perpetuò valetudinis, quæ ex curis & affectionibus animi, quas in fratris ſui aduerſa valetudine habuit, in ægritudinem incidit. Menſtrua diminuta ſunt, & febris eam corripuit cum horrore, & aliis accidentibus: C adeſt dolor capitis, & circa regionem ventriculi, nempe circa orificium, præcipuè verſus hypochondrium, tenſiones percipiuntur: adſunt inſomnia ſeu vigiliæ, oris amaror, non tamen cum ſiccitate notabili: calor mordax percipitur, & velox pulſus. Acceſsionum principia hactenus notari non potuerunt, ideo continua putatur, quæ tamen de tertio in tertium magis exacerbatur. Adeſt laſsitudo vehemens, ita vt ſe vix tollere queat. Rugitus item in ventre ſuperiori D & inferiori auditur. Oportet primum videre quę natura ſit morbi quo affligitur: poſtea, quę cauſę: demũ modus curandi inquirendus eſt. Primum hanc laborare febri putrida, manifeſtum eſt ex ſignis: pulſus frequentior, inæqualis magis, ac velox, quod putredinem ſequitur, vrinæ craſſæ, cum hypoſtaſi per totũ corpus ſparſa, calor mordax in ſuperficie cutis. Hæc igitur febris eſt morbus in temperatura. An verò præter hanc alia ſit ægritudo? Credo quòd ſic: eſt alia in compoſi- E tione. Circa orificium & regionem ventriculi tumor eſt cum dolore quando tangitur, neque tamen dolor notabilis: & in anhelitu quandoque percipitur, & à nobis tumor ipſe tangitur. Ita duplex eſt ægritudo. Poſsit aliquis dicere, adeſſe etiam tertium, obſtructionem circa vterum, quia actiones eius læſæ in excernẽdis menſtruis, ergo & membrum læſum. Sed quia menſtruorum diminutio nón ex obſtructione tantùm, ſed ex mala etiam tẽperie in ipſo vtero, vel ob ſanguinem F craſsiorem contingere poſsit, non poſuerim pro certo, id quod eſt in dubio. Iam morbi cauſæ inquirendæ: non enim ſcimus curam, quando ſcimus talem vel talem eſſe morbum, ſed ex cauſis cura petenda eſt. Eſſe putridam, ex dictis ſignis conſtat, pulſu, vrina, calore mordaci. Sed in quibus humoribus eſt ea putredo, & vbi? Hoc etiam ex ſignis eſt inueniendum. non habet motum velociſsimum hæc febris. Talis autem fit, quando putreſcit humor calidus, qui & ſubtilis vt bilis, G vel ſanguis: qui quia velociſsimi motus ſunt, terminantur ſeptima, vel ad ſummũ decima quarta die. Et habet ſæuiſsima accidentia: nec tarditatem habet eam, quę fit cum putreſcunt humores

res frigidi vt pituita, & humor melancholicus. Nec calor ita remiſſus eſt, & vrinæ magis tinctæ, & dolor occipitis. Ergo humor qui putreſcit, nec calidus eſt nec frigidus ſimpliciter, ſed mixtus: quia accidentia mixta ſunt: motus medius inter tardum & velocem, & reliqua ſigna media. Sitis quidem, ſed non maxima: nec dolor capitis nimium intenſus: ideo humorem putreſcentem etiam medium crediderim inter calidum & frigidum, & mixtum ex plurima pituita & bile. Sed vbi putreſcit humor? Audio febrem continuam ſine typo, & ſemper æqualem: ergo humor putreſcit intra venas. Eſt enim febriū continuarum proprium, non horrere. Sed ſi haberet aliquem typum, aliter dicendum eſſet. Quod ideo dico, quia in pulſu hoc veſpere ſenſi aliquam contractionem: & ipſa etiam cooperiri voluit: quæ duo cum concurrant, maximè indicium faciunt eſſe aliquem typum. Et ſæpe hoc cōtingit, vt in febribus continuis poſt aliquot dies incipiat apparere typus, vel quia natura fortior in expellendis ſuperfluitatibus facta eſt, vel quia coctio aliqua facta, & materia ſubtilior exhalat. Ideo enim continuæ febres periculoſæ dicũtur ratione ſigni, & cauſæ. Ratione ſigni, quia indicant naturam debiliorem, quæ permittit materiam vt inimicũ putreſcere in proprio domicilio, nec poteſt extra venas expellere. Ratione cauſæ, quia ea materia putreſcens facilè inficit maſſam ſanguinis, ad qđ ſequuntur febres peſtiferæ & exitiales. Fieri igitur poteſt, vt hactenus nō habuerit, & nunc incipiat habere typum, idq; bonum eſſet per viam ſigni, & per viam cauſæ. An modò incipiat nũc materia putreſcere extra venas, vel ſit adhuc intra venas, facillimè videbit Excell. V. per ea quæ ſuccedent. Si nullus typus ſuccedit, erit intra venas: ſi erunt aliquæ periodi, erit extra venas. Ideo nolo determinare in re ambigua: tempus oſtendet. nec propterea tolletur modus curandi, ſiue intra ſiue extra venas ſit, cum certiſsima ſit inuenta ratio humoris peccantis. Poteſt tamen ſi ſit intra venas, augere difficultatem. His ſtantibus facile eſt nunc videre cauſas ſymptomaticas. Vapores aſcendunt in caput, & dolores excitant: quia admixti ex pituita & bile, dolores quidem faciunt, non intenſos tamen, propter pituitam obtundentem acrimoniam. Eadem cauſa eſt vigiliarũ, quæ ipſæ propter pituitam admixtam nō ſunt continuæ: & quòd nō multum ſitiat. Licet hæc omnia eam quoque infeſtent propter humores permixtos contrarios, quorum alter excitat, alter reſtinguit hæc ſymptomata, & mitigat. Ita omnia ſibi concurrunt, vrinæ rubræ, & tamen craſſæ, quia duo humores, pulſus inæqualis. Ergo non eſt biliosus humor ſolus, qui velocem quidem facit, ſed pituita magis inæqualem. Hę ſunt cauſæ omniũ ſymptomatum quę conſequuntur morbum. Adeſt præterea obſtructio, quæ vbi ſit, ex tumore & dolore apparet. Quare & Galenus & Auicenna teſtantur, quòd vbi dolor, ibi eſt ægritudo. Sed vnde eſt tenſio? Non eſt ex apoſtemate (alia enim ſequerētur, & multa ſæuiora ſymptomata) ſed ex materia flatulenta: quæ facit tumorem, propterea quòd flatuatur: nō propter ſuam multitudinem: ſi enim eſſet tanta materia non flatuoſa propter multitudinem, comprimeret diaphragma & ſuffocaret: deinde perſeueraret tenſio, nec ita facile reſolueretur à quocũq; extrinſecùs applicato. Hic dolor facilè remittit, ergo non ex abundantia materiæ, ſed propter ventoſitates, ob quas intumeſcit: hincq; eſt quòd cōprimitur & impeditur in dilatatione, ideò adeſt difficultas anhelitus, ſed nō durat, quia flatus citò diſcutiuntur. Hic tumor eſt morbus in compoſitione, quia facit intumeſcere locum, vt non faciat operationes debitas, & eſt ea tenſio ex præſentia materiæ. Hæ igitur ſunt duæ ægritudines, & puto vtranq; habere ſeparatas cauſas, nec vna remota alteram remoueri. Sed quia adeſt & retētio menſtruorũ, videndum eſt an vna etiã ea ſit ex his cauſis. Cum conſidero præcedentia & temperaturam huius, puto hanc diminutionem menſtruorum potius eſſe ex craſsitudine menſtruorum & ſanguinis, q̃ ex obſtructionibus matricis. Etſi enim ſanguinem habet humidiorem ratione ætatis & ſexus, & quia in ocio vixit & deliciis, & albi ſit etiam coloris (ſicut ſolent eſſe fœminæ, quæ non exercentur vt viri) & ob has cauſas facilè aliquem decipere poſsit, vt videatur frigidior quàm ſit, habet tamen venas magnas, & arteriarum motum fortem & magnum: & frater ipſius, qui ex eodem ſemine eſt, eſt calidus & aduſtus, ideo credo eam generare multam bilem & ſanguinem aduſtum. Deinde eſt in decimo octauo anno, qui in puella citius creſcente & ſeneſcente eſt ipſe flos ætatis, & eadem quæ viginti octo annorum ætas, quia tunc maximè viget ſanguis. Acceſsit ægritudo fratris, quem amabat plurimùm. Habuit vigilias, curas, & accidentia animi, quæ adurunt ſanguinem, ita vt inde homines etiã melancholici fiant, quia ſanguis aduritur. Eſt igitur ſanguis craſsior, & multiplicata excrementa pituitoſa, quæ fuerunt cauſæ febris, quæ ipſa etiam ſanguinem magis adurit: ideo rebellis eductioni, vt non poſsit liberè exire per meatus anguſtiores. Exiuerunt quidem menſtrua, ſed diminutè: ideo cauſa non in obſtructione erat vteri, ſed ſanguinis potius craſsitie. Et cum ſint tres cauſę diminutionis mēſtruorum, debilitas virtutis excernentis, obſtructiones viarũ & ſanguinis craſsities, ego hic tertiam eſſe credo. Hæc de eſſentia & cauſis horum morborum. Quod autem ad mores attinet, febris nulla habet ſigna malignitatis: habet ſua accidentia, quę pendent à putredine, ſine deliquiis & egeſtionib⁹ putridis, & vrinis minimè indicantibus malignitatem: ſed habet ordinarios affectus cognitos, ideo ordinariam crediderim, & non malorum morum. De tempore febris. Non video quidem ſigna coctionis, non tamen arbitror nos adhuc eſſe in principio morbi: non enim ita perfecta coctionis ſigna expectanda ſunt in ægris ſicut in ſanis. Non igitur dicendum, adhuc eſſe in principio: ſit enim aliqua coctio, non quidē qualis in ægro: & hanc ob cauſam in augmento eſſe crediderim, non in ſtatu tamen, vbi coctio ſit perfectior.

Prognoſticum. Niſi aliud ſuperueniat, quia in itinere multa poſſunt contingere, vt dicit Hippoc.

in febribus acutis non eſſe certa ſigna prognoſti-
ca: & addit rationem Galenus, quia facilè mutari
poſſunt vel ad melius, vel ad peius: tamen prout
talis eſt, non eſt lethalis. Nam quod dicit Hippo-
crates, febres non intermittentes, quæ tertia die
exacerbantur, periculoſæ: verum eſt, quia facilè
in deterius incidunt ſi negligantur: ſed propte-
rea non ſunt lethales per ſe, ſed ad optimũ finem
deducunt, ſi medicus non delinquat, & æger obe
diat: quæ cum ambo hic ſint conuenientiſsima,
facilè ſanabitur.

Cura. Videmus naturam morbi & principium
affectuum pendere à materia putreſcente: mate-
ria igitur euacuanda, & putredo remouenda. Ma
reria craſſa eſt, mixta ex pituita & bile, & maxi-
ma parte intra venas, quia non ſunt viſæ periodi:
ea igitur remouenda. Sed Hippocrates non tan-
tùm præcipit, Si talia purgentur qualia oportet,
confert, & leuiter ferunt, &c. ſed alibi etiam: Quo
cunque natura vergit, eò maximè ducere opor-
tet. Quærendum igitur, quomodo & per quem
locum: quia quid ſit vacuandum, facile videmus,
pituita ſcilicet & bilis. Sed ex quo loco? vbi putre
ſcit in venis, propterea quòd perſpiratio prohi-
betur, & calor naturalis opprimitur à multitudi-
ne materiæ: ergo euacuanda. 4. Sanit. tuendæ. Si
putreſcit materia intra venas non aliena à ſangui
ne, mitte ſanguinem copiosè: ſi non multum alie-
na, mitte, ſed parcius: ſi omnino aliena, abſtineas.
Hæc ſunt verba Galeni. Hic humor non eſt admo
dum alienus, quia pituita mixta cum bile ſapit ca
liditatem, & omnino tardi motus eſt: nec rebellis
eſt calori, quia inflammatur. Eſt ergo permixta
ſanguini, & putreſcit, quia prohibetur euentatio,
& facit obſtructiones. Venæ igitur ſunt euacuan
dæ, & quærendum vt tranſpiret corpus, & va-
cuetur materia, qđ neq; citius fieri poteſt quàm
per miſsionem ſanguinis, ideo eam in febribus
laudo ſemper, quia vel antecedentem vel proxi-
mam cauſam tollit, ſiue humor ſit extra, & tunc
antecedentem tollit: ſiue intra venas, & tunc pro
ximam. Mittendus igitur eſt ſanguis, idque ſta-
tim antequam morbus ad ſtatum perueniat: neq;
reſtitandum, quia periculum eſt ne æger moria-
tur. Vidi omnes ſic curatos, & credo nihil præ-
ſtantius niſi vt mittatur ſanguis. Nec â ſaphena e-
ducerem: ſi enim ſint obſtructiones, non exibit
ſanguis, cũ præſertim materia ſit craſsior. Ideo à
baſilica mitterem, quæ ad educendũ ſanguinem
craſsiorem eſt aptiſsima. Refrigerabit hepar, vt
generet ſanguinem magis æqualem, nõ tam craſ-
ſum, qui poſtea ſponte euacuabitur natura inſur-
gente, ſublato hoc modico impedimẽto. Si igitur
cras non erit ſummè debilis propter maximũ pa
roxyſmũ, aut vigilias huius noctis, vt magis indi-
geat alimẽto & reſtauratione quàm miſsione ſan
guinis, omnino fieri phlebotomiam à vena baſi-
lica ſuadeo quantum ſufficit, quàm præſens Me-
dicus iudicabit: ſi ſanguis niger & craſsior, pmit-
tatur exire: ſi pulcher, clarus, lucidus, ſtatim ob-
ſtruatur: ideo enim laudat Galenus miſsionem
ſanguinis præ cęteris medicamentis per os exhi-
bitis, quia ſemper reprimi poteſt, & vel parũ vel
multum educi, ſecundum aſtantis voluntatem:

A quod non poteſt moderari in medicamentis per
os exhibitis. Et video quotidiana experientia,
quòd vbi prætermittitur ſanguinis miſsio vbi fie
ri debebat, morbi fiunt lethales aut longi. Nec i-
deo timeat quòd ſit prima phlebotomia: habet ę-
tatem conuenientẽ: aut quòd inde futura ſit ſte-
rilis: iſtæ ſunt aniles fabulæ, & figmenta ſine fun-
damentis. Si tamen ſudet copiosè, aut per aluum
egerat, vel per nares ſanguinẽ reddat, vel aliqua
fiet vacuatio, vel plurimum laborarit, vel virtus
B defeſſa ſit admodum, omitterem. Si nihil horum
cõtigerit, mane ſummo, clyſtere exhibito, ſub ho-
ram 17. aperirem venam. Circa alterationem po-
ſtea (quia in putridis non ſolum ſanguis mitten-
dus, ſed etiã alia facienda, quę Auic. duob⁹ verbis
diuinè docet, cum inquit: lenire aluũ, prouocare
vrinam: hæc qui facit, curat febres putridas) leni-
tur aluus clyſteribus, & eſt, inquit, magis dilectus
vſus clyſterum, quia fit quotidie ſine moleſtia,
quàm prouocare vrinas. Syrup. ex capillis Vene-
C ris optimus eſt, aperit obſtructiones. Syrupus de
cichorio Nicoli, Biſantinus omnes ſunt optimi,
eligatis quos vultis. Poſtea ſi vellet tolerare deco-
ctum in hyeme hac, melius eſſet: acciperẽ aquam
endiuiæ & capill. Veneris, quanquam in his non
confido multum. Ideo ſi haberemus herbas bo-
nas, capill. Ven. & ceterach, eas decoquerem in a-
qua endiuiæ & boraginis, & eſſet eo maior ſubti-
litas & facilitas prouocandi vrinam.

Pro obſtructione. Si ſingulis diebus vel alternis
D acciperet vnam pilulam aloes, vel hieræ ſimplicis
ſcrup. j. iuuaret. Nec metuerem febrem, quia eua-
cuat bilem, & reſtringit ſitim, refrigerat, & educit
materiam facientem obſtructiones, & calefacien-
tem, & poteſt dari lota aloe, vt minus calida ſit:
educit humores. Sed ſi eſſent imbibiti intra tuni-
cas ventriculi, melior eſſet hiera, vt inquit Gale-
nus. Poteſt igitur exhiberi aliquot diebus, vt vi-
deamus quomodo conferat: ſi enim non condu-
cit, poterimus alia exhibere: ſed credo quòd ex
E his optimè habebit.

Ratio victus. Neſcio an conſueuerit vinum lym-
phatum bibere: ſi poſſet, credo vtile fore vt abſti-
neat à vino. Galenus tres recenſet cauſas, in qui-
bus ſit abſtinendum à vino: in epilepſia, in adu-
ſtionibus atque inflammationibus & humori-
bus crudis. Hîc ſunt humores crudi, &c. Sed da-
rem aquam coctam cum cinnamomo vel pipere,
quam Galenus dabat, & fortè melius eſſet: quia
enim eius caliditas non tranſit ad hepar, poteſt
F poni vel piper, vel cinnamomum, vel quatuor ga-
ryophylla cum modico ſacchari. Comedet iu-
ſcula, panatellam, & modicum carnis. Si habe-
bit paroxyſmos, mutatur ratio victus, & non ita
citabitur ſub noctem, quòd eo tempore ſoleant
magis exacerbari ſymptomata, vt iam etiam ac-
ceſsio manifeſtè ſe oſtendit.

CONSILIVM VI.

G

Pro muliere grauida, laborante febre acuta, cum æſtuatione ſtomachi & leui quadam lipothymia.

HABE-

HABEMVS præclariſs.D. mulierem grauidam in 7.mẽſibus, laborantem febre acuta,in qua & ſitis magna,& ſummus calor reperitur. Laborat etiam æſtuatione quadã leui ſtomachi, ita vt ſit leuis quædã lipothymia. Vt autem curetur,eſſentia huius febris eſt à nobis dignoſcenda. Noſcemus eſſentiã, ſi humores, locum, & magnitudinem febris noſcamus.Humores,à quibus hæc febris dependet, ſunt tres,bilioſus ſcilicet, pituitoſus & melancholicus. Tota hæc maſſa à ſanguine puro diſtincta putreſcit,quod ex craſsitudine vrinę,ex excremẽtis,& longitudine paroxyſmorũ declaratur. Sanguis verò ebullit, atq; ita hæc febris propè eſt, vt peſtilens euadat.Locus eſt ambit⁹ venarum.ſęua autẽ febris eſt, qđ ex ſymptomatibus colligitur. Caſus difficilis eſt,tum quia grauida eſt, & fœtus magnus, tum etiã quia ingens & grauis morbus. Vt curetur procurandum eſt, ne humores generentur: & ſi qui geniti ſunt, paulatim & leuiter educãtur.Atq; in primis adulteranda ſunt membra principalia, ita enim & generatio humorum tolletur,& febris ardor extinguetur, cùm nõ poſſumus vti ſanguinis miſsione, neq; medicamẽto ſolutiuo ,ppter imprægnationem. In primis igitur hoc linimento exteriùs inungerem, facto ex oleo roſaceo completo, & cera alba lota. Ventriculum verò cum roborante linimento, facto ex oleo Myrtorum & Cydoniorũ.Et ſi quid parum olei deAbſinthio addatur,non diſpliceret: his enim linimentis & corroborabuntur membra, & extinguetur calor. Cordi verò applicarẽ vnguentum roſatum Meſuæ, cum ſpeciebus cordialibus temperatis,& Sandalis. Interiùs verò exhiberem ſyruptim acetoſum factum ex aceto albo optimo,& ſaccharo exquiſito,& aqua roſacea,& cum aqua Endiuiæ,Acetoſæque miſcerem, vt corpus refrigeretur:id ſerò & manè exhiberẽ. Quantum ad lubricitatem ventris, quæ procuranda eſt, attinet: laudo clyſterẽ factum ex iure pulli, in quo decocti ſint furfures, & hordeum, addendo mel roſaceum,& oleum violatum:ita enim abſterget, & non lædet matricem.

De victu. Oua non ſunt admodum ad rem, niſi cogamur nutrire. Iuſcula ſint pulli, alterata cum Acetoſa,Endiuia,Cichorio.Tranſacto nouilunio poterit iterum Manna exhiberi, vel cum eo Rhabarbarum,cùm priùs exhibitum contulerit, vel ſolum Manna reiterari, & hoc pacto fieri poterit euacuatio.

CONSILIVM VII.

De febre continua in grauida muliere.

MAGNIFICA domina paſſa eſt febrem per menſem, & affligitur leniſsimo typo circa horas veſpertinas. Exacerbatio non fuit cum frigore ſenſibili, ſed cum calore paulatino, ita vt pateretur circa cor, & haberet anxietates. Poſtea habuit vigilias,& aſtrictionem alui,à qua liberata eſt. Deinde à cibo ſtomachicis anxietatibus angebatur, quæ adhuc perſeuerant. Poſt aſſumptionem pharmaci ſitis receſsit,& tumor in liene, qui deduxit hanc Do-

A minam ad καχεξίαν: nõ quo ad ſubſtantiam, quia nondum eſt hydrops, ſed quoad colorem. Poſtea accedit etiam hoc, quòd grauida eſt, ita vt fœtus ſit perfectus:exceſsit enim ſeptimũ mẽſem. Quare eget plurimo alimento. Dubitatur nũquid exceſſerit nouum menſem,an ſit in octauo. Dicit enim,quòd poſt quartum Iulij,non amplius percepit fluxum menſtruorum.Et nũc ſumus in prima die Aprilis, ſecundum menſes lunares ſumus in nono. Quæritur in quo tempore ſit febris? A-

B pertiſsima ſigna apparent concoctionis poſt aſſumptionem benedictarum Medicinarũ, vt Mannæ.Perſeuerat tamen tumor,ſitis,& anxietas, habet typum,ita vt ſit vel cum frigore vel rigore. Igitur putredo eſt intra venas,quæ etiam ſolet habere ſuas periodos, & credo hanc febrem eſſe cõtinuarum vnam,pendentem ex nullo humore abſolutè,ſed ab omnibus complicatis ſimul. Habet colorem tendentem ad fuſcedinem, ergo melancholia abundat.Eſt item calidiſsima, & humida:

C quę omnia indicant non vnum ſolum,ſed plures redundare humores.Multæ etiam fæces pituitæ permiſcentur cum excrementis, & habet catarrhum,qui ſatis indicat abundare pituitam. Bilis etiam citrina admiſcetur excrementis. Deinde ſanguis craſſus è narib⁹ deſtillat.Quare dico omnes humores hoc in corpore abundare, & ſanguinem trahi in conſenſum, habet enim maculas rubras. Cum itaque omnes humores hic putruerint,habet febrim continuam.Et quia craſsi & fri-

D gidi humores hîc putreſcunt,febris eſt lenta,non cum horroribus magnis,nec cũ ariditate linguæ. Vigiliæ fiebant ratione melancholici humoris, imaginabatur enim multa. Ex maculis poſſet argui adeſſe febrem peſtilentem. Dico autem has maculas poſſe contingere ſine peſte, & peſtem quoque ſine maculis. Febris peſtilens pendet ex putredine ſanguineæ maſſæ, ibi natura excernit has maculas, plus nigras, pro maiori aduſtione, quandoque natura obruitur, vt non poſsit expel-

E lere. Vidi ego hominem habentẽ iſtas petechias ſine febre. Quare credo hîc non adeſſe febrem peſtilentem, quia ea nunquam eſt ſine fluxu colliquatiuo,qui hîc non apparet:neque per menſem cum tot accidentibus vixiſſet,aut certè nunc Hectica eſſet. Fortior verò natura à Manna facta, expulit. Sitit, quod bonũ ſignum eſt, ſecundũ Hippoc.Habet duritiem in pulſu per duos dies, & tremorem, quare credo eſſe aliquã læſionẽ in membris neruoſis. Patitur tenſionem circa hypochon-

F drium ſiniſtrum, qua comprimitur diaphragma, &difficulter ſpirat,& ſic trahuntur in conſenſum nerui omnes. Humor etiam melancholicus cum ſit terreſtris, & mordax, facit ad duritiem. Bibit etiam plus,quàm comedat. Hinc potus ſupernatat, & inde acceſsit etiam aliqua anxietas.

De Prognoſtico. Ratione ægritudinis deberet ſaluari, & ex excretionibus colligo naturã ſuperare morbũ.Sed quia nõ ſentit moueri fœtum,aut ille eſt omnino debilis, aut mortuus. Plurimi quoq;

G ob magnitudinem ſplenis,in hydropem incidũt. Trahit enim ſplẽ ob vicinitatẽ in conſenſum hepar.Nam hydrops non fit ſine frigiditate hepatis. Dubito itaq; de morte, nõ ratione morbi, ſed fœ-

tus. Qui cũ ambigatur, an mortuus ſit nec ne, me
tuo ne vires eius deiiciatur ex his purgationib⁹.

De Cura. Cum videremus illam indigere alimẽ-
tõ ob fœtum, ob ventriculi verò imbecillitatem
& febrem, nõ multo vti debeat, vices iterauimus,
vt ſingulis ſex horis comederet vitellos ouorum,
ius pulli, & ſimilia. Mel roſaceum cum Citro &
Scordio dedi. Nolui dare aſtringẽtia, ne dici poſ-
ſit fœtum iam mortuum à me occiſum. Conceſsi
verò vinum aquoſum. Natura hîc maturauit, nõ
tamen expellit, quia non ſufficit. Quare nos mo-
uebimus. Cum tamen virtus nõ ſit fortis, nec par
tus, non auderem addere vim maiorem, quàm
Mannam, ne ſequatur fama Medicorum mala,
quia & ipſi & fœtui mors horaria imminet. Præſa
gium hoc res ipſa confirmauit, ſiquidem hæc mu
lier non ita poſt multos dies obiit.

CONSILIVM VIII.

De febre putrida cum præfocatione ab vtero.

IVDAEI cuiuſdam vxor laborabat do-
lore ventriculi, cum præfocatione ma-
tricis & febre: ſuperioribus etiã diebus
laborarat febri: quare medicus qui tunc
fuerat vocatus, primùm leniuit ventrẽ, deinde ba
ſilicam incîdit: & quia non attenderat ad princi-
palẽ cauſam febris in hac muliere, quæ pendebat
ex matrice, interim illa in febrem incidit, & ma-
lum eſt auctum: ſed quomodo, pòſt dicetur. Fe-
bris inuaſit cum ſæuis ſymptomatibus, nam in
ſyncopen incidit, & dormire nequiuit, propè de-
lirauit, melancholica. Vocatus ad eam, corporis
diſpoſitionẽ primò conſideraui, & cæteras dein-
de cauſas ægritudinis diligẽter inquiſiui. Ipſa au-
tem quia admodum formoſa, calidæ & humidæ
eſt temperaturæ. Totius naturam ſequitur pars:
quare & matrix calida & humida: quæ propterea
etiam libentius vapores generat, qui deinde eua-
porant, & ſurſum feruntur, & ventriculum per-
turbant, caput replent, vnde inſomnia, & melan-
cholica deliramenta: ad hæc cum accederet mala
diæta, illa aucta ſunt, corpuſque debilitatum eſt
magis: neque menſtrua, vti par erat, purgata, vn-
de & febris hæc cauſata eſt. Lex Moſis prohibet,
ne à purgationibus menſtruorum ante cum viro
coeant, quàm ſeſe frigida abluerint. Necdum pur
gata ſatis, in frigidam inſilierat, quam lotionem
obſtructio eſt ſequuta, atque hãc febris, qua nunc
laborat. Acceſsit etiam ſtrãgulatio matricis: nam
lotionem ſequuta eſt etiam intemperatura ma-
tricis: generati in ea propter intẽperaturam vapo
res: deniq; fortiter clauſa eſt matrix, vt etiam pur
gationes ſiſterentur, quæ deinde doloris ventri-
culi cauſæ: & ipſa febris inde facta eſt auctior.
Sed quoniã neceſſe erat hanc ſuppreſsionẽ men-
ſtruorum, & matricis præfocationem ſolui pro-
pter maiora pericula, quæ timeo, & præſertim
ſyncopen, dedi illi Mithridati ℈.ij. cum ſaccharo
roſato, vt Mithridatum calefaceret matricem, &
materiam vaporum exiccaret, deniq; vias aperi-
ret, atq; vt ſaccharum roſatum confortaret ventri
culum. Sed dicat aliquis, augetur febris: conce-
do, ſed maius ex matricis præfocatione periculũ

A impendet: neceſſe eſt igitur hanc primum om-
niũ curari, febrem curabo paulo pòſt facilius ſy-
rupo roſato, & de cichorea, cauſis etiam ſublatis,
& ſolutis obſtructionibus, & reducta caliditate
ad temperiem. Ad hanc præterea doſin Mithri-
dati cũ roſato, adhibui etiam frictiones pedum,
vt prouocarentur iterũ menſtrua, & res pulchrè
ſucceſsit. Ne verò ſpe noſtra fruſtraremur, iuſsi
lauari pedes in decocto betonicæ, ſaluiæ, &c. Itẽ,
vt ex herbis illis fumum acciperet: præterea dedi
B decoctum radicũ fœniculi, petroſelini, & aniſi, &
cœperunt iterum fluere menſtrua. Nam niſi re-
diiſſent menſtrua his mediis, cucurbitulã etiã ſa-
phenę applicuiſſem, vt ad inferiora ſanguinẽ mẽ-
ſtruũ ꝓpter communicantiã venę ad matricẽ re-
traherẽ, quanq̃ frictio ipſa ad hęc prouocanda ſa-
tis ſit efficax. Atq; inde facilè eſt æſtimare, quan-
tũ nocuerat prior Medicus, qui baſilicã incîdi cu
rauerat. Inciſio enim baſilicæ menſtrua ſurſum at
traxit, vnde omnis mali labes. Nunc autem cum
C fluant, ne quid accidat quod ſiſtat menſtrua, dili-
genter cauebimus: imò quoad poterimus, natu-
ram eius adiuuabimus ad expulſionem. Hac au-
tem nocte nihil dormiuiſſe ſe conqueritur: neque
mirum, frictio nãq; quia corpus calefecit, febrem
adauxit, & fluentibus menſtruis omnia mouen-
tur in corpore, vnde inquietudo: poſtremò vapo
res caput calefecerunt. Quare ad conciliandum
ſomnum, iuſsi vt nares oleo violaceo inungeren-
tur, & tempora: hoc ſi nihil profecerimus, perue-
D niam ad vnguentum populeonis. Sed roget quis,
cur nihil exhibeam per os, quod ſomnum conci-
liet? Reſpondeo, quia omnia conciliantia ſom-
num, frigida eſſe & humida neceſſe eſt, & frigida
morbi materiam groſsiorem reddunt, & expul-
ſioni ineptiorem, quare nihil exhibeo.

CONSILIVM IX.

Pro puero, qui à ſcabie curatus, febri ex viſce-
E *rum obſtructione laborabat.*

QVIDAM puer cum ſumpſiſſet pillu-
las, primò vnam de Aloe ſimplici, & a-
liquot etiam alias ex Aloe & Rhabar-
baro, ſatis cõmodè ab iis purgatus eſt,
donec materia, quę in ventriculo & inteſtinis cõ-
tinebatur, euacuaretur. Ea remota, cum nihilomi
nus quarto quoq; die vnam ſumeret, aluum nihil
leniorem ſenſit, quia febris etiam ſuperuenit, quę
cum leui rigore inuadebat, quotidie perdurante
F calore ad tres etiã horas. Vocatus eſt Montanus,
vidẽs primò colorẽ totius faciei & corporis albũ,
ventriculi debilitatẽ eſſe ſtatim aiebat: quòd co-
lor corporis, vt & Galenus teſtatur, dominium in
corpore humorũ abundantiũ oſtenderet, niſi in
interioribus ſeſe cõtinerent humores, quod raro
fit, vt ait Galenus. Dicebat igitur ventriculũ debi
litatũ, ac plurimum pituitæ in eo corpore genera
ri, quod etiam pulſus teſtaretur, qui debilis erat
oppreſſa virtute ex nimia vi pituitæ. Tãgens dein
G de ventrẽ circa regionẽ ventriculi, & in vtroq; la-
tere, maximè verò in dextro, tẽſiones percepit, ita
vt cũ in dextro cõmodius tangeret, gurgitationẽ
quandam manifeſtè ſentiret. Vrinæ crudæ erant,

& in

A & in fundo aduſtionis ſigna oſtendebant. Montanus, vt obſtructiones eas aperiret, ex quibus febris orta erat, primùm ordinauit hos ſyrupos:

R. Rhabarbari electi ʒ.j.
Spicæ grana vj.

Minutim incidantur, & inuoluantur panno lineo ſubtili, deinde in libram vnam infundantur aquę Endiuiæ: & hæc infuſio diuidatur in partes tres, pro trib. ſyrupis, ſemper in ſingulis ſyrupis faciẽdo expreſsionem dicti Rhabarbari in linteo, non remouebitur ab ea aqua niſi in fine.
B Sumantur autem hi ſyrupi hoc modo:

R. Tertiam partem huius aquæ: deinde
R. Syrup. de abſinthio,
Syrup. de acet. ſimpl.
De duabus radicibus ana ℥.s.

Miſce pro vno & ſic pro aliis duobus. Item,

R. Olei de ſpica, ab aromatarijs ſumpti, cerę q.s. fiat linimentum pro vnctione oppilationis in parte dextra. Item:

C R. Olei de Capparibus ℥.j. Bdellij,
Ammoniaci ana ʒ.ij.
Agarici electi ʒ.j.
Aceti Scillitici ʒ.j.s.
Hyſſopi humidæ,
Olei Amygdalarum amararum ana ℥ j.

Cum modico ceræ fiat ſecundum artem linimentum pro ſplene. Item,

R. Olei de abſinthio ℥.j. Maſtichini ℥.ij.
Ladani electi & pinguis ʒ.j.

D Miſce, & fiat limentum pro ſtomacho. Vſus erat his vnctionibus, & ſyrupos etiam acceperat tres, ſicut ordinati erãt: ea febris mitigabatur quidem, ſed quoniam obſtructiones non tollebantur, neque febris penitus auferebatur: ſymptomata tamen omnia mitiora erant, ita vt ad ſanitatem vergere videretur. Montanus videns vrinas non malas, & febrem mitiorem, obſtructiones etiam in dextra parte apertas, ſed in ſiniſtra non item, vbi etiam durities quædam tactui apparebat, voluit eum ſumere aliquot diebus ſequentia:

E R. Duas heminas brodij de pullo ſemicocti, in quo decoquantur Cetrach,
Capilli Veneris ana ℥.j.

Decoctione facta, fiat expreſsio fortis, & in decocto infundantur oxymellis Scillitici, Geleniabin ana vnciam vnam: exhibeatur manè hora ſyrupi calidè. Iterum,

R. Trochiſcorum de Abſinthio,
De Capparibus ana ℥.j.s.

F Cum melle roſato fiant pillulæ 9. ex quibus 1. ſumat ſingulis diebus immediatè ante ſyrupum.

CONSILIVM X.

De febre orta ex obſtructione, in puero Veneto.

OBILEM hunc puerum febre affici ex obſtructione, non modò ratio, ſed ſenſus etiã indicat, obſtructione inquam membrorum naturalium. Curari ergo non poterit febris, niſi remota obſtructione.
G Quãtum igitur ad victus rationem attinet, mihi videretur quòd attenuans cibus & potus eſſet adhibendus. Ergo vinum album, pauciferum, ſubtile, quale hucuſque rectiſsimè oblatum eſt, maximè conuenire exiſtimo. Carnes hœdorum, & pullorum, cum quibus coquatur aniſum, vel fœniculum leuiter contuſum, panno lineo inuolutum. A granis omnibus abſtinerem, præterquàm ab hordeo optimè bis cocto in iure, quo eſſem contentus addito petroſelino, vel betonica, vel fœniculo. Et quoniam audio paroxyſmum circa veſperas inuadere, laudo parciſsimè cœnet, & in horis magis quietis: hoc enim in febre tollenda plurimum conferre arbitror. Prquiderem, vt ſingulis diebus beneficium alui haberet, nihil enim efficacius ad febrem ex obſtructione tollendam, quàm lenire aluũ, & prouocare vrinam. Et cum audiam hunc puerum continere non poſſe quin ſe plurimum puerili more exerceat, omnino hos incongruos motus coercendos iudico, & intra ædes proprias, quantum fieri poteſt, puerum continendum. Quantum verò ad medicamenta attinet, cum apertio ſit in hac curatione ferè principalis intentio, & quòd verè aperit eſt amarum, ideo amarorum vſum in hoc puero maximè laudarem. Si ergo perſuaderi poteſt, vt de abſinthio ſyrupum manè ſumat cum iure pulli, in quo petroſelinum, fœniculum, & alia huiuſmodi diuretica decocta fuerint, ſummopere laudo. Sed inter reliqua, quod ſemper pro certa fide à me longo experimento probatum eſt, laudo vt ſingulis diebus ſumat infuſionem rhabarbari in aqua Endiuiæ: nunq̃ enim vidi febrem ex obſtructione hoc remedio non eſſe ſublatam, ſi modò pertinaciter quiſpiam in eius vſu perſeuerauerit: quandoque enim craſsiſsimos humores impactos, & obſtructiones, quæ ob caloris imbecillitatem facilè tolli non poterant, ex rhabarb. aſſumptione curatas vidi. Conſueui igitur accipere ℔. aquæ endiuiæ, in quam drachmam rhabarbari infundo in panno lineo inuolutam: deinde ſingulis diebus ℥. iiij. illius infuſionis, facta aliqua expreſsione, accipi iubeo circa auroram: & eſt huiuſmodi doſis puerorum: neque deſiſto ab hac potione, priuſquam video omnino & febrem & obſtructiones eſſe ſublatas: auferuntur enim proculdubio, ſi reliqua omnia rectè fiant, & curationi conſentiant. Quantum verò attinet ad ea, quę exterius applicantur, ſtomacho quidem oleũ de abſinthio confectum, cum puluere maſticis applicarem: lieni verò linimentum hoc modo confectum:

R. Bdellij,
Ammoniaci ana ʒ.ij.

Diſſoluantur in aceto ſcillitico. Deinde:

R. Olei amygdalarum amararum,
Adipis anſeris ana ℥.j.

Ponantur omnia ſimul, & fiat linimentum pro ſplene. Hepati rectè applicari poteſt linimentum ab Excellentiſsimo Doctore applicatum, vnguentum roſatum Meſue cum ſandalino permixtum. Hęc ſatis eſſe arbitror pro hac febre tollenda, ſi modò puer rectè pareat, & aſsidentes non delinquant.

CONSILIVM XI.

De febre continua ex putredine ac magnis viſcerum obſtructionibus orta.

CVM acceſsimus hũc, proteſtati de longa ægritudine, multa diximus: ac etſi ex Hippocratis ſentẽtia 1. Progn. præterita ducunt Medicum in cognitionem poſteriorum, tamen de præteritis nunc nulla fiet mentio. Circa pręſens deprehendi febrẽ, & illam ſi non continuá, & ſine typo (vt ſemper fit) ſaltem vna hora magis quàm altera intenſiorem. Præter febrim habet tenſionem hypochondriorum, & mirá eorum gracilitatẽ, licet totũ corpus ſit gracile, magis tamen abdomẽ, quæ vltima pars eſſe debet, quæ tabeſcit. Habet etiam intrinſecùs obſtructionem venarũ, per quas defertur cibus ex ventriculo ad hepar. His ita ſe habẽtibus quæro, vtrũ hi morbi ita complicẽtur, vt vnus ſit cauſa alterius, num febris fuerit illa, quæ fecerit oppilationes, an contrà. Fuit ſanatus, & patitur recidiuam, videtur igitur febrim fuiſſe oppilationis cauſam. Calor non mordax, paroxyſmi non longi, nõ ſitis magna, credo quòd pendeat febris ab humoribus craſsis permixtis, non ſolùm cũ melancholia, ſed cum diuerſis humoribus. Vnde Galenus 2. de Facult. naturalib. in fine, Auicen. prima quarti de Febre quotidiana dicunt: Quando tales craſsi humores commixti vidẽtur, adeſt imbecillitas cõcoctricis virtutis, & omnia membra naturalia ſunt affecta, quia non nutriuntur. Ventriculus enim non conficit ſuum nutrimentum: hinc etiam non voluptatem accipit, non pingueſcit, & hinc humores crudi, tenues. Concoctio enim fit ingroſſando, inconcoctio autem relinquit humores tenues, qui faciunt tenſiones, & extinguunt calorem naturalem: hinc obſtructio, quia hi humores ob moram craſſefiunt, & obſtruunt. Inde cauſam tenſionis, gracilitatis & obſtructionis eſſe puto, nempe ab imbecillitate coctionis: humores obſtructi putreſcunt & ingroſſantur, & febris fit, quæ facilè aſsimilatur hecticæ, habet enim paroxyſmos occultos, & facilè etiam mutatur in hecticam. Eſtq; ægritudo difficilis & periculoſa. Galen. enim dicit, Tertianam notham nõ carere periculo, quáto magis hæc? Ideo ne ſequatur tabes, oportet ſeipſum opportuna facientem præſtare, &c. Metuo enim, ne contabeſcat, & moriatur: quia cum ægritudo eſt cum imbecillitate membrorum naturalium, calor innatus eſt debilis, & medicamenta parum iuuant, quia ad actum non deducantur à calore. Vellem aperire obſtructiones cum potionibus, ſyrupis, & decoctis, pro ratione ventriculi & hepatis. Primò facerem decoctionem in iure, cum quo Cichorium & Chamædrys decoqueretur. Eſt decoctio admiranda in his, in quibus eſt obſtructio. Darem ſyrupum acetoſum, qui corroborat affectum locum. Adderem etiam abſinthium, & mel roſatum pro corroboratione ſtomachi. Ventriculum quoq; fomentarẽ ex decoctione Chamæmeli, & Cidoniis. Acciperẽ enim quæ corroborant, & ſi habent rationem cibi, maximè præſtant. Et facerẽ formá emplaſtri, vel cerati, & ſic optimè ac cõtinuè fomentarem. Darem confectionẽ Diarrhodon Abbatis manè, & ſerò per aliquot dies, & per interualla exhiberem euacuantia mediocriter. Et quoniá cauſa febris eſt oppilatio & humores craſsi, ideo il-

A los attenuarem, & magis attenderem ad cauſam, quàm ad febrim. darem vina nutrientia. Non comedat in tempore exacerbationis. Ex dactylis cidoniis, Chamæmelo facerem emplaſtrum, nam in tabe ventris multum valet.

R. Syrupi acetoſi Diarhodon,
Iulepi violati ana ℥.j.
Decocti chamædryos,
Cichorij cum aqua abſinthij ℥.iij. Miſce.

B

CONSILIVM XII.

De febri continua cum catarrho, & alui fluxione, dicta in collegio.

PATITVR catarrhum magnum defluentem à capite ad ventriculum & thoracem, efficientem difficultatem anhelitus, & inhæret ori, quia viſcidus eſt. Per vertebras etiam dorſi ad iuncturas defertur, & ibi dolores ciet, maximè verò debilitat ventri- C culum. Deinde febrim habet continuam, cum ſiti maxima, & ariditate linguæ. Ad hæc egeſtiones putridas, vt apparent in iis, qui aliquid crudũ & incoctum egerunt integrum, ſicut comedunt. Tẽperatura ventriculi frigida & ſicca eſt. Siccam dico, quia muſculos, thoracem, & membra circumiacentia habet gracilia, & tenuia admodum, ſolida ac dura. Frigidam, quia ſemper patitur cruditatem & incoctiones. Hepar valde calidum eſt, etiam nunc, quia patitur perpetuam & inextin- D guibilem ſitim, & ariditatem linguæ. Generat enim hepar plurimum bilis, ſicut ventriculus multum pituitæ: vnde multi vapores eleuantur, & faciunt vt caput ſuperabundet excremẽtis, etiamſi cerebrum per ſe calidum ſit, & ſiccum, quod ingenij bonitas indicat. Sed in ſex rebus non naturalibus multùm peccauit. Bibit vinum frigidiſsimum, comedit integras patinas lactucarum. Nũc autem nihil ei reſtat, præterquam pellis & oſſa, omnia membra ſunt attenuata, & mutilata car- E ne. Caret exercitio, & vix poteſt ſe mouere. Non igitur eſt mirum, ſi abundet excrementis. Deinde nunc bibit potũ cuiuſdam radicis, quæ ſapore aliquo eſt prædita, ſed nullius caliditatis, nullius aſtrictionis, aut qualitatis admodum inſignis in guſtu: num igitur mirũ, ſi multum frigiditatis ex ea contraxerit? Poſtea temporis conſtitutio hoc anno peſsima fuit, & generans multum catarrhi. Has ob cauſas multiplicatus catarrhus in hoc viro, vt per os amplius educi non poſsit. Et iſta fuit F cauſa & origo huius morbi, quem habet. Catarrhus verò ſpargitur per totum corpus, & primò ad pectus, vbi ciet tuſsiculam: poſtea ad ventriculũ, in quo omnes quatuor virtutes lædit. Obtundit enim appetitum, lædit retentiuam ventriculi, quæ à ſicco roboratur, ab humido flacceſcit, ideo non complectitur cibũ, ſicut debet: ſentit enim rugitus, & ructus poſt cibum, quos audiui. Et quia non continet cibum, nec amplectitur, & laborat propria frigiditate, ideo ſequuntur crudi- G tates & incoctiones, & generatur multum pituitæ loco chyli. Stante igitur cum his exceſsiua hepatis caliditate, neceſſarium eſt fieri multas obſtructiones in meſaraicis, quas ſequitur inflãmatio,

tio,& putredo. Vnde oritur febris, cum præſertim multa pituita ſit in venis, vt teſtatur vrina,in qua plurima ſubſidentia,& alia excrementa,quæ habet quaſi formá puris, quæ iuuant obſtructiones, & prohibent euentationes, vnde oritur febris,quæ eſt typhodes,& ſimilis hecticæ,ob calorem remiſſum. Ad fluxionem modò, de qua plurimùm ſumus ſoliciti,ea enim videtur habere rationem cauſæ,& ad ſe trahere curam. Eſt autē cognitu & curatu difficilis. Eſt hîc intemperies frigida,& ſicca per affluxum,quomodo igitur fæces ſunt bilioſæ? Cum bilis à calore generetur, & ſecundū gradum aſſationis ſit nigra aut flaua, quomodo poteſt in corpore frigido & humido tanta fieri aſſatio, & quomodo illæ materiæ putridæ à ſtomacho ad inteſtina proueniunt? Diximus hepar calidum, & in eo generari multum bilis, quæ cum defertur ad inteſtina, miſcetur pituitæ,& fit cholera praſina, quæ maioris famæ dicitur, & ex putredine nouum fit genus humorum, quod cū per aluum excernitur, σύντηξις appellatur,lib.3.de morbis Epidi. Quòd poſtea apparent particulæ cibi non concocti, cauſa eſt manifeſta, propter imbecillitatem alteratricis nō poteſt fieri coctio. Ea autem fluxio ſequitur poſt cibum ſumptum, tum enim ſemper percipit anxietatem, & grauitatem,quia ventriculus ſummopere laborat.

Prognoſticum. Virtus conſiſtit in tribus: in ſpiritibus,humoribus,& membris ſolidis. Membra ſolida eam non habent, quia muſculi & reliqua ſunt extenuata. In humoribus & ſpiritibus caliditas modica,& ita eſt impedimentum maximum.Eſt tamen tam fortis & audax adhuc, ſicut ſemper fuit à principio ætatis.Pulſus quidem primò magnus occurrit, quia muſculi non habent craſsitudinem, & ita non eſt aliquid quod impediat tactum.

Curatio. Catarrhus tollitur euacuatione, eam non poterit ferre hoc corpus propter imbecillitatem. Solitus fuit purgari ſola pillula aloes data. Nunc Diaphœnicon ℥. s. parum eduxit, tam eſt inobediens corpus modò.Si catarrhum totū tollere non poſſumus, ſaltē euacuabimus ab ijs mēbris,ad quę fluit:& multum declinauit ab eo tempore, quo huc venit. iam autem agitur 30. dies. Non debemus propterea deſperare, volumus da re ſyrupū de Endiuia, Abſinthio ſine aquis, quia ita magis roborabimus ventriculum. Sed cum ſolitus ſit comedere pyra, dabimus nos piſtacia loco pyrorum, quæ adiuuant calorem innatum, & nutriunt. Dedimus panem bis coctum, & iuſsimus bibere vinum, non tamen nimium potens, propter ventriculum. Quantum ad reliqua, poſſumus dare Diarhodon Abbatis, & Diatrionpipereon.Expreſſe enim dicit Galenus,reſolui eius virtutem,antequam tranſeat ad hepar. Poteſt etiam fieri talis potio.

℞. Corticum Mirobal. Chebulorum ℥. j.
Citrinorum ʒ.vj.

Contundantur & confricentur cum modico olei Amygdalarum dulcium, & infundátur in q. s. aquæ Abſinthij, & poſt 20. horas leuis fiat expreſsio,in qua infundatur Rhabarbari ʒ.j. Spicæ Indicæ ℈.j.Facta infuſione primùm cum modico

A vino Maluatico, decem horis poſt infuſionē fiat fortis expreſsio,in qua diſſoluantur mannæ ℥. j. s. & fiat potio.

Consilivm XIII.

De febre & catarrho,pro Abbate octuagenario.

B Avdivi Clar.D. te ita exactè determinare hunc caſum, vt profectò ingenuè fatear non neceſſarium eſſe, me accedere ad hanc ægritudinem. Sed poſteaquam acceſsi, vt & loco meo ſatisfaciam, & ne fruſtra vocatus videar, aliqua ſum dicturus ad tuorum verborum confirmationem. Primùm quod venit conſiderandum,eſt natura morbi & ſubiecti. Subiectum autem eſt in vltimo ſenio conſtitutum,quę quidem ſenectus, eſt peſsimus morbus,& longè deterior quàm vllus alius: & comparando morbum hunc ad ſenectutem, longè maior eſt ſenectus, quàm morbus quo affligitur. Habemus ergo ætatem in vltimo ſenio:habemus corpus quo ad radicem validum: quod ſi compararetur alijs decrepitis, robuſtum eſt, abſolutè tamen non eſt robuſtum:nos autem robore indigemus abſolutè,non per comparationem ad aliud. Habemus ergo imbecillum corpus: nec eſt conſideranda temperies elapſa, ſed præſens. Et quo ad præternaturales diſpoſi-
D tiones,non omittam, quòd in hyeme proximè elapſa apoplexiam & paralyſim leuem paſſus eſt: quæ quantum adferat incommodi in omni corpore, argumento eſſe poteſt, quòd apoplexia ita proſternit vires cerebri, & calorem innatum, & vires cordis, propter conſenſum cordis cum cerebro, vt videamus iuuenes cum in apoplexiam inciderint, nunquam reſtitui: quanto magis ſenes,ſi inciderint? vel non euadent, vel rarò, ſemper tamen percipiunt tale nocumentum. Conſi-
E derandum igitur eſt ſymptoma, quod licet non curemus,tamen admonet, quòd ægritudo deterior eſt, & periculoſior tanto, quanto ſubiectum eſt vltimæ ſenectuti vicinius. Nunc verò patitur duas diſpoſitiones, deſtillationem ſcilicet à capite ad diuerſas partes:& quidem quæ occupat fauces, bronchus appellatur: aliam præterea patitur qua pectus occupat, & catarrhus nuncupatur, ad iſchiam etiam, & ad crus infra genu vſ-
F que ad talum deſcendit, & ibidem tumorem facit in præſenti œdematicum: adeoque copioſa eſt deſtillatio hæc, vt perſeueret quatuor menſes cum tuſsi, quæ non eſt ſufficiens ad excernendum catarrhum. Eſt & alia diſpoſitio, videlicet febris, quia iam menſis eſt, ex quo incœpit affligere,& ita affligit, vt nunquam ferè fuerit ſine febre, vtra tamen magis affligitur quàm altera: & videtur ſeruare hunc ordinem, vt alternis diebus magis inuadat. Quo ad febrem, quæ primò conſideranda eſt,& fortè primò curanda, ſi conſide-
G remus exeuntia, quæ maximè indicant naturam febris, & præcipuè vrina, quæ indicat febres putridas,etſi mineram putredinis habeant extra venas:quia humor qui putreſcit intra venas,ille eſt

qui effunditur extra : ideo vrina indicat humorē A putreſcentem. Cum ergo vrinas rubeas & craſſiuſculas,quæ tales perſeuerant,habeat, ſuper humorem peccantem atteſtantur. Et cum duo ſint humores in humano corpore rubei, ſanguis, & cholera ξανθὰ à Græcis appellata, à Latinis rubea: igitur cum non videamus in hoc corpore ſanguinem abundare, nec ſigna ſanguinis apparere, & pituitam multam abundare,non eſt ſanguis abſque dubio qui peccet : tum etiam, quia ſanguis putreſcens non facit periodos. Relin- B quitur ergo quòd bilis ſit, quæ putreſcit in aliqua minera putredinis, de qua nondum conſtat. Habemus ergo febrem hîc etiam, & ex putredine humoris bilioſi : habemus præterea egeſtiones bilioſas : & hæc duo arguunt bilem putreſcere. Et quia inuadit ſine typo,cum calore leui,& motu ſegni, ſine ſiti, ſine capitis dolore, & ſine ſudore,credendum eſt quòd ſit mixta cum pituita, & ſit ex genere bilioſarum, quæ appellantur maioris famæ : & hoc veri ſimile eſt,cum abundaue- C rit tanta copia pituitæ, maximè cum corpus ſit frigidum, & ſiccum : hæc enim temperatura (vt dicit Galenus in 2. de Temperamentis) multam pituitam generat. Bene verum eſt, quòd ſi caliditas & ſiccitas temperaturæ excederet, redundaret bilis : quatenus autem remanet veſtigium caliditatis, bilis abundat ſcilicet : proceſſu verò cum ſit corpus frigidum & ſiccum, abundat pituita. Nec verum eſt id quod olim dicebat Caſſanus,cum quo habuimus ſuper hac re diſputatio- D nem, quòd generaret talis temperatura humorem frigidum & ſiccum, quia talis humor generatur à caliditate adurente. Vlterius, cum vir iſte frigidus & ſiccus ſit ratione ætatis, non eſt aliter credendum, niſi quòd ſit pituita multa bili permixta. Febris ergo, vt motu febris, quæ pendet à cholera vitellina craſſa, mixta cum pituita multa: ideo longa eſt. Talis ergo eſt cauſa, & mos febris, iudicio meo. Vbi verò, & quo modo putreſcat, videndum eſt. Omnino bilis genera- E tur in hepate. Sed quomodo in iſto viro generetur, multæ cauſæ adduci poſſunt,ex regimine in quo vſus eſt dulcibus, quæ bilem generant : & præterea potuit eſſe cauſa, quòd factæ ſint obſtructiones in hepate à catarrho, & cum in venis meſaraicis ſint factæ obſtructiones, nihil magis facit ad calorem augendum hepatis, & ad calefaciendum,ſicut obſtructio : quia cum ſanguis obſtructis meatibus non euentetur,caleſcit, & facit multiplicare bilem : quæ cum partim per venas F deferatur,quia venæ omnes non ſunt obſtructæ, ſed plures, ideo non euentatur ſanguis,incaleſcit atque in bilem trāſit,& partim per venas, partim per porum felleum ad inteſtina defertur : & ideo per ſeceſſum,& per vrinam plurimam bilem emanantem videmus. Minera ergo putredinis eſt, quia venæ ſunt plenæ bile & pituita, & putreſcit pars in venis,pars extra : ſequitur quòd putredo varia ſit, & modò in venis, modò extra venas ſit, quia natura poteſt tranſmittere materiam extra G venas ſine typo, vt in primo ad Glauconem dicit Galenus:& ſit rigor in tertiana,propter multitudinem materiæ ſubitò excurrentis ad loca ſenſibilia, ob ſenſibilitatem multam. Hic igitur priuetur multa bile ſincera, & membra ſint ſicca ſine ſenſibilitate, non ſit rigor. Sed quicquid ſit, ſiue extra, ſiue intra venas putreſcat, materia hæc cholera eſt craſſa mixta cum pituita multa. Quantum verò de ratione curationis febris factæ ex obſtructuctione, ſi aperientur obſtructiones, tranſpirare poterit, & bilis non generabitur,quia remota prohibitione tranſpirationis,omnia proſperè ſuccedent. Circa catarrhum verò aliter eſt dicendum: quia ſenes habent catarrhum congenitum, & cum occupantur, tunc ſit illis ita congenitus: & ægritudo,ſicut Hippoc.retulit,βράγχοι & coryzæ in ſenibus rarò maturantur. Dicit Hippoc.rarò,Galenus verò exponens in commento, nunquam catarrhos tales in ſenibus maturari dixit : & ratio eſt, quia ſunt ipſis congeniti, quia cerebrum cum non poſsit concoquere alimentum, & vapores eleuati ad ipſum non expellantur,ideo tum ratione proprij alimenti,tum etiam vaporum, vel ratione vtrorunque, fiunt catarrhi ſenibus congeniti. Præterea cum vapores ſint multi in corpore ſenum,propter imperfectionem concoctionum, plurimi aſcendunt, & cum non poſsint expelli,multiplicatur catarrhus:maximè autem multiplicatur in illis, qui habuerunt caliditatem in iuuentute validam. Vbi enim perfecta frigiditas eſt,vt in ſene qui fuit frigidus,non fit in eo euaporatio multa,ideo nec multitudo catarrhi, & non niſi propter alimentum cerebri. Corpus autem tale fuit calidum in iuuentute, vt apparet ex toto ambitu, & nunc etiam hepar ſuū calidum eſt : ideo fit multa euaporatio ad caput: propterea catarrhi multiplicantur : multiplicatio autem catarrhi ratione cerebri non poteſt tolli, quia non poteſt fieri vt cerebrum non ſit frigidius ſeipſo,ideo non poſſumus curare catarrhum : poſſumus bene remorari ne citò interficiat. Cum igitur hæc duo ita ſe habeant in hoc corpore, quid eſſet dicendum, & quid faciendum? De ijs quæ poſſunt contingere, aliquid eſt dicendum. Quod ad catarrhum attinet, non curabitur perfectè. Quo ad febrem,poterit fortè, ſed cum difficultate : & ratio eſt, quia febris hæc non eſt niſi à forti cauſa, & non habet uirtutem quæ adiuuet Medicum, quia Medicus naturæ miniſter eſt,ipſa verò operatrix,3. Artis medicinalis. Non ergo ita facilè curabitur ratione debilitatis corporis & cauſæ: & ita ſumus in re valde ambigua. De faciendis eſt primò videndum, cui primò occurrendum ſit. Dico quòd intentio circa febrem dirigenda eſt, non neglecto catarrho,quia febris periculoſior, quod directè eſt contra naturam ſenis: catarrhus autem familiaris. Ideo febris non ſeni,ſed iuueni eſt familiaris:neq; ea febris hîc dependet à catarrho, niſi quia facit obſtructionem : & bilis multiplicatur, quæ miſcetur cum pituita. Obſtructiones igitur eſſent tollendæ, vt febris tollatur : quia ſi tollamus febrem, poterimus prouidere, vt iſte Reuerendus dominus viuat diutius: ſi verò non tolletur,interficietur, quia fiet quotidie deterior .ſed cum ab humoribus dependeat, tollendi ſunt, & prouidendū eſt vt obſtructiones hepatis aperiantur.

tur. Et q̃a materia craſſa eſt, quæ euacuari debet, attenuantibus indigemus, deinde educentib. humores craſſos in venis exiſtentes. Ita vna indicatio ab humoribus ſumitur, alia à virtute: quia debet ſumi venia à virtute, tanquã à principe terreno. Nos habemus virtutem quæ præcipit, & cum ſit in corpore ſenili, & virtus affecta admodũ, non poſſumus ea facere quæ morbo conueniunt. Primò igitur manna propoſita eſt, & ab ipſa inciperem. Sed diceret aliquis: Tu euacuabis humores ſubtiles, hîc aũt craſsi peccant, ideo non euacuabis humores peccantes. Dicebat aũt Hippocr. Si talia purgantur, qualia purgari conuenit, cõfert, &c. Cum ergo nõ purgẽtur humores quos cõuenit, non iuuabitur. Dico, quòd etſi tenues humores euacuet manna, nõ debemus abſtinere ab ea, quia ab humoribus præparatis debemus incipere, qui ſunt in venis meſaraicis, ideo tutiſsimè cõuenit: & quia iuuabit etiã catarrhũ, cum febri nõ ſit occurrẽdum neglecto catarrho, ideo ſummopere cõuenit. Non dico quòd manna penitus ſanabit, ſed quòd erit principiũ optimũ: quia vidi ego ſæpe, quòd manna licet tenues humores euacuet, aperit obſtructiones: & facta præparatione, vidi criſim fieri, & poſt quatuor dies ſanitatem ſecutã eſſe. Ideo inciperẽ à manna tanquã à re tutiſſima, & darẽ in veſpere ipſam: imò felicius operabitur, vt eſt mos Romæ, vt libentius dent in nocte, & experiuntur feliciter operari, ſed ante cibũ ſtatim: & exhiberẽ ℥.j.s. vel ij. Poſtea deuenirem ad alia, niſi natura adiuuaret nos, vt non indigeamus alijs. Altera die nec brodiũ, nec ſyrupũ darẽ, quia nollẽ vt brodium leuaret medicinã: nec ſyrupus diſtribueret humores, quos volo euacuare. Altera die, quæ tertia erit, darẽ ſyrupũ, qui habet vim abſtergendi, & mundificandi, propoſitũ eſt oxymel ſimplex, à quo nõ recederẽ: ſed vellem vt eſſet magis acetoſum, & prępararetur cum ſua acetoſitate: id enim quod habent pharmacopolę, dulce eſt. Non derelinquerẽ mel roſaceũ ratione ſtomachi, quia ſenũ mẽbra ſicca ſunt ſine pinguedine, & inteſtina nõ habẽt pinguedinẽ, poſſemus deuenire ad excoriationẽ: vellemq́; vt eſſet ſubamarũ, quia multum refert habere optima medicamenta. Poſtea facerẽ decoctũ, accipiendo aquam endiuiæ, vel capillorum Veneris, ſi haberentur capilli Veneris: nec erit dimittenda farfara, id eſt, tuſsilago appellata propter excellentiam, quã habet ad tuſsim. Ideo vellem quòd haberemus has tres aquas ad pondus ſingularũ lib. vnius. Et decoquerẽ in ipſis aliquid aniſorũ, vt corrigeretur earũ frigiditas, quoniã omnes aquæ deſtillatæ frigidæ ſunt, vt etiam aqua deſtillata à calidiſsimo ſimplici, puta à calamẽtho, quod ſtimulat linguã veluti piper, nõ calefaciat, imò infrigidet: & vidi inflãmatos homines propter potum decocti ligni Indi, ab aqua calamenthi infrigidari ſummopere. Quia ergo aqua endiuiæ eſt frigidior, aqua capillorũ Veneris ad temperamẽtum accedit, vellẽ miſcere aniſorũ aliquid, vt aperirẽtur oppilationes, & corrigeretur frigiditas, & decoqueretur vt duę libræ remanerent: & exhiberentur huius decocti vnciæ quatuor: oxymellis ſimplicis, mellis roſati ſingulorum ℥. Cum autem dediſſem quinque vel

A ſeptem ſyrupos, ſi viderem concoctionem, repeterem medicinam, & cõſtante virtute, cum manna, vel infuſione rhabarbari, vel cũ ſyrupo roſato ſolutiuo euacuarem, nec accederem ad agaricum, quia laborioſe ſoluit, & nauſeã facit. Sed ego non recederem à benedictis, nec haberem virtutẽ defectam: oportet ergo manu tenere ipſam, & cum deuenerimus ad rhabarbari infuſionem, & ad ſyrupum roſatum ſolutiuum, ſufficiet nobis. Si poſtea ſymptoma catarrhus vrgeret, cum linimen-

B tis procederem: & ego maximè confido in vno à methodo Galeni ſumpto. Vellem vt acciperem⁹ adipem anſerinum, quia maximè penetrat. Et licet antiqua expoſitio laudibus extollat anatinũ, id perperàm dictum, quia textus Græcus habet anſerinum. Etiam ille qui traduxit, ea attribuit arietino, quæ ſunt attribuenda anſerino, cum modico croci, & olei amygdalarum amararum: iuuabit enim mirum in modum ad concoquendũ materias craſſas. Nunc autem maſticatoria non con-

C uenirent, ſed facta euacuatione. Caputpurgia per nares cõueniunt ad euacuandum catarrhum: & ſi per ſpacium leue facere vellemus maſticatoria, poſſemus. Ideo ſi vellet maſticare radicem capparum, optimum eſſet, vel maſtichen: corroborat enim, nec facit violentam attractionem ad fauces: & conueniret liquiritia, & pro concoquendo catarrho, & pro febre. In ijs immorarer, & ſcopus meus eſſet non recedere à benedictis. Circa rationem victus, ab eo tollendum vinum potens, &

D quod bibat ſit tenue, ſubtile, albũ, vt non habeat aciditatem, nec dulcedinem, quia vellemus curare febrem, non catarrhum. Quo ad cibum, iuſculis ex hordeo optimè cocto, & farre cum lacte amygdalarum vtatur, & oua ſorbilia accipiat, quia in tertianis oua iuuenibus exhibebat Galenus: in reliquis regimine ſenum vtatur, cum aliquibus frictionibus. Quo ad illam excoriationem, nõ laboret ſupra nates, quia longo decubitu faceret deuenire ad gangrænas & eſtiomenum. Ideo pe-

E tiæ lineæ ſubtiliſsimæ in oleo de ceruſſa madefactæ loco apponentur, vel cum carie lignorum ſalicis, & cũ modico olei roſati: vel puluis ille ſiccus conueniret, vel item vnguentum de lithargyrio ſimplex: & inter omnia ne moleſtaretur in decubitu, vellem vt ſuper re molli ſederet, & cum ſubtiliſsimis petijs, ne aliquid aſperum læderet ipſum. Quo ad œdema, vellem vt maius fieret: ſi tamen timerem ne humor multus deſtrueret temperaturam cruris, nõ eſſet malum ſi aqua

F marina ſalſa acciperetur, & germina ebulorum coquerentur in ea, & fierent lotiones, & petiæ lineæ magnæ infuſæ eſſent: facerent enim ad reſolutionem, nec reprimerent: & corroborarent membrum, ne materia illa diutius permaneret deſtruens calorem innatum. Et iſta eſſent iudicio meo facienda.

CONSILIVM XIIII.

De febre in ſene, cum ſuppurata aure & catarrho.

G ISTE nobiliſsim⁹ vir laborauit diſpoſitionibus præter naturã ante hunc morbũ, quas primò inquirã, earũq́;

cauſas: hinc curatio ſequetur. Prius conſueuit laborare catarrho eo, qui propriè dicitur coryza. Hoc autem anno catarrhus ad pectus & crura deuenit, in quibus dolor: eumque occupauit dolor auris, quæ ſuppurata eſt, in qua percipit pulſum & tinnitum. Laborat etiam febre, & nunc veſperi longè notabilius ſentire febrim videtur, quod ex pulſu percipitur, quàm hodie manè. Nocte præterita perpeſſus eſt hoc nocumentum, quod impeditius loquatur: vocem habet quidẽ, tamen articulatè exprimere non poteſt, nam catarrhus erat in gutture, etiamſi poſtea quoque, cum catarrhum tertiò (aliàs vino) expurgaſſet, hoc manſit malum: aliàs verò expeditiſsimè loquutus eſt. Vidi etiam vrinas eius liuidas, tendentes ad colorem plumbeum, cum ſedimento albo & pauco ſupernatante. Audiui ipſum conqueri de interna caliditate, & ſecundò etiam rubedinem vidi circa Amygdalas. Impedimentum locutionis ſpecies erat paralyſis & apoplexiæ. Non enim tantùm impediebatur vox, ſed etiam non cogitabat ea, quæ dicebat. Paralyſis autem eſt apoplexia particularis, & hæc apoplexia quæ metuebatur, eſt remiſſa admodum. Hæc licet ita ſint, tamen ſolicitus ſum de cauſa febris, cum adhuc vrgeat, & ea hîc maximè ſit curanda. Iſta enim febris interius affligit, & exterius quieſcit, quæ eſt vna ex malignis, & propriè eſt febris ſenum, quæ ſepulta dicitur, hocque habet proprium. Quòd multa adſint ſigna caliditatis, quia adeſt ſitis, quæ eſt appetentia frigidi & humidi: vnde calor internus vehemens indicatur. Apparet ſputum candidum, quod fit, cum plurimi vapores calidi admiſcentur materiæ viſcidæ. Habet item arefactionem faucium, & dicit expuere bombacem quaſi, eſt enim ſputum tenax & craſſum. Habet etiam vigilias, quod fit ex mutatione naturalis caloris in igneum. Cum liuor in vrina tẽdat ad colorem plumbeum, ſignificat calorem naturalẽ extingui. Appetitus videtur corruptus, & emittit vrinam in maiori quantitate, quàm bibat, quod ſignum eſt peſsimæ concoctionis. Nec virtus bene regulat iſtos humores, quia huic calori plurimum etiam frigoris admixtum eſt. Adeſt itaque febris admodum difficilis, & in ſene, exceſsit enim ſexageſimumquintum annum. Eſt itaque ſenex in vltimo ſenio conſtitutus & frigidus. Validus autem eſt ignis, qui ab aqua non extinguitur. Et Hippocrates dicit: In ſenibus febres ſunt difficillimæ. Catarrhus præceſsit omnino pituitoſus, quia etiam plurimos ſenſit flatus tempore ſanitatis, & videtur ſpiritus craſſus, vel aſcendere ex ventriculo ad diaphragma, & ibi etiam impedire ſpirationem: pituitæ tamen admixtum eſt vel terreum aliquid, vel bilis. Idem etiam catarrhus occupat venas, & prohibet tranſpirationem, efficit putredinem, ex qua hæc febris, quæ nullum facit typum. Habet poſtea aliud ſymptoma, ſuppurationem videlicet in aure, & arguitur ibi aliqua materia eſſe in loco abſceſſus: quod colligitur ex pulſu, quem ſe ſentire dicit, & cum pars maturatur, quæ antea fuit cruda, efficit pulſationem. Poteſt etiam eſſe, quòd vapores retenti circa aures aſcendant ad cerebrum, & ita cauſatum ſit impedimentum circa imaginationem & locutionem. Dolorem etiam pedum ſentit, qui cauſatur à materia flatulenta. Nunc autẽ tantùm attenderem febri, & abſceſſui, ſeu ſuppurationi aurium, quibus curatis omnia remittẽtur. De febri primò reſpicerem ad eius cauſam, quæ vel intra venas, vel extra venas: eius materia eſt viſcida, quod apparet ex contentis, quæ non occupant fundum vrinę, ſed ſupernatant, ex quo ſignificatur flatus, & pituitoſum quiddam. Cum igitur ſit materia craſſa & viſcida, erit attenuanda. Itaque vinum, licet prouocat vrinam, tamen quia habet debile caput, & vinum ſemper ad illud euaporat, abſtinendum à vino. Huius autem loco vtatur decocto, vel cum Aniſo, vel Cinamomo, vel cum vtroque, & ſaccharo. Hæc abſtergerent, & calorem naturalem conſeruarent, modò non vteretur actu frigido, ſed calido & tepido. Decoquerẽ Betonicam in omnibus iuſculis, quæ efficacior eſt Saluia, & magis reſiſtit frigori. Huic etiam adderem Aniſum. Darem illi iura, ſed non carnes, niſi auium. Et in iſta materia viſcida ſemper ea exhiberem, quæ leuis eſſent concoctionis. Curarẽ etiam clyſteribus, quibus adderem mel roſaceũ, ad diuertendam materiam. Vterer ſyrupo de Liquiritia & Betonica: in his ſunt iuuamenta contra catarrhum, corroborãt etiam cerebrum. Hũc potum exhiberem ſingulis diebus. Singulis tribus diebus darẽ pillulas ex Hiera picra, quæ tam adiuuarent concoctionẽ, quàm ſyrupus ipſe. Nihil etiam præſtantius in febribus pendentibus à materia frigida, quàm corroboratio ventriculi. Acciperem vinum album, & oleum Anethinum, & ita decoquerem, donec vinum euaneſceret, & cum eo facerẽ totius corporis frictiones. Ita melior fieret concoctio, & materia diſcuteretur. Illinantur pedes quoque oleo Anethino & Chamæmelino. Quoniam dicit ſe dolorem pedum ſentire, ſuffitum quoq; facerem, & acciperem acetum roſatum cum modica aqua roſacea, & adderem Garyophyllos, ex quibus odor ſuauiſsimus, quẽ ſemper haberet in cubiculo. Circa aures acciperẽ cepam magnam, eaq; excauata imponerem oleũ Amygdalarum, vel butyrum, & ſub cineribus calidis coquerem: hac cocta, inſtillarem in aures expreſſum ſuccum, maturat hoc, & educit ſuppurationem. His adderem odorem aromatum, qui itẽ exiccat. Si quid deinde euacuandum videtur in auribus, id ſucceſſu temporis fieret.

Consilivm XV.

De catarrho cum febri continua in ſene, vnà cum tuſsicula & dolore quodam leui lateris Collegium pro monacho Patauino, priore apud S. Ioannem in Viridario. Caſum retulit Baſsianus.

HIc eſt octauus dies, ex quo hic Reuerendus pater corripi rigore quodam cœpit, poſt quem ſuperuenit febris continua, cum tertiana coniuncta: quia de tertio in tertium exaſperatur cum poſtpoſitione: quanquam heri veſperi cum expectaremus paroxyſmum, aut parum aut nihil ſenſe-

rit. Cum his adeſt dolor capitis cum inſomnieta- A
te præcedentibus diebus maximè: hac enim no-
cte aliquàtò melius quieuit, & dolor capitis quo-
que remiſit poſt applicatas cucurbitulas, licet nō
integrè. Adeſt dolor in dextro latere, tuſsis cum
ſputo nō falſo, in quo ſuperioribus diebus appa-
rebant maculæ ſanguineæ, nunc magis pituito-
ſum reijcitur: vrinæ ſubiugales ſunt, & heri erant
etiam, turbidæ minguntur, & aliqua ex parte clá
reſcunt. Ex his credo etſi in principio non fue-
rit, nunc tamen pleureſin & adeſſe apoſtema cho B
lericum, cum ſanguinis bona quantitate & phle-
gmate, quia noctu incubuit orationibus & vigi-
lijs, vſus eſt cibarijs, quæ generant multum pituì
tæ. Eſt ergo pleureſis, quia febris continua cum
tuſsi & dolore lateris, quia tamen pungitiuus nō
eſt fortè ratione ætatis, quia in ſecundo ſenio cō-
ſtitutus, non ita ſentit acutum dolorem. Heri ap-
poſuimus ſex cucurbitulas, & fomentationes ad
hibuimus, & electuarium diaphœnicōn cum ſpe
ciebus. Adiutus hic eſt, quia accidentia remiſsio- C
ra ſunt: dolor capitis, & lateris, & febris etiam ac-
ceſsionem minorem & vix perceptibilem habu-
it. In victu oua & vinum ſubtraximus, vt ſola pa-
natella aut aqua hordei aut zuccari viueret. In
iiſdem etiam hodie perſiſterem, quia ſeptima eſt,
& non exhiberem aliud medicamentum. Veſpe-
ri quádo erit principium octauæ diei, clyſtere ap-
ponerem, & cras exhiberem ei mannam Cala-
brinam vſque ad ℥. iiij. & quia habuit hac nocte
criſis principium per ſudorem, veſperi daré pti- D
ſanam hordeaceā, quæ adiuuabit, vt materia per
ſudorem fortius expellatur.

De prognoſtico dubius ſum, & in magno me-
tu, propter ætatem maximè.

FRISIMELICA.

Febrem non continuam, ſed tertianam inter-
mittentem arbitror, quia cum horrore tertio quo-
que die inuaſit, & continua videtur, quia paro-
xyſmi ſe contingunt, propterea quòd materia eſt E
craſsiuſcula, & plurima pituita cū bile cōmixta:
pleuriſin eſſe nō credo, quia febris ex ſe intermit-
tens eſt, licet continua ſit ob materiæ craſsitiem.
In pleuritide febris continua eſt ſine intermiſsio-
ne: ſecundò inſpiratio & expiratio, quæ eſt pro-
pria operatio pectoris (partis in pleuritide maxi
mè patientis) nō eſt impedita: tertiò tuſsis adeſt
quædam, ſed leuis: quæ fieri poteſt propter ma-
teriam per arteriam defluentem ad pulmonem:
quartò dolor non eſt pungitiuus, ergo non eſt in F
panniculo, 2. de Loc. affect. Nec valet quod dicit,
poſſe in ſene iam ſenſum minus acutum eſſe. Si e-
nim eſſet in panniculo, magis ſentiret & pungere
tur, ſaltem aliquo modo. Crediderim igitur colli-
gi aliquam materiam craſſam in pectore, ſed eam
non facere veram inflammationē aut pleureſim.

Cauſæ cur tantum pituitæ generatum ſit, ex-
trinſecæ ſunt, perpeſſus frigora, quæ reddunt im-
becille caput & pectus, vt ait Hippocrates. Agit
ſexageſimumtertium annum, & multum labora- G
uit in illa benedicta ſua religione: multum vſus
cibarijs craſsioribus & ieiunijs, vt conſuleret po-
tius animæ quàm corpori.

Quod ad prognoſticon, metuo ne materia pu-
treſcat, & faciat febrem malignam vel peſtilentia-
lem, vel ſaltem inflammationem talem in corpo-
re quæ extingui non poſsit: quia tamen melius
habuit in ſeptima, & febris tertianæ acceſsio he-
ri leuiuſcula fuit, melius ſpero, licet propter hu-
morum cruditatem: & quia non apparet coctio,
non eſt quòd nihil timeamus. Quid ageres?
Ego cauſæ attenderem: exhiberem ea quæ ordi-
narunt Excellentiæ Veſtræ. Sed velim euacuare
tur nō cum attrahentibus, ſed cum lenientibus:
nec ſanguinem mitterem, quia heri miſſus per cu
curbitulas, & eſt ſenex, darem caſsiam cum hie-
rà. Hoc approbauit ſtatim Montanus, & ſine mo-
ra exhibitæ ℥. x. caſsiæ & hieræ ℥. j. Aniſo, vel ſi-
mili victu attenuante vterer ptiſana cum cinna-
momo: aut fieret in iure cum radicibus petroſe-
lini, & darem manè & veſperi etiam pro conco-
ctiuo, niſi V. Exc. malint oxymel cum ſyrupo de
betonica vel liquiritia, & decocto farfaræ leniti-
uum ex penidijs cū ſyrupo de liquiritia vel dia-
penidion pro ſputo educendo. In loco vterer
linimentis quibuſdam ex oleo amygdalino, & v-
bi virtus non conſtaret, oua ſorbilia darem, quia
morbus videtur fore longus: potus ſit aqua deco
cta cum zuccaro, vel etiam oxymelle ad materiā
incidendam & concoquendam.

MONTANVS.

Quamuis etiam heri vno intuitu ita conuene-
rimus, vt paucis verbis tanquam viri experti in
morbis, indicauerimus quid ſit agendum: & ità
expreſſe conuenerimus, vt ſine his verbis potuiſ-
ſemus facere hoc quod facimus: vt tamen expli-
citè id dicam, quod heri implicitè & breuiter a-
ctum eſt, adferam quod ſentio. Reuerendus pa
ter laborat febri & deſtillatione, ſeu catarrho. hęc
apparent ſenſui, nec indigent declaratione. Adeſt
dolor vel grauatiuus, vel alius, vt dicem⁹, ex quo
tuſsis: eſt leuis difficultas anhelitus, ita vt reſpi-
ratio aliquanto ſit maior, quàm eſſe debeat. Hæc
apparent in hoc Reuerendo patre, & catarrhus
per tuſsim excernitur ſatis notabili quantitate.
Conſequūtur ægritudinem alia ſymptomata, do
lor capitis continuus: & inter excrementa quæ
etiam ſunt conſideranda, vrinæ admodum rubi-
cundæ ſunt, habēt ſubſiſtentiam craſsiſsimam, ſi-
milem farinæ orobaceæ, vel ſaltem farinæ ſimpli-
ci, & in magna quantitate: liquor craſsiſsimus eſt
colore rubeo quidem, ſed ad obſcuritatem tēden-
te. Excrementa alui videntur compacta, ſed ad-
modum referta ſunt bile & pituita viſcoſa.

Per tuſsim varia excernit, pituita craſſa & vi-
ſcoſa apparet cum colore citrino intermixto, qui
eſt ex cholera: & refert D. D. nōnunquā particu-
las ſanguinis admixtas videri, quæ omnia rectè
aduertenda. Ex his inueſtigandum quæ ſit cau-
ſa, quis ſtatus, & quæ materia morbi, ab his enim
ſciemus quid & quomodo agendum. Sed hîc pri
mùm quæſtio occurrit valde neceſſaria, ſine cu-
ius determinatiōe neq; de febri neq; de catarrho
quidquā dicere poſſumus. An febris cōſequatur
dolorē, qui eſt in pectore, & adſit per accidens; an
verò ſit morbus per ſe, & ab ea dolor pectoris de-

pendeat.Poſſent aliqui opinari eſſe pleureſin, qa
febris eſt cõtinua,& eſt ita cõtinua vt de tertio in
tertium inuadat, quod eſt proprium pleureſis,vt
eſt author Galenus. Videtur habere tuſsim,diffi-
cultatẽ anhelitus,dolorẽ in eo latere perſeueran-
tẽ.Ex his poſſet argui pleuritis ſeu inflammatio
lateris,ad quã ſequeretur febris ceu accidẽs. Ego
tamen teneo nullo pacto eſſe pleuritidẽ, ſed dolo
rem potius accidens eſſe,& depẽdere ab alia cau-
ſa.Et ratio quæ me mouet, eſt, quòd pleuritis eſt
neceſſariò in membrana tegente coſtas, vel ipſo
diaphragmate: vtraq; membrana craſſa eſt, & eò
magis quo ſiccior & aridior in ſene. Cũ igitur il-
la mẽbrana ſua natura craſſa ſit & rebellis ad hu-
morum admiſsionẽ,& in ſene lõgè magis,nõ per
mittet penetrare humorẽ craſſum, ſicut & Gal.te
ſtatur,cum ait,Inflammationẽ pleureticã fieri ab
humore bilioſo cum ſanguine. Si modò eſſet à bi-
le vel ſanguine, neceſſariò dolor eſſet maximus,
cum vtrunq; cõcurrat, vt ſcilicet & locus ſit ſenſi
bilis valde,& materia neceſſariò acris. non poſſet
quieſcere,qa nullus dolor eſt ſæuior, vt videmus
in ijs qui laborant vera pleureſi: nõ poſſunt ma-
nere hîc vel ibi, ſemper voluũtur ab vno loco ad
aliũ,fit difficultas anhelitus maxima, nõ poſſunt
anhelare,& tamẽ coguntur.Eſt tuſsis maxima cũ
dolore, etſi quando ob dolorẽ tuſsire nequeunt,
ſemper tamen tuſsire quærunt. In hòc Reueren-
do patre nihil horũ eſt. Habet anhelitum bonum
& naturalem,ita vt etiam clauſo ore ſpiret cõmo-
dè, licet aliquando cum in eo latere diu cubauit,
impediatur,& tuſsis parua eſt. Ergò non eſt pleu
reſis.Bene verum eſt, poſſumus imaginari varias
collectiones materiæ fieri intra corpus, ſicut fit
etiam extra in cute, vt à pituita fiunt interdũ ab-
ſceſſus ſine dolore, qui inane tantùm pondus vi-
dentur,vt œdemata ex pituita vel flatibus. Ita &
intrinſecus pituita in muſculis interiorib. & exte
rioribus colligitur, & cũ locus ſit ſenſibilis & in
cõtinuo motu,ideò cũ à materia flatulenta exten
ditur,facit dolorẽ grauatiuum, qui propriè eſt in
muſculis,& fit à materia pituitoſa:ita locus & ma
teria conueniunt. Poteſt igitur eſſe apoſtema nõ
in mẽbrana,ſed in muſculis,& muſculis interiori
bus maximè:quia cũ exterius tangitur,nõ perci-
pit dolorem aliquẽ,& magis in partibus inferiori
bus ad hypochondria, vbi aliquã tenſionẽ ſenti-
mus: & ipſe etiã ſe maiorẽ dolorẽ ſentire dicit, q̃
ad panniculos.Eſt igitur materia extendens mul
titudine,& grauãs pondere,& facit dolores, quia
extendit locũ. Calor enim loci agẽs in materiam
viſcidã inflat eã,& facit intumeſcere: vnde ſequi-
tur dolor,quia in loco anguſtiore: ideò etiã iuua-
tur à calidis & humidis, Camomilla,fœnugræco.
Nam & ſanatio oſtendit quis ſit morbus, vt dicit
Hipp. vel,vt loquũtur vulgares Medici,à iuuãti-
bus & nocẽtibus cognoſcitur quæ ſit natura mor
bi. Si calida fuiſſet, poſt applicationẽ calidorum
alij humores affluxiſſent. Sed quia flatuoſa diſcuſ
ſa eſt, & ita hac formẽtatione maximè adiut⁹ eſt.

Hæc ſatis de cauſa doloris, & quòd nõ ſit pleu
ritis;ſed collectio humoris flatuoſi in muſculis in
teriorib. circa hypochõdria. Febris igitur nõ pen-
det à dolore,quia nõ tã magnus, vt inflãmet ſpiri-
A tus,& ſequi poſsit ephemera: ſicut etiã non eſt e-
phemera hæc febris, nec talis eſt dolor, vt cauſe-
tur inde febris putrida. Separãda igitur eſt febris
& p ſe cõſiderãda,& dolor etiã p ſe ſeparatim cõ-
ſiderandus,qui ſine dubio pẽdet à materia deſcẽ-
dẽte à capite per certas vias ad membra inferiora.

Primò igitur de catarrho dicendũ, qui propriè
generatur in capite, nec habet aliũ locũ pro pro-
pria ſua generatione,niſi caput ſeu cerebrũ, ideò
defluxus dicitur. Hic defluere poteſt vel per vias
B cõmunes œſophagum & arteriam aſperã, vel per
venas,vel per arterias,vel per neruos, vel per nu-
cham.In hoc Reuerendo patre tres manifeſtas vi-
as inuenio,Tracheam,quia perpetuò deſcẽdit ad
pectus: per gulam item,egerit enim pituitam, &
percipit flatus,& percipiuntur tactu etiam flatus
ad hypochondria propter pituitam ibi inflatam:
per venas,quia in vrina magna copia pituitæ,quę
non poteſt continuò in tanta quantitate genera-
ri in ventriculo, ſed neceſſe eſt eam antè eſſe gene
C ratã. Et licet eſſe poſsit ex toto ambitu corporis,
tamen etiam eſt à capite. Fortaſſe & per arterias
defluit,quæ eſt quarta via. Quod autẽ catarrhus
poſsit facere hæc omnia, eſt quia habuit magnas
cauſas.Fuit hyems magna, quæ omnibus corpo-
ribus nocet imbecillibus, ſed maximè ſenibus.
Fuit ipſe Reuerendus pater temperaturæ calidę,
etſi non humidæ, tamen temperatus in paſsiuis,
in actiuis manifeſtè calidus eſt, & tamẽ tempera-
tura potuit reſiſtere hyemi, ſed nõ potuit ratione
D ætatis. Eſt enim in vltimo clymactere maiori, in
quo cenſetur vltimus ſtatus vitæ, vt ab omnibus
Medicis antiquis determinatum eſt, ex quo pau-
ciſsimi euadunt.Et ſi nunc præciſe agit,magis ti-
meo de ætate quàm de morbo,quia peſsimus an-
nus eſt, vt meritò ſacrificauerit Auguſtus,qui eũ
euaſiſſet: maximè igitur afficitur ab aere extrinſe
co. Sed præter hæc deliquit etiam in omni gene-
re delictorum,cibo,potu,ſurgebat noctu, fecit o-
nia quæ debilitant caput, vt facilè reciperet fri-
E gus,& generaret catarrhum:ad catarrhum ſubſe-
quuta febris dependens ab eo ſicut & dolor. Eſt
autem febris continua, vt referunt Doctores, vel
quia vnus paroxyſmus inueniat alterum, vel p-
portionalis,ita vt ferè cõtinua, & exacerbetur de
tertio in tertium, quæ à modernis febris cõtinua
proportionata à bile dicitur. Vtrum ſit,an ex hu-
more in venis putreſcente fiat: & tamen habeat
acceſsiones aliquas ob materiam erumpentẽ cer
tis diebus, an verò materia potius extra venas o-
F mnino putreſcat,non poſſum dicere, quia nõ vi-
di. Heri ante paroxyſmum plus laborabat quàm
poſt acceſsionem, vnde ego continuam credo ex
humore intra venas putreſcẽte potius quàm in-
termittentem. Materia cholerica adeſt cum mul
ta pituita, ſed dolor adeſt ratiõe bilis, quę potuit
generari vel ex curis fortaſſe, vel ex cibarijs varijs,
comedit calida & frigida. Quid multis? Adeſt bi-
lis,ſit quæcunq; cauſa eam generans, vt etiam ex
ſputo citrino apparet. Adeſt igitur licet pauca,&
G facit exacerbationem de tertio in tertium. Locus
intra venas, id quod indicat vrina, quæ tendit ad
ſubiugalitatem quandam, & putredo videtur cre
ſcere, & maxima eſſe in humoribus intra venas.
Nam

Nam niſi à renibus ſit,hæc craſsities arguit maximum motum putredinis intra venas : licet etiam aliqua portio ſit extra, quæ exacerbat de tertio in tertium. Hæc de materia & loco febris, de dolore & catarrho,& omnium cauſis ſufficiat, & quomodo etiam à catarrho pendeant. De ſtatu maximè conſiderãdum an ſit morbus in vigore & ſtatu. Sumus in fine ſeptimæ, & apparuerunt ſigna critica, ſudor & accidentia remiſsiora. Poteſt dici remiſsio quod ad accidentia: ſed ego de ſtatu dubito,quia ſciunt Ex.V.quòd non poteſt apparere ſignum criticum alicuius morbi bonum,niſi præcedant ſigna coctionis. Sudor hic non bonus eſt, quia vrinæ magis pertũrbatæ, quàm antehac vnquam: ergo non eſt motus naturæ,quæ in omnibus ſuis actionibus procedit ordinatè, & prius prẹparat humores,& poſtea educit. Hic non ſunt præparati,ergo motus ille nõ poteſt eſſe niſi ſymptomaticus, & tanto deterior, quia in ſeptimo: malum enim ſignum peius eſt,cum fit in die critico. Dein quod ad locum, etiam ſudor malus erat, quia fuit circa locum affectum, & eſt ſignũ quod natura lædatur in illo loco,potuit tamen, vt dixit clariſsimus Doctor, contingere propter cauſas extrinſecas,propter applicationem fomentorum calidorum : & tunc etiam minus malum quàm ſi à natura fieret ſimptomaticè. Quòd heri non apparuit paroxyſmus, fieri potuit, quia natura imbecillior eſt circa expulſionem materiæ:etiam hoc aduertendum erit, ne ratione imbecillitatis non appareant acceſsiones. Non igitur video neque augmentum morbi, ſiquidem id ſumitur penes concoctionum ſigna, & non per accidentia, quæ quandoque in ipſo ſtatu ſunt maxima, quia tunc natura maximè pugnat, vt & Galenus ait.

Quid prognoſticari poſsim videtis. Morbus eſt peſsimus, ſenex in ſecundo ſenio: & Hippocrates ait, Febres non intermittentes,quæcunque tertio die acerbiores, periculoſæ. Ergo ex toto genere tales periculoſæ ſunt: non enim determinat de corporibus, & talis hîc eſt in ſene anno climacterico, & hyeme : & eſt tanta perturbatio vrinæ, vt ſit ſuſpicandum de maxima putredine & febre peſtilentiali ex tanta putredine, quod omni arte eſt præcauendum. Itaque Clariſsimus dominus Doctor ordinauit, vt daretur pharmacum : & ego ea ſententia acceſsi,quia in ægritudinibus magnis & periculoſis, ſtatim eodem die operãdum, nec ceſſandum eſt, vt Galenus ait de phlebotomia, quia dilatio periculoſa : nec refert vtrum ægritudo magna ſit, vel futura magna. Quòd dedit Caſsiam, optimè fecit, quia euacuat pituitam & humores craſſos. Manna ſubtiles tantùm, & nos hîc craſſorum euacuatione indigemus: ita tamen, vt ſimul humores cholerici educantur. Sed quia flatus excitat, & prius in hoc corpore flatus abundant,vt illi educantur, addatur Hiera. Ergo optimè cõfert & Medicina benedicta : quia attrahentibus nõ poſſumus progredi, propterea quòd nulla eſt coctio in venis.

De ſyrupis non ſumus excuſati,quin exhibeamus vt iuuemus naturam in concoquenda materia. Poſt hoc remedium quod commodiſsimum erit, quia euaſit ſeptimam, & melius habuit, & A pharmacum non educit,antequam compleatur ſeptima Et quia non laborauit hac nocte, non poteſt aliquid fieri commodius : cras exhiberem ſyrupos concoquentes materiam, quòd eſſent maximè idonei ad concoquendam craſſam materiam & bilioſam,vt eſt oxymel, quod,vt & Meſue teſtatur,incîdit,abſtergit, refrigerat. Nam Galen. etiam dicit pluribus numeris in eo magis refrigerare acetum,quâm calefaciat mel:ſi tale præparetur, laudo & ſyrupum de betonica, de liquiritia. B Sed darem oxymellis ſimplicis, ſyrupi de betonica ana ℥.j. Decocti ex liquiritia,ex capillis veneris vel ex ceterach ℥.iiij. Sed ceterach,ſi vultis,omitti poteſt : poſtea quia videtur linimentum iuuare, non diſcederem ab eo,donec iuuet. Quòd ad lambitiua,ego maximè cauerem ab illis, quia eorum vſus intempeſtiuus plus nocet, quâm confert, quia coctiones impedit, & facit cruditates. Antiqui illis vtebantur,ſed alio modo. Si tamen vellet Excell. V. ſub horam decubitus,darem vnum co- C chlear,vel etiam 1. hora ante cibum, ne impedirẽt coctiones. Circa rationem victus, abſtinerem à vino,quoniam Galenus tertio de Ratione victus prohibet,vbi eſt metus apoſtematis,dolor capitis & cruditas magna. Hîc eſt cruditas magna & metus apoſtematis: darem igitur aquam cũ oxymellite, quod facere poſſet domi ex ſaccari & aceti æqualibus portionibus,vt docet Auicenna, vel huius etiam vel illius plus ſumere, prout ipſe delectaretur. In cibo quia ſenex, & periculum ne ca- D dat virtus,quæ poſtea reuocari nõ poſſet, de quo maximè timendum,darem oua recentia cum panatella,aut ptiſana : ſed ſemper reſpicerem ad febrem peſtilentialem, quæ nondum quidem iuncta eſt:ſed ſi iungeretur, eſſet periculoſa : eius ſignum certiſsimũ eſt fluxus colliquatiuus, vt ait Galenus: quanquam,quia vrinẹ poſtquam ſteterunt, aliquanto clariores fiunt, fieri poteſt, vt ſit perturbatio naturæ tentantis coctionem in materia, quod eſſet bonum ſignum non tam magni E periculi. Sed hæc ſufficiant.

Mors aderat,cimbãq; Charon remoſq; parabat:
Aſſeruit medicina ſenem iam ætate trementem,
Reſtituitque nouas effœto in corpore vires.

CONSILIVM XVI.

De febre continua ex bile & pituita craſſa.

VILES quidam natus annos quadraginta, circa veſperum in foro paſſus F eſt maximum rigorem, ita vt vir robuſtus difficulter ob imbecillitatem domum redire poſſet. Durauit rigor quatuor horis, & ſecutus maximus calor per totum corpus, qui continuò durauit vſque ad quartum diem. Vocatus eſt Montanus, qui reperta febri continua & feruentiſsima, pulſu magno, & inẹquali & pleno, vrina rubicunda,& craſſa, ſedimento craſſo,conſiderata ſummæ virtutis conſtantia,& morbi quoque vehementia: aperuit baſilicam dextri G lateris, & eduxit ferè ℥.viij. ſanguinis ſubnigri craſsique, cum multo liquore cholerico : aderat ingens ſitis, dolor capitis vehemens, defluxus à capite ad pectus & ventriculum. Quinto die ægri

tudinis iuſsit ſumere caſsiæ recentis, & electuarij A de ſebeſten ana ʒ.v. in bolo cum ſaccharo, quem antè exhibuiſſet, niſi audiuiſſet eum pridie beneficium ventris ter vel quater habuiſſe. Hoc minoratiuo, multa cholerica, ac vitro ſimiles humores craſſos viſcidoſque eduxit: & quia à prima ſtatim febris inuaſione, cùm ad dormiendum ſe componebat, & claudebat oculos, videbatur alienatus, & ſecum murmurabat, putabat ſe plurimos videre homines ambulantes in cubiculo: ideò eum ſtatim vino abſtinere iuſsit, & ei ordinauit B potum ex aqua cum ſaccharo cocta, & pro cibo panatellam, & modicum ex carne vituli, quòd tempore ſanitatis fuiſſet vſus ampliori cibo. Sexto & ſeptimo ægritudinis die accidentia mitiora fuêre, præter ſitim: hæc enim indies magis ac magis eum premebat: dormiuit tamen mediocriter abſque alienatione, ſyrupos biberat, quos ipſe ex decoctione hordei plurima in aqua puriſsima & ſaccharo confecerat, eius ſingulis diebus manè ſumpſit magnam ſcutellam: quòd nollet confidere pharmacopolarum negligétiæ, præcipuè in C compoſitione: ſed quia ſiti plurimùm premebatur, clàm poſt diſceſſum Doctoris ſumpſit hauſtus plurimos aquæ frigidiſsimæ: & pòſt euomuit cholerica & ſimul phlegmatica, viſcoſa: poſt quem vomitum ceſſauit ſitis, & reliqua accidentia. Octauo die liberatus fuit à febre: voluit tamen Montanus vt duodecimo die ſumeret medicamentum. D

℞. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſcorum alhandal gr.x.
Syrupi roſati ſolutiui ℥.ij.

Cum aqua cichoreæ fiat potio, ſumenda in aurora cum cuſtodia. Et ſic liber euaſit. Potus aquę rectè ſucceſsit huic: quia corpus antea euacuatum fuit, & per ſeceſſum & miſſionem ſanguinis: tantùm hærebat in corpore præternaturalis illa caliditas, quæ oppoſito facilis erat curatu, cùm conſtaret virtus, & corpus eſſet validiſsimum, in E ipſo ætatis vigore, quæ omnia potuerunt aquæ reſiſtere.

CONSILIVM XVII.

De Febri tertiana, ſine accidentibus.

LABORAVERAT quidam febri, quotidianas inuaſiones habente, quòd fortè eſſet tertiana duplex, huic ſimplex tertiana ſucceſsit. Inuadebat autem ſine dolore capitis, & ſine ſiti, lingua ſatis nitida, F nec guſtus amaritudine corruptus, nec appetitus proſtratus erat, tenſiones nullæ circa hypochondria, nec aluus aſtricta nimis. Vrinę rubicundæ quidem, ſed in iis aliqua concoctionis ſigna erant. Voluit vt ſingulis diebus manè hora ſyrupi ſumeret:

℞. Trochiſcorum de abſynthio ℈.j.

Fiat pillula vna: & ſtatim hac ſumpta, ſuperbiberet vnam ſcutellam brodij, in quo decoctæ eſſent hordei, radicum petroſelini, cichorij, boragi- G nis partes æquales. Poſtea ſi vellet, dormiret, ac poſt ſomnum excitatus, vteretur leuibus frictionibus per totum corpus, id leuiter inungendo oleo chamæmelino cum æquali vini menſura mixto. Vinum biberet album, aqua cocta mixtum, nec merum, aut forte. Victus bonam rationem haberet, & à fructibus caueret.

De puero qui à febre curatus videbatur.

Vrinas habebat tenues, ſine hypòſtaſi, & tenſionem circa hypochondria, vt à quartana febri periculum eſſet, quare ordinauit.

℞. Trochiſcorum de rhabarbaro ℈.j.

Fiat pillula vna ſumenda omni manè, poſt quã idem iuſculum ſuprà deſcriptũ ſumat, & eadem victus ratione vtatur.

CONSILIVM XVIII.

De Tertiana ſimplici.

DEDIT clyſterem cum ℥.ij. mellis roſati, poſt caſsiæ ʒ.x. cum hieræ ſimpl. ʒ.ij. poſtea clyſterem altero die iterauit, poſtea ſyrupum pro refrigeratione.

℞. Syrupi de endiuia ℥.j.
Syrupi de acetoſa ℥.s.
Aquæ boraginis ℥.iiij.

Principiò vinum prohibuit, ſed poſt quartum paroxyſmum conceſsit tenue & bene lymphatũ. Vrinæ ſpumam habebant, id deſcenſum catarrhi ex capite arguere dicebat, & propterea licet febris mitis eſſet admodum, purgandum tamen corpus exiſtimabat. Vti ſolebat Montanus in tertiana ſine obſtructionibus pro refrigeratione, decocto endiuiæ, boraginis, petroſelini, ſeminibus melonum contuſis, & ligatis in panno lineo, in brodio pulli: & pro potu aiebat in febribus vtendũ aqua pulli, aqua hordei, brodio hordei, aqua endiuiæ, acetoſæ. Et præſertim in cholericis febribus intenſis eſſe cogendos vt bibant, dummodò ne in principio paroxyſmi, & non ſæpius, ex Galeno 8. Methodi, & 2. de Ratione victus.

Potus pro febricitante.

℞. Aceti ℔.j.
Sacchari ℥.viij.

Decoquantur ſimul, & fiat oxyſaccharum, cuius tantum miſceatur cum aqua communi cocta, quantum placet ægrotanti. Potus eſt febrientibus ſaluberrimus.

CONSILIVM XIX.

De tertiana duplici, cum ſuſpicione hectica.

PRIMÒ habuit duplicem tertianam à prædominio bilis, & de tertio in tertium habuit quandam excreſcentem exacerbationem, bibit vina potentia, aquam etiam interdum puram, variis ac putreſcibilibus cibis eſt vſus: quandoque fuit ſine febri, ſed per paucos dies, & propter regimen inconueniens ter aut quater recidiuauit: ac licet ſæpe curatus, tamẽ ſæpius ex vrina iudicium feci obſtructiones manere. Nunc adeſt febris interpolata, ſingulis diebus habet febrim cum rigore, eſt tertiana duplex, & credo quòd eædem cauſæ adſint, quæ fuerũt cauſæ primæ inuaſionis. Sicut autem prius

A prius à prædomino fuit humor cholericus, ita nunc eſt melancholicus ob maiorē aduſtionem: cauſa principalis eſt fortiſsima oppilatio, qd' apparet ex diuturnitate febris & ex tactu circa regionem ſplenis. Febres cum prolongantur, terminantur ad hecticam, quod & hic metuendum eſt ob excarnationem membrorum, tamen nō adeſt aſperitas cutis & reliqua ſigna, quæ perfectam hecticam indicant. Eſt impatiens, nullo vtitur regimine, quod effecit diuturnitatem morbi. Primò vſus fuit lenitiuis, deinde ad ſyrupum roſatum B deuenirem propter imbecillitatem ventris: dedi ſyrupum de Endiuia compoſitum, inunxi circa ſplenem cum oleo de ſpica, maſtiche & camomillino, perſeueraui in aperiendis obſtructionibus, dedi parum fœniculi in brodijs. Conqueſtus eſt hodie, ſe non poſſe accipere cibum, igitur roborarem ventriculum aut cum vnctione aut cum confectione.

MONTANVS.

Cum acceſsiſſem hunc, & percontatus de longa ægritudine multa, nihil dixit. Ego ex Hippocrate 1. Prognoſt. Præterita ducunt Medicum in cognitionem poſteriorum, quia de præteritis hic nulla fit mentio, conſideraui præſentia circa iſtū, & deprehendi febrem, & illam ſi non continuam ſeu ſine typo, tamē vt ſemper ſit cum febri maiori vna hora quàm altera. Præter febrem habet tenſionem hypochondriorum, & miram gracilitatem eorum, licet totū corpus ſit gracile, magis D tamē abdomen, quæ vltima pars eſſe debet, quæ tabeſcit. Habet etiam intrinſecùs obſtructiones venarum, per quas defertur cibus ex ventriculo ad hepar. Hic eſt febris continua, quæ tamen ſingulis diebus inuadit. His ita ſe habentibus, quæro, vtrum hi morbi ita complicentur, vt vnus ſit cauſa alterius? nū febris fecerit oppilationes, an contrà cum fuit ſanatus & fecit recidiuam? videtur febrem fuiſſe oppilationis cauſam, calor non mordax, nec paroxyſmi lōgi, nec ſitis magna. cre- E do quòd pendeat febris à craſſis humoribus commixtis non ſolum cum melancholia, ſed cum diuerſis humoribus. Vide Gal. li. 2. in fine de Facultatibus naturalibus. Item Auicen. prima quarti, de Febri quotidiana. Ex longa ægritudine tales hic craſsi hamores videntur. Summa adeſt imbecillitas virtutis cōcoctricis, & omnia membra naturalia ſunt affecta, quia non nutriuntur. Ventriculus enim non conficit ſuum nutrimentum, hinc etiam ventriculus non appetit, non pingue- F ſcit, & hoc ob humores crudos, tenues, quia non conficitur chylus. Cōcoctio fit ingroſſando, ideo hic inconcoctio relinquit tenueis humores, qui faciunt tenſionem, & extinguunt calorem innatum. Hinc obſtructio, quia cum non attrahuntur hi humores, ob moram craſſeſcunt & obſtruunt. Inde cauſam tenſionis, gracilitatis, obſtructionis eſſe puto ob imbecillitatem coctionis. Hinc humores putreſcūt. Ex quo febris νοθώδης, quæ valde aſsimilatur hecticæ: habet enim paroxyſmos G tardos & occultos, & facile etiam mutatur in hecticam. Eſt ægritudo difficilis & periculoſa. Galenus enim tertianam notham dicit non carere periculo, quanto magis hæc? nō etiam habet neceſſaria. Non enim tantum ſe ipſum præſtare oportet, &c. Metuo ne paulatim tabeſcat & moriatur. In ægritudinibus vbi eſt ſimul imbecillitas membrorum, calor innatus eſt fouendus, aliàs enim medicinæ nihil faciunt: vellem aperire obſtructiones cum potionibus, ſyrupis & decoctis pro ratione ventriculi & hepatis. Primò facerem decoctū cum iure, in quo cichorea & chamædryos decoqueretur. Eſt decoctio admirāda, in quibus eſt obſtructio. Darem ſyrupum Diarhodon cum aceti ℥.j. quia affectū eſt cor, tabeſcit enim. Adderem etiā abſinthium & mel roſatū pro corroboratione ſtomachi: ventriculum fomētarem ex decocto camomillæ & cidoniorum. Ea enim quæ corroborant, habent rationem cibi, maximè proſunt, & facerem formā emplaſtri ſeu cerati, & ſic continuò fouerem. Decoctū in tabe vētris ex dactylis, cidonijs & camomilla optimum eſt. Darem confect. diarhodon Abbatis manè & ſerò C per aliquot dies, & per interualla euacuarem cū benedictis. Cauſa febris oppilatio eſt, vel humores craſsi, quos attenuarem, & magis attenderem ad cauſam quàm ad febrim. Darem vina nutritiua. Non comedat tempore exacerbationis. Hoc Conſilium Montanus adſcriptum reperi, ſit nè dubito.

CONSILIVM XX.

De duabus Tertianis nothis.

VT continuemus ea quæ docemus in cathedra, cum ijs quæ apparent circa ægros, non abſcedemus ab ijs quæ diximus hodie. Acceſsimus ad hunc ægrum, quem ſupponamus eſſe virum nobilem, cum nihil ab eo differat, niſi fortuna. Quid faciendū? Collegia bonorū virorū ſunt conſultationes ad cognoſcendos & curādos morbos, ac conſideranda prognoſtica de euentu morbi, nō fiunt ad iactantiam & oſtentationem. Qui ſe autē tantum modo oſtentant, illi ſunt impoſtores & fallaces, ideo nihil eis ſuccedit. Quæ enim ſine dolo fiunt, ſuccedunt proſperè. Deceptores non diu durant, & filij eorū fiunt pauperes, quod ego ſæpe vidi. In omni igitur ægritudine debetis loqui cum hominibus doctis, vel vobiſcum, vt cognita natura vel ægritudine curam inueniatis, & conari id, vt exprimatis veram ſententiam. Qui addere poteſt pulchritudinem, & ornatum verborum, non malefacit. Ergo in omni collegio vos ad tres fontes dirigatis. Primò conſideretis diſpoſitionem naturalem. Secundò præternaturalem, ſeu diſpoſitionem præſentē: tertiò aeris diſpoſitionem præſentem. Acceſsimus hunc curaturi: ergo remouere oportet quicquid eſt præter naturam, & ſic habetis ſcopum generalem curandi. Incipio ab effectu ſecundum naturam, qui apparet exterius in colore & habitu corporis, ſed is cognoſci non poteſt in hoc, laborauit enim integra hyeme, oportet igitur ad alia accedere. Et primò videnda eſt ſoliditas membrorum, muſculorum, venarum exteriorum, quę non facilè deſtruuntur, niſi tabeſcant homines. Videtis ergo, an muſculi duri, ſoli

di,ampli:venę & arterię amplæ, pulſus etiã æqua
lis.Hæc hodie iudicari non poſſunt propter ma-
nuum frigiditatem. Habet pilos mediocres, & co
lore naturali,cutis alba, & pili,loquitur prudẽter
& ingenioſè,quia quædam verba profert,quæ in
genium ſapiunt.Debetis etiam interrogare de cõ
ſuetudine,de moribus ab eo,vel aſsidẽtibus, quã
artẽ exerceat, an habeat aliquid à natura proprij,
vt ſi abhorreat à caſeo,vel vino,&c.Vbi hæc ſciue
ritis,facietis catalogũ omnium, & poſtea ordine
procedite: Præponatis ea quæ foris apparent, &
texetis ita ſimplicem hiſtoriam. His viſis, poſtea
quæ attinent ad diſpoſitiones naturales conſide-
rate,qua in regione agat,qua in conſtitutione ae-
ris,ſi frigida,humida,&c.Si in Vere iam ſumus,&
præceſsit hyems, qualis fuerit, frigidiſsima ne &
humida,&c.Hæc quantum ad diſpoſitionem ae-
ris.Tertiò,res præter naturam apparentes ſimpli
citer conſiderabimus nihil apponendo,vt nũc il-
le habet frigiditatem membrorum exteriorum,
vel inæqualitatem etiam,habet retractionem pul
ſus. Sic oportet incipere à fontibus ſignorum.
Meo tempore,cum eram iuuenis,ſequens in pra-
ctica Montagnanam, Foroiulienſem, Matthæum
Brocardum, Cæſarem Neapolitanum, qui tunc
erant clari,modus proprius in collegijs confuſus
habebatur. Primò temperaturam proponebant,
antequam ſigna apparentia ponerent, & totum
per ignotum oſtendere volebant, ordine præpo-
ſtero.Et vbi temperaturam conſiderabant, ad æ-
gritudinem accedebant: pòſt ſigna dicebant eius
morbi, ex Auicenna, ſiue adeſſent, ſiue non, ali-
quando viginti dicebant ſigna,& cum acceſsi,vix
duo reperi.De aeris diſpoſitione planè tacebant.
Hoc eſt cæcum iter. Vos primò dicetis,quæ ſigna
appareant,ea quoque accidentia dici poſſunt, ad
diuerſa comparando, & poſtea cauſæ ſingulorũ
accidentium videndæ, & ſic diſcurratis ordine
Methodico per accidentia. Vt in cerebro duæ
virtutes ſeu operationes ſunt, motus & ſenſus.
In motu nihil hic impedimenti, ſenſus interiores
verò ſuas vires quoque integras habent, optimè
diſcurrit, imaginatur, memoratur. Exteriores
quoque ſenſus boni.Dolor, ſeu actio læſa in vir-
tute tactiua, apparet in capite, quæ alijs horis
plus, alijs minus affligit. Deinde videndæ virtu-
tes vitales in corde, vt an conſtantia mutata ſit,
quod non credo. Item, operationes extra cor, vt
hìc retractio pulſus maxima, dilatatio ferè nulla,
plurimùm contrahitur,& minimè reſiſtit. Natu-
rales virtutes poſtea conſiderandæ. Habet rugi-
tus,non bene concoquit, nec egerit. Hæc ſunt
ſymptomata. Quantum ad excrementa,ſunt mu
tatæ vrinæ, tendunt ad purpureum colorem, eſt
rubedo obſcura, liquor limpidus, & multum lu-
cidus, ſubſtantia tenuis, contenta multa ſunt.
Non habet ſpumam, nebulam, ſedimentum in
fundo. Accidentia circa qualitates viſibiles. Eſt
vir pallidus multùm, circa tactum habet frigidi-
tatem multam.Ita procedatis in alijs,& alijs qua-
litatibus. Circa quantitatem, diminutus eſt, quia
non ita carnoſus. Sed ſciendum hìc extrinſeca
accidentia non ita ſemper conſiderari, niſi inſig-
nia ea recitentur.His tandem cognitis,quomodo

A inuenienda cura? Incipiatis à primo, & ſcietis
temperaturam aliarum partium corporis. Dixi-
mus eum muſculos magnos habere & ſolidos,
hoc ſignum eſt caloris bene concoquentis. Tem-
peratura enim hepatis, facit temperaturam alia-
rum corporis partium. Animal enim viuit prius
plantæ vitam,cumq; homo generetur à ſuo ſemi-
ne & ſanguine, ſemen (vt Ariſtoteles vult) in-
greditur vt actor, vt Medici, magis formaliter, &
ex parte materialiter etiam. Quicquid ſit,princi-
B pium atque fundamentum generationis eſt he-
par,licet cor & cerebrum etiam: tamen ex hepate
per venas habetur maxima pars ſanguinis, & ſè-
cundum eius formam generatur animal,tale, vel
tale. Si ſanguis calidus,generatur corpus calidũ.
Atque hoc modo tota temperatura ab hepate ori
tur. Quia igitur hìc muſculi craſsi, & virtus ſan-
guificatiua bona, fuit multitudo formæ ſeminis
in ortu,& poſtea ſemper optimè nutriti:ſunt igi-
tur ampli ob multum calorem, ſolidi ob bonum
C nutrimentum.Eſt ergo hepar calidum, quod atti
net ad qualitates actiuas. Et quia orta atteſtan-
tur ſuis principijs, venæ amplæ, pili mediocres,
ipſi etiam caliditatem teſtantur, ſicut glabrities
frigiditatem.Pili tendunt ad albedinem, quod ſi-
gnificat caliditatem moderatam,& cum humidi-
tate mixtam. Arteriarum amplitudo cor indicat
calidum. Eſt autem modeſtus vir, ergo calidita-
tis moderatæ: hepar enim modificat omnia: eſt
boni ingenij, bene compoſitus. Hactenus conſi-
D derauimus omnes diſpoſitiones naturales, & ſic
vos facietis, quotieſcunque acceditis ad ægrum:
ſecundò aerem, tertiò diſpoſitionem præter na-
turam.Nam & Ariſtoteles verus pædagogus Me-
dicorum, & artifex methodi, docet à notioribus
procedendum. Et ea via vobis innata eſt,vt ex iis
quæ extrinſecùs apparent, primò notionẽ ſuma-
mus, & ab illis occulta colligamus. Ita ex ſupra
dictis, quia in eo eſt robur & ſubruffum & album
corpus,&c. oſtendunt in eo temperaturam cali-
E dam & humidam,albedo humiditatem, magnitu
do venarum & arteriarum caliditatem. Aer ſenſu
percipitur,ideo in eo non eſt multum artis.In af-
fectionibus præternaturalibus ſemper per hos
tres fontes diſcurratis: Primò, per virtutes ani-
males motiuas,in ijs nihil patitur: deinde ſenſiti-
uas interiores,illæ etiam ſunt integræ:poſtea ſen
ſitiuas exteriores, ex illis virtus tangẽdi læſa eſt:
in capite enim dolorem ſentit. Secundò per vita-
les,oportet inquirere an iracundus ſit,nec ne,an
F magna vel vilia cogitet. Si prius conſtans fuerit,
iratus,&c.nunc verò ſegnis,lenis,&c. Illud enim
ſignum eſt cordis refrigerati. Ex motu arteria-
rum etiam percipitur, ſi ſit facta aliqua mutatio.
Pulſus non ita contractus, vt prius, ſignificat au-
gmentum. Totum enim tempus,quo pulſus con
tractus eſt,& calor non extenſus, eſt principium:
quando verò extenditur, eſt augmentum,& tan-
dem declinatio. Excrementa etiam conſideran-
da. Vrinæ quantitas multa, in modo ſubſtantiæ
G limpida eſt,& tenuis, & lucida. Hæc enim diffe-
runt:nam multa tenuia non ſunt lucida, vt aqua
& vrinæ tenuiſsimæ,& tamen pallidæ, & ſubob-
ſcuræ: ſi coloris lactei eſſet,nõ foret diaphragma,
quia

quia tale ſuſcipit lumen per totum corpus. Econ- A
trà quædam craſſa ſunt, & tamen tranſparentia. Hæc verò vrina tenuis eſt, & tranſparens, color aureus intenſe, tendens ad rubedinem, quod ſignum caliditatis: quia vrina vera deberet eſſe colorata, vt palea hordei: vbi excedit eum colorem, ſignificat ſuperfluitatem caloris, ſecundum gradum quo excedit. Contenta paucisſima, nullus odor, guſtare ego non cupio. Hypoſtaſis nulla, ſed tenuis nubecula, nec in fundo, nec in ſuperficie, ſed infra medium. Accidentia circa qualitates B
tangibiles: habet extrinſecam frigiditatem, intrinſecam caliditatem, aſperitatem cutis, quia ſcabioſus. Hypochondria tantùm rectè ſe habent. Circa motum febris ſingulis veſperis exaſperatur cum inæqualitate, paroxyſmum longum habet. Non queritur de ſiti, aut vigilijs, aut in quiete, ſed tantùm de dolore capitis.

Consilivm XXI.

De eiſdem duabus Tertianis, in ſecunda acceſ- C
ſione.

Eri vidimus omnia accidentia quæ præter naturam, & quæ ſecundũ naturam ſunt in hoc ægro. In actionib. animalibus læſio nulla eſt, niſi quòd adeſt dolor capitis perſeuerans, dolor dorſi pertingens vſque ad ſpacium inter veſicam & anum. Pulſus iam apparet paruus circa differentiam magnitudinis, ſecundum profunditatem & latitudi- D
nem, nec ſecundum longitudinem æqualis. Videtur immutatus, deberet magnum pulſum habere, quia non tranſit 30. annos, & adhuc adoleſcens in flore ætatis, nunc habet paruum, velocem, frequentem, inæqualem, ſiſtematicum, modò paruum, modò inæqualem. Quod ad naturales, malè concoquit. excrementa non vidimus, ſed vrina eſt fulua ſine hypoſtaſi. Patitur preterea aliud malum, non poteſt bene mingere, niſi quodam ingenio: oportet enim decumbere vt mulie- E
res, & habet etiam ardorem vrinæ. Reducamus igitur illa omnia ſymptomata ad cauſas ſuas, vt videamus quid poſsit reſultare. Eſt autem hic catalogus accidentium: Dolor capitis quem patitur per totam hyemem, dolor dorſi, ardor vrinæ, febris quæ quotidie inuadit. Videamus ſi ſit horum omnium vna cauſa vel diuerſæ, & ſi vna, quæ ſit, incipiendo ab excrementis. Color vrinæ indicat calorem hepatis & renum. Cum renes incaleſcunt, replentur multis excrementis, ſemper ſe- F
dimenta apparent: dilatantur enim, & fit colatura rerum craſſarum & aduſtarum, & ſemper videtis nigrum & aduſtum ſubſidere. Si hepar calidius, multum bilis generatur. Præterijt hyems, in qua generatum eſt multum pituitæ, & vixit vt potuit, omnis generis cibos vorans, & habet ventriculum debilem. Ratione intemperiei hepatis multa bilis eſt generata: ratione ventriculi malè concoquentis multum pituitæ. Eſt perpeſſus frigiditatem, quæ poros conſtrinxit cutis, & prohi- G
buit tranſpirationem, vnde putredo generata. tertio de Locis affectis. qui in venis habent exceſſum caloris, parati ſunt ad hoc, vt eorum caput vaporibus repleatur, qui cum calidi ſunt, quotidie faciunt dolorem capitis, & iuuat ad hoc ventriculus, in quo multæ cruditates. Permiſcentur vapores craſsi, qui non facilè difflantur, ſed retinentur in membranis: ita inuentis cauſis ſequuntur accidentia, dolor perpetuus capitis, dolor in dorſo, qui in ſpina deſcendit ad profundum oſsis ſacri, & attingit locum inter veſicam & anum. Quæ cauſa? Repleto exiſtente capite, calido hepate, cum diſtribuitur ille humor per venas, per concauitatem dorſi, peruenit etiam ad locum, vbi dolet iſte vir, qui vel onera portauit, vel paſſus eſt frigiditatem ab aliqua re extrinſeca, quam ipſe neſcit: pars debilis facta. Aggregantur ibi humores, & tendunt ad os ſacrum: itaque circa collum veſicæ eſt ille affectus, & eſt ſegnior propter cruditatem humorum. Aliquando non poteſt mingere, ſed cum decumbit dilatatur meatus, & facilius mingit. Ardoris vrinę duæ cauſę ſunt immediatæ per ſe, vel ob exiccationem, id eſt, priuationem humiditatis, vel acrimoniam vrinæ, quia multum bilis mixta eſt. Auicenna refert alias cauſas, ſed non ſunt propriæ. interdum viſcoſa materia obſtruit meatus. Iſte non eſt vſus coitu, qui poſſet exiccare glandulas iſtas, ſed vrina acris eſt, propter multum bilis admixtæ, vt in vrina apparet. Cauſa doloris dorſi eſt, quòd vapores aſcendentes ad caput per venas, iterum delabuntur ad dorſum, 2. Facult. natural. pars debilior ſemper recipit. etſi neſcimus cauſam debilitatis, ex eo arguere poſſumus, quòd ſit debilis, q̃a recipit: ſemper enim aliqua pars corporis debilis eſt à natura, ad quam aggregati multi humores decumbunt, ex venis etiam ad renes humores ducuntur, & ibi exiccantur, poſtea ad veſicam: ea enim recipit venarum excrementa. Teſticuli etiam quia calidiores, dolent: & ita credo ab eadem cauſa omnia ſymptomata procedere, id eſt, à pituita permiſta bili, quæ etiam cauſa febris, quæ ſingulis diebus inuadit inæqualiter (qui typus pituitæ proprius) ſicuti vbi alternis diebus acceſsio fit, eſt typus bilis proprius: vbi putreſcit pituita dulcis, inæqualitatem tantam non facit, ſicut in hoc homine paroxyſmus inuadit, vt vix percipiat. Vix mutationem iam percipitis in pulſu, & paruus eſt reſpectu aliorum, quòd ab humore craſſo pendeat, & rigorē etiam non percipit, quæ omnia arguunt pituitam ad dulcedinem declinare: ſed ex ſiti & vigilijs colligitur etiam aliquid bilis admixtum. Habetis cauſas omnium ſymptomatum, & diſpoſitiones totius ac febris, atque ex prædictis totam hiſtoriam. Patitur intemperiem, in compoſitione nihil patitur, nihil enim tangere poteſtis ad hypochondria. Si eſt obſtructio intrinſeca, ergo eſt temperatura pærter naturam, quæ duplex eſt, ſine materia & cum materia. Hic vtramque habet, ſcilicet in hepate, vbi generat multum bilis: habet etiam frigiditatem in ſtomacho, vbi generat multum pituitæ, & plus quàm expedit. Hinc fluxus materiei ſequitur: iam aggregat bilem & pituitam, quæ vbi permiſcentur, faciunt obſtructiones in venis, & febrem putridam, quæ etiam inuadit ſingulis diebus. Ego credo quia alternis diebus magis exacerbatur,

quòd habeat duas Tertianas: vt primo tertius, & ſecundo quartus reſpondeant: licet enim ſingulis diebus inuadant, tamen ex accidentibus cognoſco, non eſſe æquales exacerbationes, ſed ſibi correſpondentes: ſæpius igitur accedendum erit & obſeruanda ſymptomata. Habetis cauſas ſymptomatum, collum veſicę non totum obſtruitur, quia pituita ſubtilis adiuuante bile facilè abſtergitur, pituita enim lubrica eſt. Obſeruate poſt cauſam, febrem ipſam. Sunt autem duæ tertianæ nothę. Crederet quis quotidianã, cum nõ ſit.

Hæc fuit vltima acceſſio in Hoſpitali Anno 1543. In priori editione non ſeparatim erant ſcripta, quæ in ſecunda acceſſione Montanus dixerat. Id lectorem monere volui.

CONSILIVM XXII.

Pro Cornelio Sithardo æſtate recidenti in Quartanam, qua per hyemen laborauerat.

REDIISSE eam propterea dicebat Montanus, quòd humor melancholicus verè non eſſet exquiſitè purgatus, iuxta illud Hippocratis, Quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere conſueuerunt. Et improbabat eam curandi rationem in febribus, quæ per applicationem emplaſtrorum fieret; vt violentam & contra methodi rationem conſtitutam, quòd cauſam non tolleret. Non tamen voluit eum in æſtate medicamentis vti aliis, quàm pillulis Hieræ picræ Gal. propter debilitatem ventriculi. Eas in menſe ter aut quater vt ſumeret, iuſsit, tempore etiam calidiſsimo; & interim æſtatis diebus, ſi quam ſentiret grauitatem, vt vomeret, cum præſertim id facilè poſſet. Vti quoque balneis aquæ dulcis voluit, ſubinde tepidè, ita tamen, vt ipſe non excitaret ſudorem nimis diu immorando, & ſi ſudor contingeret, vt eum diligenter abſtergeret. Victus diligenter rationem habere quoque iuſsit, & à fructibus abſtinere, & cibis melancholicis. Semper etiam ante prandium & cœnam iuris exhaurire ſcutellam. His peractis ad Autumnum omnibus modis annitendum, ſi eo vſque durabit, vt abigatur febris, idq; faciendum euacuatione materiæ, poſt præparationem. Primò autem pituitam exquiſitè educendam, & deinceps humorem melancholicum. Rediit vir opt. liber à quartana in Germaniam, & Norimbergenſis Reip. laudatiſsimæ Medicus factus, poſtea phthiſi extinctus eſt.

CONSILIVM XXIII.

De febri Quartana.

IN febrim quidam inciderat Quartanam, homo bilioſus & iracundus, & exercitio in caloribus, ac malo regimine vſus. Acceperat Caſsiam ante dies aliquot. Nunc vtatur bona diæta. Veſperi exhibeatur clyſtere, manè poſtea ſecetur vena, bibat deinde ſyrupos.

℞. Syrup. de abſinhtio ℥.j.
A Oxymellis ſcillitici ℥.s.
Decocti capilli Veneris,
Et ceterach in aqua abſinthij ℥.iiij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Purgatio ſequitur, quam tamen veſperi præcedat clyſtere.

℞. Syrup. roſ. ſolutiui ℥.iiij.
Confect. hamech ʒ.iiij.

Cum aqua Fumiterræ, fiat potio danda in aurora cum cuſtodia. Biduo ſequenti ſemper manè bibat brodium pulli, in quo decoctum ſit hor-B deum, & expreſſum, cui imponatur ſaccarum. Poſtea ſingulis diebus bibat brodium, in quo decoctus ſit Cichorij, Boraginis, Petroſelini, & Ceterach M.I. Et immediatè ante id, ſumat vnum ex Trochiſcis ſequentibus:

℞. Polypodij recentis,
Glycyrrhizæ raſæ,
Rad. capp.
Cartami,
Aniſi ana ʒ.s.
C Succi abſinthij,
Aloes opt.
Rhabarbari electi ana ʒ.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, & cum melle roſaceo fiant Trochiſci pondere ℈.1. ſumat vnum ſingulis vicibus. His cum diu vſus eſſet, nec aliud proficeret, quàm quòd ex duplici quartana, quam ex regimine malo ſub initium contraxerat, ſimplicem tantũ ſentiret, Montanus præterea hæc ordinauit:

D ℞. Myrrhæ,
Croci,
Aloes electæ ana ʒ.ij.

Cum melle roſato, fiant pullulæ. Item,

℞. Syrup. Pomorum dulcium ℥.iiij.
Aquæ roſar. ℥.iij.
Muſci,
Ambræ ana G.iij.
Sacchari fini ℥.xiiij.

Miſce, fiat electuarium. Item,

E ℞. Diachilon, cum gummis ℥.iiij.

Extendatur in corio pro emplaſtro ſplenis. Hæc cum tertia die iteraſſet, ſanatus eſt.

CONSILIVM XXIIII.

Pro Gallo quodam laborante quartana triplici.

NESCIO adhuc quo morbo laboret, quare faciam, vt docet Auicenna, F ſubtiliabo regimen, donec morbus appareat. Primò rationem victus pręſcribam. Sumpſit heri electuarij lenitiui drachmas duodecim, cum ſaccharo in boli forma. In fine acceſsionum habuit magnam ſitim: quare laudo talem potionem:

℞. Syrupi acetoſi mulſe acetoſitatis ℥.iij.
Vini granatorum ℥.j.
Aquæ boraginis lib.j.

Miſce, & vtatur pro ſiti, & bibat cyathũ vnum G in fine paroxyſmi dum ſitit. Pro ſyrupo, quia obſtructiones habet, vt ferè ſemper videbitis in febricitantibus, cum occurretis poſt vigeſimum diem ægritudinis, hypochondria tangentes, percipietis

cipietis tenſionem: ſemper habet obſtructiones, A quæ aperiendæ ſunt, aliàs nunquam curabitis febrem. Sed nolo in principio progredi cum amaris, & per ſe aperientibus.

R. Oxymellis ſimplicis ℥.j.
Mellis roſati ℥.s.
Aquæ cichoreæ ℥.iij.

Miſce, & detur manè pro ſyrupo. Iſte Gallus habet quartanam quotidianam, quod ſæpe contingit. Exemplũ habetis apud Galenum de Eudemo, libro 1. Prognoſticon, etiam de Different. B febrium. Sed circa febres putridas multa eſſent dicenda, quæ oportet ſupponere: nihil enim dicam ex obſeruationibus, ſed principiis, ſicut fieri debet: quod cùm hic non poſſumus, vbi ſupponendo ſine arte loquimur, in ſolis fundamentis docendum. Quatuor ſunt humores, qui putreſcunt: bilis putrefacta tertianas facit, pituita amphimerinas. Sed an ſanguis putreſcat, & quomodo ex eo fiat febris, dicemus in ſcholis. Nunc tres humores ſumamus. Melancholicus humor pu- C trefactus facit quartanam. Cum talibus occurritis, quomodo debetis agnoſcere? Non ſunt expectandi dies paroxyſmorum: hoc ridet Galenus libro ſecundo de Criſibus: poſſunt enim decipi, cùm variant pro ratione aduſtionis humorum. Si ex paroxyſmis hanc vultis iudicare, erit quotidiana. Optimum igitur erit febres cognoſcere à propriis ſignis, differentiis, & accidentibus: quorum ſigna trademus. Humor melancholicus eſt craſſus, fœculentus, frigidus, mordax ſua acidita- D te, & potius aſtringens: exaſperat ac ſi meſpilum comederetis, ſicut acida, auſtera, acerba, quæ Arabes Pontica dicunt: ergo à natura rei, cùm humor ille ab interioribus ad exteriora mouebitur, facit frigus magnum, quia humor in ſe frigidus tangit muſculos: & eſt humor naturæ inimicus, calori oppoſitus, ideo natura proſternitur, & fit maxima contractio caloris, etiam frigus magnũ, quod eſt ſignum quartanæ. Differt enim à frigore bilis: nam ipſa quoque frigus facit, & motum E concuſsionis: ſed quartanæ frigus maius eſt, ac ſi quis aeri valde frigido occurrat, dicũt ſe tantum frigus ſentire, ac ſi quis nudus verſetur in niue: frigus verò à bile eſt, ac ſi acu mordicaretur.

Quotidianæ etiam frigus ab aliis facilè diſtinguitur: eſt enim rigor eius tanquam cum ſomno, & hoc eſt primum ſignum pathognomonicum. Pulſus deinde ob humorem frigidum inæqualis eſt magis, quàm in quartana & tertiana: & ratio eſt, quandoquidem qui quotidianam patitur, ha- F bet ſingulis diebus paroxyſmum: & quia pituita multa eſt, quæ multitudine ſuà extinguit caloré, ſupra modum aggrauat naturã, & fit pulſus inæqualis, ſicut de baiulo exemplum dat Galenus. In quartana licet melancholia ſit pauca quantitate, nec tam abundet in corpore quàm pituita in quotidiana, tamen aggrauat grauitate propria, & ita ratione ponderis fit pulſus inæqualis.

In tertiana magis augetur neceſsitas euentandi, ideo maior eſt pulſus, & velocior quá in quar- G tana aut quotidiana: & quia humor leuis eſt valde, non ita aggrauatur natura, & ideo pulſus non eſt ita inæqualis. Habet igitur pulſus in quartana ſe mediocriter inter tertianã & quotidianam, in æqualitate & velocitate, & magnitudine. Eſt præterea rarior, ob materiam ſcilicet humoris terreſtris, & propter duritiem ſeu ſiccitatem inſtrumenti, quæ etiam ad paruitatem facit.

Eſt & aliud ſignum diſcernendi ipſas, quia acceſsio febris principium paroxyſmi & agmentum longiora ſunt, quàm in reliquis, quia eſt tardæ putrefactionis, nec habet ſtatum nec declinationem vt quotidiana. Patitur igitur quartanam: ergo ex humore melancholico putreſcente. Sed hic noſter ægrotus quotidie patitur, quia natura aggrauatur multa materia: raro ſiquidem ſola & ſimplex contingit. Raro videbitis quotidianam, vel quartanam puram, quia ſemper aliquid pituitæ admiſcetur melancholiæ. Frequentius verò exquiſitas tertianas videre contingit, licet & illæ ſint raræ: hæc aliquando minorem frigiditatem, & propter pituitam admixtam quandoque maiorem habet: & videtur vnus dies quaſi quartanæ deditus eſſe, reliquis duobus mouentur alij humores. Habet autem febrem propter obſtructionem viſcerum: non habet quidem duritiem tympaniticam, ſed tenſionem, quia febrem habet, quæ calorem mutauit in igneum, ideo facit coctiones deteriores. Eſt ergo alendus victu tenui, quia dum manet febris, manent cruditates, & ſic fiunt tenſiones. Oportet autem has obſtructiones etiam curare, quia habent rationem cauſæ, ſine qua non poteſt curari febris. Ideo dedi ſyrupos aperientes, & iam apparet coctio aliqua ex parte, quæ quamuis ſit laudabilis, nondum tamẽ eſt ſtatus, donec exactiſsimè ſigna appareãt. Morbus eſt materialis: ergo ſtante coctione in vrina, euacuare oportet, cùm appareat ſigna coctionis. Humor melancholicus eſt: quod erit igitur inſtrumentum? Mihi ſemper familiare, quo vtor, eſt confectio hamech aurea, quam confecit Meſue magna arte: ideo extollo Arabes, quia habebant methodum de compoſitione medicamentorum. Sed neſcio quì fit, alij à Græcis ad Arabes, alij ab Arabibus ad Græcos confugiunt, & ita huc atq; illuc vagantur, quod fit, quia feruntur ſine ratione. Qui ratione procedunt, hæc non faciunt, quia vtrique errare potuerunt, & Arabes & Græci: aliquando boni ſunt, aliquando mali: id quia non diſcernimus, & nos erramus, & alios errare facimus: ita oportet vnũ onera portare alterius. Sed ad ægrum noſtrum. Conſtant vires in hoc, & eſt iuuenis, & locus temperatus, ideo totam doſim dabimus. Integra autem doſis pro viribus eſt ʒ.4. Et hic habet obſtructiones, in quibus difficilius educuntur humores, & tenſa hypochondria: ſed non nimium obſtructi ſunt meatus, ita vt materia educi non poſsit, alioqui non darem.

R. Confectionis hamech ʒ.iiij.
Trochiſcorum alhandal gr.v.

Miſce, fiat bolus cum ſaccharo. Habet quartanam principaliter, quia habet acceſsiones de quarto in quartum vehementes, poſtea alios duos dies mitiores. Hodie magnum habuit paroxyſmum, ſudauit, & eſt refrigeratus, & ſudor etiam linteamina fecit frigida, ideo augetur putredo. Oportet ergo adhuc aperire obſtructiones,

& concoquere materiam. Quomodo concoquenda materia melancholica? an cum incidentibus? Auicenna acetum proponit dubitando, ſed non ſoluit: at humor melancholicus maiori indiget præparatione. Quomodo concoquuntur humores? Humores ſemper concoquuntur calore moderato. Reducendus ergo calor ad temperiem: ſi acutus eſt, faciatis benigniorem: ſi acris, retundetis eum cum frigidis: ſi obtuſus, & minorem habet caloré, reducatis eum ad temperiem: nam omnis coctio fit à calore temperato. Finis coctionis eſt ſeparare bonum à malo, vtile apponere membris, inutile excernere: ea ſunt propria opera naturæ, quæ per calorem temperatum ſemper tentat coctiones in humoribus: quia omnes humores habent aliquid boni, quod ſeparat, ingratum verò expellit. Quomodo præparantur humores? Hic aliis inſtrumentis opus eſt: non enim hìc eſt coctio, ſed quædam ad coctioné præparatio. Cùm craſſus eſt humor, incidimus: ſi viſcoſus, abſtergimus: cùm qualitas aliqua peccat, præparamus cum contrariis. Nos ergo naturam imitabimur. Volumus præparare humores & concoquere: duo ergo facienda, quæ iubet fieri, vbi peccant humores, Galenus libro quarto de Tuenda ſanitate, & primo Therapeuticon. Primò admouet quæ iuuant coctionem, fouet ventriculum & hypochondria, dat diatrionpipereon, poſtea præparat humores, & vias aperit. Ita hìc quoque humor melancholicus peccans frigidus eſt, craſſusque. Primò ergo cum linimentis ventriculus & hypochondria fouenda, vbi fiunt principales coctiones, & præcipuè lateris ſiniſtri rationem habeatis, vbi ſplen concoquit: ex hoc habetis coctionem humorum. Ego in febribus putridis poſt purgationem vtor oleo chamæmelino, vel anethino, cum vino aromatico, qua vnctione pori aperiuntur, & adiuuantur coctiones. In principio verò quietos humores relinquo, donec euacuentur, & phlebotomiam facio. Si non bonum eſt fouere ventriculum, vel hypochondria, vt circa partes principales bonę fiant coctiones, euacuamus humores. Fiant ergo frictiones cum linimento, vt pori aperiantur (eſt enim conſtipatio hìc) & vt crudi humores concoquantur. Poſt coctionem curemus præparationem: quia ſunt craſsi. debent ergo incidi. Si eſſet pituita, facilis ratio foret, quia humida eſt: humor melancholicus craſſus eſt & ſiccus, & ea quæ incîdunt, exiccant etiam: oportet ergo quærere incîdens, quòd vnà humectet. Quare nunquam præparabitis humorem melancholicum cum ſimpliciter incidentibus, niſi alternatim exhibeatis, vt per tres dies humectetis, per duos incidatis. Poteſtis igitur vti ſequenti:

℞. Liquiritiam,
Paſſulas,
Seminis althææ,
Chamomillam,
Poma dulcia.

Decoquantur in brodio pulli. eſt delectabile, & humectat. Vel rapas dulces decoquo ad vltimum, poſtea decolari facio, & ſubſtantia raparum abiecta, in prandio & cœna exhibeo loco ferculi. Sic poteſt humectari humor melancholicus. Quinto die poſtquam ita humectaſtis, poteſtis hoc exhibere, vel miſcere etiam humectantibus:

℞. Syrupi de pomis ℥.j.
Oxymellis ſimplicis,
Mellis roſati ana ℥.s.
Decoctionis infrà ſcriptæ ℥.iiij. Miſce.

℞. Liquiritiæ raſæ ℥.j.
Polypodij ℥.s.
Paſſularum ℥.ij.
Boraginis M.j.

Decoquantur in libris tribus aquę ciſternæ ad conſumptionem tertiæ partis, & diuidatur ipſa decoctio pro ſex ſyrupis. Pro linimentis:

℞. Olei anethini,
Chamæmelini ana ℥.ij.

Miſce, & fricetur leniter totum corpus, & illinatur manè & veſperi per horam ante cibum:

℞. Olei de abſynthio ℥.ij.
Chamæmelini ℥.j.
Ceræ ℥.j.

Miſce, fiat linimentum pro toto ſtomacho, ventre, & hypochondriis, applicandum in fine paroxyſmi.

CONSILIVM XXV.

Pro quodam iuuene, qui quartanam patiebatur, & magnam ſplenis duritiem.

RECIPE foliorum ſenæ,
Epithymi,
Polypodij ana ʒ.ij.
Myrobalanorum chebulorum ℥.j.
Aloes optimæ ʒ.iij.
Corticis rad. capparum ʒ.j.s.
Myrrhæ ʒ.ij.
Croci ℥.j.

Puluerizentur omnia per ſe, deinde miſceantur, ac cum ſyrupo de epithymo fiat magdaleon, de quo fiant pillulæ: pro ſingula vice tres: ſumat drachmam vnam ante cœnam ſemel in ſeptimana. Ordinata victus ratione vtatur, & ſi vult, poteſt inungere locum lienis oleo de capparibus: ſunt enim obſtructiones, vt ex totius corporis colore apparet. Hic adueniente Vere, quia his vſus non erat, & inordinatè vixerat, in febrem incidit. Montanus caſsiæ drach. decem, cùm drach. duabus ſpecierum hierę exhibuit: pro ſyrupis, poſtea ſerum lactis caprini, cum ſuccis fumiterræ, boraginis, cichorij ana vnciam vnam. Poſt ſecundum ſyrupum ſanguinem miſit: vltimò medicinã dedit ex confectione hamech, & ſyrupo roſato ſolutiuo. Pro aperiendis deinde obſtructionibus ſyrupum ex ſucco chamædryos & agrimoniæ cum infuſione corticis mediani fraxini vnciam ſemis, ceterach drachmas ſex. Infundantur in ſero lactis, & modico aceti, bibat manè ex ſero lactis caprini ad cyathum vnum. Chamædryn & agrimoniam addidit, quia ex malo regimine in obſtructionem alterius lateris inciderat.

Pro ſplene ordinauit hoc vnguentum.

℞. Bdellij,
Ammoniaci ana ʒ.iiij.

Diſſolue

Diſſolue in aceto ſquillitico: deinde adde A
Olei amygdalarum amararum,
Axungiæ porcinæ ana ℥.j.s.
Agarici optimi puluerizati ʒ.j.
Corticum rad. capparum ʒ.j.s.
Corticum ellebori nigri ʒ.ij.
Cum modico ceræ fiat linimentum, pro ſplene. Si pinguia pauca ſunt, duplicentur.

CONSILIVM XXVI.

Pro quodam viro laborante Quartana multis B *menſibus, cum tuſsi, & ſplenis duritie.*

PRo ſyrupo iuſsit accipi duas ſcutellas brodij è pullo, aut carne vituli ſemicocti, aut ſi non eſſet brodium, aquæ puræ, & in ea decoqui glycyrrhizæ partem, foliorum Boraginis, Betonicæ, paſſularum ana M.1.eaq; ad conſumptionem medietatis: & manè exhibeantur pro ſyrupis. Ad duritiem ſplenis iuſsit inungi eam partē oleo de Cap C paribus. Voluit vinum bibere album & tenue, quod conceſsit, & vt à craſsioribus cibis abſtineret, admonuit.

Ratio diætæ, in quartana præſcripta.

Circa rationem victus, primò eſt eligendum vinum album, clarū, tranſparens, neque multùm potens, non tamen acidum, vel aſtringens, ſed bene maturum, & potius ſubdulce, quod tamen moderatè bibet, abſtinendo prorſus ab omni potu D poſt prandium, & cœnam. Sed bis tantùm in die comedat, & tunc bibet, quantum ſat eſt, neque alijs vtatur carnibus, quàm pullorum, vituli, & auium paruarum pinguium, & perdicū. Et euitet porcinas, tam ſalſas, quàm recentes, bubulas, agninas. Euitet piſces cuiuſcunque generis, ſed præcipuè ſalitos. Euitet olera cuiuſcunque generis præter Boraginem, & Lactucam, quæ tamen decoquantur. Abſtineat à leguminibus, à caſeo, tam recenti quā veteri, & à quocunque lacticiniorum E genere. A fructibus caueat, niſi poſt prandium fortè, aut cœnam pyrum, aut pomum optimè aſſatum cum ſaccharo comederit. Euitet omnia cruda, qualia præcipuè ſunt acetaria, & tandem effugiet omnium rerum ſatietatem, & ſemper à cibo aliqua famis veſtigia retineat. Vitet quoque ſomnum meridianum. Manè ſurgat ſatis tempeſtiuè, corpusq; moderatè exerceat ante cibum, idq; quotidie curabit. Vtatur frequenter quemadmodum illi eſt præſcriptum ℈. Aleos in pillu- F lam redactæ, hora vna ante cœnam. Sit læto & commodo animo, & cum iucundis amicis verſetur, & omnes moleſtias animi depellat.

Pro Quartanario purgatio.

℞. Florum boraginis, Bugloſſæ ana ʒ.iij.
Radicum ellebori nigri ʒ.v.
Polypodij ℥.s.
Fol. ſenæ,
Epithymi ana ℥.s.
Radicum boraginis, G
Bugloſſæ,
Capillorum Veneris ana ʒ.iij.
Florum chamomilli,
Chamædryos,
Schœnantibus ana ʒ.ij.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, colentur & exprimantur, colaturæ poſtea addantur:

℞. Succi fumiterræ,
Boraginis, bugloſſæ ana ℥.i.s.
Succi pomorum ℥.iiij.
Zucchari albi ℥.xv.

Fiat ſyrupus, ſumat per quinque dies.

CONSILIVM XXVII.

De Hebræo quartanario & Hydropico. 1545 in colloquio.

CAsvs referente Tomitano huiuſmodi eſt: Affertur patiens 40. annorum Hebræus, qui ante multos dies laborauit febri continua, non hic, ſed in vrbe quadam Curatite, eam habuit per 20. dies continuos, & terminata eſt 21. ſed non perfectè reliquit eum: & cum poſtea per mare reuerteretur, incidit in aliam continuam, à qua liberatus Venetijs, ita vt in quartanā mutaretur, venit huc iam ante menſem, ego accerſitus reperi quartanam ſimplicem ſine accidentibus. Tempore paroxyſmi frigido erat quidem ſenſus non punctionis, ſed iniectæ aquæ frigidæ, nec magnum erat frigus, in calore habebat quandam inquietudinem, ſed nō magna erat, nec plus quàm horas duas durabat. Hora acceſsionis interdum anticipabat, interdum poſt ponebat, ſed paruo interuallo. Apparebat durities maximè in parte ſiniſtra. Propter obſtructiones ortas ex malo victus regimine in itinere, & reliquijs febris non bene curatis. Dedi primò quæ inciderent humores craſſos, & aperirēt. Poſt euacuaui cum infuſo Agarico, cum confectione hamech & ſyrupo roſato ſolutiuo. Poſtea regionem ſtomachi vnxi oleo maſtichino pro confortando ventriculo. Dedi etiam confectionem diacimini cum Arom. roſato, ſed minori quantitate. Ita ceſſauit tandem, & per 15. dies melius habere videbatur, poſtea ſubſecuta ſunt alia ſymptomata. Tuſsis magna, cum qua primùm nihil aut parum admodum, & valde inconcoctum expuebat, poſtea minori quadā difficultate & magis cocta expuit: ſed tandem ſuppreſſa tuſsi, ſucceſsit ingens dolor ventriculi per biduum, qui redeunte tuſsi mitigabatur. Adhuc hodie illo dolore vexatur, qui eſt ſenſus pungitiui: ſed quoniam tuſsis adeſt etiam, vtrunque mitius videtur. Adeſt magnus tumor ſplenis, & febris continua, licet & quartana videatur habere ſuas acceſsiones. Adeſt inflatio teſticulorū & tumor in cruribus: appetitus totaliter cecidit, ita vt nec ſitiat nec fameſcat.

MONTANVS.

Clariſs. Doctores, & Scholares doctiſsimi, in hoc viro quem habemus curandum, eſt malus habitus totius corporis, præcipuè membrorum naturalium, inflatio pedum, teſticulorum, febris continua, quæ à die veneris præterita durat huc vſque, & fortaſſe nunquam fuit immunis à febre, à 5. Iulij, qua cœpit laborare, huc vſque. Habet

ig'tur febrem, malum habitum, tumorē omnium
membrorum naturalium, patitur obſtructiones,
adeſt tuſsis cum ſputo craſſo & viſcido. Ad hos
morbos ſequuntur ſymptomata. Quærēdæ ſunt
omnium iſtarum diſpoſitionum, ſiue morbi, ſiue
ſymptomata ſunt, cauſæ & natura. Cauſas dico
coniunctas & proximas, ac præcedentes, ſeu pro-
catarcticas. Primùm videbimus vtrum fuerint
intrinſecæ, vel extrinſecæ cauſæ huius morbi. Ad
hoc faciet, vt videamus cuiuſnam temperaturæ
ſit, quia ſæpe temperaturæ ſunt cauſæ diſpoſitio-
nis morborum. Præcedunt enim, & habitum fa-
ciunt, ad accipiendos morbos facilius & diffici-
lius. Videndum igitur cuius temperaturæ fuerit,
& videbimus an aliqua fuerit intrinſeca cauſa
morbi, an fuerint extrinſecæ validiſsimæ. Tempe
raturæ cognoſcuntur ex his, quę apparent extrin
ſecus, colore & habitu corporis, actionibus & ex-
crementis. Non diſcurrā tamen per omnes actio-
nes, & præcipuê animales, cùm nō nouerim, nec
de conſtantia animi, nec aliis, cùm nihil eiuſmodi
cognitum habeam. Ego ad ea quæ perpetua ſunt
accedam, quæ permanent, etiamſi acquiritur ma-
lus habitus, & inueſtigabo naturam hepatis po-
tiſsimùm, à qua omnia dependent, vel bona, vel
mala. Dicam ingenuè quod ſentio, video pilos
aduſtos, venas pro proportione huius corporis
ſatis amplas, colorem vergentem ad atrum: hæc
omnia, & præcipuè amplitudo venarum & pilo-
rum color, perpetuò permanent, etiam cùm mu-
tatur temperatura à calido ad frigidum. Hæc om-
nia aduſtionem ſignificant, quæ non fieri poteſt,
niſi à magno hepatis calore, generāte ſanguinem
aduſtum. & licet nunc amplitudo venarum non
facilè apparet, quia totum corpus repletum eſt pi
tuita: diligentius tamen conſideranti ſatis patet,
& ita non poſſum dicere aliud, quàm hepar fuiſſe
calidum & ſiccum. Hepate calido exiſtente diffi-
cilimum eſt cor eſſe frigidum, cùm calor hepatis
foueatur, & actuetur à calore cordis, qui actualis,
& à quo reliquorum membrorum calor in poten
tia actuatur & habituatur. Cùm autem à forma
procedat actus, talis erit actus, qualis eſt calor cor
dis, & ita non poſſum videre, quòd iſta aduſtio-
nis ſigna, & calor hepatis poſsint ſtare cum frigi-
ditate cordis. Fuit igitur hepar calidū & ſiccum,
(licet temporis ſucceſſu poſtea, & aliis cauſis ac-
cedentibus ſit factum frigidum, & ſicut dicunt,
maleficiatum, ita vt nullum membrum ſe natu-
raliter habeat) cor etiam ſiccum & calidum, & ita
in corpore potius augebatur ſanguis craſsior, ca-
lidus & ſiccus quā pituita. Poſtea contigit, quòd
vſus ſit plurimùm cibis craſsis, & animi acciden-
tia plurima habuit. Qui verò calidi & ſicci ſunt
hepatis, gracilioris ſunt abdominis, non abun-
dant pinguedine, nec omentum habent ita muni
tum, vt tenere ac fouere poſsit calorem innatum
ventriculo ſecundùm Galen. vel calorem, quem
in ſe habet iuxta Ariſtotelem, det ventriculo, vel
vicinis membris. Eſt enim in pinguedine cauſa
caloris, ſecundùm Ariſtot. & Galen. & ita non po
terit omentum vel calefacere, ſecundùm Ariſtot.
vel fouere calorē ventriculo innatum, ſecundùm
Galen. atq; adeò redundat plurima pituita, pro-

A pter ventriculi imbecillitatem. Nec pugnat quòd
aliquis ſit aduſtus, & generet multam pituitam.
Imò ſemper ſic ſolet contingere, quòd cùm ali-
quis ſit aduſtus, generet multum pituitæ: & qui
abundant humore melancholico, ſunt etiam ma-
ximè pituitoſi, & ideò ſemper cùm purgatur me-
lancholicus humor, adiicitur aliquid euacuans
pituitam. Cauſa igitur huius rei eſt calidum he-
par, generans ſanguinem craſſum & aduſtum: fri
giditas ventriculi generans plurimum pituitæ: &
B hæc erat temperies, quæ eſt cauſa diſpoſitiua ad
hunc vel illum morbum. Incidit tandem ex ali-
qua cauſa in febrim continuam, in qua à Medico
curatus ſine phlebotomia, quæ in febribus conti-
nuis eſt admodum neceſſaria, nec euacuatus eſt
vt debebat, viſa eſt ei terminari 21. die, ſed non eſt
terminata, ſed facta permutatio, vt Hippocrates
tertio Aphoriſmo. Ipſe eam ceſſaſſe dicit, cùm ſit
immutata ad aliam naturā. Habebat continuam,
quæ pendebat à materia craſsiori: non enim ade-
C rant accidentia, quæ teſtarentur ſuper acrimonia
humoris: & natura eſt aptus ad generandam pi-
tuitam & melancholiam, & in habentibus ſym-
bolum, fit facilis mutatio. Ideò ex mala ratione
victus, & non recta curatione (Auicenna 1. quarti
de Febribus quotidianis, quando tranſit 14. &c.)
redditus ventriculus ſe ipſo imbecillior, conco-
ctio etiam in membris deterior, & mala diſpoſi-
tio membrorum, vt cùm non nutriantur, ſequa-
tur tumor membrorum. Erat autem corpus na-
D turaliter aptum ad obſtructiones, hepar calidius
calore igneo, ventriculus frigidus, & febris calo-
rem igneum auget, & naturalem minuit. Ideo fit
aſſatio inæqualiter in chylo crudo, non æqualis
concoctio, ſicut in elixatione, ita ex naturali tem-
perie, victus mala ratione, ſecutę ſunt obſtructio-
nes, ad quas putridæ ſequuntur febres ſubitò:
quare obſtructionibus factis, non poteſt viuere
ſpiritus & calor naturalis. Ideò vbi eſt cacochy-
mia, & accedūt obſtructiones, humores mali non
E poſſunt euentari, ſed putreſcunt, & ideò ſemper
remanſit febris, quam fuiſſe puto ex pituita qua-
dam ſubtiliori putreſcente in venis, & credo ini-
tiò fuiſſe duas febres complicatas. Sed quia in ma
teria craſsiore tenuiores partes facilius conco-
quuntur, ideo febris quæ à bile erat, facilius re-
ceſsit, remanſit illa quæ à pituita tenuiore erat,
quæ à Græcis τυφώδης dicitur, quaſi fumus ſemiſe-
pultus in ligno, quod non vult ardere, & ab Ara-
bibus febres laticæ, qui latere videntur, & hanc
F dicit Auicenna valde aſsimilari hecticis, & ſequi-
tur ægritudines quæ malè curantur. Eſt igitur ita
curatus, vt nunquam integrè ſit reſtitutus, ſed
ſemper actiones læſas habuerit, ita vt nunquam
corpus ferè ſanum habuerit, ex quo cœpit ægro-
tare. Acceſsit deinde Venetias, & continuitas illa
plus etiam aduſsit ſanguinem, perſeuerante calo-
re igneo. Aduſtus igitur eſt ſanguis, & multipli-
catus humor aduſtus in corpore, ex quo incidit
tandem in Quartanam. An modò ex naturali an
ex aduſto humore? Sæpe contigit aduri bilem,
& fieri ſicut cinis, ſicut fit in ligno, cùm aduritur
ab igne fit carbo, & eſt ignis ille feruentiſsimus:
ſed vbi vlterius aduritur, fit cinis. Hic non habuit
ſæua

ſæua accidentia: & quidem febrem factam ex eo humore, teſtantur omnia quę de tēperatura dixi-mus, ſemper autem durat febris quartana, fiunt obſtructiones, & calor hepatis concluditur in an guſtum. Ideo maior fit, & augetur aduſtio in quā titate & qualitate etiam, ſeu putredine: quæ dein de, propterea quòd hepar non amplius attrahit, diſtribuitur per totum corpus, & facit febrim cō-tinuam quidem, ſed quæ habeat acceſsiones etiā quartanas, propter aduſtionem materię. His per-ſeuerantibus, & calore naturali, qui in igneū mu-tatus erat, etiam reſoluto, tandem multiplicata materia, hepar, & omnes venæ replete ſanguine aquoſo: quia enim ventriculus non concoquit, vt oportet, nec fit chylus debito modo, hepar at-trahit non concocta perfectè, & ipſa inæqualiter conficiens partim adurit, partim non concoquit, ac ita generantur ac multiplicantur duo diuerſi humores in corpore, qui poſtea ſparguntur in to-tum corpus. Vbi autem ſanguis aquoſus venit ad membra, non aſsimilatur eis, quia nō poſſunt con coquere, & ideo fit diſpoſitio leucophlegmatiæ vel anaſarcæ, vel malus habitus, in quo corpus redditur ſeipſo albius, & loco ſanguinis genera-tur pituita. Talis enim calor eſt corporis, quale eſt dominiū humoris. Eſt ergo pituitæ dominiū in hoc, & corpus accedit ad malum habitum, qui tandem in anaſarcam deſinet. Hæc omnia ſubſe-cuta ſunt ad priora, obſtructiones & aduſtiones, aucta mala diſpoſitio vētriculi, multiplicatus hu-mor pituitoſus & aduſtus, ſucceſsit quartana, & tandem leucophlegmatia, vt iam accedat ad ana-ſarcam, ac per totum corpus: vbi premitis, perci-pietis tumorem, maximè tamen in pedibus, quia ob grauitatem materiæ tendunt deorſum magis illi humores, vt notat Galenus. Incipit igitur iam Anaſarca, atq; vtinam ea ſola eſſet, & eſſet pituita illa in venis, & non haberet fomentū à membris. Videmus tumorem inſolitum & inſignem, & he-par ipſum malè diſpoſitum, contingit multiplica ri pituitam, & vētriculum repleri. Vnde propter euaporationes ad caput fit profundioris ſomni: inde deſtillantes vapores & humores collecti in capite ad pectus, excitant tuſsim, qui eſt motus pulmonis ad excernēdum materiam lædentem. Cum igitur deſtillat materia ad pulmonē, neceſ-ſarium eſt ſuccedere tuſsim. non expuebat vel ex parte virtutis, & inſtrumentorū, vel ex parte ma-teriæ, quæ cum nimis craſſa eſt, non poteſt à ſpi-ritu illo collecto & coadunato in pulmone, ac ſu-bitò erumpente propelli: ſi verò nimis tenuis materia, effluit ſpiritus, & dimittit materiam: ſi media, expellit, quia craſsiuſcula eſt vt non ce-dat, & tum nō tam craſſa eſt, vt propelli nequeat. Primò igitur non expulſa eſt, quia tenuior, donec concoqueretur. Sunt autem duæ viæ amplæ, per quas deſcendit catarrhus, œſophagus & aſpera arteria, nunc ad hanc nunc ad illam fluit: & non eſt mirum, ſi in ventriculo percipiat flatus, quia pituita à cerebro deſcendens, ſemper flatuoſa eſt. Si igitur facit moram in ventriculo, & huc illuc a-gitata quærit exitum, flatus facit, qui propter le-uitatem ſurſum aſcendunt, & faciunt dolorem pungitiuum, non rationæ materiæ (non enim a-

A criſ eſt) ſed loci, qui ſenſilis etiam eſt admodum: ſicut fit etiam in dolore colico, quia materia craſ-ſior diſtēdit tunicas. Quandoque ceſſat tuſsis & augetur dolor: aliqñ tuſsis augetur, & dolor mi-nuitur, ꝓut materia tēdit, vel per hāc vel per illā viam, & cum diuiditur materia ad vtrumque lo-cum, dolor eſt moderatus. Hæc licet omnia ad ſe inuicem conſequuntur, neceſſariò tamen ex ijs nondum curatio habetur. Quid igitur dicendū, quid affert intentionem curandi? Habemus mor

B bum in intemperie & obſtructione, quæ eſt mor bus in compoſitione. Intemperies, eſt calidus, & ſiccus, & frigidus, & humidus, lapſus qui eſt ma-ximus à contrario ad contrarium temperamen-tum. Ergo maximis remedijs opus habet, & diffi-cilis erit curatio. Obſtructiones magnæ in omni-bus membris naturalibus, hepate, liene, ven-triculo, & cætera, ad quas ſequitur febris tan-quam accidens. Auicenna prima Quarti. Sed hîc credo eſſe abſceſſum in vtroque membro,

C & credo quòd tangi poſſent, ſi poſſem⁹ remouere flatum & tumorem: & eſt maximus caſus virtu-tis, quæ nunquam poteſt eſſe valida, vbi eſt do-minium pituitæ, vt multis locis Galenus docet. Cum igitur refertus ſit ſecundum omnia mem-bra naturalia, erit valde debilis calor. Habemus igitur intemperiem frigidam & humidam, ob-ſtructiones ad quas tumor, febris, & reliqua acci-dentia ſequuntur, ſicut vmbra corpus. Curan-dus igitur morbus, & curabuntur ſymptomata.

D Non igitur eſt curandum neq; de catarrho, neq; de ſomno profundo, neque de anaſarca, neq; de febri, neq; de caſu virtutis, niſi quatenus in vni-uerſali, ſicut & Auicenna præcipit: quando catar rhus cum febri, ne cures de febri, ſed de catarrho ad quem febris ſequitur. Obſtructio igitur curan da, curata optimè obſtructione, hepar debet ca-leſieri & reduci ad temperiem naturalem. Vnde debet inchoare medicus.? Donec erunt obſtru-

E ctiones, non poterimus tollere intemperiem he-patis, non tollemus obſtructionem, niſi euacue-mus materiam obſtruentem. Scitis autem Apho-riſmum, Si talia purgentur, &c. Qualia oportet purgari? peccat pituita. Ergo & præcipuè pur-ganda eſt, & aquoſitas vna educetur. Qui autem vult euacuare pituitam, debet habere curam ca-loris innati, & virtutis, cuius miniſter medicus eſt. Videmus imbecillem virtutem, pituita verò non niſi validis euacuari poteſt, quæ nocent ven triculo & membris naturalibus: eſt enim craſſa &

F rebellis. Sed debemus reſpicere virtutem quę de-bilis. Sed & hepar & ventriculus imbecillis, & am bobus nihil magis nocet, quàm multitudo me-dicamentorum: relaxant enim ea, vt fiant ſen-tina omnium excrementorum totius corporis. Habemus igitur quid ſit agendum, ſed quod ad modum operationis eſt difficultas. Quid agen-dum? Primò euacuandum, & poſtea corrigen-da membra naturalia. Quia autem materia rebel-lis, & propter ſubſtantiam propriā, & ratione ob

G ſtructionum, ego inciperem ab ijs quæ aperiunt, calefaciunt, exiccant, & confortant. Iam enim his omnibus indigemus, inſtrumenta ſunt omnia amara cum aſtrictione, abſinthium quocun-

que modo datũ, marrubium, vel praſsium, aloe, A chamædrys, capilli Veneris. Nec opus eſt vt fugiat amara, ſi vult curari. Amara enim ſunt, quæ curabunt: dato lenitiuo aliquo, exhiberem ſyrupos hoc modo factos:

℞. Syrupi de abſynthio,
De praſsio,
Oxymellis ſimplicis ana ℥.iij.

Poſtea fiat decoctum ex chamædri, capilli Veneris, agrimonia & ceterach, quod diligenter expreſſum reſeruarem, & ita vterer. Diuiderem illas B vncias nouem ſyrupi in quatuor partes, & pro ſingulis partibus adderẽ huius decocti quantum ſufficit pro vno ſyrupo: quia autem adeſt maxima obſtructio, non vellem eſſe contentus his, ſed vellem exhibere ſingulis diebus ante aſſumptionem ſyrupi trochiſcum vnum ita paratum:

℞. Aloes,
Rhabarbari,
Succi abſynthij,
Liquiritiæ ana ʒ.ij. C

Et fiat trochiſci, de quibus ſingulis diebus exhiberem ℈.j. in forma pillulæ, immediatè ante aſſumptionem ſyrupi. Corroborabit venticulum, aperiet obſtructiones, confortabit hepar: facta apertione, coctione, & præparatione, iuxta præceptum: Corpora quæ purgare voles, oportet fluida facere. Poſtea ad purgationem accederem, & facerem euacuationem cum euacuantibus pituitam, primò, & poſtea ſi apparerent ſigna melancholiæ, etiam eam euacuarem. Acciperem primò D confectionem hamech: poſtea corpore euacuato accederem ad confectiones magnas, & ſingulis ſeptimanis darem drach. vnam mithridatici. Sed circa confortationem membrorum naturalium præcipuè ſollicitus eſſem, idque tentarem tali remedio: Acciperem cidonia & decoquerem, & per ſetaceum tranſmitterem, ſimiliter & carnes dactylorum, & ſimul commiſcerem cum mica panis aſſati, & infuſum in vino aromatico, maluatico. Hæc omnia contundo ſimul, & appono pulueres ga- E ryophyllorum & macis, & poſtea in pannis lineis tenuiſsimis applico omnibus membris naturalibus, & in hoc multum confido: eſt enim præſtantiſsimum in reficiendis & confortãdis membris naturalibus. Victus deinde ſit attenuans, vinum album pati nõ poteſt, rubrum bibat, non valde nigrum, & tenue. Carnes ſint facilis coctionis, & pauci nutrimenti, aues montanæ, pulli iuniores aſsi vel elixi, & ſemper aliquid aſpergat cinamomi ad ſua fercula: ſemper aniſum comedat an- F te cibum. Maneat in lecto, & ibi cum pannis lineis foueatur calor naturalis. Fiat item linimentum ex oleo anethino, & oleo de ſpica, quo inungatur totum corpus pro fortificando & fouendo calore naturali membrorum.

CONSILIVM XXVIII.

Pro quodam puero decumbente in hoſpitali, laborante febre, habente primùm quotidianas acceſsiones mutata in quartanam, cui hectica & hydrops coniuncta videbatur, viſitationes ſex. In prima hæc conſuluit.

CAVSA primitiua ſumitur ab eo, quòd noctu multum verſatus eſt in aere frigido, vnde tuſsim habuit vehementiſsimam cum catarrho, & inde in febrem cum ſplenis tumore incidit. Symptomata talia ſunt: Quotidie febricitat circa horam 19. frigus durat vſque ad 21. calor non tranſit mediam horam, poſtea melius habet, vt ſibi videtur: quia nõ percipit quæ nos: ſymptomata non habet adeò horrenda, non habet dolorem capitis magnum, nec ſitit, egerit etiam, ita vt videatur potius ſimplex febris. Vrina ad ſubnigredinẽ tendit, rubra tamen, in qua etiam vidi ſubnigram nubeculam. Pulſus durus, vt arcus tenſus, & ꝓpter duritiem adeſt frequentia longè maior quàm velocitas, & quaſi tactui reſiſtit: videndumque an hæc durities ſit ratione materiæ, an verò ex parte virtutis. Adeſt & alia ægritudo, quæ genere differt à priori, tumor in toto ventre, & tenſio cum ſonitu, vt in tympanite, & difficultas anhelitus, vt ferè ſuffocetur. Regula itaque ſit vobis: Semper prima ſtatim viſitatione videndum eſt, quę operationes ſint læſæ. Illæ enim indicant morbum, & ſunt ſigna quæ non fallunt. Operationes animales hîc non ſunt læſæ, rectè intelligit, memoratur, diſcurrit, omnes interiores ſunt ſanæ, ergo eas non conſiderat Medicus: nec exteriores læſæ ſunt, bene videt, audit, odorat, ſentit, appetit, mouetur ſecundùm totum corpus, & exercet omnes operationes animales, vt ſanus. Vitales læſę ſunt, quod colligitur ex pulſu non naturali. Sunt enim tres cauſæ pulſuum: Primò neceſsitas caloris euentandi, ꝗ prout maior vel minor fuerit, variat pulſus. Secundò, efficiens cauſa eſt virtus mouens. Tertiò, corpus motum, videlicet inſtrumentum, in quo requiritur, vt ſit apta arteria, non nimis dura, nec mollis, ſed vt ſit moderata inter duo extrema, quia ſi peccat in alterutro, impeditur. Hîc primò eſt durities in arteria, & eſt pulſus frequens, & velox, qui indicat auctam eſſe neceſsitatẽ euentandi caloris. Eſt paruus, quia virtus tanta non eſt, vt poſsit dilatare arterias, & quia debilis eſt, vt vna dilatatione euentationi ſatisfacere non poſſit, ideò id pluribus vicibus ſupplet. Ex his colligitur in corde eſſe calorem nõ naturalem, qui auget neceſsitatẽ euentationis: nec cauſam efficientem ſeu virtutem rectè ſe habere, & inſtrumẽtum ſeu arteriam etiam ſeipſa eſſe duriorem. Operationes naturales expreſsè & notabiliter læſæ, vt ſuprà in hydrope oſtendimus. Et manifeſtum eſt hîc initium hydropis, ſeu tympanitis, vt apparet ex tumore ventris. Arguimus etiam duritiem eſſe in ſplene & hepate, quia nihil facilius, vt Galenus etiam conſiderauit, vbi tam diu durauit obſtructio, cuius ratione diſtributio alimenti nõ fit per venas, nec poteſt confici alimentum, ſed fit cruda aquoſitas, quæ difflatur & tranſit ſub forma vaporum inter peritonæum & inteſtina, vbi adhuc magis denſata à frigiditate, fit aſcites, qui habet formam eius, & ſic concoctrix virtus in ventriculo & hepate læſa eſt. Vbicunque autem eſt actio læſa, ita vt ſit diminuta, vel ablata, de neceſsitate id fit per frigiditatem: quando verò corrupta eſt, per caliditatem. hîc actio diminuta, ergo fri-

go frigiditas. Et quia cum toto corpore communicat, ergo in principio eſt in hepate, in quo fit ſanguis. Illud frigidius redditũ eſt per affluxum materiæ, vnde fit tympanites. Eſt ergo morbus primùm in intemperie, per affluxum materiæ, & deinde etiam p eſſentiam. poſtea eſt etiam in cõpoſitione, quia obſtructio eſt in meatu. Eſt & alia ægritudo, calor præternaturalis in corde, q cùm diffunditur per corpus, facit febrem: ſicut Galenus in libro de Inæquali intemperie, & de Conſtitutione artis ait, duas inæqualitates, id eſt, frigiditatem & caliditatem in eodem membro non inconueniens eſſe: & hoc ſæpe fit, vbi primò materia refrigerans occupat membrum, poſteà caliditate ex corde fluẽte, per eius affluxum inducitur calor. Eſt igitur curatio, quia calor ille rectificat, ſubtiliat, digerit & curat, vt etiam Hippocrates teſtatur: Febris ſpaſmo ſuperueniens melior, quia febris reſoluit materiam, & tollit ſpaſmum. Ita hîc etiam ſunt duo morbi, febris propter calorem præternaturalem, quẽ indicant etiam exeũtia: vrinæ enim rubræ ſunt propter aduſtionem, & hypoſtaſis aduſta eſt, quod ſignificat aſſari ſubſtantiam ſanguinis. Altera ægritudo eſt hydrops, qui eſt principaliter, & fundamentaliter à temperatura hepatis, & eſt tympanites. De febri videndum cuius ſpeciei. Audiuiſtis quòd inuadat eum frigus, oportet igitur adeſſe materiam, quæ mota facit frigus, quia frigus in febribus pendet à materia. Videndum igitur à quo humore pendeat, quod ex operationibus læſis per ſuos effectus cognoſcitur. Eſt igitur febris materialis, quia frigus apparet, quod inducit ſubitos motus materiæ à venis ad partes exteriores: & quando ea materia, ſiue calida ſit, ſiue frigida, pertranſit muſculos, ſemper fit frigus, propter quod calor retrahitur ad centrum, vt ſuccurrat cordi, & ita fit frigus ꝓpter cõtractionem caloris, & quia muſculi mordicantur, vt Galenus copioſè declarat. Habemus igitur febrem putridam pendentem ab humore, vnde naſcitur generalis indicatio, quòd ſit euacuandus. Sed neſcimus adhuc, qualẽ humorem debeamus euacuare. Oportet igitur diſtinguere, ſi enim diſtinctæ erũt diuiſiones, diſtinctæ etiam erunt indicationes curandi. Hîc ſcimus eſſe materiam, ſed neſcimus quæ ſit, & vbi ſit: ergo non ſcimus quomodo ſit euacuãda, quare videndum eſt. Dicet ſe habere frigus leue, quoad intenſionem, ſed diu durans, per tres ſcilicet horas: etiam non eſt concuſsio, nec tremor, ſed ſimplex frigus: non habet ſitim, nec dolorem capitis, famem tantùm habet. Calor præterea nõ multum mordax, frequentia quidem in pulſu, ſed non ita inſignis. Hi ſunt affectus conſequentes læſas operationes, ex quibus colligitur materiam ſegnem eſſe, & nõ acutam. Nunc igitur conſideremus naturam humorũ. Bilis in corpore eſt humor nobiliſsimus, quia calidus & ſubtilis, ex propria natura mobilis, mordax. Nullum enim membrum tolerat: vbi hic peccat, omnia ſunt in motu. Pituita tarda ad motum, craſſa, viſcoſa, frigida, ſine mordacitate adhæret, & impingitur, & motus ſegnes facit: vbi peccat, longos morbos affert. Sanguis medio modo ſe habet, nec ita tenuis vt bilis, nec ita craſſus

A vt pituita: quoad caliditatẽ moderatè mouetur, nec putreſcit niſi extra venas. Melancholia eſt ſegnis, quia craſſa & frigida, eſtque mordax, non ratione caliditatis, vt piper, ſed ratione aciditatis. Videte meam Methodum, & Galenum de Simp. medic. facult. Nunc ad propoſitum. Cauſa magna frigiditatis eſt, vel ſubtilitas materiæ, vel multitudo. Hic eſt frigus ſegne, igitur non eſt materia calida, & tamen eſt multa materia, quia diu durat frigus. Nec morbus maturatur, quia ſemper B febricitat. Finis vnius paroxyſmi, eſt initium alterius. Ergo multa materia, & ſemper eadem hora affligitur. Indicat igitur humorem pituitoſum putreſcentem, qui facit quotidianas inuaſiones. Et ideo quia materia pituitoſa in morbo non eſt calor acutus, nec ſitim habet, nec dolorem capitis, multũ tamen comedit, propter ventriculi frigiditatem, quia fames eſt calidi & ſicci appetitus: ideo à frigiditate fit moderata, quæ non ſit tanta, vt ſtupefaciat ventriculum. Pulſus verò inæqua- C lis eſt, propter materiæ aggrauationem. Calor etiam magis ſuffocatur à materia frigida & humida, quàm à bilioſa, & ideo pulſus fit inæqualis. Eſt ergo humor pituita. Materiam enim frigidam eſſe apparet ex omnibus ſignis. Sed quòd non ſit melancholia, patet primò, quia non eſt mordacitas: ſecundò, frigus nõ adeò intenſum vt in quartanis: tertiò, non eſt acceſsio de quarto in quartum. ergo eſt pituita. Sed an ſit ſimplex humor pituitoſus? Reſpondeo, rarò inuenietis vnum D humorem putreſcere, cui non ſint admixtæ partes alterius, imò ferè ſemper commiſcentur bilis & pituita. Nam pituitæ viſcoſitas facilè amplectitur bilem, & ſic vnà tranſit, ita vt ferè nunquam ſit bilis, vbi non reperiatur quoque pituita. Rarò tertianam exquiſitam inuenietis, quoniam ſemper ſit aliquid craſsi humoris admixtum. Rarò etiam quotidianas habebitis, vbi nõ ſit aliquid admixtum bilis. Et hîc quoque vrinæ tinctæ ſignificant bilem, cùm pituita putreſcere. Eſt ergo pri- E mò febris putrida, pendens à pituita cũ portiuncula bilis admiſtæ, & dicitur amphimerina, quia ſingulis diebus inuadit. Quia autem humor putreſcit, vel intra venas, vel extra venas, & ex hoc diuerſæ oriantur indicationes, aliter enim operamur, cùm intra venas eſt putrefactio, aliter cùm extra: quid de hoc noſtro caſu dicemus? Hic putreſcit extra venas, & illud inde ſcio, quia eſt in frigore paroxyſmus. Dixit autẽ Galenus, proprium febrium continuarum non horrere, ſed hæc inci- F pit cum frigore, ergo extra venas putreſcit. Sunt enim hîc obſtructiones, quæ faciunt hepatis & ventriculi frigiditatem, quia non diſtribuitur cibus, niſi parum: ſi enim nihil diſtribueretur, non viuere poſſet. Duo hæc mala proueniunt ex obſtructione, refrigeratur hepar & ventriculus: vnde multiplicatur pituita, & prohibetur euẽtatio, vnde fit putredo. Quid igitur agendum? Debemus euacuare humores exiſtentes in ventriculo. Sed non poteſt fieri exquiſita euacuatio propter G obſtructionem, & priuſquam euacuemus, corpora fluida reddẽda ſunt, ſecundùm Hippocratem. Fiunt autem fluida, quando aperiuntur viæ, per quas humor tranſire debet. Ergo ſi volumus eua-

cuare, oportet obſtructiones antè aperire cum his,quę habent vim aperiendi.Habemus duo inſtrumenta aperiendi: quædam per ſe aperiunt, vt omnia amara, & hæc eſt apertio in profundo: quædam per accidens, vt primò abſtergentia, quæ abſtergunt paulatim in ſuperficie tantum, & leniter aperiunt de parte in partem, talibus vtimur cum longum eſt iter. Secundò incidentia, quæ aliquando efficacius agunt,quàm abſtergentia,quia penetrando ſubtiliant materiam. Nos in noſtro caſu indigemus paulatim aperientibus obſtructiones. Non igitur vtemur aperientibus per ſe, quia nimium aperiunt, & periculum eſſet ne cruditates præcipitarēt ad venas. Propterea non oportet ſubitò aperire initio,aliâs ſcirrhum in hepate faceretis.Nec detis in principio ſyrupum de Abſinthio, vt multi faciunt. Ego ſyrupum talem ordinaui:

R. Oxymellis ſimpl.℥.j.s.
Mellis roſati ℥.s.
Aquæ Cuſcutæ ℥.iij.

Miſce,fiat ſyrupus. Oxymel incidit, & aperit, ſed quia erodit inteſtina, adieci ei correctionem mel roſatum, quod etiam corroborat ventriculū, adieci aquam Cuſcutæ propter penetrationem, eamq; indicationem à membro ſumpſi.Eſt membrum longinquum,in quo obſtructio aperienda, ideo dedi quæ iuuant apertionem, & ſunt ſubtilium partium.Eſt autem Cuſcuta efficaciſsima in penetrando & incidendo, nec tamen facit apertionem per ſe,vt amara.

CONSILIVM XXIX.

De eodem in ſecunda acceſsione.

SVNT ſignorum capita,à quibus indicationes ſumimus, cum eſſentiam morbi quærimus. Operationes læſæ animales, vitales, & naturales. Secundò affectus conſequentes, vt calor,habitus corporis. Tertiò, excremēta,ſputum,&c. Vidimus in noſtro ægro, quæ operationes ſint læſæ, nempe vitales & naturales, vnde inuenimus duas ægritudines oppoſitas, vel omnino vel ex parte, frigiditatem hepatis & ventriculi, per affluxum primò,& exiſtimo etiam nunc eſſentialiter. Quia enim longo tempore durauit, veriſimile eſt (non dico certum) quòd ex longa illa perſeuerantia ſit facta impreſſio, & intemperies per eſſentiam. Sunt aūt duę intemperies contrarię in hoc corpore, ambę per affluxum:nec mirum videri debet.Duæ enim temperaturæ contrariæ cum materia in eodem membro eſſe poſſunt, quia habent fundamenta diuerſa, quod Galenus etiam de inæquali intemperie docet fieri quotidie. Sed non poteſt fieri vt duæ contrariæ temperaturæ ſine materia ſint in vno membro,vt in vna parte digiti non poteſt eſſe caliditas & frigiditas.Et tales ægritudines periculoſæ ſunt,vt cum medicinæ contrarię miſcentur,vt in Philonio,Piper Opium ſi ſuperet,occidet, ſi opium item. Eius aūt refrigeratio periculoſior eſt, quàm caliditas Piperis. Eſt igitur in hoc febricitante primò febris calida, & ſicca per affluxum à A materia pituitoſa, putrefactà in toto corpore extra venas.Et eſt febris continua, cum frigore tamen,ita vt vnus paroxyſmus inueniat alium. Eſt ſecundò obſtructio,ex qua fit tympanites.Febris hodie eadem, incipit decimanona hora. Venter videtur auctus,maximè ad partes ſuperiores,vnde habet grauem anhelitum,quia diaphragma etiam obſidetur ab illa materia,nec tantum haurit aeris, vt tria aut quatuor verba commodè eloqui poſsit. Excrementa non oſtenduntur nobis,quæ B tamen debetis conſiderare quotidie, quia ex his non minus, quàm vrinis iudicamus.[Vrinæ non indicant alios affectus quàm eos, qui ſunt in venis, vel vaſis vrinariis, id eſt, meatibus, qui deueniunt à venis ad renes,&à renibus ad veſicam. Hîc nihil habemus, quod oſtendat in eo vaſa vrinaria læſa eſſe. Sed volumus ſcire, quæ coctiones in venis, quis color,& qui humores:hęc poſſumus ex vrinis iudicare, omnia non. Porrò in vrinis quinque conſiderantur. Primò, color C prius vrinæ eſt tendens ad paleam hordei, ſubcitrinus ac luteus, acſi aliquis parum Croci cum magna quantitate aquæ miſcet. Hîc habet colorem diſcedentem à vero colore vrinæ, tendit enim ad citrinitatem intenſam.Aureus color indicat multum caliditatis in venis.Secundò,ſupereminentia, videlicet in ſuperficie, ſupernatantes quædam maculæ quaſi olei, arguunt quòd calor colliquatur vel in renibus,vel in venis,tamē non credo in renibus potius,quàm partibus aliis. D Tertiò, ſubſtantia eſt craſſa ob humores crudos, & propter multitudinem pituitæ,& craſſos crudoſque humores in venis, quia hepar frigidum & humidum. Neceſſe eſt vrinam craſſam eſſe, quia excrementa ſunt pituitoſa. Quartò liquor, in hoc adeſt aliquando ſubobſcuritas,& paucitatem caloris & ſpiritus ſignificat, aliquando fiunt magis obſcuræ & ſubiugales,vt aſinorum,ſicut in peſtilentiis, quæ ſignificant mortificationem ſpirituum,& fugiunt Medici ſicut diabolum, & rectè E faciunt. Hîc autem obſcuritas ſignificat imbecillitatem ſpirituum , & quòd ſint ſpiritus craſsi & turbulenti. Eſt enim luciditas à ſpiritu. Vnde fit, quòd quæ lucidæ ſunt,dum eiiciuntur,poſtea nō ita,cum à ſpiritu relinquantur,& ad ignem etiam reuocantur. Quintò ſubſidentia hîc craſſa eſt, vt farina, quia, vt ſecundum Prognoſticum dicitur, colliquationem carnium ſignificat,ob multitudinem caloris. Omnia iſta mala ſunt, & eſt malus hic caſus. Nam tumor ventris ſe contrahit ad F pectus, vt non loqui poſsit, ideo decreui euacuare ventriculum hoc modo:

R. Specierum hieræ ſimpl.ʒ.ij.

Syrupi de abſinthio parum, cum ſaccharo inuoluatur in hoſtia non ſacrata, ad formam boli. Video enim hîc tumorem augeri, ergo non oportet ſyrupos exhibere, ſed videre, vt calor euentetur,quia prohibitio euentationis in reſpiratione, quæ fit propter membra turgentia & repleta, auget calorem , & febrem, & impedit calorem G naturalem.

CONSILIVM XXX.

In tertia acceſsione.

MVLTA

MVLTA ſymptomata, imò morbi erant in hoc puero, nunc omnia videntur remiſsiora. Nam febris eſt remiſſa, quæ antea eum ſemper inuaſit 19. nunc potius percipit frigus aeris, & non frigiditatem intrinſecam. Eſt lætus, & bene ſperat. Pulſus etiam in frequentia & celeritate remiſit, quia non adeſt eadem neceſsitas euentandi. Sicut vos, dum ſani eſtis, non eſt opus vt vtamini vltimis viribus, niſi quando quis impellitur vi, vt defendat ſe, ita quoque fit de virtute. Antè cum eſſet maior neceſsitas, vt calor igneus euentaretur, frequentior erat pulſus, eoque magis, quia ſimul etiam erat durus, id enim magis facit reſiſtentiam. Sed ſæpe imponit hominibus pulſus durus, cum non ſit vehemens.

Eſt igitur conſiderandum corpus arteriæ, an durum & plenum. Vehemens pulſus propriè dicitur, vbi virtus vehementer impellit cum tono & vigore. Porrò natura non vtitur ſummo conamine, niſi cum eſt opus. Vrina etiam remiſsior eſt in colore & in ſuperficie, non apparet pinguedo illa, ſeu oleum, ſeu oleaginoſæ guttæ. Subſtantia etiam mutata indicat non eſſe tantum calorem liquefacientem, eſt adhuc craſſa quidem, ſed lucidior, quod ſignum eſt magis vigere calorem naturalem. Subſidentia magna eſt, ſed illud propter duo poteſt contingere, vel propter materiam colliquefactam, torrefactam, & excoctam exeuntem, vel propter ſyrupos dilatantes, & incidentes, cum medicamento ex Hiera, quæ multum aperit. Fieri igitur poteſt, vt illis obſtructionibus apertis, materia nũc exeat per vrinas, quod veriſimile eſt, quia venter detumuit, quod oſtendit materiam aliquam eſſe euacuatam. Si igitur bene ſe gereret, ſpes eſſet curationis. Quia verò euacuatio illa ex Hiera & melle roſato bene eduxit, ita vt venter detumuerit, & febris ceſſarit, nunc laudarem vſum rerum per ſe aperientium, vt ſyrupum de Abſinthio, qui multum aperit, item ſyrupum de Eupatorio. Sed cum noſtri Aromatarij non bene conficiant, & quia optimum eſt in apertione addere aliquid acre, vt fortior fiat penetratio, ideo adderem oxymel, quod eſt frigidum & inciſiuum, quia multis numeris acetum plus refrigerat, quàm calefaciat mel, vt Galenus quarto de Simplici medic. docet. Quare ſic procedendum:

R. Syrupi de abſinthio,
Oxymellis ſimpl. ana ℥.j.
Aquæ Cichorij ℥.iij.

Miſce, detur manè loco ſyrupi. Quia tantum penetrare volumus, quantum aperire: tantum refrigerare, quantum calefacere. Addere poteſtis alias etiam ſubtiliores aquas, vt Pulegij, Cuſcutæ, Calamenti, quæ omnes ſunt frigidæ, licet extrahantur ex rebus calidioribus: ita videtis me non dediſſe primùm quod per ſe aperiret, quæ omnia fundãtur in materia terreſtri craſſa, calida, & aduſta, quæ propter illud terreſtre diu hærent in loco: & quia omnia etiam ſunt calida, admodum aperiunt, & penetrant valde, qualia ſunt omnia amara. Acria verò vt Pulegium, Calamentum, Piper, ipſa etiam calida ſunt, ſed non per ſe aperiũt,
A ſed per aliud, eò ſcilicet quia incidũt & attenuãt. Quòd ſi acria (vt Piper) cum amaris miſceantur, ea vehementiſsimè aperiunt. Acre enim, vel acutum (vt vocant) propter ſubtilitatem tranſit venas, incidit & penetrat: amarum verò propter terreſtreitatem adhæret, & permanere facit, ac concoquit. Inde patet, quòd Sauina efficaciſsima eſt in aperiendis menſtruis, ita vt etiam abortum faciat, quia adhæret, & omnes tres illas conditiones habet: eſt amara, cuius ratione aperit & con-
B coquit: eſt acris, cuius ratione ſubtilis eſt; tranſit venas & incidit: eſt terreſtris ſubſtantiæ, & ideo figitur. Si primò per ſe aperiẽtibus proceſsiſſem, periculum fuiſſet, ne cum vellem aperire, maior fieret obſtructio, dum materia cruda & incocta regurgitaret ad venas. Quidam in mulieribus parientibus obſtructiones menſtruorum propter ſanguinem craſsiorem, vt non poſsit tranſire, ſed hæreat in venis, medicinæ ignari, vtuntur calidis incidentibus & attenuantibus, quibus magis in-
C craſſant ſanguinem, & obſtructiones augent, vt poſtea vix curari poſsint, ſicut vidi in muliere quadam. Ego admiſcui amara cum incidentibus, quia hæc penetrant, illa aperiunt, & remanent: quæ enim amara, non bene tranſeunt, quia vix in primo, & ad ſummum in ſecundo calida ſunt, ideo non impetuoſe tranſeunt, ſed ſemper remanent. Remouenda eſt nunc quædam dubitatio, quæ mota eſt à doctiſsimis ſcholaribus, quòd dixerim, amara per ſe aperire: acria per aliud, pene-
D trando ſcilicet: quia dum tranſeunt, vias faciunt, & dum manent, obſtructiones. In Galeno de Simplicibus ſunt quædam difficultates, propter verſiones incommodas, in capite de Abſtergentibus & repurgantibus. Abſtergere eſt à prima ſuperficie remouere ſordes, & ita Galenus intelligit, vt cum abluimus manus, vel mulieres lintea, cum ſucco limonum; farina fabæ, furfuribus. Repurgantia, quæ ἀναρρυπτικὰ, ea nos propriè aperientia nominamus, quæ nõ ſuperficiem abſtergunt,
E ſed penetrant, & infarctu illa vaſa liberant, qualia ſunt amara omnia, & nitroſa, quæ propriè aperientia dicuntur. Si vultis repurgantia nominare, per me licet, modò in re non erretis. Amara fundantur in ſubſtantia craſſa terreſtri, non facilè penetrant, ſed adhærent, & ita ſicca ſunt, vt non ſint nutrimentum animali, quatenus amara. Ex caliditate penetrant, ex ſiccitate abſtergunt, & ex ſubſtantia terreſtri moram faciunt. Oportet enim hæc tria concurrere, vt adſit mora, vt pene-
F trent, vt exiccent. Tria hæc ordine ſe habent ad inuicem, abſtergunt quæ ſicca ſunt, & moderatè calida, vel ſi etiam frigida, ſunt magis remiſſa. In aperiendo orificio (quæ ἀναστομωτικὰ appellant) egemus calefacientibus, ſed non multum ſubtilibus, vt adhæreant, & talia ſunt acria, vt cepa, panis porcinus, quæ cum caliditate habent ſubſtantiam craſſam, & adhærent. Aperire obſtructiones & materiam infarctam in venis volo, hìc requiruntur amara: & tota difficultas ex verſione orta
G eſt. ἀναστόμωσις apertionem orificiorum ſignificat, cum ipſi apertionem venarum tranſtulerint: ἀναρρυπτικὰ quæ ſunt obſtructionem aperientia, illi expurgantia verterunt. Nunc ad noſtrum caſum re-

uertar. Videtis obſtructioné,ex qua tympanitis, & febris fortaſſe fixa : q̃a tãta eſt perſeuerãtia pulſus duri, vt nũquam eum relinquat. Sed eſt talis hectica, quæ non tranſcendit primum genus, & eſt facilis curatu, ac in ſex vel octo diebus potius velim eam curare,quàm tertianam. Hodie adhuc habuit frigus, & quia multæ ſunt in liene obſtructiones, timeo ne in quartanam tranſeat, & eius rei à conſtitutione anni indicatio non eſt leuis, quia hoc anno multæ quartanæ. Non tamen mutabimus quæ ei ordinauimus, quia quæ ſecundum rationem à principio ſunt bene inſtituta, ab iis non oportet recedere, ſecundum Aphoriſmi doctrinam.

CONSILIVM XXXI.

In quarta acceſſione.

MVLTVM refert videre motus,& alterationes ægritudinis,quæ fiunt quotidie, & variæ ſunt ,vt ſæpe æger ſagaci cura indigeat. Si animaduertiſtis in hoc puero,multæ motiones erãt. Habuit obſtructiones, vrinas nigras, etiam ſubſidentiam nigrã. Adhibitis medicamentis, primò febris remiſit,vt biduò non ſentiret febrem putridam. Poſtea iterum frigus percepit, cui ſucceſsit calor, & motus iſte quartanarius,quid fieri debeat, ſucceſſus oſtẽdit. Expectabim⁹, ſi fortè eſſet futura febris quartana. Vrinæ magnum indicium habent in febribus,ideo diligenter conſiderandę. Quas vidimus præteritis diebus,diuerſæ erant. Hodie (vt dixi) eſt ſubnigra, habet quoque ſubnigrum ſedimentum, & colliquationem etiam in ſuperficie. Eius ratio eſt, quia heri paroxyſmũm habuit, humor melancholicus computruit, & ſic vrinam ſubnigram, & ſedimentum tale fecit. Ego nihil agam, niſi quæ antea egi, aperiam obſtructiones in venis,& incidam,cum ſyrupo de Abſinthio,oxymelle,quo adhuc vtatur per duos aut tres dies. Die Iouis decimoquarto Decembris accedit typus. Expectabimus ergo donec aliquid exquiſitè appareat,& interea bona dięta procedemus. Vnum tamen faciendum eſt, quia habet tenſionem & duritiem in ventre,& tamen iam detumuit,quantum ad tympaniam, quæri poſſet, vbi illa tenſio quam tãgimus:quia obſtructiones in hepate non facilè tanguntur,quomodo obſeruandæ? Si conſideretis formam tenſionis, tunc ſcietis, vbi ſit, quia in ſuperficie ventris ſunt primùm muſculi longitudinales, tranſuerſi, obliqui ſurſum, & obliqui deorſum, ex illorum forma ſcitis tenſionem. Hic tenſio circa vtraq; hypochondria in profundo, quia quantò magis comprimitis, tantò magis apparet. Erit igitur optimum aliquid ventri reſoluens applicare, quod exterius reſoluat materiam in muſculis,& abdomine. Quid igitur applicandum? Si à materia indicationem ſumimus, nihil dabimus quàm reſoluentia, vt Cuminum, Aniſum,Fœniculum, Calamenthum,Pulegium,ſemina Dauci,Petroſelini, Ameos, Cinamómum,quæ calida ſunt in tertio gradu,& ſubtilis ſubſtantiæ. Si verò à flatu indicationem ſumimus, dabimus calida & ſicca in tertio gradu, quia

A ea remouent flatus. Si à natura membri,quomodo agendum? quia talia exterius applicantur in regione ventriculi & hepatis, oportet eorum naturam & operationes conſiderare. Sunt autem hæc duo membra nobilia, quæ ſeruiunt toti corpori,& habent nobiles actiones, Ventriculus cõcoquit,hepar diſtribuit, propterea legẽt calore innato,& robore,ne fiant laxa. Ideo quę iis adhibentur,debent habere aliquid aſtrictionis, & eſſe moderatè calida: quoniam vbi excedit caliditas,im-
B peditur concoctio, & vbi frigus,adhuc multò magis: quia coctio fit à calore moderato cum humiditate mixto, vt Galenus ſeptimo Methodi docet. Vbi ſunt febres, cauete ne detis multum cibi, quia calor febrium non facit concoctionem, nec calor innatus poteſt concoquere. A membris itaque indicatione ſumpta, potius mediocriter calida & humida dabimus, vt refrænemus calorem igneum, & addemus aſtringentia, vt addatur tonus membris,& confirmentur. Eſt hæc perpetua
C regula in reſolutione, quòd iſta calida in tertio, ſi nihil illis miſceatur, quod ſubtile eſt, reſoluunt magis. Craſſum verò remanet, & aſſatur magis. Miſcenda igitur humida cum ſiccis, & vt habeatis formam, ſic facite:

℞. Cumini,
Fœniculi,
Aniſi ana ʒ.ij.

Iſta ſunt reſoluentia in tertio gradu.

Nitri ʒ.j.
D Roſarum rubearum,
Myrtillorum,
Abſinthij ana ʒ.iij.

Pro corroboratione ventriculi,& ad refrænandum calorem.

Myrobalanorum Chebulorum ʒ.j.

Iſta corroborant ventriculum ſtipticitate.

Myrrhæ,
Bdellij ana ʒ.ij.

Hæc molliunt.

E Oeſypi humidæ ℥.j.

Ne reliqua nimis exiccent, & craſſum remaneat. Pulueriẓanda puluerizentur, & diſſoluenda diſſoluantur, deinde cum modico ceræ fiat linimentum, vel vnguentum molle. Sed ſi hæc faceremus,multum tranſiret temporis: quare accipiamus compoſitum, quod habet hoc totum, vt poteſtis legere in Antidotario.

R. Cerati Oeſypi deſcriptione Phylagrij vncias duas.

F Illinatur in petia,& ponatur ſupra totum ventrem. Sed quia iſta deſcriptio plus habet de mollitiuo, quàm conſtrictiuo, poteſtis accipere Oeſypi cerati vnciam vnam, emplaſtri diaphæni vnciam ſemis. Ipſe tamen Montanus puero exhibuit poſtea ſequentia:

℞. Oeſypi cerati Phylagrij ʒ.j.
Aloes,
Succi abſinthij ana ʒ.j.

G Cum oleo Abſinthij fiat vnguentum.

CONSILIVM XXXII.

In quinta acceſſione.

SVM-

SVMPTA occaſione ab hoc puero, hac veſpera dicemus quædam vtilia. Inuaſit eum quartana, & nunc apparent puſtulę in toto corpore. Conſideremus id ſymptoma, quod ſucceſsit febri quotidianæ, & nunc quartanæ. Sed & illud videamus, ſit ne motus ille criticus: eſt autem criticus motus, quãdo natura factis concoctionibus pellit materiam ab vna parte ad aliá, vel exterius per euacuationem, quando educitur, vel per præcipitationẽ, quãdo ſubito materia ex vno mẽbro nobili ad ignobile præcipitatur. Symptomaticus motus, id eſt, accidentalis eſt, vbi natura nõ operatur, ſed violenter de parte ad partẽ expellit, vel ob multitudinem materiæ, vel propter acuitatem, vel aliam malam qualitatem, atq; expellit quocunque modo, veluti homo moleſtatus onere non expectat terminum, ſed proijcit onus, ſiue in lutum ſiue in ignem non curat: ſic natura quoq;, nec tempore, nec loco, nec ordine ſeruato emittit ea, quę ab illa non poſſunt regulari. Videamus iam an hic motus ſymptomaticus ex multitudine materiæ prouenit, an ſit criticus, an verò medio modo ſe habeat? Eſt enim quidam motus medius, qui nec violentus eſt, nec per omnia ſecundum naturam agit, ſed partim ad propoſitum, partim non, vt cum baiulus portans onus magnum, non proijcit ſtatim in lutum, ſed ſuſtinet, & expectat occaſionem deponendi commodam, tamen ad debitum locum deportare nequit. Vter igitur ſit motus ex his tribus? Non fuit verè criticus motus, quia talis fit in die critica, & poſt concoctionem. Natura enim quando regulariter agit, non agit per vias permutationis (vt illi loquuntur) non euacuat, niſi concoctionis etiam ſigna ſint. Diem criticum in hoc puero ignoramus, quia aliquot menſibus iam laborat. Coctionis ſigna apparent nulla, ſubſidentia in vrina proprium locum non habet: debet enim eſſe in fundo, hîc autem vbique diuulſa eſt: non habet etiam formam pyramidalem, nec colorem debitum, quia non alba, nec ſubſtantia iuſta: cum deberet eſſe æqualis, leuis, ſibi ſimilis, hæc ſibi diſsimilis eſt, in alia parte tenuis, in alia verò craſſa, denique non multum lucida. Non apparet coctio, ergo natura non operatur regulariter. Nec fuit motus ſymptomaticus ſimplex, qui fit quando natura, nec tempus, nec locum ſeruat excretionis, ſed contra rationem quandoq; ad caput præcipitat, vt ex pleuritide phreneſin efficiens, & deponit quocunque modo poteſt aggrauata. Hic enim per locum conuenientem, id eſt, cutim, expellit, quia cutis eſt ignobilis, & ad recipiendum excrementa facta: ergo iſte motus nec purè ſymptomaticus eſt, nec criticus. Etſi enim locus obſeruatus ſit, tamen minimè conuenit. Sed dicet aliquis, quare non expellit natura potiùs per vrinam, ſeceſſum vel ſudorem? Reſpondeo, in longis morbis, vbi materia craſſa eſt, plerunque per viam permutationis (vt illi loquuntur) fit criſis, & magis quando tempus frigidum, & virtus debilis reſpectu humorum. In calido autem ſemper duo ſunt, meatus ampli & lati, & materia magis ſubtilis, quod non fit in hyeme, ideo facilius expellitur ob faci-

A litatem exeundi, & meatus amplos. Hic virtus affecta eſt, & tempus frigidum, corpus gracile, craſſi & aduſti humores, quia videntur puſtulæ, quales ſunt morbi Gallici, ita vt videatur nunc eum morbum eſſe paſſus. Cauſa igitur efficiens eſt debilitas virtutis, materia verò craſſa partim pituitoſa, partim melancholica & rebellis. Natura non audet ad inteſtina mittere, nam ea eroderet, nec per vomitum eijcere: eſt enim lethale, nec per ſudorem excernere, quia materia nimis craſſa eſt: B ergo puſtulæ factę ſunt, & iſta eſt cauſa permutationis, quod notetis, nam vtilia in his colloquijs dicemus. Viſa igitur hac permutatione, quid agẽdum? Eſt hîc ſcabies moleſta, quá natura partim citricè, partim ſymptomaticè expellit, nec locum magis tutum habere potuit. Si igitur materia traheretur aliò, eſſet malum, nec oportet augere malum, nec reprimere etiam, quia interficeretur æger: ſed natura agente quieſcas, & nihil moueas, ſed expectabis. Non igitur oportet hîc ſcabiem C curare, ſi tamen eſſet nobilis, aut principis filius, facerem vt ſingulis diebus mutarentur linteamina, ne haberet eam infectionem ex maculis, hac eum moleſtia liberarem: etiam haberẽ ſpongiam in decoctione Chamæmeli, & Aneti in aqua calida actu, & fouerem ſpongia, vbi eſt pruritus, & leuem deterſionẽ facerẽ, vt aliquid exhalaret, & tamen non impediretur natura, & refrigerarem hepar, & aperirem obſtructiones recta ratione præſcripta. Accipiat adhuc tres ſyrupos, donec quin- D que ſumpſerit, & poſtea rurſum euacuabimus eũ, quia à natura adiuuatur. Si darẽ pharmacum, non darem quod à longinquo traheret, quia facerem motum contrarium naturę, & fortaſſe moreretur. Quid igitur euacuandum? Materiá antecedentem ſcabiem cõcoquerem, & educerem cum lenientibus, videlicet Caſsia ſimplici, Hiera, electuario lenitiuo, Diacatholicone. Vbi tamen modicum Senæ, Epithymi, Rhabarbari, Polypodij eſſet, de quo Nicolaus dicit, quòd ante, & poſt ci- E bum dari poteſt: & hoc ego ſumerem, quia à primis venis tantùm educerem, & mitigarem aliquo modo pruritum.

CONSILIVM XXXIII.

In ſexta acceſſione.

SCITIS puerum noſtrũ habere duas febres, alteram cum rigore, alteram in habitu, quod cognoſco, q̃a arteria calidior, quàm reliquũ corpus, etiam F ex duritie & frequentia pulſus, quę non eſt naturalis huic corpori. Quod vt videatis, quęrendum eſt ex ſignis collectis, vt docet Galenus, quæ fuerit naturalis diſpoſitio huius corporis, antequam ægrotauit. Habebat capillos craſſos, criſpos & nigros, quod oſtendit caliditatem cerebri vel hepatis, vel vtriuſque. Dico autem diſtinctiuè, contra Modernos, quia caliditatem certò ſignificant adeſſe capilli criſpi cum nigredine: ſed Moderni G credunt, eos infallibiliter indicare cerebrum calidum, & citant locum ex 2. Artis paruæ Galeni. Quicunque habent calidum cerebrum, capillos habent nigros & criſpos (quod verum eſt, vt Gal.

dicit) ergo qui habent capillos nigros & criſpos, habét calidum cerebrum. Non eſt vera argumentatio, ſed fallacia conſequentis: non conuertitur. Qui calido ſunt cerebro, habent euaporationes multas & fumoſas, ideo nigros capillos ob aduſtionem, criſpos autem, quia cum impetu expelluntur. Vt 2. de Temp. dicitur, & verum eſt, ſed non tamen eſt neceſſarium, vt qui criſpos capillos habeat, ſit cerebri calidi. Non enim hoc ſolum facit capillos tales, ſed etiam alia faciunt capillos nigros & criſpos, exiſtente cerebro frigido. Vt ſi quis hepar calidum & venas amplas habeat, & abundet multis vaporibus aduſtis, qui ad caput tendunt, & inde ad cutim euaporant, quod ſi ibi meatus reperiant idoneos, fiunt etiam criſpi. Non igitur ſitis præcipites in iudicando de temperatura caloris alicuius membri ex talibus ſignis, ſed alia quoque conſiderate, & prçcipuè operationes, quæ immediatè à membris procedunt. Si vultis videre temperaturam cerebri, videte operationes intrinſecas cerebri proprias, ſi bene imaginatur, memoratur, &c. & ex illis temperaturam talem dicetis. Si fortiter imaginatur & retinet, habet cerebrum ſiccum: ſi ſtatim diffluet cogitatio humidum, & tales ſunt mali Mathematici. Diſcurſus requirit moderatam humiditatem, memoria ſiccitatem, imaginatiua verò reſpondet memoriæ. bonus intellectus requirit moderatã frigiditatẽ cerebri, quæ contemperationem facit ſpiritus vitalis venientis à corde. Qui calidi & ſicci ſunt cerebri, ſunt mali viri, vt teſtatur Galenus & Ariſtoteles. In diſcurſu præcipites, perpetuò agitantur, & in vindicta ſæui. Qui citò iraſcuntur, & multùm, hi habent caliditatem cordis: qui admodum raro, & miſerantur, frigiditatem. Qui poſt iram ſtatim redeunt ad ſe, habent cor calidum, cerebrum frigidum, quia etſi in corde ſpiritus agitentur, tamen non ad ventriculos cerebri deueniunt: frigiditate enim extinguitur calor, & motus ſpirituum, & temperatur. Si autem motus ille ſpiritus inuenit cerebrum calidum, magis agitantur, & ferueſcunt, & ad vindictam tales ſunt proni, & ſanguine nunquam ſatiantur. Puer noſter multarum operationum, plurimum cogitat, & loquitur, habet venas amplas. Quare arbitror naturalem eius temperaturam fuiſſe calidam & ſiccam. Quam ideo dixi neceſſariò conſiderandam, vt ſciatis & temperaturam præſentem, & quantitatem lapſus. Non eſt multum lapſus à temperatura: tales enim facilè incidunt in febres, ſed febris, quæ in habitu eſt, non facilè cognoſcitur à Medicis. Quid igitur agendum? Iſta febricula in habitu non pendet à materia, ſed tantùm refrigeratione & humectatione indiget. Quantum ad eam febrẽ attinet indicatione ab ea ſumpta, agemus humectantibus & frigerantibus. Sed quia non eſt ſimplex ægritudo (quod diligentiſſimè ſemper conſiderandum eſt) ſed commixta cum aliis, videndum an id reliqui morbi fieri patiantur. Hic habet annexam ſcabiem, à qua iuuamentum percipit. Fuit enim leuatus aliquantum à motu ſemicritico, qui adhuc durat. Si iam refrigeretis, & humectetis, quod requirit febris hectica, frigidum conſtipabit, & calorem debiliorem reddet, à quo motus ille fit, qui nullo pacto impediendus eſt. Quare non eſt obtundendus calor innatus, abſtinendum ergo à frigidis. Sed eſt ne vtendum calidis, vt natura iuuetur ad expulſionem in hoc motu? Non, ſed eſt permittendum naturæ, donec ceſſent ſymptomata, vt Auicenna præcipit, cum natura mouet, tum nihil mouebis, ſed permitte naturæ. Quando illa ceſſabit, & ſymptomata ceſſabunt, ac ſola erit febris, tum poteritis cum aliis procedere. Interim amaris aperiemus obſtructiones, & aſtringentibus, vt moram faciant, & addemus iis quædam, quæ viam faciunt, vt penetrent, vt ſyrupum de Abſinthio, in quo vis aperiendi in primo, Oxymel quod refrigerat in primo, addemus aquam Cuſcutæ, quæ aperit, & non impedit motum naturæ. Omnes enim aquæ deſtillatæ etiam ex herbis calidis ſunt frigidæ, id quod oſtendi vobis antea.

CONSILIVM XXXIIII.

De febre putrida in hecticam mutata.

PHARMACOPOLA putrida febri laborauerat propè menſes duos, poſtea ad hecticam venit, putrida nõ rectè curata. Hęc quia requirit humectationem totius corporis, & caloris præternaturalis reſtinctionem: voluit oleo amygdalarum dulcium inungi corpus, quo nihil eſt præſentius, & antea Montanus in Doctore Baſsiano fuerat expertus. Longo tempore cum eo non fuit Phriſimelica: hodie ad eum viſendum adiit. Pulſus erat minutus, durus: in vrina ſedimentum ex aduſtione nigricans. Minutus autem pulſus dicitur, non vehemens: quod euenit, aut propterea quòd virtus eſt imbecilla: diſſoluitur enim calor ob humidũ nutrimentale exiccatum, quod calori naturali ſemper eſt adiunctum, haud ſecus ac ſiccitas ſemper comitatur præternaturalem: aut propter inſtrumentum, id eſt arteriam, cuius tunicæ exaruêre nimio calore, ac propterea motui minus ſunt idoneæ. Minutus itaque pulſus eſt, quia neque vehemens, neque frequens, & durior propter ſiccitatem totius. Ita pulſus argumento eſt bonum virum perueniſſe ad febrem hecticam. Huc accedit quoque conſumptio totius corporis. Quid igitur amplius faciendum? Sedulò cauendum venit, ne quà ratione febris augeatur, & denique in maraſmum, ſeu tabidã hecticã (verſatur enim adhuc in prima ſpecie hecticæ) incidat, pereatq;. Quibus autem mediis id fiet? Infrigidantibus ratione febris, & humectantibus, propter corporis ſiccitatem. Humectabimus autem ſubſtantiuè corpus delapſum in tabem, cibo, & rebus aliis externis. Quia verò ptiſana ſubſtantia ſua multum humectat, non fuerit inutilis: ſed quia parum aut nihil nutrit per ſe, operæpreciũ fuerit decoqui eam cum iure pulli & carnium. Vtile quoque foret auxilium ſyrupus violaceus: Contrà, viola tantùm qualitate infrigidat, ergo inutilis eſt. Reſpondeo, ſola quidem viola qualitate humectat, at ſyrupus propter ſaccharum & decoctionem humectat ſubſtantiuè. Cur non

vteris

vteris decocto & carnibus teſtudinis, quod alij
faciunt? Ab his in præſens abſtinendum duco,
propterea quòd ventriculus ſit imbecillis, & cor-
pus obſtructionibus non vacet. Sed vtatur deco-
ctis capillorum Veneris, endiuiæ, & aliarum her-
barum: poſtremò inungatur foris oleo amygda-
larum dulcium, &c.

Collegium celebratum in ædibus Montani, Anno 1549. Iulij 14. de Iudæa laborante catarrho, febre, & fluore alui.

BELLOCATVS *ita præfatur.*

LABORAVIT Iudea iſta à carniſpriuio deſcen
ſu catarrhi in pectus, & tuſsi, & fuerũt cauſæ
procatarcticæ: quando laruata choreas tota
nocte duxit, incaluit, poſtea refrigerata, tandem
capite onerato pro Paſcha, cũ ornata eſſet, maior
catarrhus, & tempore partus tuſsis aucta, in de-
cem ſeptimanis inueni eam febrire, & tuſsire, &
ſputa eſſe purulenta, laborauit antè bilioſo & cor
rupto fluxu alui, & poſtea habuit aluum ſuppreſ-
ſam: iterum aluus fluxit, & egeſsit bilioſa & cor-
rupta, & nunc eſt ſputum purulẽtum. Item cum
febri illa fuit ſitis continua, interdũ vigilię, & mul
tum & multotiẽs comedebat. Vocatus ego volui
euacuare pectus: nunc quia vos vocati, videndũ
quis affectus, & ſi poteſt curari, & quomodo cu-
randa. Eſt 32. dies à partu, fuit purgata à partu,
ab aquoſitatibus putridis & fœtentibus, nõ à ſan
guine: nunc poſtea apparuerunt menſes diſcolo-
rati, nunc conqueritur de tuſsi, febri continua, &
fluxu alui. Febris eſt circa membra ſpiritalia, vn-
de etiam excernit ex pectore. Hæc diuerſa ſunt, &
cauſæ horum quærendæ. Videtur quòd hoc pus
excernitur ex pectore, hoc poteſt ibi eſſe ex diuer
ſis. Vide Hipp. & Auic. de hoc. Non fuit antè con-
queſta de dolore pectoris, ergo non præceſsit in-
flammatio, item ſputũ ſanguinis non fuit. Sequi-
tur quòd pus hoc eſt ratione ſuperfluitatum de-
ſcendentium in pectus, & ſuppurata & facta eſt
empyematica, cuius eſt deſcenſus catarrhi in pe-
ctus, qui ortus eſt ab extrinſecis cauſis, vt audiui-
ſtis ſuperius, vnde materia collecta in pectore fe-
cit empyema: ſigna huius ſunt ſymptomata, fe-
bris magis affligẽs nocte q̃ in die, eſt etiam tuſsis,
eſt quantitas ſputi referẽs ſaniem: hæc ſigna ſigni
ficant eam eſſe ſuppuratã & empyematicam. Te-
tigi pectus, inueni excalefactum, ſignũ eſt ibi pu-
tridæ materiæ, quæ accendit. Vbi ſit pus, docet
Auicenna, filo intincto bolo Armeno, nam ſtatim
exiccabitur. Febris quæ affligit eã, habet augmen
ta poſt cibum, videndum qualis ſit febris. Si vide-
mus motum caloris, & perſeuerantiam febris, &
acceſsionẽ poſt cibum, & arteriam, dicimus eam
eſſe hecticam: ſed ſumus in principio, materia eſt
putrida in pectore, quæ accendit cor. Pulſus eſt
durior q̃ in febribus putridis, adeſt caliditas in-
tenſa circa arteriam. Concludo quòd patitur em-
pyema, ex vlcere in pulmonibus, & collectione
ſaniei ex catarrho. Acceſsit ad hæc expurgatio à
partu mala, & natura non emiſit ſanguinem, niſi

A aquam. Eſt ſitis intenſiſsima, quod arguit calidi-
tatẽ intenſam circa pectus, quia os ventriculi cõ-
municat cum pectore, & fuit febris ſatis intenſa:
profluuium alui non eius materiæ, quæ eſt in pe-
ctore, ſed eſt bilis, vel aliquid corruptũ, & exeunt
ex venis putridæ & corruptæ ex hepate in ventri
culo, quod adfert difficultatem pro curatione,
quia hęc profluuia in doloribus pectoris ſunt ma
la, qa nos indigemus virtute forti: at in alui pro-
fluuio eſt debilitas, vnde prognoſticon, quòd ci-
B tius peribit quàm curabitur, quia ſunt mala mul-
ta & periculoſa: at quia iuuenis eſt, ſpes aliqua ſu
pereſt, & expuit ſputum.

Curatio. Dicemus quæ fecimus, & quæ facienda
ſunt. Cùm videamus materiam etiam eſſe in pe-
ctore, voluimus expurgare & mundare pectus:
& ne hæ materiæ alias inficiant, dedimus prohi-
bentia putredinem: & quia aluus erat fluida, de-
dimus roborantia ventriculum, ne deueniret ad
lienteriã: nos liniuimus pectus, quia habuit dif-
C ficultatem expuendi, quia erat humiditas craſſa,
& erat exiccatio ex febre, & inunximus lenienti-
bus & dilatantibus pectus, vt exiret & concoque
retur materia: circa euacuationem nihil dedi-
mus, quia non erat opus, ideò nunc opus remit-
tere febrẽ, & euacuare materiam ex pectore, qua
ſublata febris tollitur. Tres viæ ad hanc euacua-
tionem materiæ: prima, per lotium: ſecunda, per
ſeceſſum: tertia, per ſputum, quæ eſt familiarior.
Sed cùm ſint materiæ craſſæ & viſcidæ, & eſt exic
D catio in pectore, ideo opus attenuantibus, inci-
dentibus, & humectantibus, & lenientibus aſpe-
ram arteriam, & etiam pectus: & ne materia pu-
treſcat, materia craſſa & viſcida attenuanda, & pu
tredo prohibeatur. Prohibentia ſunt ſicca, & ne
ſint calida, nec frigida: magis tamen tendant ad
frigiditatem, ideo plura ſunt commiſcenda: ego
darem vt ſæpe lamberet ſyrupum ex ſucco far-
faræ, qui abſtergit leuiter, lenit, & prohibet pu-
tredinem. Adderem ſyrupum de liquiritia, & de-
E uenirem ad oxymel, vel ſyrupum roſatum, vel
mel roſatum, & facerẽ eclegma, ſeu lambitiuum,
& adderem parum boli Armeni: & non vererer
aſtrictionem boli Armeni, quia talia permixta tol
lent adſtrictionem, & aliquando vtatur bolo Ar-
meno puro. & quia ſunt decocta, quæ hoc præ-
ſtant, & ſunt dulcia, dico, liquiritiæ, paſſularum,
carycarum: ſed quia hæc mulier præfocatur vte-
ro, non damus dulcia. Et tertius dies eſt cùm de-
dimus pro ſiti decoctum liquiritiæ, ideò debe-
F mus permiſcere aliqua acida & amara cum iis:
fiat decoctum ex paſſulis, caryciś, liquiritia, adde
parum papaueris, & aliquid boli, & poſſumus
addere farfaram: potes addere hyſſopum, quam
in hoc caſu Auicenna laudat: poſſumus deueni-
re ad iridem, hæc poteſt vel miſceri cum lambiti-
uis, vel decoqui cum herbis aliis. Catarrhus e-
tiam remouendus eſt: catarrhus defluit à capite,
cùm non poteſt ex toto remoueri, vel pharmacis
ſolutiuis: quia eſt profluuium alui & febris, ideo
G deueniendum ad caput. Euacuarem per nares, &
diuerterẽ. Poſsimus applicare cauterium poten-
tiale, ſupra commiſſuram coronalem, & euacua-
re per partem ſuperiorem, & exiccare cerebrum.

Exterius circa pectus poſsimus inungere oleo amygdalarum dulcium, pinguedinibus dilatantibus pectus,& concoquentibus materiam. Febris nõ tollitur,niſi tollatur materia his quæ diximus. Quia hoc profluuium poteſt debilitare, exhibe diacidoniũ, vt aſtringat & roboret ventriculum, vt detineat cibum. Dedimus cibum ptiſanã hordeaceam, dedimus iuſculum pulli,& parum pulli. Vinum dedimus infra cibum, vinum paucifeκrum,intermedio tempore dedi brodium pulli.

FRISIMELICA.

Laborat catarrho, & eſt is catarrhus miſtus, & habet multum caliditatis in ſe: nam percipit ſalſedinem & ſiccitatẽ oris,& inueni guttur inflammatum,inde ſitis prouenit ex intemperie capitis, nam etiam eſt calidi capitis, ſubſecuta frigiditas: is catarrhus fluit ꝑ arteriam trachæam ad pectus, is catarrhus in pectore & pulmone collectus, factum ex eo vt ſit ſuppurata. Vtrum ſit vlcus in pulmone,& laboret phthiſi,ego plurimũ dubito, & dico quòd non fecit vllam exulcerationem materia defluens, ſucceſſu temporis collecta multa materia factum vlcus, & eſt ſuppurata. Hæc febris non eſt ex empyemate, quia ante ſuppurationem paſſa eſt febrem. Qualis eſt febris? eſt febris hectica, cui coniuncta eſt putrida, vt videtur ex augmento & decremẽto, quia interdum intenſius, interdum remiſsius affligitur febri. Nam etiam pulſus increſcit & augetur, quod fit in febre putrida: eſt hæc putrida ex obſtructione, obſtructio ea eſt ex catarrho, qui in venis meſaraicis facit obſtructiones. Item non eſt expurgata à partu. Eſt etiam ſymptoma fluxus ventris, & emittit materias plurimas putridas. Hæc corruptio prouenit ex multitudine materiæ,nõ eſt expurgata à partu, & naturalia membra ſunt affecta à catarrho,inde incoctiones, & ita putridæ materiæ.

Prognoſticon. Ego parũ ſpero de ſalute eius,nam ſunt tria: primò, quia fluit ſemper catarrhus, & perſeuerat, & nõ poteſt tolli niſi longo tempore, & ita eam iugulabit. Si debet tolli, debet diuerti, vel caput alterari,vel materia poteſt euacuari. Nõ poſſumus diuertere, nam opus eſſet diuertere ad membrum propinquũ, vt euaporet per ſuperiora, vt ſit cauterium potentiale, quia febrit, & dies calidi: non ſumus apti,ad longinqua non poteſt. Item caput non poteſt roborari nõ euacuata materia, nam oportet totum euacuare. Cùm ad pectus venis,opus eſſet euacuare,quia factum vlcus & materia multa,vix efficies propoſitum. Et ſi vis expurgare, opus eſſet virtute,nõ eſt hæc, quia eſt diarrhœa: hæc non poteſt tolli,quia ſunt obſtructiones: has nõ tolles niſi calidis, & ita vereor ne moriatur. Sed non negligenda eſt tenta curationum, attẽde duobus: pectori abſterge materiam, robora pulmones & alia. Primò abſtergentibus, roborãtibus,ac lenientibus à putredinibus vtendum: lambitiuis abſtergẽtibus,roborãtibus, prę-ſeruantibus à putredine, laudo farfaram. Commiſce bolum Armenum cum ſaccharo roſato,vel lambitiuo. Non deueniendum ad dulcia, ne augeatur diarrhœa, quia relaxant: ſyrupum de liquiritia ſolum ne exhibe, deuenito ad decocta ex hyſſopo & iride: quia eſt calida iris, permiſce cum aqua hordei, vel ſaccharo violato. Ptiſana pro cibo ſit, ſed auget diarrhœam, & exhibemus iuſcula ex pullo, ne neglige febrem, da ptiſanam. De diarrhœa ſollicitus, robora ventriculum leuiter aſtringentibus, oleo maſtichino, de abſynthio,& aliis ſimilibus. Dubium quid agendum de ſiſtendo catarrho, an faciendum cauterium,vel veſicatorium: ſed ſi timemus caliditatem, quia hæc ex calidis ſunt, an apponendi pulueres & alia? Ego non audeo facere cauterium vllum, ſed apponerem pulueres vel emplaſtra aſtringentia & ſiſtentia catarrhum. In his ego conſiſterem, mundificando pectus,& prohibendo putredinem.

CONSILIVM XXXV.

De febri hectica cum putrida, catarrho & fluxu ventris. In colloquio cũm Bellocato & Friſimelica, pro Hebræa. Anno 1549. Iulij 14.

ESt hîc concurſus,& ſyndrome diſpoſitionum quarundam pręter naturam. Adeſt enim catarrhus,febris,fluxus alui. Circa iſta tria debemus verſari diligenter. Quod attinet ad curationem, non curabimus, ſi non cognoſcamus harum naturam, & cauſas coniunctas & proximas. Iſte catarrhus incœpit in ea, quæ erat carnoſa & conſtitutionis bonæ, vixitque ſine querela, ſana. Ex malo verò victu & regimine malo, cùm die carniſpriuij nocte nimium ſaltaſſet,contraxit. Videndum hoc diligenter, quia habemus cauſas pro morbo. Sed hîc nulla erat præparatio corporis, ideo cauſæ cum diligentia videndæ ſunt. Audio eam fuiſſe humidam,carnoſam:eſt ætatis viginti annorum, & nunquã antea in ſaltando ita exceſsit modum. Scimus autem quantum poſsit caliditas & motus in corpore humido & molli: nam tale facilè colliquatur, vt etiam videre eſt, quomodo colliquatur ſanguis,& caro concreta. Ex illo motu & calefactione ſuperflua eleuãtur multi vapores ab humiditate & carne, in quibus fit colliquatio, & inde vapores aſcendunt in caput, & non fit concoctio eorum in capite,ſed condenſantur:inde catarrhus,vt Galenus 3.de Locis affectis dicit,ex ſuperfluo labore & vaporibus fieri poteſt: item ab æſtu,vt cùm Sol calefacit cerebrum,quemadmodum laborantibus in Sole accidit, etſi etiam habeant caput tectum, tamen à Sole aperiuntur pori, & ita reſolutum cerebrum facilè repletur vaporibus,vt in hac quoque muliere contigit. Nam cùm ſit hæc humida, calefacta, perſeuerauit in ea caliditas,quia habuit magnam humiditatem, itaque multi vapores eleuati,& lõngus eſt catarrhus ſecutus, quia diu perſeuerauit, & non tam vehemens ante partũ, quia erat corpus humidum & prægnans. Nam in prægnante multa excrementa deſcendunt in vterũ, vnde tales tolerant malam victus rationẽ, quia expurgantur in vterũ, & non ægrotant. Hæc igitur mulier cùm grauida eſſet, licet obſtructiones in ea eſſent, & membra naturalia labefactata, tamẽ in prægnante non apparuerunt

runt

runt ea incōmoda. Nam deſcendebāt, vt dixi, ex-
crementa in vterū, ſed incurrit in hoc malū poſt
partū, quia illæ materiæ non erant bene purgatę:
nec ſanguis exiuerat, ſed quædam materiæ aquo-
ſæ fuerunt in corpore illo humido, & modò ad-
ſunt febres peſsimæ, quia ſecuta putredo. Iſte ca-
tarrhus mutatus à priori, pro ratione materiæ,
nunc enim excoriat guttur. Nam licet nō ſentiat
ſalſedinem, tamen ex putredine acquiſiuit calidi-
tatem. Cum prior catarrhus deſcenderit ad pe-
ctus, facta obſtructione præſens catarrhus pu-
truit, & locus ille aptus ad putrediné, vbi materia
nō poteſt bene cōcoqui. Eſt enim calor vehemés,
& in catarrho humidum multū, & ita putreſcit ca
tarrhus in pectore, & non fecit vlcus, nec empye-
ma. Nam empyema eſt in concauo pectoris, & eſt
ſenſibile, & ſanies aliquando decumbit ad alterā
partem, quia eſt media membrana. Et ita antiqui
linteolum intingebant bolo Armeno, & pectori
imponebant, ad cognitionem, qua in parte eſſet
pus, & ita caliditatem obſeruabant. Quia vbi pu-
tredo, ibi caliditas eſt. Habet item excreationem
facilem, licet materia ſit craſſa, & neſcio quomo-
do tranſeat per membranas, & deueniat ad pul-
monem, & inde ad tracheam arteriam: & cum in
illam deuenit, putreſcit, & ita expuitur. Si volu-
mus dilatare nomen, vt dicamus Empyematicū,
quia habet pus, & excernit per ſcreatum, impro-
priè dicemus, nō vt Galenus & Hippocrates. V-
trum ſit vlcus, vnde emanat pus? Ego non video,
quomodo poſsit pus exire ex vlcere ſine ſangui-
ne, vt apparet ex Auicēna, vbi dicit de mictu ſan-
guinis: Mictus & fluxio ſanguinis fit diuerſis mo
dis, vel apertione, vel reſolutione, &c. Vnde ma-
lè dicimus, eſt hîc ſanguis, ergo eſt vlcus. Itē cum
exit pus è corpore, non ſtatim eſt vlcus, vt ſæpe
videmus in vrinis, quando excernitur cum vrina
pus, & habet fœtorem, & ſubſiſtentiam, & tamen
non ſemper eſt vlcus, quia humor in loco colle-
ctus putreſcit. Vnde Galenus ſecūdo Prognoſt.
dicit, quòd ſanguis extra venas exiens putreſcit,
& vertitur in ſaniem. Vnde hîc quoq; poteſt eſſe
ita, vt ſanguis putreſcens tranſeat in pus. Ita etiā
pituita putreſcit, & fit pus, cum ſit ſanguis ſemi-
coctus. Ego dico, quòd catarrhus à capite morā
faciens diu, in pulmonibus putreſcit, quia eſt in
loco calido, & cum adhuc aucta febris, facit calo-
rem maiorem, & illa materia facilè putreſcibilis
eſt, & facilè excernitur, quia eſt in trachea arte-
ria, ex qua nō tranſit per longum iter. Habet cau-
ſam antecedentem hoc pus, quia deſcendit catar-
rhus in pectus, & putreſcit à calore, qui eſt tunc
ratione febris. Inde autē catarrhus habet fomen-
tum, quia ex toto ambitu corporis exeunt vapo-
res ad caput, propterea quòd febris colliquat cor
poris humidum. Quod verò materia ſit viridis,
eſt cauſa putredo, quia in alba materia exhalat te
nuitas, & groſſa pars manet, inde fit minor tranſ-
lucentia, & ita viridis color. De febre, ex quo au-
dimus ex Doctoribus, quòd excreſcit poſt cibū;
& non habet typum, ſed eſt continua, igitur hæc
ſunt ſigna febris hecticæ. Hæc habet putredinem
& fomitem circa cor, & ita facilè potuit incidere
in hecticam. Non valet autem contrà, iudicatur

A hectica non ratione vlceris, ſed ſaniei. Hæc habet
autem ſaniem in pulmonibus, ergo habet hecti-
cam. Et quia qui habent catarrhum, ſæpe habent
febrem putridam ratione vaporum, ita hæc po-
teſt habere febrem putridam. De fluore alui, an
ſit vel diarrhœa, ex humorum multitudine, & am
bitu corporis, vel ex catarrho, & conſequatur mā
litiam eius? Credo quòd fiat ratione catarrhi. Cū
enim deſcendit in ventriculum, relaxat eum, &
inteſtina, ac ſtimulat ad excernendum. Poteſt e-
B tiam eſſe ex colliquatione: nam audio eſſe putri-
da excrementa, & multam habere putredinem,
atq; ita iudico fluxū colliquatiuum. Item quoties
putreſcunt humores in venis, & excernuntur, fit
fluxus. Hoc vnū ſcio, vbi ſequitur hecticā fluxus
alui, propter malitiā catarrhi, fitq; caſus pilorū,
ſequitur mors, vt Auicenna quoq; inquit: In he-
ctica, fluxus ſequens hecticā mors. *Prognoſticū.*
Vbi catarrhus perſeuerat, & putredo in pulmoni
bus, pauci ſanantur. Vlcus nō poteſt curari, quia
C quod tangitur à putrido, facilè putreſcit; vt pul-
mo. Hic, quia fortiter & frequēter excernit, ideò
non putruit, nam ad putredinem opus eſt tempo
re. Sed hîc etiā fortis eſt pulmo, nec in eo vlcus,
quia in pulmone multæ ſunt venæ, & arteriæ, in
quibus ſi eſſet vlcus, iam ex arterijs & venis ſan-
guis efflueret. Hæc ſemper expuit, & nunquam
quicquā exijt cum pure ſanguinis. Non igitur po
teſt eſſe in pulmone vlcus, quin exeat cum pure
aliquid ſanguinis (vt D. Mont. contra Phriſimeli
D cam & Bellocatū doctiſsimè concluſit poſt mul-
tas diſputationes, quæ de hoc fuerunt inter eos)
ſanguis erumpens ibi ex vlcere poteſt verti in ſa-
niem, & ita non ſanguis, ſed pus excernitur. Cu-
ratio eſt interceptio catarrhi. Incipiendum dico
à cauterijs, neq; timerem æſtiuum, aut febrilē ca-
lorem, facerem actu cauterium. Quantum ad pe-
ctus, procederem cum Electuario de ſeminibus,
ſeu cum Diacodio, cum Papauere, de ſeminib. s.
Galeni. Poterit dari parum boli Armeni, pro ro-
E boratione & tollenda putredine. Quia verò ſen-
tentiam Montani alij aliter intellexerunt, ſequen
ti die propoſuit in ſchola duas concluſiones ſe-
quentes. Prima: Nullum vlcus poteſt fieri in pul-
monibus, ex quo ſputum ſanguinis non præce-
dat expuitionem puris. Ratio. Quia pulmones
ſunt venoſi, & arterioſi, itaq; illis exulceratis, ſta-
tim ſanguis erumpit: qui antequam in pus verta-
tur, à virtute expultrice per tuſsim paulatim ex-
pellitur. Secunda: In parte carnoſa nō poteſt eſſe
F vlcus, ex quo ſimul cū ſanie nō profluat ſanguis.

CONSILIVM XXXVI.

De febri putrida continua, cum catarrho & leni quodam ſputo ſanguinis, ac ſuſpicione hecticæ.

NOBILISSIMA hæc matrona cum eſſet
prægnans, incidit in febrim ardentem.
Multis conſilijs liberata à febri, perde-
G bilis, & decolorata permanſit. Eſt enixa
poſtea, & purgata menſtruis, non tamen co-
pioſis, ſicut antea. Hoc anno menſe Octobri inci-

dit in febrim,quæ ipſam detinuit quindecim dies A
inordinetè, nec adhibuit conſilium Medicorum:
ſed breui per ſe eſt remota febris. His diebus aliò
profecta, non bono vtens aere in agro Clodiano
& Vicentino,piſces ac alia comedit,& ita rurſum
in febrim incidit. Hinc à Medico ſanata, inciſa ve-
na, & concocta materia, poſt ſeptem dies iterum
febris eam inuaſit, & ſenſit caliditatem in capite,
qui dolor capitis remotus per catapotia eſt, ca-
tarrhus autem remanſit, eiecit ſanguinem,tuſsis
maxima infeſtauit eam, habuit duritiem in liene. B
Exhibita illi Caſsia,&c.Ipſa nũc quoq; febricitat,
& tumorem in ſiniſtro latere habet,& reliqua ſu-
periora ſymptomata. Eſt biliôſa, & calidæ ac ſic-
cæ temperaturæ,quod apparet ex ſignis.fuit ſem
per emaciata, & coloris ſubcitrini non adeò albi,
pili capitis nigri, eſtq; calidi iecoris & cordis. ha-
bet pulſus magnos.Nunc rubedo in facie,& venę
tumentes ſignificát calorem capitis. Oblectatur
cibis craſsioribus. Cùm ſolita ſit expurgari per
nares, hoc nunc ceſſauit. Habuit triſtitiã ex mor- C
te filij.Agit 24.annum.Sumus in temperata con-
ſtitutione aeris. Quòd ad res præternaturales, ha
bemus febrim, quæ inuadit cum rigore,igitur eſt
putrida, quia rigor ſignum putredinis. Putridæ
num ſit adiuncta hectica,maximè dubitatur : ſed
cùm dicat ſe non ſentire caliditatem, licet maxi-
mè febricitet, & ſumpto cibo intẽdatur morbus:
item Galenus de inæquali intemperie dicat, fe-
brim diuturnam ſequi Hecticam: igitur hic habe
mus febrim putridam & Hecticã, latus in regio- D
ne iecoris non poterat tangi, vereor igitur adeſſe
inflammationem. Habemus hîc obſtructionẽ lie-
nis à materia melancholica, quod ex victu & con
ſuetudine euenit. In cauſa etiã febris fuit aliqua
obſtructio,hinc inflammatio. Simul etiam abun-
dat bilis, quod ex flaua vrina apparet, cui mixtũ
aliquid pituitæ, quæ generatur in capite, & pro-
pter imbecillitatem ventriculi. Sed nulla appeti-
tus adeſt deſtructio, nõn vigilia, non grauia ſym-
ptomata. Cauſa doloris capitis eſt intemperies E
calida,ſentit enim notabilem caliditatem in capi-
te:hinc catarrhus, qui ſemper adeſt capite affe-
cto: in ore ſentit corroſionem circa gingiuas, &
hoc fit propter intemperiem calidam. Qualitas
catarrhi eſt inſipida, & ſimul expuit ſanguinem,
qui cum tuſsi educitur. Igitur à pectore proue-
nit,vel à pulmone, vel à venis exiſtentibus in pe-
ctore. Sanguis eſt in pauca quãtitate, & floridus.
Quare prouenit à venis pulmonis per reſudatio-
nem:nec enim ruptas venas arbitror. Vltimò ad- F
eſt imbecillitas vẽtriculi,eaq; ex frigiditate, quia
ſentit ſputum acidum. Ratione febris putridæ e-
uacuanda materia, quæ prius cõcoqui debet,de-
inde membra alteranda, poſtea infrigidare & hu-
mectare totum corpus ratione hecticæ: item fri-
gefacere caput, calefacere ventriculum oportet.
Febris hectica non longè eſt progreſſa, metuen-
dum tamen propter tot obſtructiones. Aſtringen
tibus vtimur ad fluores, ad ſputa, ſed his in caſu
hoc non vtendum,ratione obſtructionis. Primò G
hîc eſt humor bilioſus cum admixtione melan-
cholici & pituitoſi, euacuanda itaq; prius conco-
cta materia. Igitur ſyrupi qui infrigident, qui ha-
bent partes tenuiores ad aperiendam obſtructio
nem,qui etiam humectent,vt ſyrupus de Farfara,
item ſyrupus violarum ratione pectoris, condu-
cit. Dedimus etiam de oxymelle parum ratione
fluxus. Non incidẽda vena interna brachij ratio-
ne hecticæ. Concocta iam materia euacuanda eſt
Caſsia,& Rhabarbaro. Et ad euacuandam melan
choliam,accipite ſi vultis,Electuarium de pſylio,
ſed parũ. Euacuationes poſtea & ſyrupos reite-
rarem. Oportet febri putrida relicta, vt inſiſta-
mus hecticæ. Inunctiones & balnea infrigidãt &
humectant, igitur inungenda circa pectus, ex o-
leo violaceo, oleo Amygdalarum dulcium cũ ce-
ra,idq; fiat tepidè,confert enim ad tuſsim. Ciba-
ria ſunt ſuccus Ptiſanę,carnes pullorum & iuſcu
la, hæc enim humectant & frigefaciunt. Vinum
permiſtum aqua humectat,igitur parum vini ad-
dendum aquæ. Balnea fiunt omnibus viſceribus
bene affectis,quare hîc ijs non vtendum. Quoad
catarrhum qui venit ex materia calida,caput eua
cuandum & alterandum, prius euacuato corpo-
re,de quo ſuprà, prouocetur materia ad nares re-
bus non vehementibus. Vtamur inunctionibus
narium cum oleis frigidis, & humectantibus, &
ſtimulantibus materiam ad nares. Deinde frigi-
dis caput inungatur,vtatur lambitiuis & ſaccha-
ro Candi: Electuario de pulmone vulpis,& ſyru-
pis, de quibus ſuprà. Trahunt enim materiam à
pulmone,& hoc ratione ſputi. Ventriculus foué-
dus calefacientibus, videlicet oleo Maſtichino.
Calidum caput generat catarrhum frigidũ, quia
calor attrahit materiam ex inferiorib. copioſam,
quam non valet concoquere, crudam ergo & fri-
gidam emittit. Sumpto cibo ſentit calorem in fa-
cie,& toto corpore,quod eſt ſignũ hecticę febris.
Incidẽda vena ſaphena, vt diuertatur eiectio iſta
ſanguinis, vt ſimul etiam purgentur menſtrua,
quæ non eodem modo, quo antea purgari ſole-
bant,procedunt,ſed nunc ſuppreſſa ſunt. Si adeſ
ſet metus de eius ſalute, hecticam febrim aliquo-
uſque progreſſam eſſe dicerem. Diarrhodon ſoli-
dum ſumptum à cœna ingroſſaret catarrhũ. Fri-
carem quoq; crura & coxas, vt diuertátur flatus
matricis ad inferiora,ne ita aſcenderent. Item,cu-
rarem ſingulis diebus vt haberet ſedes, vel natu-
rales,vel per medicamenta. Vinum aliquo modo
ei conuenit,propter tumores,ne ægra per aquam
ducatur ad hydropem,propter febrim autem vi-
no non vtendum. Miſceat itaq; vinum aqua, cui
modicum Fœniculi & Cinamomi ſit mixtum, &
vinum ſit lucidum,non craſſum. Hæc dixit Do-
ctor quidam alius.

MONTANVS.

Habemus hîc nobiliſsimam matronam, quæ
vexatur plurimis diſpoſitionibus præter naturã,
quæ omnes quidem verendæ ſunt. Repetam
breuiter cauſas, & ex earum diſpoſitione curam
inueniemus. Vexatur primùm febri, quæ vide-
tur continua : præterea deſcendit catarrhus ad
pectus, & ad quædam membra alia, ad ſcapulas,
ad oculos,in quibus dolorem ſentit,pręcipuè ta-
men ad pectus fluit. Hic catarrhus præterquam
quòd

quòd habet guttulas ſanguinis interdum, apparet etiam cum putredine nõ vulgari, quod eſt notandum: præterea habet obſtructionem in membris naturalibus, præſertim in lienis regione, vt & tactu percipiatur, ſicut ipſa dicit, nos autem eam nondum attigimus. Habet & obſtructiones circa cotylidonas & venas vteri, & menſtruorũ nõ quidem omnimodam ſuppreſsionem, aliquã tamen diminutionem patitur. Hæ diſpoſitiones omnes magnæ ſunt, ergo & cauſas habent magnas: non enim ſunt affectus magni, niſi à cauſis magnis: & quia cauſæ deducũt nos ad rationem curandi, illæ primùm ſunt inquirendæ: & quia cauſæ partim ſunt extrinſecæ, partim intrinſecæ, vtræq; quærendæ: omnes enim concurrunt in hac nobiliſsima matrona. Intrinſecæ cauſę diſpoſitiuæ ſunt, quę corpus ad tales ægritudines aptũ & diſpoſitum faciunt. Neque enim quodlibet patitur à quolibet, vt in primo & ſecundo dicit de Generat. Ariſtot. ſed in habentibus ſymbolũ facilis fit tranſitus. Videndum igitur an corpus præparatum ſit ad has diſpoſitiones, an verò nõ: hoc autem ſciemus ex tẽperatura naturali, & cõſtructione totius corporis. Totum igitur corpus primò raræ texturæ, & rari habitus eſt, caro mollis, & quæ facilè cedit tactui, & ſemper macilẽta fuit & gracilis: fuit ergo corpus rarioris habitus. Pręterea audio fuiſſe ſummi ingenij, quod arguit ſubtilitatem ſanguinis & ſpirituum, vt Galen. in lib. Quòd animi mores, &c. ex Ariſt. confirmat. Ideo & Ariſtoteles, molles carne, aptos mente dixit. Quia igitur eſt talis habitus, qui facilè reſoluitur, & patitur à quibuſcũq; cauſis extrinſecis, habuit cauſas intrinſecas diſpoſitiuas ad hoc, vt facilè incideret in varias diſpoſitiones præter naturam. Præterea temperaturã, licet reuera nõ poſſumus dicere talem vel talem, propter diuerſitatẽ membrorum, quæ facit vt totum corpus non poſsit dici ſimpliciter calidum & ſiccum, hepar tamen calidum & ſiccum habet: ſed ea caliditas non ita inſignis eſt, vt ſanguinem gigneret craſsiorẽ, conſiſtente præſertim ſanitate: quia promptitudo ingenij & morum non patitur illam craſsitudinem ſanguinis, quæ fit à caliditate ignea, qualis eſt in leonibus & canibꝰ (reperiuntur enim omnia tẽperamenta animalium etiam inter homines) ea non cõuenit iſtis moribus mitioribus, qui ſequũtur temperiem, vt Phyſicus & medicus probat. Credo igitur eſſe quidem calidum & ſiccum hepar & cor calidum, ſed non vehementer: vnde generat ſanguinem calidiorem quidem, ſed ſubtilẽ, nõ craſſum: ideo facilè alteratur, ſicut omnia corpora ſubſtãtiæ tenuioris parata ſunt ad mutationes. Audio eam eſſe magnanimam & conſtantẽ, ſed eadem ratione vt de hepate diximus, cor non excedit valde, quia facilè placatur. Hęc duo membra totum quidem corpus calidius reddunt, ſed propterea non poteſt dici calidæ & ſiccæ temperaturæ, quia membra inæqualia. Cerebrum ſemper paratum fuit ad defluxiones: ſemper ſolita eſt pati defluxum ad partes intrinſecas. An modò id fit ratione frigiditatis in capite non concoquentis alimẽtum proprium, an verò ratione caliditatis attrahẽtis plurimam materiam, ignoro:

A non enim noui eam hactenus, ſed nũc primùm vidi: quæcunq; verò cauſa ſit, certum eſt eam abundaſſe excrementis in capite, & laboraſſe catarrho. Ventriculus naturaliter frigidus, multiplicat humores crudos, quia ferè omnes, qui ſunt calidioris temperaturæ, & raræ texturæ, habent ventriculum frigidum: ſunt enim graciles, & non habẽt omentum infarctũ pinguetudine ſolita, quæ ſecundum Ariſtotelem facit caliditatem poſitiuè, ſecundùm verò medicos priuatiuè, quia non B permittit difflari caliditatem innatam ventriculi, & tutatur eam à frigore, & reliquis nocumentis extrinſecis. Hæc nobiliſsima Domina priuata eſt vtraque vtilitate, imò habet ventriculum imbecilliorem, vnde plurima pituita & cruditates generantur, & excrementa in mulieribus ad vterum deueniunt, qui receptaculum eſt omniũ excrementorum: qui cum ſit membranoſus, & per ſe frigidus, ſanguis tenuior non potuit eum calefacere, vt concoqueret ea, ſed aucta eſt frigiditas C ab excrementis extinguentibus calorem naturalem. Habetis modò cauſas intrinſecas diſpoſitiuas, totũ verò corpus facilè alterabile ab extrinſecis, quia rarus habitus, & ſanguis ſubtilis, & inæqualitas membrorum, hepatis, ventriculi, & caput perpetuò deſtillans. Si modò vult, addam etiam ex parentibus, qui laborarunt catarrho, & phthiſici mortui ſunt. Videbitis hos morbos ortos eſſe à ſemine, & hęreditarios à natiuitate. Corpus igitur tale ita præparatum, incidit in cauſas D extrinſecas ſex, quæ alterant corpus, vt aër, cibus, potus, & reliquæ: omnes enim exceſſerunt. Aer diuerſus & peſsimus: fuit in feſtis Clodianis in aere craſsiſsimo & peſsimo, vbi etiam circa cibum & potum commiſit errores. Veſcebatur piſcibus paluſtribus, qui peſsimi in quocunq;, pręcipuè tamen in tali corpore, quod facilè alteratur. Vſa eſt paſtilibus & leguminibꝰ, & cibo ſinè electione, craſſo, qui his corporibus maximè nocet, imò facilè deducit in fæuas diſpoſitiones. Ac E cum ita peccaſſet in cibo, potu & aere, acceſſerũt etiam accidentia ſæua, dolores ſcilicet, quos habuit ex morbo filiæ. Hæc omnia maximè proſternunt hominem, & exterminant ab ea eſſentia in qua eſt maximè. Si quãdo ſpiritus etiam ſunt tenuiores, qui facilè reſoluuntur, hæc accidentia facilius & plus lędunt, & quo plus ea diſsimulauit, & exterius dolorem monſtrare noluit, eo magis interius afflicta eſt. Hinc ſunt ſecutæ deterrimæ diſpoſitiones, cumq; tot morbis conflictata fuit, F quibus fortè corpus etiam non ita debile ſuperari poterat. Item multiplicati humores in corpore, ex mala ratione victus, aere craſsiore, impediente difflationem corporis, & corpus refertum eſt humoribus ob cauſas intrinſecas & extrinſecas, videlicet crudis & aduſtis. Crudi ſunt, ob ventriculum malè concoquentem cibos craſſos. Aduſti verò ſunt ob accidentia animi, quæ ad corruptionem alimentorum, maximè eorum quæ generãt humorẽ melancholicũ, faciunt. Acceſsit & G retentio menſtruorũ, nõ omnimoda ſuppreſsio, ſed diminuta excretio, ea facit multiplicari humores diuerſorũ generũ in corpore. Ex his igitur habemus cauſas intrinſecas efficientes, & diſpoſiti-

uas etiam, vnà cum extrinſecis occurrentibus. His præpoſitis contingit primum catarrhus moleſtiſsimus: neq; id mirũ, quia generatæ ſunt multæ ſuperfluitates, pituitoſę primò, deinde bilioſę, hepar calidum, ſanguis ſubtilis, corpus vaporabile. Gale. lib. 3. de locis affectis inquit: Qui ſanguinem ſubtilem & hepar calidum habent, repletionibus capitis ſubiecti ſunt. Et hìc ex ventriculo quoq; vapores crudi aſcendunt: hinc catarrhus, qui non ſimplex eſt, ſed fit ex materia plurimorũ humorum, qui nec frigidi abſolutè ſunt, nec calidi, quia mixti ex cruda & bilioſa, & etiam aduſta materia, & deſcendit à capite, quod etiã ex ſe ſubiectum eſt deſtillationi: & quia propter multitudinem deſcendit ad varias partes, varios etiam affectus mouet: videlicet per nucham & vertebras colli ad ſpatulas & alia membra, in quibus cauſat dolorem: ſed maxima pars ad pectus & pulmones deſcendit, quæ excernitur per tuſsim. Eſt autem matera quæ eijcitur, quo ad ſubſtantiam craſſa & viſcoſa, partim non putrefacta & alba, partim verò flaua, nõ qualis eſſe ſolet ex aduſtionibus, ſed qualis eſt cum materia exiſtit putrida. Non autem habet ſaporem aliquem, quia pituita ſuperat. Si uel bilis ſuperaret, vel ęqualiter mixta eſſet, appareret amaritudo, vel ſalſedo (ſi credimus Auicennæ, qui ex mixtione bilis cum pituite, ſalſedinem oriri dicit, quod nunc non determino) Superat igitur pituita, quia nullus ſapor: ſed q̃a talis catarrhus putreſcit in pulmonibꝰ, & interdum admixtum habet aliquid ſanguinis, dubitatur, & meritò quidẽ, excernatur ne ille ſanguis ex vena rupta vel eroſa, an reſudet per panniculos, vel ex capite defluat per nares, vel quoquo modo. Solet & aliunde contingere: cùm per tuſſim continuò violenter erumpit & reijcitur materia, orificia venarum illarum capillarium facilè aperiuntur, ex quibus prodit ſanguis, non cũ magno periculo, quia tenues ſunt venæ, facilè aperiuntur & clauduntur, imò ceſſat ſtatim poſt paucas guttulas. Ego hìc crediderim ex capite, quia ſanguis niger eſt & craſſus, non admixtus ſputo, ſed ſeparatus, vt ſit ſuſpicio quòd veniat à capite. Heri tamen ramulos paruos & viuacioris coloris ſputo permixtos vidimus, & poſſet venire ex illis venis capillaribus abraſis ex violẽtia motus. Vel hoc erit vel illud, in alterum incidit ſuſpicio. Venam ruptam, vel factã corroſionem nõ credo, nec reſudari (quanquã hoc facilius fieri poſsit, propter panniculorum raritatẽ) nã illa fieri ſolent in maiori quantitate: nõ tamen contendo, cum nihil habeamus niſi coniecturas: poteſt eſſe ex tribus his vnum, quòd iam non determino, & hactenus nihil refert, ſed in futuro referre poteſt, quia ſanguis per os reiectus, eſt malus, vndecunque veniat. Hæc de catarrho, vnde generetur, & vbi, & quod per eſſentiam in capite facilè intelligitur, quia ſemper fuit ſubiectum deſtillationibus, ſed fouetur etiã ab alijs membris inferioribus. Nunc ad obſtructiones quæ ſunt in liene & matrice, & vt ego credo, in hepate. Hæ fiunt immediatè ab humoribus multiplicatis in corpore, propter rationem victus, craſsis & bilioſis, & ita miſcella eſt, prædominante tamen pituita, quæ venas ob-

A ſtruit, ſed magis circa lienem, quia ille attrahit craſsiores humores, & non eſt tam nobilis, vt ſic poſsit reſiſtere ſua caliditate obſtructionibus, ſicut hepar. Sunt & obſtructiones circa vterum & cotylidonas: ſanguis enim menſtruus excernitur quidem, ſed in pauca quantitate: non eſt perfecta obſtructio, ex parte effluunt menſtrua, ſed non vt ſolebant. Credo igitur obſtructiones etiã circa vterum, & in meſaraicis ad iecur, ſed maiores circa lienem, & per venas in toto corpore, hu-
B mores craſſos & mixtos ſanguini, vt non poſsit euentari calor, quia vrinæ ſunt craſsiores, quæ ſunt colamentum ſanguinis, & atteſtantur diſpoſitionibus quæ ſunt in venis: vrinæ craſſeſcunt rubræ, plenæ omni genere humorum: ergo & venæ repletæ, & excrementa eodem modo varia ſunt: citrina, ergo bilis redundat: & craſsiſsima ſunt, ergo pituita: & ita totum corpus repletum eſt materia diuerſa. Non igitur mirum eſt adeſſe febrem illam vniuerſalem, cum tot ſint cauſæ,
C quarum ſingulæ ſolæ poſſent facere febrem. Eſt principiò febris putrida, propter prohibitam euentationem: & cum ſint in corpore iuuenili, natura fortis expulit materiam ad exteriora. Ideo frigus inſigne ſentit cum intenſione, vt indigeat plurimis operimentis: & heri præcipuè ſenſit. Quę eius rei cauſa ſit, petetis ex Galeno de Rigore, &c 3. de Cauſis ſymptomatũ: nunc non eſt tempus illa repetere. Incipit igitur à frigore, & quidẽ extenſiuo, quia mittitur foras à virtute. Materia
D enim craſſa eſt, non facilè putreſcens, & ideo calor non ſtatim ſequitur. Quòd autem perdurat, ita vt vnus paroxyſmus inueniat alium, fit quia materia multa non poteſt ita reſolui ſtatim. Nec propterea continua eſt, quia cum rigore: nã proprium continuarum eſt non rigere. Et putreſcit extra venas, quod ex eodem patet, quia incipit cum rigore. Habetis naturam & locum febris huius putridæ, an modò cum hac putrida ſit etiam alia occulta in membris ſolidis fixa, vt hectica?
E Vt ingenuè fatear, non poſſum certi aliquid aſſerere: bis enim vidi eam, inueni pulſum inæqualem, qualis eſt febris putridæ. Sed ſi per coniecturas eſt agendum, corpus gracile eſt, & aptiſsimũ vt inflammentur membra ſolida: habuit febres præcedentes putridas tam longo tempore: deinde hic morbus hæreditarius ei videtur à parentibus. Caleſit item magis poſt prandium, quod eſt ſignum quidem perpetuæ hecticæ: ſed non ſoli conuenit, alioqui concluderet neceſſariò. Nunc
F non poſſumus certificari, ſed ſuſpicionem facit, quia à cibo incaleſcit. Eſt & alia coniectura: non ſentit calorem, quod ſignum eſt febrem iam eſſe in habitu: ſed id etiam ſignum non eſt pathognomonicum ſolum, quia in alijs etiam morbis eſt commune, vt in febribus laticis, vt vocat Auicenna: in quibus etiam non percipitur caliditas, & ideo hecticis maximè ſimiles ſunt, & laticæ vocantur: has ob cauſas non poſſumus certò concludere, adeſſe hecticam, licet magna ſit coniectura.
G Sed quicquid ſit, agamus omnia ſic, vt non lædatur hectica, ſi qua eſt. Diximus de omnibus diſpoſitionibus præter naturam, præterquam ventriculi, qui imbecillis naturaliter: ſed ea imbecillitas

becillitas

becillitas aucta magis, quia in longis ægritudinibus ſemper redditur imbecillior, præſertim vbi pituita dominatur, vt Auicēna Prima tertij teſtatur. Nihil tam efficax ad debilitandum ventriculum, quàm febres quæ à pituita pendent. Et habet æquales paroxyſmos, non ſibi inuicem de tertio in tertium correſpōdentes, ſed magis accedit ad quotidianas, quod ſignum eſt magnam copiā pituitæ putreſcere, licet bilis etiam in maxima quantitate accedat.

De prognoſtico. Ex quo patitur has ægritudines propter diſpoſitiones in membris principalibus, non tantum ob multitudinem materiæ, ſed etiam diſpoſitiones membrorum, difficilis erit curatio, maximè cum tranſire videatur ad id ad quod naturaliter eſt diſpoſita iure hæreditario, habet ſputa putrefacta, cum ſuſpicione hecticæ:& cōſtitutio anni, quæ morbos indicat, vt ex Hippocr. iam audiuiſtis, indicat morbū longum: omnibus igitur modis ægritudo lōga eſt futura.

Curatio. Habemus membra naturalia affecta, quæ fuerunt cauſæ diſpoſitiuæ ægritudinis, ſed in has non incidit, niſi propter cauſas alterantes: igitur res tota redigitur eò, quòd humores in magna copia generati, in corpore ſint cauſæ diſpoſitionum. Primùm igitur corpus mundandum ab omnibus excrementis, non enim poteſt aliter agi. Iam corpus redundat omni genere excrementorum, & à natura etiam euacuatur per omnes vias, quia vndiq; multa euacuantur: ſed quia omnes euacuationes particulares præcedere debet vniuerſalis, ideo ab ea incipiendum erit nobis, quæ fit vel per pharmacum, vel per miſsiōnē ſanguinis. Miſsione ſanguinis, ſi remoueantur impedimenta, nihil magis neceſſarium. Si vrinæ craſſæ, phlebotometur, dicit Auicēna. Hic vrinæ craſſæ & rubræ, & humores plurimi permixti ſunt, ideo credere oportet neceſſariam eſſe miſsionem ſanguinis. Et reuera, etſi habemus ſuſpicionē hecticæ, tamen hæc ægritudo certa eſt, cuius curatio non dimitti debet propter diſpoſitionē incertam. Et quid eſſet incommodi, ſtante etiam hectica, ſi euacuaremus ſanguinem malum, & refrenaremus calorem facientem hecticam? Mitterē igitur ſanguinem, ſed non à ſaphena, quia non credo quòd propterea fluent menſes per vterū. Omnes venæ obſtructæ ſunt, & repletæ, ideo nō fluerent, ſi aperiretur ſaphena, hancq; ob cauſam abſtinerem: oportet enim prius vias aperire, antequam fiat diuerſio. Ego attenderē ad cauſam cauſarum, & mitterem à baſilica, vt proximè ab hepate euacuarem: & ſi ſanguis craſſus, qui multa euacuatione opus eſſe oſtenderet, neq; vna vice poſſem tantum extrahere quantum vellem, & virtutis ratione etiam liceret, iterarem vices, quia vtiliſsimum eſt, & maximè laudatur à Galeno & Auicenna: ideo repeterem eam, & credo quāto citius, tanto melius. Dicebat quidam miſſam venā ante duos menſes, & obijciebat ſuſpicionem hecticæ. Montanus voluit repeti, quia etiam putrida habet rationem cauſæ, ea remouenda, & poſtea facilius hectica curabitur, quia non eſt in eo gradu de quo ſit curandum. Eſt in principio, non acceſsit adhuc ad ipſum gluten membrorum: le-

A nirem igitur aluum, & mitterem ſanguinem, poſtea per medicamēta euacuarem, & procederem ſicut ſolet procedi in morbis pendentibus à materia craſſa, viſcoſa & frigida: & quia curatur in hyeme, non poſſumus cum fortioribus, quia humor craſſus eſt, ideo paulatim concoquerem & euacuarem, & iterarem: darem ſyrupos, poſtea florem caſsiæ, & euacuaret bilem. Ab vſu horum non diſcederem, ſed frequentiſsimè iterarem. Licet enim dicantur non tranſire venas meſaraicas,
B niſi dentur in magna quantitate, id eſt, intenſiuè & extenſiuè, tamen per crebriorem iterationem etiam medicinæ benedictæ euacuant omnes humores contentos in toto corpore. His euacuationibus iteratis, euacuabimus materiam, roborabimus ventriculum, aperiemus obſtructiones, & conſulemus ventriculo, cui confert vſus hieræ, teſte Gal. prouocabimus vrinā etiam, quod euacuabit humores cōtentos in venis. Ideo ſingulis ſeptimanis exhiberem hieram cum caſsia. Die-
C bus intermedijs quibus non vtetur caſsia, ſumet ſyrupum ita confectum:

R. Syrupi de farfara,
De betonica ana ℥ j.
Decocti capil. Ven. & cetrach ℥ iiij.

Miſce, cōfert ad obſtructiones lienis, pectoris & hepatis, & ita hos ſyrupos acciperem, quòd reſpiciant omnia membra affecta, & acciperem capillos Veneris & cetrach in magna quantitate ad decoctum. Circa caput propoſita ſunt electuaria,
D quæ laudantur à modernis: ſed dicam id quod ſentio. Ego maximè abhorreo ab eis, vbi imbecillitas ventriculi ſuſpecta. Vidi homines ſæpe, dum in illis volumus catarrhum curare, ex frequenti & nimio vſu electuariorū incidere in hydropem: dum enim illa frequenter ſumunt, die nocteq; impeditur coctio, vt nunquam rectè fiat: augetur catarrhus, quia propter inconcoctiones multiplicatur materia, nec ipſorum electuariorū vis ad pulmonem, ſed ad ſtomachum peruenit.
E Vellem igitur horum loco ſemper teneat aliquid ſub lingua in ore, cuius vis dum attrahitur aer, etiam paulatim attrahitur, & deſcendit ſenſim per aſperam arteriam: & licet parum deſcendat vna vice, tamen ſi fiat continuè per vigintiquatuor horas, facit magnum effectum. Ad hoc bonæ eſſent pilulæ Bechiæ, zuccharum roſatum & violaceum, & ſi quid hoc modo per œſophagum deſcenderet: tamen quia tardius id fieret, per poros tamen aliqua eius portio tranſiret ad arteriā.
F Quod ad curas particulares attinet, quæ poſt vniuerſalem euacuationem ad roborādum caput & ventriculum, itemq; ad leniendum pectus faciendæ ſunt, ſi vellem proponere nunc, videretur ineptum. Quę ſunt propoſita circa pectus leniendū, laudo, quia fit maior pręparatio muſculorum, qui mouentur continuè. Ideo oleum amygdalarum dulcium, chamæmeli, violarum laudo: ſed ita componantur, ne ſuperent frigida, ſed ſint moderata omnia. Inungatur ventriculus
G oleo maſtichinò, lien oleo de capparibus, & ſimilibus. De vino, dicerem neceſſariū eſſe vt demus in ægritudine longa, & ventriculo imbellico: ſit autem album, pauciferum, non flatuoſum, etiam

cum aqua mixtum. Montanum etiam laudo, vinum cum aqua exhibitum: quia vina quæ in planis creſcunt, ſunt craſſa, flatuoſa, & maligniora. Notandum, oua in febribus continuis nunquam danda, imò nec in tertiana: ea tamen die exhibet Gale. quæ ſine paroxyſmo eſt. ratio eſt, quia facilè alterantur, & ideo facilè putreſcunt, adeò etiã, vt in ſano corpore, ſi ventriculus ſit paulò calidior, ſtatim vertantur in bilem.

CONSILIVM XXXVII.

De hectica febre cum putrida & catarrho coniuncta. In colloquio cum D. P. Craſſo & Phriſimelica, 21. Iulij, 1549.

CLARISSIMI Doctores, quoniam totũ fundamentum præſagij & curationis pendet à natura morbi rectè cognita, nos, quia vocati ſumus, ea de cauſa, vt præſagium demus, & vt curemus, ideo ego vt poſſim colligere naturam harum diſpoſitionum præternaturalium, exponam omnia, quæ vidi, & audiui. Quatuor ſunt cõſideranda: adeſt catarrhus, qui defluens à capite, facit difficultatem anhelitus inſignem, quaſi dyſpnœam: item eſt is catarrhus ſalſus, & ita, vt quaſi ſal videatur habere in pectore & in ore: quantum ad ſubſtantiam, eſt diuerſus, craſſus, ſubtilis, aqueus, putridus, &c. Habet febrem, qua iam ante ſex menſes incœpit laborare, nec habet debitos paroxyſmos ſuos, ſed vt incœpit, ita continuò ſtat. Et quia ita continua eſt, affert omnia mala, magnam videlicet exiccationem corporis. Ideoq; iſta puella carnoſa, nunc accedit ad conſtitutionem hecticæ, & membra ſolida dilabuntur: obſeruãda igitur ſunt febris accidentia, inſignis macies, pulſus paruus, frequẽs, & non vehemens, eſt durus, & debilis, hæc habet pulſus. Vrina rubra, craſſa, & non tenuis, cum his ſignis eſt febris. Ter vidi, & tetigi ventrem, & hypochondria, habet in lateribus obſtructiones, & ventriculi abdomen deberet eſſe applicatum bene: ſed eſt tenſio in ventre, nec habet cauitatem, etiamſi ſit emaciata, quia tumet. Quartò habet defluxum alui, eſtq; nouum accidens. Tales autẽ ſunt fæces, egeruntur in hora, & quantitate præter naturam, & innatant in liquore, quaſi naturalia dura, habentq; colorem nõ mellis, ſed tendũt ad ferrugineum colorem, quod manifeſtæ aduſtionis ſignũ eſt. Horæ (vt dixi) mutatę, & quantitas, etiam ſunt ſub forma fæcis, & non ſunt multi humores, non bilis, nec alius humor, ſed ſigna ſunt aduſtionis, quia apparent ferrugineæ. Hæc quatuor cum ſuis ſymptomatibus, quæ indicant congeriem ſuorum morborum, videlicet febrẽ, catarrhũ, obſtructiones & fluxũ, videnda & qualis curatio eſſe poſsit. Catarrhus poteſt dici ſymptoma, ſicut & fluxus, & licet ſymptomata ad ſe trahant curã, tamen habent duas ægritudines, febrim in complexione, & obſtructiones in cõpoſitione, quas ſequuntur. Videamus primò ægritudines, quibus cognitis, & ſymptomata cognoſcimus, & ijs curatis, curabuntur quoq; ſymptomata. Sed quia habet obſtructiões & febrim, quæri-

A tur vtrum prius obſtructiones, an verò febris aggredienda? Audio eam eſſe monacham, ieiunauit multum, cum ſecundum Hippocr. 2. de Recta victus ratione, ieiunium ſit peſsimum: ſolita hora non comedit, vnde fuerunt cruditates multiplicatæ, & fiũt maiores, ſi cibus craſſus exhibeatur. Ieiunantes verò in duobus peccant, capiunt cibum ieiuno ventre, & capiunt malum cibũ. Cum hæc ieiunaret, potuit ſibi accerſere obſtructiones & febrim, & potuit febris curari, ſed obſtructio
B manſit, & poſtea incidit in febrim menſe Martio: nam manſerant radices illius febris, id eſt, obſtructiones: obſtructio autem erat offenſio naturaliũ membrorum, & dolor lateris, fortaſsis erat inflatio hepatis ex obſtructionibus. Nam vbi obſtructio in hepate fit, grauatur dextrum hypochondrium, dolor pectoris, & tuſſes fiunt. Quare morbi ſui ſunt ab obſtructionibus naturalium membrorum. Febris permanens fecit colliquationem humidi naturalis, & conſumpſit carnem, & eſt ſe-
C cunda ſpecies hecticæ. vbi enim abſumitur humidum naturale, fit prima ſpecies: ſi caro, ſecunda ſpecies: ſi ſolidæ partes, & humidum in eis radicale, fit tertia. Sed quoniam non video in ea humidum naturale, & carnẽ, igitur febris eſt in carne, quam abſumpſit. Et hoc à ſubiecto dico, & colligo à pulſu: nam pulſus etiam eſt hecticus, vt eũ deſcribit Galenus. Nondum eſt in gluten hæc febris, nam adhuc floret cutis, & adhuc eſt in membris ſolidis humiditas, ſunt vrinæ craſſæ cum ſe-
D dimine: in hecticis ſunt tenues & claræ. Hic verò etiam craſſæ, quia in venis eſt putredo, ex qua fiunt vrinæ craſsiores: nam vrina (vt cõſtat) ſerũ ſanguinis eſt. Eſt & hìc inæqualitas in pulſu, isq; pulſus eſt putridarum, non autem hecticarum. Igitur eſt febris putrida, & humores putreſcunt in venis. Eſt ergo hæc febris hectica, cum putrida coniuncta, & ideo putreſcunt humores in venis. Et ſignum eſt ex vrina, quòd craſſus humor putreſcit, eſtq; pituitoſus: ſed quia cogitabunda,
E colligitur humores melancholicos quoque collectos: item in vrina ſigna pituitæ. Hi verò humores faciunt febres typhodes, vel laticas, quæ ſunt affines hecticæ. Habet catharrhũ & fluxum alui, ſcimus autem quoties calor in hepate eſt, conſequitur vt in toto etiam ambitu venarum ſit, inde multi vapores caput petunt. Et tertio de Locis affect. dicitur, quòd qui hepar calidum habent, ſunt ſubiecti repletioni capitis. Hæc puella cum habeat hepar calidum, multæ materiæ vel vapo-
F res condenſati, verſi ſunt in catarrhum calidum. Atque ita eſt catarrhus ſalſus (vt ipſa dicit) quaſi haberet ſcutellam ſalis in pectore. Apparet pituita in ea ex colore & viſciditate. Nam Auicenna dicit, vbi febris tranſit quatuordecim dies, ventriculus fit debilis, & concoctiones malæ. Hæc paſſa febrim eſt multis menſibus, ita vt pinguedo abſumpta ſit ex abdomine & muſculis, vnde cruditates & obſtructiones. Eſt verò catarrhus, cum deſcendit tenuis, ſed in pulmone calefactus, fit vi-
G ſcidus, & putreſcit, quia eſt in loco calido, ac decipit Medicos, qui arbitrantur eſſe pus. Habemus rationes omnes catarrhi, quare ſit ſalſus, & habeat partes ſubtiles, craſſas & putrefactas. Difficul-

tas

tas anhelitus inde eſt, quia colligitur in brōchijs pulmonis, & impedit ſpiritus. Fluxio verò alui ſuccedit propter tria, longitudinem morbi, quia ſunt debilitata membra naturalia, & nō fit cōcoctio bona: ſecundò catarrhus deſcendit in ventriculum, vt percipit, & eſt ſalſus, qui excitat materias fæcum, antequam tempus ſit, vt exeant: itē eſt obſtructio, & chylus non diſtribuitur, quare fæces non ſunt bene coctæ, ſed exeunt cum liquore, quia non bene diſtribuitur materia per venas, ſed irritatur à catarrho. Et hic fluxus non ſit ratione colliquationis, vt dicit Gal. 10. Therapeut. quod in colliquatiuis accidit: nam colliquatio in hecticis ita fit, quia ſenſim fit colliquatio, ſed in febribus peſtilentialibus fit fluxus colliquatiuus propter nimiam putredinem, & quia fit torrefactio.

Prognoſticum. Dico quòd hæc ægritudo ſit periculoſa, quia febris conſumpſit humidum nutrimentale, & carnes. Ac febris perſeuerat, ergo & partes ſolidas abſumet, & erit tabida perfectè. Vix tolles hāc febrim, nam opus eſſet tollere obſtructiones, idque calidis faciendum eſſet: antequam autem id facies, tabeſcet. Præterea catarrhus auget febrim, putreſcit, & putrefacit pulmonem, nam puella eſt tenera, & non facilè ſpirat. Vnde ægritudo eſt difficilis, & vereor ne ſit incurabilis. Medici autem ne deſperent, & prædicent hæc ſuis amicis, vt inueniant curam, & ne illis imputetur poſtea ſi quid aduerſi acciderit.

Cura. Hippocrates dicit, exquiſitis morbis remedia exquiſita debent proportionari. Galenus autem 5. Meth. inquit: Qui in catarrho incipit à leuioribus, facit longum. Ego volo experiri fortius, deuenirem ad obſtructiones, & non negligerem febrem. Obſtructiones enim ſunt origo malorum. Accipiat igitur Trochiſcos aperientes, qui licet calidi & ſicci ſunt, corrigantur, vt de Abſinthio, vt de Rhabarbaro ℈.j. vel ʒ.j. Confortant, & obſtructiones ac fluxum tollent. Sed quia exiccant, accipiat iuſculum, in quo Tuſſilago & Endiuia decoquantur, & accipiat amplam ſcutellam. Vnum dicam, ponerem in illo iure ℥.ij. oxymellis cum ſaccharo facti. Nam incidit, & aperit obſtructiones.

℞. ℥.j.s. Oxymellis facti cum ſaccharo bono & aceto. Et ventriculum confortarem. Galenus 7. Therap. docet exiccatum ventriculum humectare. non igitur vterer exiccātibus, ſed addentibus tonum ventriculo. Accipe vinū dulce, permixtum aquæ lib.j. vel ij. Olei Amygdalarū dulcium ℥. iiij. Butyri recentis, vel medullæ cruris vituli. Miſce, & impone dactylos. Bulliant ad conſumptionem vini, exime dactylorum cortices, & eorum carnem tantùm relinque & contunde, & pone aliquid pulueris Maſtiches, & Garyophyllorum parum, & inungatur locus totius ventris. Pectus inunge ex adipe anſeris, oleo Amygdalarum dulcium, & parū Croci. Puluis in capite ſit ex roſis, myrtis, & aſtringentibus (in primo & ſecundo de Compoſit. medicament.) etiam Sandali refrigerabunt & exiccabunt. Porrò vt ſit diuerſio, fiat frictio membrorum omnium oleo Amygdalarum dulcium. Electuaria accipiat ante pran-

A dium & poſt. Saccharum roſatum optimū in catarrho & febre, ſingulis horis accipere poteſt, victus ſit bonus. Vinum ſit pauciferum, nec acidū, quia augeret tuſsim. Electuaria ſeorſim lambenda, ne relaxent nimis ventriculum.

CONSILIVM XXXVIII.

Pro iuuene laborante febre putrida, & catarrho, cum periculo ne incidat in Hecticam. B

IVVENIS hic ægrotus patitur huiuſmodi ſymptomata. In primis habet catarrhum non omninò ſalſum, neque omninò expertem à quacunque amaritudine: habet deinde tuſſim non ſiccam quidem, ſed humidam, laborat ad hæc febre, & ea quidem putrida, periculum tamen eſt, ne facilè in Hecticam incidat, & ne iam fermè ſit Hecticæ febris principium. Vt verò poſ- C ſit curari, noſcendi ſunt morbi, à quibus ſymptomata hæc dependent, & res naturales. Temperatura igitur iſtius iuuenis eſt calida omninò, quantum ad totius temperaturam, in paſsiuis verò vel temperata eſt, vel vergit ad aliquam ſiccitatem. Quantum verò attinet ad membrorum temperiem, eſt certè inæqualis temperiei: nam cor & hepar calidum & ſiccum obtinet, cerebrum calidum & humidum, ventriculum tamen habet frigidiorem. Solet autem in omnibus ſex rebus non D naturalibus maximè errare, ætatis eſt 19. annorū, in qua facilè homines ſolēt incidere in phthiſim. Hæc dicta ſint de rebus naturalibus huius adoleſcentis, ſi duo addita ſint, quorum alterum eſt, hunc adoleſcentem in aere craſſo, humido, & turbulento habitare: alterum verò eſt hunc adoleſcentem eſſe eius figuræ, quæ in phthiſim ſolet facilè incidere, habitus enim corporis eſt talis, & pectoris anguſti. Cauſæ autem illius catarrhi eſt intemperies capitis calida & humida, à qua ſu- E perfluitates multiplicantur, vnde poſtea fit catarrhus. Tuſsis verò illa fit propter humores à capite ad brachia, arteriam & pulmonem tranſmiſſas. ad caput verò tum à ventriculo malè diſpoſito, & hepate calido, tum à toto ambitu corporis tranſmittuntur. Febris verò illa adeſt propter aliquam materiam putrefactam: timendum eſt autem, ne incidat in hecticam & phthiſim, tum propter pulmonem imbecillum, facileque recipientem, tum propter caput tranſmittens, tum quia F facilè in pulmone putreſcent aliquæ materiæ, ex quibus febris hectica accendetur. Vt autem ſanetur, duo ſunt præſtanda: alterum eſt, vt liberetur ab his affectibus, à quibus premitur: alterum eſt, vt ab imminente tabe, phthiſiq; preſeruetur. Tollēda eſt igitur capitis intēperies, verùm priùs caput & corpus eſt purgandum. Et quoniā priùs fuit ſecta vena, tēpusq; anni iā calidum eſt, & iuuenis eſt macilētus, periculumq; eſt, ne incidat in hecticā, ideo nō puto amplius eſſe venā ſe- G candā: leniatur tamē venter in primis cū Caſsia, & puluere Aniſorū: deinde materia cōcoquatur, & præparetur, quod fiet cum ſyrupo violato, & de ſucco Farfarę. hi enim & corroborant, & frige-

faciunt leuiter, & prohibent deſcenſum catarrhi. Decoctum verò erit Farfaræ, Violarum, & Boraginis. Concocta materia euacuetur non Rhabarbaro, ſed Caſsia cum Agarico. Vterer etiam pillulis Cochijs, niſi eſſet hoc tempus calidum, & temperatura calida. Purgetur deinde caput non maſticatorijs, ne materia trahatur ad pulmonẽ, ſed caputpurgijs, vt aqua hordeacea cum Saccaro, vel ſucco Bliti cum Saccaro, aut ſucco Hederæ. Tollatur deinde capitis intemperies: quod fiet cum Roſis, Chamæmelo, Nymphęa, & Betonica, & cum Sandaraca. hæc enim decoquantur in lixiuio, aut aqua dulci, & ſæpè hæc lotio reiteretur, à qua tolletur capitis intemperies. Euacuanda eſt poſtea materia, quæ eſt in pulmone Diapenidion, & Diatragacantho. Theriaca etiã vel Mithridatum optima ſunt, ſi cum ſaccharo roſaceo miſceantur. nam roſaceum ſaccharum abſtergit, corroborat, & prohibet hominẽ à phthiſi. Quòd ſi quid interim materiæ generetur, id paulatim euacuabitur per leuem aliquã purgationẽ. Curabitur hoc pacto adoleſcẽs: præſeruabitur autem eiſdem remedijs, in primis ſi vtatur recta viuendi ratione: deinde ſi ſępe ſaccharo roſaceo vtatur ad abſtergendũ & corroborãdum pectus & pulmonẽ: qua quidẽ in re valet etiam ſyrupus de Farfara: deinde ſi caput ſeruetur ijs quæ diximus, immune ab omni intemperie & catarrho.

CONSILIVM XXXIX.

Pro ægroto laborante febre hectica, catarrho defluente ad pectus, cum intemperie frigida capitis, Montano aſcriptum.

IN curando hoc ægroto, ſecundũ Galeni præceptũ, cùm fluat venter, nõ eſt ei aliquod genus medicamẽti exhibendum: quia timendus eſt caſus virtutis, & præſertim in homine tabido, etiamſi euacuatio non ſit ſufficiens. Alterãda igitur tantùm ſunt membra, & corroboranda. Pro capite confert lixiuium dulce factũ ex ligno Salicum, in quo Agarici ℈.ij. roſæ, & Chamæmilla decoquerentur. Vtilis etiam erit puluis hìc ſuper caput ſparſus, conſtans ex Sandaraca, roſis, & lignis Iuniperi cõtritis, Stœchadeq; ac Maiorana. Verùm ante hæc remedia nõ erit alienum, caput ipſum expurgare per tale caput purgium.

R. Florum Chamæmillæ m.j.
Hordei pugil.j.
Maioranæ m.s.
Agarici electi ʒ.ij.

Decoquãtur omnia ſimul in aqua Violarũ ad conſumptionẽ medietatis. Deinde facta bona expreſsione, addatur ſacchari optimi ℥. s. & fiat caputpurgiũ. Et quoniam membra omnia naturalia maxima ſunt debilitate affecta, ideò laudo, vt vtatur hoc electuario, à quo membra omnia naturalia humectabuntur, & corroborabuntur.

R. Sacchari roſati violati,
Boraginati ana ℥.ij.

Et ſumat ℥. pro vice, per duas horas ante prandium. A Emplaſtrum hoc etiam mirum in modum corroborabit membra naturalia.

R. Carnis Cidoniorũ decoctorum in vino auſtero ℥.iiij.
Carnis Dactylorum ℥.iij.
Paſſularum ℥.iiij.
Farinæ hordei ℥.iij.
Olei Amygdalarum dulcium ℥.iij.

Miſceantur omnia, & cum vino decoctionis Cidoniorum fiat emplaſtrum. Indigemus etiam, B cùm ægrotus hìc febre hectica laboret, humectatione, quę fieri deberet atq; introduci per balneũ. Sed quoniam per debilitatem ægroti non licet, ideò loco balnei huiuſmodi linimento vtendum exiſtimo.

R. Medullæ cruris vituli ℥.s.
Olei Amygdalarum dulcium recẽtis, & recentium Violarum ana ℥.j.

Miſce cum pauco vino paucifero, albo, & fiat linimentum. Ad corroborationem autem cordis, C & temperamentum confert hoc linimentum.

R. Vnguenti roſati Meſuæ ℥.j.s.
Specierum cordialũ temperatarũ ʒ.ij.

Miſce. Puluis autem ſuperius deſcriptus ordinandus hoc pacto, eſt aptus ad capitis corroborationem.

R. Stœchados,
Maioranæ,
Baccaris,
Roſarum,
D Sandaracæ,
Maſtyches ana ʒ.ij.

Fiat puluis ſubtiliſsimus. Pro ſiſtendo catarrho, bolus Armenus conuenit in introitu lecti, in quantitate vnius Ciceris. Pro victu ptiſana, & ouis, & pro potu vino paucifero albo vtatur. Decoctum etiam farfaræ, hordei, liquiritiæ, ex iure pulli maximè eſſet ad propoſitum.

CONSILIVM XL.

E *De inflammatione capitis, cum dolore dorſi, ſuppreſsione menſtruorũ, & hectica febre, primi gradus, relicta poſt putridam: pro nobili matrona Veneta de gente Cornelia.*

NON tantùm videtur caſus iſte difficilis propter rationem dictam à clariſsimo Doctore, quoniam prolongata fuerit ægritudo, ſed ſunt etiam aliæ rationes quàmplurimæ, quare ſit difficilis cognitu & F curatu: quia ſi naturam ægritudinis conſidero & ſymptomatũ, & in cauſas volo reducere, nó eſt facile factu. Ideo etſi longiori tẽpore eſſent conſideranda, tamẽ de ijs quæ potui colligere ex hac improuiſa viſitatione, tam circa eſſentiam, quàm circa curâtionem, quod mihi videbitur, dicam. Primò notanda ſunt ſymptomata, quibus affligitur, & proximè afflicta fuit, quoniam non parum facient ad cognoſcẽda præſentia. Cõqueritur primò de inflãmatione, & grauedine capitis perſeuerante G ſine dolore cum caliditate inſigni, vt referat illa magnũ nocumentũ ſe ex illa caliditate percipere, & ita diſpoſitã eſſe, vt à quacunq; cauſa lædente incurrat in talem inflãmationem cũ pruritu oculorum

culorum & ardore,cũ aſperitate cutis. Et dicit etiam ſe impetiginem quandam pati. Dixit præterea conſueuiſſe excernere pituitam ex naribus,& nunc ſuppreſſam eſſe talem excretionem. Præterea conqueritur de dolore dorſi maximè circa infimam partem ſpinæ:refertq; circa renes non dolere, ſed circa finem dorſi. Præterea ait ſe affligi aliquando doloribus ventris inferioris. Sunt & menſtrua ſuppreſſa maxima ex parte,atq; ea licet ſint in quantitate diminuta, ſunt etiam qualitate corrupta,imò aquoſa,pallida,permixta excremẽtis albis, quibus ſolet etiam ſana exiſtens affligi. Iſta ferè ſunt omnia quæ potui percipere. Vnũ etiam notandũ eſt,quòd ſemper à quocunq; medicamento,dum melius ſe haberet,ita affecta eſt, vt in febriculam incurreret,& in capitis inflammationem. Hæc ſunt tot ſymptomata,vt non ſit facilè cauſas aſsignare. De febriculá illa quid dicá? cuius ſit generis,& naturæ, non facilè poſſumus pronunciare. Dicam ergo vnum. Conſidero ergo naturam & habitum huius corporis. Corpora enim maximã dant occaſionem ad ægritudines certas ſuſcipiendas,ita quòd corpus aliquod facilius labatur in vnam quàm in aliam ægritudinem. Ideo ex operationib⁹ animalibus, & ex habitu totius, video eam optimi ingenij & diſcurſus eſſe,& animales operationes ita vegetas, vt dicam ſpiritus tenuiſsimos hác nobiliſsimá iuuenem habere,& calorem tenuiſsimum: quia operationes tam vegetæ nõ poſſunt aliunde prouenire, niſi quia tenuiſsimos ſpiritus,& tenuiſsimum ſanguinẽ habet. Quòd autem talem ſanguinem habeat, & calorem,accipiendo pro qualitate ſimplici,hinc patet, quòd adeſt caliditas moderata non adiuncta ſiccitati,nec humiditati obtundenti,ſed moderata,ita quòd caliditas illa moderata non habet dominium,nec in ſiccitate,nec in humiditate: quæ ſiccitas iuncta caliditati faciat mordacem, & ſanguis fieret craſſus. Crediderim igitur quo ad temperaturam,& quo ad qualitates primas, quòd habeat caliditatem moderatam ſine dominio paſsiuarum. Quo ad habitum corporis,credo quòd ſit raræ texturæ, vt ex mollitie carnis apparet, quæ conſequitur prima principia, quia molles carne apti ſunt mẽte. Et hac de cauſa pueri mollesſunt, quia ſint raræ texturæ,tenuium ſpirituum, facilè alterabiliũ,& ſanguinis tenuis. Talia corpora ab omni cauſa extrinſeca læduntur. Præterea habet hoc corpus,vt apparet ex auditis, hepar excedẽs à temperatura aliorũ mẽbrorum etiã pro merito cõplexionis totius : ideo dicendũ eſt calidũ,& ideo facillimè inflãmatur propter calorẽ nõ conuenientẽ temperaturæ. De ventriculo an ſit temperaturæ frigidæ,cũ abundet pituita multa:& de capite etiã, an quia ratione frigiditatis cerebri excremẽta nõ poſsint diſſolui per halitũ, vel cõfici, vel ratione alimenti proprij, vel ratione vaporũ aſcẽdentium,difficile eſt iudicare. Tamen credo quòd temperatura cerebri optima ſit: quia operationes optimas & ſanas efficit. Et ideo cùm operationes eius ſint validiſsimę,temperatura etiam validiſsima eſt: & propterea ſi laborauit coryza à naribus, fuit ratione membrorũ inferiorum mandantiũ. Nã quòd pituita in vẽtriculo generata eſt,

A ſiue per ociũ, ſiue propter victũ delicatũ, & eſum fructuũ,& propter cibaria diuerſa, & ratione nutrimẽti praui,& intempeſtiuè ſumpti,ratione frigiditatis fuit,quę nõ impedit appetitum,imò aliquid facit ad appetitũ. Et cũ hepar calidũ ſit, non impellitur cõcoctio. Bene ergo merito ſuæ tẽperaturæ poteſt id cõtigiſſe,quod ad frigidum declinet:& licet operationes non ſint læſæ, præparata tamen ſit ad ægritudines frigidas, & ad generandã pituitã apta ſit,& ab extrinſecis omnibus lædi

B tur,hoc inquã nõ eſt ab re: quia nobiliſsima mulier hæc nõ eſt multæ carnis,& hepar calidum habet:& ferè ſemper cum caliditate hepatis eſt frigiditas vẽtriculi,quia omẽtũ,cuius mun⁹ eſt detrudere calorem innatum vẽtriculi interius,propter caliditatẽ hepatis abſumitur pinguedo,& ventriculus ſit frigidus. Præterea habet muſculos abdominis graciles,quia,vt relatum eſt,percipitur motus arteriæ è directo ſpinæ:exiles ergo erunt muſculi vẽtris. Sed vbi eſt gracilitas illa,vẽtriculi fri-

C giditas eſt. Si ergo ſpiritus tenues habet cum raritate texturæ,cum caliditate hepatis, frigiditate vẽtriculi, videmus corpus præparatũ ad iſta nocumenta,quibus affligitur. Ex ijs ſoluitur prima dubitatio,cur facilè in febriculã incurrat,& inflãmationẽ capitis ex pharmaco: hoc eſt, quia proprium eſt pharmaci attrahere à circumferẽtia ad cẽtrũ,in qua attractiõe agitatio ſit. Et cùm humores facilè putreſcunt, ideo poſt euacuationes perpetuò inflãmatur. Et licet nõ fuerit inflãmata ab

D illo pharmaco exhibito à Papienſi, hoc potuit eſſe,quia inuenit humores præparatos valde,& vias apertas : ideo facillimè quos mouit, eduxit, & nulla fuit facta agitatio. Sed vbi humorum attractio facta nõ fuerit, eorum omnium q moti ſunt & agitati,vel ex pharmaci debilitate, vel quia viæ non ſint apertæ, & humores non ſint præparati, violenta ſit tunc attractio: vnde in talibus corporibus poſt iſtam commotionem ſit accenſio talis. Patet etiam cur facilè inciderit in menſtrua alba,

E & retentionẽ ipſorum. Talia corpora quæ habẽt calidum hepar & frigidum ventriculum, obſtructionibus maximè parata ſunt,quia hepar validè attrahit humores frigidos & pituitoſos, quos aggregat ventriculus frigidus. Facilè autem pituita obſtruit,& ſanguis intercipitur,& natura ſepe pituitam liquidiorem expellit, & ita apparent alba & diuerſa,pro diuerſitate admixtę malitię. Quòd læditur ab omni nocumento extrinſeco, fit, quia tenuium ſpirituum eſt. Quòd aũt quãdo nubilis

F erat,ſana degebat: poſtquã aũt cõiũcta fuit viro iuueni ac forti, non amplius ſana eſt : hoc accidit mulieribus iſtis imbecillibus facilè alterabilibus ad quemcunq; terminum, & maximè cũ vir fortis eſt, quia ſpiritus in hoc corpore valde reſolubiles,reſoluti fuerũt per cõmercium viri. Ideo habuit corpus præparatum valde ad has ægritudines. Et ita ex occaſione huius temperaturæ omnia contigerunt ſymptomata, & quæ patitur habent eaſdem cauſas. Inflammationem capitis ha-

G bet ſine dolore, quia raritatem texturæ habet, & vapores tenues : ideo mala temperatura non poteſt fieri, quia euaporant:& quia non extendunt, non ſit ſolutio cõtinui,ideo nec dolor,quia ab his

duabus cauſis fit dolor. Grauitaté percipit, quia A
humores aliqui frigidiores permanent, quia non
exhalāt oēs. Percipit mordacitatē & pruritū ocu-
lorum, propter exhalationē multorum vaporum
tenuiū. De dolore dorſi cauſa facilis eſt: quia ſan-
guis pituitoſus, cum deſcēdit ad renes per venas
deferētes, aut cauá ad matricē, in delatione illa cū
tráſit per anguſta loca, vētoſatur: ventoſatur aūt
per admixtionē pituitę, & facit dolorē in fine dor
ſi. Etiá circa vterum cauſatur dolor, quia cū ven-
toſatur materia illa circa mēbrum ſenſibile admo B
dum, facit dolorē in vētre inferiori. Sed remanet
difficultas vna, quá conſultò hactenus omiſi: ha-
bet enim febriculam, vt patet ex pulſu, qui nec ſe-
cundum magnitudinem, nec frequētiam, aut ſe-
cundum menſuram ſeruat propriam naturam. I-
deo poſſet quæri, quomodo febris hæc perſeue-
rans à cholera vitellina putreſcente, vt ſuppoſi-
tum fuit, tamdiu perſeuerauit, vt iam menſis ſit
cum dimidio, & ſecuta non ſint plura accidentia:
quia cum febris perſeuerás in corpore, multa ſe- C
quuntur accidentia. Et Auicenna in cap. de febre
phlegmatica, febris pertranſit 14. diem, membra
naturalia debilitantur: ideo exhibet ipſe tranſa-
cta 14. die trochiſcos, quia virtus cōcoctrix & ap-
petitrix debilitatur, fiunt obſtructiones, & hypo-
chondriorum tenſiones, intumeſcūt ſæpe pedes.
Iſta autem magnifica Domina appetit, cōcoquit,
bene dormit, & tamen continuè febrit: & ſuppo-
ſuimus omnino ex humoribus putreſcentibus
intra venas prouenire. Prętereà ſi tágatur pulſus, D
videbitis velocitatem & frequentiam maiorem
eſſe, quàm inæqualitatem: præterea non video
pulſum remotum à tēſione, & à duritie. Quantū
verò attinet ad illam perceptionem caliditatis,
vbi manum diutius impreſſeritis, quoniam ego
non tetigi eam, de eo quid dicam, habeo nihil. Il-
lud tamen verendum eſt, ne poſt cibum inflam-
metur, cum ſit ſignum proximum & pathogno-
monicum, vt Galenus & Auicenna dicunt, febris
hecticæ, quia omnes ſpiritus incaleſcunt. Eſt er- E
go mirum, cur incaleſcat poſt cibum, & ibi non ſit
febris habitudinalis. Diceret aliquis, etiam ante
cibum incaleſcit. Non eſt mirum, quia poteſt eſſe
febris interpolata, habens periodos, quamuis fi-
xam habeat febrem. Si diceretis, non eſt maraſ-
mata: ſi autem haberet fixam febrem, magis ex-
tenuata eſſet. Dico quòd non eſt ita malus Dia-
bolus: imò facilius curatur iſta prima ſpecies,
quàm illa quæ ex putredine humoris cholerici à
cholera vitellina fit: nulla eſt ita difficilis. Imò F
Galenus lib. 10. Meth. med. & ſæpe vbicunque cu
rat hecticam poſt febres ephemeras, facillimè cu-
rat eam, dum eſt in primo gradu, non dico cum
pertranſiuit ad maraſmum. Ideo ſuſpicor quòd
ſit febris hæc habitudinalis: nec certò ſtatuo, etſi
non dubito, quin ſit aliqua febris in habitu: itaq;
non ſolum indiget corpus hoc euacuatione, cum
in eo ſit inæqualitas membrorum, & ſuppreſsio
menſtruorum, ſed etiam alteratione. Et credo
quòd à principio putredinalem febrē habuerit, G
& cum medicinis fuerit leuata: ſed remanſit fe-
bris aliqua in habitu, facileq; potuit inflammari
tale corpus, cum ſit ſpirituum tenuium, texturę
raræ. Imò vult ibi Galenus, quòd vbi perſeuera-
uerit ephemera per tres dies, & nō pereat typus,
dicas ipſam tranſiuiſſe ad hecticam: ideo leuiori
cōiectura vtitur Galenus, quàm nos vtimur. Nō
ſolum igitur euacuatione, ſed alteratione etiam
indigebitis. Et propterea dico, quòd in habitu to-
tius corporis eſt febricula hęc fixa, nō tamen ma-
la, quin poſsit curari, & facilius, quàm ſi eſſet pu-
tredinalis. Et credo quòd habuit putredinalem
febrem, quæ ſublata fuit ex euacuationibus, per-
manſit tamen feruor aliquis. Talem ergo cre-
diderim eſſe naturam febris, & complexionis.
Ex his patet conſequenter, quid futurum ſpe-
rem: ſi verum eſt, corpus hoc ita facilè alterari ad
quēcunq; terminum, licet ponam ſecundum ha-
bitum caliditatem eſſe, cū illa ſit in primis humi-
ditatibus, & leuis, facilè remouibilis eſt. Neque
abſolutè intelligendum eſt dictum Auicennæ,
quòd difficillimè cognoſcatur cum ſola eſt. Bene
difficilis cognitionis eſt, cum alteri febri putredi-
nali coniuncta eſt, & tunc difficillimè cognoſci-
tur, facillimè tamen curatur: imò credo quòd fa-
cilius curetur quàm tertiana. Credo etiá, cū ad-
ſint obſtructiones in corpore, quòd inde humo-
res facile putreſcibiles putreſcunt, & fit typus. Mi
nera aūt putredinis vbi ſit, q̄a dicit Gal. 2. de Diff.
feb. febres quæ habent periodos, non habent ita
humores paratos, vt natura faciat putreſcere ho-
die vnam partem, cras aliam, ſed mēbrum ſuper-
fluitates aggregat, ad membrum debile expellit
eas, & illa dicitur minera. Et exemplificat de in-
flammatione oculorū, & inquit, quòd oculus af-
fligitur periodicè, cum aggregatur in capite mate
ria, & ad oculos tranſmittitur. Vnde etiam cōtin-
git, quòd in febre hepar, vel aliud aliquod mēbrū
aggregat ſuperfluitates, & ſecundum periodos
expellit eas, & ita fit periodus. Ita etiam credo,
quòd in vtero aggregatur ſuperfluitas, & partim
expellitur: & ſuperfluitates etiam in ſuperiori-
bus partibus ſunt, vel etiá in venis ſupra hepar,
& ab intra ad extra expelluntur, & putreſcunt in
venis etiam, & ideo periodicat: & quia humores
illi expurgantur, ceſſat periodus. Iſtud eſt quantū
ad ægritudinē attinet, & quo ad hoc credo quòd
facilè curabitur, nec debemus deterreri, licet di-
xerim hecticam febriculam eſſe. Cum quibus aūt
ingenijs & inſtrumentis? Cum hîc ſint obſtructi-
ones menſtruorum, ijs prouidendum eſt: poſtea
ſi factis iſtis aliqua ſupercalefactio in corpore fue
rit, alterabitur. Primò ergo aperiendæ ſunt ob-
ſtructiones vteri. Secundò alterandum eſt mem-
brum. Aperiuntur autē obſtructiones euacuan-
do humores qui obſtruunt, incidendo, ſubtilian-
do, & abſtergendo: vtrunq; enim neceſſariū eſt.
De phlebotomia nō dixerim denuò repetendam
eſſe, quia maturè facta eſt, & tunc fieri debet cum
principium eſt ægritudinis. Quid autem nunc
facere debeamus, conſulendum eſt. Ego quidem
ſum concors cum ſuis Medicis, quòd materia cō-
coqui debeat cum aperientibus & incidentibus
ac abſtergētibus, & euacuari taliter, vt ſimus me-
mores huius temperaturæ & texturæ, nec vnquá
rhabarbarum tranſeamus. Agaricum autem fuge
res tu minimè, quia dixit Meſue, familiariſsimū

eſſe

eſſe naturæ: & Dioſcorides dixit, quòd corroborat ventriculum & cor: & dat eandem doſim de agarico, ſicut de rhapontico: ita rhabarbarum appellatur ab ipſo. Eſt autem infamis quadantenus propter ſuam leuitatem, quia ſupernatat. Poſſumus autem corrigere ipſum, addendo aliquid quod aggrauet, ſicut ſalgemma: & duo corrigit: vnum, quòd eſt tardæ ſolutionis: Secundò, facit ipſum grauitatem habere, vt deſcendat commodius ad fundum ventriculi. Melius autem corrigitur quàm cum ſale, ſi rhabarbarũ & aloen, quæ grauitatem habent, miſcebimus: ſocietas hæc fidelior eſt, quàm fuerit triumuiratus Lepidi, Marci Antonij, & Octauiani. Ideo placet mihi compoſitio ex aloe, agarico, & rhabarbaro: & crederem quòd aperirent obſtructiones, & corroborarent membra. Sed diceret aliquis, in rhabarbaro adeſt ſtipticitas, & in aloe, quomodo igitur aperientur obſtructiones? Credo vos vidiſſe Galenum in libro tertio & quinto de Simplici medicam. vbi ait: Cum volumus bene aperire, cum re aperiente debet aliquid eſſe quod aſtringat. Ideo abſinthium optimè aperit, & ſtipticitas eius adiuuat ad penetrandum, & eſt tanquam manus aliqua impellens. Et exemplificat de oleo roſaceo, quod magis humectat coriũ, quàm oleum ſimplex, quia ſtipticitas olei roſacei adiuuat penetrationem, quòd nõ faceret oleum ſimplex: & ita non debemus deterreri ſubſtantia rhabarbari. Iuuabit igitur, quia tranſit per venas, quæ non ſunt ſtrictæ, ſed amplæ. Bene exterius non aperiret abſinthium, quia poros cutis, qui ſunt ſtricti, non trãſiret: hoc autem facit farina fabarum, nitrum, ſuccus limonum: interius autem timerem exhibere hæc tria. Syrupum etiam laudo de cichorea cum rhabarbaro, ſine alia additione rhabarbari, quia in ſingula vncia ſyrupi ingreditur ſcrupulus vnus rhabarbari. Ideo ſatisfaciet iſta portio, quæ ingreditur ipſius compoſitionẽ. Syrupus etiam acetoſus compoſitus optimus eſt: & ſi timeremus nimiam eius inciſionem, quoniam humores facilè inciſibiles ſunt, eſſem contentus acetoſo ſimplici, melle roſaceo, ſyrupo de betonica cum aquis deſtillatis, vel cum decoctionibus, quia ex eo ſimplici pauca aqua elici poteſt: vel cum aqua cuſcutæ, endiuiæ, boraginis, vt fieret præparatio & inciſio. Nec ſtatim totum euacuarem, ſed paulatim digerem, & paulatim euacuarem, & facta vna iterum redirem ad aliam. Poſtea ſi euacuatis humoribus remaneat caliditas in membris, quia timeo quòd ſit impreſſa caliditas, quoniam alterabilis admodum eſt, tum procederẽ nunc cum exterius refrigerantibus, ſed cum interius, cũ zuccharo roſato ſimplici & nouo: deinde lenirẽ corpus totum cum oleo roſaceo, factis prius frictionibus: leuiter enim refrigeraret, & penetraret, & ſi eſſet exiccatum, humectaret. Sed ante omnia prouiderem, vt habeant exitum menſtrua, & à leuioribus inchoarem, & circa vterum inciperem factis prius euacuationibus cum decocto camomillæ, liliorum alborum, cum modico anethi, propter penetrationem maiorem: & peſſarium facerem ex oleo maioranæ, vel alio odoramento in coto vel bombyce, cum menſtrua inſtant. Factis euacuationibus procederem cum frictionibus circa coxas, & applicatione ventoſarum intra coxas, ſic eas applicando. Vtrum modo balnea conueniãt, cum fuerint omnia facta? Credo quòd non erunt neceſſaria, ideo excellentiſs. Doctor propoſuit ſub dubio: quia timerem ſupercalefactionem. Et hac via procedendum.

Consilivm XLI.

De febre Hectica ex peſtilenti facta, & cum putrida coniuncta, obſeruatum in Medicatione.

IVVENIS ſedecim annorum, liberatus à febre peſtilente, ſeptem diebus pòſt nunquam viſus eſt liber à febre; quod ferè ſemper fieri ſolet, cũ cordis humores putredine affecti fuerint, & remota putredine calor ille non naturalis maneat impreſſus in corde, & eius ſubſtantia, aut in ipſius cõtentis. Veritus ergo D. Montanus hecticã, iuſsit nutriri cibis humidiorib. & aliquid vini aſſumere, ſed tenuis ſubſtantiæ, limpidum, & minimè potens, aquæ etiã nonnihil admiſcere. Contigit autem, cum ſecederet ad exonerandã aluum, ſenſit nõnihil frigoris, quod vbi in lectũ rediit, ceſſauit. Subſecutus eſt calor mordax & acutꝰ per totũ corpus, quem tamen æger dicebat ſe non ſentire; cum manifeſtè ad tactum appareret, cum pulſus inæqualitate & frequentia. Vrina quã reddiderat, ſubſtantiæ omnino tenuis, colore ſubpallido, liquore tenui: reliquæ verò, quæ iam ſubſederant, erant paulò craſsiores. Sedimentum verò erat craſsiſsimum, quale fuerat quoq;, cum febrem peſtilentem pateretur. Egeſtiones alui incõcoctę, fœtore plurimo, cineritiæ, minimè compactæ. Tempore peſtis habuerat continuum fluxũ colliquatiuũ, nonnihil cõquerebatur de dolore capitis. Totũ corpus ex pręcedenti febre imbecille, tenſa quoq; erãt hypochõdria. Ex his cõiiciebat, ſimul cum Hectica febrim aliquã putridam. Quare ſtatim obſtructioni occurrens, iuſsit ſummo manè ſerum lactis vaccini, in quo tota nocte impoſitus fuiſſet M. Abſinthij, & expreſſum haurire tepidũ. De quantitate victus rogatus D. Montanus nõ præſcripſit aliã: ſed tantum offerri iuſsit, ne ſentiret ventriculum aggrauatum. Secũdo die ſine ſiti, & vigiliis repertus eſt. Excreuit bilioſa multa craſſaq;, & nonnihil cõpacta. Vrina flaua, vbi paulo longius quietã maneret, ſtatim craſsior facta eſt. Vrinam quoq; habuit plurimam, per eam enim viam natura ſe exonerauerat, cum ſatis laudabili hypoſtaſi. Conquerebatur de ſcabie, quam ante inuaſionem febris peſtilentis perpeſſus erat. Sed quia eiuſmodi euacuationes materiæ craſſæ Montanus ſaluberrimas eſſe iudicaret, nihil mutare voluit, iuſsit tamen, vt ſerò lactis vteretur, in quo per totam noctem infuſæ ſint partes Abſinthij, & Fumiterræ æquales, & colaturam manè biberet tepidam.

Consilivm XLII.

De febre peſtilenti in Hecticam mutata. In Medicatione obſeruatum.

VOCATVS Montanus ad ægrum, A inuenit eum prima viſitatione, tota ſuperficie corporis extrinſeca calentem admodum,cum pulſu tamẽ quieto,& ſatis regulari. Vrinæ turbidæ,ad ſubiugales tendere videbantur, ſed excrementa alui præceſſerant, ita vt nihil etiam exhiberet. Tenuem tantùm victum ordinabat, & permiſit vt vinum biberet tenue, & album propter cruditatem humorum,vt fieret illa coctio,cum præſertim nullus adeſſet capitis dolor. Altero die cum vrina adhuc B eſſet turbida, Caſsiæ dedit drachmas duodecim ante prandium: quę cum ſatis operata eſſet,& tamen vrinæ ad ſubiugales adhuc tendere viderentur,ſequenti die ſanguinẽ miſſurus erat,quòd ſtatim à prima viſitatione febrem peſtilentialem metueret,ſed pulſum tamen ſatis fortem & æqualem,ipſumq; ſine febri reperit. Quapropter tunc intermiſit ſanguinis miſsionem, quam tamen ſequenti die fieri voluit,quòd tum febris iterum adeſſet, nec vrinæ à prioribus differrent, & quo- C dammodo deliraret. Sãguinis autem miſsionem tandiu ſe diſtuliſſe aiebat, propter humorum cruditatem, ſicut ſimilem ob cauſam Hippocrates in pleuritide, octauo demum die ſanguinem miſit, in exemplo Anaxionis. Primò igitur clyſterem communem imponi iuſsit, & poſtea ſanguinem mitti ad vncias quatuor, vti, ſi neceſſarium eſſet, poſt prãdium repeteretur. Sanguis miſſus eſt ad vncias ſex. Quam ob cauſam poſt prandium iteratum non eſt, ſed ordinatus à Montano talis ſy- D rupus, qui refrigerando & exiccando prohiberet putredinem, quam metuebat, & peculiari vi occurreret putredini ſpirituum.

R. Syrupi de ſucco acetoſæ,
De acetoſitate Citri ana ℥.j.
Aquæ acetoſæ ℥.iij.
Aquæ roſatæ ʒ.ij.

Miſce pro vno, & ſic pro aliis. Hunc ea ſtatim veſpera exhiberi voluit, quòd vrinas eaſdẽ quaſi ſubiugales videret, & ſanguinem quoque corru- E ptum: & deinde ſingulis diebus bis ſumere iuſsit manè,& ante cœnam per duas vel tres horas. Voluit etiam fieri hoc linimentum.

R. Vnguenti roſati Meſues recentis ℥.j.
Specierum cordialium temperatarũ ʒ. ij.
Roſarum rubearum ʒ.s.
Camphoræ gr.ij.
Muſci gr.s.

Miſce,fiat linimentum pro corde confortando & muniendo. Os etiam crebrò lauet ex aqua A- F cetoſæ. Poſtea Montanus Venetias vocatus, diſceſsit,eſtque accerſitus Friſimelica, qui cum vrinas videret turbidas, & fæces aliquanto liquidiores,cum pulſu non admodum forti, planè ei metuebat, & iam peſtilentem febrem, ac de ægro actum eſſe credebat,ac nimis tardam fuiſſe ſanguinis miſsionem dicebat, non animaduertens naturæ illum motum: & ordinauit tunc ſaccharum roſatum cum puluere Scordij, vinum etiã quod conceſſerat improbauit: peracta ſeptimana laxa- G ta eſt aluus, & natura materiam criticè expulit per ſeceſſum. Quod nona die Montanus aduenìens cum vidiſſet, nihil mouẽdum duxit, donec natura, quod operabatur, compleuiſſet. Rationes tamen eorum, quæ ordinauerat, alteri Doctori indicauit,& in ſyrupis, vt perſiſteret, hortatus eſt. Vt ſi natura officio ſuo ſatisfaceret, nihil impediretur, ſin minus ab ipſis poſtea facilius adiuuari poſſet, ne ex materia relicta recidiua fieret. Erant enim in ea expulſione fæces ſatis regulatæ, colorem & conſiſtentiam mellis præ ſe ferentes. Vrinæ etiam crebriores ſubſiſtentiam habebant craſſiorem,& albũ colorem,non ita vt antea rubrum, nec liquorem adeò turbidum. Non tamen ſatisfaciebat ea criſis Montano, quòd æger minimè leuari videretur. Poſt aliquot dies remiſit febris,relicta tamen aliqua caliditate in membris, quæ aliquando minus infeſtabat. Alius doctor hecticam eſſe dicebat, & balnea ordinabat. Sed ea reprehẽdit Montanus, quòd non haberent locum idoneum, & occluſum, ita vt à balneo ab aere frigido non occuparetur; quòd plus ei nocere dicebat, quàm balnea iuuare. Nec hectica adeſſe, licet id bene verum eſſet, quòd in tali diſpoſitione facilè in eam incidere poſſet. Voluit itaque,vt loco balnei, quo humectaret membra ſolida, inungeret muſculos dorſi,non tangendo ſpinam, ne illa nimis refrigeretur, oleo violato, vel lacte muliebri, vel etiam infrigidante Galeni,quod ſic fieret:

R. Olei roſati completi ℥.iiij.
Ceræ albæ ℥.j.

Miſce,& infunde in vas plenum aqua frigidiſsima,& ablue,idque iterato ſepties.

CONSILIVM XLIII.

De febre peſtilenti, in colloquio cum doctoribus pro D. Alphonſo.

PRINCIPIVM ægritudinis anno ætatis 19. tale fuit. In acceſsione febris cœpit color declinare ad albedinem,laſsitudo inſignis erat per totum corpus, pulſatio magna circa caput. Medicus, qui eius curã ſuſcepit,dedit cibaria maximi nutrimenti, oua,& vinum,& brodia in magna quantitate. Vidi ego primò imbecillitatẽ,& deliquia circa cor,febrem inſignem, & maculas nigras ſparſas per corpus. Diſpoſitiones igitur quas patitur præter naturã hæ ſunt: Febris quæ videtur continua, grauitas capitis perpetua, conqueritur etiã de virtute motiua,cum ſurgit ex lecto,non poteſt pedes ſiſtere, cogitur ſedere ſubitò. Vidimus maculas per ſuperficiem corporis, excrementa fœtidiſsima colore cineritio. Et vrina talis, quales ferè ſunt omnes putridarum, paleares cum ſedimento albo pituitoſo. Sitis maxima, in ore neque rubedo nec ſiccitas, ſed pallor. In ſuperficie autem ſigna ſiccitatis apparent cum aliqua nigredine. Circa noctem proximè præteritam ex nare dextra effluxit ſanguis valde niger & craſſus, ac ſatis aqueus,vt in linteis apparet. Omnes hæ diſpoſitiones videntur habere cauſas validiſsimas. Intrinſecæ autem principaliter conſiderandæ, quòd extrinſecæ in ſubiecto prædiſpoſito facilius & efficacius agant. Temperaturam naturalem crediderim hunc iuuenem habere in prædominio caliditatis & ſiccitatis,ſecundum principalia membra,

nec

nec tantùm eſſe calorem auctum, ſed deueniſſe ad talem exceſſum, vt ſit aduſtio in corpore. Pili admodum nigri ſunt, generat igitur etiam humores aduſtos. Membra reliqua non ita diſpoſita ſunt, vt auſim aliquid de iis affirmare, cùm eum ante hoc tempus nunquã viderim. Sed tota habitudo eſt calida, & longè excedit cũ ſiccitate. Temperatura tali exiſtẽte, ſequetur vt plurima ſit ventriculi imbecillitas. Primò enim omentũ adiuuat calorẽ ventriculi, vt 6. de Vſu part. dicit Gal. Sed hoc gracile eſt admodũ in talibus, etiãſi muſculi graciles ſunt: hepar enim calidũ multũ attrahit, etiã cibum ante tẽpus non ſatis concoctum. Tertiò fundus ventriculi nõ ita ſe habet, nec carnoſus eſt vt debebat, nec ſatis bene conficit cibum. Quare ſtatuo ventriculũ frigidũ. Hæc cauſa fuit, quæ reddidit corpus plenũ humoribus malis. Et acceſſerunt deinde cauſæ extrinſecę, deliquit circa ſex res non naturales, in cibo & potu. Statim poſt cibũ vſus eſt immoderatiſsima Venere, quæ omnes virtutes debilitat. Acceſsit præterea hîc aer valde nubilus & humidus: vbi aer nebuloſus, ibi ſpiritus nebuloſi fiunt, ex quibus omnes concoctiones deteriores. Spiritus enim ſpiſsitudinẽ cõtrahunt, vnde plurimæ fiũt obſtructiones, &c. vt Gal. 1. Epid. 3. Talis cõſtitutio in Vere dedit maximã occaſionẽ corpori appoſito & parato, vt facilè putrefactiones generaret. Non igitur mirum eſt, ſi plurimi humores aduſti, & plurima pituita ac bilis in variis corporis partibus ſint generata, ex quibus caput debile redditũ, incidit in maximã imbecillitatẽ. paſſus eſt diu pulſationẽ: pulſatio autẽ, vt 2. de Locis affect. dicit Galen. dolor eſt non niſi in arteriis inflãmatis. Sed nõ eſt propterea credendum, caput & arterias eſſe inflãmatas. Nam pulſatio hæc nõ eſt propriè talis, ſicut eo loco intellexit Galen. neq; talis dolor, ſed eſt motus pulſationis, quẽ neſcit exprimere. Inflãmatio non eſt cauſa, quia dicit ſe iam non ſentire dolorẽ. Sed ante pulſationem materia potuit eſſe in venis & mẽbranis, nunc verò tantummodo in ſubſtantia cerebri, & leuiter cõmunicatur panniculis, nõ vt ſentiant ſolutionẽ cõtinui. Materia poteſt eſſe pituitoſa, quæ agitata, ſeu flatuata in loco ſenſibili, tangit membranas leuiter, ſeu in cerebro; vt non cõtinuum ſoluat. Nec mirum fuit, ſi poſt pulſationem ſecuta eſt imbecillitas virtutis motiuæ, orta enim atteſtantur ſuis principiis. Vbi igitur cerebrum affectũ, ibi neceſſariò nerui quoq; patiuntur, & adiuuat ad hoc coitus, etiãſi ab hoc factum eſſe omnino non credam. Poſt dolorem capitis, & imbecillitatem ob nutritionẽ importunam (nutrire enim corpora impura, eſt maximè lædere) incidit in febrẽ. Vſus eſt ſyrupis prouocantibus vrinam, vbi autẽ humores crudi ſunt in venis, augentur talibus ſyrupis obſtructiones, ac putreſcunt humores, & malè dantur diuretica corpori impuro. Facta igitur febri, & cum medici vterentur aperientibus & prouocantibus vrinam, natura magna vi expulit per puſtulas in toto corpore diſperſas. Febris etiã nunc perſeuerat, cuius motus eſt, quòd nonnunquam apparet leue frigus vix perceptibile, deinde alternis diebus viſus eſt incaleſcere: nõ percipit exacerbationẽ, neq; dum dormit, neq; dum vigilat. Ex his iudicamus cauſas intrinſecas. Iſta febris ſine dubio pendet à putredine, quod præſupponitur ex euidentiſsimis ſignis. Locus vbi materia putreſcit, & facit nos eſſe ſollicitos, eſt in venis, & habet motum continuum. Bene verum eſt, quòd aliquando portiuncula materiæ expellatur à natura; vnde aliqualiter frigus prouenit. Materia autem quæ in venis putreſcit, cuius rationis eſt? Credo hîc eſſe maximam putredinem. Signa, putridæ egeſtiones, ex malitia vaporũ habet aphtas in gutture, ſitis maxima ex fuliginibus petentibus os. Ex maculis quoq; plurima putredo apparet. Omnis enim febris, quam peſtilentem vocamus, prouenit à putredine, quæ fit ab exceſſu humidi, nec ab occulta qualitate. Corrumpũtur omnes actiones, nec potui videre, quod putreſcat ſanguis ſub forma ſanguinis in febribus peſtilẽtibus, niſi in quibus tota maſſa ſanguinis putreſcit, vnde multa & grauia accidentia. Hîc verò dico febrem ex plurima humiditate putrefacta, pituitoſa inquam potius, quàm parte maſſã ſanguineæ calidiori. Ideo accidẽtia ſegniora, & ægritudo longa, egeſtiones fœtidæ. Materia autem putreſcens in venis, vnde calor naturalis valde afficitur, & vno die etiam omnes virtutes decidunt, vrinæ fœtentes, quæ aliquãdo in febribus peſtilentibus ſunt, ſicut etiam anhelitus, vt Auicenna in Prima quarti dicit: In febre peſtilenti eſt multitudo obſtructionum, & præcipuè vbi materia tendit ad cutim, & caput, multitudo materiæ & cruditatum in cauſa eſt. Heſternus dies num fuerit criticus; non poſſumus iudicare. Sed ſiue critica, ſiue ſymptomatica fuerit expulſio, tolerauit bene, & ſatis etiã materiæ effluxit: quod notandum eſt, cum in æſtate & iuuenis ſit. Cur autem non magis debilis factus, ſanguine ex capite fluxo? quia ſanguinem pituitoſum putreſcere diximus, qui habet plurimam aquoſitatem & aduſtionem. Has ob cauſas putarem diem illum eſſe criticum.

Prognoſticum. Si hîc motus fuerit criticus, arbitror hunc iuuenem, ſi bene ſe habuerit in aliis rebus, ſuperaturum hanc ægtitudinem, niſi hac nocte aliquid ſit futurum: videtur nonnulla coctio in vrinis, habet virtutem vitalem ſatis conſtãtem. Etſi morbus ſit longior, & cruditas in venis multa, quæ non poteſt rectificari, habet motum tardum, & ſigna optima.

Cura. Cum maxima ſit putredo, cura eſt ꝓhibẽre putredinẽ, obſtructiones igitur ſunt aperiẽdæ: remouebimus aũt procuratione euẽtationis, cũ humorũ euacuatione. Sed natura mouet, tu nihil moueas, ergo nõ erit euacuandũ? Deinde veriſimile eſt quoq;, quod iam ſimus prope ſtatũ, circa quẽ melius eſt quieſcere, & euacuare poſtea, ſi natura nõ ſuppleuerit, alioquin faceret recidiuã. Remedia intrinſecus ſumenda in huiuſmodi febrib. peſtilentib. ſunt ſyrupus de acetoſitate citri cum ſaccharo: eſt enim in eo aciditas ſimplex, nec habet vim aſtringendi, vt voluit Curtius. eſt ſubtiliſsimæ ſubſtãtiæ, incîdit fortiter ac penetrat. Vnde ſuppono, quòd credo ſyrupũ de acetoſitate citri, & de acetoſa eſſe præponendos in his febrib9 peſtilẽtibus ſyrupis reliquis omnibus: refrigerãt,

abſtergunt,incîdunt, & exiccant ſuperfluam hu-
miditatem,corroborant maximè. Decoctum fiat
ex aqua Meliſſæ,& Betonicæ, in quo ſemen Citri
decoquatur. Neq; enim in meliſſa eſt caliditas,cũ
deſtillata ſit. Hic erit ſyrupus toto tempore. Præ-
terea frictionibus vterer facto linimento ex oleo
Chamæmelino, & vino ad conſumptionem me-
dietatis coctis, vel ſimplici vino aromatico, in
quo decocta ſit Maiorana & ſimilia, vt etiam ex-
trinſecus aperiantur pori. Ratio victus erit,vt ab-
ſtineat omnino hoc tempore à vino. Sum⁹ enim
circa ſtatum, & criſim, in quibus diæta tenuis ſer
uanda. Pro potu igitur fiat aqua hordei cum mo-
dico Cinamomi & seminũ Citri, & miſceat cum
ſyrupo de acetoſitate Citri, vtatur ptiſana, & te-
nuiſsima diæta.

CONSILIVM XLIIII.

De febre peſtilenti. In colloquio cum D. Belloca to, 1549. Nouembris 21.

CLARISSIME Doctor, certè ego doleo
quòd nos nacti ſimus caſum tam diffici-
lem, & præter difficultatem caſus, tem-
pus etiam ipſius morbi tale. Nam præter
quam, quòd morbus eſt malignus & peſsimus,
ſumus in tempore morbi deteſtabili, ſcilicet in
ſtatu non ſalubri. Et quanto magis ad ſtatum ac-
cedit, tanto eſt deterior: quod eſt contrarium in
morbis ſalubribus. Hîc verò ſtatus omnia deteſta
bilia affert, quæ ſunt indicationes mortis, non ſa-
lutis. Si enim conſideremus virtutem, nuſquam
ſunt illa, quæ dant indicationem ſalutis in maxi-
mo morbo, imò in paruo morbo darent indicatio
nes peſsimas. Pulſus in iſto eſt paruus, rarus &
debilis, non reſiſtit tactui, non eleuatur, non ha-
bet eam velocitatem, quam debet habere, & ideo
tardus eſt & frequens, indicans imbecillitatẽ vir-
tutis vitalis: poſtea habet virtutes animales pro-
ſtratas, videtur attonitus, & quaſi ſurdus. Natura
les quòd ſint affectæ, vt apparet ex exeuntibus.
Vrinæ ſunt palleſcentes, craſſæ, non habent colo-
rem naturalem. Videmus fæces peſsimas, & flu-
xum colliquatiuum cum ſanguine, ſuntque ex-
crementa citrina: qui color ſignificat ſummá adu
ſtionem, propter igneum calorem adauctum. Et
cum hoc non habet exterius caliditatem, quæ in-
dicat quòd interior febris habet gradum intenſæ
malignitatis, & conſequenter patet, quòd non ſit
victoriæ veſtigium ex parte virtutis. Sumus in
peſsimo morbo, ſi numeremus dies, ægritudo fa-
cta eſt chronica, tranſiuit viceſimum diem, & mo
tus iſte qui debet eſſe, fieri non poterit, quia vir-
tus non tolerat: febris maligna eſt, quæ habet in-
tenſam putredinem. Sunt enim gradus putredi-
nis in febri, & accedit ad eam malignitatem, vt fa-
ciat venenũ in humanis corporibus, vt 6. de Loc.
affect. & clarius primo Epidem. indicatur, vbi lo-
quitur de febribus peſtilentialibus. Malignitas i-
gitur eſt propter intenſionem putredinis, quæ ex
colliquatione & aduſtione fæcum, & perturbatio
ne vrinæ apparet: ſanguis qui exiuit per anum,
ideo potuit exire, quia humor aduſtus mordax
fecit abraſionem, & ita ſanguis effluxit, vt in diar-
A rhœis, vel quia hepar valde imbecillum ſit reddi-
tum, vt in fluxu hepatico. Habet enim circa hypo
chondrium dextrum inſignem tenſionem. De hę
morrhoidibus nihil dicam, quia ſanguis ille eſt
cum fæcibus commixtus. Debeo enim credere
Excell. Doctori, qui hoc vidit. Quare alia acciden
tia conſiderabo: habet linguam impeditam, & im
plicatur in ſermone. Ita omnia mala ſigna video
in iſto iuuene. Nihilominus cum tanta malignita
te febris, in ſtatu morbi, facta proteſtatione & cõ-
B miſeratione non deſiſtam, quin aliquid dicam,
quod poſsit fieri tentando ſalutem, quia in flore
ætatis eſt conſtitutus, licet Hippocrates moritu-
ros dicat prognoſticis relinquendos. Nolo inſiſte
re huic, quia Chriſtiani ſumus. Quid igitur erit a-
gendum? Duo nobis offeruntur, ratio victus &
medicamenta. Quod ad rationem victus attinet,
vbi eſt maxima putredo, & malignitas febris, non
debet Medicus inſtituere tenuem victum: nam,
vt in 17. Aphoriſmo ait Hippoc. vbi corrupti hu-
C mores, & putridi, nihil pernicioſius quàm inſti-
tuere tenuem victum, quia intereunt. Acriores i-
gitur humores contemperandi humidis actu, &
potentia ſiccis: & cum hæc quærenda ſunt, tum
omnes eius cibi ſunt alterandi cum Citro. Iuſcu-
lis cõtemperemus humores, & illis decoctis cum
citro, habemus potentiam exiccandi. Ergo exic-
canda materia putredinis, humectandus verò
calor naturalis. Ideo videtur eſſe optimum, vt ex-
hibeatur ius pulli, & fiat panatella, ita alteretur,
D & admiſceatur aqua roſacea, quia video caſum
hoc maximè poſcere. Confortabit cor & ſpiritus,
propter odorem inſignem, deinde exiccat & con
fortat membra, item aſtringit, præterea humectat
propter humiditatem actualem. Ponerem igitur
ſemper in cibo, præter Acetoſam, ſuccum Citri,
Limonum, aquam roſaceam. Sed vellem vt ad vl-
teriorem viam nutriendi accederemus. Non pla-
cet contuſum ſeu deſtillatum, ſed ſuccus expreſ-
ſus carnium. habeamus partes pulli, albas alas, &
E eas contundamus: facta cõtuſione, ponerem mo-
dicum iuris, & facerem expreſsionẽ, & rurſus ex
primerem, donec aliquid exprimi poſsit, ex quo
haberemus omnem virtutem carnis, & ne labora
ret in concoctione, eiiceremus omnes fibras. Po-
ſtea acciperem limones, aquam roſaceam, & ius
conficerem ex iſtis tribus. De potu, quoniam eſt
aliquid bibendum: ex quo videmus admodum
affectum, quia indigemus apertione obſtructio-
num, prouocatione vrinæ & ſudoris, atq; ex quo
F virtus debilis, placeret vinum acidum, & tenue,
& album, & ſemper coquerem in aqua, quæ admi
ſceretur cum vino, Coriandrum & acetoſam. Lau
darem ſaccharum roſatum, quandoque & placęt
ſcordium admixtum. Quantum ad medicamenta
proponitur ſyrupus ex acetoſitate citri, & ſucco
Acetoſæ. ſyrupus de Cichorio leuiter aperit, licet
alij magis, & vt cor reſpiciatur, propinetur talis
ſyrupus cum pari portione aquæ roſaceæ, & Ace
toſæ. Et vidi ego quandoque plurimas ex aqua
G roſacea vtilitates. Exhiberem itaque vncias duas
aquæ roſaceæ, & vncias duas Acetoſæ, in eius ſy-
rupis. Pro corroboratione cordis facerem vnguẽ-
tum ex vnguento roſato Meſues, cum ſpeciebus
tem-

temperatis, &cum puluere roſarum rubearum, A & grano Muſci. Quantum ad hepar, quoniam videtur eſſe affectum, & renes etiam, vellem vt acciperet vnguentum roſatum Meſues odoratum, in quo ponerentur tres ſpecies Sandalorum, pulueris roſarum, ſicut in ſupradicto.

R. Vnguenti roſati Meſues ℥.ij.
Sandalorum rubrorum, alborum, &c. & tantundem roſarum.

Et ita inungerem lumbos, renes, & hepar, vt fieret refrigeratio hepatis, & concauæ venæ. Circa caput, ſi aliquid molliendum, facerem oxyrhodinon cũ oleo roſato, completo in ſubduplo. Et ſi apparerent hæmorrhoides, eſſent prouocandæ.

CONSILIVM XLV.

De febre peſtilenti, obſeruatio in praxi, vt vocant.

DEBILITAS aderat omnium virium, & maximè virtutis vitalis, obſtructio venarum meſaraicarum, & pulſus debilis. Montanus dicebat maximam eſſe debere intentionem ad virtutem proſtratam, & ne ſuccumberet videndum. Exhibita erat Caſsia ſimplex, ſyrupus etiam datus ex infuſione Rhabari cũ aqua roſacea. Fortiora noluit admittere, ſed iuſsit dare clyſtere lenitiuum ex oleo violaceo, & ſaccharo. Sanguinis miſsionem, quæ iam facta erat abſq; commodo, improbabat. Victum dicebat eſſe debere contuſum pullum. Deinde infraſcripta decoctione vtendum. Accipiatur capo crudus & excoriatus, & in fruſta diſſecetur, & poſtea accipiantur poma citria, & citonia, quæ ſimiliter in partes diſſecta, ita diſponantur, vt ſemper vna pars carnium, alia Citri, tertia turſum carnium, quarta Citonei pomi ponatur, & ita ſeriatim, vt totus circulus abſoluatur. Decoquantur omnia in aqua roſ. ſumaturq; decoctum, & deſtilletur in duplici vaſe, hoc eſt, in balneo Mariæ. Ac deindè parte pinguiori abiecta, tenuior exhibeatur, vt ſuprà deſcriptum eſt. Mirum enim remediũ eſt contra peſtẽ, quia & cibus & medicina. Citrũ valde in hoc vtile, & eſt aureum remedium in febribus peſtilentialibus. Accipiat & ſyrupos:

R. Syrupi de cichorio cum
Rhabarbaro ℥.j.s.
Aquæ boraginis,
Acetoſæ ℥.iij.

In quibus Citrum ſit impoſitum, & decoctum. Inungatur pectus tali vnguento:

R. Vnguenti roſati confortatiui Meſues ℥.j.
Specierum cordialium ʒ.j.
Sandalorum alborum ℈.j.
Roſarum ſiccarum ʒ.s.

Miſce, fiat linimentum. Non improbo vt bibat vinum dilutum, cum illa aqua, cui impoſitũ fuit Citrum. Alteri cuidam præcepit vt cum ſyrupis acciperet tria grana boli Armeni orientalis quotidie, & folium auri, atque in iuſculis limones & mala citria iuſsit coqui.

CONSILIVM XLVI.

De febri peſtilentiali cum puſculis in dorſo, Colloquium pro quodam ſcholari.

BELLOCATVS.

COEPIT ægrotare hic iuuenis die Mercurij præterito, hinc octauo die veſperi, & die etiam ſequente manè, calore quodam febrili, & dolore capitis: poſt prandium obambulauit, & deinde domum rediit totus ſupercalefactus, ac tota nocte calorem ſenſit: die quinto etiam calores ſenſit cum rigoribus, ſeu potius horroribus quibuſdam non vehemen-
B tibus, ſicut & hoc die ſemper ſenſit horripilationes aliquas & dolores capitis, magis tamen veſperi & die ſolis ſequenti. Die lunæ vocatus veni, & inueni cum febre & dolore capitis, ſtatim exhibui Caſsiæ ʒ.x. Euacuatus ſic ſatis, magis tamen ſub veſperum, dolor capitis remiſit, ſed non leuatus eſt à febri. heri febricitabat etiam continuè, cum leui horripilatione per cutim ſine dolore capitis. Dedi ſyrupum de ſucco acetoſæ, cichorio cum ſuis decoctis. Cibum ordinaui panatellam,
C cum modico carnis vituli; vino abſtinuit. Iam patitur febrem peſtilentialem cum morbillis ſeu maculis plurimis per dorſum. Quærit quid agendum. Deliquit maximè in motu, comedit piſces, &c. Sequutæ ſunt maximæ obſtructiones. Laborauit febre menſe Septembri elapſo, à qua curatus, poſtea in hyeme tumores habuit circa teſtes, tum etiã euacuaui, & eam ob cauſam ſanguinem in principio mittere nolui, cum præſertim virtus videretur debilior. An ſanguis nunc mittendus?
D Non credo. natura materiam ad cutim & circum ferentiam expellente, & virtus non ſatis conſtat. ſunt obſtructiones, quæ tollendæ. Si in victu ptiſana ei fieri poſſet cocta, laudarem ſummoperè. Ad putredinem vtetur quibuſdam reſiſtentibus à proprietate. Hodie iuſsi aſſumeret ante prandiũ modicum zuccari roſati cum bolo Armeno. Et in ſeptima tranſmiſit natura materiam ad cutim, eam iuuare poſſemus aliquo quod prouocaret magis, vt decoctum petroſelini vel lentium præ-
E paratarum, & poſſemus imponere Caricas, ſyrupos de acetoſa ordinatos non prætermitterem.

FRISIMELICA.

Breuitate vtar apud vos, ſupponens hiſtoriam recitatam, & quòd laborat febre peſtilenti, dicam de agẽdis. Pro victu ptiſana gratiſsima eſſet. Sed ſi deficeret virtus, exhiberẽ ouum vel contuſum, à vino abſtinerẽ, darem aquam coctam cũ ſyrupo acetoſæ: euacuationem non tentarẽ iam, ſed cras
F manè poterit applicari clyſter. Sanguinem non mitterem, ſed ad duo intenderem, ad magnitudinem putredinis: exhiberem bolum Armenũ cum zuccaro roſato, vel etiam mitridatico, ſi videretur, vel puluere ſcordij. An adiuuanda tranſmiſſio iſta naturæ ad exteriora, dubito: à vẽtoſis omnino abſtinerem, quia euacuarent violẽter etiam ſanguinem, cuius miſsionem metuimus. Prouocantia ſudorem adhiberem, quale eſt decoctum petroſelini, qđ credo eſſe apiũ domeſticũ, nec ad-
G derẽ nimis calida, quia motus criticꝰ eſt. Et nõ videtur bona criſis: ideo nõ auſim tentare fortiora. frictiones leues admitterẽ, ſuper inunctione aetij nõ auderem, quia timerẽ nimiam diſſolutionem

virtutis: iniungerem quietem, ſomnũ & alia, quæ ad coctionem & cõſeruationem virtutis faciunt.

MONTANVS.

Sequens breuitatem, clariſs. Doctores, pro ratione temporis & ægri etiam, qui præſentibus remediis indiget, dicam tantum pauca de morbo & eius curatione. Eſt febris continua (de cuius proprietate cras loquemur) cum puſtulis apparentibus, quę indicant magnam putredinem exiſtentem in venis, & motum naturæ fortem expellentem putredinem, quæ ipſam iam maſſam ſanguinis infecit ad exteriora & cutim. Eſt igitur febris continua cum mala qualitate ſeu putredine magna. De huius curatione Auicenna vnum verbum dicit, quo omnia complectitur: cura eius eſt exiccatio, & rectè, quia quæ exiccant, faciunt difflare materiam. Et quia medicus naturam imitari debet, & quia videmus naturam tentare euacuationem per cutim, & in eo perſeuerare, adiuuarem, quia per conuenientem locum fit euacuatio. Eſt enim locus cutis, per quam propriè expellit natura excrementa contenta in venis, vt ipſe Gal. in Com aph. 21. 1. part. docet. Facerem igitur cutis habitum rariorem, vt facilius difflaretur materia, & ſic prohiberetur putredo, vbi euentatio libera erit, cũ omnis putredo fiat ex impedimento euentationis. Ad hunc vſum propoſitæ ſunt frictiones leues, eas laudo: ſunt & cucurbitulæ, ſed eas dimitterem, quia inæqualiter trahunt & violenter, ego hic vellem attractionem æqualem & ſuauem. Ad quam rem non inuenio melius remedium quàm quod Oribaſius propoſuit ex Ruffo, & Aetius poſtea refert, quod ſic facio:

R. Olei amygdalarum dulcium ℥.ij.
Aquæ camomillæ ℥.iiij.
Nitri puluerizati ʒ.ij.

Decoquãtur ad conſumptionem aquę & cum hoc per totam cutim fieret lenis frictio, prohiberet putredinem ob illam difflatiouem. Etſi enim Nitrum calidum & ſiccum eſt, tamen in modica quantitate ingreditur reſpectu aliorũ, & oleum obtundit vim & acrimoniam nitri, ita vt fiat moderatè calidum, quod plurimum coctiones iuuare nouiſtis. Placeret igitur poſt frictiones leuis illinitio talis, vel etiam ita quod fricet manus in dicto oleo, & inungat. Quod dum fiat, neceſſe eſt vt cooperiatur, quo corpus fit calidum, nõ nimium tamen, ne calor ille excedens reſoluat vires. A decocto petroſelini propoſito abſtinerem, tale enim per os exhibitum caput tentat, & alioqui tales ægritudines facilè incidunt in phrenesin. Circa alia quæ per os exhibentur ad attenuationem & prouocationem humorum, perſiſterem in ſyrupis ordinatis.

R. Syrupi de acetoſitate citri,
De acetoſo ſimplici,
De cichoreo.

Vbi omnia illa quæ quærimus mixta ſunt. Eſt enim ſiccitas quædam in cichoreo, ſine aſtrictione, à qua cauendum maximè in talibus febribus, quia obſtruit augetq; putrediné. In iis igitur quæ ſine aſtrictione exiccãt, perſiſterem: propoſitus eſt bolus armenus cũ ſaccaro roſato, mitridatico & puluere ſcordij, quæ omnia exiccãt, ſed ego acciperem ſcordium puluerizatum, quod exiccat maximè, abſtergit & aperit ſine calefactione aliqua inſigni. Bolum armenum qui etſi non eſt verus Galeni, eſt tamen terra lemnia, & illi maximè affinis, & illi adderem puluerem de cornu cerui, quia maximè exiccat & reſiſtit putredini, præcipuè ſi aduratur, quanquam etiam non vſtum accipi poteſt, vt ſit ſuauius. Corallos item attritos, quos etiam in hoc caſu fœliciſsimè expertus ſum. Ex his facerem puluerem, ſi vultis auri puri folium admiſcere poteſtis. Hunc puluerem bis accipiat in die, in iuſculo pulli, manè ante prãdium & veſperi ante cœnam. Quantitas ſingulorum erit ℈.j. Quod ad cibum, non diſcederem ab ordinatis, ſi ptiſanam habere poteſt, non contemno, ſed aliquid præterea exhiberem propter caſum virtutis, qđ in his morbis, vbi ipſa ſanguinis maſſa putreſcit, natura procedit p ſaltus. Ideo nunc non ita tenuiter cibarem, ne poſtea in ſtatu & maxima pugna virtutis cum morbo cibandus eſſet virtute deficiente. Exhiberem igitur carnem pulli iuuenis cum ſuo brodio, quod optimũ, quia contemperat humores: vel ſi illi non poſſent haberi, carnem hœdi, quæ ipſa quoq; eſt ſine ſuperfluitatibus & longè melior vitulina: ſi oua dare vultis, ſemper exhibeantur cum dicto puluere. Potus ordinatus aqua cocta cum ſyrupo acetoſæ non diſplicet, ſed ego vti ſoleo ſucco limonum & arantiorum cum zuccharo, corroborat enim & reſiſtit venenis, vt ipſe etiam Virgilius teſtatur:

——Quo non præſtantius vllum,
Pocula ſi quando ſeuæ infecêre nouercæ.

Vel acciperẽ ſemina citri decocta in aqua, quæ ſenibus medentur anhelis. ſi linimentum pro corde applicare vultis, placet vnguentum roſatum Meſue cum ſpeciebus cordialibus: dilatat enim pectus, atque ita ſufficiant.

Nil præcepta cibi ratio, nil pharmaca proſunt,
Virtutem morbus ſuperat, calor oſſa relinquit,
Aethereasq; petit diuinus ſpiritus auras.

CONSILIVM XLVII.

De febre peſtilenti, facta ex Tertiana. obſeruatio.

DOCTOR Ioſephus Prior collegij S. Antonij Patauij, ſcholaris 28. annorum, habitu robuſto & muſculoſo, ſubnigro, ampliſsimis venis, ſtatura mediocri, veſperi dum cœnaret 22. hora, ſenſit per vniuerſum corpus horripilationem. Hora prima noctis ceſſante horripilatione, inuaſit dolor acutus & mordax per totum corpus, perſeuerans ad diei Martis horam decimã, quo die, hora decima ſexta rurſus eũ horripilatio inuaſit, & poſtea calor perſeuerans ad diei horam octauã. eo die manè circa duodecimam horam iniecto clyſtere, ſenſit horripilationẽ eam, ſed leuẽ. Calor ſubitò creuit in immenſum, ſequenti die Montanus aduenit, & inuento feruẽtiſsimo calore, rogauit quid nam hactenus egiſſet? Exhibita fuerat à quodam, imprudenti ſanè, eo die quo ſecundus paroxyſmus inuaſerat, Caſsia, poſtquã tum parum excreuit, id impru-

imprudenter factum eſſe dixit Montanus: quia ea dies eſſet afflictionis, quo natura morbo & materiæ intenta eſſe debebat, & non remorari medicamento, ne eius potentia remorata non poſſet morbo ſatis reſiſtere. Erat poſt exhibitum lenitiuũ aperta vena die Veneris, & extractæ ℥.v. ſanguinis. Id tempore ſatis idoneo factum erat, ſed quantitas nimis exigua extracta ratione ætatis, habitus corporis, & magnitudinis morbi. Quare cum vrinas rubicundas, craſſas & obſcuras conſideraret, iuſsit illico ratione diei minoris afflictionis habita, vt educerentur ſanguinis aliæ vnciæ quinq; quod etiam ſine aliqua noua inciſione eſt factum, multa ſanguinis copia cum feruore erumpente ſubitò, vbi vena compreſſa erat. Manè altero die ſumere iuſsit hunc ſyrupum:

R. Syrupi acetoſi,
De ſucco acetoſæ,
De acetoſitate citri ana ℥.s.
Decoctionis infrà ſcriptæ ℥. iiij. vel vj.
R. Sem. citri ʒ.ij.
Acetoſæ ʒ.iij.
Florum boraginis M.j.

Decoquantur omnia in duabus libris aquæ acetoſæ, ad conſumptionem tertiæ partis, facta diligenti expreſsione, ſeruetur colatura pro quatuor ſyrupis. Victus ratio fuit, vt decoqueret aquam cum hordeo ad crepaturam granorum. Deinde reiecta aqua, aliam ſumeret in qua coqueret, donec in pultis formam fuerit redactum. De huius hordei colatura, ſi colari vellet, ſumeret ſcutellam vnam loco prandij, aliam in cœna: potus ſit aqua hordei. Sexta ab ægritudine die acceſsimus ad hũc, & reperimus eum lætum & gloriantem, quia nihil amplius mali ſentiret, neque quicquam febris perciperet. Nihilominus omnino proſtrata erat virtus, cum difficultate loquebatur, pulſus debilis, frequens: intrinſecus verò valde ardebat, quod oſtendit ipſa vrina, quæ rubicunda erat & turbata, quod ſignum manifeſtiſsimum eſt, febrem confirmatam eſſe in corde. Fuit etiam συντηξις, id eſt, fluxus ille colliquationis, colori ouorum conquaſſatorum ſimilis, hi neq; febres neq; dolores ſentiunt: quoniam vbi cor infectum, propemodum amentes ſunt. Succurrit igitur hoc vnguento ad cordis confortationem:

R. Sem. citri,
Acetoſæ ana ʒ.j.s.
Roſarum rubearum,
Sandalorum citrinorum ana ʒ.j.
Camphoræ ℈.j.
Muſci,
Ambræ ana gr.v.
Olei roſ. optimi maturi boni odoris ℥.ij.

Cum modico ceræ albæ fiat linimentum pro corde, renibus, hepate, vtriſq; temporibus, & ſub naribus. Item,

R. Sem. acetoſæ,
Citri,
Roſarum rub.
Sandolorum citri ana ℥.I.
Boli armeni orient ʒ.I.s.
Margarit ʒ.I.
Folia auri puri num. iiij.

A Pulverizanda pulverizẽtur, & omnia miſceantur, diuidantur in patres pro ſingulis ʒ.s. in die. Permanſit in eodem ſtatu, niſi quod non habebat ſedes: quare clyſter commune iniectum: vnde materia ſatis viſcoſa & bilioſa eiecta eſt. Die octauo apparuerunt maculæ per totum corpus, purpureæ, quæ ſymptomaticè expulſæ fuerant, quia virtus adhuc valida eſſet. Quare adiumentum illi adhibitum eſt ad abſterſionem ex ſalis nitri ʒ.ij. Olei communis ℥.ij. aquæ fontis ℥. iiij. bulliant
B omnia vſque ad conſumptionem aquæ. Item ad cubiculi ſuffitum.

R. Aceti optimi,
Aquæ roſaceæ partes æquales,
Sandalorum parum.

Bulliant omnia ſimul in cubiculo. Vel ſalicum & populi folia cum aqua roſacea ſpargantur per totum cubiculum, neque ibi permittantur exiccari, ſed ſtatim vbi virorem amiſerint, abiiciantur & remoueantur. Delatus quoque eſt de vno cubi
C culo ad aliud ob aerem peſtilentem: quem infecerat expiratione.

CONSILIVM XLIII.

De febre peſtilenti cum inflammatione muſculorum pectoris, in colloquio cum Bellocato. 1549. Ianuarij 16. pro Nepote D. Montani.

VT à nobis fiat potius aliquid, quàm dicatur, neceſſe eſt. Nam factis indigemus, non dictis. Proponam autem
D neceſſarium, antequam de remediis dicam: conſideremus eſſentiam morbi. Videmus primo eum febricitare continuò, & habet febris magna ſymptomata, ſed ex multis accidentibus vnum verendum, quod eſt ſignum, & cauſa nimirum fluxus colliquatiuus, qui Gal. 3. Epid. rectè ſolet eſſe ſignum inſeparabile peſtilẽtis febris, quia vbi eſt fluxus colliquans, ibi neceſſariò eſt
E febris peſtilens: licet eadem etiam poſsit eſſe ſine fluxu colliquatiuo, ſed tamen vbi fluxus ille, ibi febris peſtilens. Eſtque hìc quoque inclinatio ad delirium, & cataphora, quæ eſt inclinatio ad ſomnum, talis, vt non dormiat: ſed maneat tanquam attonitus. Dolor in thoracis partibus perſeuerãs vno tantum loco, inter tuſsiendum maior. Adeſt catarrhus viſcidus, & variorum colorum, interdum liuidus, interdum ruber, quod fortaſſe poteſt eſſe ratione Electuarij. Eſt tamen aliquid ibi,
F quod non poſſum referre ad Electuarium. Aliud accidens eſt, quod cõſequitur vrina turbida, craſſa, rubea, ſubiugalis. In pulſu inæqualitas cum imbecillitate maxima, frequens magis eſt, quàm magnus vel velox, & quod magis me terret, hoc manè altior videbatur, nunc minor & depreſsior ac frequentior. Nec poteſt eſſe ſignum deterius, quàm frequentia pulſus, quę indicat imbecillitatem. Febris hæc eſt peſsima, quia ſæua ſunt accidentia, ſed peſsimum, quia ætatis in flore inuenimus,
G quæ eſt temperaturæ calidę & humidę cum dominio bilis, in ætate tali, & temperatura, in hyeme, vbi non fit tanta reſolutio, quæ non etiam eſt facta ex medicamenti exhibitione, in ſexto die a-

deò imbecillus redditus eſt. Verenda hìc proſternata virtus in tam paucis diebus. Videndum enim, quòd iſtorum ſymptomatum habeat aliquam ſeparatam cauſam prȩter febrem. Puto eſſe inflammationem in muſculis pectoris, vel ex intemperie, vel ſolutione continui: vbi enim dolor, ibi ægritudo. Sed in pectore eſt dolor, atque tuſſis, & ratione doloris inflammatio adeſt, & lȩſio in partibus pectoris. Vtrum ſit inflammatio ex eo genere, vt poſsit eſſe pleuritis? Non, quia non adſunt ſigna veræ pleuritidis. Difficultas anhelitus non eſt talis, qualis in vera pleuritide, neque dolor eſt pungitiuus, neque acris, neque acutus: neque enim poſſet requieſcere in vtroque latere, ſi eſſet pleuritis. Nam penderet inflammatio, ſi decumberet in latere ſano. Eſt ergo nocumentum iſtud collectio, ſeu inflammatio materiei in aliquo muſculo thoracis, & circa illas partes non eſt pleuritis vera. Videndum hìc nobis, vtrum febris dependeat ab inflammatione, quemadmodum accidit in pleuritide, vbi febris curatur ratione inflammationis, vt docet Hippocrates: & ſecundo de ratione victus in acutis, vbi non curat febrem, ſed inflammationem: cum iis quæ apponuntur exterius, lenit tuſsim, & expuitionem prouocat: inflammatione curata ceſſat febris. Nunquid hìc etiam faciendum, vt curemus febrem curata inflammatione? Loquor de eſſentia febris. Collecti ſunt in hoc corpore humores multi pituitoſi, crudi, cholerici, ſanguinei, quia vixit ſibiipſi, omnibus vſus eſt eduliis, exercuit corpus tempore indebito, aggregauit excremēta plurima muccoſa, vnde præterita æſtate laborauit ægritudine diuturna, & hac vix dū ſublata, in deteriorē incidit, propter victus intemperātiam: plurimȩ materiæ & crudæ generatæ ſunt, vnde factæ obſtructiones in venis, ex immoderato exercitio cruditates raptæ in primas venas, mox in totum quoque ambitum, & ad omnes venas transfuſa materia. Humores verò crudi, transfuſi ad internas venas faciunt febres malignas, quod contingit ex exercitio poſt cibum, & quod erat longè deterius, poſt illud exercitium aquȩ frigidæ maximam bibit copiam, quod auxit obſtructiones. Contigit etiam hoc ex aeris frigiditate, cui ſe expoſuit poſt exercitium, vnde meatus intrinſeci ſunt repentè obſtructi, frigus penetrauit, fecit obſtructiones meatuum interiorum. Vnde neceſſariò conſecutæ maximæ obſtructiones tam exterius, quàm interius. Deprauatos humores obſtructio ſecuta eſt, & ex prohibitione euentationis & tranſpirationis ſecutæ putredines. Obſtructionem verò & putredinem maximam ſequitur febris peſtilens. Vnde multā putredinem, vt Galeni verbis vtar, σπέρματα σηπήσεως, id eſt, ſemina putredinis ſequuntur, quæ omnia inficiunt extrinſeca vt venenum, quemadmodū teſtatur Galenus. Ac omnia quæ faciunt venena extrinſeca, eadem faciunt humores putridi intrinſeci, vapores exhalant ad cor, & ponunt cor in facto eſſe, tum quia vapores putridi infeſtant cor, tum quia humores cordis putreſcunt. Hinc concidit virtus, quia in ventriculo cordis putredo, quæ vbi eſt, ſequitur & ſpiritus proſtratio: itē virtutis vitalis, & naturalis, atque

A
etiam animalis. Nam & hic delirat, nō cōſtat ſibi reſpondendo, interrogatus quomodo valeat, dicit ſe melius valere, cum tamen longè deterius valeat, nec percipit malum, & talibus mens ægrotat, teſte Hippocrate. Virtutes naturales ſunt corruptæ, vt apparet ex excrementis & vrinis. Omnes igitur tres operationes ſunt corruptæ. Vidimus qualis ſit morbus in pectore, obiecit ſe frigori, vapores aſcenderunt ad caput, facta illic craſſities illorum, & deſcenſus. Quemadmodum e-

B
nim accidit in magno mundo, ita quoque in hoc paruo, deſcenderunt catarrhi ad pectus; fecerunt difficultatem anhelitus, & dolorem etiam in muſculis, tuſsim quoq;, nunc verò inflammationem veram puto in partibus pectoris. Duȩ igitur ſunt ægritudines, quarum vna non pendet ab altera. Prima eſt febris peſtilens, quæ cauſas habet ſeparatas. Secunda inflammatio, vel intemperies in muſculis potius, quàm in membrana ſuccingente coſtas, propter multitudinem cararrhi. Vtra-

C
que propter repletionem plurimam in hoc corpore. Et ad vtramque attendendum, febris tamen maximè vrget, & quia deterior morbus eſt, eum in primis curabimus, non neglecta tamen altera ægritudine. Putredo igitur omni ratione curanda & prohibenda: attēdendum enim ei, quod maximè vrget. Sed quomodo remouetur putredo? Eſſent quidem multa, ſi virtus conſtaret, & miſsio ſanguinis optima eſſet, & euacuatio humorum putrefactorum. Iſte eſſet modus euacuandi

D
putredinem, qui tamen non conceditur, quia virtus debilis. Oportet igitur tantiſper omiſſa illa euacuatione, apertioni obſtructionum ſtudere exterius & interius, quia cauſata eſt putredo propter obſtructionem & prohibitam tranſpirationem. Crederem itaque prodeſſe, quæ exterius & interius putredinem prohibent, interius, quæ incidant & aperiant propter febrem. Sed adeſt dolor pectoris, & tuſsis quoque, quæ ſi augetur febris, aucta tuſsi. Vnde cauenda ſunt vehementer

E
acida. Conueniens quidem eſſet febri putridæ ſyrupus acidus, ſyrupus de ſucco acetoſæ, & de acetoſitate citri. Sed primo de ratione victus, Hippocrates in Febribus, quæ mixtæ ſunt cum inflammatione, & pleuritide, cauendum eſſe iubet ab omnibus acidis, & aſtringentibus, ne exaſperentur partes pectoris. Solum oxymel concedit, reliqua omnia prohibet. Exhiberem itaq; oxymel, vel ſyrupum acetoſum ſimplicem, qui tamen cauendus eſt, ne pectus exaſperetur: adderem igi-

F
tur ſyrupum roſatum ex infuſione, qui roborat calorem naturalem, aperit, & exiccat: quia cura peſtilentis febris eſt exiccatio. Laudarem & aquam acetoſæ, quia non eſt acetoſitas in ea, & habet tamen proprietates, & vires illius ſimplicis. Contemperetur ille, ſyrupus cum iure pulli, in quo decocta ſit acetoſa, & ſemen citri, in quo eſt amaritudo, qud aperit maximè, non eſt aciditas nec acredo. Et ſi hæc non ſufficerent ad apertionem, adderem radices petroſelini, quæ aperiunt,

G
non tamen eſt acrimonia in eis, ſed penetratio propter ſubtilitatem ſubſtantiæ: ſed quia habet aliquē odorem viroſum, à quo fortè abhorreret, decoquantur radices Fœniculi in ſuis ferculis,

vt fiat

vt fiat apertio. Quotidie etiam manè & veſperi frictiones totius corporis cum vnguento Aetij fiant, quo vtimur in febre peſtilenti: ipſe vtebatur oleo Cimini pro Sabino, quo veteres vſi ſunt, quodq́; vt Gal. ait, tenuiſsimarũ eſt partium: pro eo accipi poteſt oleum Amygdal. dulcium, verbi gratia ℥.ij. olei. Aquæ fontis ℥.s. Nitri ʒ.ij. Decoquantur ad conſumptionem aquæ, inungatur totum corpus: pori aperiuntur, materiæ trãſpirant, & prohibetur putredo: loco etiam illius moderni vſi ſunt cucurbitulis per totum corpus, quæ æqualiter attrahunt, ſed reſoluuntur ſpiritus. Oleum longè tutius eſt, quia magis æqualiter, & non violenter attrahit. Circa pectus vtatur linimento ordinato ab E. V. Sed quia cor principaliter patitur, pro illo ordinarem vnguentum roſatum Meſuæ, cum roſis ſiccis, & ſpeciebus cordialibus temperatis. Quantum ad victus rationem, placet mihi quoque panatella, quæ magis nutrit quàm ptiſana, qua opus eſt propter imbecilitatem virium. & Hippocrates quoque dicit, tranſactis primis diebus augendum eſſe cibum in pleuritide, & in pectoris ægritudinibus. Qui locus multos torſit: vult enim Hippocrates, vt fiat expulſio illius materiæ, quæ continetur in pectore, quod fit virtute valida: quemadmodum etiam non niſi viribus robuſtis prouocamus ſputum. Nam ſi prouocauerimus materiam, & adeſſet imbecillitas, tum æger ſuffocaretur. Vnde in hoc caſu etiam oxymel prohibet Hippoc. Num hodiernum lambitiuũ profit? maximè. Sed dicat quis, quare adhibes olea quæ humectant? Nonne nocent in omnibus febribus putridis? Reſpondeo, illud oleum Aygdalarum dulcium non humectat, ſed ſiccat, quia facit euaporare, & aperit obſtructionem, prohibet putredinem, & remouet ex toto. Sandali quoq; contemperant humiditatem olei, confortant, exiccant, in eis vis eſt remouens catarrhum, diſponit, aperit, & catarrhus excernitur. Caput ſtatim detondeat vſque ad ſuturam coronalem, & in petiis tenuiſsimis applicetur manè tepefactum oxyrhodinon. Sed Meſue vetat, inquies, vbi eſt catarrhus, oleum non eſt applicandum capiti, quia facit deſcenſum maiorem. Dico quòd non curamus catarrhum, ſed materiam in pectore contentam, & prohibemus, ne vapores aſcendant ad caput. Præterea accipiemus etiam modicam quantitatem olei, non tantum vt Meſue vtitur, & applicetur illud oxyrhodinon quã citiſsimè. Frictiones hoc veſperi fiant, vt excitetur, donec præparantur alia medicamenta, & corroboretur illa inunctione. Inter tuſsiendum ſudabat, qui ſudor Montano nõ placuit: putabat enim eſſe diaphoreticũ, quare talia ordinauit:

> R. Olei roſati ℥.ij.
> Aceti roſati ℥.iiij.

Fiat oxyrhodinõ qđ raſo capiti applicetur. Itẽ

> R. Olei roſati completi ℥.ij.
> Specierum cordialium temperatarum,
> Roſarum rubearum ana ʒ.j.
> Seminum citri ʒ.s.
> Croci gr.vj.

Cũ modico ceræ albæ, fiat linimẽtũ pro corde.

> R. Syrupi roſati ex multiplici infuſione,
> Syrupi de acetoſi citri ana ℥.j.

Cũ aqua acetoſæ ſimplici, fiat ſyrupus in iure pulli macro, in quo decoctæ ſeminũ citri leuiter cõfractorũ ℥.iiij. propter inopiã herbæ Acetoſæ.

> R. Olei amygd. dulcium ℥.iiij.
> Aquæ fontis ℥.viij.
> Nitri ʒ.iij.

Decoquantur ad comſumptionem aquę, fiant inunctiones totius corporis, non frigidæ, non calidæ, ſed moderatę & tepidæ. Et repetatur linctus hodiernus pro catarrho, & inunctiones pectoris. Frictio pedum quoque cum ſale hoc veſperi fiat. conualuit

Pro Adoleſcente, qui poſteaquam febribus laborauerat, tabeſcebat. In colloquio, Anno 1550. die 23. April. in quo de exhibitione lactis agitur.

BELLOCATVS

CLARISSIMI Domini, Adoleſcẽs 19. annos agens, à 14. anno ætatis ſuę incidit in diuerſas diſpoſitiones præter naturam, primò in quartanam, & agitur quintus annus vt ea laborat, deinde duplici quartana, quæ ipſum vexauit ab autumno ad ver: cùm ab illis curaretur, ex vſu medicamentorum calidorum, non conualeſcebat, ſed ex vna quartana duplex quartana: et cùm deſierunt à pharmacis, febris deſiit, nec tñ liber ab ea, imò interdum affligitur ea: æſtate tertiana laborauit, poſtea in autumno apparuit profluuium hæmorroidarum, quod fuit largum: et ſub ſequente anno in autumno profluuium hæmorrhoidarum profluxit, quò ſingulis annis moleſtatur, & prioribus duobus annis fuit profluuium largum, aliis duobus non ita: & poſtea cœpit emaciari, & redditus emaciatus, & facies eius videtur eſſe ſenis, conquerebatur de debilitate ventriculi: poſt cibum ructus, & inappetentia, aliquando etiam appetitus, erat tamen tarda coctio, fluitationes & ructus, & noctes erant inſomnes, aliquando commodè dormiuit. Item factus in cute ſcabioſus, cutis arida. Iſta ſunt ſymptomata, de quibus conqueritur: in reliquis actionibus animalib. optimè ſe habet, diſcurrit optimè, omnia ſunt perfecta & incorrupta. Horum cauſa ab Excellentiis Veſtris quærit conſilium. Vt votis eius ſatisfaciam, proponam quid agendum. Et quia ad tollendam diſpoſitionem præter naturam oportet temperamentum naturale cognoſcere: dicitur, cùm erat ſanus, temperamenti calidi & ſicci, aduſti habitus, tendebat ſemper ad maciem: nunc temperamentum eſt pręternaturale, eſt redactus ad ſummam maciem, quam maraſmum potuiſſemus vocare. Maraſmus duplex, incipiens & confirmatus. In hoc iuuene an confirmatus ſit, vel incipiens? Eſt in primo gradu. Cauſæ huius maraſmodis ingens caliditas ex febri quartana, deinde ex tertiana, & ex calorificis medicamentis: non fecerunt id à principio, ſed dilatum eſt ad multos annos: nam poſt qua-

tuor annos id accidit. His ſtantibus dico quòd poteſt curari, ſed difficulter: oportet ipſe ſit obediens & aſtans, fauet etiam illi ætas adoleſcentiæ, in qua vires omnes vigent. Quibus modis procedendum? Certum eſt quòd in hoc maraſmus non eſt iunctus cum hectica, quia non eſt in eo indicium eius febris. Pulſus eſt rarus, tardus, paruus: quæ differentiæ oſtendunt nullam adeſſe caliditatem: ex tactu etiam, nam in tactu eſt frigidus. Cum non adeſt febris, & exceſſus in frigiditate & ſiccitate, intentio erit vt humectemus corp⁹. Humectatio multis modis fit, aliqua qualitate, aliqua ſubſtantificè humectant. Subſtantificè cibi humectant, qualitatiuè remedia, his externis procedemus. Et quia vbi eſt deperditio, reſtaurandum eſt, cibariis id faciendum non excrementoſis, & ſint humectantia, nec ſint calida, declinent potius ad leuem caliditatem quàm frigiditatem. Qualitatiuè exterius applicata, balnea, inunctiones, perfuſiones, & in hoc prodeſt multum vſus lactis. Non habet obſtructa viſcera, tetigi enim, & ita lac exhibendum, cum nihil obſtet: ſi timemus frigiditatē, adde dulcia, ſuccarū, mel, &c. debet exhiberi lac muliebre, eſt familiariſsimum: ideo habeat mulierem nutricem, ex cuius vbere ſugat lac: ſi non vult ſugere, emulgatur in vas poſitum in aqua tepida, primò da in parua quantitate, vt experiamur ſi toleret ventriculus, primo ad ℥. iij. iiij. deuenies ad ℔ quinque & plus: ſi non toleret lac muliebre, ſugat lac aſininum. eſt ſententia Galeni, nutriatur aſina hordeo, & herbis optimis aſtringentibus, myrto & aliis: ſed nutriatur herbis humectantibus, non exiccantibus. An pro cibo debeat exhiberi? exhibeatur manè vt decima hora, cibum deinde ex hibe in prandio, & concoquat lac optimè, & poſt lac ſomnus prohibeatur. Alia exterius poſſunt eſſe balnea aquæ dulcis, infundatur in balneo, in quo non ſudet, non ſit tam calidum vt ſudet, quia nullam materiam habet quam debeat euacuare: ſi aqua inquam non valdè calida, ſed perſeueret quamdiu poteſt, & poſtea in ſtrato decumbat, inunge oleo humectante & habente viſciditatem, & leuem caliditatem, vt eſt oleum ſeſaminum, amygdalarum dulcium, pinguedo anſerum, medulla cruris vituli: fac linimentum ex oleis & pinguedinibus, ac inunge corpus poſt balneum. Item aer ſit humectans, habeat leuem caliditatem & humiditatem. Crediderim quòd nunc Venetiis potuiſſet habitare, at æſtate quia ibi æſtus maximi fiunt, eſſet deferendus aliò. Et fiant irrorationes humectantes. Cibaria ſint non excrementitia: laudantur teſticuli gallorum, qui nondum in venerem coiêre, cerebellum hœdi, carnes hœdinæ, pullorum elixæ potius quàm aſſatæ, oua ſorbilia, vitellum recentis, tremulum item. Horum ſit quantitas quam poteſt conficere. Cùm curabitur, oportet Medicum eſſe præſentem.

De vino. Cùm conſideramus qualitates vini, aliqui volunt in actiuis caliditatem, in paſſiuis ad ſiccitatem, & ideo non conueniret. At quia laborant in æquiuoco, nam quædam vina ſunt ſicca, vt auſtera, antiqua: aliqua humectant. Vinum reficit vires: vinum igitur eius ſit pauciferum, al-

A bum, nigrum (quia craſſum nego) ſit ſubdulce. Vtatur iuſculis pulli iuuenis, aut capi, aut carnis hœdinæ: commiſce luteum oui vel aliquid, vt panem decoctum, & oryza conueniret pro meneſtra: etſi exiccat, tamē ex iuſculo remittitur ſiccitas: ſed quia difficulter coquitur, ego dimitterem, quia hābet ventriculū imbecillum. De exercitio nollem quòd deberet ſe exercitare, ſed peracta prima coctione ventriculi inambulet. Sint manibus intinctis in oleis prædictis. Fugiat accidentia animi, nam illi obſunt multum. Dormiat,

B quia ſomnus humectat: ſicut vigiliæ exiccant. Pro ſomno fiat ex amygdalis brodium, conciliat ſomnum, exhibe poſt cœnam. Et lactucæ propter humiditatem conueniunt: quia frigidæ con dito cinamomo & aliis. Quia conqueritur de imbecillitate ventriculi propter ſiccitatem, oleo amygdalarum dulcium parū olei maſticis vel de ſpica adde.

℞. Amygdalarum dulcium ℥.j.

C Maſticini vel nardini ʒ.j.

Pro euacuatione poteſt dari manna ad ℥.j.ſ. cum iuſculo pulli. Scabies tolletur balneo et aliis.

FRISIMELICA.

Ego paucis agam, quia ſunt omnia ordine dicta. Proponitur nobis adoleſcens 19 annorum, laborat diſpoſitionibus præter naturam, inter quas macies corporis, cum hac macie imbecillitas ventriculi, & nō concoquit, nec appetit benè,

D & vigiliæ coniunguntur, & aliquando defluit in teſtinum rectum: cum vult egerere, egerit cum maxima difficultate. Videmus operationes læſas, & exiens immutatū. Temperatura naturali cholericus erat calidus & ſiccus. Deuenio ad inqui rēdas cauſas & morbos, propter quos factum ſit vt hoc corpus emaciatum fuerit. Videtur quòd ſint duo morbi: Primò intemperies corporis frigida & ſicca, & alter in quantitate. Primò intemperie frigida & ſicca, quia corpus debet nutriri,

E & nō nutritur. In quantitate, quia plurima membra patiuntur, & humiditas diuerſa eorum conſumitur: ſunt enim humiditates diuerſæ. Intemperies hæc frigida & ſicca orta ex nimio ſtudio, quo vſus diebus canicularibus, & labores diſſoluunt vires & calorem naturalē, īnde plurimum genitū de humore aduſto, inde febris quartana: quæ quartana facta incipiens, non ſuccedens, in nuit id quod ſit facta ex nimia aduſtione, quæ facta diebus canicularibus ex labore ſtudiorum ni-

F mio. Poſtea fuit tentata cura calidis non humectantibus, & vina data fortia, & inde facta nimia aduſtio, inde humiditas ſubſtantifica aliqua ex parte conſumpta. Et præterea fuit euacuatum corpus ante concoctionem, quod quidem facere eſt periculoſum, primo ad Glauconem, inde in eo factæ ſunt duæ quartanæ, poſtea tertiana. Stante hoc pabulo, factę ſunt diuerſę febres. Deinde hæmorrhoides profluxerūt, quo indicatū quòd erāt multi humores aduſti, quo ſanguine affluxo cor-

G pus extenuatum eſt: licet ſanguis ſecundum Medicos non ſit alimentum, tamen ſecundum philoſophos eſt vltimum alimentum. Is fluxus hæmorroidum bis fluit, & corpus extenuatum eſt.

Addo

Addo quòd fuerit in aere ſicco, quia corpus aere multum alteratur. Inde aliis cauſis adiuuantibus incurrit ille in ſiccitatem corporis, quam ſequitur ventriculi imbecillitas, & malæ coctiones ſequuntur id neceſſariò: quia ventriculus non ſolùm ſua caliditate concoquit, ſed iuuant eum muſculi,& alius ambitus corporis, qui in hoc ſunt extenuati. Vigilat, quia ſomnus fit ab humiditate, huius corpus eſt exiccatum. Mirum eſt vnde virtus motiua fortis ſit, poteſt ambulare per ſtadium. Inde eſt quia virtutes voluntariæ motiuæ efficiuntur à muſculis,neruis, q aliquádo exiccato corpore nó minus valét q̃ eodem humido. Malè etiam egerit, quia fæces ſunt inuiſcatæ in inteſtinis,& virtus debilis.Et cum fæcibus quandoq; exit inteſtinũ, quia vi exprimit, interdũ in pueris inteſtinum exit ex incontinentia humiditatis vel ſugiditatis. Iſta ſunt quæ erant conſideranda. Quid putas futurum? Etſi difficillimum eſt,quia eſt frigiditas cum ſiccitate, tamen poteſt curari maxima adhibita cura,quia eſt iuuenis,& non eſt ſenium illud quod eſt in ſenibus, & in ægritudinibus: & in iſto poſſunt humectari membra,quia non eſt tanta conſumptio. Agendum erit vt humectetur ſubſtantificè, vt humiditates reſtituantur, quæ ſunt conſumptæ à multis cauſis enarratis. Humectabitur & per exterius & per interius. Interius cibaria & medicinæ cibales,pullinæ carnes iuuenum, iura horum: ſint carnes eorum elixæ, habebimus humectationem & temperiem corporis: pulli ſint optimè nutriti. Secundò alimentorum ſint hœdinæ & vitulinæ. Vitulinæ nó ita facilè concoquuntur,quia ſunt viſcidæ: parum ſunt iuuenũ boũ, ſunt etiam optimæ carnes hœdorum,paſſerculorum montanorum, oua ſorbilia optima, oryza parum nutrit, & exiccat,ideo in pręſenti ommitte:alica zea poteſt exhiberi,melius concoquitur & humectat. De ptiſana an poteſt exhiberi? poteſt integra exhiberi. Non nego pro conciliando ſomno luctucam coctam, exhibe conditam pauco ſuccari, cum aceto,& non nocebit ventriculo. An vinum dandum? videtur quòd exiccat,exiccat potius,& leuiter humectat: poteſt itaque parum de vino dari, iſtud eſt quod reficit uires. Deuenirem ad cibales medicinas,laudo lac humanum, reficiemus id quod deperditum eſt. Detur lac, 7. Artis curatiuæ. Quantum debeas dare,conſule ventriculum,primò parum, deinde augeto: melius vt ſugeret, ſi non vult, emulgeto in uas: cum ſuccaro manè exhibe, & abſtine ab omni cibo, donec conficiat lac, & poſt horam dum lac deſcenderit, dormiat: ſit autem nutrix iuuenis. Si non vult humanum,habeat aſininum, & vtatur longo tempore. Ab omnibus confectionibus abſtinerem. Externis balnea aquæ dulcis,7. Artis curatiuę: non diu moretur in eis, vnge oleis humidis, amygdalarum dulcium, ſeſamino, ſabino, ex olius violaceum: ſint noua, non rancida. Pinguedine præterea gallinacea & ſimilibus inungatur. Corpus non purgetur medicamentis, poteſt tum lenire ventrem modico caſsiæ,vel ſyrupo violato ſolutiuo, manna aut aliquo conſimili. De exercitio,vtatur modico exercitio, abſtineat à ſtudiis, ſint moderata omnia.

A De aere, debet calidus & humidus eſſe,ſiccum & frigidum fugiat. Æſtate an conueniat Venetus, qui eſt calidus & humidus? licet paruin vapores ſalſuginoſi ſunt, tamen ibi habitantes ſunt pingues & catarrhoſi.

CONSILIVM XLIX.

B *Pro adoleſcente, qui poſteaquam febribus laborauerat, tabeſcebat. In colloquio, Anni 1550. die 23. Aprilis, in quo de exhibitione lactis agitur.*

Ex quo proponitur nobis adoleſcens optimæ indolis,qui eſt cum maxima exiccatione corporis, hoc accidens eſt conſiderandum, ratione cuius de bemus eſſe ſoliciti, reliqua ſymptomata hanc in temperiem frigidã & ſiccam conſequũtur, quam oportet conſiderare,ſi debeo inuenire prognoſti cum & curationem. Cum appareat exiccatio, non
C moror quia apparet, ſed cauſas videbo. Exiccatur ob duo,primò quòd non nutritur vt debet,& dicitur atrophia,areſcunt membra, quia non nutriuntur alia cauſa exiccationis, quia humidum ſubſtantificum & nutrimentale abſumitur,eſt enim duplex humiditas: vna nutrimentalis, quæ dicitur ros,nec eſt pars eſſentialis membri: ſubſtantifica, eſt pars eſſentialis membri: quum in his duobus conſumptio fit, ſequitur ariditas. Abſumptio harum humiditatum ob duo poteſt
D eſſe: primò,quia calor eſt in membris talis,qui ab ſumit eas,vt in febribus colliquatiuis & hecticis, his perſeuerantibus, abſumuntur humiditates hæ. Secunda cauſa eſt, non propter caliditatem abſumentem,ſed propter frigiditatem exprimentem. Quemadmodum videmus in frigiditate nimia & in temperaturis frigidis, ſiue internis ſiue externis ſit: vt ſenes quantò frigidiores, tãto ſunt ſicciores in humiditate radicali. Hoc quoque apparet in exterioribus, ea quę ſunt in calore nimio
E vel frigore,exiccantur. Inde frigiditas nimia præſeruat corpora mortua à putredine: exareſcunt enim, vt in quadam regione, quia hæc frigiditas exiccat humidum, ita non putreſcunt. Ob has duas cauſas contingit abſumi humiditates dupli ces,& fit exiccatio duplex. Conſideremus in hoc iuuene quid ſit,& à qua cauſa: quod cum fecero, erit prognoſticatio & curatio. Ad primum vtrum facta areſactio quòd corpus non nutriatur? non eſt probabile,quia nõ præceſſerunt ægritudines,
F quæ prohiberent nutritionem. Et quia non nutriuntur, non propterea habent abdomen exareſactum, quia ventriculus cum cibus ſumitur,ſem per aliquid inde ad ſui nutritionẽ ſconuertere poteſt. At in hoc iuuene eſt conſumptum abdomẽ, eſt exareſacta pars illa. Et ita non eſt ratione de defectus alimenti,quia ſaltem ventriculus nutriretur,& eſſet pinguedo ibi. Et ita non eſt ratio alimenti propter quòd abſumpta humiditas. An à caliditate vel frigiditate? Dico ab vtroque. Si nam
G que audimus quòd laborauit febri quartana, tertiana,& erratica febris calefacit & exiccat: & magis facit in illis corporibus, quæ ſunt præparata, nam in habentibus ſymbolum, facilis fit impreſ-

ſio, & fuit ille ſemper calidus & ſiccus, paratus na
turaliter vt exiccaretur. Habet aliam præparatio-
nem, eſt maximi ingenii, ſummæ diligentiæ, in
ſtudiis plurimum poteſt, habet ſanguinem te-
nuem, inde ingenio plurimũ pollet, quod in ani-
malibus operationibus patet, quia aptus ad nego
tia. Cum ſanguis ſubtilis, ſpiritus ſubtilis, & caro
etiam ſubtilis, & talis facilè reſoluitur, quia parua
reſiſtentia in paſſo, & ita humiditas parua facilè
reſoluta â febre. Acceſsit febris erratica, quæ ad
modum deducunt ad tabem: quia cum eſt de-
fectus in membris, generantur humores ſine pro
portione, non ſemper ob intemperiem membro-
rum principalium, & fiunt febres erraticæ. prӕter
has cauſas acceſſerunt vigiliæ, curæ, ſtudia, triſti-
tiæ, animus triſtis exiccat oſſa: vnde qui pingues
ſunt, dico quòd parum ſtudent: nam ſtudioſi pal-
lent, is ſtudioſus ſemper fuit. Acceſſerunt, in-
quam, vigiliæ, vſus immoderato exercitio, eſt ap-
tus ad omnia, plus audet quàm poſsit: ſunt in-
ſtabiles, qui habẽt ſpiritus ſubtiles. Iam ſcitis cau
ſas huius ſiccitatis. Acceſsit primitiua cauſa aer
frigidus, concurrit quòd non nutritur, quia mem
bra ſicca ſunt. nam membrum quod nutritur, in
eo calor nutrimentum vertit in ſubſtãtiam ſuam.
Sed cum ſunt membra frigida & ſicca, non nu-
triuntur, qualiter & quomodo oportet. Caliditas
igitur reſoluit humiditatem, & frigiditas expreſ-
ſit, & tertia cauſa concurrit, quam dixi. His cauſis
ſtantibus, non mirum quòd tantum exaruit: quia
ſi membra ſolida priuata ſunt humido nutrimen
tali, ſunt corrugata: ſed quia ſunt valde exiccata,
vt ſit quaſi pellis & oſſa, iam videtur cõſumptum
eſſe humidum radicale: & ita non ſolùm credo
abſumptum humidum nutrimentale, ſed etiam
partem ſubſtantifici continuantis. Eſt enim cor-
pus corrugatum, ſunt rugæ, eſt exarefactio in eo,
eſt maraſmus ex ſiccitate, qui cõtingit in talibus,
quẽadmodũ in ſenibus corrugatis. Videtis quòd
is puer habet ſymptomata plurima decrepitӕ æta
tis. Primò redundauit corrupta pituita, vnde pru
ritus: ſic & cutis ſenum prurit, quia redundant
plurima pituita: quæ quia non poteſt verti in nu
trimentũ, putreſcit & fit ſalſa. Duæ aũt ſunt cau-
ſæ pituitæ ſalſæ, putredo & admixtio alicuius ſal-
ſi. Itẽ fœtent ſenes, quia omnia in eis putreſcũt, &
eſt incurabilis pruritus. Habet, inquã, talem pru-
ritũ puer is, licet vtatur bonis cibis, quia nõ nutri
tur bene, ſed vertitur in excrementa, quæ putre-
ſcũt & faciũt pruritũ hũc, vt fit in pſora, lepra, pi-
tuita ſalſa, licet & ab aduſta. Et ita ſiccitas eſt cau
ſa pruritus, & pruritus indicat ſiccitatẽ. Itẽ ſecun
dũ ſymptoma vigiliæ, vt in ſenibus. Itẽ, nõ appetit
& rectè cõcoquit, quia ventriculus eſt frigidus &
ſiccus, cõcoctio ab humido & calido. Conſtipatur
& ſcybala excernit, quia hepar auarum exugit hu
midum. Flatus aũt ſunt ex incoctione. Pituita ad
hæret inteſtinis, & non poteſt iam exernere, quæ
omnia concurrunt in ſenibus. Ita videtur puer
eſſe ſenex. Si interroges de hac ſiccitate, dico ab-
ſumptum humidum nutrimẽtale & partem ſub-
ſtantifici. Hæ ſunt cauſæ arefactionis, quam are-
factionem illa dicta conſequantur.

De Prognoſtico quid dicis? Concluditur, qui

A habet humidum radicale deperditum, ſi reſtaura
ri poſſet, eſſet perpetua vita: ſed ſicut membra
ſpermatica inciſa non reſtaurantur, verùm cum
non valde inciſa ſunt, reſtaurantur in pueris, in
quibus eſt aliquid ſpei. Et ita hîc quoque ratione
ætatis ſperandum aliquid, non pollicendum eſt,
poteſt detineri ita aliquantulum, non poſſumus
huius arefactionis gradum determinare, poterit
fortaſſe reſtaurari huius humidi pars, non autem
in toto, vt ſit floridus omnino. Quibus ingeniis?
B Cura debet eſſe humectatio, debemus facere vt
paterfamiliâs faceret, qui operam dat vt lucretur
multum, & parum expendat: hæc duo diuitem
faciunt, ſic vt ille parum reſoluatur de corpore, &
plus ingeratur in corpus, caueat ne reſoluatur,
caueat ab omni motu tam corporis quàm animi,
prouidendum vt parum reſoluatur, debet calor
naturalis excitari frictione & leui deâbulatione,
non accedat ad mutationem anhelitus, ad quam
in exercitio debent deuenire, qui ſunt ſani. Vta-
C tur reſumptione poſt exercitium ſcilicet vngen-
tis, ne reſoluatur corpus. Si vtetur frictione, bal-
neo, non opus erit exercitio, quia excitabitur ca-
lor vt nutriatur corpus bene. Vtatur balneo, fri-
ctione, ieiuno quidem corpore, ſed non ita ieiuno
vt nihil ſit in ventriculo & hepate: verùm peracta
prima coctione, quia vbi fames, laborandum non
eſt. Nam cum nihil in hepate eſt, non laboran-
dum, non fricandum, quia corpus exiccatur. Et
ita procedimus in illis quos reficimus. Itaque fri-
D cetur cum fiet ſecunda coctio. In balneo non diu
moretur, ſed ſit aqua tepida & dulcis vt lac recen
ter confectum, caue ne frigeſcat, cum exit è bal-
neo: cubiculum para & iaceat in lecto. Galenus
iubet proiicere poſt balneum in aquã frigidam,
quia exiccatio prohiberetur: tu inũge oleo Amyg
dalarum dulcium, quod non permittit vt exha-
lent vapores, ſed pori ab eo obſtruentur, prӕterea
humiditas olei tranſiens per poros humectat. Pri
mò igitur fricetur corpus, deinde ingrediatur bal
E neum, & inungatur, & poſt balneum ſumat lac:
aliqui exhibent in balneo, ſed non quærendum
vtrum lac dandum pro medicamento, lac eſt ali-
mentum, dant mediam libram. Empirici ſcribũt
iſtam doſin. Vt doceam iſtos iuuenes, non eſt cer
ta doſis, & quibuſdam plus, quibuſdam minus
dandum: terminus erit vt tantũ demus, quantũ
ſufficit, ego do in parua quantitate vt poſsit confi
cere, deinde plus, & non do eis cibum vſque poſt
concoctionem, & do eis ter in die, vt facit Gal. 3.
F de Tuenda ſanit. Curo vt ſemel ſumat manè lac,
poſt concoctionem ptiſanam vel panatellam in
iuſculo pulli. Nam poſt lac, quod humectet, nihil
inuenio iuſculo pulli melius. Lac ſit humanum,
ſed ſi pronus in venerem fugiat ſugere, quia faci-
lius incurreret in venerem. Do etiã lac aſininum.
Cibus ſit patanella. item lutea ouorum recen-
tium, veſperi carnes do vitulinas, pullinas, conue
nit etiam hordeum & far. Oryza etſi malè nutrit,
neque hordeum valde nutrit, tu da: quia non eſt
G ita reſolubile, contempera iuſculo pulli. Bibat vi-
num optimum, quia reficit vires. Exercitium nul
lum nec corporis nec mentis habeat. Aeri bonò
ſtudeat, quia aer alterat corpora: ſit humidus, &
manè

manè accipiat frondes populi & aliarum herbarum cum rore, & ponat in cubiculum, vbi exaruerint,abiiciat.Nam arida exiccât.Item aqua roſacea bulliat in cubiculo vt vapor penetret,ita alterandus eſt aer. Aliqui volunt vt guttatim exeat aqua,qa nõ ſolum humectat,ſed & ſonus ille ſomnum conciliat. Item veſperi accipe ſcutellam iuris pulli,& lac amygdalinum,& adde parum ſuccari,hoc poſt cœnam ſumat.Item vngat verticem capitis nocte oleo Amygdalarum dulcium, id eſt remedium Auenzoaris, humectabit plurimum. Lauet caput non lixiuiis exiccantibus, ſed aqua dulci,in qua decoquatur Camomillæ parum,cui adde violas pro lotione capitis. Et potes addere parum ſimilæ,hoc illi ſpero profuturum.Pro mollitione ventris in brodio decoque parum maluæ, prunorũ adiecto ſuccaro vel caſsia vel mãna,&c.

APPENDIX.

Videtis quoniam membra ſolida arefacta ſunt, neceſſariò omnes operationes animales, vitales & naturales debilitari. Habet fluorem alui, qui perpetuus eſt tabeſcentibus, & quaſi propinqua cauſa mortis, quia virtus naturalis, quæ debet cum calore agere, debilitatur. Et cum calor influens à corde ad membra, inuenit calorem eorum complexionalem debilem & paucum, non poteſt eum ad actum deducere, cum ſit diſſolutus,& nec actu nec potentia adſit. Alimentum igitur nec concoqui nec diſtribui poteſt, ſed exit putrefactum propter calorem febrilem, quod videtis ex ſubſtantia excrementorum,quia chyloſa eſt & viſcida, ob generationem multæ pituitæ. Non ſemper autem illa fœtent,quia multa frigiditas eſt in ventriculo, calor non aggreditur, aut certè rarò, atque tunc fœtent: ſed cum non putreſcunt, tum,ſine odore ſunt. Nihil poſſumus facere. Bene alatur,etſi non poteſt refici.

Hoc conſilium de Febre inter Montanica repertum eſt, ſed videtur fuiſſe alterius cuiuſdam doctiſſimi viri.

PATI hunc Dominũ febrim ex mordaci tactus caliditate manifeſtè colligitur: febris enim formaliter calor præter naturam eſt, vt primo de Differ.febr. & à feruore dicitur. Cùm igitur iſte febricitet, videndum eſt quæ natura febris ſit iſta, à quibus cauſis dependeat,& quę ſint accidentia eius:hæc enim tria à Medico ſunt conſideranda, ſcilicet ægritudo, cauſa,& accidens, vt refert Princeps prima primi, capite de Subiectis medicinæ: præterea cognitio ægritudinis, & etiam prognoſticum actum curatiuum præcedunt,teſte Galeno 1. de Regim.acut.com.3. In caſu ergo iſto hæc nobis erunt primò conſideranda,deinde ad curam deueniemus. Sed quia ægritudo eſt diſpoſitio præternaturalis, & veluti quædam ſanitatis priuatio, ſanitas verò eſt habitus,priuatio autem per habitum cognoſcitur, vt imperfectum per perfectum,& rectum cognoſcere facit obliquum, primo de Anima: ideo primò ſupponenda & benè conſideranda diſpoſitio naturalis ante medicationem. Quod confirmatur

A à Principe quarta primi dicente, ſanatiuam complexionem prius eſſe conſiderandam à nobis, vt lapſam inde poſsimus intelligere, quantum ſcilicet lapſus præternaturalis diſtet à naturali: hæc enim multum faciunt ad curã,ad prognoſticum, & diætam inſtituendã. Ad curam quidem, quoniam per quot gradus recedit ſanatiua complexio in ægritudinalem diſpoſitionem, per tot etiam debemus eam reducere,vt eſt ſententia Galeni tertio Tech. Ad prognoſticum etiam, quia

B ſi ægritudo fuerit proportionalis, minus quidem periculoſa eſt quàm diſproportionalis, iuxta ſententiam aphoriſticam 2.Aphor.34. In morbis minus periclitantur,&c. Quantum igitur ad naturalium cognitionem in iſto noſtro ægrotante, dico ipſum eſſe ætatis ſuæ 33. annorũ,quæ ætas prima primi cap.de Ætatibus,dicitur cõſiſtentiæ:complexionis verò cholericæ, quod ex ſignis ſumptis à caſibus, operationibus, & ſubſtantialiter inhærentibus facilimum eſt colligere. A caſibus qui-

C dem,ſcilicet à calore corporis,eſt enim caloris citrini ſuper cholera atteſtantis: color enim corporis ſuperabundantia humoris indicat, niſi in profundo accubuerit ſcilicet, Apho.20. Ab operationibus etiam colligitur eadẽ complexio, quoniam ipſe eſt velox & agilis in omnibus operationibus, ad iram etiam ſatis pronus exiſtit. A ſubſtantialiter inhærentibus hoc idem concluditur, cùm ſit ad tactũ ſatis calidus, imò caliditate quadam mordaci atteſtante ſuper complexione cho-

D lerica. Ex iis ſignis concluditur hanc eſſe iſtius complexionem, quo ad ambitum totius. Quantum verò ad membra principalia, quoniam orta atteſtantur principia, 2.Tech. & totius complexio ex membrorum principalium complexione reſultat: teneo membra eius principalia declinare à temperamento in actiuis per calidum,in paſſiuis verò per ſiccum prædominantia, ſub dominio tamẽ alicuius humiditatis. Incipiendo igitur à corde, dico ipſum eſſe calidi cordis, quòd ex

E amplitudine thoracis non ſequatur magnitudinem nuchæ, ſed potius cordis caliditatem, ſimiliter ex magnitudine pulſus, frequẽtia anhelitus inclinatione ad iracundiam & reliquis ſignis poſitis à Principe, & à Gal.2. Tech. In complexione cordis idem concludi poteſt per omnes ſcribentes in medicina.In paſsiuis verò teneo,quòd non multum declinat per ſiccitatem, propterea quia æger iſte, licet indignetur & iraſcatur,tamen non multum retinet iram, ſed facilè recedit ad lenita-

F tem, quæ arguunt potius humiditatem quàm ſiccitatem cordis: ſicci enim eſt benè retinere,4. Meteor. Quantum verò ad hepar, teneo ipſum per eaſdem qualitates à temperamẽto & ab æqualitate declinare,quod ex amplitudine vrinarum, ex piloſitate,ex multiplicatione choleræ vel cholerici ſanguinis, & ex aliis ſignis poſitis ab Auic. 2.3.& à Galen. 2.Tech.facilè poteſt declarari. His ergo duobus membris ad eaſdẽ qualitates declinantibus,puta ab caliditatem & ſiccitatẽ prædo-

G minantẽ,tota corporis cõplexio per eaſdem declinat,iuxta textum Galeni libro 2. Techn. quoniam ſi in ipſum concurrant principiorum vtrorumque craſeis, totum quidẽ corpus ſecundùm

idem perfectè diſponetur, nec poteſt cerebri frigi- A
ditas contrà operari caliditati iſtorũ membrorũ,
præſertim cordis: quoniam cerebrum nõ eſt crea
tum, niſi ad contemperandum cor, non autem ad
ipſum remouendum extra latitudinem propriæ
complexionis: hæc enim eſt Ariſtot. ſentẽtia 4. de
Gener. anim. & ferè etiam omnium Medicorum.
Dico tñ cerebrum iſtius ægrotantis eſſe comple-
xionis calidæ, comparando ipſum ad æquale ad
iuſtitiam, non tñ ad cutim: quoniam comparãdo
ipſum ad cutim tanq̃ ad medium genus, ſemper B
eſt frigidæ complexionis: ſed comparando ad æ-
quale, de quo conſiderant Medici, tunc erit com-
plexionis calidæ, non verò frigidæ. Statuo igitur
cerebrum huius eſſe calidæ complexionis, qđ ex
velocitate & promptitudine operationũ anima-
lium, ex venarũ etiam & capitis amplitudine, ex
caliditate eius ad tactum, & etiam ex dictis Auic.
1.3. & Gal. 2. Tech. In paſsiuis verò qualitatibus re
cedit potius per quãdam ſiccitatẽ, q̃ per multam
humiditatem. Cùm enim ſit bonarum operatio- C
num ſenſitiuarum interiorũ, boni ſcilicet intelle-
ctus & apprehenſionis, optimi diſcurſus, ideo in
cerebro ipſius nõ arbitror multam abundare hu-
miditatem: etenim huiuſmodi humiditas impe-
dit virtutes cerebri, ne huiuſmodi operationes
poſsit exercere, cuius oppoſitum in eo eſſe vide-
mus. Quamobrẽ concludam, complexionẽ cere-
bri eius ꝑ calidum & etiam ꝑ aliquam ſiccitatem
declinare. Et hæc de membris principalibus. Sed
quia ſtomachus licet non ſit membrũ principale, D
principalibus tñ immediatè deſeruit virtute præ-
paratoria: 1.1. cap. de Membris, ideo conſiderare
ipſius complexionẽ non videtur abs re. Cùm igi-
tur iſte æger, quãdo eſt ſanus, longè melius appe-
tat q̃ digerere poſsit, & frigidi eſt bene appetere,
& malè digerere: 1. Tech. & etiam 3.3. igitur ſtoma
chum eius frigidæ complexionis eſſe dico: adde
caliditatẽ hepatis eius intenſam, quę ſtomachum
potius rarefaciendo, & eius humiditatẽ ſubſtan-
tificam attrahendo infrigidat. Iſta igitur de natu- E
ralibus ætate, & complexionibus dicta ſint ſatis.
Quando igitur è naturali diſpoſitione labitur in-
firmus iſte, vt dictum eſt, in diſpoſitionẽ præter-
naturalem, vniuerſalem febrim ſcilicet, quæ iux-
ta ſententiam Iſaac, morbus eſt vniuerſalis cæteris
infeſtior: modò videndum eſt quæ ſit febris iſta,
& à quibus cauſis depẽdeat, & quæ ſint ipſius ac-
cidentia, vt rectius ad curam accedere poſsimus,
quæ nullo modo fieri poteſt, niſi ꝑ cognitionem
cauſarum: & ideò dicit Princeps, Non cures fe- F
brim, niſi prius cognoueris eam. Quantum ad co
gnitionem febris, cùm febres diuidantur penes
ſubiecta generalia & ſpecialia: dico quantũ ad ge-
nus, febrem iſtam non eſſe propter accenſionem
factam in ſpiritibus cordis, atq; ideo nõ eſſe ephi-
meram, nec etiam ꝓpter accenſionẽ factam in hu
miditatibus cordis, & conſequenter nõ eſſe mem
bralem, vel hecticã, non enim ſigna ſunt nec ephi
meræ, nec hecticæ: ſed quoniã putredo & inflam-
matio potius eſt in humoribus, vt ex ſignis febris G
humoralis, 1.4. eſt coniectare, ideo ipſam humo-
ralem & conſequẽter putredinalem ſtatuo. Cùm
autẽ febres putredinales in quadruplici ſint diffe
rentia, aliis omiſsis iudicaui hanc febrem depen-
dere potius à putredine choleræ, q̃ alterius hu-
moris, & ideo eam cholericam ſtatui. quod ex ſi-
gnis poſitis à Principe 1.4. facilimum eſt diiudi-
care. Nam & oris amaritudo, & labiorũ ſiccitas, &
cholericæ egeſtiones, & vrinæ citrinitas, quæ in
hoc ægrotante apparẽt ſimul cum acritate ipſius
febris, hanc eſſe febrem cholericam manifeſtè de-
monſtrant. Verùm quoniam febres cholericæ tri
fariam dicuntur, teſte Galeno 1. de Different. &
Auicenna 1.4. Quædam enim dicũtur continuæ,
quædam interpolatæ, quædam cauſonides: dico
hunc noſtrum ægrotantem pati febrem conti-
nuam: nam in eo nec frigus, nec horripilatio, nec
aliquod ſignum interpolationis apparet, ſed po-
tius aſsiduè affligitur. Sed quia continuarum eſt
non horrere, ægrotus autem eſt huiuſmodi: ergo
concludendum eſt ipſum pati febrẽ continuam.
Maior eſt manifeſta eſt Galeno 2. de Differentiis
febrium, & Principe 1.4. canone de Putredine, v-
bi inquit: Febres inſeparabiles continuæ non in-
cipiunt cum horripilatione, nec terminãtur cum
ſudore: minor verò ex infirmi relatione eſt mani-
feſta. Ergo, &c. Cùm igitur febrẽ continuam cho
lericam patiatur, modò videndum eſt, quæ ſpe-
cies choleræ ſit putrefacta: ſecundò, num ſit vna
continua, aut duæ continuæ. Teneo igitur, quòd
quoniam accidentia non ſunt multũ intenſa, ne-
que acuta, ex parte ſitis, doloris capitis, inquietu-
dinis, mordacitatis, caloris: hæc febris non depen
deat à cholera citrina, vel à cholera multum ſub-
tili, ſed potius aliqualiter craſſa, ſcilicet à cholera
vitellina notha, maioris famæ, ſcilicet per admix-
tionem choleræ cũ phlegmate, & fortaſsis etiam
minoris famæ: quoniam aliqua accidentia hæc
declarant, præterea quòd eiuſmodi humores di-
cuntur eſſe cauſæ corporales, vel antecedentes ta
lis febris, declarat regimẽ præcedens non ordina-
tum, ſed nec conueniens: quando enim quiſpiam
circa cauſas primitiuas & regimẽ ſex rerum non
naturalium non fuerit benè gubernatus, potiſsi-
ma eſt cauſa cur antecedentes humores alterẽtur
ac derelinquãtur à regimine naturæ, & putrefiãt:
cauſæ ſiquidem primitiuæ mouẽt antecedentes,
& ſi mouent ad putredinẽ, cauſant febres putre-
dinis, inquit Princeps 1.4. can. de Cura aliarum
febrium ephemerarum. Et de cauſis & ſignis talis
febris: vtrum autẽ ſit vna vel plures, teneo quòd
potius ſint duæ continuæ, quàm vna, quoniam
ſingulis diebus apparẽt excreſcentiæ manifeſtæ:
quemadmodum in duabus tertianis interpolatis
paroxyſmi eueniũt, omni die materia putreſcen-
te extra venas, ita eadem putreſcente intra ve-
nas poſſunt fieri continuæ duæ.

Habemus igitur & febrem putridam; vt dixi-
mus, cholericam continuam dependentem à cho
lera notha maioris famę, cum ſubdominio mino-
ris famæ, tanquã à cauſis antecedentibus & inor-
dinato regimine vitæ in omnibus ſex rebus non
naturalibus à cauſis primitiuis. Et ſic eſſentia e-
ius eſt nota ſimul cum cauſis & ſignis iam di-
ctis: accidentia verò hoc idem declarantia iam
enumerauimus, vtpotè de ſiti non multum cla-
moſa, &c. dolore capitis aliqualiter grauatiuo,
&

& aliquali inclinatione ad ſomnum potius, q̃ ad vigiliam, quæ omnia atteſtantur ſuper cholera à prædominio aliqualiter groſſa, notha, & maioris famæ. Ex his itaq; prognoſticum poteſt corollariè inferri, quod tamen cum reuerentia quadam pronunciãdum eſt, cùm propter continuitatem febris, tũ quia ſingulis tertiis diebus videtur deterius excreſcere febris: dixit namque Princeps, quòd deteriores ſint febres inſeparabiles: item Hippoc. Febres quæcunque non deficientes, tertia die deterius, vtplurimum periculoſa & mortalis. Ex his igitur patet, prognoſticum eſſe cum aliqua reuerentia pronunciandum. Ex altera parte, quando accidentia non ſunt multum intenſa, neque ægrum multum moleſtantia, & accidentia ſequuntur febrem, ſicut vmbra corpus, teſte Gal. 3. de Sympt. Cùm itaq; accidentia hîc indicent febrem non multum intenſam, ideo prognoſticum quoq; non ita malum eſt. Præterea iuuenis eſt, & iuuetus eſt plena ſpei, ſenectus verò plena deſperationis, dixit Ariſtoteles. Item febris hæc videtur proportionalis ætati & complexioni, & ægritudines proportionales minus ſunt periculoſæ: igitur, &c. Maior eſt Hipp. Aphor. illo, In morbis minus periclitantibus, &c. Habita igitur eſſentia ægritudinis, ſuppoſita naturali diſpoſitione & iam præuiſo prognoſtico, par eſt vt ad curam canonico modo accedamus. Iſtius igitur febris cura ſex pronunc complectitur intentiones. Prima regimen vitæ ordinat, ſecũda materiam minorat, tertia digerit, quarta euacuat, quinta accidentia corrigit, ſexta & vltima membra confortat: à præcedente enim ægritudine nõ parũ labefactata ſunt.

Regimen diætæ. Canon eſt Hippoc. quòd humidæ diætæ omnibus febricitantibus conueniunt, conſequenter etiam frigidæ: nam cùm febris morbus ſit calidus & ſiccus, diæta eius debet eſſe frigida & humida, illis qualitatibus contraria, quibus curatio perficitur, 3. Tech. quod dictum debet intelligi non ſolùm de euacuationibus, ſed etiam de regimine vitæ. Laudatur ergo pro ferculo panatella lota cum euulſione ſeminum melonum, quæ fit hoc pacto: Accipiatur mollitus panis, & ponatur in aqua aliqualiter calida, cumque ſteterit per ſpacium dimidiæ horæ, poſtea per pannũ lini rari coletur, & hæc colatura diſſoluatur cum lacte ſeminum melonum, & ad ignem in vaſe terreo decoquatur leni & liquida decoctione: euulſio autem ſeminum poteſt fieri aut in aqua pura, aut in brodio macri pulli. Quòd ſi adhuc pro ferculo volueris cibum dare, cui multæ à Principe attribuuntur laudes: conſulo vt iuſcula hordeacea exhibeas, quæ fiant aut ex ſucco hordei, aut ex farina hordei, & iſta fercula in his febribus laudantur. Sed diceret aliquis, Semina melonum & pariter hordeum eſſe aperitiua: hæc autẽ in præſentia non debent eſſe: ergo diæta non videtur eſſe conueniens. Huic reſpondetur, quòd quantacunque ſit prouocatio, tamen maius eſt iuuamentum ex refrigeratione & humectatione ſeminum, & aquæ hordei, quàm nocumentum illius paruæ prouocationis. Solet etiã fieri ius pulli alteratum cum foliis endiuiæ, lactucæ, bugloſſæ, vel etiam cum radicibus, ad reprimendam ma-

A lam complexionem calidam, & cum tali brodio diſſoluitur panis in aqua infuſus, & fiunt panatellę, & ſic in caſu iſtius Domini proceſsimus, exhibendo nunc iuſcula hordacea, nunc etiam panatella iam dicta pro ferculo. Carnes etiam fuerunt exhibitæ pulli parui, qui in hyeme ſunt meliores, in æſtate verò exhibuiſſem pullos paruos nondum calcantes, nec diæta fuit multum ſubtiliata, nec exhibita eſt groſsior, quoniam materia non fuit multum ſubtilis, virtus etiam refocillari B debuit. Et licet proceſſerim ſic cũ diæta non multum ſubtili in principio, vt virtus ſufficeret, ad ſtatum tamen in ſtatu diætam ſubtiliauimus, ne virtus impediretur à criſi, quæ vtplurimum fit in ſtatu ægritudinis, teſte Gal. 1. de Criſi, & ideo ſeruauimus etiam dictum Hippoc. 1. Aphor. Vbi ſteterit ægritudo, tunc tenuiſsima diæta vtendum eſt. Vinũ exhibuimus tenue in virtute, coloris albi, ſaporis acris, dilutum cum aqua coriandrata. Nec volui abſtinere eum à vino propter conſuetudi- C nem, cui aliquid donandum eſt: tum etiam quia nullum aderat accidens de dolore capitis, alienatione, inſomnietate, & reliquis quæ vinum prohiberent. In fructibus nihil hactenus exhibitũ eſt, ſed quandoq; exhiberi poteſt coriandrum præparatum cum cooperatione ſacchari, vel fruſtum cidonij conditi ſine ſpeciebus. Alios tamen fructus minimè exhibendos teneo, febre perſeuerante, quoniam dixit Princeps 1. 4. quòd omnes fructus noceant febricitantibus, cùm ebullitione ſua cor- D rumpantur in ſtomacho. In proceſſu verò diæta magis ingroſſabitur, ſecundùm declinationẽ febris & accidentium remiſsionem. Notandum tamen eſt, quòd virtute exiſtente multũ debili, ſolemus iſtos febricitantes cibare cibariis paucæ ſuperfluitatis, facilis digeſtionis, & optimi nutrimenti: virtus enim debilis in primis eſt refocillanda, quoniam virtus morbum ſuperat, inquit Princeps 1. 4. non Medicus, qua deficiente nihil profuit, nec ſuccedit ſanatio. Cibaria verò boni nutri- E menti & facilis digeſtionis enumerantur à Principe in 3. 1. & 4. 1. & à Meſue, ſuntq; hæc: primò vinum odoriferum, quod eſt de maximè & fortiter reſtaurantibus, ſecundo loco oua ſorbilia, tertio hepata gallinarũ, quarto teſticuli gallorum, quinto extremitates alarum: hæc enim in febribus ſæpius exhiberi ſolẽt, vbi virtus defecerit. Conſtante autem virtute mediocriter, vel ſubtiliter cum cibariis ſupraſcriptis eſt diætandus, non tamen multum repleri debet: quoniam impura corpora F quo magis nutries, eo, &c. Præterea dixit Princeps, Licet cibus ex vna parte ſit amicus virtuti, ex altera tamẽ parte eſt inimicus, quia eſt amicus inimici eius. Et ideo omnia hæc diligenter conſideranda. At verò ſi accidens aliquod ſuperaret in febribus, aut ꝓpter malignitatẽ humoris peccantis, aut ꝓpter putredinẽ intenſam aut aliqua alia ex cauſa, quod quidẽ accidens multũ virtutẽ proſterneret, potiſsimùm vitalem in hoc caſu procedendum eſſet, nõ ſolùm cũ ſupraſcriptis cibariis, G ſed etiam cum aqua carnis, & inquit Princeps 2. 3. & in libello de Viribus cordis, ſummoperè reſtaurat ſpiritus, & virtutem viuaciorem reddit. Talis autem aqua carnis conficitur hoc modo, præſer-

tim ſtante febre. Primò accipiatur gallina bene carnoſa,& nō antiqua, aut capo carnoſus, & non pinguis,decolletur,& deinde depiletur abſq; impoſitione in aqua calida: poſtmodum exenteretur, & auferatur omnis pinguedo ab eo, dehinc tota eius caro pectoris & coxarum diſcindatur in minuta fruſta, quæ abluantur cum aqua roſacea, aut violarum, & cum modico vini albi odoriferi, poſtea carnes ita ablutæ aſpergantur hoc puluere cordiali:

R. Corallorum rubeorum,alborum ℈.ij.
Margaritarum non perforatarum ʒ.j.
Foliorum auri puri num.vj.

Miſce,& fiat puluis ſubtilis,cum quo aſpergantur carnes,& inuoluantur in eo: deinde ſic præparatæ ponantur in phiala vitrea magna, & cum his carnibus etiam poſſunt imponi 10. aut 20. aurei, qui nullum patiuntur detrimētum: tum vlterius os phialæ benè obturetur cū paſta,aut cum ſtuppa inuoluta in pecia, & cum charta pergamena, aut cum bona pecia cooperiatur totum os phialæ, & ligetur cum fune ſubtili: quo facto accipiatur cacabus,aut caldeare ad minus quatuor ſitularum Italicarum aquæ, & appendatur cathenæ ad ignem cacabus iſte ſic aquæ plenus, & accipiatur phiala,& imponatur in caldarium, ita vt ꝑ 4. aut 5. digitos non tangat fundū caldarij,& ꝑ totidem digitos ſtet ſuper aquā appenſam cathenæ cū aliquo fune. ſumatur deinde pes illius caponis non coctus,& ponatur in aqua caldarij,& permittatur bullire in tali aqua extra phialā, donec pes bene coquatur: poſtquam verò pes bene fuerit coctus, accipiatur phiala & ſuccus iam expreſſus à tali decoctione facta,&c. in duplici vaſe, vno ſcilicet vitreo,& altero terreo, vel æneo, deponatur in mundo vaſe vitreo, vel argenteo,&c. talis ſuccus, qui à Principe in libello de Viribus cordis, appellatur aqua carnis, de qua aqua carnis poteris in omni ferculo exhibere, vſq; ad cochlear v-num: & vbi virtus fuerit debilis valde, etiā abſq; ferculo ꝓpinari poteſt: neq; enim eſt aliud cordiale,quo tam citò virtutem cordis reſtauramus,cor confortamus,ſpiritus vitales viuificamus,& quo totum corpus fortificatur, &c. ſicut eſt hæc aqua carnis, & fortaſſe non minor eſt eius reſtauratio, q̃ illa,quę fit ex vino albo odorifero:& poteſt hęc aqua tutò adminiſtrari in febribus,quoniam non eſt multæ caliditatis, propter permixtionem eorum quæ cum ea abluuntur, & eſt longè melior, quàm ſublimata,quę fit in alembico:quod ſæpiſſimè ſum expertus. Quòd ſi febris eſſet valde intenſa, & multum acuta, adminiſtrādi ſunt aliqui flores cordiales, aliqua etiam ſemina frigida,complexionem febrilem remittentia,vt:

R. Florum violarum,
Nenufarum ana ʒ.j.
Bugloſſæ,
Boraginis ana ʒ.s.
Seminum melonum mundatorum,
Batecæ,vel Languriæ ana ʒ.j.s.

Miſce omnia cum carnibus inuoluta,vt ſuprà, ponantur in phiala,& decoquātur vt ſuprà: præparat enim ſtante febre ſubitò mirabiliter. Abſoluta regula cibi & potus, veniendum eſt ad aerem,qui etiam declinet à temperamento per frigidum & humidum: & ſi naturaliter talis nō ſit, artificio alteretur,vt reddatur frigidus &humidus, cum herbis ſcilicet, fructibus & floribus, & aliis huiuſmodi aerem rectificantibus, ſicut etiam in hoc caſu fecimus. Circa inanitionem & repletionem,iam dictum eſt de repletione in regimine cibi & potus: inanitio autem fit cum his quæ infrà dicentur. De exercitio nihil interim dico, quoniam ipſe in lecto iacet: poſſunt tamen in hora declinationis febris aliquæ frictiones fieri in brachiis & tibiis, leues tamen, & teneram facientes carnem & humores, non autem inflammantes: quæ quidem in febricitante exercitij locum ſupplent, ac etiam in ſanis, vt docet Princeps capite de Exercitio. In accidentibus animi ordinamus gaudium & lætitiam, quoniā iræ & triſtitiæ proſternunt vires, & exterminant virtutem, 3. Tech. Spes etiam ſemper iniungenda eſt, quoniam in omni ægritudine confortare mentem, & bene ſe habere ad oblationes, bonum: contrarium verò malum Hippocrates dixit. Et hoc modo completur prima intentio, quæ in regimine vitæ, & ſex rerum non naturalium conſiſtit.

Minoratio materiæ. Occurrens igitur huic Nobili viro febricitanti,vt diximus,febre dependente à multitudine humorum ſuperius dictorū,decreui ante eradicatiuam euacuationem, aliquantiſper minorare materiam: nam ſtante multitudine, par eſt eā paulatim euacuare, vti virtus aliquantiſper exonerata fortior fiat ad materiam digerendam, & etiam euacuādam eradicatiuè. Iuſſi ergo, omnibus conſideratis, hoc ſumere minoratiuum:

R. Florum caſsiæ nouiter extractæ ℥.j.
Electuarij lenitiui ℥.s.
Sacchari q.ſ.

Miſce, & fiat dactylus. Quòd ſi in forma boli accipere voluiſſet,diſſoluiſſem tale minoratiuum cum aqua endiuię,cichorij,acetoſæ ana ℥.j.s. propinaſſem duabus aut tribus horis ante cibū. Sic etiam eodem modo exhibui bolum, à quo materia ſatis conuenienter minorata eſt, & in quanto, & in quali ſatis conuenienter educta: quod vbi fuit abſolutum, deueni ad tertiam intentionem, quæ eſt materiæ digeſtio.

Digeſtio materiæ. Quoniam materiam euacuare non debemus,niſi prius fuerit digeſta,iuxta canonem Hippocratis, Digeſta medicari, &c. propterea celebrata iam minoratione ad digeſtionē iam properandum eſt: hoc igitur digeſtiuo in hoc caſu vſus eſt:

R. Syrupi acetoſi ℥.j.
De endiuia ℥.j.s.
Aquarum endiuiæ, Cichoriæ,
Acetoſæ ana ℥.j.

Miſce, &c. Poſt celebratam digeſtionem, quæ in principio fit, nunc non aperientibus,nec multum ſubtiliantibus accedendum eſt ad quartam intentionem, eradicatiuam ſcilicet purgationem humorū cauſantium febrim. Euacuationem adhibemus nunc purgantē electiuè choleram,qualiter diximus eſſe corporalem materiam ipſius febris,& ſic eam præparauimus:

R. Pru-

R. Prunorum Damaſcenorum num.iiij.
Granorum ſebeſten num.vj.
Florum violarum,
Bugloſſæ,
Boraginis ana ʒ.j.ſ.
Seminis endiuiæ ʒ.ſ.
Aquarum cichorij,
Lupulorum,
Endiuiæ ana q.ſ.
Miſce, & fiat decoctio ſecundùm artem.
R. Dictæ decoctionis ℥.iij.
Rhabarbari electi inciſi ʒ.j.
Spicæ gr.ij.
Vini albi odoriferi ʒ.j.ſ.
Miſce, & fiat infuſio per 6. aut 7. horas, poſtea ꝑ rarã petiam fiat expreſsio, & expreſsioni adde,
Electuarij lenitiui ℥.ſ.
Floris caſsiæ nouiter extractæ ʒ.vj.
Mannæ electæ ℥.j.
Syrupi violati ℥.ſ.
Succi roſati puriſsimi ʒ.iij.

Miſce, & fiat potio. Pro huius infuſionis ſcire debetis me dixiſſe, decoctionẽ fieri debere ſecundùm artem, quoniam flores illi non debent imponi in principio decoctionis, quia virtus ipſorum cum multa decoctione diſſolueretur: & de hoc admonẽdi ſunt aromatarij. Exhibui etiam in decoctione pruna & ſebeſten, quoniam multum leniunt, & in tali humore multum cõueniunt. Tamarindi etiam à me fuiſſent poſiti ꝓ choleræ extinctione: ſed quia patiens noſter vexatur in ſtomacho, & tamarindi ſtomacho nocent, ideo volui ab eis ſuperſedere. Semina etiam ſunt addita pro remiſsione malæ complexionis ipſius hepatis, volui etiam vt rheubarbarum imponeretur in infuſione: nam per infuſionem melius educitur cholera, quàm ſubſtantiam. Spicam & vinum album appoſui, quoniam iſta corrigunt rheubarbarum, vt dixit Meſue, cap. de Rheubar. Volui etiam rhabarbarum infundi in decoctione illa, quæ debet actu eſſe calida per ſeptẽ horas, vt virtus eius melius imprimeretur, & partes illæ ſubtiles, quæ choleram ſoluunt, melius extrahi poſſent. Addidi etiam infuſioni & expreſsioni electuarium lenitiuum, quod nõ ſolùm choleram ſubtilem, ſed groſſam etiam aliqualiter tam phlegmati, quàm melancholiæ coniunctã educit. Caſsiam addidit, quoniam leniendo purgat choleram: ſyrupũ violatum, qui etiam lenit, ſuccum roſatum purum, q etiam parum educit: ſed ſimul ſtomachum, cor, & caput cõfortat. Hæ ſunt cauſæ & rationes, quæ mihi ſuaſerunt pharmacum in hoc caſu ſic componere, quomodo ſumere oporteat, &c. Quærat autem quiſpiam, cùm ſint fortes euacuationes, altera per phlebotomiam, altera per pharmacum, quare non vſus fuerim ante pharmacũ ipſa phlebotomia, cùm ea euacuet humores peccantes, & corpus etiam infrigidet, & ſic febrem minuat. & dicit etiã Princeps 1.4. cap. de Cura per phlebotomiam in generali: Si phlebotomia non fuerit facta vſq; ad quartum, nõ eſt amplius intentio eius. Huic reſpõdeo, nec phlebotomiam talem in hoc ægrotãte nunc me feciſſe, etſi habuerim rationes in oppoſitum, quarum prima hæc eſt: Iſte ægro-

A tus patitur febrẽ continuam, cuius minera eſt ad intra venas, vt iam dictum eſt, ergo phlebotomia ei neceſſaria eſſet. Præterea iſte ægrotat tempore Veris, in quo ſæpe mouetur ſanguis, & ebullit, quæ ebullitio & motio ꝓhibetur inciſione venæ, ergo, &c. Et hac ratione credendum eſt ſanguinis permixtionem fuiſſe cum aliis humoribus. Neceſſaria ergo fuiſſet phlebotomia. Præterea dixit Gal. 2. Therap. quòd non ſolùm in ſynocha, ſed in quacunq; putrida ſit ſecanda vena, &c. Ergo fieri
B debebat, &c. Præterea phlebotomia etſi non ſit neceſſaria, fieri tamẽ debebat, vt virtus reddatur fortior ſuper reſidua materia conficienda, & teſte Principe 4.1. cap. de Phlebot. ergo propter hunc textum fieri debebat. Non obſtantibus tñ his rationibus, eam facere volui propter fundamenta, quibus mediantibus diſſoluũtur, vt ſequitur. Ad primũ, quando dicitur quòd eſt febris continua, concedatur: ſit ad intra venãs, concedatur. Ergo
C ꝓpter hoc fieri debet phlebotomia, &c. Negatur propter certas rationes, quæ propter clariorũ notitiam præſupponendę ſunt. Primò, quòd in omni putrida febri competit phlebotomia, quando materia eſt mixta ſanguini. Secundò, quòd talis mixtio in primis cognoſcitur ꝑ vrinam rubrã, rubedinem quandã fuſcam, & per groſsitiem eius: vbi verò vrina ſe oppoſito modo habuerit, ſcilicet alba, diſcolorata, aut citrina ignea, tunc nõ atteſtabitur mixtioni ſanguinis, ſed alterius potius humoris. Tertiò ſuppono, quòd vbi viderimus phle-
D gmatis aut choleræ dominiũ, phlebotomia nullo modo fieri debet. Sumitur hoc ex Principie 4.1. cap.20. vbi inquit: Caue ne ægrũ ad alterã inconuenientiarum perducas, aut humorũ cholericorum ebullitionẽ, vel frigidorũ incrudationẽ. Vltimò ſuppono febrem huius Dñi nec fuiſſe ſanguineam, vt diximus: ſed potius cholericam, dependentem à cholera ſatis ſubtili & citrina, cuius ſigna erant acutus dolor capitis, inquietudo, ſitis, & vrinæ citrinæ, ſubtilis valdè, choleræ dominiũ
E maximè declarantes. Quibus ſtantibus facilè ad obiecta reſpondetur, & primò, vt dixi, negando conſequentiam: quoniam licet materia ſit ad intra venas, in hac febri tñ veritus ne ex phlebotomia cholera magis inflammaretur, ideo abſtinui, & propterea non valet. Humores ſunt ad intra venas, quos phlebotomia educit, ergo, &c. Reſpondeo ad minorem, quòd vera eſt, quando ſunt multum cum ſanguine permixti: verùm ſi fuerint à ſanguine ſeparati, vt in iſto caſu, educitur potius
F ſanguis, qui eſt frenum choleræ, q̃ cholera ipſa, & ita maius eſſet nocumentum. Similiter reſpondeo ad aliam ſententiam, vtpotè Principis, Phlebotomiam eſſe faciendam ante quartam, dico vt ſuprà, hoc eſſe verum, quando humores ſunt mixti ſanguini. Ad illud Galeni quando obiicitur, quòd non ſolùm in ſynocha, ſed in qualibet putrida, &c. Dico hoc verum eſſe, quando materia mixta eſt ſanguini: & hæc etiam eſt expoſitio Gentilis, prima quarti, capite primo, de Cura
G febris in generali. Ad aliud, quando dicitur quòd tempore Veris mouetur ſanguis, &c. Dico hoc eſſe verũ, vt in plurimis, cum hoc tñ conſtet, quòd hoc etiã tẽpore mouẽtur alij humores & ducũtur

in putredinem,ſic in caſu apparet: in quolibet enim tempore omnes fieri poſſunt ægritudines,& à quocunque humore venientes. Hippocrates & Galenus 3. Aphor. part. Ex his patet reſponſum ad argumenta ad oppoſitum,& verificatur etiam opinio noſtra: quare in hoc Domino complexionis cholericæ,febri cholerica laborante,cum omnibus ſignis dominij choleræ multum ſubtilis, cum vrinis igneis citrinis à phlebotomia abſtinere volui, ſed exhibui ei duas pharmacias: etiam nunc procedo cum ſyrupis aliqualiter magis ape- B rientibus, vt docet Princeps in Canonibus vniuerſalibus, vnde ei & nunc exhibeo ſyrup. talem:

R. Syrupi Byzantini non completi ℥.ij.
Acetoſi,
De radicibus duabus ana ℥.s.
Geleniabin ʒ.ij.
Aquarum capillorum Veneris,
Abſynthij,
Endiuiæ ana ℥.j.

Miſce. Deinde præparabo me ad aliam fortaſ- C ſe infuſionem, cui addam & agaricum,& alia electuaria ſecundùm emergentem neceſsitatem. Et quia poſt purgationẽ poſsimus deuenire ad accidentium curationem,ideo conferam me ad aliam intentionem, quæ eſt accidentium correctio, & ita tu etiã facere poteris in ſimilibus caſibus. Accidentium quæ in hoc febricitante apparuerunt, ſunt primò ſitis intenſa,dolor capitis pungitiuus & acutus,oris amaritudo,dolor dorſi cum caliditate in renibus percepta, & cardiaca paſsio. Non D eſt mirũ quòd apparuerit ſitis, quoniam ex præſentia choleræ calidæ & ſiccæ, humidum ſtomachi raridum ex ſiccitate remanſit, & deinde ſitis apparuit.Preterea amaritudo oris poteſt in ſuam cauſam facilius reſolui, quoniam cholera dicitur eſſe amari ſaporis: quare & vapores ab ea eleuati amari exiſtentes, os & palatũ potenter inficiunt ipſum tali ſapore. Quòd etiam dolor capitis,præſertim pungitiuus apparuerit, facilè declaratur: nam à materia putreſcente cholerica,ſubtiles ele- E uantur fumi,ventriculos cerebri petentes lædũt, & in eis inducunt malam complexionem, eis penitus contrariam, & talem dolorem. Dolor enim dixit Princeps 5. part. nihil aliud eſt,quàm rei con trariæ ſenſibilitas. Inquietudo autem illa & velu- ti fractio in totum corpus, non aliunde inſurgit, quàm ex vaporibus eleuatis à materia putreſcente per vniuerſum corpus volitãtibus, qui ſua mala qualitate talem læſionem inducunt. Dolor autem dorſi fit ex nimia ebullitione ſanguinis, prò- F pter præſentiam materiæ cholericę multę,facientis ipſum ebullire. Deſcendens ſimiliter ſanguis ad ipſos renes per venam cauam, alterans ipſos nimia caliditate,dolorem cauſat. Nec mirabile etiam eſt, ſi aliquã percipit tenſionem cordis, aut cardiacam paſsionem, cùm febris ſit calor accenſus in corde, prima quarti: non eſt mirum quòd facta eius nimia accenſione, cor deficiat à debita ſua euentatione & refrigeratione. Vnde talis anxietas cordis cauſatur. Hoc igitur modo acciden- G tia omnia conatus ſum in ſuas cauſas reſoluere,vt his cognitis per propriam cauſam canonicã, poſſit cura adhiberi. Quãtum igitur ad ſitim & amaritudinem oris, iuſsi vt pro eius remotione primùm ablueret os cum aqua ſimplici decocta: ſecundò,quòd acciperet aliquid de granatis in ore ad choleræ extinctionem: ſimiliter etiam conceſſi poma aurantia in pauca quantitate, & ad vlteriorem ſitis extinctionem, ordinaui quòd ſæpius acciperet de hoc ſyrupo longo:

R. Aquarum endiuiæ ℥.viij.
Bugloſſæ,
Acetoſæ,
Cichorei ana ℥.iiij.
Iuleb violati ℥.j.s.
Vini granatorum inciſorum ℥.j.

Miſce,& fiat ſyrupus longus. Cum hoc ſyrupo extinguebat ſitim, de eo deglutiendo parum, vel potius abluendo os tantùm. Et in hoc ſeruaui canonem Auicennæ in capite de Cura febris acutæ in generali: Aſsiduari gutturi ægrotantis ægritudinem calidam, aliquid quod os humectet ita, vt non exiccetur. Sæpius ſimiliter adminiſtraui aquam hordei,cum qua choleram colluebat in ore exiſtentem. Et cum huiuſcemodi remediis ſecuta eſt alleuiatio, quantum ad ſitim, amaritudinẽm oris & ſiccitatem linguæ & faucium: nec fuit neceſſe deuenire ad fortiora humectantia & infrigidantia, quoniam hæc viſa ſunt ſufficientia. Vbi verò in hoc maior fuiſſet intentio, proceſsiſſem cum mucilaginibus, aut pſylij, aut cidoniorum, aut cum aliquo alio infrigidante recente in ore. Et hoc quantum ad oris accidentia. Dolorem verò capitis remoui, ac penitus abſtuli cum frictionibus in humeris, & tibiis,& brachiis,etiam cum ventoſis applicatis: dimiſi lotiones,dimiſi exirhodina, & alia, quæ pro dolore capitis fieri conſueuerunt,de quibus latius poſtea, ſi Deus voluerit, ſcribemus. Fractio verò illa & tota inquietudo cum leuibus frictionibus leuiter factis in totum corpus,& poroſitates aliquantiſper aperientibus remota ſunt: expulſis enim vaporibus, cũ huiuſmodi apertione ſtatim ceſſauit inquietudo. Dolori & tali qualitati dorſi opitulati ſumus cum tali vnguento:

R. Infrigidantis Galeni ℥.j.s.
Camphoræ gr.ij.

Miſce. Cum hac inunctione renibus applicata iuuatus eſt ex dolore & mala complexione calida. Cardiacam verò paſsionem curauimus cum cordialibus applicatis internis & externis. Exter nis quidem cum hoc epithemate:

R. Aquarum roſarum ℥.s.
Bugloſſæ,
Boraginis,
Acetoſæ ana ℥.iiij.
Specierum cordialium temperatarum ana ʒ.j.
Corallorum rubeorum,
Sandalorum rubeorum ana ʒ.s.
Vini aromatici,
Aceti albi ana ʒ.s.

Miſce, & fiat epithema pro corde. Hoc epithema ſæpius fuit applicatum cum panno ſerico tincta de grana,& infundimus in tale epithema actu calidum,non tamen exceſsiuè, & fiat conueniens expreſsio,& cordi applicetur tantiſper, do- nec

nec infrigidetur:deinde permutetur per quatuor aut quinque vices. Ex hoc epithemate percepit is Dominus iuuamentũ mirabile. Præterea quia in nocte non poſſunt conuenienter iſta cordialia humida applicari, loco ipſius ordinaui vnguentum cordiale huius deſcriptionis:

R. Olei violati,
Roſati,
Nenupharini ana ʒ.j.
Specierum cordialium temperatarũ ʒ.j.
Corallorum rubeorum ℈.ij.
Croci gr.ij.
Ceræ albæ q.ſ.

Miſce,fiat vnguẽtum molle. Cum hoc vnguento inungatur regio cordis, & ſuperponatur pannus aut ſericus, aut lanea tinctura granata, & illud operabitur idem quod epithema. Noctu etiam poteſt applicari.Et hæc ab extra.Ab intra verò ad cordis confortationẽ ordinaui electuarium.

R. Saccari violati ℥.j.ſ.
Bugloſſati,
Boraginati ana ℥.ſ.
Corallorum rubeorum,
Margaritarum nõ perforatarum ana ℈.j.

Miſce, & cum ſyrupo violato fiat mixtura, ex qua mixtura,vel electuario propinamus ad quantitatem auellanæ in qualibet hora,& multum cõtulit: poteſt etiã deaurari, vt melius lætificet cor. Et hæc ſufficiant pro quinta intentione. Vltima intentio confortatio membrorum principalium, conueniens eſt vt mẽbra quę ex febre,variis item & diuerſis euacuationibus & multis accidentibus debilitata ſunt,vt tandem reſtaurentur, confortentur,& aliquantiſper viuificentur: quoniam quæ membra ſunt debilium virtutum,ipſis debilitatis virtutibus, virtutes ſuas minimè exercere poſſunt. Cùm igitur ſtomachus & epar,aliquantiſper debilitata ſunt, inprimis his duobus mẽbris opem ferre conabimur:ſimiliter etiam ipſi ſpleni, vt melius depurare poſsit ſanguinem ab humore melancholico, nec cor etiam principaliſsimum membrum prætermittendum eſt. Stomachum igitur, hepar, & ſplenẽ ac ferè etiam intima membra cũ trochiſcis apertiuis confortare poſſumus, qui trochiſci in declinatione febrium debent propinari, & multum laudantur ab Auic.1.4. cap.de Cura febr.in generali. Huic igitur domino in declinatione exiſtenti,trochiſcos tales ordinaui:

S. Trochiſcorum de abſinthio,
Trochiſcorum diarrhodon,
Trochiſcorum de capparibus ana ℈.j.

Formentur pilul.3. cum aqua abſinthij:has pilulas exhibui ſingulis tertiis dieb⁹:nam trochiſci de abſinthio mirificè confortant ſtomahum, &c. diarrhodon epar ipſum,de capparibus verò ſplenem.Præterea in die quã non accepit trochiſcos, exhibui talem confectionem in rotulis.

R. Specierum tria ſandalorum ʒ.j.
Diarrhodon Abbatis ʒ.ij.
Succari q.ſ.

Miſce,& cum aqua cichorij fiat confectio in rotulis, de qua patiens accipiat rotulam vnam manè 2.horis ante prãdium. Vlterius pro ſtomacho roborando adminiſtratum fuit hoc linimentum:

A R. Olei ſpicæ,
De abſinthio ana ℥.j.
De cidoniis ℥.ſ.
Corallorum rubeorum,
Coriandrorum præparatorum ana ℥.ſ.
Cinamomi electi,
Garyophyllorum,
Nucis muſcatæ ana ℥.ſ.
Ceræ parum.

Miſce,& fiat vnguentum molle. Hoc vnguen-
B to feci vt inungeretur ſingulis diebus, per duas horas ante cibum manè & ſerò. Et quoniam in ſplene videbatur quædam tenſio, volui vt ſplen inungeretur hoc linimento.

R. Olei de capparibus,
Chamomillæ,
Liliorum alborum ana ʒ.vj.
Florum tamariſci,
Scolopendriæ ana ʒ.j.
Seminum portulacæ,
C Agni caſti ana ʒ.ſ.
Aceti parum,
Ceræ q.ſ. ad incorporandum.

Miſce,& fiat vnguẽtum molle. Vltimò ordinaui talem confectionem in morſellis, qua vteretur poſt cibum in menſa.

R. Fiſticiorum præparatorum ℥.ij.
Amygdalarum dulcium,
Pinearum præparatarum ana ℥.j.ſ.
Seminum melonum ℥.j.
D Corallorum rubeorum ʒ.j.
Margaritarum non perforatarum ʒ.j.ſ.
Succari optimi q.ſ.

Miſce,& fiat confectio in morſellis iij. pro morſello vno drachmæ intrent, & ex confectione hac fit beneficium in aperiendis oppilationibus in confortãdo ſtomachum, epar & omnia membra, & ex ea ſummoperè refocillatur virtus. Aliud in morſellis præcipuè,ſi calor adhuc reliquus ſit latens, &c.

E R. Amygdalarum dulcium ℥.j.ſ.
Seminum melonum ana ℥.j.
Corallorum rubeorum ʒ.j.
Margaritarum non perforatarum,
Pulpæ caponis ana ℥.j.ſ.
Succari q.ſ.

Miſce, & cum aqua boraginis & roſarum fiat confectio in morſellis, &c. Et hæc pro membrorum confortatione, & vltima intentione exhibita
F fuêre.Deo patri cœleſti ſit honor,laus & decus in omne æuum.

Conſultum Collegij Medicorum Patauinorum factum de cauſis lethalium febrium Patauinam ciuitatem infeſtantium, ad Sereniſſimum Ducem Venetum.

PER hoſce proximos annos, Sereniſsime princeps,Illuſtriſsimiq; Senatores,multis acerbiſsimisq; languoribus Patauina ciuitas ſæpius ac fermè aſsiduis vexa-
G ta eſt torminibus ſcilicet, lippitudinibus, tuſsibus, raucedinibus, anginis, grauedinibus variis, ac perniciofis febrium generibus, illis præſertim in quibus totius corporis ſudor,& præcipuè ma-

culoſa cutis apparet, vulgoque petechiæ nomi-
nantur: à quo ſanè febrium genere complures
mortales perditi ſunt. Verùm hoc potiſsimum
anno hæ mortiferæ febres in Patauinũ populum
atrociſsimè ſæuiunt, diuites pauperesque conſu-
munt. Vnde propè iam effectum eſſe videtur, vt
quæ ciuitas olim aeris ſalubritate atque clemen-
tia cunctis aliis anteponenda aut certè nulli poſt-
ponenda eſſe cenſebatur, modò omnibus infe-
ſtior peſtilentiórque à pleriſque iudicetur, ac mul
ti qui ſe in ipſam bonarum artium diſcendarum
cauſa contulerant, nunc in patriam aut in alia
Gymnaſia partim ſe receperint, partim recipere
cogitent. Hanc rem cum ipſius ciuitatis Orato-
res ad illuſtriſsimos Dominos noſtros retulerint,
patriamque ſuam tam moleſtè conflictari cõque-
ſti ſunt, cauſam tantæ calamitatis quædam ma-
chinamenta eſſe dixerunt, quæ ad coercendas flu
uij aquas à curſuq; retardandas extra vrbis mœ-
nia atque intra extructa ſunt, quæ ſtagnantes at-
que putreſcentes humana quoq; corpora putre-
faciant, & variis ægrotationibus obnoxia reddãt.
Hæc cũ benignè humaniterq; veſtræ clariſsimæ
Dominationes audiuerint, rem haud eſſe negli-
gẽdam ratæ, ac ne latius malum ſerperet maturè
proſpiciendum eſſe Patauinorum Medicorum
collegio per literas præceperunt, iuſſeruntque, vt
iſtorum morborum cauſas diligentiſsimè con-
templarentur, deinde quid per ipſos indagatum
exploratumque ſit, ipſos ilico facerent certiores.
Ipſarum igitur ſanctiſsimo præcepto obtempe-
rantes, & patriæ ſaluti conſulere cupientes, rem
hanc exactiſsimè ſubtiliſsimeque diſputauerunt,
ſententiamque ſuam firmiſsimis vt cenſent argu-
mẽtis roboratam ampliſsimis ſapientiſsimisque
Dominationibus veſtris hunc in modum per lite
ras ſignificare voluerunt. Vt propoſitum clarius
explicari enucleariique poſsit, prius ſub quo gene
re morbi iſti locandi ſint, videndum eſt: ita nam-
que expeditius iter ad eorum cauſas ſcrutandas
eruendasque nobis inuenietur. Et quoniam nul-
lus inter ipſos eſt, qui nos magis terreat, maio-
remque cladem inferat, quàm febres hæ cum ma
culis puſtulisque coniunctæ, ideo de iſtis præci-
puè noſtra conſumetur oratio. Ex morbis qui hu
mano ingruunt generi, aliqui ſunt communes, &
populos vniuerſos inuadẽtes, vnde & populares
dicti ſunt, à Græcis ἐπιδημικοί vocantur & πάγκοινοι,
id eſt omnibus communes: alij ſingulorum homi
num ꝓprij, quos Græci σποραδικὲς, id eſt, ſparſos
vel ſeminatos vocant. Item popularium morbo-
rũ quidam alicui ciuitati ſunt peculiares, vt exem
pli cauſa, Clodianis lienis iecinorisque & fellis
ſuffuſiones, Ferrarienſibus crurum tumores & vl
cera, Brixienſibus Bronchocile: & ſic de reliquis.
Hoc genus morbi ἐνδήμιον Græci vocant, Latini ca
rẽt nomine. Alij ſine diſcrimine & generatim cun
ctas regiones & populos peragrant, qui nomine
generis ἐπιδημικοὶ ſiue populares nominantur. Rur
ſum iſti Epidemij languores, ſi pernicioſi ſunt, &
mortales iugulant, peſtiferi iam ſunt & dicuntur,
atque hæc peſtilentia & peſtilens febris vocatur:
nonnunquam enim peſtilens febris ſine peſtilen-
tia reperitur, vt docet Galenus in tertio de præſa-

A gio ex pulſibus, & 3. de Morb. vulgaribus, ſect. 3.
com. 58. Hoc autem intereſt iudicio noſtro inter
peſtilentiam & peſtilentem febrem, quòd illa plu
res & citius enecat, magisque contagioſa eſt, & in
inguinib. aut ſub axillis fit ſemper, nõnunquam
& poſt aures carbunculi exoriuntur: in hac verò
in toto corpore, ſed maximè in dorſo puſtulę quę
dam in genere exanthemata vocantur, ſiue macu
læ etiam pulicum punctionibus ſimiles perſæpe
conſpiciuntur: interdum verò & ſine his, licet ra-
B rius, peſtifera febris exoritur, quę per alia ſympto
mata paulo pòſt referenda dignoſcitur. Hæc mor
borum diſtinctio & declaratio ex Hippocrate &
Galeno accipiuntur in primo de Ratione victus
ſententia nona, & in primo de Morbis vulgaribus
ſect. 1. com. 1. in 2. de locis, aere & aqua in 3. Epid.
ſect. 3. ſentent. 20. & 58. Hæ igitur febres quæ nũc
paſsim ciuitatẽ Patauinam miſerabili ſtrage deua
ſtant, debent ne ſimplici nomine populares voca
ri? ſecundo vtique modò appellabimus, ſi Gal. au
C dire volumus 3. de Morbis popularib. ſect. 3. com.
20. ita dicentem: Neque enim alicuius morbi no-
men eſt popularis vel peſtilens, ſed cum aliquo
in loco multos idem infeſtat, morbus popularis
iſte vocatur: ſi autem ipſi accidit vt interficiat, pe-
ſtilens eſt. Amplius 1. de Morbis vulgarib. ſect. 1.
com. 1. Perſpicuũ eſt enim ex genere popularium
morborum, qui lethales & maligniſsimi ſunt, eos
& peſtilentes vocari. Præterea ſi notas peſtilentiũ
febrium à Galeno in tertio de Præſagiis ex pulſi-
D bus teneamus: & 6. morb. pop. ſect. 1. ſenten. 31. &
ab Aetio libro quinto, capite 95. & 130. & ab Aegi-
neta lib. 2. cap. 35. & à principe Auicenna prima
Fen. 41. tract. 4. capite ſecundo, memoriter ſcie-
mus, has febres inter peſtilentes non dubitanter
collocare poterimus. Nam cum puſtulis febres
peſtilentes inuadere Galenus dixit ſexto de Mor-
bis popul. ſect. 1. ſentent. 31. authoritate Thucydi-
dis in ſecundo ſuarum hiſtoriarum, & exterius
tangentibus non valde calidas ſeſe offerre, cum
E tamen interius valde conturbare idem dixit 9. de
ſimplici medicina ab initio non longè. Huiuſmo-
di ſunt & hę Patauinæ febres, adeò vt à principio
ob ſui lenitatem vel clariſsimis Medicis impoſue
rint nonnunquam. Item horum febricitantium
anhelitus tetri odoris eſt, & intra os intuentibus
modò color eryſipelatis, modò herpetis apparet,
& partes tangentibus vehemens ardor percipi-
tur. Vrinæ à nonnullis turbulentæ redduntur &
liuidæ, atque hæ ſæpius, & nonnullis plus quàm
F natura poſtulat aquoſiores dilutioresque, ab aliis
verò, ſed rarius exquiſitè naturalibus ſimiles co-
lore & craſsitudine, ſed eniorimata: modò ſubli-
uida ſunt, latiuſculis arenis ſimilia inſtar lanarum
congeſtarum, interdum valdè bilioſæ ſunt vrinę,
modò nigricantes cum ſubſidentiis deprauatiſsi-
mis. deliramenta & phrenitides adſunt inter-
dum & lethargi nonnunquam, & ſudores valde
fœtentes. Alui excrementa bilioſa, grauiter olen-
tia & flatuoſa, ſanguinis è naribus ſtillicidia, lin-
G guæ arefactæ, appetitus cibi emortuus, ſitis inſa-
tiabilis, inſomnietas aut ſomni perturbati, & non
nunquam violentæ neruorum conuulſiones, vo-
mitus præterea bilioſi, & nulla requies, atque in
pleriſ-

pleriſque pulſus imbecilli. Ex quibus nulli dubitandi locus relinquitur, quin febres hæ peſtiferæ nuncupandæ ſint. Cognita igitur morbi natura, cauſæ ob quas tanta labes noſtram ciuitatem maiorum noſtrorum temporibus ſaluberrimam inuaſit, perquirendæ ſunt. Gal. vt ab eo tanquam à duce optimo incipiamus, vbicunque de febre peſtilente aut peſtilentia ſermonem habuit, eam ſemper in magna putredine conſiſtere demonſtrauit, dixitque in 6. de morb. Epid. ſect. 1. comm. 31. bis idem repetens: Peſtilentes febres ab aliis differunt, quòd putredinalem habent calorem. Hoc autem Galenum per excellentiam dixiſſe veriſimile eſt, cum aliæ quoque febres per humorum putredinem excitentur, vt ipſe fuſius in lib. de Differen. febr. perſequutus eſt. Quod alias autem febres peſtiferæ magnitudine corruptionis & putredinis ſuperent, ipſarum excrementa teterrimè olentia declarant, lotia ſcilicet & alui deiectiones, ſudores, ſputa, anhelitus. Nam ſicut odor bonus cōcoctiones ſignificat, ita fœtidus putredinem, quæ coctioni aduerſetur, teſte Theophraſto 6. de Cauſis plantarum cap. 15 & 17. dixitque Galenus in libro tertio de Morbis popularibus, ſect. 2. com. vlt. Omnia fœtidè olentia pernicioſa ſunt. Secundo progn. com. 22. Maleolentia putredinis ſunt ſigna. Idem dixit Ariſtot. in lib. de Odoribus. Quapropter cū febres iſtæ maximam putredinem ſequutæ hoc tempore dominentur, putredinis huius cauſas rimari conuenit. Putredinem Ariſt. in 4. Meteor. ita definit: Putredo eſt corruptio in vnoquoque humido propriæ & naturalis caliditatis ab aduentitio calore, iſte autem eſt ab extrinſeco. Ex hac definitione putredinis conditiones percipiuntur, quòd videlicet putreſcenti rei humiditatem ineſſe, caliditatemque aduenire neceſſe eſt. Hoc idem Gal. videtur confirmaſſe. Ideo de Diff. febr. cap. 9. vbi Ariſt. teſtimonium attulit, dixitque putredinem ab alieno calore fieri extrinſeco, quoniam ingenitus & proprius cuiuſque rei calor rem ipſam conſeruat, alienus verò corrumpit & putrefacit. Idem dixit & clarius 11. Meth. 8. vbi reddit ea quæ facilius & prius putreſcunt, humida eſſe. Item in lib. 3. Epid. com. 22. inquit: Extrinſecus calor humorum putredinis author eſt, materia namque humiditas eſt, cauſa verò agens præter naturam calor eſt, ex 4. Meteor. ſcilicet quòd omnia putreſcentia calido & humido id patiuntur. Præterea 3. Met. inquit: Perſpicuum eſt magis in humidis corporibus putredinem fieri: idem enim ipſum eſt, quod putreſcit humidū, ſed in corporibus materia quędam à facultate caliditatis. Iam itaque conſtat nihil eſſe putredini obnoxium, quod nō humidum calidumque præter naturam ſit. Id dixit etiam Gal. 3. de Pop. morb. ſect. 1. Perſpicitur nēpe quæque putredo ex materia humida fieri, à cauſa verò efficiente externo & præter naturam calido, & ex motus carentia augeri, ſiquidem nullam rem exquiſitiſsimè ſiccam putreſcere euidenter cernimus: neque enim lapis aut teſta, neq; aurum aut argentum, neque æs aut aliud quidquam huiuſmodi putreſcere conſpicitur. Præterea neminem latet, ea quæ putreſcere apta ſunt, in frigidis aeris

A temperamentis diutiſsimè incorrupta permanere, idque longè magis ſi frigidis ventis exponantur: quia etiam veſtes aſsiduè ab hominibus excutiuntur, præſertim ſi circumfuſus aer humidus calidusque ſit, vtpote quiete & immobilitate in ipſas natura putredinem inducente. Viſis igitur in vniuerſum putredinis cauſis, ad peſtilentiæ quæ cum putredine conſiſtit, cauſas propius accedamus. Peſtilentia ſiue peſtilens febris à nobis ſuperius inter morbos communes ſeu publicos

B numerata eſt: quamobrē quæ publici morbi cauſæ ſint prius indagemus, deinde ad peſtilentem morbum conuertamur. In primo de Morb. pop. ſect. 1. com. 1. Gal. inquit: Popularium morborum Hipp. aerem authorem eſſe pronunciat. nam in libro de Natura hominis ſic ſcriptum reliquit: Morbi ſanè oriuntur aliqui ex ratione victus, ex ſpiritu quem attrahimus, & attrahētes viuimus, &c. Nam omnia Hippocratis verba refert ſecundo lib. de Natura humana, ſenten. 2. & 3. vult enim

C ibi Hipp. communes morbos communem cauſam habere, aerem vitiatum: priuatos autem morbos rationem victus afferre. Verùm ipſe quodam modo caſtigans Hipp. ſubiungit: Poſſunt ſanè & vitioſæ aquæ potus nōnunquam vulgarem morbum excitare, idque exercitui accidiſſe hiſtoriæ tradiderunt, vt vbi loci ipſius naturam, vbi omnes in vno loco poſitis caſtris permanebant, nonnunquam verò & ex cauernis vocatis Caronæis ſpiritibus exhalantibus. Sed hæc aerem infician-

D do morbos creant, qui verò ex cibis potibusque proueniunt, rari ſunt & cognitu faciles. At in 2. libro de Natura humana Galenus verba Hippocratis explanans, tertio com. inquit: Quod quidam communes morbi rationem habent, & cauſam ipſum aerem rectè dixit, ſed non rectè ſolum in aerem communium morborum prouentum inferre: ſiquidem in Oeno habitantes ob penuriam leguminibus veſcentes, genibus infirmi euaſerunt, & eruo veſcentes genuum dolore corre-

E pti ſunt. Nouimus præterea tritico ſemiputrido ob annonæ caritatem veſci coactos, ex communi cauſa in cōmunes ægrotationes incidiſſe: & quodam in loco in vniuerſo exercitu corruptæ aquæ vſum æqualiter omnium militum noxæ cauſam extitiſſe. Ex verbis igitur Galeni cenſent, populares morbos non ſemper ex aeris vitio, ſed etiam aquæ deprauatæ potione & malorum alimentorum eſu originem ducere. Quāquam lib. 1. Epid. ſect. 1. com. 1. poſt verba ſuperius à nobis ſcripta

F omnibus vulgaribus morbis cauſam ab aere prouenire innuere videatur per hæc verba: Popularium morborum peſsimi peſtilentes nominantur, & ipſi originem ex aeris conſtitutione ducentes, quemadmodum vniuerſum populariū morborum genus. Huic obiectioni reſponderi poteſt, Galenum ſentire, plerunque vſu venire vt communes morbi ex communi cauſa ſcilicet aere continente ortum ducant, ſed nō ſemper, vnde aqua & prauis alimentis procreari etiā queunt. Aetius

G verò lib. quinto, capite nonageſimo quarto, Paulus Aegineta lib. 2. cap. 39. aſſeuerant etiam communium morborum cauſas eſſe poſſe immoderatos labores exantlatos, aut vſitatos dimiſſos, ni-

miam præterea famem aut ſatietatem, quæ ingen
tem penuriam ſuccedente annonæ vilitate con-
ſequitur. Habitis publicorum morborum cauſis
generatim in aeris ſcilicet vitio eas creberrimè, ra
riſsimè verò & in ratione victus mala conſiſtere:
iam diſtinctius ad febris peſtiferæ, quæ præſenti
tempore viget, cauſas explanandas deſcenda-
mus. In primis Galeni principis Medicorum ſen-
tentiam videamus, in primo de Diff. febr. cap. 4.
inquit: In peſtilenti conſtitutione inſpiratio ma-
ximi cauſa morbi eſt. Nam & praui humores in
corpore ad putredinem apti ad peſtilentem mor-
bum excitandum conferunt, ſi quamlibet leuem
occaſionem à circumfuſo aere ad inchoandá fe-
brim contraxerit animal. Plerunque autem ex at-
tractione per anhelitum, vt cum ex aeris putrida
exhalatione contaminati initium capit. At putre-
dinis initium in aere eſt, aut cadauerum multitu-
do non igne conſumptorum, vt in in bellis accide
re conſueuit, aut ex aliquorum ſtagnorum palu-
dumúe halitu æſtatis tempore genito: interdum
verò & immoderata aeris caliditas incipit, vt in
peſtilentia quæ Athenienſes inuaſit, quemadmo-
dum refert Thucydides. Ex his Galeni verbis per
cipitur, poſſe peſtilentem morbum ab aere corru
pto in corpore vitioſorum humorum pleno, vel
interdum etiam mundo, ſed non ita facilè, deſcen
dere. Ex cauſis verò iam dictis aerem infici, non-
nũquam verò & immoderatam aeris caliditatem
præcedere. Sed in cap. 3. eiuſdem libri ex vitioſis
quoque alimentis febrem peſtiferam excitari di-
xit atque diſſeruit. hoc idem initio libri de Boni
& mali ſucci cibis vberrimè declarauit, cuius loci
verba breuitatis cauſa omittimus. Item 11. Meth.
cap. 5. quo pacto aer corrumpatur edocet, ita in-
quiens: Perſpicuum verò eſt & aeris ſubſtantiæ
quę per anhelitum ducitur curam eſſe habēdam,
vt ſcilicet optimè ſit tēperata, & à quolibet ipſam
inquinante quammundiſsima, neq; ex metallis,
neq; ex fornacibus, aut profundis cauitatibus ali-
quam mixtionem ſuſcipiēs, neq; ex leguminum,
aut olerum, aut animaliũ, aut aliâs cuiuſlibet rei
putredine, neq; halitus ex ſtagnis aut paludibus
aut fluuiis admittens. Quæ igitur à terra exhalan
tia aerem putreſcere faciant, ex iá recitatis Galeni
verbis & locis, apertiſsimũ eſſę cenſemus. Cęterũ
quoniá interdũ non ex vitio inferiorum, ſed ex ae
ris ipſius conſtitutione, peſtiferi ſoleant incidere
morbi, qualis nũc hæc cõſtitutio eſſe debeat, Gal.
admonuit. Primo enim de temperament. cap. 4.
inquit: calidam humidamq; cœli conſtitutionem
peſsimam eſſe & peſtilentem, vt in exemplum re-
tulit conſtitutiones ab Hipp. deſcriptas: & 2. de
Morb. pop. ab initio & 3. ſect. 3. ab initio: vtraq; e-
nim humida fuit & calida. Quinetiam ipſe Gal. 1.
de Diff. feb. hoc nobis inſinuauit docens metho-
dum, qua corpora à peſtilente febre tuta reddere
mus, cum diceret: ipſa eſſe exiccanda, atq; eorum
foramina recludenda, vt ſcilicet humiditati per
exiccationē reſiſteremus, per meatuum apertio-
num caloris fieret anhelatio atq; refrigeratio. Hip
pocrates fertur & Acron Agrigentinus, per vr-
bem Athenienſem multis in locis ignem accen-
diſſe, vt ſcilicet per aeris ſiccitatem ciuitas ab im-

A minente peſtilentia defenderetur. Præterea & ra-
tio ipſa ad id nos adducit: ſiquidem eorum memi
nerimus, quæ ſuperius de cauſis putredinis me-
morata ſunt. erant enim humiditas cum calore.
Amplius idem Gal. 1. de Morb. vulgaribus ſect. 1.
clarè dixit, conſtitutionem immodicè calidam &
humidá morbos ex putredine creare. Iam autem
videmus peſtilentem morbum in maxima putre-
dine Galeni authoritate cõſiſtere, dixitque idem
animalium corpora ad aeris circumfuſi naturam
B immutari, primo Epid. ſect. 1. com. 1. atque vbicun
que alias conſtitutiones commemorauit, quæ ca-
lidæ & humidæ non eſſent, alios quidem morbos
ingruere, ſed minimè peſtilentes declarauit. Hæc
profectò ex Hippocrate & Galeno de morbi pe-
ſtilentis origine recenſenda putauimus. Aetius
hæc eadem de cauſis peſtilentiæ repetiuit lib. 5.
cap. 94. ſed cap. 95. eiuſdē libri addidit ſigna pro-
gnoſtica. Si aeris vitio hi morbi prouenient, pri-
mò aues hoc malo afficiũtur: ſi verò ob terrarum
C exhalationem, quadrupedum erit prima calami-
tas. Ariſtot. etiam 1. Probl. ſectione 21. inquit: an-
num illum eſſe peſtilentem, cum pluuiis multis
progreſſus ſol multos vapores de terra excitat.
ita enim fieri, vt quaſi locis paluſtribus grauibuſ-
que inhabitetur, & corpora multis excrementis
redundantiam materiam ægrotandi habeant. Et
in eadē ſectione Probl. ſequenti ait: grauem mor-
boſumque annum fore, cum copia paruarum ra-
narũ pręceſſerit, & annum pluuium humidumq;
D fore ſignificat: id enim animantium genus natura
humidum eſt. Inter Arabes autem doctiſsimus
Auicen. 1. Fen quarti, tract. 4. cap. 1 multa dixit de
aeris & aquæ corruptione cum dictis Galeni con
gruentia: ſed addidit inter cauſas peſtilentiæ eſſe
putredinem in interioribus terræ, quę tamen cau
ſæ ab omnibus ignorantur: pręterea deſeruire vir
tutes cœleſtes agentes, quæ inuenientes virtutes
patientes terreſtres, ſcilicet humectationem vehe
mentem excitantes vapores cum caliditate debi-
E li aerem putrefaciunt. Galenus autem nõ poſuit
formas iſtas cœleſtes, quę occultam qualitatem
imprimerent: ſed conſtitutiones aeris in qualita-
tibus manifeſtis exiſtentes, aut eius putrefactio-
nem ob malos humores vaporesque ab iſtis infe-
rioribus in ipſum exhalantes. Dixit etiam Auice.
primo Can. Fen ſecunda, ſumma prima cap. 9.
ſententiamque à Galeno videtur accepiſſe ſecun-
do de Natura humana com. 4. aerem ſcilicet præ-
ter naturam mutari aut propter mutationem in
F ſubſtantia, aut in qualitatibus. Subſtantia verò
aeris ad malignitatē conuertitur, cum nulla ipſi⁹
qualitate valde exuperante aut deficiente cor-
rumpitur. Et tunc peſtilentiam fieri dixit: aerem
verò nos debere intelligere non purum & ele-
mentarem, tunc enim non poſſet putreſcere, ſicut
etiam aquam putreſcere dicimus, non puram &
ſimplicem, ſed mixtam ex aere, terra & igne, ſupe-
rante tamen aqua: ita quoque aerem eſſe corpus
mixtum ex verò aere & partibus aqueis vaporo-
G ſis & terreis fumoſis & igneis. Ita quoque vide-
tur Ariſtoteles libro quarto Meteor. voluiſſe capi
te de Putredine, affirmare omnia elementa præ-
ter ignem putredinem ſuſcipere ſeu putreſcere.

Ignis

Ignis namq; propter ſui ingentem calorem, omnem conſumit aduentitiam humiditatem, ſine qua nihil poteſt putreſcere. Item ipſe Auicenna Fen tertia primi Canonis, doct.5.cap.1.vltra prædicta, addidit multotiens principium corruptionis aeris ab ipſomet aere prouenire propter contagionem vitioſi vicini aeris, aut propter rẽ cœleſtem, quæ non eſt cognita hominibus. Hactenus peſtilentis morbi cauſas ex clariſsimis authorib. proſequuti ſumus, ſi vnum tantummodo adiecerimus ex Gal.1.Epid.com.2.ſect.1. ſitum loci maximè ad morbos ex putredine contrahendos facere, ſi locus videlicet concauus ſit & meridionalis, itẽ ſi à borealib. flatib. auerſus ſit, & ad auſtrũ vergat, aut nullis ventis perfletur. Idẽ ferè dixit venerãdus ſenex in lib. de Aere & locis & aquis, inquiens: Conſiderare oportet vrbis ſitum, quomodo locata ſit, & ad ventos vergens & ad ſolis ortus atq; occaſus: neq; enim id refert, ſi ad boreã ſpectant aut ad auſtrum, neq; ſi ad ſolẽ orientem aut occidentem. Itaq; ad rem propoſitã accedentes, quænam ex antedictis cauſis in vrbe noſtra peſtiferas has febres accendat cõtemplemur. Inprimis ab aere hoc mali contraxiſſe nullo pacto videtur ratione manifeſtiſsimæ qualitatis: oportuiſſet enim cœli conſtitutionem humidam calidamq; fuiſſe, ſicuti per locupletiſsimos teſtes ſuperius oſtendimus. Verùm totus annus præteritus ſqualidiſsimus fuit, atq; etiam huius initium hucuſque in humiditate peccauit: ſententia eſt autem Hipp. qui nunquam teſte Galeno mentitus eſt lib.3. Aph. 15. ſiccam conſtitutionem pluuioſa eſſe ſalubriorem, minuſque mortalem. Cauſam huius rei inquit Gal. in explanatione, quoniam in ſqualoribus ſuperuacuæ humiditates diſsipantur, per imbres autem intra corpus genitæ computreſcunt. Dixit præterea Hipp. eodẽ lib. Aph. 7. In ſqualoribus febres acutæ fiunt, &c. Hæc verba explanans Gal. inquit: Non multas febres excitari in ſqualoribus dixit, ſed acutas: nam circumfluentis aeris humiditas pituitoſos humores & ſuccos procreat, & aquoſa excrementa nõ pauca. At ſiccitas multitudine quidem pauciores gignit humores, ſed qualitate bilioſiores: atque ideo febres pauciores nunc videlicet in ſiccis conſtitutionibus quàm in pluuioſis, ſed acutiores. In hoc verò tempore hoc dici non poteſt: neque enim paucæ febres vagantur, ſed plurimæ. Reſtat vt id genus febris, ſi ratione aeris prouenit ab eius vitio ob aliam cauſam proueniat & excitetur, videlicet ſi ab aliqua exhalatione putrida eius tota ſubſtantia putrefacta & corrupta ſit. Exempli cauſa, aut propter cadauerum inſepultorum multitudinem, aut ex fodinis metallicis, aut ex fornacibus vbi metalla funduntur, aut ex profundis cauitatibus, aut ſpeluncis viroſum halitum exſpirantibus. Sed nihil iſtorũ in agro Patauino reperitur. Præterea neque ex leguminum aut olerum, aut venalium, aut cuiuſq; aliarum rerum putredine hoc vitium exortum eſſe dici poteſt. Aliqui forſan malos cibos cauſarentur, quoniam elapſo anno magna fuerit annonæ caritas, vnde homines ad inſolita & corrupta alimenta ſumenda impulſi fuerunt. Aut

A nimiam ſatietatem, quoniam ſuccedente frugum vbertate homines priorem eſuriem extinxerint. Sed neutrum iſtorum dici poteſt congruenter. Primò quoniam viri nobiles & diuites potiſsimum hac lue intereunt, inopes autem plebeij atque ruſtici, qui potiſsimum penuriam & famem ſenſerunt, longè ſalubrius vitam degunt. Secundò cum omnis ferè Italia penuria æquè ac Patauium laborauerit, cur non æquè hac pernicie deuaſtatur? Neque enim nouis & immodicis
B homines vexati ſunt laboribus, neq; vſitatos dimiſerunt, aut huiuſce calamitatis publicæ cauſa ipſis attribui aſsignariq; poſsit. Supereſt adhuc vt aſtrorum occultis qualitatibus & virtutibus in hæc inferiora manantibus aut propter putredinem in viſceribus terræ latentem, aut propter contagionem ex vicinio finitimæ regionis ſcilicet aere, aut propter malum ſitum vrbis, aut vltimò propter aquarũ lacuſtrium ſiue paluſtriũ vel tetrarum ſtagnantium & pigrarum, ſeu etiã fluuio-
C rum malignas exhalationes hoc infortunium inciderit. Primum quidem occultos illos ſiderum influxus non videntur Hipp. Gal. Ariſtotelesq; concedere, ſed tantummodo aerem hunc à cœlo per lumen & motum ad frigidum, calidũ & ſiccũ immutari, atq; his primis qualitatibus interuenientibus reliquos deinde omnes effectus producere. Ab Hipp. quidẽ multis in locis hoc haberi poteſt, ſed præcipuè in lib. de Aere, locis & aquis. Ab Ariſtot. lib.2. de Cœlo. & 1. ſect. probl. 11. tem-
D porum enim mutationes à ſideribus fieri per hęc verba teſtatur: Siderum ortus, Arcturi, Orionis, Vergiliarum, Caniculæ, flatus imbresq; excitant: ſerenitates, frigora, teporesúe ſolent afferre. Gal. verò omnibus in locis, vbi de aeris immutatione aut corruptione non ratione exhalationum loquitur, ſemper primarum qualitatum vitio id euenire contendit, nullam etiam qualitatem occultam in ipſo merito ſtellarum agnoſcens, vt omnibus patere poteſt eius explanationes legen-
E tibus in Aphr. in lib. de Natura humana, in lib. de Morbis pop. deriſitq; illos, qui malè intelligebant Hippocratem, id in vllo ſuorum librorum ſenſiſſe, & in lib. de Morbo ſacro latiſsimè eos pluribus rationibus conuincit Hipp. ſiue quiſquis eius libri fuerit autor, qui à Dijs morbos mortali bus mitti contendebant, affirmauitq; Gal. Hippocratem nihil aliud ſignificare diuinum, quàm ambientis nos aeris conſtitutionem. Veruntamen cum frequentiſsimè Auicenna & peritiſsimi A-
F ſtrologi hos aſtrorum influxus conceſſerint, non omnino reijciendi videntur. Eſto igitur quòd eſſe poſsint, nunc tamen hoc tẽpore horũ malorũ cauſa eſſe nõ videntur. Nam, vt dicebat Aetius, ſi ita eſſet, volantiũ genus inprimis hoc malo corriperetur, & multa ex illis ſignis apparuiſſent, quæ ab Auicen. prima Fen 4. poſita ſunt, tract.4.cap.3. impreſsiones ſcilicet igneæ & aeris turbulentia & veluti quidã puluis ſiccus & ſtellę crinitæ prę-
G terito autumno & multa alia, quæ breuitati ſtudentes prætermittimus: nihil enim horũ hacten⁹ viſum eſt. Vel ſi malignitas ſiderũ adeſſet aliqua, nõ tamen vſqueadeò nocere nobis potuiſſet, niſi materiã in his inferiorib. inſignẽ ſuſcipere habilẽ

inueniſſet:nam ipſam ſtellarum malignitatem, ſi
modò aliqua adeſt, imbecillē admodū eſſe nuper
dictæ rationes oſtendunt. Neq; etiam ob aliquas
putredines in ſubterraneis latentes hanc morbo
rum turbam emerſiſſe probandum eſt: quadru-
pedes enim,qui ex terra cibū capiunt,primò infi-
cerentur,vt inquit Aetius:& mures animaliaque
quæ ſub terra habitant, ad ſuperficiem effugerēt
terræ ex nidis ſuis,atq; oua ſua deferrēt,vt inquit
Auicenna, quæ contigiſſe nemo his temporibus
animaduertit. Neque ex finitimorum locorum
aere hanc noſtram ciuitatem inquinatam eſſe di-
cere poſſumus. Nam ſi ita eſſet, finitima etiam lo-
ca conſimili pernicie afficerentur, iuxta regulam
illam: Propter quod vnumquodque tale, & il-
lud magis tale eſt. Scimus autem omnes circum
poſitas vrbes integra ſanitate frui, Venetias, Ve-
ronam, Vincentiam, & totum Forum Iulij,& re-
liquas omnes etiam procul diſtantes regiones.
At quiſpiam fortaſsis vrbis ipſius ſitum ad hu-
iuſmodi morbos procreandos idoneum dixerit,
ſed hoc apertiſsimum mendacium eſſe ita facilè
conuincitur, primum ſenſu, deinde ratione. Sen
ſu quidem; quoniam ſi quis diligentius illam o-
culis circumſpiciat, à primis illius conditoribus
ipſam artificioſiſsimè prudentiſsimeque extru-
ctam fuiſſe inueniet. In patentiſsima enim plani-
cie ſita eſt ad duas mundi ſalubriores partes, fer-
mè tota conuerſa: ſiquidem ad ſeptentrionem,
orientemq́ue maxima eius portio vergit. Nam
totus ille vrbis circuitus, qui à templo D. An-
tonij eremitæ ad templum vſque omnium San-
ctorum porrigitur,ſeptentrionem ſpectat: à tem
plo Omnium Sanctorum ad D. Iuſtinæ ædem
vſque orientem ſolem aſpicit, ambæque hæ par-
tes à nullis montibus præter modicam particu-
lam ad ſeptentrionem ſpectantem ſeptæ ſunt, li-
berrimeq; à borea ventorum ſaluberrimo ciuitas
ventilatur, pars autem quæ à D. Iuſtinæ templo
ad portam vſque Sarraſinenſem vocatam pro-
tenditur, ad meridiem vergit: ab hac verò porta
ad templum vſq; D. Antonij eremitæ occiduum
ſolem ſpectat, & hæc pars tota cum aliqua proxi-
mè poſita portione montibus circumuallata eſt.
Ex hoc igitur ſitu, vir Aſtronomiæ rerumq; na-
turæ peritus, & ea quæ à Galeno paulo antè di-
cta ſunt, memoria complectens, conſiderare po-
terit, quantum ad mundi plagas, rerumq; po-
ſitionem pertinet, melius ſalubriusque Pataui-
nam vrbem ſtatui non potuiſſe. Præterea ratione
id confirmatur. Nam ſi inſalubris pernicioſusq́;
eſſet iſte vrbis ſitus, ſtatim ab vrbe condita ad
hæc vſq; tempora ſemper in hoc loco morbi pe-
ſtilentiæque ingruiſſent, oppoſitum tamen & no
ſtra & maiorum noſtrorū tempeſtate viſum eſt:
inter omnes namq; Italiæ ciuitates hæc ſaluber-
rimi temperatiſsimiq́; aeris habita eſt. Vnica igi-
tur res ſupereſt, in quam tanti infortunij cauſam
referre poſsimus, aquarum ſcilicet ſtagnantium
nimia abundantia & redundantia,& ex his humi
dis paluſtribusq́; locis corrupta exhalatio. Hanc
profectò veram eſſe cauſam, hanc etiam tandem
tantorum malorum fontem caputq́; cenſemus.
Nam de Medoaco amne, ne ſuſpicandū quidem

A eſſe arbitramur, quandoquidem ſi malefico eſſet
ingenio præditus,non in hæc vſq; tempora Pata-
uinis incolis ſuis noxam inferre diſtuliſſet. Quin-
etiam quæcunq; bonarum aquarum notæ à Gal.
traduntur in lib. de Bonitate aquæ, & in 6. Aph.
26.& 6.Epid.ſect.4.comm.10. & 11. eas omnes in
Medoaci aqua deprehendes. Medoacus namque
cùm nec imbribus, nec alienarum aquarū incur-
ſu,nec vlla alia externa de cauſa turbulentus fiat,
eius aqua omni aduena qualitate caret,ſapore vi-
B delicet,odore atq; colore,bibentibus iucunda,fa-
cilè ex vētriculo pręcordijsq́; deſcēdēs, citò inca-
leſcēs atq; infrigeſcēs, omnia quæ per illā elixan-
tur, facilè excoquēs, nullo veneno limoſoq́; cor-
puſculo permixta, ſed nitidiſsima ac pellucida
cernitur:æſtate quoq; gelida eſt, hyeme admodū
tepida, ex mōtanis præterea fontibus ſcaturiens,
per fundum nonnunquam arenoſum delabens
percolatur ac mundiſsima redditur, nec per loca
trāſit, vbi aliqua metallica aut herbæ nocētes ori-
C untur:amplius vētis ſoliq́; decurrens exponitur,
vt omnib. eius accolis atq; alijs accuratè perqui-
rere volentibus,apertū eſt. Hæc ſunt omnia pro-
batiſsimæ aquę indicia, vt omnibus illis notū eſt,
qui Galeni loca nuper memorata,& Auicen.Fen.
2.primi Can.doct. 2. cap.16. perlegerint, vt alios
Autores breuitatis gratia prætereamus,qui de a-
quarum qualitatibus eadē ferè repetiuerunt. Ne-
quaquā igitur amnis Medoacus videtur huiuſce
modi malis cauſam præbuiſſe. Quænam igitur
D ſunt hæ ſtagnantes aquæ,quænā hęc paluſtria lu
tulentaq́; loca Patauij reperiuntur? pluribus me-
herclè locis tū extra vrbē tum intra aquę ſtagnāt,
& paludis inſtar efficitur: muros enim exterius
ingētes foſſæ ambiunt, in his aqua contenta lan-
guet atq; corrumpitur, à curſu enim ſuo quibuſ-
dam validis obſtaculis impeditur:hęc verò obſta
cula extra portā S. Crucis & extra portā Caudæ
lōgæ, & extra portā Sarraſenicam fabricata ſunt,
ſed illud quod extra portam Caudæ longę extru
E ctum eſt, maximæ atq; inſignis offenſæ cauſa eſt.
cū enim per imbres in foſsis aquarū copia redun-
dat, quoniam ipſarum curſus impeditur, hæ per
latentia terrę foramina penetrantes,omnes illius
partis ciuitatis cellas vinarias humilioresq́; do-
mos replent atq; obruūt, vnde fit vt vicus Ager
vocatus Cauda longa,& Sauonarola quę olim ſa
luberrima vrbis regio erat, nūc inſaluberrima ſit,
& maximè peſtilens. Ad hoc etiam conferre cre-
dimus,quòd extra vrbem varijs in locis agri Pata
F uinæ vrbi proximi multæ foſſæ erant,multi aqua
rum ductus & canales,in quos aqua ex agris per-
manabat, & deinde in amnem ferebatur: his nūc
temporis obſtructis, ſicut à peritis locorum o-
ſtendi poterit, aqua exuperans inundat agros, i-
pſosq́; paluſtres reddit. In vrbe verò nonnulla e-
tiam loca ſunt humilia atque depreſſa, in quibus
facilè ſi copioſus aut diuturnus imber inceſsit,
multa ac profunda aqua colligitur, inibiq́; paula-
tim cōputreſcens loca grauia efficit,& peſsimè o-
G lentia,ſicut in Prato vallis cōtingit, & iuxta por-
tam S.crucis,& alijs quibuſdā in locis, quæ ſcire
volentibus facilè oſtendi poterunt. Verùm haud
minus vrbi noſtræ damnum inferunt clauſtra
quædam

quædam aquarum, & obices prope locum illum extructi, qui Contarenorum Bouia dicitur, & prope vicum quem coriarij opifices incolunt. Ex quo enim tempore clauſtra illa condita ſunt, ſemper in deterius hæc ciuitas lapſa eſt, ſemperq; harum venenoſarum febrium relicta ſemina extiterunt, cum antè rarò aut non ita frequenter apparuerint: tuncq; temporis cum clauſtrorum fundamenta iacerentur. Magnificus & clariſs. Ioannes Bolanus, qui publicis fabricis præſidebat, tan quam vates optimus hæc omnia incommoda eius machinamenti cauſa euentura eſſe prædixit. Præterea indicium clariſsimum, horum clauſtrorum ſiue obſtaculorum prauitatis eſt culicum & aliarum quarundam beſtiolarum per aerem volantium innumera multitudo, quæ aliàs nunquã poſt hominum memoriam Patauij viſa eſt. Id verò fieri ſolet, vbicũq; aqua ſe colligit terrena ſubſidente concretione: aqua enim limo ac fæce putreſcente, culices gigni atque emergere princeps philoſophorum Ariſtot. teſtatur 5. de Generatione animalium, cap. 19. Plus namq; temporis aqua amnis illius qui per alueum illum Turriatorum ac Domini Georgij ac prope macellum labitur, pigra quieſcit quàm defluat: huc verò omnes ciuitatis ſordes & excrementa, quæ per cloacas & aquæ ductus in amnem deuoluuntur, ſiue ab hominibus proijciuntur, cum libero aquæ curſu efferri non valeant, retinentur, in fundumq; grauitate deſcendunt, atq; ita corruptæ putrefactæq; aquam putrefaciunt. Quòd autem fæces & purgamenta fundum petunt, teſtimonium eſſe poteſt aluei illius fundus, qui non perinde cauus profundusque eſt atq; eſſe ſoleret, ſed inſigniter admodum repletus, limoq; obductus conſpiciatur. Quinetiam ſola ipſius aquæ pigritia & ſtabilitas ad putredinis creationem ſatis eſſe poterit, ſi eorum meminimus, quæ à Gal. 3. Epid. ſect. 1. comm. 1. ſuperius narrata ſunt, cum diceret, quietem atq; immobilitatem putrefacere. Idcirco homines ſæpius etiam veſtes exercere, idque agitur ne ocio atq; torpore marceſcant. Illius autem rei cauſa ab Ariſt. 4. Meteor. cap. de Putredine ponitur. Dicebat enim ideò aquam fluentem minus quàm ſtagnantem putreſcere, quoniam motus qui ab aeris calore in ipſam fit, imbecillior eſt motu in aqua currenti. Clarius autem Alex. Aphrodiſ. ea verba declarabat, inquiens: Cum in aquis labentibus currentibusque calor exiſtens motu excitatur & roboretur, ocio verò langueſcat. Proinde perſpicuum eſt cur Venetiarum inclyta ciuitas, tametſi vndiq; marinis fluctibus alluatur, ſecunda tamen valetudine fruitur. Id enim fit, quoniam aquæ illo affluxu & refluxu continenter mouentur. Præterea ſalſugine ſua atque ingenito calore longè minus quàm dulces aquæ obnoxiæ putredini ſunt. Illud quoque addi poteſt, quod multi Patauini fluminis aluei, quorum fluxus rapidus antea erat, nunc iſtis obiectis impedimentis aut nequaquam interdum aut pigerrimè labentes aquas continent, vt in amne ab arce ad Turricularum partes delabante videri poteſt, & in fluuiolo, qui locum Auantium vocatum irrigat. Quædam etiam oſtia per quæ fluuius erum-

A pere ſolebat, obſtructa atq; occluſa penitus ſunt, inter Contarenorum Bouiam quæ dicitur, & rotarum farinariarum partes. Quæ omnia quanto ſint vrbis detrimento, nemo tam demens eſt qui neſciat. Cæterùm ne vllus hac inquiſitione dubitandi locus relinquatur, illi quoq; obiectioni reſpondemus, quæ hunc in modum fieri poſſet. Antequam hęc latentia lapideaq; clauſtra erecta eſſent, nonne quibuſdã ligneis obſtaculis ad remorandas coercendasque aquas homines illius B temporis vtebãtur? atq; idẽtidẽ amnis Medoaci curſus ſupprimebatur. Breuibus reſpondemus, quòd nõ ita exquiſitè ab illis ligneis inſtrumẽtis aquarum iter vnquã intercludi poterat, quin per trabium rimas multum aquæ perflueret, & obicis illius ſuperficiem aqua longè ſuperaret, atq; ita fiebat vt magna eius portio elaberetur, ſecũq; fæces etiam vrbis & ſterquilinia etiam prouolueret ac elueret: cumq; obex ille remouebatur, tũc liberrimè aqua procurrebat, latius enim oſtium C patebat. At cum obſtacula hæc noua diligenter clauſa ſint, aqua nulla extra ea profluere poteſt, cùm recluduntur & patefiunt, non ex toto liber aquæ curſus permittitur, anguſtiorem enim exitum inuenit. Quod aũt nunc longè magis quàm per obices ligneos aquę curſus impediatur, ex eo euidenter apparet: quia vbi prius aqua retenta ad altitudinem duorum triumue pedum excreſcebat, nunc octo aut decem pedum altitudinem ſuperat. Iterum ita quiſpiam dubitauerit: Si ex D aquarum corruptione infecto aere morbi iſti oriuntur, cur pecudes, quadrupedes in primis hoc mali non ſentiunt? cur aerem infectũ & putrefactum aues incolentes hac lue non pereunt? Ad id reſpondemus, in primiſq; de auibus dicimus, eas idcirco incolumes eſſe, quoniam partem ſuperiorem peruolant, quæ ab exhalationibus inferiorũ infecta nõ eſt. Quadrupedes verò nihil pati diximus, aut quoniam aquæ corruptio non tanta eſt, quæ eorum corpora humanis robuſtiora, & E eius potus aſſueta corrumpere valeat: etſi cùm tanta facta eſt corruptio, vt non ſolùm homines, ſed etiam quadrupedes interficere poſsit, primæ ille patiuntur: quoniam putridam illam aquam ſine vlla correctione potant, homines verò illam excoquentes, puriorem faciunt: aut quia, etſi ea vtuntur quadrupedes, nihilominus inquam in ciuitatibus bonas eſcas cùm comedant, beneque à ſuis dominis curentur, ideò minus ægrotant. Poſtremò illa quoque pro certis argumentis haben F da ſunt, aquas iſtas pigras, atq; vt ita dixerimus, emortuas, Patauinæ ciuitati hanc vaſtitatem inferre, primùm quòd multi procul matutino tempore ad ipſam accedentes, aut ab aliquo excelſo loco proſpicientes, ſeſe nebuloſam quandam exhalationem atq; caliginem, quæ totam ciuitatem obſcuraret atq; contegeret, vidiſſe teſtantur, cum alia omnia proxima loca puriſsima & illuſtria eſſent: ſecundò, quòd partes ciuitatis ſecundum has aquas poſitæ longè acerbius quàm reliquæ G & ægrotationibus & culicum innumera multitudine excruciantur. Multa alia de hac re differi poſſent, quæ tamen cũ nõ ita neceſſaria valde duximus, eſſe haud iniuria ſilentio prætereunda exi-

ſtimauimus. Quapropter vt finem tãdem noſtræ orationi faciamus, hęc eſt collegij noſtri & omnium, vt putamus, rectè opinantium firma claraq; ſententia, hanc tantam aquarum extra intraq; vrbem languentium, vt etiam paluſtrem ac cœnoſam reddẽtium vbertatẽ pernicioſum ipſi id temporis eſſe, & ſequẽtibus annis longè magis fore: tametſi non negemus aſtrorum etiam infauſtos aſpectus, ſubiectam hanc materiam aptiſsimam inuenientes, morbis præſentibus addere poſſe. Nonnulli enim Aſtrologi hoc anno magnũ morborum pernicioſorum prouentum, non magis tamen Patauij quàm alibi fore prædixerunt. Neq; ſolùm has peſtilentes febres incrementum in poſterum accepturas, ſed etiã multos alios morbos euenturos timemus, & ipſam quoq; peſtilẽtiam inuaſuram perhorreſcimus, talesque nos euaſuros, quales Scythas prope Phaſin amnem pigerrimum habitantes, vt in ſecundo libro de Locis, aere, & aquis deſcripſit Hippocrates. Veſtras itaque Excellentiſsimas Dominationes rogamus, ipſas tota Patauina ciuitas orat, vt eius miſeratio ne commoti, tam præclaram vrbem hac turpi inſalubritatis nota infœdari, aut tanta ſtrage vaſtari atq; interire, neq; hanc orbis terræ nobiliſsimam Academiam adeò miſerè deleri atque corruere permittant. Non minus enim ipſis dolendum eſſet, quàm nobis: ſiquidem liberos ſuos in hanc, ſicut olim in Hetruriam Romani veteres, vt bonis artibus liberalibusq; diſciplinis inſtruerentur, libenter mittere conſueuerunt. Denique veſtra eſt ciuitas, veſtri homines ſunt: quicquid perierit, magis huic illuſtriſsimo imperio, quàm nobis periſſe exiſtimabitur. Diximus.

FINIS.

ERRATA NONNVLLA, ET QVAEDAM ADDITA IN editis Conſultationibus.

Fol.18.F.vbi legitur Friſimelica, adde, vt pillulæ Cochiæ, confectio Hamech, & Diaphænicon.

fol.32.D.lege: Quæ cum non habent amaritudinem.

fol.41.D.Betonicæ, ana ʒ.iij.lege ℥.j.

ib.C.furfurum, &c.lege Furfurum tritici ℔.iij. glycyrrhizæ ℥.iiij.polypodij ℥.ij.

fol.94.B ſyrupum, adde per nouem dies.

ib.D.fiat potio, adde cum aqua Pæoniæ.

ibid.D.in fine conſ. adde obſeruata etiam victus ratione diligenti. Noctu cùm dormit, ſub capite puluinar habeat ex folijs agni caſti, & folijs Pæoniæ paratum, & ſæpe folia mutentur, ne nimis exiccentur: recentia igitur imponantur, non tamen humida, ſed prius in vmbra parùm exiccata.

109.F.dato puluiſculo, adde humani cranei ℈.j.

131.F.pro Agarico lege Helleboro.

137.D.pro corde linimentũ, addatur pro ſpina dorſi verò olei Nardini ℥.j.

fol.141.B.pro ʒ.iiij.lege ℥.iiij.Glycyrrhizæ.

fo.151.A.in fine Collegij 59.addantur ſequentia. Vſus per hyemem totam vnctionibus præſcriptis, pillulas de Agarico tantùm ſemel accepit, & cum ſentiret nauſeam & vellicationem ventriculi: poſtea pillulas de Aloe ſumſit omni triduo: deinde dedit floris Caßiæ ʒ.xij. ſyrupum de Betonica & cichorea cum decocto Iuæ.

fol.159.A.in fine conſilij 62. adde pro euacuatione, Recip. cõfectionis Hamech ℥.s.ſyr.roſ.ſolut.nuper facti ℥.iij. cum decoctione Betonicæ. Et Endiuiæ fiat potio danda in aurora cum cuſtodia. Poſt purgationem laudamus, vt manum læſam & ægram in aquam Thermarum, vel balnei S.Helenæ ieiunus per horam mediam foueat: deinde in luto eiuſdem balnei eam etiam teneat. Interim manum fouebit & inunget ol.chamæmel.vel amigd.dul. & butyro recenti. Si diſplicent illi balnea, tùm per aliquot dies, vti poterit emplaſtro Dialtheæ, & emplaſtro Diapyritis cum ceroto de Betonica, & aliquando diapyrite cum diachylo. Pro remedio etiam efficacißimo laudamus fomentationẽ ex fumo pyritis lapidis, qui aliàs Marcheſita dicitur, igniti & aceto extincti factam & fumum illum per vas ſtricti orificij recipiat, vngendo primo manũ per tres dies butyro recenti vel oleo amygd. dulc. recenti. Vtatur quoque bona victus ratione. Item, ſumtis duob. ſyr. mittatur ſanguis ex vena iecoraria brachij ſiniſtri ad ℥.vj.vel viij. Caput etiam abluat aqua prædicta balnei vel lixiuio dulci, vel cum decocto roſar. & myrti.

fol.177.f.A.lege ligni Guaiaci. ℥.vj. ſaccari albi ℔.j.

fol.250.C.rectificetur ratio victus, adde: quantum ad medicamenta attinet, cauebit tanquam ab igne, ne vtatur illis validis quibus hactenus vſus eſt, vt ſunt pillulæ aureæ, cochiæ, lucis, ſine quibus & alijs quibus vulgò communiter vtuntur. Praeterea omittat collyria illa potentia, quia præter id quod nimis exiccabunt oculos, cæcum etiã facient: ideo meo iudicio, ſi velit illis vti, malè tandem cũ eis agetur. Potius conſulo, vt bis in anno purgetur, in Vere & Autumno, purgatione vniuerſali & ordinaria, quæ qualis eſſe debeat, infrà deſcribetur. Qua facta vtatur etiã ſimplici maſtiche manè ante prandium, ter vel quater in hebdomade. Temporibus verò intermedijs inter vnam atque alteram purgationem poterit ſemel in ſeptimana vti ſcru.j. Aloes bonæ per horam ante cœnam. Caput etiã ſingulis 8. diebus per horam ante cœnam abluat lixiuio dulci, in quo Camemilla, Anethũ & Maiorana incocta ſint, cum ſequenti etiam infrà ſcripto ſapone.

fol.251.F.deterior fit, addito: Vtatur etiã ter vel quater in menſe floris Caßiæ ℥.j.cum ʒ.j.ſpecierum S.Gal.in bolo cum ſacharo. Pro ſpaſmo verò & paralyſi palpebrarũ vngatur veſperi hora decubitus oleo de Tartaro vel Laurino, vel etiam oleo de Terebinthina, vel de pice, et vngantur diligenter cum penna ſuper palpebras, ne oleũ intra oculos defluat. Lauet etiam oculos, vel aqua ſaliuæ, vel vino albo paucifero.

RERVM ET VERBORVM IN IOAN. BAPTISTAE MONTANI CONSILIA MEMORABILIVM INDEX.

A

ABanum balneum 823.d
Abbatis S.Iuſtinæ imbecillitas omnium membrorum imbecillium 476.b
Abbatis reuerendi motus inæqualis 479.a
abdomen quomodo ventriculum calefaciat 16.g
abdominis muſculos rariores qui habeant 559.a
abdominis pinguedo vbi non eſt, ventriculus non caleſit debito modo 153.e
abdominis vſus 22.f
abdubalon quid Arabibus 921.e
abraſiones quando contingant 700.g
abſceſſus Græcis apoſtema 767.a
abſceſſus pituitoſus difficilis curatu 472.e. quando nõ curetur 472.f
in Abſceſſu omni, reſolutioni intendendum 921.e
abſceſſus qui de genere cancri 371.f
abſceſſus quibus terminentur 921.e
abſceſſuum communis origo 845.e
abſceſſuum curatio 768.a
abſynthium calidum in primo gradu 637.f
abſynthiũ ventriculũ roborat 466.e
abſynthij decoctum 32.e
abſtergentia quæ 404.e
abſtergere quid 1038.d
accidentia cauſas comitantur, vt vmbra corpus 418.b
accidentia in morbis quando non curanda 543.b
acetoſa neruis nocere 37.b
acetoſorum vſus 954.e
acetoſæ vis 82.d
acetoſi Meſuæ proprietas 45.d
acetoſi ſimplicis vis 357.a
acetum an calidæ vel frigidæ ſit temperaturæ, cur multi dubitarint 397.e
acetum an digeſtioni humoris melancholici conueniat 954.d
acetum facit penetrare medicamẽtum 37.d
acetum ſæpe ſuis medicinis Galenus admiſcet 431.f
aceti vis incidendi 37.d
aceto cur Galenus in neruorum vulneribus profundioribus vtatur 292.b.
ab Aceto quomodo cauendum 37.c
ἄχωρ vnde proueniat 262.d
achores vlcera Arabibus Saphati dicuntur 254.e
ἄχωρες vnde proueniant 1.c. 2.d
aciditas cruditatem pituitæ ſequitur 173.g
acrimoniam quæ retundant 296.b
actio corrupta vnde veniat 56.d. diminuta vnde veniat 56.d. 477.d
actio omnis animalis immediatè à cerebro procedit 319.f
actio quando diminuatur 56.d
actio ſemper ſequitur diſpoſitionẽ paſſi 252.d
actio ſentiendi & mouẽdi vnde 167.f
actio vteri diminuti vnde proueniat 39.e
actionis læſio 156.c
actiones animales 931.e
actiones cerebri propriæ quæ 86.f
actiones generatiuæ et nutritiuæ quo modo differant 258.e
actiones læſæ 846.g
actiones naturales 3.d. duplices 258.d
actiones omnes à frigido diminuũtur 799.c
actiones ſentiendi & mouendi dupliciter impediuntur 167.f
actiones vbicunque impediuntur, in illis membris eſt ægritudo 479.b
actionum naturalium læſio 847.d
actionibus bonis in ventriculo qui deſtituantur 935.e
acuti omnes morbi vnde ſint 321.a
adeps anſerinus cur valde penetret 437.g. 462 d. 1002.b
adipis omenti vſus 935.e
adoleſcentes vino potenti inflammantur 267.e
adoleſcentum nubendi tempus 800.e
aduſti qui ſint 372.e
aduſtionem quæ augeant 525.e
aduſtionum copia vnde 80.g
ægritudo ibi, vbi dolor 335.e
ægritudo nulla immaterialis ſubitò aduenit 213.e
ægritudo vel morbus dupliciter intelligitur 479.b
ægritudinem quæ immedicabilem reddant 73.f
in Ægritudinem hominẽ cadere quæ faciant 477.e
ægritudines non poſſunt curari non cognita cauſa et eſſentia ipſius 369.e
ægritudines præter propriam temperaturam contingunt 770.b
ægritudines quæ periculoſæ 1035.f
ægritudines quando mutentur 153.f
ægroti viſitatio 759.g
ægrum accedenti quæ conſideranda 877.a. 1016.d
aer balnearum quãdo peſſimus 154.g
aer calidus aperit, rarefacit, & attrahit 24.e
aer craſſus implet corpus cruditatibus 572.e
aer exceſſiuè calidus digeſtionem debilitat 807.b
aer frigidus denſat & cõprimit 24.e. innatum calorem admodum obtundit 676.b
aer hyemalis omnibus medicationibus inimicus 690.g
aer mirum in modum corpora noſtra immutat 92.a
aer qui ſanitatem conſeruet 817.c
aer quomodo ſit pro ægritudine 154.e
aer ſubtilis fluxionum cauſa 370.a
aeris humiditas cauenda 102.d
aeris ratio habenda 787.d
aeris permutatio 92.f
aeris vſus 817.c. 807.c
ætas paracmaſtica 147.d
ætatis vigor 167.b
Æthiops non neceſſariò calidus 566.c
Aetij vnguentum 1085.a
affectio hypochondriaca 583.a. melancholica 71.e. membrorũ multis modis fit 390.e
affectio quæ flatus hypochondriacus 574.c
affectiones cerebri malæ vnde 69.f
in Affectionibus capitis vnde omnes euacuent per hæmorrhoides 44.d
affectus cardiacus 481.e
affectus interiores quæ indicent 78.a
affectus præter naturam non poſſunt curari non cognita cauſa ipſorum 369.e
affectus qui maximè vitandi 410.a
agaricum corroborat 795.d. craſſos humores educit 42.d. laborioſè ſoluit 1002.a. lædit ventriculũ, & auget fluxiones 297.e
agarici cum aloe & rhabarbari miſti virtus 97.e
agarici virtus 117.e. 538.f. 716.a. 756.c. 792.f. 810.a.b. 820.c
aggregatiuæ pilulæ habent, quidquid pilulæ Galeni 419.f
album in cornea an ſymptoma vel morbus 205.b
albuminis oui cum ſaccharo præſtantia 230.a
alimentum quid à medicamento differat 595.e
alimentum ventriculo cõueniens 71.a
alimentũ craſſum quæ gignãt 651.d
alimenti concoctio bona 448.e

alimenta quæ melancholicum humorem faciant 1054.f
allij virtus 707.a
aloe lota educit humores 988.d
aloes non lotæ vſus 150.b
aloes vſus 103.d. 655.f
aloeticæ pilulæ ventriculum euacuant 24.f
alopecia 1.b. vnde fiat 3.a
Aloyſius Gonzaga 271.g
Aloyſij Bellocati curatio 720.f
alteratio quomodo fiat 734.f. vnde fiat 165.e. 409.d
ad Alterationem corporũ quæ faciant 366.a
alteratrix virtus qñ afficiatur 598.c
aluus in febribus ſi fluat, nulla euacuatio molienda 533.e
alui aſtrictio 505.b. 576.e. 583.f
alui beneficium quæ adiuuent 125.a
ad Alui beneficium quæ cõmoda ſint 446.e
alui conſtipatio 848.b. egeſtiones quid faciat 501.b. emolliendæ remedia familiariſsima 410.d. fluxio 509.e. leniẽdæ modus 655.c 683.c. 894.g. 934.b
pro Alui lenitione quæ ſumẽda 177.f
alui lenitiuum 417.e
aluum aſtrictam quæ leniant 798.c
aluũ quæ emolliãt ſine moleſtia 20.a. 778.a
amara magis aduſta 964.b
amara non bene tranſeunt 1038.c
amaritudo guſtus obiectum 637.d.
amaritudo omnis in caliditate nõ pertranſit ſecundum gradum 637.f
ambitio, ſeuerus tyrannus 716.f
amentia vnde naſcatur 63.c
Amilli ſophiſtæ curatio 809.f
anacardini mellis virtus 173.a
Anacreontis poetæ interitus 283.g
ἀναρυπτικὰ 1038.g
ἀναστόμωσις ibid.
ἀναστομωτικὰ ibid.
ancillæ eryſipelate laborantis curatio 796.c
Andreas Ponticellus 298.d
Andr. Vuelſerus Auguſtanus 666.b
Andronij paſtilli 871.e
anethini virtus 462.e
an Angina omnis inflammatio 286.b
anginæ methodus 282.d
anhelitus difficilis quomodo fiat 286.e. quando non impediatur 285.f. quibus modis impediatur 283.a. difficultas, eſt ſignum pathognomonicum pleuritidis 284.g. ex quibus cauſis fiat 296.a. quomodo fiat 284.b. ſumpto cibo vnde 494.e. vnde 175.a. 399.f.
anhelitus difficultatis cauſæ 35.b. 391.g. 283.b.
anhelitus difficultatem quæ ſigna ſequantur 285.c. impedimentum 282.f. 296.c. viæ 285.e. vtilitas 285.b
anima quæ aliò occupata, non percipit obiecta 58.b
animæ eſſentia ſequitur temperaturam corporis 70.b
ab Animæ paſsionibus cur abſtinendum 809.b
animal in quibus obſtructionibus ſuffocetur 283.f
animalis virtutis læſio 493.f.
animalis virtutis locus, cerebrũ 698.f ſedes in cerebro 181.c.
animales virtutes 53.a
animalium ſenſus 166.g
animi accidentia ad diſcraſiam corporum augendam, quantum faciant 478.b. ad reſolutionẽ ſpirituum quantũ faciant 236.a. cuius mali cauſa 211.a. multum facere ad epilepſiam 135.d. affectus fugiendi 867.f. moleſtiæ cur vitandæ 757.b. mores temperamentum corporis ſequuntur 872.f.
animi motus temperatio 425.e
annus clymactericus maior 321.e
annus quartus criticus morborũ chronicorum 4.b
Antiochus Medicus 480.c.d
Antipater Medicus 400.f
Antonius Bagolinus quo morbi genere perierit 466.b
Antonius Muſa Medicus 924.g
M. Antonij Contareni epilepſia 130.a
anus ex quot muſculis conſtet 857.e
ani dolor 690.d. vlcera difficilima curatu 865.e
in Ani vlceribus calidá & acria cur euitanda 871.d
anxietas vnde proueniat 538.a
aorta vena 48.b. 595.b
aperiendi duo inſtrumenta 1035.a
aperientia quæ propriè dicãtur 1038.e
apium antiquorum 122.a
apium Galenus in epileptico affectu exhibuit 122.f
apij humiditates 122.b
Aponenſe lutũ tantũ exiccat 784.d
Aponenſes aquæ 151.f. 493.b
Aponenſes thermæ 40.d
Aponenſia balnea 163.c
Aponenſium aquarum virtus 728.b. thermarum natura 550.a
Aponitana balnea 132.a
Aponitanæ aquæ virtus 584.b. 802.d. 813.f
apophlegmatiſmus quõ fiat 427.c
apoplectica diſpoſitio 140.d
apoplectici curatio 140.e
apoplectici victus ratio 145.f
apoplectici ſemper attoniti 561.d
apoplexia à paralyſi quid differat 801.c. cum catarrho 145.b. & paralyſis quid differant 152.e. le[illegible] cur dicatur 145.d. quid 133.f. vnde 122.g
apoplexiæ à cerebro deſcendentis ſigna 410.d
apoplexiæ & paralyſis differentia 179.f. præſeruatio 141.d
apoplexiæ vis 998.d
apoplexiam fortem ſoluere impoſsibile 152.f. item leuem ibid.
apoſtema 921.d
apoſtema cancroſum in narib. 277.f
apoſtema polypus 280.e. eius vnguentum 281.c
appetentia canina 62.a
appetitus mulierculis familiaris 72.b
appetiua virtus 53.c
aqua chalybeata cur ſplenetico indurato exhibeatur 330.b
aqua cruda vlcerat corpora 715.b
aqua cum ſaccharo & modico piperis, an ſpleni nóceat 330.b
aqua deſtillata ſubtilior quàm decoctum 774.b
aqua materia omnium decoctionum 891.c
aqua pectoralis 445.b
aqua potius primum humidorũ quàm frigidorum 891.b
aqua primum frigidorum 891.a
aqua pulli 381.e
aqua thermarum quomodo aſſumenda 154.e
aquæ balnei euacuatio 136.c
aquæ deſcenſus, locus 256.d
aquæ à rebus calidis extractæ, etiam frigidæ 416.c
aquæ complexionatæ 891.e
aquæ diſtillatæ omnes frigidæ 1001.f
aquæ metallicæ ſi longius vehãtur, eorum virtus euaneſcit 708.f
aquæ probatiſsimæ indicia 1116.c
aquarum ænearum proprietas 841.c
aquarum dulcium virtus 556.f
aquarum mineralium potus conſtantes vires requirit 717.f
Aquarium balneum 370.e
Aquarij aqua aluminoſa & aſtringẽs 370.f. thermæ 176.b
aqueæ inſipida non mouent ſenſus 637.d
Arabes anatomiæ ignari 378.a
Arabes maximi Alchimiſtæ 909.a
Arabes omnes confuſi potius quàm mendaces 637.a
Arabes omnia ſua à Galeno habent 347.e. 378.a
arenulæ cur calculum nõ præceſſerint 665.a. 669.b
arenulæ fuluæ & aſperæ calculoſorũ 663.e. vnde fiant 693.b
arenularum emiſsionis cauſa 806.e
arenularum excretio 654.g
ex Arenularum colore cognoſcitur

mate-

materia peccans 327.a
arenulas habentes quamdiu calculis ſubiecti 667.c
argentum viuum ad oſſium medullas penetrat 733.b. ad quos morbos deducat 841.a
argẽtum viuum frigidiſſimum 733.a
argentum viuum frigiditate & humiditate paralyſin inducit 849.c
argentum viuum omnia repellit 882.d
argentum viuum quid 881.c
argentum viuum repercutit humores a partibus exterioribus ad intrinſecas 366.d
argentum viuum ſubſtantia ſua frigidum 113.f
argenti viui frigiditas 928.d
argenti viui horrenda vis 938.c
argenti viui inuentores 881.e
argenti viui virtus 878.a. 881.d. 882.f. 909.a
argenti viui vſus 881.b
ab Argenti viui vſu cur abſtinendum 909.c
argentum viuum Galenus pro veneno agnouit 113.f
ariditas vnde 726.f
arietis ſignum ſiccum 933.b
Ariſtoteles cum medicis non conuenit 114.d
Ariſtoteles pædagogus medicorum 1016.d
arnogloſſæ ſucco quando Galenus vtatur 473.c
aromata conuenientia 217.e
aromatum magnus vſus in Polonia 54.a
aromatum vſus apud Germanos plus nimis viget 138.f
arroſio vnde fiat 207.e
ars reſolutiua Galeni 289.b
arteriæ & venæ ex cantu intumeſcunt 766.f
arteriarum pulſationis motus, actio virtutis vitalis 53.e
arteriarum pulſationes vnde 422.b
arthritici dolores 210.c
arthritis ex melancholico humore 780.e
articularis morbus 776.f
articulares dolores quomodo leniendi 785.d
ad Articulares morbos quod corpus aptiſſimum 727.d
articulorum dolor 708.c. vnde 707.g
articulorum doloris cauſa 922.f
in Articulorum doloribus ceſſat dolor ſolo vomitu 782.b
aſcites 429.d
aſellorum vſus 665.f
aſinini lactis vſus 348.b
aſpera arteria, pulmonis via 449.e
aſpera cum abſtergentibus curantur 964.c
aſthma 153.e. quid 244.c
aſthmatis cauſa 572.a. cauſæ triplices 294.d
aſthmatis curatio 140.b
de Aſthemate quomodo tranſitus ad hydropen fiat 285.g
ex Aſthmate & epilepſia ſolis purgationibus multos curauit Galenus 297.b
aſthmaticus paroxyſmus ibid.f
aſthmaticos multos Galenus bolo armeno ſanauit 373.b
aſtringentia valde exaſperant 362.d
atheromata vlcera 254.f
atra bilis vnde generetur 170.e
atrophia quomodo fiat 852.b. vnde fiat 372.a. 455.f. 760.a
audacia calorem arguit 560.b
auditorium frequens 625 d.
auditorium rarum ibid.
Auerrhoes malè intelligit Galenum 334.d
Auerrhoes quid cauſam doloris eſſe dicat 165.d
auertendæ materiæ ratio 253.a
Auguſtus Cæſar climactericum maiorẽ euadens, diis ſacrificat 321.339.c. 1008.d
Auicenna diligentiſſimus in recenſendis differẽtiis morborũ oculi 240.e
Auicẽna & Galenus contrarij 328.a
Auicenna fideliſſimus Galeni interpres 569.e
Auicennæ præceptum Galenicum ex oppoſito immutatum 125.b
aulæ annexa quæ 551.d
aura quid 134.b
aura venenoſa 128.f
auræ prohibitio 117.c
aureæ Alexandrinæ confectio 318.a
aurearum pilularum vſus 302.g
auris ſiniſtræ dolor 273.f. curatio 274.a
aurium curatio 1004.e
aurium ſibilus vnde fiat 17.d
aurium tinnitus quomodo fiat 365.a
ad Aurium tinnitum antiquatum, remedium 183.f. quid maximè conferat 20.g
aurium tinnitu laborantis victus ratio 184.d. cura ibid.e.f
auſtralia & borealia tempora catarrhos conferunt 435.d
auſtros potiſſimũ caput replere 157.d
circa Axillas & inguina quæ corpora fœteant 715.c

B

BAlbi cur diarrhœa corripiantur 792.d
balneum de Luca 844.e
balneum & cibus humectant 53.b. in vrinæ difficultate nocet 824.a
balneum S. Helenæ 768.e
balnei vſus 734.e
balnea cur concoquant 924.c. factitia cum natiuis minimè conferenda 323.a quando Galenus vituperet 793.g. ventriculum corroborant 782.c
balneorũ calor vnde 823.d. dulcium vtilitas 523.a. vis 112.d. vſus 427.g. vſum Hippocrates cur improbet 355.b. vſu Galenus melancholicos multos curauit 924.c
Baro à Saurau epilepſia laborans 21.b
Baronis à Dietrichſtein dyſenteria laborantis clyſter abſterſiuus 530.a. victus ratio ibid. ſyrupus ibid.g
baronis à Saurau victus ratio 127.e
Baſſianus Landus 189.d
bellum Neapolitanum 997.b
D. Benedicti affectio hypochondriaca 583.e
benzoinum oleum 348.f
Bernardi Naugerij Veneti ſenatoris vertigo 76.f
Bergomenſis aer qualis 341.c
betonica efficacior ſaluia 1004.b
betonicæ vis 970.g
bezoartica Auicennæ 878.d
bezoartica noſtra ætate duo 880.e
bezoarticæ vis 911.e
bilioſæ materiæ deſcenſus 521.e. materiæ generatio 494.e
bilioſas materias quæ euacuent 45.c
bilioſorum humorum copia vnde 55.a
bilis à frigore quid differat 1021.d
bilis acuta 503.g. bilis citrina quando in praſinam vertatur 519.g
bilis concocta in quem colorem tranſeat 77.g. cruda qualis ibid. & pituita ferè ſemper commiſcentur 1034.d. flaua ſeu citrina 519.e. in corpore humor nobiliſſimus 1033.f. maioris famæ 999.c. miſta cum pituita tanquam gluten habet ſe ad calculos 663.e
bilis praſina quomodo generetur 519.f
bilis quales vrinas faciat 845.b
bilis ſanguinis excrementum 685.c
bilis tanto feruentior ſanguine, quanto ſubtilior 34.c
bilis vnde originem ſumat 775.f. vnde generetur 665.c. 685.c
bilis abundantis ſignum 270.c
bilis acrimoniam extinguẽtia 290.e
bilis aduſtio quæ mala generet 63.c
bilis aduſtionem quæ ſignificẽt 519.e
bilis atræ indicium 371.d
bilis dominium 845.c
bilis educendæ ratio 422.d
bilis & pituitæ concoquendæ ratio 148.f. generatio 43.g. 599.c. 997.b. multiplicatio vnde 999.f
bilis proprium 980.b. 290.d.e
bilis proprius typus 1018.e

bilis ſignũ pathognomonicum 264.e
bilem aduſtam quid multiplicet 499.c. putreſcere quæ arguant 999.b
ex Bile vermes non generantur 99.b
blitis ſuccus reſoluit & attrahit 189.e
bolus armenus an eclegmati immiſcendus 434.f. au pro peſte conueniat 437.a
bolus armenus probibet deſcenſum catarrhi ad pulmonem 404.f
boli armeni virtus 347.b. 444.d
boli armeni vſus 373.b.c. 413.e
bolus in tuſſi poſt ſputum ſanguinis 426.f.
Bononienſis aer qualis 564.c. 798.a
Boreas veterum ſaluberrimus 1115.d
boreæ vis 247.f
brachiorum tremor 176.e
brachiorum tremorem patientis curatio 177.b
βρόγχοι & corycæ in valde ſenibus coctionem non admittunt 336.c
difficulter curantur 436.a
Brixiana aqua 30.e
Brixiana mulier dolorem capitis cum aliis ſymptomatibus patiens 28.g
Brixianæ mulieres cur collum craſſum habeant 30.f
Brixienſes cur podagris & deſtillationibus & ventriculo maximè laborent 176.b
brodium pulli contemperat humores 528.a
bronchus 35.b
bronchi & catarrhi non maturantur 44.g
bronchi in valde ſenibus quatenus non maturentur 773.a
C
Cachectici cur frequentiſſimè febricula laborent 544.d
cachexiæ quid peculiare 544.b
calamenthi virtus 755.a. vis 1001.f
calculus an morbus in compoſitione vel complexione 680.e
calculus cur ex genere fluxionum 663.b. cur ſit recidiuus 667.f
calculus in cauitate renum generatio, cur non ſoluat continuitatē 664.e
calculi cauſa efficiens 663.f. 686.b. 727.b. curatio 665.e. difficilis 687.b. dolor quando minus in tranſitu ſentiatur 668.e. dolor vnde proueniat ibid. doloris cauſæ 664.e. & podagræ conſenſus 645.d. generatio 687.b. indicia 682.e. locus 666.f. loca, renes & veſica 663.d
calculi materia ibid. 687.e
calculi membrum recipiens 664.b
calculi natura 666.d. vnde deprebendatur 667.a
calculi præſeruatio 645.a. 656.b
calculi ſigna 645.a. 686.g. 734.b
calculi veſicæ curatio 685.e
calculi viæ 664.a
calculum acetoſa confringunt 954.e
calculum patientes cur plurimas habeant arenulas 667.b
calculum recipiens membrum, veſica 668.a
calculi à quibus cauſis potiſſimum generentur 646.b. arenæq́ pluri mæ vnde generentur 495.d
calculi cur tam citò multi & magni generentur 668.b
calculi generati cauſa efficiens 658.a
calculi in renibus generati diuerſa habent nomina 663.d
calculi ex quibus humoribus generentur 667.a
calculi qui minus periculoſi 667.c
calculi vbi generentur 709.f
calculi vnde fiant 693.b. vnde generentur 727.a
calculorum cauſa efficiens 667.d.e
calculorum color 682.c
calculorum condenſatio 507.a
calculorum generatio 682.c
calculorum materia pituita 338.g
calculorum viæ 667.f
Calderianæ aquæ efficacia 268.f. 591.e
Calderianæ aquæ refrigerant corpus, & præcipuè hepar 473.d
Calderianæ thermæ in agro Veronenſi 178.c
Calderianæ thermæ vnde refrigerandi & aſtringēdi vim habeāt 381.b
Calderianorum balneorum vis 82.f
caliditas cum humiditate non generat pilos 300.c
caliditas ignea non concoquit humores, nec ad determinatam aliquam formam deducit 54.e
caliditas cum humiditate in corpore abundantis ſigna 57.d
caliditatis & humiditatis mixtura 439.c
caliditatis ſigna 386.f
caliditatem magnam quæ indicent 54.b
calidæ & ſiccæ temperaturæ ſigna 187.d
calida & ſicca apta ad trahendum 391.b
calida in febribus capiti adhibere, periculoſum 451.g
calidi capitis qui ſunt, ſubiecti deſtillationibus 387.b
calidi & ſicci abundantiam quæ teſtentur 231.a
calidi eſt aperire 370.e. attrahere 574.e. 814.a. dilatare 391.b
calidi proprium 694.f
calidum & frigidum quòd cauſet dolorem, quomodo verum 166.c
calidum quomodo reſoluat humidum 448.f. iecur habentes omni capitis repletioni obnoxij 239.e
calidi & ſicci tempore paracmaſticæ ætatis fiunt melancholici 582.e
calidi & humidi multum ſanguinem generant, & plurimum etiam fæcum 57.f
calidiora omnia tempore paracmaſticæ ætatis redduntur frigidiora 29.f
calor diſſoluit 52.e
calor ex motu auget 497.e
calor humorum indicium 920.f
calor in ſenio extinguitur, & refrigeratur ſanguis 153.g
calor in ſenibus cur ſuſpectus 481.b
calor in parte vltimi ſenij extinguitur 371.a
calor naturalis quando incipiat diminui 326.b
calor quando deficiat 147.e
caloris actuantis imminutio 374.b
caloris euentationis probibitio 64.d
caloris in ſenibus diminutio 732.f
caloris naturalis deſtructio 510.d
caloris vires 74.a
calori quando debeantur omnes actiones 479.e
calorem naturalem excitantia 501.a
calore diminuto in membris, magis recipiunt fluxiones 168.a
caluities vnde 114.f
Camerani curatio 402.d
cancer cuius ratione craſſior ſeipſo 370.e
cancer curatus citius interimit, Hippocratis ſententiæ expoſitio 472.e
cancer phagædenicus 268.d
cancer quæ propria babeat 371.e
cancer vnde 467.e
cancri cauſa efficiens ibid.f
cancri genera ibid.
cancri in mamilla curatio 468.e
cancri natura 372.b
cancri à qua materia pendeant 951.e
cancroſa vlcera mamillarum 467.a
cancroſorum vlcerum in mamillis curatio ibid.b
canis rabidi morſus 929.a
cantharides propter mictum ſanguinis moleſtiores 378.a
cantharides ſanguinem per vrinam prouocant 416.a
cantharidum vſus 413.f. 929.b
capillorum nigredo vnde 1043.e
capillos nigros & criſpos qui habeant 1042.g
capparum maſticatio 793.a
caput ad ſuperfluitates ſuſcipiendas aptum 398.g
caput calidum generat catarrhum frigidum 1052.d. deſtillationi ſub iectum 1055.b. ex defluxu ſeminis maximè debilitatur 254.e. humidū ſemper excremētoſum 205.d

caput ratione vaporum patitur 17. d
caput quõ à frigore lædatur 24.d
caput vnde caleſcat, & imbecillius reddatur 24. e
capitis abluendi tempus idoneum 409.c
capitis ablutio 41.f. qualis eſſe debeat 363.d
capitis affectio, vulgò tinea 253. e
capitis anterior pars calidior 24.c
capitis calidi ſigna 202. d
capitis confortantia 421. g
pro Capitis confortatione qui pulueres apponendi 420.f
capitis corroboratio 76. e. 81. c. 232.f
ad Capitis corroborationem qualis lotio vtilis 785.b
capitis curatio 340.f
capitis debilioris ſignum 254. e
capitis deſtillatio empyematis fons 446.g.
capitis dolor cum variis ſyptomatibus 52. c. in occipite vnde 23. c
capitis dolor periodicus 21. c. 39.a
capitis dolor vnde 17. c
capitis dolor vt eſt multiplex, ita etiam multiplices cauſas habet 23.c
capitis doloris contemperatio 422. e
capitis dolorem qui facile patiantur 112. a
ad Capitis dolores qui ſint apti 391.f
in Capitis dolores qui facile incidat 130.f
capitis & ventriculi mutuus conſenſus 317. b
pro Capitis & ſtomachi confortationes quibus pilulis vtendum 183.f
capitis euacuatio 38. b. 242. b. 259. e. 317. g. 419. e. expurgatio 344.b
capitis frigidi ſigna 430.d
capitis intemperies 561. c
capitis lotio 215. e
in Capitis lotione quæ adhibenda 393. a
circa Capitis partes qui citò ſeneſcant 114. f
capitis plenitudini qui maximè ſubiecti 406.f
capitis purgandi ratio 33. a
capitis repletioni qui ſubiecti 936.f
capitis repletionem quæ faciant 325.g
ad Capitis repletionẽ qui paratiſſimi 308. d
capitis roboratio 427. d
capitis vnctio 492. a
caput & ventriculum quæ mirum in modum corroborent 83. a
caput nihil magis replet quàm potens vinum 20. c
caput repletum qui habeant 44. b
caput quæ confortent, ne deſcendat materia 452.b
caput quæ maximè corroborare ſoleãt 24.f
caput qui ſemper repletum habeant 252. c
capite qui plerunq; doleant 17.b
in Capite roborando quæ ratio præcipuè habenda 125. f
in Capite purgando quid præſtantiſſimum 420. d. 772.b
capita pituitoſa cur obtuſo ingenio 352. c
capita quæ facilè lædantur 247. d
caputpurgium 341. e. neceſſarium 811.a
caputpurgia 160.f. quomodo facienda 783.f
caputpurgiorum vſus 459.b. 1002.c
cordiacus affectus 482. c
cordiaci affectus cauſæ 482. e. curatio 482. g
caro agnina cur ſeni fugienda 480.d
carnis ſenſus vnde 668.f
carne ſine pinguedine qui abundent 263. e
carnes calidæ 61. c
carnes digeſtibiles 217. b
carnes facilis digeſtionis 807. f
carnes laudabiles 270.a
carnes quæ facilis concoctionis 20. b
carnium antiquarum vitium 778. e
carnium vitiatio ibid. f
à Carnibus quibus abſtinendũ 104 b
Caroli regis Gallorum cum Hiſpanis bellum 873. a
D. Caſparus Vngarus debilitate oculorum laborans 237. e
caſſia nimis relaxat virtutem naturalem 362.b
caſſia pituitam euacuat, & humores craſſos 1009.f
caſſiæ albæ virtus 433. b
caſſiæ fiſtulæ vſus 348. c
caſſiæ ſimplicis virtus 265. f
caſſiæ virtus 901.e
caſſiæ vſus 93.a. 554. d.f. 681. b. 743.b.
D. Caſſanus profeſſor Patauinæ academiæ 349. d. ob quam ſolam cauſam mortuus 416. f
Caſſianus quo morbo perierit 466.b.
Caſſiani de Montano qualis opinio 349.e
D. Caſſiani vxor quot libras pro Philonio ſoluerit 416. f
caſus deſperati non recipiendi 463.a
catarracta, deſcenſus aquæ 256. c
catarracta matura 257.e
catarractæ deſperatio 257.c
catarticus confectione quanam vtatur 364. c
catarticus quibus carnibus vtatur 364. a
cartartici victus ratio 416. d
catarrhus ad calculos generandos non paruãm affert occaſionem 645. f
ad occipitium & dextrũ brachium deſtillans 328.b. ad pulmonem deſcendens, cũ febri hectica 454.c
catarrhus auget difficultatem ſpirandi, & febrem 436. c
catarrhus compoſitus 393. g
catarrhus cuiusdam in venis 342.f
catarrhus cum empyemate & hectica 447.f cum tuſſi & ſputo ſanguinis 384. c
catarrhus cur non tam facile curetur, vt ſputum ſanguinis 387.e
catarrhus deſcendens ad colli vertebras 315.f
catarrhus deſtillans cur ſit tenuis 441. d
catarrhus diuturnus D. Adami à Dietrichſtein 362. e
catarrhus erodens vnde 422.b
catarrhus etiam facit impedimentum in muſculis os aperientibus 159.c. etiam pituita 429.b
catarrhus ex diuerſa materia 395. a
catarrhus faciens in oculis viſionem corruptam, in auribus tinnitũ, in brachio ſiniſtro ſtuporem 303. a
catarrhus fluens ad nares & os, cum febri 356. c
catarrhus frigidus cum ſumma debilitate membrorum naturalium 311.e
catarrhus humidus & frigidus 358. c
catarrhus impropriè intellectus 326.d
catarrhus in diuerſas partes defluens 331.c. in pectore putreſcens 347.g. in propria ſubſtãtia ſubtilis 455.d
catarrhus mali moris 410.e
catarrhus per aſperam arteriam deſcendens 399.f. non deſcendens 326.e
catarrhus ꝑ tuſſim expulſus ad pulmonem excernitur 450.b. per varia membra deſtillat 174. g. per venas capitis deſcendens 399.f
catarrhus perpetuus 435.f
catarrhus peſſimus qui 455.d
catarrhus propriè 326.d. in ſe non eſt ægritudo, ſed in genere fluxus 448.a
catarrhus quando facile multiplicetur 331. e. quando tuſſim perpetuam excitet 455. d
catarrhus quid 398.f
catarrhus quomodo fiat 715.d. 953.d
catarrhus quomodo generetur 352. f. quomodo ſiſtatur 451. f. quomodo tollatur 997.d
catarrhus ſalſus 159.c. 378.b
catarrhus ſalſus cuiuſdam magnifici 340.b
catarrhus ſalſus & abſterſiuus facit apertionem venularum minimarum in pulmone 429.e
catarrhus ſalſus vnde fiat 328.c. 387.b

catarrhus ſcholarium hoſtis 430.b. tenuis vnde cognoſcatur 399.b. variæ naturæ 415.c. vbi generetur 398.f. vnde 1048.e. fomentum vnde habeat 1049.f
catarrhi ad fauces defluxio 299.f. ad pectus deſcendentis curatio 344.c. 383.c. cauſa 395.a. 406.f. 430.a. 449.a. cauſæ externæ 302.a
catarrhi cum tuſsi ſicca & anguſtia pectoris curatio 368.c
catarrhi curatio 302.c 356.e. defluentis loca 449.b. defluxum cur difficile ſit prohibere 395.c. deſcendentis prohibitio 415.g. viæ quæ 399.e
ex Catarrhi deſtillatione ſymptomata nulla procedunt 398.c
catarrhi diuerſæ cauſæ 300.b
catarrhi euacuatio 377.c. euitandi optima medicina 273.d. fomenta 415.b. fœtentis cura 368.d. frigidi curatio 344 a. ſignũ 399.b
catarrhi generatio 469.g. 1008.a
catarrhi in capite generatio 300.f. in decreſcente ætate non facilis curatio 296.g
catarrhi inſipidi cauſa 370.a
catarrhi interceptio 415.f
catarrhi locus proprius 450.b
catarrhi materia qualis 794.e
catarrhi membrum recipiens, pulmo 360.b
catarrhi multiplicatio 449.b. cur non poſsit tolli 1000.d
catarrhi occupantis arterias, clangor 449.c
catarrhi optimum remedium 348.a
catarrhi origo 458.f
catarrhi plurimæ cauſæ 564.b
catarrhi putreſcentis in pectore indicia 456.a
catarrhi ſalſedo vnde 430.d
catarrhi ſalſedinis cauſa 407.d
catarrhi ſalſi præſeruatio 382.b
catarrhi ſigna 435.b
catarrhi ſiſtendi ratio 431.c
catarrhi ſymptomata 564.d
catarrhi tenuioris natura 419.d
catarrhi varia proportio vnde 381.f
catarrhi viæ 326.e.f.1008.b.1029.f
catarrhum cum ſputo ſanguinis quomodo Galenus curet 411.d
catarrhum fouentia 449.a
ad Catarrhum pectoris exiccandum, arcanum 413.d
catarrhum quæ augeant 359.b. quæ generent 363.c
catarrhum qui habent, ſæpe habent febrem putridam 1050.c
catarrho qui ſubiecti 371.b
catarrho ſubiectis nihil peſtilentius quàm ſerò è lecto ſurgere 363.f
catarrho laborantis victus ratio 305.d
catarrho nihil deterius, quàm dormituris bibere 410.f
catarrho qui liberari ſtudet, inter prandium & cœnam nihil ſumat 363.f
in Catarrho defluente ad pectus quibus pilulis vſus ſit Bellocatus 384.b
in Catarrho regimen D. Caſsiano à Montano præſcriptum 348.d
catarrhi diu perſeuerantes fiunt frigidi 399.c
catarrhi & fluxus in qua ætate difficulter maturentur 158.a
catarrhi ad oculum & aurem ſiniſtram 349.e
catarrhi in valde ſenib. non curantur, ſed præcuſtodiuntur 46.d
catarrhi propriæ paſsiones ſenum 733.c
catarrhi ſenum congeniti 1000.b.c
catarrhis qui naturaliter ſubiecti 415.c qui obnoxij 564.c
catarrhos grauiſsimos quomodo Galenus poſſe curari affirmet 456.f
catarrhos in ſenibus difficulter concoqui 339.b
catarrhoſi cur non fiant ſplenetici 328.a
D. Catharinæ Veronenſis, comitiſſæ de Sueſa, viſus diminutio 209.d
cauitas & ſinus quomodo eſſentialiter conueniant 253.g
cauſa & effectus correlatiua 806.f
cauſæ intrinſecæ facilè ab extrinſecis mutantur 304.f
cauſæ morbum facientes quotuplices 90.c
cauſarum alterantium & præparantium diuiſio 849.c
cauſarum diuerſitas 247.a
cauſarum inquiſitio 1053.b
cauſis iisdem ſtantibus, ſequuntur iidem effectus 402.f
cauſis perſeuerantibus, perſeuerat effectus 32.b
cauterium ἐσχαρωτικὸν 274.b
cauteria apud Arabes ſummè laudantur 32.g
cauteria duplicia 274.b
cauteria quæ minus periculoſa 396.e
cauteria, vulgò fontanellæ 222.a
cauteriorum in brachiis & cruribus adhibendorum ratio 422.f. in tibiis applicatio 232.f
cauteriorum potẽtialiũ diuiſio 274.b
cauteriorum vſus 89.a. 155.a.b.c. d.e. 243.b. 355.a. in continuis defluxionibus 388.f
in Cauteriis quæ conſideranda 155.b
ceratum oxycroceum omnium præſtantiſsimum 161.d
ceratum quale ventriculo apponendum 27.g
cerati betonicæ vis 179.d
cedria, vulgò ſandaracha 31.c
cerebrum membrum humidiſsimum 129.d
cerebrum pituitam & catarrhum generat 801.e
cerebrum ſiccum demonſtrat animam prudentiſsimam 566.f
cerebrum quale ad ſuperfluitates & humores aptum 369.f
cerebri actiones 181.c. 931.e
cerebri ad temperiem æqualem reductio 269.d
cerebri affectus à toto corporis ambitu augeri 73.a
cerebri animales operationes 586.f
cerebri calidi indicium 325.b. ſignum 560.c
cerebri caliditas ex quibus operationibus indicetur 210.e
cerebri calor ex multis laboribus reſoluitur 143.d
cerebri corroboratio 38.f. 42.c
cerebri cum corde affinitas 938.a
cerebri debilioris ſignum 79.g
cerebri debilitatio 29.f
cerebri diuiſio 815.e
cerebri & inferiorum membrorum conſenſus 73.b
cerebri & vẽtriculi ad proprium temperamentum reductio 402.g. corroboratio 354.f
cerebri euacuatio 456.f
cerebri exiccandi corroborandiq́ remedium 270.d
cerebri frigidi vſus 206.b
cerebri frigiditas & ſiccitas vnde arguatur 406.d
cerebri frigiditatem quæ arguant 22.b
cerebri humida intemperies Fuggeri nobilis Germani 269.c
cerebri humidi qui ſunt, multùm dormiunt 205.e
cerebri humidi ſigna 223.e
cerebri humiditatem quid maximè indicet 300.e
cerebri indicium 813.g
cerebri intemperies calida & humida actiones corrumpit 57.c
cerebri omnes ægritudines ad lunæ motum exacerbantur 320.a
cerebri operationes 21.d. 1015.d. 1043.b
cerebri propriũ temperamentũ 420.d. propria natura frigida & humida 953.d. ſicci et frigidi ſigna 406.a
cerebri ſiccitas vigiliæ cauſa 396.b. ſiccitatis indicium 114.e. ſiccitatem quæ arguant 52.f.
cerebri ſubſtantiæ ſubtilitas 16.d
cerebri temperaturam calidam qui habeant 325.b. itẽ qui tenuitatẽ & ſiccitatem ſubſtantiæ 205.g

in Cere-

in Cerebro frigido & ſicco neceſſariò plurima excrementa colliguntur 406.c
cerotum brachio applicandum 126.g
cerotum moderni emplaſtrum vocant 638.d
Chalderiana balnea 554.e
chiragra 145.c. quid 727.c
chirurgus Treuiſanus 281.f
cholera amari ſaporis 1103.d
cholera maioris famæ quæ Auicennæ 26.f
cholera morbus 511.e. 512.e
cholera praſina maioris famæ 997.b
choleræ prædominij ſignum 434.b
cholerica paſſio 488.b.503.f
cholerici qui 952.e
χοιράδες 858.d
chordarum motus 799.e
chordarum terminus 800.a
chronici morbi cauſa 321.a
in Chronicis ægritudinibus nihil pernicioſius quàm multis ſolutiuis corpus macerare 40.c
chylus non benè concoctus vbi appareat 515.e
chyli non boni concocti ſignum 509.f
χύμωσις 191 e.200.e. ab ophthalmia quid differat 191.f
chymoſis & ophthalmia cum ſimplices fuerint, facillimè diſcernuntur ibid.g.
chymoſis quid ibid.f
cibaria diuerſa in eadem menſa non ſumenda 819.f
cibaria facilis digeſtionis præmittẽda his quæ difficiliùs digerũtur 809.b
cibaria flatuoſa 500.a
ciboriorũ multitudo cur vitãda 552.b
cibus & balneum humectant 53.b
cibus facilis concoctionis 75.b. 190.a
cibus qualis eſſe debeat 683.d
cibus quando augendus 436.e
cibus qui optimum ſanguinem generet, & facilis ſit concoctu 376.b
cibus vnde ſit quòd non bene contineatur in ventriculo 497.a
cibi qualitas hyeme maior quàm æſtate cur ſumenda 809.a
in Cibi genere quo minus peccetur 898.a
cibi boni nutrimenti 818.b
cibi concoctu faciles 501.d
cibi diuerſarum naturarum in ſtomacho non admiſcendi 646.d
cibi facilis concoctionis 788.d
cibi refrigerantes & emplaſtici 396.e
cibi qui vitandi 651.c.807.e
cibi ſalſi facile in bilem conuertuntur 771.a
cibi vaporoſi 217.a
ciborum diuerſitas noxalis 75.b
ciborum inter ſe differentium varietas nocina 410.f
ciborum multitudo catarrhis aduerſiſſima 364.a. & varietas vitanda 103.f
ciborum potusq́; electio 778.d
ciborum regula quæ ſeruanda 897.f
ciborum varietas imbecillo ſtomacho nocet 486.e
ciborum varietatem quæ mala ſequantur 307.e
ciborum varietate nihil deteſtabilius 788.c
in Cibis & potionibus exquiſita diligentia vtendum 425.f
cichoracea omnia ventriculo apprimè vtilia 621.e
cichoreum vermes interficit 98.f
cichorij radicum proprium 31.b
cichorij virtus 523.a
cinara radix 775.e
cinamomũ tenuiſſimæ ſubſtãtiæ 121.g
cinamomi virtus 462.b
Cireſolum 38.e
Citadella 52.c
ciuis Cracouienſis affectione oculorum laborãtis, præſeruatio 220.f. 221.a. b.c. collyriũ 222.c. victus ratio 223.c
ciborum varietas quid pariat 221.d
citri virtus 1077.e
citrini coloris ſignificatio 1075.e
Clodianus ager 1051.a
clymacter vltimus maior 1008.d
clymactericum maiorem pauciſſimos euadere 371.a
clyſter leniens 410.b
clyſteris vſus 103.c
clyſteria lenientia 505.b
clyſterum vſus 539.d
clyſteribus quando vtendum 894.f
in Clyſteribus nunquam mel roſatum prætermittendum 762.f
coagulum calidum & ſiccum 636.g
cochiarum pillularum virtus 350.c
cocchiarum vſus 329.e
cochias pillulas in quo caſu Galenus exhibeat 414.g
coctio prima in ſecunda non corrigitur 574.g
coctio ſecũda primæ coctionis vitia nõ corrigit 676.d
coctio vnde fiat 1040.b
coctionis finis 1023.b
coctionis fruſtratio 267.d
coctionis imbecillis et ventoſitatis cauſæ 635.f
coctiõis primæ diminutæ cauſa 499.b
coctionem quæ impediant 104.b
coctiones in ſenectute omnes deteriores 338.d
coctiones quando non fiant, vt oportet 314.b
coctiones vnde deteriores fiant 646.a
coctiones malas quæ faciant 34.d
cognitio vniuſcuiuſq; rei quõ fiat 803.b
coeundi pernicioſus modus 659.a
coitus multus meatum exiccat 686.d
coitus ventre pleno noxalis 655.e
coitus abſtinentia ſtomachum confortat 814.b
coitus frequentia ſtomachũ debilitat 804.c
coitus immoderati incommoda 731.c
coitus infrigidatio 398.b
coitus læſio 39.f
ex Coitu plurimo exiccatur humor, & acuitur vapor 391.e
colicæ paſſiones 338.f.558.d
colliquatio in hecticis quõ fiat 1061.b
collyrium pro oculo 46.a
collyrium oculorum 40.a.248.d
color corporis ſemper arguit dominium humorum 560.a
color humorũ dominiũ atteſtatur 598.c
color indicat humorum dominiũ 78.c
color index dominij humorum 78.c. 685.d
color plumbeus dominium frigiditatis atteſtatur 598.c
comitis à Montfort affectus hypochondriacus 550.d. victus ratio 551.d. purgatio 552.e
comitis à Sala, Gennenſis, ſtupore ac diminutione motus laborãtis, victus ratio 168.e. curatio ibid.f. euacuatio. ibid.
complexionis ad caliditatem & ſiccitatem declinantis ſigna 438.f
complexionis naturalis ſigna 145.b
compoſitionis duo genera 166.f
compoſitionis frigidæ in membris ſignum 451.e
conceptus vt non retineatur, quid faciat 758.e
conceptus materia ibid.e
concoctio debilior 44.a
concoctio, quædam elixatio 479.d
concoctio quando non facta 463.c
concoctio quid 290.d
concoctio ſecunda non corrigit primã 331.f.583.c
concoctio talis, qualis membri complexio 142.e
concoctionis tarditas & inappetentia vnde 97.f
concoctioni quæ repugnent 355.f
concoctionẽ malã qui habeant 397.b
in Concoctione moleſtia vnde 497.a
concoctiones deteriores vnde 70.d
concoctiones quæ ſint 880.a
concoctrix virtus 53.e
concupiſcentiæ locus hepar 698.f
confectionis hamech vſus 373.a
confortatio quid 465.e
in Coniunctione, morbi cerebri exacerbantur 320.b
conſeruatio quid 641.g
conſtipationis ſigna 234.b
conſuetudo interdum vertitur in naturam 370.g

contagij vis 874.d
Contarenorum Bouia 1117.a.1118.a
contingentium futurorum veritas nõ determinata 314.f
continui ſolutio 571.c. cauſa doloris 165.f. vnde 558.c
continui triplex ſolutio 166.c
contractio in quo morbi genere collocanda 799.a
contractio vnde 826.e
contractio vbi fiat 831.b
contractionis cauſa propinqua 799.c
contraria contrarijs medenda 197.a
conuulſio quomodo fiat 114.c
cœliacus affectus apud antiquos pro lienteria ſumi 509.a
cœna prandio ſit parcior 125.b.163.f. 275.c.486.g
cœnæ & prandij moderatio 778.b
cœnæ parcioris vtilitas 778.a
cœnandum parcius quàm prãdendum 788.f
coquus egregius & præſtantiſſimus medicus maximè ſibi inuicem diſcrepant 898.d
collegia bonorum virorum 1014.d
color temperaturæ argumẽtum 935.c
coloris liuidi qui ſint 157.f
concoctionis peſſimæ ſignum 1003.c
confortatiuum 532.e
cor calidum quæ oſtendant 22.a
cor frigidum qui non habeant 770.f
cor frigidiſſimum, calidius quouis hepate 295.c
cor fundamentum & principium caloris 455.e
cor, vitæ fons 476.f
cordis calidi argumentum 325.c. calidi & ſicci ſigna 461.f.
cordis calidi ſigna 43.f. 91.a.
cordis caliditas & humiditas æqualis vnde colligatur 352 d
cordis caliditas poteſt augere caliditatem hepatis, ſed non contrà 566.d
cordis caliditatem indicantia 22.e. 263.e. 304.a
cordis corroboratio 38.f.42.e.1081.e
cordis corroborans remedium 483.e
cordis paſſio 70.e
cordis refrigerati ſignum 1016 f
cordis temperaturam declarãtia 258.f
ad Cordis corroborationem linimentũ 1064.c
ad Cordis temperaturam ſequitur totius corporis temperatura 70.c
cordis temperiem quæ indicent 260.a
cordis tremor 478.f. cum animi deliquio 485.d. vnde 73.d
ad Cordis tremorem cum animi deliquio vnguentum 485.d
pro Cordis tremore linimentũ 747.d
coriandrum præter abſterſionem et reſolutionem etiam refrigerat 388.a
coriandri virtus 728.c
Cor. Clementinus eques 382.b
cornu cerui vſti catarrhum exiccat 437.b. loco boli armeni vtẽdũ ibid.
corona veſicatoria 427.f
cordialia 52.a
corpus humanum conſtituentia, duo principia 166.f
corpus quomodo arte calefiat 24.b
corporis conſtitutio duplex 166.e
corporis euacuatio 422.d.431.e.596.b
corporis humectatio præcipuũ in melancholia 556.c
corporis motus valetudini admodum conueniens & neceſſarius 72.a
corporis non nutriti ſigna 55.b
corporis noſtri à principio generationis proprius calor 373.f
corporis pars nunquam curanda, niſi totum ſit curatum 421.f
corporis partiũ omnium mutua quædam conuenientia 182.c
corporis propriam temperaturam exactè dignoſcere, maxima difficultas 856.e
corporis refrigeratio 544.c
corporis talis calor, quale dominiũ humoris 1029.c
corpus totius calidi ſigna 394.f
corporis quæ exquiſitiſſimè mundum conſeruent 24.f
in Corpore purgando quæ obſeruanda 61.e. ſemper vna pars debilior alia 339.b
corpora calida & humida cur facilius patiantur putredines 429.b
corpora frigida & ſicca redundant humiditatibus & pituita 448.g
corpora humida facilè in pituitæ multiplicationem incidunt 80.e
corpora maximam dant occaſionẽ ad ægritudines certas ſuſcipiendas 1065.c
corpora pinguia ſemper frigida 118.b
corpora purganda prius fluida facienda 1031.c
corpora quæ ad mutationem parata 1053.f. quæ areſcant 254.d. quæ deſtillationi obnoxia 395.f. quæ facilè capitis repletione laborẽt 210.e. quæ obſtructionib. parata 1066.e. quæ pingueſcãt & bene nutriãtur 239.d. quo tempore loco ſanguinis pituitam generent 695.d
corpora quomodo fluida fiant 1034.g
corpora ſana etiam in vere purgari 4.f
corporum continua mutatio 135.e
corporum euacuandorum ratio 924.a
corporum præſeruatio 558.b
Corricius iuuenis doctiſſimus 191.a
corroborare membrum quid 782.c
corroſio pulmonis difficilima curatu 343.d. 396.d.
corroſio vnde fiat 428.d
corruptio & cruditas vnde 553.d
corruptio ſenſus vnde fiat 799.e
coryza vnde 1065.g
coryzæ nomen vnde tractum 399.c
coryzæ & βράγχοι in valde ſenibus difficulter curantur 436.a
cotonei virtus 453.a
cotoneorum ſemina pectori propria 416.d
coturnices vulgò qualiæ 552.c
à Coturnicibus cur abſtinendũ 104.b
cotylidonum conſtrictio 758.g
coxendicum dolor vnde 186.e.187.c
Cracouiẽſium medicorũ querela 149.e
cranei penetratio periculoſa 33.a
crocus maturatiuus 257.f
crocum intenſius emollit 189.a
cruditas melancholico vitanda 41.b
cruditates vnde generentur 254.d. 593.c
cruditate nihil peſtilentis 501.e
cruditates quæ augeant 321.d
cruditates vnde 558.d.564.b
cruditatum fuga 492.d
cruditatum generatio 264.a.668.c
cruditatum multiplicatio vnde 115.c
cruditatum varietas vnde 978.e
cruris ſtupor 840.c
crurum dolor profundarũ partiũ 30.b. vnde 30.a
crurum exercitium 410.a
crurum exulceratio 844.a
crurum motus quomodo impediatur 786.f. vnde fiat ibid.
crurum palpitatio 159.b
crurum tumefactio 789.f. curatio 790.b.c
crurum tumor vnde 604.e
cruſtæ à quibus humoribus fiant 4.f
cruſtæ capitis 874.f
cryſtallinus humor vnde nutriatur et vitietur 245.d
cucumeres malos faciunt humores 946.b
culicum generatio 1117.b
cura conſeruatiua ad cauſam efficientem refertur 178.e
curæ vnde dicantur 582.f
curandi cautio 198.b. ſcopus generalis 1014.f
curatio ad quam cauſam referatur 158.b.178.f
curationis difficultas vnde oriatur 550.f
curationis principium vnde naſcatur 288.b
ad Curationẽ quot requirantur 322.a
ex Curru decidentis, Galeni curatio 168.f
Cuſcuta efficaciſſima in penetratione 1035.c
cutis ad excrementa recipienda facta 1041
cutis excrementorum capax 955.e. excrementorum locus 264.b

cutis

cutis locus excrementorum in venis contentorum 1079.c
circa Cutem quæ deprehendantur 1.b
cyclaminis ſuccus maximam vim habet in expurgando capite 405.b
cynanchæ veræ ſignum 286.a
cynogloſſi pilulæ vſus 452.f
Cypri Commẽdatoris brachij contuſio 967.a.curatio ibid.b.c

D

Dalmaticus aer qualis 57.e
deambulationis vtilitas 409.f
decoloratio ex argento viuo 908.f
debilitatis ex ſuffocatione ſignũ 55.d
defluxio vt fiat, quid requiratur 310.e
defluxus cauſa 202.b. cauſæ remotio 194.d
defluxus conditiones 200.f
in Defluxu omni quæ aduertẽda 314.c
dentifricium optimum 271.d
dentes qui ad nigredinem & putredinem deducti ſunt, poſſunt vel arte vel natura reſtaurari 269.d
dentes vnde nigreſiant & putreſiant 271.a
dentium à nigredine & putredine præſeruatio 269.c. à putredine conſeruandorum ratio 271.b
dentium dolor 273.f
dentium dolores quõ ſedentur 31.c
dentiũ mobilitatis cauſæ diuerſæ 272.a. curatio ibid.d
ad Dentiũ ſoliditatẽ remediũ 273.b
deſtillatio à cerebro cõtinua, hoſtis peſſimus 343.e. 396.d. ad dentes & gingiuas mercatoris Germani 274.d. eius uictus ratio ibid.e.f
deſtillatio vnde proueniat 308.d
deſtillationis à capite ad inferiora cura 372.e
deſtillationis acceptio duplex 326.d
deſtillationis cauſæ 407.c
deſtillationis continuæ cauſa 396.f
deſtillationis continuæ à cerebro, cura ibid.d.e
deſtillatiõi quæ corpora obnoxia 342.g
deſtillationes omnes ſenes pati 339.b
diacalamenthi vis 255.f.339.f
diacodion liquidum in catarrho ſalſo 380.b
diacodij cum ſapa facti vſus 458.a
diæta in quibus conſiſtat 807.a
tenuiſſima quando vtendũ 1098.c
diapalmæ vnguentum 832.f
diaphragmatis impedimentum 283.e
diapyrites emplaſtrum 618.d
diarrhicus fluxus 506.e.f
diarrhodon abbatis uentriculum confortat 522.d
diarrhœa 171.e.508.b.509.c
diarrhœæ notæ quæ 508.b
diaſpermatis vſus 452.d
diatrionpipereon cur à Galeno ſummopere laudetur 481.c
diatrionpipereon non ita fumoſum, vt cæpæ 19.a
diatrionpipereon ventriculum calefacit ibid.
diatrionpipereonis vis 522.d
difficultas aperiendi mandibulam ex catarrho 298.d
difficultatis vrinæ maxima difficultas 713.b
digeſtionis bonæ cauſa ſomnus 808.e
digiti medij reſolutio 155.g
digitorum pedis contractio 831.a
dilatio in ægritudinibus periculoſa 1009.e
diminutio motus 159.a
diminutio ſenſus vnde fiat 799.c
diminutio vnde procedat 70.a
diminutæ actionis cauſa difficilis ad inueniendum 237.b
Dioclis de melancholia ſententia 65.b
diſlocatio vnde 826.e
diſpoſitio læſa vnde dignoſcẽda 931.d
diſpoſitiones cachecticæ vnde 64.d
diſpoſitiones naturales cur plerunque occaſionẽ dent præternaturalib. 559.d
diſtributiones malæ vnde 494.e
diſtributiua virtus ibid.d
diuerſio compoſita à qua parte fieri debeat 204.b. omnis ſuper renes eſt attractio 45.f. optima & recta 413.d. ſimplex à qua parte fieri debeat 204.a
in Diuerſionibus ſanguinis miſſio plurimùm prodeſt 385.d
diuiſiones omnes fieri ſecundum ſcopũ aliquem 289.b
diuretica 651.a. cur conueniant materiebus pectoris 450.a
diuretica diuertunt, & euacuant per vrinam 362.b
diuretica quibus conueniant 642.c
diureticorum diſtinctio 641.b
diureticorum efficacia 643.a.644.d
diureticorum ſignificatio 641.c
diureticorum virtus 522.e
diureticorum vſus 642.g
doctoris Veneti cauſidici vertigo & paralyſis 89.e
ſine Dolo quæ fiunt, proſperè ſuccedũt 1014.e
dolor capitis certiſſimum calidi hepatis ſignum 29.e
dolor capitis cum anhelitus difficultate 33.c. cum tinnitu aurium 19.c. cum vertigine 94.g
dolor capitis ex matricis & ventriculi affectione 485.f
dolor capitis hæreditarius 433.c
dolor capitis per conſenſum à ventriculo 49.c
dolor capitis quomodo fiat 84.e
dolor capitis vnde 422.a.564.b
dolor periodicus quõ efficiatur 31.f
dolor quid 165.b.1103.e
dolor vnde fiat 166.a
doloris duæ cauſæ 166.b. quæ deſtruãt ſtructuram 166.f
doloris mala complexio 806.b
doloris periodici cauſa 32.a
dolori capitis q̃ ſemper ſubiecti 187.a
dolorem vbi aliquis non ſentit, mens laborat 58.f
dolore in ſuprema parte exiſtente calor & ſpiritus ad quas partes maximè vergat 24.c
ex Dolore capitis nullus vnquam mortuus 36.d
in Dolore capitis ſanguis mittendus 773.c
dolores Gallici ab articulorum doloribus quo ſigno diſtinguantur 332.b
dolores inteſtinales vnde 558.c
dolorum pedum curatio 1004.d
dolorum podagricorum ſedatio 780.b
doloribus capitis qui obnoxij 771.e
dormitio ſuperflua nocet 819.c
dorſi dolor vnde 1067.a
dorſi dolor ex diſtillatione frigida 332.g.1018.c.1103.f.dolores 595.b
dropaciſmi prudẽter fieri debẽt 838.f
duriciei cauſa 268.b.862.b
dux Melfenſis catarrho, tuſſi, anhelitus difficultate, & c. laborãs 309.b
Duciſſæ Vrbini catarrhus 323.c. eius victus ratio ibid.d. electuariũ ibid.f
dyſenteria 508.g. cruenta 509.a
dyſenteriæ cauſa 526.a
dyſenteriæ proprium 528.c
dyſenteriæ ſyrupus 532.f
dyſenterici pueri victus ratio 531.g. clyſter abluens ibid.f. curatio 532.b
dyſenterici ſyrupus 529.b
dyſuria 713.c. quid 701.f.824.c
dyſuriæ cauſæ 824.d
dyſuriæ curatio 717.c
dyſuriæ remedium 825.g

E

EBrij cur multum dormiant 228.e
ebriorum ſpiritus 227.d
ebullitio hepatis 576.g.vnde 64.e
elaterium quid 628.a
electuarium ad cordis confortationem 1105.b
electuarium Iuſtinum 825.f
electuariũ pro epileptica grauida 110.a
electuariũ poſt fluxum hepaticũ 523.b
elephantiaſis quid 957.f
elephantiaſis vnde 879.a
elephantiaſis ſigna 957.f.959.c
elephantiæ proprium 951.e
elephas quomodo fiat 952.b
elleborum melancholiã euacuat 59.b
ellebori ſyrupus 278.f
ellebori virtus 473.b
empetron herba 274.c
emplaſtrũ ex reb. familiaribus & nutrientibus 457.f
ἐμπύημα 446.a

empyema ex ſuppreßione menſtruorũ 446.a
empyema vnde fiat 449.f
empyematis ſigna 1045.e
endiuiæ aqua 528.a. 889.c. refrigerat 916.d
epidemia magna quoto anno Chriſti 172.e
ἐπίχρασις 426.d
epilepſia 536.f. à ſpaſmo quid differat 129.c. 134.a. item ab apoplexia 133.f
eplepſia cum morbo Gallico 112.f
epilepſia cur morbus ſacer dicatur ab Hippocrate 131.d
epilepſia & ſpaſmus quomodo differãt 152.e
epilepſia ex inunctione Mercurij 908.f
epilepſia in pueris vnde 572.d
epilepſia omnes ſenſus bebetat atq; deſtruit 116.a
epilepſia plerunq; fit à pituita 111.b
epilepſia puerorum nouerca 100.b
epilepſia quæ ratione vermium 538.b
epilepſia quam cerebri temperaturam conſequatur 102.b
epilepſia quando in apoplexiam conuertatur 116.a
epilepſia quid 110.f. 118.c.128.e.133.f
epilepſia quid à ſpaſmo differat 801.b
epilepſia quot modis fieri poßit ſine materia 111.a
epilepſia raro à melancholia fit 113.d
epilepſia ſubitò fit 129.d. vnde fiat 111.b.129.e
epilepſia vtrum à ſiccitate fieri poßit 129.c
epilepſiæ cauſa 99.f. materialis 119.e.f.120.a.129.b
epilepſiæ cauſæ extrinſecæ 120.f.item intrinſecæ 119.e. principales duplices 119.e. cauſæ quæ Galeno 133.g. cauſæ quot 111.b
epilepſiæ fontes 118.c
epilepſiæ materia 130.b
epilepſiæ ſigna 128.e
epilepſiæ triplex genus 123.c
epilepſiam interdum ex ſolo timore oriri 108.d
epilepſiam quid generet 100.e
ab Epilepſia præſeruatio 117.d
in Epilepſia vtrum cor primario vel cerebrum afficiatur 116.f
epilepticus caſus vnde contingat 123.c
epilepticus morbus qualis 131.a
epilepticus quidam ſolis cauterijs curatus 89.b
epileptici paroxyſmi vnde 99.a
epileptici victus ratio 132.a.b. 136.d
epularum multitudo ventriculi vires deſtruit 149.f
equitatio quando non tuta 503.b
Eraſiſtratus euacuationem non eſſe neceſſariam vnde putauerit 208.b
ſine Eroſione quæ mundificent 542.f
errbina cur in oculorum morbis non tentanda 242.b
errbina quid 427.b
errbina, vulgò caputpurgia 311.c
eructationes acidæ vnde 549.e
eryſipelas vnde 283.d
eryſipelata in facie vnde appareant 202.e
eſchara vnde proueniat 266.g
Eſtenſis aer qualis 85.d
euacuandi corporis inſtrumenta 118.f
euacuandi ratio 19.f
euacuandum quando 45.b
euacuatio duplex 45.a. 773.c. multiplex 208.b. multiplex Galeni ſententia ibid.b
euacuatio per halitum 621.a. per membrũ affectũ nõ debet fieri 444.a. per ſudorẽ 644.c. per vrinã 643.f
euacuatio quando fieri debeat 290.a. 404.d
euacuatio repletioni debetur 115.g
euacuatio totius quõ præſtanda 393.b
ante Euacuationem corpora fluida reddenda 1034.g
euacuatione quando vtendum 291.b
in Euacuatione rectitudo cur ſeruanda 44.c
euacuationes ſuperfluæ cur vlcera faciant 296.f
euaparatio vnde neceſſariò ad caput fiat 331.f
euaporationibus multis ad caput aſcẽdentibus qui ſubiecti 147.a
eunuchi nõ incidunt in podagrã 781.b
euripus 522.c
ἐξανθήματα 856.b
exanthemata etiam eſcharæ dicuntur 577.a
exanthemata vnde fiant 577.a
exceſſus in omnibus vitandus 501.a
exceſſus rerũ omniũ fugiendus 652.b
excrementitia humiditas vnde 488.f
excrementum rationem membri, cuius eſt excrementũ, oſtendit 260.c
excrementa calorem naturalem extinguunt 360.d
excrementa craſſa vnde fiant 693.b
excrementa humidiora quæ generent 521.c
excrementa naturalia 376.a
excrementa non colorata vnde 525.g
excremẽta pituitoſa in qua ætate maximè redundent 371.a
excrementa quæ molliant 20.a
excrementa qua ratione caput recipiat 260.e
excrementa ſemper ad debiliores partes tendunt 236.d
excrementa vnde 374.e
excrementorũ abũdãtia vnde 726.c
excrementorum albeſcẽtium & ſpumoſorum cauſa 507.a
excrementorum conſideratio 1036.a
excrementorum euacuatio 480.e
excrementorum fœtidorũ cauſa 455.f
excrementorum generatio 694.g. qua uictus ratione prohibeatur 798.b
excrementorum in corpore copia vnde 115.b
excrementorum prouocatio 75.d
excrementorum reddendorum ſalutaria remedia 306.g
excretio materiæ craſſæ et fœtidæ per vrinam 717.d
excretiones varij generis 525.d
exercendi duplex modus 282.e
exercendi tempus quod commodißimum 124.e
exercitandi hora quæ maximè opportuna 215.b
exercitium immoderatum ſpiritum euacuat 819.a
exercitium quale eſſe debeat 486.d
exercitij commoda 808.c
exercitij immoderati incõmoda 808.d
exercitij iuuamentum vtilißimum 818.f
exercitij tempus quod opportunum 551.g
exercitij terminus, anhelitus mutatio 503.b
exercitij vſus 18.e.103.b
in Exercitio qui canões ſeruãdi 808.d
exercitia matutina 363.c
exiccantia affectum augent 457.d
exiccatio in pharmaco duplex 392.e
exiccationem quæ incommoda vitæ ſequantur 308.f
experientia bona ſupplet vicem methodi 888.d
experientiæ plurimùm fidendũ 638.a
expulſiua virtus 53.f
extrinſecæ cauſæ morbum facientes 90.d
exulcerationis remotio 95.a

F

FAcies ſiniſtræ partis cur incaleſcat 182.c
ad Faciei ambuſtionem 282.c
de Fæce ſanguinis vbi multum 57.f
fæces albæ vnde 526.a
fæces inteſtinum obſtruunt 561.b
fæces ſubalbidæ quæ indicent 626.b
fæces varij coloris vnde 516.f
fæcum retentio vnde 479.d
fæcum varij coloris apparentia 510.g
fames an ab acido humore fiat 65.a
fames naturalis vnde fiat 97.f
fames non eſt ſignum frigiditatis ventriculi 154.c
fames quid 1034.b
fames quomodo fiat 154.c
famis caninæ incitatio 65.b
famis cauſa 525.f

famis

famis generatio 351.e
famis naturalis cauſæ 65.a
famem quid faciat 497.f
famē quid maximè extinguat 497.e
famem tolerare 819.e. eſt ſtomachū replere putridis humoribus 95.f. 809.a
farfara cur tuſſilago dicta 1001.e
farinæ hordei vſus 107.e
fatuitates vtplurimū incurabiles 70.f
febricitantis vrinæ quales 180.b
febricitantium potus 1012.e
febris qua cauſa naſcatur 36.b
febris à quibus humoribus pendeat 1013.e
febris amphimerina 1034.e
febris an morbus per ſe 988.g
febris catarrhi accidens 430.e
febris cauſon vnde fiat 578.g
febris cōtinua ex bile & pituita craſſa 1010.e
febris continua proportionata 1008.e
febris continua ſine typo habet humorem putreſcentem in venis 981.a. vnde 430.e
febris cuius materia in venis putreſcat 443.b
febris diuturna ſequitur hecticam 1051.c
febris dyſenteriæ comes 528.f
febris ephimera quō excitetur 864.d
febris erratica 400.g
febris & catarrhus ſummam faciunt debilitatem in membris naturalibus 451.d
febris ex obſtructione curatio 993.f
febris hectica catarrho cōtraria 359.d
febris humoralis 977.e
febris maligna quæ 1075.f
febris morbus, non ſymptoma 435.c
febris occulta Græcis τυφώδης 400.e. ſimilis hecticæ ibid.
febris peſtilens 1007.g. vnde pendeat 990.d. vnde proueniat 1074.b
febris phlegmatica 537.b
febris pituitoſa 535.f. putrida 450.f. cum præfocatione ab vtero 993.b. vnde 400.e. 434.c. vtplurimū hecticæ iungitur 760.c
febris quam putredinem ſequatur 695.b
febris quatenus à catarrho pendeat 452.f (544.d
febris quod genus typhodes Græcis
febris quid 177.e. 977.e
febris reducitur ad calorem innatum 888.a
febris ſenum ſepulta 103.c
febris ſpaſmo ſuperueniente melior 1033.b
febris typhodes vnde oriatur 997.a
febris vnde pendeat 100.f
febris cauſa, oppilatio 1014.c. cauſæ 1004.a
febris continuæ cura 1079.b
febris curatio 36.c
febris & inflammationis pleuriticæ curatio 434.e
febris humores 989.a
febris materia vnde animaduertenda 443.c
febris mos 999.d
febris naturam quæ indicent 998.g
febris peſtilentialis ſignum 433.d. 990.d. 1010.d.
in Febris peſtilentis principio phlebotomare, optimum 436.d
febris præſentis typus 443.b
febris præcedentis ab humore calido putreſcente ſignum 978.c
febris putridæ in hecticam mutatio 1044.c
febris vnde putrefactio facta 440.d
febrem cauſantia 521.f
febrim putridam patienti quatenus ſanguis mittendus 534.d
in Febri peſtilentiali an vena ſecanda 436.d
febres aliquando accidentia aliorum morborum 448.c
febres cholericæ trifariam dicuntur 1096.a
febres continuæ cur periculoſæ 985.c
febres cùm prolongantur, ad hecticam terminantur 1013.a
febres laticæ 1056.f
febres interimentes 435.g
febres in ſenibus quales 180.a. 1003.c
febres putridæ & peſtilentiales vnde 488.c. 1028.d
febres putredinales in quadruplici ſūt differentia 1095.g
febres quæ periculoſæ 1009.d
febres quæ tertia die exacerbātur, cur periculoſæ 987.a
febres tertianæ & quotidianæ vnde 366.b
febrium cognitio 1021.c
febrium continuarū proprium 985.b. 1034.e
febrium diuiſio 1095.f
febrium erraticarum cauſæ 704.d
febrium in ſenibus proprium 180.a
febrium pendentium à materia frigida curatio 1004.a
febrium putridarum curatio 988.b
febrium varietas 704.e.f
in Febribus, Galeni curatio 225.f
in Febribus vnde ſumenda remedia 1074.f
fellis meatus 626.e
ferculorum diuerſitas cauenda 809.b
Ferrarienſis aer 372.d
Ferrarienſes cur aduſti ibid.e
ferri aduſtio 256.a
ferri intenſior caliditas quā aquæ feruentis 225.b
ficus et vuæ à Græcis honores fructuū vocantur 217.c
fiſtula lachrymabilis 255.g
fiſtula ob quam ſimilitudinem dicatur 254.d
fiſtula oculi cur gonorrhæa 253.d
fiſtulæ curatio 255.d
fiſtulæ cura longa 254.b
ex Fiſtulæ ſuppeſſione quæ mala oriantur 308.f
fiſtulæ vbi facillimè fiant 725.g
flatuoſæ materiæ proprium 500.a
flatus hypochondriacus quomodo à Galeno definiatur 549.b. vnde fiat 594.f
flatus & rugitus cauſa 575.c. calorem debilitatum indicant 509.e
pro Flatu quibus vtendum 373.d
flatus ad cor vnde aſcendant 545.b. vnde generētur 54.e. cauſæ 370.c. 583.b
flatuum exiccatio 231.f. hypochondriacorum cauſa efficiens 548.d. hypochondriacorum & melancholiæ differentia 549.c
flatibus & triſtitiæ qui perpetuò obnoxij 560.f. ventris conferens rei ſanguis medium 483.d
Florentinus aer qualis 370.a. 376.a
fluxio alborum vnde 703.f. 704.b
fluxio cœliaca quādo indicetur 508.e
fluxio critica 507.f. lienteriæ 508.e.
fluxio vnde 936.b
fluxionis natura in quibus conſiſtat 667.e
in Fluxione omni quid perpetuum 781.g. qualibet duæ principales cauſæ 518.e. primò euacuāda materia 782.a. quæ conſideranda 963.b. quatuor neceſſariò requiruntur 767.b
fluxiones quomodo Galenus ſæpe curarit 964.b
in Fluxionibus quæ facienda 768.e
fluxus albus vnde 703.f
fluxus catharrhalis quomodo poſſit euitari 273.b
fluxus cerebralis 508.c
fluxus colliquatiuus ſignum inſeparabile febris peſtilentialis 1082.d
fluxus chyloſus 508.f
fluxus fluxu curandus 533.c
fluxus hepaticus 508.a
fluxus materiæ pituitoſæ per virgam 719.c. 720.f.
fluxus naturalis ſanguinis vnde 542.c. nullus adſtringendus 543.b. quando ceſſet 516.g. ſplenicus, vel ſpleniticus 508.d. ſtercorarius, vel ſtercoroſus ibid. ſtomachalis ibid.c. quando ceſſet 511.a. ventris partim hepaticus, partim lientericus, partim cœliacus 517.a

fluxus vnde 770.e
fluxus differentiæ 518.a
fluxus hepatici vnde fiant 516.d
fluxus natura in quib. conſiſtat 663.b
fluxus prohibitio 194.b. 782.b
in Fluxu quolibet quæ conſideranda 754.c
fluxus in qua ætate difficulter maturentur 178.e
fœminæ generantur propter vterum frigidiorem 39.f
fœnugræci decocti vtilitas 229.g
fomenta rerũ excalefacientium 163.b
in Foro Iulij multæ boreales conſtitutiones 187.b
Franciſcus Caſalus Medicus Brixianus 475.a
frictionis vſus 480.d
frictiones exercitij locũ ſupplẽt 808.d
frictiones quales eſſe debeant 777.f
frictionum vtilitas 410.a
frigiditas capitis vnde 794.f
frigiditas facit ſpiritus craſſiores 69.f
frigiditas poſitiua quid 56.e
frigiditas quòd ſit in membro eſſentialiter, vnde intelligatur 168.b
frigiditas quomodo motui noceat 168.a
frigiditatis in febribus cauſa 1034.a
frigiditatis ſignum 70.a. 180.b. 732.d
frigiditatis vires 74.a
frigidum vlceribus mordax 791.e
frigida & ſicca corpora qualia in vltima ætate fiant 372.c
frigus in febrib. vnde pendeat 1033.c
frigora exiccant 52.e
Friſimelicæ cholera vnde 512.e
à Fructibus quibus cauendum 376.c
fumiterræ vis 637.c
furioſi vnde 63.c

G

GAlenus in catarrho veſicatorijs tantùm vtitur 347.e
Galenus in tota cura catarrhi veſicatoriis vtitur 378.a
Galenus quomodo Æſculapius foret 456.d
Galeni, Auerrois & Auicennæ de cauſis doloris diſcrepãtia 164.g. 165.c. *repugnantiæ conciliatio* 166.b.c.d
Galeni capita in fluxu ſanguinis ex catarrho 415.e
Galeni & Auicennæ cõciliatio 122.b
Galeni infrigidatio 636.f
Galeni locus de paraplexia 141.d
Galeni pilulæ 404.d
Galeni præceptor Pelops 134.a
Gallicus morbus omnes concoctrices virtutes debilitat 862.f. *vnde contrahatur* 873.e.f
Gallici morbi cauſa materialis 850.f
Gallici morbi curatio 498.a. 879.e
Gallici morbi pictura 814.f
in Gallico morbo quæ conſideranda 850.g
Gallica infectio quæ ſymptomata inducat 757.b
Gallicæ luis ſedes hepar 859.f
gargariſmi cur ſuſpecti 405.b
gargariſmata cur ſuſpecta 420.d
garyophylli vſus 110.b
generatio quando non fiat 758.f
generationis principium hepar 1016.b
genitalium dolor 735.b
genu dolor ex deſtillatione pituitæ 790.g
genuum dolor 794.b
genuum doloris curatio 795.b
Georgius Freydel Germanus 789.f
Georgius Turzo 802.e
ad Gingiuas exiccandas denteſq́ firmandos optimũ præſidium 276.d
glandis locus ſenſibilis 690.e
glandulæ communes 425.e
γλωττὶς 283.a
gonorrhœa corpus extenuat 255.e
gonorrhœa quid 702.e
gonorrhœa quomodo fiat 703.a
gonorrhœæ regimen 737.a
gonorrhœam quæ faciant 702.e
gracilitatis cauſa 995.d
gramphus quid 153.a
grauitas capitis vnde 23.b
grauitas vnde 756.a
grauitatem capitis generantia 231.b
guaiaci ligni paratio 902.a.b
guaiaci decocti vſus 903.c
gummi cedri dolores dentium ſedat 31.c

H

HÆmorrhoides dum fluunt, cur vna aperta relinquẽda 372.d
hæmorrhoides plus quàm vlcera parua expellunt 772.b
hæmorrhoides ſanguinem per locum conuenientem euacuant 172.b
hæmorrhoides vbi aſtringendæ ſunt, vna ſemper aperta relinquenda 545.c
hæmorrhoides vnde veniant 772.a. 945.a. *qui habent, tuti ſunt ab humore melancholico* 593.e
hæmorrhoidum fluxus vnde 170.a. *curatio* 900.a.b. *fluxus* 371.4. 542.c. *an ſit ægritudo, vel ſola excretio* 315.f
hæmorrhoidum vtilitas 772.b
hæmorrhoides ſiſtere in ſenibus, difficile 481.d
Hannibal aceto montes & rupes fregit 672.c
hectica febris à Medicis per coniecturas cognoſcenda 451.b
hectica febris quãdo incurabilis 930.a
hectica febris vnde 361.a. 396.a
hecticæ febis ſignum 400.b. 430.f. 756.b. 458.e. 1049.g
hecticæ febris tres ſpecies 451.b
hecticæ prima & ſecunda ſpecies difficilè cognoſcitur 760.d
hecticæ perpetuæ ſignum 1056.e
hecticæ ſoli conuenit poſt cibum immediatè calefieri 285.a
hecticus calor an ſenſu deprehendi debeat 361.c
helleborum cur purgato corpori nõ dandum 890.a
hepaticus fluxus 510.e.f. 527.f *eius curatio* ibid.f
hepaticus fluxus vnde 532.b
hepar ad ſcirrhos quomodo ſit paratum 599.d
hepar calidum & humidũ vnde 57.e
hepar calidum facit vt miſceantur vapores calidi cum frigidis 595.d
hepar calidũ plures vapores facit 29.e *quales humores generet* 16.f
hepar capitis repletionem fouet 243.b
hepar humores omnes generat 952.e
hepar inſtrumentum generandi ſanguinis 560.a
hepar non corrigit coctionis primæ vitium 143.c
hepar quatenus dicatur habere frigiditatem priuatiuè 374.a
hepar quomodo aduſtos humores generet 701.c
hepar ſolùm in corpore humores facit 574.e
hepar vbi eſt calidum, facilè ex mala victus ratione ventriculus fit frigidior 39.a
hepatis actionem diminutam quæ oſtendant 111.a
hepatis calidi & ſicci qui ſunt, procedente tempore fiunt frigidi & ſicci 699.d
hepatis calidi eſt plurimum de cholera generare 815.d
hepatis calidi indicium 732.c
hepatis calidi qui ſunt, ventriculum habent calidiorem 386.g
hepatis calidi ſanguis 770.g
hepatis calidi ſigna 16.a. 43.f. 64.b. 267.c. 228.c. 571.g
hepatis caliditas conſumit pinguedinem, quæ in omento eſt 397.a
hepatis caliditas quomodo remouenda 419.a
hepatis caliditas ſanguinem feruentem bilioſumq́ generat 406.f
hepatis caliditas vnde oſtendatur 22.e
hepatis caliditatem inſignem quæ præ ſe ferant 22.a
hepatis caliditatẽ monſtrantia 260.a. 342.f. 550.f
hepatis caliditatem quæ ſequantur 365.f
hepatis caliditatem qui habent, ferè ſemper ſucceſſu temporis efficiuntur

tur ventriculi frigidioris 241.c
hepatis caliditatem ſequitur ferè ſemper ventriculi frigiditas 1066.b
hepatis caliditatem teſtantia 167.b
ex Hepatis caliditate quæ ſequantur 574.e
hepatis calor magnus vnde appareat 516.f
hepatis calor vnde 169.f.510.g
hepatis coctio nõ emendat vitioſas coctiones ventriculi 157.f
hepatis confortatio 527.d.621.a. 622.c
hepatis & cordis caliditatem inſignẽ quæ indicent 186.c.395.e
hepatis & renum caliditas vnde pateat 325.c
hepatis & vẽtriculi corroboratio 38.c
hepatis expurgatio 715.f
hepatis frigiditas quibus modis cõtingat 628.f
hepatis inflammatio quæ ſigna habeat 289.e
hepatis intenſa caliditas 397.b
hepatis linimentum 375.d.c
hepatis munus 598.d
hepatis naturalis caliditas vnde arguatur 406.e
ab Hepatis præternaturali calore quales humores fiunt 366.a
hepatis proprium 862.e
hepatis refrigeratio 208.c.372.b
hepatis temperatura qualis, talis & venarum 224.b
hepatis vnguentum 375.d
hepar quæ calefaciant 572.f. quæ corroborent 596.d
hepar calidum qui habẽt, ſemper ſubiecti ſunt repletioni capitis 153.e
hepate & vẽtriculo affecto, ſplen etiã afficitur 516.f
in Hepate quot humores generentur 267.d
Heracliti dictum 57.d
herbæ laudatæ 807.g
Hercules poeta 884.c
in Hermodactylis quæ virtus 329.f
herniam quid faciat 148.c
herpes quomodo fiat 268.c
hiera eſt diuretica 681.c
hiera in ſicco ventriculo non exhibenda 772.g
hiera picra Galeni 491.a
hiera pro ſtomacho facta 89.a
hieræ ſimplicis efficacia 323.b. vſus 232.e.501.b
hieræ vis 356.a. 504.f
Hieronymus Schreiber Noricus 132.f. 511.e
Hieronymus Vrbinus quid à Montano diſcrepet 236.g
Hieronymi Beck catarrhus deſcendẽs ad vertebras colli 615.f. eius curatio 317.d.e
Hieronymi Beck coniugis immunda matrix 315.f
Hippocrates medicorũ princeps 103.e
Hiſpani illuſtris podagrici præſeruatio 500.f
Homeri de Neſtore ſententia 481.c
homines albi 566.c. carnoſi 303.f. pingues ibid.g
hordei vis 970.f
horripilatio D. Ioſephi 1080.e
horripilatio quando fiat 461.d
horripilationis cauſa 864.d
humectatio quibus modis fiat 1087.b
humectatiuum 52.b
humidum leuitatis cauſa 952.c
humida corpora dum euentantur, non putreſcunt 462.c
humida cur guſtui ſuauia 166.a
humiditas actus inſeparabilis ab aqua 891.a
humiditas calorem temperat, & pilos molles efficit 29.f
humiditas duplex 1090.c
humiditatis redundantiam quæ oſtendant 535.c
ab Humiditate nihil prouenit, quàm vapor 572.c
humor albugineus medium illuminationis & viſionis 237.c. aliquis raro ſolus defluit 201.b
humor aqueus cryſtallinum præcedit 195.e. bilioſus quando crudus dicatur 290.d. craſſus per inferiora euacuandus 44.a. faciens morbũ 201.c. frigidus, craſſus & inuiſcatus in aliquo membro, maximè in ſene, difficulter curatur 178.d
humor maximam habet vim replendi 113.d
humor melancholicus 1021.c. ſub præcordijs contentus, difficillimè extirpatur 65.b
humor omnis ſeruat rectitudinem ſitus 44.c
humor qui difficulter curetur 157.g
humor raro ſimplex 186.c
humor ſalſus vnde 329.d
humor vitreus 283.e
humoris cauſa 862.d
humoris aduſti potio 947.f
humoris dominium tale, qualis eſt color cutis 57.f
humoris melancholici abundantis ſigna 73.d. 510.e. generatio 952.f. proprium 771.c
humoris mucoſi generatio 860.b
humorem pituitoſum quæ euacuent 954.e
ab Humore melãcholico q tuti 593.e
humores à quibus membris generentur 685.d
humores aduſti & peſſima concoctio vnde fiant 30.g. quomodo euacuentur 31.a. vnde augeantur 264.b
humores æſtate magis fluidi quàm hyeme 89.b
humores an in venis putreſcant 98.a
humores craſſi non facilè expelluntur 787.a
humores cur ad caput tendant 202.f
humores duo rubei in corpore 999.a
humores iuuenũ cur ſubtiliores 187.e
humores oẽs in vere mouentur 488.d
humores mali vnde 53.a
humores mobiles in vere facilè euacuantur 265.e
humores quatuor putreſcentes 1021.b
humores quãdo facilè putreſcant 295.b. quando magis contrahantur 573.a
humores qui igneæ caliditatis indicia 544.e
humorum ad umbilicum tractio 37.f
humorum agitatio vnde 797.e
pro Humorum attenuatione quæ conueniant 305.e
humorum calidorum proprium 239.d
humorum certæ periodi 627.c
humorum concoctio 1023.a
humorum craſſorum circa venas meſaraicas obſtructio 935.e
humorum crudorum auctio 575.e
humorum deprauatorũ indicia 210.c
humorum diuerſio 76.e
humorum diuerſitas 978.b
humorum dominium vnde cognoſcatur 669.b. 765.g
humorum inæqualitatem quæ faciant 528.c
humorum malignorum cauſæ 921.d. generatio 683.e. prohibitio 557.c
humorum melancholicorum congregandi cauſa 953.b
humorum præparatio 1023.b
humorum putredo vnde 1013.f
humorum redundantia peſſimos morbos generat 103.f
humorum redundantiũ ſigna 990.b
humores omnes in melancholicis redundare 921.b
ad Humores aduſtos contemperandos quo decocto vtendum 31.a
Hungarus tenſionem hypochondrij dextri patiens 596.a
hydrargyrum 881.d. eius vis ibid.e
hydropicus quando in manifeſta declinatione 638.c
hydropici curatio 630.c.d
hydropici vnde 516.d
hydropici cur frequentiſſimè febricula laborent 544.d
hydropici quidam cur plurima bile redundent ibid.
hydrops non fit ſine frigiditate hepatis 990.g
hydrops quid 372.a.628.d. 635.b
hydrops vnde 372.c.510.d.544.b
hydropis generatio 170.f.628.f

hydropis incœptio 629.a
hydropis prima diſpoſitio 806.d
hydropis proprius characteriſmus. 631.f
hyems ſenibus nociua 1008.c
hypochondria tenſa vnde 548.f
hypochondrij dextri tenſio vnde 343.c.596.f
hypochondriaca affectio quomodo fiat 578.f
hypochondriaca melancholia poſt febrem 592.b
hypochondriaca paßio moroſa 553.b
hypochōdriacæ affectiōis cauſæ 726.e
hypochondriacæ melancholiæ curatio 610.f. ſpecies 579.a
hypochondriacæ paßionis annexa ſymptomata 586.c
hypochondriacam affectionem qui facilè patiantur 331.f
hypochondriaca melancholia laborantium qualis ventriculus & hepar 429.g
in Hypochondriaca paßione vnde ſpiritus tenebreſcant 80.b
hypochondriacus affectus cur cognitu difficilimus 555.e.565.d. quando fiat 578.d. vnde dependeat 550.d
hypochondriacus flatus quid 555.c. recentioribus myrachialis 550.d. vnde pendeat 574.c
hypochondriaci affectionis proprium 578.e
hypochondriaci flatus cum catarrho 563.c
ὑπόχυμα 256.c
hypoſarca 632.f

I

Iacobus Carpenſis, anatomicus inſignis 884.c
iberide quando Galenus vtatur 337.d
iectigatio vnde 171.a
iecur calidum & ſiccum plurimam generat bilem 558.f
iecoris & capitis conſenſus 422.c
ieiunantes in quibus peccent 1060.a
ieiunium qui facile ferant 263.e
imaginationis læſio 83.g
imaginationis varietas vnde 58.d
imagines poſt fixionem viſus vnde 235.e
impetigo deterior quàm morbus Gallicus 265.a
impetigo quandoq; incurabilis 958.b
impetiginis polyonymon 265.a
impetiginū diſpoſitiones vnde 580.c
impotentia virilis 738.b
impreßio quælibet fortior in ſubiecto diſpoſito 227.c
inanitio quomodo fiat 1100.a
inappetentia vnde 932.e
pro Inciſione materierum craſſarum pectoris, quibus vtendum 420.a
inconcoctionis vitium 721.c
inconcoctiones vnde ſequantur 53.a
incubus ab epilepſia quid differat 115.d
incubus in ſomno vnde ibid.
in Indi decocto quæ 889.f
Indicum lignum diuerſis modis præparatur ibid.e
indicationes à morbi natura ſumendæ 197.c
indicationes curandi vnde ſumantur 369.a
indicationes vnde ſumendæ 256.c. 288.b.290.a.419.a.783.b.886.b. 1035.d
indicationum præſeruandi & curandi differentia 665.b
indigeſtū indigeſto ingerere, nihil deterius 809.a
inæqualitas ſimplex 625.f
infirmi confidentia plurimum valet in curandis morbis 573.c
inflammationes in ſenibus, præſertim in hyeme, ægrè curantur 436.b
inflammationes rarò in ſenibus contingere ibid.
inflammatines vnde fiant 439.g
infrigidantia leniter quæ 422.b
ingenij acerrimi qui 397.g
ingenij promptitudo vnde 325.a. 726.c
ingenio qui nunquam ſint perſpicaci 206.a
ingenia bona facile iraſcuntur 592.e
inguinum tumor 856.c
pro Inguinum tumoribus medicamēta 872.b
inſtrumenti læſio 156.a
intemperantiam ſequuntur cruditates 118.d
intemperies per eſſentiam difficilimè curatur 593.c
intemperies qualis iniuriæ ſubiecta 449.a
inteſtinum craſſum, colum 561.a. rectum 508.g
inteſtinorum gracilitas 558.f
intrinſecæ cauſæ morbum facientes 90.c
inuiſcantia obtundunt humorum acrimoniam 528.c
Ioan. Bolanus 1117.a
Ioan. Sprembergius artis medicæ doctor 349.d
Ioan. de Vuigo linimentum 882.d
ira melle dubius Ariſtoteli 931.b
iraſcentiæ locus cor 598.f
iſchias 767.b
iſchiadis remedia 768.c
in Iſchiade pro validißimo remedio Galenus eundem locum phlebotomat 155.c
iſchiadicæ affectionis curatio 930.e
iſchiadici curatio 761.d
iſchiadici doloris ſedatio 760.e
iſchiadicū dolorē quæ faciant 929.f
iſchuria 713.c. quid 701.f.g
iſchuriæ cauſæ 713.d
iua ſyrupus cur dicatur arthritica 158.b
iuæ arthriticæ decoctum 843.d
Iudæi delirantis conſilium 49.f
iuuenis ex pilæ luſu calidus quomodo factus hydropicus 168.b
iuuenis febre laborans 421.a
iuuenis melancholicus 62.b
iuuenis ſtuporem patientis curatio 840.c.d
iuuenum corpora qualia 94.c
iuuentus ſpei plena 1097.b
iuncturarum confortatio 38.f.42.f
iuncturarum debilitatio 789.d
iuncturarum euacuatio calido tempore an fieri poßit 159.d
iuncturarum repletio 142.f
iuniperi coma in aceto vel vino ſedat dentium dolores 31.c
iuniperum noſtrum, veterum cedrum 31.c
ius pulli omnes humores acres temperat 577.f
iuriſconſultorum ſolicitudines 92.d

K

Kleindienſt Germani nobilis morbus Gallicus 928.a. vxoris dolore capitis poſt partum laborantis, curatio 40.e
κορύζειν 390.c
κυνάγχη 284.c

L

Labor continuus exſiccat humidum radicale 837.d
labrum exulceratum à materia melancholica aduſta 276.f. eius vnguentum 277.e
lac aſini bonum pro humectatione 457.a
lac aſini cur in catarrhis detur 348.b
lac cum aceſcit, ſtimulandi vim habet 111.f
lac ferri candentis extincti 466.d
lactis aſinini vis 412.d.460.d
lactis caput 453.f flatuoſitas 71.b
lactis humani vſus 460.d
lactis ouilli vis 682.b
lacticinia fugienda 217.e
lacrymarum ſalſedo vnde 260.e
ladani virtus 466.d
læſio cur in ſenſu ſeruato motu facilè fiat 175.b
læſionis cerebri ſpecies 63.b
lambitiuorum vſus magis nocet, quā confert 1010.b
lapidis pyritis fomentum 839.f
lapidis veſicæ et renū eadē cauſa 685.g
lapidis veſicæ ſigna 734.a
lapidis in veſica generatio 668.a. 686.a.680.b
lapidem quæ frangant 665.g.681.f

lapidē quæ materiæ comitentur 721.a
lapides quod vinum diſijciat 672.e
lapſus magnus dupliciter dicitur 167.c
laricina loco terebinthinæ ſumenda 339.f
laricinæ virtus 463.f
laryngis caput cur ſemper apertum 407.c
in Larynge tot nerui, quot muſculi 282.d
laßitudo apoſtemoſa 333.c. vnde ſit ibid.c.e
laßitudo extenſiua quomodo fiat ibid.c
laßitudo vlceroſa vnde fiat ibid.b
laßitudinem apoſtemoſam ſemper febris ſequitur ibid.d
laßitudines tres diuerſæ ibid.b
Laurentij Brachadeni epilepſia 130.a
Leonicus chirurgus 266.c
Leonora Fliſcha tremore ac ophthalmia ſiniſtri oculi laborans 181.a. eius victus ratio 183.a. curatio ibid.a.b
leporis caro melancholica 960.c
leporis marini vſus 929.b
lepra apud medicos hodie lōgè alia eſt, quàm quæ apud antiquos elephantiaſis dicitur 963.f
lepra nihil differt ab elephantiaſi Græcorum 958.f
lepra vnde 879.b
lepræ curatio ibid.957.d.
lepræ & elephantiaſis diſcrimē 265.b
lepræ pathognomonicum 951.f
lepræ vnguentum 966.e
λευκοφλεγματία vnde proueniat 627.e
libido tanto maior, quanto hepar calidius 64.c
lichen quem locum occupet 268.d
lichenes à qua materia pendeant 951.e
lien craßiores humores attrahit 1056. a.etiā inter mēbra mandātia 519.e
lien ſanguinem à fæce purgat 171.d
lienis ægritudo duplex 580.d
lienis imbecillioris cauſa 520.b
lienis linimentum 527.c
lienis caliditas noxia vnde 549.e
lenis obſtructio. ferè ſcirrhus 615.a. obſtructionis cauſa 626.c. obſtructionem quid tollat 268.f
lienis refrigeratio 580.b
lienis tumor 169.b.268.f
lientericus fluxus 521.c
lignum decoctum ſanat morbum Gallicum 916.a.eius vires 32.c.114.a. 498.d.846.e
lignum Guaiacū quando & quomodo exhibendum 885.b
lignum nouum ex India Venetias allatum 893.e
ligni aſſumptionis vis 198.c
in Ligni decocto quæ ſint 888.e.f
ligni Indi quantitas 891.f
ligni Indi virtus 89.c.629.f
ligni ſancti caliditas 921.c
ligno quomodo vtendum 888.e
limacum carnium vſus 630.c
linimentum calefaciens 382.c.emolliens & reſoluens 162.c.164.e
linimentum hepatis & renum 178.a
linimentum peroxyſmi tempore 25.a
linimenta corroborantia 796.e
linimentorum vſus 486.a
ad Linguæ reſolutionem quæ conducant 173.a
lipothymia 572.f.679.e
lipothymiæ proœmium 181.a
liquor & ſubſtantia valde connexa 463.b
lixiuium capitis abluendi quale 375.e
lixiuium corroboratiuum 793.c
lixiuium curās & præſeruans 409.f
lixiuium ex quibus cineribus faciendum 27.f
lixiuium præſtantißimum 126.a
locus affectus quando doleat 461.a
locus propinquus in curatione quando eligatur 44.e
loci diuerſitas intentionem parit diuerſam 291.e
loca longinqua in curatione quando eligantur 44.e
logicæ ignorantia, mater errorū 882.b
lotio pedū ad prouocandū ſomnū 184.b
lotiones duplices 242.b
luna humoribus dominatur 801.a
ex Lunæ motu humores in nobis creſcunt 317.c
lunæ vis in corporibus noſtris 320.a
lupuli ſummopere replent caput 75.a
Luſitanus aer Tridentino contrarius 142.b
lutum S.Bartholomei 784 d.837.e. in agro Bononienſi 163.c. in agro Patauino 161.f.163.d
luti S. Antonij vis 973.e
luxatio pedis D. Balthaſari à Stubenberg. 833.f. curatio ibid.e.f
luxatio pedis quomodo curāda 839.d.e
luxatio quando fiat 841.e
luxationis modus 842.c
luxationis vertebrarum cauſa 841.f

M

Macies morborū comes 448.b
ad Maciem totius corporis leuandum, quæ faciant 428.a
maculæ cutis vnde 58.c
maculæ ἐφηλίδες 56.b
maculæ in facie vnde 265.a.earum curatio 266.b
maculæ in oculo curatio difficilis 229. a.oculorum vnde 227.e
ad Maculas cutis remouēdas remediū 905.d
maleolentia putredinis ſigna 1109.c
mamilla cur facile in cancrum incurrat 467.f
mandantia membra quæ 366.f.395.c
maniaci vnde 63.c
mannæ Calabrinæ 55.f
mannæ vis 1001.b.c
Mantuanus aer 372.d
manus tumor 831.c
manuum & pedum inflammatio vnde 225.b
maraſmus duplex 1086.f
maraſmus vnde contingat 1091.g
maraſmi cauſæ 1086.g
marchionis Montisferrati deſtillatio 305.g
D. Marcus Alcherius 38.e
Mariæ balneum 266.b
Mariæ Græcæ quinquagenariæ dentes 273.b
Marſilij Ficini dictum de catarrho 430.b
Maſſa, medicus Venetus 384.g
maſſæ ſanguineæ ebullitio 434.d
maſticatoria 20.e.255.e
maſticatoria, ἀποφλεγματισμοὶ Græcis 125.f
maſtiche ſtomacho appropriata 466.e
maſtiches vſus 213.d.340.a
materia alba in oculo ophthalmiam utplurimùm ſequitur 207.d
materia deſtillans ad pectus catarrhū facit 35.a
materia fluens à capite ad quas partes deſcendat 407.c
materia melancholica deueniens ad lienem quid efficiat 170.e
materia remota, reliqua omnia fruſtra erunt 203.c
materiæ ad locū fluentis auerſio 204.c
materiæ craſſæ ex pectore ad pulmonē tranſitus 450.e
materiæ craſſæ proprium 874.a
materiæ diuertendæ ratio 33.a
materiæ diuiſio 479.b
materiæ in corpore redundantis retractio 427.g
materiæ duæ craſſæ & frigidæ 186.a
mathematici non habentes certum natiuitatis tempus, vnde inueſtigent 28.c
Mathias Zeß Bohemus tinnitu auriū laborans 183.e
matrix maximè conſentit inteſtinis 558.g
matrix receptaculum malorum humorum 319.a
matrix vnde imbecillior facta 558.b
matricis calidæ ſigna ibid.
matricis collum tortuoſum 39.f
matricis roboratio 755.a
matricis ſcirrhus ibid.b
matronæ à Dietrichſtain cerebri cum vertigine imbecillitas 72.f. victus ratio 73.g.curatio ibid.e
matronæ cuiuſdam melancholica affectio 59.f
matronæ melancholicæ medicamen-

ta qualia 60.e.f
maturantia materiæ defluenti non applicanda 267.g
Maurocena puella dolore capitis laborans 33.c
Maurocena puella anhelitus difficultatem ob quam cauſam habeat 35.f.
eius caput debile vnde 34.e
maxillæ dextræ tumor 266.c
maxillæ immotæ ratio 260.f
maxillarum tumor vnde 936.e
meatuum apertio 694.e
in Medicatione ſingularis induſtria requiritur 71.f
medicamentum mandantibus membris efficaciſſimum quid 376.e
medicamēta inutilia, niſi recta viuendi ratio adiungatur 274.b
medicamenta vbi vim ſuam exerere non poſſint 595.d
medicamenta purgantia 610.g
medicamenta quæ pueris non conueniant 38.f
medicina electiuè trahens, virtutum mineras deſtruit 18.f
medicina experta melior inexperta 810.c
medicina omnis ſoluens, calida 534.c
medicina quid 877.f
medicinam præſcribere quibus ſit ſuperuacaneum 784.a
medicinæ euacuantes humorem melancholicum, cur ſemper habeant admiſtum aliquid euacuans pituitam 58.b
medicinæ trahentes, calidæ 88.c
medicinarum benedictarum tractio 562.e
medicus artifex ſenſitiuus 469.b
medicus naturæ imitator 1079.b.c
miniſter 456.c. 1000.e
medici cuiuſdam Veneti conſilium ridiculum 463.e
medici officium 4.e
medici prudentia 437.c
medici remedia quæ proficere faciant 645.c
à Medico quæ conſideranda 1093.e
medici in auertendo quem ordinem ſeruent 267.e
medicorum circulus nothus & famoſus 314.a
in Medicorum colloquio quæ vitanda 76.g
medicorum duorum de cura hydropici contentio 622.d
Medoacus amnis 1115.g
melancholia aduſta dæmoniacos facit 63.d. hypochondriaca 64.b.574.a. quid 88.a.572.e
melancholia hypochondriaca quomodo fiat 549.a
melācholia hypochondriaca vnde 563.g.584.f.593.b
melancholia per conſenſum à toto 56.a
melancholia quid 574.d
melancholia victus ratione multiplicatur 50.g
melancholiæ cauſæ ibid.f.932.b.
melancholiæ cura 59.b
melancholiæ generatio 958.f
melancholiæ hypochondriacæ ratio 583.b
melancholiæ manifeſtiſſima ſigna 186.d
melancholiæ plurimæ ſpecies 62.f
melancholiæ proprium 594.f
melancholiæ purgatio 59.c.d
melancholiæ reliquiæ 130.e
melancholiæ triplex ſpecies 581.f. 583.a
melancholiæ ſignum commue 62.f. 575.f
melancholicus humor aduſtus quatenus retūdatur à pituita frigida 63.e
melancholicus humor duplex 59.a
melancholicus humor mulieris vnde 372.c
melancholicus humor putrefactus facit quartanam 1021.c
melancholicus humor quibus egeat 290.f
melancholicus quo cibo vtatur 65.f
melancholicus ſuccus ater 63.d. generatur in hepate, & tranſit per omnes venas 58.b
melancholici affectus diu durant, ex Galeni ſententia 59.a
melancholici euacuatio 65.d
melancholici humoris concoquendi ratio 556.f. cura 67.b.577.e
melācholici humoris generatio 694.d
melancholici humoris humectatio 1024.a
melancholici humoris indicia 582.b
melancholici humoris multiplicatio vnde 372.d
melancholici proprium, timere 58.e
melancholici victus ratio 59.e.72.b
melancholico an balnea conueniant 65.f
melancholicum ex parte aliqua curari poſſe, non ex toto ibid.c
melancholicum humorem quæ efficaciſſimè euacuent 591.a
melancholico humore quæ corpora maximè redundent 186.d. qui abundant, cur ſint hydropici & ſpleneti ci 58.a
melancholici cur coitu iuuētur 921.a. cur optimi ingenij 397.g. cur ſalaciſſimi 579.d
melancholici qui facilè fiant 57.f
melancholici frigidi & ſicci 920.f
melancholici omnes venerei 575.b
melancholici quando rideant 52.f. quando rixentur ibid.
melancholici qui conſuetudinem hominum auerſentur 63.f. qui in paracmaſtica ætate fiant 327.e. qui ſæpe reddantur 239.d
melancholici quomodo à Galeno curati ſint 56.c
melancholici religioſi 726.d
melancholici ſemper attoniti 561.d
melancholicorum euacuatio 920.f
melancholicorū imaginationes 932.a
melancholicorum humorum augmentatio 562.b
melancholicorum proprium 526.d
melancholicorum ſigna 932.a
melancholicos humores quæ euacuent 910.e
melancholicos quomodo Galenus curarit 516.
à Melancholicis humoribus qui liberentur 953.c
melancholica diſpoſitio 65.g
melancholica materia quomodo concoquenda 1023.a
melancholicæ matronæ purgatio 72.d
melancholica varia accidentia vnde 54.e
melicerides vlcera 254.f
meliloti emplaſtri virtus 466.e.f
mel roſatum præter abſterſionem etiā confortat 388.b
mellis roſati efficacia 562.e
mellis ſcillitici virtus 116.e
mellis vis adſtringendi 37.d
membrū debile ſuſcipit omnia ſuperflua & excrementa 450.a
membrum duobus modis debilitatur 327.b
membrum duplici de cauſa repletionē patitur 174.e
membrum læſum vnde cognoſcatur 267.b
membrum mandans 518.e
membrum nunquam per conſenſum laborat, quin tranſeuntibus vaporibus fiat aliqua impreſſio 232.d
membrum per eſſentiam quando dicatur affectum 326.c
membrum primogenio quando dicatur affectum ibid.
membrum priuatum calore debito, refrigeratur priuatiuè 56.e
membrum quando rheumatizare dicatur 921.b
membrum quodnam ſanum dicatur 234.a
membrum recipiens 518.e
membrum rheumatizans 142.e
membrum ſanū 4.d. 16.c. 21.d. 87.a. 144.c.228.b
membri corrupi ſignum 852.e
membri diſcraſia vnde cognoſcatur 90.g
membri erectio 740.d
membri extenuatio vnde 805.g

membri inflammatio vnde 231.c
membri læſio 390.e
membri ſenſitiui dolor vnde 165.f
membri ſuſcipientis ratio 320.f
membri temperatura qualis eſt, talis generatur humor 202.c
membro ſenſibili mordicantia non apponenda 291.f
membra debilia ſuperfluitatem aliorum ſuſcipiunt 34.e.714.f
membra in timore quomodo refrigerentur 56.e
membra mandantia 767.f
membra naturalia quæ corroborent 547.a
membra nobilia 1040.a
membra principalia 494.a.845.d
membra principaliter mandantia vnde cognoſcantur 231.g
membra quæ corroborent 422.d
membra radicalia 576.c
membra recipientia quando fiant imbecillia 544.f
membrorum affectio multis modis fit 390.e
membrorum corroboratio 172.f. 684.c
membrorum debilitatio 694.f
membrorum inæqualitate ſtante, ſemper augentur materiæ vitioſæ 31.a
membrorum mandantium diſcraſia 521.b. & recipientium corroboratio 420.b
membrorum mineras quid maximè deſtruat 573.d
membrorum naturalium imbecillitas 313.b.493.d
membrorum naturalium incoctionis indicium 847.b. intẽperies 475.a
membrorum picatio 163.a
membrorum tremor 931.a
membris concoquentibus frigida non adhibenda 528.a
memoria bona qui non polleant 206.a
memoria quid 556.b
Menelai color 239.c
mens bona in omni ægritudine confortat 820.a
mentis alienationẽ quæ faciant 54.c
mente qui apti 1053.d
à Menſa quando ſurgendam 809.b. 819.f
menſes quando deficiant in mulieribus 264.c
menſium alborum fluxus 751.e
menſium diminutio 755.e
menſium ſuppreßio 745.f.756.e. ſuppreßionis conuenientia tempora quæ 353.c
menſtrua alba 750.a. cur vltra ſex menſes non curentur 801.g. frigidiorem vterum declarant 39.c. vnde 30.319.a
menſtrua in quibus non purgantur, quandiu ſanguis redundet 245.a
menſtrua quali ætate deficiant 371.f
menſtrua quando incipiant euacuari 112.b. quando deſinant 467.b
menſtruorum albedo 1066.e. alborum cauſa 755.g. cura 323.b
menſtruorum diminutio 371.e. diminutionis cauſæ 986.e
menſtruorum euacuatio 122.e
menſtruorum prouocatio 121.f
menſtruorum retentio 372.c
menſtruorum ſuppreßio varios morbos parare ſolet 118.d
menſtruorum tempore dolores 30.b
mentagra quid Plinio 265.a
meſaraicarum obtunſio 522.c
meſenterÿ feruor 554.c
Meſuæ cum Galeno concordia 637.a
methodi artifex Ariſtoteles 1016.d
methodũ de compoſitione medicamentorum Arabes habuiſſe 1022.d
mictus copioſi exiccatio 457.b
mictus & fluxio ſanguinis quomodo fiant 1049.d
mingendi difficultas 710.d
minerales aquæ faciunt vrinæ difficultatem 823.e
minoratiui præmißio 37.a
minutarum literarum lectio fugienda 218.a
mirobalanorum chebulorum virtus 404.f
miſtio omnis vnde fiat 165.e
mithridati antiqui præſtantia 310.e
mithridati vſus 539.b.720.e
mœſticia cum vigilÿs eandem habet naturam 595.d
mœſticia ſi perſeueret, maximè frigefacit 595.d
molaris igniti vis 179.c
mollities carnis ſequitur prima principia 1065.e
monachus colico laborans 505.e
monachi aſthmatici electuariũ 298.c
monachi iſchiadici curatio 765.d
monachi S. Iuſtinæ, laborantis viſione perpetuò diminuta 223.a. victus ratio 236.a.b
D. Montanus Caſſani ſucceſſor 349.d. ſummus medicus 751.d
Montis falconis balnea 169.d. eorum augmentum & decrementũ ibid.
mors quando proxima tabidis 465.d
morbus arquatus 856.a
morbus diuturnus maximam ex conueniente victus ratione opem ſentit 618.e
morbus & ſymptoma quomodo differant 963.e
morbus ex ſymptomatum cauſis innoteſcit 494.a
morbus Gallicus cur difficile curetur 873.c. cur non dicatur epidemicus 906.f. dupliciter curatur 880.f vnde acquiratur 872.d.e.f.873.e
morbus Gallicus in quibus incurabilis 887.c.929.c. quæ membra occupet 915.b. quando facile curetur 887.c
morbus Gallicus quando perfectus 876.a. quãdo poßibilis curatu 887.c
morbus Gallicus quid 699.e.875.e. 927.c.g
morbus Gallicus ſimplex 876.e
morbus Gallicus varÿs ſymptomatibus obnoxius 927.a
morbus Gallicus vnde 873.b.928.e
morbus in complexione duplex 142.a
morbus nigrorum hominum proprius 907.g
morbus nullus niſi ex cognitione ſuarum cauſarum curari poteſt 850.f
morbus omnis etiam à principio, à calida materia dependens, tractu temporis fit frigidus 186.a
morbus popularis 1108.c
morbus quando augeatur 287.f
morbus qui facile curetur 977.a. qui item difficile ibid.
morbus quid 689.a.977.b
morbus quomodo rectè indagandus 282.d
morbus ſtatus quando dicatur 287.f
morbus trium cauſarum 394.b
morbus vel ægritudo dupliciter intelligitur 477.b
morbus vnde pendeat 290.a.
morbi annexa 195.b
morbi diuturnitatem quæ faciant 1013.a
morbi Gallici alexipharmata 881.a
cauſa procatarctica 861.d
morbi Gallici contagium 873.b. curatio 498.d. 878.e. 893.f. 930.d. 939.f
morbi Gallici infectio 907.b.928.c.
morbi inueſtigandi modus 469.b
morbi Gallici natura 877.c.889.c. origo 845.f. 877.c
morbi Gallici qui locus proprius 332.a
morbi Gallici ſedes vbi 699.e
morbi Gallici ſignum 255.a. 699.g. 876.b. 915.e. ſuſpicio 933.e
morbi Gallici tres gradus 877.a
morbi Gallici vera cura 879.e
morbi gradus abſq; temperatura non certò cognoſcitur 456.d
morbi longitudo vnde 550.g
morbi natura perſpecta, curatio quoq; facilior 113.a
morbi natura vnde dignoſcenda 260.a.435.b. 826.e
morbi ſymptomatum cauſæ 165.c
morbum Gallicum quæ curent 910.c. quæ ſignificent 232.b. qui facile recipiant 872.f.
morbo Gallico laborantis victus ratio 498.f

in Morbo Gallico euacuatiuũ 927.e
in Morbo magno à leuioribus incipere, quid Galeno 381.c
in Morbo quæ conſideranda 289.g
morbi ἐπιδημικοὶ 1107.e
morbi longiores inprimis ſedulitatem & ſolertiam medici requirunt 71.f
morbi magni, remedia magna requirunt 355.b
morbi πάγκακοι 1107.e
morbi quando occupant membra frigida & neruoſa, difficile curãt 187.f
morbi ſæpe fiunt à cauſa extrinſeca, qui à cauſa intrinſeca fieri ſolent 333.b
morbi σποραδικοὶ 1107.e
morbi vnius diuerſa materia 469.c
morborũ omnium duplex cauſa 861.c
morborum tempora 287.b
malorum tria genera 283.c
morbos non poſſe curari, niſi corporis natura cognoſcatur 856.e
morbis exquiſitis qualia remedia adhibenda 431.c.1061.d
in Morbis curandis quid ſpectandum 857.e. diuturnis exquiſitiſſima victus ratio habenda 363.a. longis caliditas ſemper reſoluitur 526.b. nõ iiſdem remediis vtendum 427.a. ratio victus obſeruanda 232.d
morbis maximis, maxima quoq; remedia adhibenda 381.c
mores feri vnde 206.c
morphea alba & nigra 263.c. in facie mulieris 262.c
mortis maxima inæqualitas pulſus 430.g
motus cõtinuus multum refert 772.c
motus criticus 1041.a
motus difficultatis cauſa 143.a
motus medius 1041.c
motus omnis quomodo fiat 316.e
motus ſymptomaticus 1041.b. quomodo fiat ibid.
motus tardus vnde proueniat 494.f
motus tonicus 181.g
motus vt fiat, quid requiratur 321.b
motus diminutio vnde 157.b
motus impeditio 156.e
ad Motum ſiccitas plurimum confert 391.b
penes Motum quæ differentia attendenda 625.c
mucor recentiorum 856.b
mucus naturaliter viſcoſus 353.c. quid Galeno 147.b
muco quæ materia propinqua 186.f
mulier cancro in mamilla laborans 466.f
mulier quinquagenaria laborans viſus imbecillitate 243.d.259.d
mulieris paralyticæ victus ratio 175.f
mulieris dolorem articulorum patienſis curatio 781.a
mulieres natura frigidiores viris 210.f
muſculorum corroboratio 299.b
muſculorum gracilium vſus 439.a
muſculorum impedimentum 283.e
muſculorum motio 703.c
muſculos graciles quæ faciant 525.c
mutatio in contrarium 371.b
mutatio repẽtina dolorẽ inducit 571.d
mutationes maximæ circa nouiluniũ & pleniluniũ in nobis fiunt 317.b
myrobalani chebuli vis 270.d
myrobalanorũ chebulorũ virtus 203.f.547.d. vſus 322.c.420.b
myrrhæ vis 322.c

N

NAres non multũ excitãdæ 218.b
pro Naris reſolutione & vlcere remedium 920.c
narium & oculorum affinitas 242.b
narium fluxus capitis repletionem ſignificat 300.b
natura, accidentium cauſæ 258.c
natura cum ſurgit ad expulſionẽ, reiicitur cum tuſſi 387.c
natura ad generandos catarrhos propria quæ 369.e
natura magis ſolicita de neceſſariis, ſemper reſeruat id quod magis eſt neceſſarium 56.f
naturæ mira operatio 450.e
natura quocunq; vergit, eò ducenda 93.b.987.b
natura rarò ad integram ſanitatem in ſenio reducitur 595.e
natura ſeruat rectitudinẽ κατ' ἕξιν in fluxu 267.e
naturæ conſideratio 113.a
naturæ cum morbo pugna 291.b
naturæ euacuatio 45.b
naturæ motus non ceſſat, donec tranſmiſerit ad loca conſueta 372.b
naturæ propria opera 1023.b
naturarum variarum variæ materiæ 518.f
naturales virtutes 53.e
naturalia non bene poſſunt remoueri 727.d
P. Nauarra doctor 49.f
nebula quid 207.c
nebula interpoſita, eſt morbus in compoſitione 205.b
nebulæ curatio difficilis 207.f
nebulæ oculi cauſa 226.e
nebularum imaginatio quando ceſſet 231.e
nephritis 326.a
nephritici dolorrs vnde 499.e
nephritici ſenes difficulter, aut nunq̃ curantur 710.b.734.c
nerui à frigore facile afficiuntur 842.a
nerui ad motum conditi quales 799.f
nerui motus non facile à ſpiritu pauciori implentur 57.a
nerui motui inſeruientes cur non facile humores recipiant 862.
nerui omnes à cerebro oriuntur 317.a
nerui pedũ groſſiores neruis manuum 815.d
nerui qui à nucha & ſpondylis dorſi oriantur 57.a
nerui qui facilè patiantur ibid.b
nerui ſenſus facilius læduntur, quàm nerui motus 56.a.57.a
neruorum abbreuiatio 842.e
in Neruorũ ægritudinibus cur maximè à vino abſtinendum 890.c
neruorum contorſio 796.f. contractio 842.e
neruorum origo 440.a
neruorum principium, cerebrum 114.e
neruorum varietas 56.g
neruis vinum maximè nocet 890.c
nigredo caliditatis ſignum 932.c
nigredinis ante oculos apparitio vnde 305.a
nil prodeſt oculis, prouer. 252.g
nitrum calidum & ſiccum 1079.e
nobilis ſenex ex ſolis cauteriis ab epilepſia curatus 136.e
nobilis Veronenſis memoriæ diminutionem patiens 140.g. eius curatio ibid.a.b
nobilis cuiuſdam paralytici curatio 148.e
nobilis Illyrici curatio 150.d. victus ratio 149.f
nobilis cuiuſdam Illyrici diuitiæ. 147.d
nobilis hepar inflammatum 621.b
nocturnæ pullutiones 740.g
nodus circa oculum 147.b
nominis mali medici acquiſitio 380.e
nucha 150.c. vicaria cerebri 815.f
nucis muſcatæ gummi 310.f
nutriens ſuper nutriens indigeſtum mittere, nihil deterius 819.f
nutrimentum groſſum quæ generent 818.a
nutrimenti boni & facilis quæ cibaria 1098.d
nutritiuæ uirtutis à ſua propria operatione defectus 805.f

O

OBſonia quæ ad valetudinẽ conſeruandam faciant 897.f
obſtructio febris cauſa 64.a
obſtructio multis modis fieri poteſt 113.b
obſtructio vnde 433.e.564.b.995.d. 1013.f
obſtructio vrinæ 713.g
obſtructionis cauſa 113.c
obſtructionis cura 988.c.d
obſtructionis meſaraicarum liberatio 65.a
ex Obſtructione quæ mala proueniant 1034.f
obſtructiones vnde oriantur 102.d

obſtru-

obſtructionum apertio 995.e. 1068.f
obſtructionum obſeruatio 1039.e
obſtructionum multitudo in febre peſtilenti 1074.c
obſtructionum curatio 53.a
obſtructionum generatio 441.d
obtuſio ingenij vnde 16.e
ὤχρος non eſt naturalis bilis indicium 239.c
oculus ex diuerſis partibus conſtat 211.d
oculus imbecillior factus recipit excrementa à cerebro 212.b
oculus quando periodicè affligatur 1068.d
oculus ſenis non eſt oculus iunioris 212.e
ab Oculi alterius læſione rarò immunes, qui in vno laborant 241.a
oculi collyrium 245.c. 350.e
oculi color optimus qui 231.b
oculi euacuatio 232.e
oculis facilis læſio 231.e
oculi fluxio vnde 249.f
oculi imbecillitas vnde 211.b
oculi inflammatio vel dolor vnde contingat 249.e. inflammationis materia 197.d
oculi leuis ſuffuſio 246.d
oculi ſcintillæ 243.d
oculi temperaturæ cerebri ſignum 206.b
oculi acutiſſimi ſenſus 231.e
oculi lacrymantes ex deſtillatione: quæ maxillam, aures & dentes vexat 259.g
oculi tunicæ in qua ætate craſſeſcant 212.d
oculi tunicæ tenuiſſimæ 245.f
oculorum ablutio 215.c
oculorum acumini quid maximè aduerſum ibid.a
oculorum ægritudines multa habent problemata 209.e
oculorum affectio 46.a. 65.g. 91.b. cum capitis imbecillitate 219.e
in Oculorum affectionibus ſyrupi magiſtrales 230.b.c
oculorum collyrium 208.d.213.f
oculorum dolor vnde 772.e
oculorum exiccatio vnde 231.e
oculorum origo 206.a
oculorum pruritus vnde 1067.a
oculorum ſordes ſiccæ & mordentes 244.d. vnde 207.b
oculorum tenebroſitas in leui capitis dolore 230.e
oculorum trucium ſignificatio 148.a
oculos quæ afficiant 202.g
intra Oculos nihil imponendum 67.e
oculis curandis multi errores committuntur 195.e
odoramēta calida & ſicca quæ 269.g
odor bonus concoctionis ſignū 1109.b
odorum gratorum vtilitas 777.c
œconomi viſus obſcuritate laborantis curatio 225.d.e
œdema 785.g
œdema eryſipelatoſum 795.f
œdema vnde proueniat 283.d. 847.e
œſophagi inflammatio 284.a
olentia fœtidè pernicioſa 1109.c
inter Olera quæ fugienda 217.d
oleum ex benzoi 177.c
oleum odoratum ex garyophyllis 381.d
oleum ſicyonium 163.a. 975.c
olei camomelini virtus 322.d. 462.f. nardini virtus 176.d. roſacei vis 322.d. violacei virtus 242.d. vitrioli efficacia 273.b
omentum adiuuat calorem ventriculi 1075.a
omenti munus 1066.b
ophiaſis 1.a. vnde fiat 3.a. cauſæ propinquæ & remotæ 4.b
opiata quibus dari Galen. neget 36.d
operandi modus vnde ſumatur 561.f
operatio nunq̄ fit ſine dolore 249.b
operationis diſcurſiuæ læſio 63.f
operationes naturales vnde debiliores fiant 43.e. temperaturæ indiciū 572.c. triplices 977.b
operationum læſarum cauſæ 53.g. naturalium læſio 847.a
ad Operationes prompti qui 397.f
ophthalmia à quibus cauſis pendeat 191.f. 241.f
ophthalmia bilioſæ materiæ 44.f. calida inflammatio 201.a cibi potusq; abſtinentia iuuatur 193.b. cum principio ſuffuſionis 204.f. cum vlcere ceratoidis 238.c. cur inflammatio 207.a. ex ſanguine corrupto generata 193.f. humida cur contingat 193.c. vnde 193.c
ophthalmia quatenus inflammatio, quot cauſas habeat 192.b
ophthalmia quid 239.a. 921.e
ophthalmia ſicca ob quas cauſas eueniat 193.c
ophthalmiæ cauſæ intrinſecæ 241.f
ophthalmiæ collyrium 242.f
ophthalmiæ curatio 197.f. curatio difficilis 196.b. curatio Galeni 242.a
ophthalmræ diſtinctio 193.c
ophthalmiæ humidæ 197.d
ophthalmiæ indicationes 194.b
ophthalmiæ motus attendendus 196.e
ophthalmiæ omnium peſſimæ quæ 193.d
ophthalmiæ præſeruatio 199.f
ophthalmiæ quando generentur 193.d
ophthalmiæ remedium 201.b
ophthalmiæ ſenis curatio 245.g
ophthalmiæ ſiccæ cur verendæ ſint 193.d
ophthalmiæ ſimplicis curatio 199.d
ophthalmiæ ſimplices 192.b. quomodo diſtinguendæ ibid.
ophthalmiæ ſua medicina rectè applicanda 196.b
ophthalmiæ tempora ad curationem admodum neceſſaria ibid.c
ophthalmiæ tēporum diſtinctio ibid.
ophthalmiam quæ ſanent 921.f
ophthalmico oculo qualia adhibenda 198.c
oppilatio ſtuporis cauſa 816.e
orta atteſtantur ſuis principiis 130.e
Orthonis mons 163.c
oryza parum nutrit 1089.d
os ventriculi communicat cum pectore 1046.a
inter Os ventriculi & cor magnum commercium 571.d
oris amaritudo 510.b. vnde 494.e
oſſis ſicci dolor 78.d
oſſa qua ratione non doleant 782.e
ouis quid maximè aduerſum 778.f
oxalidis virtus 436.f
oxymel ad calculos confert 728.a. facit degenerare bilem in pituitam 774.a. inter omnia acida non exaſperat 362.d
oxymellis penetratio 431.f. ſcyllitici vſus 539.a
oxymellis virtus 826.c. 329.c. 715. f. 1010.a

P

PAlati exulceratio 874.f
palpebræ 191.e
palpebrarum aſperitas acerbiſſimos dolores excitat 195.c
papebrarum curatio 222.d
panatella 199.c. eius virtus 1085.b
panis bis coctus optimè nutrit 893.d
panis hordeaci vis 960.b
panes qui facilis digeſtionis 818.b
panniculus validiſſimi ſenſus 664.f
παρακυνάγχη 284.c
paralyſis dextri brachij & cruris 146.b
paralyſis & apoplexia quid differant 152.e
paralyſis ex vulnere 159.e. eius curatio 160.d
paralyſis imperfecta 156.b. vnde 170.b. ſiniſtri lateris 169.b
paralyſis in ſene cur difficile ſit remouere 171.f
paralyſis leuis dextri brachij 173.b
paralyſis magna quæ 148.d
paralyſis omnis duas habet potiſſimùm cauſas 156.b. perfecta quæ dicatur ibid. particularis apoplexia 1003.c
paralyſis parua 148.d
paralyſis quid 156.a

paralyſin & ſtuporem quid faciat 576.c
paralyſin quæ ſæpe cauſent 159.c
ad Paralyſin lotiones commodiſſimæ 172.f
paralytici ex vulnere victus ratio 161.e
paralytico ex vulnere quale balneum à Leonico præſcriptum 162.b
pro Parotide vnguentum 190.b
parotides inter malignos morbos referendæ 190.d
paroxyſmi vera declinatio ex pulſu cognoſcitur 982.d
partus ſuſtentatio 759.b
paſſiones animi corpus exiccant 52.c
paſſularum dulcium vſus 446.e
paſtilli ad patefaciendas viſcerum occluſiones 617.g
Patauina balnea 511.c
Patauina ſchola ſub Montano florere cœpit 349.e
Patauinæ & Calderiacæ aquæ commiſtio 570.a
Patauinæ ciuitatis miſerabilis ſtrages 1108.b
Patauinæ febres quales ibid.e
Patauinorum balneorum efficacia 517.b
pathognomonica ſigna 284.e 597.e
pathognomonicorum ſignorum conditiones 284.f
Paulus Craſſus 955.b
pectus quæ molliant, purgent & confortent 444.d
pectoris anguſtia ex catarrho 344.d. anguſtiæ curatio 292.f
pectoris cauitas lõgè ignobilior quàm ſubſtantia pulmonis 449.f
pectoris confortatio 383.f
pectoris euacuatio & roboratio 395.d
in Pectoris expurgatione, Pauli curatio 431.f
ad Pectoris mundificationem electuarium 454.b
pectoris operatio propria 987.e
pedis luxatio 839.a
pedis demacratio 833.d
pedis podagrici curatio 784.c
pedis tactus 815.c
pedis tumor, initium hydropis 544.b
pedum affectio in morbo Gallico 850.d
pedum caliditas 732.d
pedum dolor vnde 371.c
pedum excrementa recipientium ablutio 798.e
pedum frigiditas cerebro non mediocriter conſentit 102.f
pedum tumefactio vnde 797.f
pedum tumoris curatio 331.b
Pelops Galeni præceptor 129.c
penidiarum vſus 437.f
pentaphylli virtus 82.d
peponum proprium 488.b
perinei dolor 542.e
perioſtium 142.a
peripneumonia quid 401.e
peſtis remedium 1077.e
in Peſte vnde ſubita mors 100.e
peſtilens febris quæ 1084.b
peſtilentes febres ab aliis quid differant 1109.b
peſtilentiæ cauſæ 1112.d
peſtilentiæ & peſtilentis febris diſcrimen 1108.a
petroleum non procul à thermis aqua rij 176.b
petroſelinum tutò in epilepſia exhibẽdum 122.b
petroſelini decoctum ſudorem prouocat 1078.f
petroſelini radicum vires 1084.f
phalangij ictus 129.a
phalangij venenum 134.b
pharmaca quæ cauenda 537.d
pharmaca ſolutiua quando non conueniant 577.c
philonium infrigidat 728.c
philonium in ſputo ſanguinis exhibere, deteſtabile 383.f
philtron amatorium 491.a
phebotomandum quando 45.b
phlebotomia an in peſtilentia conueniat 434.e
phlebotomia cur propriè euacuatio 45.a
phlebotomia in morbo Gallico vtilis 879.f. in omni febri putrida competit 1102.c
phebotomia maximè conuenit pro melancholia 577.d
phlebotomia quando adhibenda 1057.d. 1068.f. 1102.f. item quando non 1102.f
phlebotomia quando facienda 404.a. 419.c
phlebotomiæ copioſæ incommoda 419.c
phlegma quid 806.d
phlegmatum ad cerebrum euaporatio 805.c
phlegmaticus humor cur in capite multiplicetur 371.a
φλόγωσις 578.e
phrenitis vnde 933.b
phthiſis ſignum 400.d
phthiſim quam pulmonis exulceratio conſequatur 431.a
in Phthiſin qui non facile incidant 361.f
phthiſici curatio 368.e
phthiſici cur rarò curentur 431.b
phthiſicis cauteria in pectore adhibenda 431.e
pili qua ratione ſæpe non naſcantur 2.b
pilorum alborum indicium 033.f
pilorum affectio 2.a
pilorum caſus 255.b. 861.e 874.g
pilorum conueniens materia vnde proueniat 1.c
pilorum generationem quæ prohibeant 2.b
ad Pilorum generationem cutis temperamentum requiri ibid.a
pilorum mutatio 921.a
pilorum priuatio vnde 1.c
pilis inſtaurandis quæ ſint opportuna 905.b
pilos ruffos qui plerunque habeant 239.d
pilulæ cordiales 51.c
pilulæ de Azaiereth 421.f
pilulæ euacuantes 27.d. & diuertentes quæ 146.a
pilulæ hepati conuenientes 229.c
pilulæ pro melancholico 609.d
pilularum cocchiarum vtilitas 208.d
pilularum confectio 49.a
pilularum de hiera præſtantia 248.c
pinguedo quomodo calefaciat 726.e
pinguedinis plus quàm carnis qui habeant 263.e
piper calefacit ventriculum 225.g
piper cur non faciat impreſſionem 563.a
piper tenuiſſimæ ſubſtantiæ 225.f
piperis virtus 113.g
piſces qui oculis noceant 248.c
piſces Venetiani quanto guſtu iucundiores, tanto ſanitati deteriores 275.b
à Piſcibus quibus abſtinendum 104.c
piſtaciorum vis 997.e
pituita à capite deſcendens cur craſſeſcat & putreſcat 429.a
pituita à cerebro deſcendens, ſemper flatuoſa 1029.f
pituita album facit corpus 304.d
pituita ante purgationem melancholici ſucci euacuanda 954.f
pituita cuius ratione plurima generetur 407.d
pituita facile obſtruit 1066.e
pituita indiget inciſiuis abſtergentibus 954.c
pituita in ventriculo vnde generetur 1065.g
pituita, materia generationis vermiũ 99.a
pituita multa quomodo generetur 58.a. plurima à frigido ventriculo generatur 17.a. 396.a. vnde in ventriculo generetur 580.b
pituita quæ propriè dicatur 572.b
pituita quæ vermes ſoleat generare 538.d
pituita quando nocumenta non adferat 519.b

pitui-

pituita quibus egeat 290.f
pituita quomodo putreſcat 1049.e
pituita relaxat os ventriculi 154.c
pituita ſitim extinguit 521.e
pituita torpidos facit homines 549.d
pituita vbi abundet 231.b. 923.e
pituita vera quæ 732.b
pituita vitrea ad gypſeam formam peruenit 469.f
pituita vnde generetur 665.c. 685.c
pituita vnde originem ſumat 775.f
pituitæ abſtergentia 538.f
pituitæ abundantia vnde 80.f
pituitæ cauſa 689.d
pituitæ dominantis cauſa 499.b
pituitæ effectus 538.a
pituitæ euacuatio 136.b. 179.a. 1030.e
pituitæ exiccandi vim quæ habeant 793.b
pituitæ frigiditas 338.a
pituitæ generatio 343.b. 353.e. 537.c. 714.f. cauſa quomodo prohibenda 734.d
pituitæ hepatis & ventriculi differentia 732.b
pituitæ in hyeme generatio 572.g. in ventriculo collectæ varij affectus 499.e
pituitæ in ventriculo multiplicatio 157.e
pituitæ multiplicatio vnde 228.d. 553.f
pituitæ potiſsima cauſa frigiditas 260.c
pituitæ qui proprius typus 1018.d
pituitæ quilibet vapor craſſus cur melancholiam poſsit facere 932.b
pituitæ redundantia in ſenibus 771.b
pituitæ ſalſedo 733.g
pituitam ab humore melancholico ſeparare difficilius, quàm contrà 71.d
pituitam concoquentia 131.e
pituitam educentia 148.f. euacuantia 556.c
pituitam quæ euacuent 759.b
pituitoſo morbo non conuenire ſanguinis miſsionem 440.d
pituitoſorum humorum eiectio 571.f
plantarum pedum feruor 30.e
ad Plenitudinem augendam nihil efficacius, quàm ciborum varietas 20.b
plenitudinum euacuatio ſanat 19.f
pleuriſis proprium 1007.a
pleuritica inflammatio vnde 433.e. 1007.b
pleuritis concoquentibus lenientibus eget 436.b
pleuritis cum catarrho 433.a
pleuritis vera 435.e
pleuritidis ſignum pathognomonicum 284.f
in Pleuritidem qui facile incurrant 434.b
pleuritici cura 432.a
pleuritici pauperis curatio 292.e
pluuiæ generatio 300.e
podagra cur dextrum potius quàm ſiniſtrum pedem occupet 500.b
podagra calida 327.d
podagra & epilepſia morbi frigidiſsimi 486.b
podagra quomodo à Galeno ſit curata 322.e
podagra vnde 43.b. 145.c
podagræ cauſa 35.a. 770.a
podagræ materia duplex 851.b
podagræ præſeruatio 645.a
podagræ vnde contingant 771.c
podagram patientibus cur vinum prohibeatur 329.g
podagram quæ faciant 929.f
à Podagra & calculo præſeruatio 774.f
à Podagra & epilepſia miſsione ſanguinis multos curauit Galenus 486.b
podagricus dolor quomodo diſtinguatur à morbo Gallico 367.b
podagrici doloris ratio 500.a
podagrici purgatio 330.g
podagrici multi à vino abſtinentes curati 168.e
podagricorum paroxyſmorum mitigatio 715.c
Polonus narium vlceribus laborans 282.a
polypodium occurrit humori melancholico 362.c
polypodij virtus 577.e
polypus, apoſtema malignum in naribus 279.e
pompholygis virtus 473.c. 921.f
pomum ex rebus odoratis confectum 405.d
pomi confectio 420.f
pomi odorati deſcriptio 74.d. odoriferi confectio 344.c
poma odorata 270.f
πόνος 333.a
Poretanum balneum 822.e
Poretanæ aquæ virtus 768.d
portulacæ ſubſtantia 416.c
potio ad vrinæ ardorem ſedandum 684.f
potus iucundus ventriculum roborans 381.f
prædictiones certas non eſſe in acutis de ſalute & morte 456.e
præfocatio quid Arabibus 282.e
præſeruationis & curationis vis in quo conſiſtat 592.b
præſeruatiua cura ad cauſam efficientem refertur 158.a
præterita ducunt medicum in cognitionem poſteriorum 995.a
prandij & cœnæ moderatio 778.b. proportio 104.a. ſpacium 410.d
prunorum Hiſpanicorum vſus 214.f
principij vitiatio 874.c
prognoſtica penes tria conſideranda 288.a
prognoſtica ſigna vnde ſumantur ibid.
prudentia vnde 16.e
pruritus cauſa 852.d. 1091.f
pruritus & ſcabiei differentia 936.e
pruritus vnde fiat 2.c. 30.d. 58.b. 87.c. 936.e
pſora initium elephantiæ 953.e
pſora vnde fiat 952.a
pſoræ curatio 951.b
pſoram quomodo Galenus à lepra diſtinguat ibid. f
ptiſana abſtergit & refrigerat 388.a
ptiſanæ hordeaceæ vis 462.b
ptiſanæ præparatio 445.d
ptiſanæ vſus 458.c
puella epileptica, cuius purgationes menſtruæ decem menſibus fuerunt ſuppreſſæ 117.f. eius curatio 101.d
puellæ biennulæ in obſtructionibus & tenſionibus curatio 542.a.b
puellæ dolorem capitis intenſum patientis, curatio 42.b. empyemate laborantis diæta 446.e.f.g. hydropicæ curatio 630.e
puellarum nubendi tempus 800.e
puer ex vermibus cadens in lipothymias 540.d
puer Hebræus epilepticus 98.d
puer laborans debilitate ventriculi & vomitu 487.c
puer trium annorum vermibus laborantis remedium 542.d
puer vnguentis repercuſsiuis curatus à ſcabie, in febrim incidens, & vermes 541.a
pueri facile in epilepſiã incidũt 100.b
pueri fatui & delirantis curatio 69.a
pueri omnes calidi & humidi 153.d
pueri qua ætate ſoleant habere maximam capitis debilitatem 4.a
pueri vnde ingluuioſi 153.d
puerorum cerebrum frigidiſsimum 100.a
puerorum mollities 1065.c
in Pueris vnde plurimæ mutationes 100.f
pueritia ſpei plena 838.c
pulli brodia humores contemperat 569.e
pulli columbini cur ſint fugiendi 867.e
pulmo putredini aptus 361.e
pulmo putreſcibilis 449.d
pulmonis corroboratio 440.c
pulmonis cum renibus magna cognatio 444.b
pulmonis eroſio 378.b

pulmonis euacuandi ratio 444.b
pulmonis exiccatio 292.a
pulmonis leuiſſima membrana 449.f. munitio 347.b
pulmonis putredo vnde 396.b
pulmonis vaſa propter mollitiem corroſioni apta 428.d
pulmonis vel thoracis vlcerum ſigna 439.e
pulmonis vlcus 456.b. 460.c
pulmonis vſus 285.f
pulmonis vulneratio 970.b
in Pulmone cur nullum vlcus fieri poſſit, ex quo ſputum ſanguinis nō præcedat exſpuitionē puris 1050.e
pulmonum vlcera quid indicet 402.a
pulmonum venæ & arteriæ 1050.c
pulſatio quid 1075.d
pulſus cùm primò ad compreſſionem deficit, poſtea paulatim inſurgit, vnde ſit 55.d
pulſus debilis 625.e. durus 435.f. ſæpe hominibus imponit 1037.b
pulſus frequens 625.d. perinde eſt ac formica operoſa 466.a
pulſus inæqualis 1021.f
pulſus magnus 461.f
pulſus paruus & frequens cur in febri peſtilenti 360.f. & inæqualis quando ſit ibid.
pulſus quomodo dicatur magnus aut velox 465.e
pulſus rarus 625.d
pulſus vbi vehemens, rarò frequens 932.g
pulſus vehemens 625.e. & durus quomodo differant ibid. vehemēs qui propriè dicatur 1037.b
pulſus vnde emanet 285.c
pulſus inæqualitas quid ſignificet 461.g
pulſus inæqualitas vnde 430.g
pulſus magnitudo in quibus conſiderenda 625.c
pulſus mutatio 977.e
pulſus tangendi attentio 425.a
pulſus virtus quanto imbecillior, tanto frequentior 466.a
pulſum quæ faciant 465.f
in Pulſu quando medicus non deſperet 466.a
pulſuum miſerorum vltimum refugium ibid.
pulſuum ſex differentiæ 625.a
pulſuum tres cauſæ 1032.d
in Pulſibus exceſſus notandus 465.f
puluis pro capitis exiccatione 377.a. pro catarrhi 368.a
pulueris vertici inſperſio 447.a
pulueres frigidi & humidi qui ſint 330.d
pulueres pro catarrhoſis à cœna 337.f
puluerum ſuturæ coronali infricatio 427.d
pupillæ conſtrictio 224.e
pupillæ dilatatio ibid. vnde 227.b
pupillæ impedimentum 240.c
purgandi forma 412.a
purgandi qui ſint 290.c
purgatio mulieris hypochondriacæ 594.a
purgatio pro catarrho ſalſo cum frigiditate ventriculi & dolore capitis 346.d
purgatio quando adhibenda 290.c
purgationis ratio 20.c. 215.f
purgatione qua tā ventriculus, quàm hepar debilitentur 551.b
purgationes compoſitæ 411.f
purgationes in omnibus qualitatibus moderatæ ibid.
purgationes quæ morbo Gallico præmittantur 498.e
purgationes ſimplices 411.f
à Purgatoriis fortibus medicinis cur abſtinendum 426.e
pus duplex 450.c
pus etiam per os tranſit 465.a
pus melancholicum & bilis longè deterius 450.d
puſtulæ quomodo à Græcis & Arabibus vocentur 952.d
puſtulæ quomodo fiant 955.f
puſtularum origo 398.a
putredo à caliditate hepatis & membrorum inferiorum 400.a
putredo cor vbi corripuerit, omnia deſtrui 436.a
putredo quid 1109.d
putredo quomodo remouenda 1084.c
putredo vnde 488.e. 1034.f. 1109.e.f
putredinis cauſa 433.e
putredinis conditiones 1109.d
putredinis creatio 1117.d
putredinis in febre gradus 1075.f
putredinis in humoribus curatio 436.a
putredini quæ corpora ſubiecta 429.b
putredinem omnia elementa præter ignem ſuſcipere 1112d.
ad Putredinem opus tempore 1050.c
putridæ materiæ abundantia vnde 455.e
à Putrido quod tangitur, putrefit 402.e
pyrethri maſticatio vacuat à loco exquiſitiſſimè 31.b
pyritis lapidis vſus 973.a

Q

QValitas & quantitas vaporum vnde ſequatur 391.d
qualitates, ſenſus obiecta 165.e
qualitatum paſſiuarum continua mutatio 294.e
quartana à medicamentis exacerbatur 573.e
quartana acrius curata, duplex fit quartana 577.c
quartana febris vnde 1088.e
quartana vel quotidiana cur rarò pura 1022.b
quartanæ cauſa 84.e
quartanæ febris curatio 930.a
quartanæ ſignum 1021.d
quartanæ victus ratio 1025.c
quartanarum febrium proprium 945.c
quartanas quæ affectiones ſequantur 316.b
quartanarij purgatio 1025.f
quies qualis eſſe debeat 683.b
quietis incommoda 808.b.c
quietis omnimodæ vituperium, 818.e
quiete infrigidatur calor naturalis ibid.
quotidianæ frigus quomodo ab aliis diſtinguatur 1021.e

R

RAdicalis humor reſtaurari non poteſt 480.b
ramenta inteſtinorum vnde fiant 525.d
ramex inteſtinalis 744.a
rara facile læduntur à cauſis extrinſecis 301.d
Raſis erro ab Auicenna intellectus 290.d
raucedinis curatio 292.f
raucedines in ſenibus non concoquuntur 358.e
raucedines & catarrhi in valde ſenibus non concoquuntur 46.d
recidiuas quæ faciant 533.d
rectitudo naturæ familiariſſ. 500.b
refrigeratio vnde fiat 650.g
regio quarti climatis qualis 143.e
relaxatio debilitatis & fluxus cauſa 522.g
remedium mirum contra peſtē 1077.e
remedia fruſtra adhiberi ſine victu 66.a
renes an membra mandantia 732.a
renes cur à natura facti 651.f
renes medium, terminans partes ſuperiores ab inferioribus 204.a
renes quatenus ſeparati conſentiant 225.a
de Renum affectibus liber, non Galeni 339.a
à Renum calculo præſeruatio 654.f
renum caliditas 669.b. 727.a. cur ad ſalacitatem faciat 698.f
renum caliditatis indicium 325.c
renum confortatio 717.c. debilitas 654.c. diuerſa loca, in quibus calculi generentur 666.g
renum doloris curatio 687.e
renum incaleſcentia 650 c. inflammationis cauſa 225.a. infrigidationis vnguentum 693.b

renum

renum officium 650.e
renum ſubſtantia 651.g
in Renum valetudine conſeruanda quæ noxia ibid.b
renum vnguentum 453.b
renibus quæ aduerſentur 651.e
renibus quid peculiare ibid.f
repletio poſt inanitionem peior, quàm inanitio poſt repletionem 676.c
repletio vehemens in qualibet diſpoſitione nociua 809.a
à Repletione nimia abſtinendum 819.f
repletionibus capitis qui ſubiecti 313.a. 1055.a
repurgantia 1038.d
reſinæ terebinthinæ vſus 475.d
reſoluentia quæ 1039.f
reſolutio magis penes motum attendi tur 167.e
reſolutionis partitio ibid.f
regula perpetua 1040.c
ad Reſolutionem materiæ exiſtentis in iuncturis, vnctio 39.a
reſpirationis prohibitio 284.b
ad Reſpirationẽ tria neceſſaria 282.f
retentricis virtutis diminutæ indicantia 494.d
retentricis vitij ſignum ibid.
rhabarbarum non ita calefacit, vt aloe 31.a
rhabarbarum pater & anima hepatis 176.a
rhabarbarum ſiſtit & purgat ſanguinem 388.d
rhabarbari cum zuccaro roſaceo vires 226.b
rhabarbari efficacia 573.f
rhabarbari virtus 82.b. 1069.a. 110.b.756.d. 524.e. vſus 717.b
rhagadiarum curatio 870.f. 908.a
rheumatiſmus quotupliciter fiat. 782.c
rigor interdum ſine febre 963.e
rigor putredinis ſignum 1051.c
rigor quomodo fiat 963.e
rigor tertianæ febris periodum ſeruans 433.d
rimulæ obſtructio 283.f
roborantia 169.a
roſarum frigiditas 330.d. vis 970.f
rubrica ſinopica 437.a
ructus acidi frigiditatem ventriculi ſignificant 174.a
rugitus & flatus ventriculi 497.a
rugitus vnde 97.d. 565.g
rugituum aſcendentium & deſcendentium meatus 549.a
rugituum cauſa 561.a

S

SAccharum roſatum ad corroborandum ſtomachum & caput vtile 49.d
ſacchari roſati præparatio 375.a
ſacchari roſati vis 552.f
ſacculorum capitis applicatio 427.d
ſacerdos melancholicus 67.g.
qua decoctione caput abluat 68.e.
eius victus ratio ibid.a.b
ſalacitatis cauſa 698.e
ſalacitatis materiam hepar præbet ibid.f
Salernitana vina 547.d
ſaluiæ copia vnde 224.f
ſalſaria herba 413.f
ſalſedo ab amaritudine quid differat 964.a
ſalſedo catarrhi vnde 399.d
ſalſedo ex quibus cauſis proueniat 963.g
ſalſedo in materia humida vnde 87.b
ſalſedo maris vnde 964.a
ſalſedo quomodo fiat 701.a.b. item vnde 1055.c
ſalſum nunquam ex amaro & inſipido fit 452.e
ſandalorum virtus 1061.g
ſandaracæ puluerum vſus 459.b
ſandix in officinis minium 871.b
ſanitas quid 1093.g
ſanitas ſine recta victus ratione acquiri non poteſt 149.e
ſanitatis gradus 16.c
ſanguificationis diminutæ indicium 476.e
ſanguis à capite defluens quando tuſſim excitet 401.c à pulmone quibus modis eijciatur 385.d
ſanguis ab eadem cauſa prouenit, qua pus 429.e
ſanguis an nato 57. annos mittendus 672.b
ſanguis aquoſus quomodo poſſit exire 522.a
ſanguis craſſus quando elabi non poſſit 44.a
ſanguis cum quibus diuertatur 383.e
ſanguis cur facilius putreſcat quàm pituita 429.a
ſanguis eiectus à quacunq; corporis parte, malum 403.b
ſanguis etiam à pluribus partibus poteſt erumpere 401.f
ſanguis & quantitate & qualitate peccat 387.f
ſanguis extra venas exiens putreſcit 1049.c
ſanguis floridus miſtus cum pituita quomodo fiat 520.d
ſanguis melancholicus per hæmorrhoidum fluxus expurgatur 153.f
vnde generetur 186.e
ſanguis omnium facilimè putreſcit 429.a. per os reiectus, malus 1055.f. putreſcens non facit periodos 999.b. quando copioſe, & contrà mittendus 987.c
ſanguis quãdo maximè vigeat 986.d
ſanguis quando mittendus 577.d
ſanguis quando non mittendus 746.b.981.c
ſanguis quibus longius mittendus 870.c
ſanguis ſpumoſus vnde proueniat 402.a
ſanguis ſubtilis facit ingenioſos 96.g
ſanguis vitæ theſaurus 403.g. 419.b
ſanguis vltimum alimentum 1088.g
ſanguis vnde proueniat 414.b
ſanguis vnde ſpumoſus fiat 968.f. 970.c
ad Sanguinis acrimoniam temperandam quid faciat 546.d
ſanguinis aquoſitas vnde 521.f
ſanguinis caliditas vnde 84.g. caliditatis indicium 582.e
ſanguinis craßioris, & non nutrientis eductio 562.c
ſanguinis deriuatio 201.g
ſanguinis eiectatio 443.b. expuitio 385.c. vnde contingat 441.e
ſanguinis fluentis auerſio 546.b
ſanguinis fluxio 295.a
ſanguinis mictus 694.a. 695.a
ſanguinis mißio quæ oculis noceat 241.g. quando audacter facienda 773.d
ſanguinis mittendi indicatio 419.d
ſanguinis mißionem cur Galenus laudet 984.g
à Sanguinis mißione quantum poſſibile, cauendum 419.b
ſanguinis mißione qui morbi à Galeno curati 322.e. 843.e
ſanguinis mißionum limites quæ ætas tranſcendat 773.d
ſanguinis pituitoſi ſignum 699.d
ſanguinis proruptio vnde 441.g
ſanguinis putredo cur deteſtabilis 429.a
ſanguinis ſputum 382.b
ſanguinem è pulmone expuentes non poſſe curari 392.b
ſanguinem mittere in quo dolore proſit 46.e
ſanguinem moderatum quæ indicent 316.a
ſanguinem multi mingunt propter vrinationes copioſas 347.f
ſanguinem ingroſſantia 414.e
ſanguinem in qua ætate mittendum Galenus neget 45.b. in quo corpore Galenus mittere nolit 296.b. paucum qui cibi generent 387.f
ſanguinem purgantia 203.f. purificantia 82.b. 867.b. quid multiplicet 499.c
ſanguine extra venas exiſtente, nihil citius putreſcit 401.g
ſanguineã temperaturam quæ teſtentur 78.d

ſanguinei pituita abundant 715.b
ſanguiſugæ ſanguinem tenuiorem euacuant 469.b. trahunt ad orificia venarum 172.c
ſapientes omnes melancholici 260.d
ſapo odoratus 363.e
ſapor acris quomodo fiat 637.f
ſauina efficaciſſima in aperiendis menſtruis 1038.a
ſauinæ conditiones ibid.
ſcabies quomodo fiat 955.e
ſcabies vnde fiat 2.c. 906.c. 936.d
ſcabiei cauſæ 923.a
ſcabiei curatio 956.a.e.f
ſcabiei diuerſitas 907.f
ſcabiei & pruritus differentia 936.e
ſcabiei materia ibid.
ſcarificationes circa malleolos antiqui multum laudarunt 119.d
ſcirrhus dependens à pituita 469.c
ſcirrhus dupliciter fit 599.d
ſcirrhus omnis à qua materia pendeat 469.c
ſcirrhus qui incurabilis 469.e.f
ſcirrhus vnde 283.d. 786.a
ſcirrhi cauſa 37.c
ſcirrhi curatio difficilis 599.f
ſcirrhi & cancri differentia 371.d
ſcirrhi ex pituita locus 469.d
ſcirrhi indicationes 472.f
ſcirrhum à phlegmate quomodo Galenus diſtinguat 469.d
in Scirrho pituitoſo quibus vtendum 473.c
ſcirrhi cancroſi vnde oriantur 372.d
ſcirrhi ex pituita nunquam in cancrum deueniunt 467.e
ſcirrhi qui facile in cancrum conuertantur ibid.
inter Scirrhos curabiles & incurabiles medium 469.d
ſcordium venenis reſiſtit 101.b
ſcordij puluerizati vis 1080.a
ſcorpij pulueris virtus 435.a
ſcribendi exercitium omnes coctiones impedit 87.f
ſcrofulæ vnde fiant 300.b
Sebazum 48.g
ſedimenti albi & pauci, ſignum 180.b
ſemitabidis decoctum ligni exhibendum 581.b
ſeminarium vas dextrum vnde oriatur 702.f. ſiniſtrum ibid.g
ſemen vnde proueniat 703.e
ſeminis caliditatem teſtantia 726.a
ſeminis & lactis ratio 703.c
ſeminis excitatio 716.e
ſeminis fluxus vnde 725.c
ſeminis generatio ibid.d
ſeminis materia 703.e
ſeminis retentio 657.d. vnde 675.d
ex Seminis vnica emiſſione, quanta euacuatio fiat 397.e
ſenectus deſperationis plena 1097.b
ſenectus ipſa, morbus 321.e. 338.d. 477.e. via manifeſtiſſima ad mortem 478.c
ſenectus peſſimus morbus 998.b
ſenectutis principium 326.b
ſenis ſeptuagenarij, laborantis ventris ſtipticitate 61.a.b. electuarium ibid.f. ſyrupus ibid. victus ratio ibid.d
ſeni quæ faciant omnes ægritudines 478.a
ſenes cur minus dormiant 343.d. 396.c
ſenes facile catarrho corripiuntur 455.b
ſenes frigidi & ſicci 317.c
ſenes quanto frigidiores, tanto humidiores 449.a. 1090.d
ſenes vnde multas ſuperfluitates frigidas & crudas congregent 154.a
ſenum catarrhus qualis 1000.b. vnde 206.d
ſenum complexio qualis 804.d
ſenum corpora qualia 694.c
ſenum curatio 480.b.c
ſenum cutis cur pruriat 1091.e
ſenum membra imbecillia 649.a. 1001.e
ſenum victus ratio 480.c
ſenum vrinæ quales 732.e
in Senibus cur catarrhi non maturentur 1000.b
ſenium primum 143.f. 147.e. 321.e. primi finis 338.d. 709.d
ſenij ſecundi initium 321.e
in Senio vltimo omnes morbi manifeſtantur 478.c
ſenſitiua virtus 476.c
ſenſus deperditio 801.d
ſenſus læſionis duo genera 166.f
ſenſus tactus vnde componatur 165.e
ſenſum quæ lædunt, debiliora quàm quæ motum 175.b
ad Senſus exteriores non requiruntur ſpiritus lucidiſſimi 69.f
ſerpigo 921.c
ſerum Galeno frigidum 637.b
ſerum lactis quam vim habeat 636.e
ſibilus aurium vnde proueniat 23.c
ſiccitas homines magis acuit quàm caliditas 391.b
ſiccitatem adiuuantia 55.b
in Siccitate remouenda, balnea excellentiſſ. remedium 459.a
ſicca cur ingrata 166.a
ſicci proprium 823.f. 952.c
à Sicco quatenus nullum excrementum humidum proueniat 406.c
ſicci & graciles imbecillo ſunt ventriculo 84.d
ſignum malum peius eſt, cùm fit in die critico 1009.b
ſigna communia 289.e
ſigna reſpiciunt ſuas cauſas 285.a
ſigna vnde ſumenda 258.d. 931.g
ſignorum diuiſio 289.d
à Simili non fit alteratio 794.a
ſinapiſmis & veſicatoriis multorum Græci loco cauteriorum vſi 33.a
ſingultus Galeni ex comeſtione piperis 504.b
ſingultus vnde fiat ibid.
ſiniſtra pars debilior dextra 202.e
ſiniſtra pars imbecillior 232.a. 499.f
ſinus, vel fiſtula quid 254.a
ſitis quid 1003.d
ad Sitim ardentiſſimam ſyrupus 484.f
ſolatri ſucci virtus 269.b
ſolutio continui ſequitur pus 714.d
ſolutio continui quotupliciter fiat 763.e
ſomnus digeſtionis bonæ cauſa 819.b
ſomnus & vigilia actiones cerebri 931.f
ſomnus humectat 1088.b
ſomnus meridianus capiti nocet 19.g. excrementa capitis generat 192.g. maximè replet caput 236.b
ſomnus quibus rebus concilietur 53.b
ſomnus quomodo fiat 231.f
ſomnus vnde 933.a 1089.a
ſomni cauſa 99.g. 343.d. efficiens 396.c
ſomni conciliatio 992.c. 1089.d
ſomni diurni incommoda 808.f. 819.c
ſomni meridiani fuga 621.a
ſomni moderati vſus 808.e
ſomni multiplicatio vnde 145.e
ſomni priuatio vnde 916.b. 932.a
ſomni tempus 646.b
ſomni vtilitas 569.d
ſomnum cauſantia 325.d
ſomnum inducentia 51.f
ſomnum quæ concilient 62.a. 916.f
à Somno meridiano cur abſtinendum 501.a
ſomnolentiæ generatio 231.b
ſopor vnde 933.a
ſpaſmus cur ex ſiccitate in cerebro fieri non poſſit 114.c
ſpaſmus & epilepſia quomodo differant 129.c. 152.e
ſpaſmus ex retentione vrinæ 136.f
ſpaſmus quotupliciter fiat 128.f
ſpaſmus triplex 133.f
ſpaſmus vnde fiat ibid.c 114.d. 377.f
ſpaſmi cauſæ 128.g
ſpaſmi remedium 137.c
ſperma quomodo per conuulſionem, cùm quis in epilepſiam inciderit 703.b
ſphacelyſmus 146.d

ſphyn

ſphyncter 857.e
ſpiritalis pars 406.a
ſpirandi difficultas vnde 285.g
ſpirationis impedimentum 968.f
ſpiritus aggrauatus multitudine materiæ quid faciat 479.c
ſpiritus & hepar quæ inflamment 576.f
ſpiritus ex aere nutritur 85.c
ſpiritus ſiccus, anima prudentiſſima 57.d. 206.a
ſpiritus quid 84.c
ſpiritus paucitas vnde 95.g
ſpiritus proſtratio vnde 1083.g
ſpiritus clariores vnde reddantur 215.a
ſpiritus craſſiores vnde 225.a
ſpiritus feruentes & mobiles vnde generentur 23.a
ſpiritus quando impediantur 494.g
ſpiritus quibus ſyrupis clarificentur 229.c
ſpiritus ſemper proportionati ſanguini 224.b
ſpiritus tales, qualis ſanguis 295.c
ſpiritus turbidiores vnde 252.a
ſpiritus vnde generentur 84.c
ſpirituum alteratio 97.c
ſpirituum craſſorum ſigna 224.d
ſpirituum generatio 214.d
ſpirituum læſio 224.e
ſpirituum liber tranſitus 226.f
ſpirituum multiplicatio vnde 545.d
ſpirituum paucitas vnde proueniat 235.c
ſpirituum tranſitus quando intercipiatur, vel impediatur 167.f
ſpiritibus clarioribus efficiendis quid conferat 214.f
ſpiritus agiles qui habeant 84.c
ſpiritus claros qui habent, non poſſunt videre niſi ſemiclaudant oculos 224.d
ſpiritus craſſiores quæ faciant 554.c
ſpiritus ex vomitu adfligi 18.a
ſpiritus quæ exagitent, & robur adiuuent 126.b.
ſpiritus quæ corroborent 236.e
ſplen qua ratione hepar infrigidet 583.d
ſplen refrigerat etiam vicina membra 575.d
ſplen vnde intumeſcat 510.d
ſplenis affectio vnde 511.a
ſplenis duritie qui rarò laborent 360.e
ſplenis frigida intemperies 609.e
ſplenis intumeſcentis cauſa 327.f
ſplenis obſtructio potens cauſa ad melancholiæ generationem 51.a
ſplenis tumor à quo modo cauſetur 327.d
ſplenis tumor poſt diuturnam febrem 612.b
in Splenis tumorem qui non incidant 327.g
ſplenem ex hypochondriorum inflammatione intumeſcere falſum 330.c
ſplene intumeſcēte cur marceſcat corpus 327.f
ſputum ſanguinis à pectore pericula ſum 386.d. periodicum 396.g
ſputum ſanguinis quando cum magno dolore fiat 386.b. quomodo Galenus curet 543.c
ſputum ſanguinis vbi eſt, à leuioribus non eſt inchoandum 403.c. vnde 396.a. 416.b
ſputum vt in cubiculo exiccetur, cur non permittendum 396.d
ſputi candor vnde 1003.d
ſputi copia vnde 576.b
propter Sputi odorē etiam Medicum poſſe in phthiſim incidere 343.e
ex Sputi odore Medicus in phthiſim incidit 396.d
ſputi prouocatio 1085.c
ſputi ſanguinis conſilium 384.a
ſputi ſanguinis præſeruatio 383.c
ſputo ſanguinis laborantis diæta 416.g
in Sputo ſanguinis quibus medicinis Galenus vtatur 422.e
ſputa cruda & tenacia vnde 180.a
ſputa quæ vlceris ſuſpicionem moueant 456.b
ſquamulæ capitis 952.c
ſteomata vlcera 254.f
ſterilitatis cauſa 372.c. 758.b.d
ſtillicidium ſancti Philippi calidum 371.a
ſtillicidij cauſa 680.e. 848.d
ſtillicidia ante cibum 342.b
ſtomachicus vel cœliacus fluxus 521.a
ſtomachus membrum deſeruiens principalibus 814.b
ſtomachus membris principalibus deſeruit 804.b
ſtomachus vnde frigidior reddatur 175.b
ſtomachi corroboratio 377.b. 1014.b
ſtomachi diſpoſitio præter naturā omnium ægritudinum mater 175.d
ſtomachi illinitio 375.c
ſtomachi mundificatio 811.f
ſtomachi purgatio 236.c
ſtomathum quæ corroborent 557.d
ſtranguria 679.d. 680.d. 735.b. quid 701.f
ſtranguriæ remedium 825.g
ſtruma gutturis 190.d
ſtruma gutturis laborantis diæta 190. d. linimentum ibid.e
ſtudium quando pernicioſum 486.d
ſtudia ad catarrhum quantum conferant 430.b
ſtudioſi à longe cur malè videant 31.c
ſtudioſorum pallor 1091.b
ſtudioſorum ventriculus plerunq; debilis 143.c
ſtulticia diminutio 70.b
ſtultorum curatio craſſa ibid.f
ſtupor & diminutio motus Comitis à Sala 167.a
ſtupor & principium paralyſis 164.d
ſtupor niſi citò curetur, ad paralyſin ducit 816.f
ſtupor quid 56.d. 167.e. 675.d. 804.e
ſtupor ſynonymum eſt cum paralyſi 814.d
ſtupor vnde fiat 18.a. 305.b. 842.f
ſtuporis cauſæ 815.b. 816.c.
ſtuporis curatio 811.b. 813.a
ſtuporis definitio 814.f
ſtuporis difficultatis cauſa 56.e
ſtuporis immediata cauſa 814.g
ſtuporis origo 805.b
ſtuporis primitiuæ cauſæ quomodo remoueantur 817.b
ſtuporis ſignificatio 814.d
ſtuporem an mala complexio calida poſſit inducere 805.e
ſtupores qui formicæ dicantur 80.d
ſtuporum cauſæ 804.f.g
ſubſidentia nulla poſt calefactionem 463.c
ſucchari roſati virtus 350.d
ſudor quid 892.e
ſudoris materia ἰχὼρ 225.c
ſudoris ratio 895.a
ſuffocatio ab vtero 752.e
ſuffocatio quomodo accidat ibid.g
ſuffocatio vnde 753.d
ſuffocationis methodus 282.a
pro Suffocationibus hyſtericis remedia 747.e
ſuffumigium 452.c
ſuffumigium cubiculi 74.e
ſuffuſio & videndi imbecillitas 251.f
ſuffuſio perfecta an ſit deponenda 248.f
ſuffuſio perfecta nunquam curata 251.f
ſuffuſio quandiu duret 234.e
ſuffuſio quando incurabilis 207.d
ſuffuſio quid 240.a
ſuffuſio vbi eſt in vno oculo, cur neceſſariò etiam alter patiatur 250.a
ſuffuſio vnde ſit 51.b
ſuffuſionis periculum 208.f
ſuffuſiones deteriores inflammationibus 203.d
ſulfureæ aquæ maximè calefaciunt 890.f
ſulfuris virtus 584.c
ſuperfluitates in corpore quæ augeant 468.b
ſuperfluitates moderatè exiccandæ 394.c
ſuperfluitates omnes ad partem debi-

lem defluunt 450.a
ad Superfluitates ſuſcipiendas caput aptum 398.g
ſuperfluitates omnes quæ multiplicantur, recedunt ad locum debilem 187.c
ſuppuratio auris cum febre 179.e
ſuppuratio circa iuncturas cur cauenda 921.d
ſuppurationis ſigna 1045.c
ſuppurationem auris patientis curatio 180.e.f
ſuppurationem auris pulſatio arguit 180.d
ad Suppurationem deducentia 190.c
ſurdi purgatio 189.e. victus ratio ibid.g
ſurditas an curari poßit 187.e
ſurditas & tinnitus aurium 189.b
ſurditas perſeuerans poſt ſex menſes incurabilis 187.e
ſurditas quando tollatur 188.a
ſurditatis cauſæ 185.a
ſurditatis curatio 188.c.d
ad Surditatem quid proſit 183.f
ſurditate & tinnitu aurium laborantis curatio 189.c
ſuſpirium quid 922.g
ſuturæ coronalis puluis 348.f
ſyderatio 146.d
in Symbolum habẽtibus facilis tranſitus 313.c
ſymptomata non poſſunt curari, non cognita cauſa ipſorum 369.e
ſymptomata omnia vnde pendeant 367.b
ſymptomata quæ familiaria temperaturæ frigidæ & ſiccæ 22.d
ſymptomatum cauſæ 182.e
ſymptomatum cauſæ extrinſecæ & intrinſecæ 55.b
ſymptomatum conſideratio 506.d
à Syncope & ſuffocatione quanta contingant ſæuißima accidẽtia 545.c
ſyncoparum cauſa 544.a
ſynocham quomodo Galenus curet 534.d
σιώπηξις 997.c. 1081.e
ſyrupus de abſynthio factus 531.d
ſyrupus de cichorio Nicoli propter epilepſiam factus 117.a
ſyrupus de cichorea cum rhabarbaro 1069.d
ſyrupus de iua 158.b
ſyrupus de iua cur arthriticus vocetur 178.f
ſyrupus de iuiubis extinguit caliditatem ſanguinis 359.a
ſyrupus in tußi poſt ſanguinis ſputum 426.e
ſyrupus roſaceus contemperat acredinem catarrhi 357.a
ſyrupi compoſitio de helleboro 948.f
ſyrupi cum vitriolo proprium 456.b
ſyrupi de cichoria efficacia 562.f
ſyrupi de cichoria inuentor Nicolus 322.e
ſyrupi refrigerantes 473.b
ſyrupi roſati ſolutiui virtus 774.c
ſyrupi abſque moleſtia purgantes 66.e
ſyrupi alterantes 265.c
ſyrupi qui incîdant 681.c
ſyrupis omnibus cur acetoſum & oxymel commiſceatur 45.d
ſyſtematica inæqualitas 625.f

T

Tabes quomodo fiat 852.b
tabes vnde fiat 254.d. 402.c. 760.d
tabis odor 400.d
à Tabe habito fluxus ventris ſuperueniens, malum 466.b
ad Tabem quæ efficacißima 726.f
in Tabidis quæ deficiant 465.c
tactus obiectorum exceſſum ſentit 165.d
tactus obiectum ibid.e
πλέξις 191.d. 239. à chymoſi & ophthalmia quid differat 191.f
tarditas concoctionis & inappetentia vnde 97.f
taxi pinguedinis vſus 833.b
Telephus Grammaticus quandiu vixerit 480.c
temperamentum vnde diiudicandum 921.a
temperatio animi motus 425.e
temperatura à totius diſpoſitione denominanda 312.e
temperatura hominis vnde conſtituatur 165.e
temperatura quæ facile & difficile curetur 873.d
temperatura vera vnde colligenda 935.c
temperaturæ argumẽtum, color 935.c
temperaturæ calidæ & humidæ ſignũ 34.c
temperaturæ calidæ quæ nõ excedunt in paßiuis, plurimum generant ſanguinis 202.c
temperaturæ cognitio 685.c
temperaturæ correctio 464.b
temperaturæ notio difficilis 456.e
temperaturæ calidæ & ſiccæ ſigna 187.d
temperaturã cordis declarantia 258.f
ad Temperaturam cordis ſequitur totius corporis temperatura 70.c
temperaturam corporis, animæ eſſentia ſequitur ibid.b
temperaturam corporis propriam exactè cognoſcere, maxima difficultas 856.e
præter Temperaturam propriam ægritudines contingunt 770.b
temperaturam quam cerebri epilepſia conſequatur 102.b
temperaturã totius corporis quæ membra conſtituant 303.e
temperaturæ quomodo cognoſcantur 1027.b
temperaturæ ſæpe diſpoſitiones morborum 1027.b
temperiem cordis quæ indicent 260.a
tempus capitis abluẽdi aptum 409.e
tempus exercendi quod commodißimum 124.e
tempus exercitij quod opportunum 551.d
tenaſmus lõgè peior dyſenteria 543.a
tenaſmus quando metuendus 542.g
tenaſmus quid 961.a
tenaſmus vnde contingat 542.g. 543.a.
tenſio hypochõdrij dextri vnde 396.b
tenſio hypochondriorum vnde 451.d
tenſio naturaliter indicat obſtructionem 494.e
tenſio naturalium partiũ vnde 441.d
tenſio ſolutæ continuitatis ſpecies 166.e
tenſio ventriculi vnde percipiatur 516.b
tenſio vnde 985.g
tenſionis cauſa 995.d. 1013.f
tenſionem membrorum naturalium flatulentum ſequitur imperfecta concoctio 441.b
tenſiones quomodo fiant 1022.c
terebinthina euacuat & roborat 18.f
terebinthina lenit ventrem, & non exiccat ibid.
terebinthina odore ſuo epilepſiam auget 116.d
terebinthina pinguis vtilis ad ſubducendam aluum 49.d
terebinthinæ Cypriæ virtus 310.a. 480.e. vſus 98.c. 275.a. 552.a. 717.a. 798.d.
terebinthinæ virtus 463.f
terebinthinæ vſus 60.c. 72.c. 339.f
terminus chordarum 800.a
terminus exercitij, anhelitus mutatio 503.b
tertiana notha non caret periculo 99.e
tertianæ rigor 999.g
tertianæ duæ nothæ 1019.a
tertianæ febres & quotidianæ vnde 366.b
teſticulorum dolor 686.f
teſtium pruritus 736.d
texturas raras qui habeant 397.c
theriaca in ſenibus calorem confortat 480.g
thermæ Aquarij 176.b
thermæ Chalderianæ in agro Veroneſi 178.a

thermæ

thermæ Chalderianæ vnde refrigerandi & aſtringendi vim habeant 381.b
thermæ de la Porreta 163.c
thermæ exhauriunt caliditatem & humiditatem radicalem 481.b
thermæ immoderatè calefaciunt & exiccant 98.d
thermæ omnes exiccant 98.d
thermæ qua ratione ventriculo conueniant 392.f
thermæ quibus conueniant 405.a. quibus non 420.c
thermæ S.Helenæ 318.c
thermarum Aponenſiũ natura 550.a
thermarum Aquarij virtus 176.b
thermarum aquæ ad loca cur non deferenda 685.a
thermarum aquæ omnes exiccant 382.e
thermarum aquæ quales 823.f
thermarum aquæ vſus 154.f
thermarum Chalderianarum virtus 330.e
thermarum damnum magis quàm iuuamentum 481.b
thermarum Lucenſium potus 382.b.d
thermarum potus ventriculum corroborat 573.f
thermarum vſus in catarrho 315.b. 355.c. 481.b. 565.a 833.b
Therſitis deforme caput 312.f
Thuſcanus monachus 805.a
timentium ſpiritus quales 84.b
timere, proprium melancholici 58.c
timor & iracundia cordis affectus, cerebri operationibus annexi 69.d
timor frigiditatem arguit 560.b
timor perpetuum melancholiæ ſignũ 575.f
timor quid 84.b
timor vnde oriatur 85.b
tinnitus aurium ſignum 85.b
tinnitus aurium vnde 936.c.g. 953.d
tinnitus aurium quomodo fiat 365.a
tinnitus & ſurditatis cauſæ 187.a
ad Tinnitum aurium quid maximè conferat 20.g
tinnitum in auribus catarrhum faciens 303.a
ad Tinnitum aurium antiquatum remedium 183.f. quid maximè conferat 20.g
tinnitu aurium laborantis victus ratio 184.d
tinnitu aurium laborantis cura ibid.
tractio quomodo fiat 88.e
trementium locorum illinitio 183.d
tremor cordis 478.f. vnde 479.c
tremor cordis cũ animi deliquio 485.d
tremor brachiorum 176.e
tremor membrorum & mouendi imbecillitas 177.d
tremor membrorum quomodo fiat 181.e
tremor vnde 111.f
tremoris cauſa 939.g
tremorem brachiorum patientis curatio 177.b
ad Tremorem cordis cum animi deliquio vnguentum 485.d
tremorem membrorum æquatis viribus fieri 181.e
tremorem membrorum patientis victus ratio & cura 177.e.f
Tridentum Borealibus ventis maximè expoſitum 142.d
Treuiſanus chirurgus 281
triſtitiæ & flatibus qui perpetuò obnoxij 560.f
triſtis ſpiritus exiccat oſſa 52.e
trochiſci in febrium declinatione qui propinandi 1105.e
tuberculum generoſi domini à Stubenberg 473.e. victus ratio ibid.g. curatio 474.c.d
tumefactio crurum vnde 604.e
tumefactio vnde dependeat 622.b
tumor œdematicus vtriuſque pedis 797.a
tumor nunquam ſine materia 603.g
tumor podagricus D.Georgij Freidel 785.e
tumor quando non ægritudo 171.c
tumoris à pituita dependentis ſignum 785.g
ex Tumore ſolo epilepſiam interdum oriri 108.d
tumores quas obſtructiones ſequantur 604.b
tumores varicoſi vnde 786.g
tumorum dolorum cauſæ 786.f
tunicæ oculorum ætate fiunt duriores & ſicciores 244.e
tuſſis ex catarrho cum ſputo ſanguinis 405.e
tuſſis, pulmonis motus 385.c
tuſſis quando excitetur 35.c
tuſſis quid 360.c. 401.a. 450.e. 1025.e
tuſſis vehemens vnde prognata 438.d
tuſſis vnde 175.a. 399.f
tuſſis ex catarrho curatio 409.c
tuſſis excitatio 134.c
tuſſis remedium 342.b
tuſſi conducentia 436.g
tuſſi laborantis victus ratio 453.f
cum Tuſſi & ſputo ſanguinis catarrhus 384.c
in Tuſſi bolus poſt ſputum ſanguinis 426.f
tuſſilago cur farfara dicta 1001.e
tutiæ optimè lotæ præſtantia 242.f
tympania minus malum quàm aſcites 635.c
tympania nunquam ſine aqua 636.c
tympanites 629.c
tympanites vnde fiat 1033.e. 1036.a
τυφώδη 462.a
τυφώδης febris hecticæ valde aſſimilatur 1013.f
τυφώδης febris occulta Græcis 400.e. ſimilis hecticæ ibid.
τύφος 462.a
typhodes quod genus febris Græcis dicatur 544.d
typus præſentis febris 443.b
tyrannus ſeuerus, ambitio 716.f

V

VAletudini conſeruandæ quæ conueniant 379.g
valetudini corporis motus admodum conueniens & neceſſarius 72.a
vapor acuitur, & humor exiccatur ex plurimo coitu 391.e
vapor omnis ſeruat rectitudinem ſitus 44.c
vapores omnes vnde fiant 231.f
vapores aſcendentes à ventriculo frigido varios catarrhos generant 366.b
vapores eleuati à vermibus faciunt epilepſiam 538.b
vapores maximè ad oppoſitum trahuntur 24.d
vapores pituitoſi vnde 174.f
vapores quæ præcipuè reprimãt 236.c
vapores qui catarrhi formam accipiãt 395.f
vapores qui in catarrhum vertantur 206.d
vapores qua ratione deſcendant & diuertant 554.d
vaporum aſcendentium prohibitio 81.c
vaporum aſcenſum inhibentia 208.d
vaporum auerſio 82.e
vaporum diuerſi effectus 2.c
vaporum melancholicorum retunſio 64.e
vaporum quantitas & qualitas vnde ſequatur 391.d
vaporum redundantia in quibus fiat 300.d
vaporum remouendorum ratio 18.e
vaporum ratione caput patitur 17.d
vapores plures calidum hepar facit 29.e
vaporibus remotis dolor capitis remouehrtur 18.c
vaporationum copia vnde 174.b
varietas ciborum vitanda 778.c
varietas ciborum inter ſe differẽtium nociua 410.f
varietas cruditatum vnde 978.c
variolæ 312.a
vaſa vrinaria renib. coniuncta 667.f
vaſa ſeminaria vnde oriantur 703.a
ad Velocitatẽ quid requiratur 465.g

vena an ſecanda in febri peſtilentiali 436.d
vena in putrida febri ſecanda 1102.a
venæ apertio vnde 415.e
venam propter quas cauſas Galenus ſecare iubeat 388.c
venæ & arteriæ ex cantu intumeſcunt 766.f
venæ hæmorrhoides 374.d
venæ vere dilatantur 782.b
venarum & pectoris magnus conſenſus 450.b
venarum obſtructio 1018.g
venarum ruptio 419.d
venarum turgiditas vnde 371.f
per Venas capitis catarrhus deſcēdens 399.f
in Venis cuiuſdam catarrhus 342.f
in Venis cuius febris materia putreſcat 443.b
in Venis locus excrementorum contentorum cutis 1079.c
venularum minimarum in pulmone catarrhus ſalſus & abſterſiuus aſpertionem facit 429.e
veneni virtus quando ceſſet 600.f
contra Venenum erodens 946.f
pro Veneno argentum viuum Galenus agnouit 113.f
venena omnia ad quæ capita deducantur 600.f
venenoſis affectib. quæ proſint 931.b
Venetiarum ciuitas cur ſecunda valetudine fruatur 1117.f
Venetus aer qualis 92.a
Veneti Doctoris cauſidici vertigo & paralyſis 89.e
venter frigidus ad appetēdum bonus, ad digerendū malus 804.c.814.b.
ventris fluxus curatio 523.d
ventris fluxus periodicus 509.b
ventris inferioris tenſio ac inflatio 481.e
ventris leuigatio 824.e
ventris mollitio 374.e
ventris muſculi 1039.f
ventris ſolutione vti, prout oportet, ſanitatis via 819.d
de Ventris fluxionibus methodica doctrina 507.c
ventrem lenientia 734.f
ventrem purgare in quo dolore proſit 46.e
ventre pleno noxalis coitus 655.c
ventres hyeme calidiores 321.f. 809.b
ventriculus cùm non continet cibum, tunc ſequuntur ventoſitates 579.f
ventriculus facilè à frigiditate læditur 694.c
ventriculus frigidus cùm non habet liberum tranſitum ſpirituum, magis frigidus efficitur 64.d
ventriculus frigidus ſemper plus pituitæ præternaturalis facit 366.a
ventriculus in melancholicis ferè ſemper abundat pituita 71.d
ventriculus membrum mandans, & generans pituitam 519.b
ventriculus pituitæ generationi accommodatus 893.c
ventriculus quam colligantiam cum cerebro habeat 39.b
ventriculus quando frigidus 959.f
ventriculus quando melius complectatur cibum 579.f
ventriculus quando rectè amplectatur cibum 510.a
ventriculus quatenus lebeti aſſimiletur 559.a
ventriculus quomodo confortandus 31.a
ventriculus quorum frigidus 349.g
ventriculus vnde frigidior 39.a
ventriculi abundantis pituita ſignum 295.a
ventriculi actiones 621.c
ventriculi augendæ frigiditatis efficaciſſima cauſa 397.d
ventriculi calefactio vnde fiat 726.e
ventriculi calor citius reſoluitur, quā cæterorum membrorum 17.b
ventriculi calor vnde conſeruetur & augeatur 766.a
ventriculi coctionem quæ iuuent 522.c
ventriculi coctiones quando deteriores 252.a
ventriculi confortatio 784.a
ventriculi corruptio vnde 54.d
ventriculi debilitas 39.a. 523.g.
ventriculi curatio 524.b
ventriculi diſtemperatio 259.a
ventriculi dolor ex vermibus 535.b
ventriculi dolor periodicus vnde pendeat 351.a.b
ventriculi eſt concoquere & appetere 422.a
ventriculi & capitis mutuus conſenſus 317.b
ex Ventriculi & matricis affectione capitis dolor 485.f
ventriculi & cerebri connexio 154.f
ventriculi & hepatis conuenientia 556.b
ad Ventriculi & capitis corroborationem quæ faciant 373.b
ventriculi fomentatio 1014.b
ventriculi frigidi coniectura 34.c
ventriculi frigidi ſigna 210.f. 571.g. 572.a
ventriculi frigiditas 17.a. 509.e
ventriculi frigiditas pituitam generat 520.b
ventriculi frigiditas ſequitur caliditatem hepatis 260.b
ventriculi frigiditas vnde ſit 64.c. 1066.a
ventriculi frigiditas vnde adiuuetur 575.f
ventriculi frigiditatem arguentia 174.a
ventriculi frigiditatem quid augeat 559.a
ventriculi frigiditatem teſtātia 39.d
ventriculi imbecillitas 491.c. 492.f. 499.a
ventriculi imbecillitatis ſignum 407.b
ventriculi infrigidatio 575.e
ventriculi linimentum 453.c. 492.
ventriculi malè retinentis ſigna 39.d
ventriculi non continentis cibum vt debet, ſignum 476.d
ventriculi paſſio 39.b
ventriculi periodici doloris cauſæ 353.f.g
ventriculi proprium officium 862.f
ventriculi tenſio 510.c
ventriculi vires epularum multitudo deſtruit 149.f
ventriculi vitium vnde appareat 171.b.c
ventriculo conueniens alimentum 71.a
ventriculum abſynthium roborat 466.e
ventriculum agaricum lædit, & auget fluxiones 297.e
ventriculum aloeticæ pilulæ euacuāt 24.f
ventriculum balnea corroborāt 782.c
ventriculo crudo quæ ſint peſſima 226.a
ventriculum corroborantia 373.d
ventriculum diarrhodon abbatis confortat 522.d
ventriculum diatrionpipereon calefacit 19.a
ventriculum & caput quæ mirum in modum corroborent 83.a
ventriculum & cerebrum purgantia 116.c
ventriculum euacuantia 82.c
ventriculum frigidū etiam coitu debilitari 416.c
ventriculum frigidum qui habeant 555.b. 1054.a
ventriculum non bene continentem quæ ſequantur 510.a
ventriculum qui calidiorem habeant 386.g
ventriculum quomodo abdomen calefaciat 16.g
ventriculo cur Brixienſes maximè laborent 176.b
à Ventriculo frigido multæ cruditates ad caput transferuntur 46.d
ex Ventriculo nihil poteſt exire, niſi per tria 580.a
in Ventriculo qui bonis actionibus deſtituantur

ſtituantur 935.e
in Ventriculo vnde ſit quòd non bene contineatur cibus 493.a
ventorum ſaluberrimus boreas 1115.d
Venus, breuis epilepſia 103.e. 125.e
Venus cur plurimum faciat ad frigiditatem ventriculi 17.a
Venus deſtruit ventriculi vires & ſubſtantiam cerebri 350.g
Veneris in ſenibus nullus locus 650.g
Veneris appetitus 716.e
Veneris exhauſtio 739.d
Veneris tempus quod opportunum 55.h.g
in Venere quinam plus appetat, quàm poſſint 17.a
verbena, vulgò herba S. Ioãnis 445.a
veritas futurorum contingentium nõ determinata 314.f
vermes etiam in cerebro generari 100.e
vermes ex bile non generantur 99.b
vermes facientes paroxyſmos epilepticos 541.c
vermes determini qui 538.c
vermes ſoli ſæpe cauſam epilepſiæ præbent 100.d
vermes quæ interficiant 101.a
vermium generationem quæ indicent 100.d
vermium puerorum cura 539.e
vermium ratione epilepſia quæ 538.b
vermium triplex genus ibid.c
vertebra prima læſa, omnes inferiores communicant 171.e
vertebrarum luxatio 841.d
ad Vertebras colli catarrhus deſcendens 515.f
vertigo ex melancholia hypochondriaca 85.f
vertigo maior affectio quàm metus 84.b
vertigo quid 79.a. 84.a.
vertigo quomodo fiat 86.c
vertigo vnde 98.a. 154.b
vertiginis cauſæ 478.f
vertiginis cura 75.c
vertigine laborantis victus ratio 81.d
à Vertigine quæ corpora non poſſint liberari 79.f
vertigines deteriores & diuturniores vnde 73.d
vertigines vnde fiant 85.a
Veronæ homines poſt 40. annum catarrho laborant 360.a
Veronenſis aquæ virtus 946.b
Veronenſis balnei præſtantia 242.c
Veronenſium aquarum virtus 265.g 302.e
Veronenſium thermæ Chalderianæ 330.e
Veronenſium thermæ 532.b
veſica calculum recipiens membrum 668.a
veſicæ & renes calculi locus 663.d
veſica cur potius recipiat ſuperfluitates quàm cætera membra 731.a
veſica excrementa venarum recipit 1018.d
veſica quibus rebus excitanda 383.f
veſicæ calculus 682.e
veſicæ calculi curatio 685.e
veſicæ collum quale 690.d
veſicæ corroboratio 716.a
veſicatorium ex cantharidibus 452.d
veſicatoria ex quibus conficiantur 413.e
veſicatoria valentiora 384.b
veſicatorijs Galenus in catarrho tantum vtitur 347.e
veſicatorijs in tota cura catarrhi Galenus vtitur 378.a
veſtium excuſſio 1100.a
via pulmonis arteria aſpera 449.a
vicem methodi experientia bona ſupplet 888.d
Vicentinæ mulieris aſthma 293.f
Vicetiæ qualia vina reperiãtur 458.d
Vicentinus ager 1051.a
Vicentinus epilepticus 133.a
Vicentini montes 59.f
victus tenuis quando dandus 456.e
victus qui ſenibus congruus 693.a
victus ratio 19.f. 26.d. 41.a. 48.a. 217.b. 396.e. 410.a. 421.f. 444.g
victus ratio exquiſitiſſima ſeruanda 375.g
victus ratio in longis ægritudinibus potiſſima curationis pars 425.b
victus ratio in tuſſi 425.f. 426.a.b.c
victus ratio matronæ melancholicæ 60.c.d
victus ratio quantopere ſit neceſſaria 66.a.b
ex Victus ratione maxima ſanitatis pars dependet 277.c
in Victus ratione cura adhibenda 787.c
in Victus ratione quid obſeruandum 475.c
ſine Victus ratione nihil rectè fieri poſſe 269.f
vigiliæ cur in vere moleſtæ 933.b
vigiliæ faciunt abundare humores malos 264.b
vigiliæ humorem ſiccum & frigidum indicant 186.e
vigiliarum cauſa 933.a. 343.c. 916.b. 396.b
vigiliarum ſuperfluarum incommoda 808.f
vigor ætatis 167.b
Villa balneum 370.e
vinculum vbi ceſſat, ibi neceſſe eſt fieri impedimentum 159.b
ad Vindictam qui proni 1043.e
vinum album maximè penetrat ad vrinæ meatus 644.b
vinum album vrinã prouocat 458.c
vinum ceſiolum 743.d
vinum clarum ſpiritus vitales corroborat 71.b
vinum cur epilepſiæ infeſtum 136.d
vinum cur podagricis vetitum 330.a
vinum dilatat animã & adiuuat concoctionem, moderatè ſumptũ 122.d
vinum facilè replet caput 132.b
vinum forte percutit neruos & caput 122.d
vinum granatorum 505.a
vinum potens neruis nocet 329.g
vinum qua ratione neruis conueniat 38.e
vinum quale eligendum 501.e
vinum quale iuuet ad apertionem obſtructionum 528.b
vinum quatenus neruis noceat 38.e
vinum quibus Galenus prohibeat 1010.c
vinum rubeum ſpiritum multiplicat 237.d
vinum ſenibus, non pueris conuenit 480.c
vinum tribus caſibus prohibetur, teſte Hippocrate 122.c. 357.d
vinum tuſſim excitans 410.f
vini abuſus 738.e
vini efficacia 547.c
vini maluatici virtus 888.c
vini marzamini vſus 505.a
vini virtus 526.g
à Vino cur Galenus abſtinendum putet 988.e
vina quæ infeſtiſſima hepati 578.a
vinorum alborum efficacia 578.a
viperarum comeſtio 879.c
virgæ erectæ cauſa 734.a
viri Vicentini epilepſia 128.d
viri mali qui 1043.c
virorum bonorum collegia 1014.d
virium robur in quibus conſiſtat 576.b
virtus expulſiua quando nõ poſſit per inferiores partes expelli 44.b
virtus in quibus conſiſtat 997.c
virtus valida 465.c
virtutis concoctricis imbecillitas vnde 995.c
virtutis imbecillitas in quibus conſiſtat 465.b
virtutis naturalis nutritiuæ indicium 847.b
virtutũ mineras quæ deſtruant 144.e
viſcerum obſtructio vnde 576.g
viſio deprauata 258.a
viſionis læſio 227.c
viſionis læſæ cauſa 224.f
viſionis impedimenti cauſa 244.c
viſitatio ægroti 759.g
in Viſitatione ægroti quæ conſiderãda 1032.c
viſus quomodo fiat 234.d

viſus conſeruatio 219.b
viſus debilitas vnde 91.d
viſus diminuta actio 214.b
viſus diminutio 299.f. ex aquarum potu 224.f
viſus diminutio quomodo fiat 256.c
viſus diminutio vnde 245.c
viſus hebetudo vnde 301.e
viſus imbecillitatis ſigna 224.d
viſus impedimentum quæ faciant 245.d
viſus inſtrumentum 301.f
viſus obſcuritas & craßities ſpirituũ 223.f
viſus obſcuritas, & macula alterius oculi 226.c
pro Viſus præſeruatione pilulæ 67.d
ad Vitæ breuitatem quæ faciant 733.c
vitalis virtus 53.e. 476.f
vitalium virtutum læſio 493.f
vites raræ 625.d
vitiligo quid 958.d
vitiliginis cauſa ibid.
vitrioli potus à Galeno improbatur 458.g
vitulinæ carnes cur difficiles concoctu 1089.d
vitulorum pedes inuiſcantia 383.g
viuendi duplex ratio 650.b
viuendi particularis ratio 560.c
vlcus corneæ vnde 240.g
vlcus in corticibus corneæ ibid.e
vlcus quam putredinem ſemper ſequatur 450.c
vlceris mundificatio 949.e
vlcera achores Arabibus quomodo dicantur 254.e
vlcera ani difficilima curatu 865.e
vlcera atheromata 254.f
vlcera cur euacuationes ſuperfluæ faciant 296.f
vlcera rhagadioſa 859.a
vlcera vnde 43.b
vlcerum curatio 870.f
vlcerum diuerſitas 907.f
vlcerum & podagræ diuerſæ materiæ 771.d
vlcerũ quatuor genera circa corneam exiſtentia 240.e
vlcerum varietas 875.c
in Vlceribus ani calida & acria cur euitanda 871.d
vlceribus frigidum mordax 791.e
in Vltima ætate ſicca & frigida corpora qualia fiant 372.c
vnguentum Aetij 1085.a
vnguentum de calce 922.a
vnguentum roſatum Meſue 458.a
vociferatio quantum ad replendum caput vaporibus faciat 93.d
vomitus cholericus cũ ſingultu 503.c
vomitus cholerici origo ibid.f
vomitus cholerici curatio 504.b.c
vomitus cur hyeme periculoſus 571.f
vomitus vomitu curandus 945.f
Vrbanus Fauentinus 889.b
Vrbini Ducißæ catarrhus 325.c. eius victus ratio ibid.d. electuarium ibid.f
Vrbini reprehenſio 280.e
vreteres 731.f
vrina cur acrior, in qua arenulæ rubeæ 328.c
vrina quare in exitu mordicet 701.c
vrina ſanguinolenta vnde 690.c
vrina ſanguinis ſerum 1060.d
vrinæ albedo duplex 848.b
vrinæ ardor 274.d. 707.e. 708.c. 714.e.
vrinæ ardor quibus de cauſis fiat 848.f. vnde fiat 682.d. 686.c.d 700.e
vrinæ ardoris cauſa 689.e. 1018.b
vrinæ ardoris remedium 276.b
vrinæ aureæ ſignum 77.g
vrinæ calidæ & craſſæ ratio 657.c
vrinæ colamentum ſanguinis 1056.b
vrinæ cruditas vnde 371.f
vrinæ differentia 979.e. 1016.g
vrinæ difficultas cum pruritu 729.d
vrinæ difficultatis cauſa 714.b
vrinæ difficultati quæ proſint 722.d
in Vrinæ difficultate balneum nocet 824.a
vrinæ emißionis impedimẽtũ 679.a
in Vrinæ excretione ardor 690.c
vrinæ febricitantis quales 180.b
vrinæ fuluæ cauſa 599.b
vrinæ impedimentum vnde 328.d
vrinæ inſpectio quando fieri debeat 463.c
vrinæ iumenticiæ 433.d
vrinæ liuor cùm ad colorẽ plumbeum tendit, quid ſignificet 1003.d
vrinæ magnum indicium in febribus 1019.a. 1039.c
vrinæ perturbatæ ſignum 434.d
vrinæ prouocantia 52.d. 522.f
vrinæ prouocatio, optima cura in ventris fluxu 528.c
vrinæ quando non mutantur 287.e
vrinæ retentio 643.c. vnde 686.e
vrinæ retentionis cauſæ 702.a
ad Vrinæ retentionem quæ valeant 826.b
vrinæ ſignum bonum 289.d. malum ibid.
vrinæ ſpuma cuius rei ſignum 350.a
vrinæ ſtillicidium 382.b.d. 679.c. 713.c. 728.d
vrinæ ſuppreßionis cauſa 730.c
vrinæ tenues & liuidæ quid ſignificent 180.b
vrinæ tinctio 848.b
vrinæ viriditatis ſignificatio 464.g
vrinæ vitia 53.e
vrinam prouocantia 531.b. 596.d. 636.a. 672.f. 825.c.f
per Vrinam cantharides ſanguinem prouocant 416.a
per Vrinam euacuatio 643.f
in Vrina quæ conſideranda 463.a. 979.b
vrinarum rubearum indicia 403.f
vrinas quales bilis faciat 845.c
in Vrinis quot ſint conſiderãda 1036.b.c
vterus cordi conſentit 800.g
vterus locus conueniens menſtruis 536.b
vterus receptaculum omnium excrementorum 1054.b
vteri affectio 800.f
vteri aperiendi & roborandi efficaciſſimum remedium 748.f
vteri cum ventriculo affinitas 560.e
vteri cum ventriculo & cerebro conſenſus 800.f
vteri & ventriculi corroboratio 40.e
vteri frigidioris ſigna 39.e
vteri neruoſitas 560.e
vteri non fungentis ſuo munere 39.c
propter vterum frigidiorem fœminæ generantur 39.d
A. Vuelſerus Auguſtanus 666.b
vulneris brachij rigidi curatio 967.f
in Vulneribus profundioribus neruorum cur Galen. aceto vtatur 292.b
vulpis decoctio 811.c
vulpis decoctionis vſus 823.d
vxor D. Caſſani quot libras pro philonio ſoluerit 416.f

Z

ZEA, aliàs far 341.a
zuccarum candi roſatum oculorum collyrijs vtile 971.a
zuccharum recens maximè lubricat 93.e
zuccharum roſatum ad corroborandum ſtomachum & caput vtile 49.d
zucchari roſati præparatio 375.a
zuccharum roſatum pulmonem corroborat 395.d
zucchari roſati efficacia 225.e. virtus 262.a. 1063.b. vis 552.f. vſus 380.c. 593.g

FINIS.

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI VERONENSIS MEDICI EXCELLENTISSIMI,

atque olim publici & ordinarij artis medicæ in Academia Patauina profeſſoris,

CONSILIORVM APPENDIX,

Pro Gallico morbo laboranti.

Pro ablutione & leni frictione palati.

R. Foliorum & fructuum Myrti
Roſarum rubearum } añ.M.j.
Corticum granatorum

Coquantur in æquali portione vini albi & aquæ cum modico aluminis rochæ.

Pro lotione capitis.

R. Lixiuium ex cinere dulci & tertio decocto ligni, cum roſis maiorana & radicibus aſari & ℥.ij. Agarici coctum, & eo abluatur caput.

Naribus attrahendum decoctum.

R. Liquiritiæ raſæ ℥j.
Amigdal.dul.leuiter cõtuſarum ℥.j.s.
Radicum altheæ ℥ ij.
Foliorum maluarum.M.j.
Hordei.P.j.

Florum Camomillę.M.j. bulliant omnia in. ſ.q. aquæ ad conſumptionem medietatis. Attrahat alternis diebus hoc decoctum, & ſecundum decoctum ligni, per nares.

Pro oculorum Debilitate, ex Italico Latinum factum per Hiere. Schvuei: Medicum. ad Conſ. VIII. pertinens.

PRIMO ſciendum eſt pro cura & præſeruatione affectuum oculorum filij Magnificentiæ veſtræ, vt caueat ne ſe exponat ventis pręcipue Auſtro & Boreæ, nec pluuiæ, ne caput humectetur, nec etiã pileum humidum capite geſtet. Caueat etiã ne moretur ſub ſole vel quocunque lumine & ſplendore, ideo vi. debit ne ad ignem etiam propius accedat pręcipuè capite, quãtum fieri poteſt. Et ſi caput lauerit non exiccabit illud ad ſolem vel ignem, ſed pannis mediocriter calefactis, adhibita leni frictione. Cauebit etiam ne ambulet vel ſtet in locis puluerulentis, nec fumoſis. Mane non diu dormiat. Præcipue vero fugiat ſomnium meridianũ. Veſperi non conferat ſe lecto niſi duabus horis poſt cænã præteritis, ſi dormiturit deambulet vel aliquid agat. Laudo etiam vt tantum bis in die comedat, ſi vero

A fieri nõ poſsit his diebus calidis, modicum aliquid inter prandium & cœnam comedat, vt bibere poſſit. Videat vt ſingulis diebus habeat beneficiũ ventris, non iraſcatur etiam, nec legat poſt cibum præcipue literas vel characteres minutos, & bonum eſſet vt illi pararentur ocularia ad legẽdum. Vellem etiam vt vteretur poculo amplo parato ex vitro puro viridis coloris, ex quo biberet. Sæpe etiam intueretur ſpeculum limpidum & purum ex criſtallo factum. Exerceatur mane ſi tempus ſit clarũ vel bonum extra domum, ſin turbidum & malum intra domum, pila parua ludẽdo, vel ſimili quodam exercitio. Noctu dormiat capite elatiori vel altiori loco poſito, & feneſtras teneat clauſas, & cuſtodiat ſe ab aere nocturno, poſt prandium non bibat vinum, ſed ſi ſitis vrget bibat aquam. In prandio & cæna potus ſuus ordinarius erit vinum oligopho-
B rum, non admodum coloratum, & aqua limphatum. Cibus ſuus ſit ſimplex, & à multitudine & diuerſitate ferculorum & ciborum abſtinebit. Carnes ſint vitulinæ, hædinę, pullorum & auium nemoralium. Abſtineat à carnibus antiquis, à carne bubula, ſuilla, ſalitá & recẽti, à lacticinijs, ab omni genere piſciũ. Præcipue vero à caſeo & lacte cocto (Zungatam vocant Itali) cauebit etiam ab oleribus crudis præcipuè lactucis, à frixis in ſartagine, vtatur ouis recentibus ſorbilibus, vel aqua coctis. Mane abluat oculos & faciem aqua fœniculi, ſingulis octo diebus accipiat pillulam vnam huius deſcriptionis.

R. Rhabarbari electi
Agarici pręparati } añ ʒ ij.
Aloes lotæ
C Croci ℈ j.

Fiat Magdaleon de quo fiat pillula vna ſingulis vicibus granorum 15. Immittat vel imponat etiam in oculo lachrymante cum penna, omni veſperi cum it dormitum, de hoc collyrio.

R. Fænugræci ℥j.s.
Radicum altheæ ℥ ij.

Mundentur diligentiſsimè & decoquantur in aqua communi puriſsima ſine puluere & fumo ad conſumptionem duarum partium, facta diligenti expreſsione & colatura, deinde.

R. Aloes optimè pulueriſatæ ʒ iiij. bulliant omnia ſimul ad ſpiſsitudinem mellis liquidi, & reſeruentur in vaſe vitreo bene obturato, ad vſum. Hęc erunt remedia quæ ſatisfacient ad curam & præſeruationem oculorum filij Magnif. veſtræ, ſi modo debito & conuenienti obſeruabuntur.

Pro Splenetico,ex Italico latinum factum. ad Conſilium XXVI.

PRæſuppoſita ratione victus nõ ſolum circa cibum & potum, ſed etiam circa aerem,animi affectus & exercitia, aliqua particularia remedia proponam, in quibus maiorem ſpem pono,quam in communibus & vulgatis illis,quibus Medici in ſimili caſu vti ſolent. Attamen hoc præmoneo, aerem Ferrarienſem, quem elegiſti diſpoſitioni tuæ eſſe contrarium, qui ſufficeret vt alijs omnibus impedimentis reſiſteret, ideo tibi conſulo vt habitationem illam relinquas, & eligas locum aeris temperatum, & vbi ſint optimæ aquæ. De reliquis nihil dicam, credo enim te ſatis inſtructum ab ijs quorum conſilio vſus es. Duobus vellem te frequenter vti, pro ſalute tua. Primum eſt vt ter in hebdomada ſumas quatuor horis ante prandium, pillulam vnam ex Ammoniaco vulgo armoniagum vocant, & ſubitò poſt pillulam accipias vnciam mediam aceti ſquillitici, deinde te exerceas deambulando conuenienti motu, per ſpatium dimidiæ horæ. Semel verò in hebdomada ſume ʒ iiij. perfectiſsimæ aloes, per horam ante cænam in forma pillulari. Præterea ſemel in menſe accipe in aurora ex hoc decocto ℥.vj. cum ℥j.s. oxymellis ſquillitici

℞. Cetrach
Epithymi
Polypodij
Sem.citri
Folliculorum ſene } añ ℥.vj.
Mirabolanorum Indorum
Citrinorum
Chebulorum } añ ʒ.iij.
Corticum radicis hellebori nigri ʒ j.

Contundantur Mirabolani groſſo modo & infundantur in duabus libris aquæ cetrach per horas vigintiquatuor, deinde decoquantur omnia ſimul ſecundum artem donec remaneat lib.j. deinde facta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur ad vſum. Et hoc quãtum ad ea quæ intrinſecus ſumenda ſunt. Secundum eſt de ijs quæ extrinſecus ſunt adhibenda, & ſunt duo remedia quæ ego fæliciter expertus ſum. Primum eſt.

℞. Olei Amygdalar.amar:
Pinguedinis anſeris ſine ſale.
Butyri recentis } añ ℥j.
Croci ʒ.s.
Ammoniaci pinguis ℥.s.

Ammoniacum diſſoluatur aceto, deinde miſceantur omnia ſimul, & cum pauca cera fiat linimentum pro ſplene vngendo, & dum hoc linimento vteris, fiat etiam fomentum ſingulis quatuor diebus hoc modo. Accipe lib.ij. aceti boni & pone in phialã vel ollam fictilem vitreatam ſtricti orificij, deinde accipiantur fruſta lapidis molaris noui, & imponantur igni vt incandeſcant, deinde imponantur in dictam ollam vel phialã cum aceto, & ſu-
D mus ille ita recipiatur ad lienem. Secundum remedium eſt hoc.

℞. Olei Vulpini ℥j.
Ammoniaci
Bdellij
Myrrhæ } añ vnc.s.
Agarici ʒ iij.
Succi corticum fraxini vnc. ij.
Aceti ſquillitici vnc. iiij.
Succi hæderę vnc. ij.

Gummi diſſoluantur in aceto ſquillitico, deinde addantur pinguedines & ſimul bulliant in dicto aceto, vltimo addantur ſucci & cum pauca cera fiat linimentum, quod eſt magnę efficaciæ.

De flatibus Hypochondriacis in collegio dicta, pro Comite Patauino. ad Conſilium XXIX.

E QVæritur de rugitu quodam exeunte à ventre inferiori, qui auditu & tactu etiam percipitur, cuius cauſa nos cõuocauit. Quęrenda cauſa quia ab ea forte totus ſymptomatum catalogus dependet. Prę ſuppono temperaturã cum conſtet ex ſignis maniſeſtiſsimis, eſſe calidã & ſiccam. Rugitus eſt in ventre inferiori, eſt igitur proculdubio actio naturalis aliqua læſa. Sunt autem quatuor actiones naturales in ventriculo, quę igitur lęſa erit principaliter? Flatus prouenit ſemper ex diminuto calore, & Gal.3. de cauſis ſymptomatum virtutem contentiuam lædi dicit in flatibus, quia non exquiſitè amplectitur cibum nec continet quantum oportet, & differt à bradypepſia, quod in hac poteſt aliquis bene concoquere, ſed quando non continet virtus quandiu oportet, non poteſt fieri bona coctio. Nec in coctrice virtute vitium eſt. Neque enim eſt tanta imbecillitas caloris in hoc iuuene vt non poſsit
F concoquere ſi retineretur cibus. Dicitur autem talis rugitus flatus hypochondriacus, Arabibus Mirachialis diſpoſitio, quæ tamen differt à Melancholia hypochondriaca, quia in ea non læditur cerebrum nec in conſenſum trahitur, ſed eſt tantũ paſſio ipſius hypochondrij. Proueniunt autem flatus neque à pura frigiditate non enim eleuat vapores ſicut videtis in maxima hyeme non fieri flatus. Neque à pura caliditate, ea enim cõſumit. Sed vbi frigiditas & humiditas ſimul conueniunt, mouetur enim materia ad coctionẽ & tunc fit flatus, & vnũ eſt in paſsione hypochondriaca, caliditas ſemper in hepate & frigiditas in ſtomacho, ob quam generatur multa pituita, quia concoctio non perficitur, quod non retinetur cibus quantum oportet. Cauſæ morbi quæ inuenerunt ſubiectum bene diſpoſitũ, coitus ſuperfluus, equitabat die ac nocte, poſtea bibebat aquas frigidiſsimas, comedit nihil ferè præter fructus, ideo incidit in hos flatus, quia cum eſſet antea intemperies ſine materia, ex hoc regimine aggregata eſt materia plurima, Magis autem

eſſet

eſſe ſentit refrigerationē in parte ſiniſtra quam in dextra, quia ea pars minus reſiſtit, ibi enim agens imprimit in paſsū,melius imprimit in illud quod minus reſiſtit vt in hemicranea.ſecundo,quia obſtructiones erant in parte dextra non tam facile eò potuit peruenire materia. Corpus redditum macilentius ſeipſo, quia in ventriculo intemperies eſt & ſine materia & cum materia, ideo non tam bene concoquit,multi humores crudi per corpus vagantur qui non nutriunt,& quod fuerit plurima materia oſtenditur inde, quia ſæpe purgatus & in excremētis apparet quaſi ſpuma mellis quæ eſt cholera & pituita miſta,& indicat pituitæ abundantiam in ventriculo, & iſta mala complexio impreſſa eſt à medicinis & ſuo malo regimine: Calefacientia in nimio vſu refrigerant,quia exugūt humidum ſubſtantificum quod eſt nutrimentū caloris, ideo qui calidi & humidi fuerunt in ſenectute fiunt naturaliter frigidi & ſicci. Non poteſt erigi virga tempore coitus, præcipuè quādo comedit aromata,eſt quia non generat ſemē, non enim nutritur ſicut prius, & qui deficit in generatione ſanguinis, deficit etiā in generatione ſeminis. Quando autem naturaliter erigitur virga fit à præſentia ſeminis quia innaturaliter fit à flatu, & tunc eò recedente remittitur & declinat. Prognoſticum, cura difficilis & fortè impoſsibilis,quia illa intemperies ſine materia difficulter tollitur, quæ enim per affluxionem,facillime curatur euacuatione materiæ.

Cura quæ etſi difficilis aut impoſsibilis, præſeruatio tamen erit. Quærendę potius alterationes quàm euacuationes, ſed tamen materia quæ quotidie generatur euacuanda,alioqui alterationes non prodeſſent. Euacuationes fiant medicinis benedictis, Aloe opt. ſed quia ab exiccatione cauendum, vterer Caſsia, Tamarindis,manna præcipuè caſsia cum Rhabar. quæ humectaret & confortaret. vt R. Caſsię vnc.j. Rhab.ʒ j.vel.s.& moles Caſsię maior plus humectaret quam Rhabarbarum exiccaret. Tamarindi non nocent niſi poſt longum vſum. Si Mirabolanos bonos haberemus illis poſſemus vti. Præparationes modicę eſſent,ex melle roſato Geleniabi Zuccarino quandoq; cum oxymelite, quādoque cum Syrupo acetoſo vt abſtergānt materiam in ventriculo. Vtatur poſtea bona ratione victus & interdum balneis aquę dulcis in quibus nihil imponerem, pro educendis flatibus vtatur ſępe zucharo roſato cum Rhabar. vel ſemel in ſeptimana Caſsia cum Rhabarbaro.

Seni cuidam excernenti ſanguinem & pus per virgam cum ſummo dolore. ad Conſilium XXXVI.

R. Sem. Altheæ
Maluæ
Pſillij
Portulacæ
Papaueris } añ.ʒ ij.

Aquę.q.ſ.fiat mucilago liquida pro ſyringatio-

A ne,deinde. R. Zuccari cādi vel roſati ʒ iij.pulueriſetur & ſyringetur cum dicta mucilagine vel coquantur ſimul cum ea.

R. Florum camomillæ
Anethi } añ.M.j.
Maluarum
Violarum
Radicum altheæ
Parietariæ
Hordei
Corticum papaueris
Solatri } añ.M.j.
R. Sem. Fænugræci
Lini
Altheæ } añ ʒ ij.

Bulliant in ſ.q.aquæ ad conſumptionem tertiæ partis pro fomentatione.

Nephritico cuidam. ad Conſilium XXX.

R. Florum camomillæ
B Anethi
Lilij albi } añ.M.j.

Decoquantur in ſ.q. aquæ ad conſumptionem medietatis deinde.

R. Butyri recentis
Olei anethini
Mellis roſati } añ.vnc.ij.

Miſce pro clyſteri primo.

R. Decoctionis ſupraſcriptæ lib.j.
Olei ruthæ vnc.ij.
Anethini vnc.j.s.
Hieræpicræ ʒ.vj.

Miſce pro ſecundo clyſteri.

R. Specierū hierę.ſ.ʒ.j. Cum melle roſato fiant pillulæ quæ recipiantur in actu doloris.

R. Olei ſem.lini vnc.iij.
Farinæ fænugręci
Sem.lini
Butyri recentis
C Axungiæ porcinæ } añ.vnc.j.

Fiat linimentum

Conſilium ad Gonorrheam datum Tilmanno. ad Conſilium XXXVII.

ADoleſcens viginti duorum annorum complexionis ſanguineæ id eſt calidę & humidæ, mediocriter carnoſus & bene coloratus,in omnibus ſuis actionibus promptus ac fœlix. Ad hāc complexionem, cum acceſsiſſet ingluuies, factum eſt vt corpus humoribus abūdaret,acceſsit etiam frequens coitus, qui vt reliqua totius corporis membra debilitat,ita etiam debilitauit vaſa ſpermatica,adaucto nimirum calore, qui actiones membrorum corrumpit, ſuperioribus ergo menſibus cœpit laborare gonorrhea. Nam cum membrum virile in emiſsione non diſtēdatur, vt conuulſioni ſimilis ſit affectus, neq; aliqua mordicationum in effuſione ſentiatur, quæ oſtēdit corruptionem ipſius ſeminis, reliquum eſt

vtaffirmemus fluxum inuoluntarium ſeminis pro manare ex debilitate retentricis facultatis ipſorũ vaſorum,vt inquit Gal.6.de ſympto.cauſis cap.4. Nam cùm eò multũ humoris à toto corpore tranſ mittatur,& plus etiam quam continere poſsint va ſa ratione totius,cùm ob præcedentem coitum re-tẽtrix facultas calore corrupta & frequentibus ve-nereis actibus debilitata, præter voluntatem ho-minis dimittit ſperma. Quanquam non dubi tem etiam materiam infectam aliqua acredine bilioſa vt excitetur etiam expulſiua virtus,quæ iuuet pro moueatq; illam expulſionem. Quærit quid agen-dum. Principio quidem vniuerſum purgandũ cen ſeo,præmiſsis ſyrupis digeſtiuis humorum, Vt. D

R. Syrupi roſati vnc.j.
de portulaca vnc.s.
Aquar.plantaginis
Acetoſæ
Endiuiæ añ vnc.j.
Pulueris menthæ ſcrup.j.

Fiat potio quatuor vicibus, poſt hæc minorati-uo ſaltem vtatur vt primò membris mandantibus humores excrementitiis conſulamus.

R. Pillularum de rhabarbaro ſcrup.ij.
Agarici vnc.j.
Salis gemmæ gran.ij.

Fiant cum ſucco roſarum pillulæ vij.vel ſi his v-ti non poſſet fiat euacuatio ex infuſione rhabarba-ri ſcrup.ijs. in ſero caprino. q.ſ.per horas 12. dein-de exprimatur,& expreſsioni addatur.

Mannę recentis vnc.j.s.
Succi roſarum vnc.ij.
Aquæ endiuiæ vnc.j.

Miſce fiat potio.His peractis,pro confortatione membrorum ſpermaticorum, vt fluxus ſiſtatur, v-tatur ſyrupo eiuſmodi.

R. Syr.de roſis ſiccis
Myrtini
Nenupharini añ vnc.s.
Aquarum,portulacæ
Plantaginis
Endiuiæ añ vnc.j.

Boli armeni ſubtiliter puluerizati ſcrup.j. Miſce fiat ſyrupus, præparetur etiam illa confectio Gen-tilis, qua pro arbitrio vtatur. R. Pinearum mun-datarum lotarum cum aqua calida
Piſtaciorum
Sem.Cucurbitæ
Paſſularum mundatarũ
Zinziberis añ vnc.s.
Cinnamomi
Macis
Sem.agni caſti añ ʒ.j.
Gariophilorum
Croci añ ſcrup.j.

Zachari lib.j.Fiat cõfectio,in vaſe inuitriato. Po ſtremò ſi vberiorem infrigidationẽ membrorum qua retẽtrix ipſa conſtat potiſsimum,requirere vi-deretur,fiat invnctio circa renes & teſtes.

R. Olei roſarum
Nenupharini
Vnguenti populei añ vnc.j.
Sem.Agni caſti
Camphoræ añ ſcrup.j.

Ceræ q.ſ.fiat vngentum. Quod ad victum atti-net,cenſeo vtiliſsimum eſſe attenuantem & ſiccio-rem non tamen calidum, vt ſunt aues montanæ, carnes leporinæ, vinum rubeum bibat ſtipticum aliquomodo.

Ad eundem affectum.

Vinat bis in ſeptimana chebulum vi-num conditum 3.horis ante prandiũ. Itẽ,ſingulis diebus ſumat vnc. s. Zuc-cari roſati paululum ante prandium. Illiniantur renes & ſpatium inter anum & teſticu-lum oleo roſato, conſulimus etiam vt ſumat bal-nea calderiana.

E *Ad herniam. ad Conſilium. XL.*

CIrca herniam, ſi ſupponamus eſſe car-noſam, primo erant perſcrutanda ipſa loca,vtrum excreuerit caro illa in inte-riori parte ſcroti,aut in epididymo aut in corpore teſticuli, & vbicunq; fuerit variè quidẽ erit operandum, ſed perpetuo erit chirurgo opus, neq; meo iudicio applicanda ſunt medicamenta, quæ vel diſcutiant vel putrefaciant, quia alterum malum,alterum periculoſum.Hæc quãtum ad her niam carnoſam. Si adſit dolor & ei conſulere velit, ita vt dolor inducatur ab aliquo humore aduenti-tio extendente vel inflamante. Si erit extenſio ſine inflamatione, euacuato corpore diſcutientibus v-tendum. Si ſit inflamatio quandoq; eſt mittendus ſanguis eiuſdem lateris,deinde liniatur oleo roſa-to nenupharino & huiuſmodi & iſta ad ſedandum dolorem.

In paſsione cardiaca pro Duciſſa Vrbini.
F *ad Conſilium XX.*

R. Mirabolanorum Indorum
Chebulorum
Citrinorum añ ℥ iij.

Contundantur groſſo modo,deinde confricen-tur manibus cum oleo Amygdalar. dul, poſtea in-fundantur in aquis boraginis & meliſſæ æquis por tionibus vt ſint omnino libræ iij.& ita dimittantur per diem & noctẽ, deinde decoquantur lẽto igne ad conſumptionem duarum partium, deinde fiat diligens expreſsio & colatura. Poſtea.

R. Reubarbari electi ℥ iiij.

Gariophilorum ℥ j.Incidantur minutim & irro-rentur vino albo, & infundantur in prædicto deco-cto per horas 24. deinde facta diligenti expreſsio-ne & colatura. R. Zuccari optimi vnc.vj.clarifice-tur & addatur deinde decoquendo hoc infuſum cum Zucharo lento igne ante decoctionẽ addãtur.

Epithymi
Polypodij
Foliculorum ſenæ añ vnc.ij.

Reu.

Reubarbari puluerifati ʒ iiij.

Puluerifentur omnia & apponantur circa vltimam decoctionem,& ſi volueris facere formam ſolidam, decoq; ad perfectam decoctionem, deinde fiant rotulę pōdere ʒ iiij. & de his ſumatur vna aut vna cum dimidia,aut plus aut minus ſecundū tolerantiā virtutis & pro vt euacuabitur, & hæc iudicabit excellētiſs.medicus præſens. Si vero fieri volueris formam electuarij liquidi,addatur in media decoctione diaprunis ſimplicis ℥ vj.& fiat electuariū cum iiſdē pulueribus ſupra dictis ſecundū artem.

R. Corallorum rubeorum
Margaritarum
Roſarum rubearum } añ ʒ iij.
Sandalorum citrinorum
alborum & rubeorum } añ ʒ j.s.
Gariophilorum
Nucis muſcatæ } añ ʒ.s.
Thymi
Zinziberis
Aniſorum } añ ℈ j.
Cubebarum optimarum ʒ j.

Puluerifentur omnia per ſe deinde miſceantur & cum aqua roſacea & zuccaro albo fiat confectio in rotulis drachmarum duarum pōdere,ſumat rotulam vnam hora vna ante cibum mane & veſperi.

Requero à Vvachtendunck ſplenetico, pro curatione hæc ordinata.ad Conſil. XX.

R. Specierum hieræ ʒ ij.
Electuarij lenitiui ℥ j.Miſce cum zuccaro fiat bolus ſumat iij.horis ante prandium.

R. Syr.de Abſynthio
Oxymellis ſquillitici } añ ℥ j.
Aquæ endiuiæ ℥ iiij.

Miſce pro vno & ſic pro alijs vſq; ad.9. Cōquerebatur de caliditate renū iuſsit inungi infrigidante Galeni,vel lacte vaccino:ſi vt conquerebatur vnguento nimium conſtringerentur meatus & vapores non exhalare poſſent, atq; adeo locus magis inflamaretur.Miſit etiam ſanguinem.

R. Floris caſsiæ ℥ j.
Cinnamomi optimi ʒ.s.

Agarici præparati ʒ ij. Miſce cū zuccaro fiat bolus. poſt hoc aliquot diebus zuccarum roſatum accepit, ſed quia nōdum erat tempus thermarum ordinauit ſequentem potum, ad ampliorem præparationem & coctionem.

R. Polypodij
Radicum liquiritiæ } añ ℥ iiij.
Foliorum farfaræ M.iiij.
Iuiubarum pinguium Num.xx.

Decoquantur omnia ſimul in.ſ.q. Aquæ ſcabioſæ ad conſumptionem tertię partis,& facta diligenti expreſsione ſeruetur decoctū de quo bibat ℥ vj. ſingulis vicibus adiecta ℥ j.zuccari. Bibit hoc decoctum totum, poſtea quia conquerebatur de ventriculo & ructibus, diatrionpipereon ordinauit quo

A interdum vteretur donec ad thermas tempus foret idoneum. Poſtea aſſumpto iterum lenitiuo ſuperiori ad thermas acceſsit & bibit aquas vt fieri ſolet per dies 13. quas etiam accepit quinquies licet ſine conſulto Montani. Reuerſus cum nihilominus ſentiret priores affectus voluit vt habita diligenti ratione victus, non faceret aliud quam vt inungeret regionem ſplenis cum ſuo linimento pro ſplene compoſito.& mane ſingulis diebus biberet duo cochlearia aceti ſquillitici quatuor horis ante prandium, & ſubito poſt etiam obambulet feſtinet vel currat etiam vſq; ad ſudorē excluſiue poſtea quieſcat in loco ſine ventis. Idem cuidam alteri ſplenetico ordinauit ſed acetum voluit ſyrupiſari vt facilius acciperet. Per caniculares quieuit ab omnibus & quia bis copioſè vomerat, poſtea Mōtanum iterum acceſsit, qui conſuluit vt pro euacuatione & roboratione ventriculi bis in ſeptimana maſticaret & deglutiret reubar.℈ j.diebus vero intermediis pro incidenda materia viſcoſa biberet vel ace-
B tum ſquilliticum vel (quia ab eo abhorrebat) oxymel multæ acetoſitatis,ſeruata prę omnibus bona victus ratione.

Complementum pro puero laborante debilitate ventriculi, de quo conſilium XXII.

PVer ille cum ſumpſiſſet pillulam, primo vnam de aloe ſimplici & aliquot etiam alias ex aloe & rhabarbaro, ſatis commodè ab ijs purgatus eſt, donec materia quæ in ventriculo & inteſtinis continebatur euacuaretur,ea remota cum nihilominus quarto quoque die vnam ſumeret,aluum nihilo læuiorem ſenſit. Cuius rationem dixit Montanus,quòd in vētriculo & inteſtinis materiam tantùm reperiret & ad aperiendas obſtructiones ſola non ſufficeret, caſsia exhibita eduxerat plus, cuius rationem dixit Montanus,quod ob nimiam lubricitatem ita reſoluat ventriculum vt non ſatis contineat & ita
C cruda & inconcocta educit. Quia febris etiam ſuperuenit quę tantùm leui rigore inuadebat quotidie, perdurāte calore ad 3.horas. Vocatus D.Montanus videns primò colorem faciei & totius corporis album, ventriculi debilitatem ſtatim arguebat, quod color corporis vt & Gal. teſtatur dominium humorum in corpore abūdantium oſtenderet, niſi in interioribus ſeſe cōtineant humores, quod raro fit vt ait Gale. dicebat igitur ventriculum debiliorem,ac plurimum pituitæ in eo corpore generari,quod etiā pulſus teſtabatur qui debilis erat, oppreſſa virtute ex nimia vi pituitæ. Tangens deinde ventrem, circa ventriculi regionem & in vtroq; latere maximè vero in dextro,tenſiones percepit,ita vt cum in dextro commodius tangeret, gurgitationem aliquam manifeſto ſentiret. Puer ipſe in dextra præcipuè parte capitis dolorem & etiam auriū tinnitum ſentiebat. Vrinæ crudæ erāt & in fundo aduſtionis ſigna oſtendebāt. Montanus vt obſtru-

ctiones eas aperiret ex quibus febris aucta erat, bo D
na dieta vti voluit & vinum biberet album tenue & pauciferum. deinde hos ordinauit ſyrupos.

R. Reubarbari electi ʒ j.

Spicæ grana vj. Minutim incidantur & inuoluantur in panno lineo ſubtili deinde infundantur in ℔.j. Aquæ endiuiæ & hæc infuſio diuidatur in partes tres, pro tribus ſyrupis, ſemper in ſingulis ſyrupis faciendo expreſsionem dicti panni linei qui non remouebitur ab ea aqua niſi in fine. Dabitur autem ſyrupus iſte hoc modo.

R. Tertiam partem huius aquæ, deinde.

R. Syrupi de abſynthio }
Acetoſi ſimpl. de duabus radicibus } añ ℥j.

Miſce pro vno & ſic pro alijs duobus.

R. Olei de ſpica ab aromatarijs ſumpti de abſynthio.
Roſati omphacini añ ℥j. Cum modico ceræ fiat linimentum, pro vnctione oppilationis in parte dextra. E

R. Olei de capparibus ℥j.
Bdellij }
Ammoniaci } añ ʒ ij.
Agarici electi ʒ j.
Aceti ſquillitici ℥j.s.
Oeſipi humidæ
Olei Amygdala. amar. ℥j.

Cum modico ceræ fiat ſecundũ artem linimentum pro ſplene.

R. Olei de abſynthio ℥j.
Maſticis ʒ ij.
Laudani electi & pinguis ʒ j.

Miſce & fiat linimentum pro ſtomacho. Vſus erat his vnctionibus & acceperat ſyrupos etiam iij. ſicut ordinati erant ita febris mitigabatur quidem ſed quia obſtructiones non tollerētur penitus nō ablata fuit febris. Symptomata tamen omnia mitiora erant, ita vt ad ſanitatem vergere videretur. Montanus vocatus videns vrinas non malas & febrem mitiorem obſtructiones etiam in dextra parte apertas, ſed in ſiniſtra non item, vbi etiam duricies quędam tactui apparebat. Voluit eum aliquot diebus ſumere ſequentia. F

R. Duas heminas brodij de pullo ſemicocti in quo decoquantur ceterach }
Capillorum veneris } añ ʒ j.

Decoctione facta fiat expreſsio foris & in decocto infundantur oxymell ſquilliticum }
Geleniabin Zuccarinum } añ ℥ j.

Exhibeatur mane hora ſyrupi calidum. Item.

R. Trociſcorum de abſynthio }
De capparibus } añ ʒ j.s.

Cum melle roſato fiant pillulæ ix. ex quibus vnam ſumat ſingulis diebus immediate ante ſyrupum. Accepit hoc ſyrupos cum pillulis per multos dies ſed quia non ſatis liber à febre iuſsit eum accipere.

R. Confectionis hamech ʒ iij. cum Zuccaro fiat bolus.

Pro puero ſplenetico x. annorum patiente obſtructiones magnas. ex Italico latinum factum. ad Conſilium XXVIII.

OBſeruata ratione victus in cibo & potu & alijs rebus, quantum ad medicinalia ſpectat, hoc modo regatur. Primò, quãdiu durauerit tumor ſplenis, laudo vt nũquam intermittat quin accipiat de confectione facta ex corticibus fraxini, hac ratione parata. R. Corticum fraxini tenuium ℥ iiij. Aceti ℔. ij. bulliant ſimul ad conſumptionem duarum partium, id eſt vt remaneant ℥ viij. aceti, deinde facta diligenti expreſsione & colatura adde tantum zuccari quantum eſt pondus decoctionis, & bulliant ſimul vſque ad conſiſtentiam mellis & ſeruetur ad vſum. Deinde.

R. Huius electuarij vel confectionis ℥ ij.
Oxymellis ſquillitici ℥ iij.
Mellis roſati ℥ ij.

Miſce omnia ſimul mane ſumat cochlear plenũ tribus horis ante prandium. Item, mane ſumat ſcutellam brodij pulli, in quo ſint decocta ſequentia.

R. Foliorum tamariſci }
Cetrach } añ. M. j.
Cichorei }
Radicum petroſelini Num. iij.
Altheæ Num. ij.

Bulliant in duabus ſcutellis brodij donec remaneat vna, & ita bibat vt dictum eſt.

Præterea ſingulis octo diebus ſumat infuſionē ex ʒ j. Reubarbari factam in aqua cetrach, cum ℥ ij. ſyrupi roſati ſolutiui. Sed hac æſtate exiſtentibus diebus his calidis, cum nec morbus tam ſit grauis & moleſtus, poterit abſtinere ab electuario & decocto, & tantum vti infuſione rhabarbari. Quod ſi vero morbus inualeſceret, vt neceſſe eſſet ſumere de electuario illo & decocto, tum non ſumat tam frequenter ſed raro, videlicet bis in ſeptimana. Sed in Autumno ſi hæc obſtructio & oppilatio perſeuerauerit laudo vt ſingulis diebus accipiat. Præterea vtatur ceroto pro ſplene, quod totum ſplen cooperiat & vltra vmbilicum per ſpatium digiti tranſcendat, & ad ſuperiorem partem vſque ad ſtomachum. Cerotum hoc eſt. R. Diachylō ſine gummi ℥ iij. & extendatur ſuper corio & applicetur, & per decem dies permittatur antequã renouetur, poſt decem dies renouabitur, & antequam iterum apponatur, lauetur prius locus: vbi erat cerotum poſitum, cum aceto albo calido.

Conſilium datum mulieri laboranti ſuppreſſione menſtruorum. ad Conſilium XLII.

INformatio. Nobilis hæc affecta, nata eſt annos quadraginta, & eſt temperaturæ innatæ blioſæ cũ ſubdominio multæ pituitę, verùm multiplices animi af-

mi affectus priores, hos humores inflamarunt, vt pleriq; in atram bilem ſeceſſerint. Cum tali ætate & temperatura per annos quinque proximè elapſos, menſes penitus ſuppreſsi ſunt, & à menſibus tribus citra ſuperuenit dolor & poſtmodum ſolutio continui, in domeſtico alterius palpebrę. Quæ reponi poteſt in capitulis & ſcabiei & groſsitiei & demum vlceris in palpebris, ad quæ tumor frontis & oculi conſentientis rubor, & continuus dolor & vrentes lachrymæ conſecutæ diu ſunt. Nos rati vterum propter interceptos menſes affectum, & eundem ad caput vapores exhalaſſe, & nedum vterum ſed & alia membra aduſtis humoribus obducta, vt fit in alembico & in maiori mundo eoſdem ad ſuperiora demandaſſe. Huc vſque cum concoquentibus & electiuè educētibus hos humores & ab his membris progreſsi ſumus, cum enematibus collyrijs & hauſtu ſanguinis, nedum per cucurbitas ſed etiam è venis ipſius vteri deprehēſis in parte domeſtica clauiculorum pedum, frictionibus etiam. Aliquoties exhibuimus bolos in aurora hieræ Pachij tantum à Galeno commendatæ. Perſtat menſium ſuppreſsio. Dolor & palpebræ & oculi affectus euanuerunt, ſedatiq; ſunt non penitus tamen. Quod autem maxime terret nos, eſt humoris peccantis mala & rebellis & quantitas & qualitas, nedum ipſi cerebro per conſenſum demādata, ſed iam eidem naturalis effecta. Quare ſi alia non contuliſſent auſuri eramus ſuper exhibitionem aquæ ligni ſyphilus ſiue Alguarach dicti, & iuxta indigentiam roboratam. Conſulimus tamen excellentiam tuam quæ horum omnium magiſtra, admoneat nos quid ſedulo ſentiat.

Hoc ex Italico latinum factum.

Montanus. Prēſuppoſito quod hæc nobilis mulier purgata ſit per excell. medicū ſuum, ſicut apparet ex informatione, prętere a quod potiſsima cauſa morbi ſit, ſuppreſsio menſtruorum, res expeditiſsima mihi videtur, omnes intentiones curatiuas ad prouocandos menſes, eſſe dirigendas. Quod cō modiſsime fiet primò victus ratione conuenienti quæ ſit attenuans & aperiens. Vt potus ſit vinum album, limpidiſsimum, ſubſtantia tenue, non auſterum, non potens, ſi vero aliquātulum vinoſius fuerit melius erit ſi quid auſteri habeat, poterit etiam dilui aqua cocta cū cinnamomo & aniſo. Cibi ſint optimi alimenti. Caueat ab omnibus quæ ſanguinē incraſſant, à leguminibus, paſtilibus, carne antiqua, ſalita, agnina, ab oleribus crudis, à lacticinijs, à caſeo, farre & riſo. Laudo etiam vt in ſuis iuribus vel brodijs, imponatur cinnamomū contritum, vtatur etiam ante cibum per mediam horam cochleari pleno aniſorum vel fæniculi, ab omnibus acetarijs cauebit, exceptis capparibus, radicibus cichorei, ſumitatibus teneris ſarmētorum lupuli (Bruſcādoli Veneti vocant) & aſparagis & his ſylueſtribus, qui domeſticis præſtātiores ſunt. Hac victus ratione obſeruata laudo vt ſingulis diebus mane in aurora accipiat infraſcriptam de-

A coctionem calidam vt ſyrupum.

℞. Seminum melonum
Cucurbitarum
Citrulli } ana ℥ ij.
Sem. petroſelini
Aniſi
Apij
Fæniculi } ana ℨ j.
Cicerum rubeorum non lotorum Num. xxx.
Radicum altheæ ℥ j.
Foliorum maluæ
Mercurialis } ana M. j.

Bulliant omnia ſimul in ℔. ij. ſeri lactis caprini vſque ad conſumptionem medietatis, deinde facta diligenti expreſsione & colatura, reliquum bibat vt dictum eſt. Vellem etiam fieri mane ante cibum lotiones crurum hoc modo.

℞. Foliorum lauri
Pulegij
Calamenthi
B Sauinæ
Tamariſci } ana M. ij.
Maioranæ M. j.

Bulliant omnia ſimul in. ſ. q. aquæ addita tertia parte vini optimi albi odoriferi, & mane dum ſurgit è lecto, foueat crura in hoc decocto, & miniſtra manibus leniter fricet cum hoc decocto vſque ad coxas ſemper ducendo deorſum & fiant frictiones lenes & circulares. Hæc cum per 15. dies fecerit, ſi menſes non ſuccedunt, tum tēpore oportuno quo fluere ſolebant, mulier quædam, hæmorrhoidibus diligenter & cum prudentia duas vel tres hirudines vel ſanguiſugas applicabit, quæ cum ſanguinem attraxerint, tum patiens ſedeat ſuper ſubſellium, bene vndequaque tectum pannis ne quid exhalet, ſub quo erit vas plenum aqua calida bulliente, in qua cocta erunt, flores camomillæ, maiorana, ſatureia & duæ radices panis porcini ſeu cyclaminis, & ita cum diligentia recipiet fumum huius aquæ, permittendo ſanguinē deſtillare. Si for-
C taſsis venæ nimis aperirentur, et plus ſanguinis quam neceſſe eſſet exiret, tum ſtatim ſubſellium ſe ponatur et loco vnde ſauguis effluit, applicetur pānus lineus duplicatus, aut etiam tripliciter inuolutus frigidus, et ita quieſcat. De affectu oculi nihil certi ſcire poſſum an fortè ſit fiſtula nec ne.

Pro corroborandis renibus in muliere grauida. ex Italico latinum factum. ad Conſilium XLI.

℞. Vnguenti comitiſſæ, vel vnguenti ſandalini ℥ j. Hæc vnguenta tuta ſunt, quæ renes ſine violentia confortant, vnguentum ſandalinum eſt debilius, comitiſſæ vero fortius, & meo iudicio in grauidis mulieribus vltra hæc non eſt tranſcendendum, quia valentiora non ſunt tuta. Et ſæpe contingit partum mori in matrice, quem violentia cerati pertinaciter retinet, vnde miſerè

ſimul mater cum embryone moritur. Poterit vero inungi his vnguentis ſingulis horis, die vel nocte, dummodo æſtate vtatur his frigidis, hyeme vero parum calefactis. Sed animaduertendum eſt, non vtẽdum his vnctionibus, niſi certè ſciatur, partum viuum eſſe, & circa partes matricis non apparere humiditatem, quia ſi appareret & adeſſet humiditas, tum conſulo nullis vti cõſtrictiuis. Sed ſolum grauida quiete degat, & alatur bonis cibis, aliàs præter periculum partus & embryonis etiam puer pera vel mater maximè periclitatur, & ſi periculũ mortis effugit, tamen ſterilis omnino fit, & ſemper matrix humiditate alba abundat, ideo admoneo vt pericula hæc conſiderentur.

Conſilium cauſidico Veneto poſt collegium à Montano præſcriptum. ex Italico latinum factum. ad Conſilium III.

POſt habitum diligẽs & maturum cõſilium, circa cauſas ſymptomatũ, quæ excellentiam tuam maxime moleſtát, quas potius extrinſecas quam intrinſecas eſſe iudicauimus. Extrinſecus dico vt eſt aer, motus & quies, animi accidentia & ſimiles cauſæ. Deliberauimus ac concluſimus tam curationem quam præſeruationem hoc tempore eſſe partiendum in duas partes, prima quæ ſtatim incipienda vſque ad finem Septembris. Altera incipiat eodem tempore mẽſis Septembris, ideo prima non intermittatur ac cum ſecunda continuetur. Quantum ad primam partem, dictum fuit aerem eſſe mutandum, & vt excell. ſua quam primum ſe in patriam conferat, ibiq; per totam æſtatem maneat, dummo do caueat à ventis, à ſole, à nocturno aere, ne dormiat etiam feneſtris apertis, nec in locis terrenis & humidis, niſi enim ab his particularibus cauſis ſe cuſtodierit, mutatio non in melius ſed in peius fieret. Maximè cum aer ſubtilis qualem habet patria ſua, facilius in cõtrariam mutetur qualitatem quàm aer craſſus. Habita igitur diligentia ne aeris exceſsibus ſe exponat, cauebit etiam ab animi accidẽtibus moleſtis, inter quæ ſunt ſtudia & iracundia, quæ etiam vnà cum curis animi ſuperfluis, horum ſymptomatum non minimas cauſas fuiſſe diximus. Inſuper etiam abſtinebit ab immoderato motu corporis, exercitium vero moderatum mane factum laudo. Somnum etiam meridianum fugiat, nec mane nimis dormiat ſed euigilet & è lecto ſurgat, omneſq; ſuperfluitates ac excrementa reddat tam per vrinam, & ſeceſſum, quam per ſputum & naſum. Capillos etiam pectinando, frictiones etiam moderata vtendo circa faciem & partes colli, quia hæc omnia ſeduló & cõtinuò facta, multum conferunt, vltra communia alia, ad exiccandum catarrhum & confortandum caput, ſicut neglecta contrarium efficiunt. Ideo non intermittat quin manè ſurgat & prędicta faciat quod diligenter admonemus, quia ſæpe fit vt in rebus malis & inconuenientibus obſeruatis, cõſiſtat ſalus & per

D nities hominis. Non etiam ſtatim poſt cœnam dormitum ibit niſi duabus horis præteritis, quia nihil æquè catarrhum fouet & auget, quàm ſubitò poſt cœnã ſe lecto conferre, cum cibus in ventricu lo adhuc eſt indigeſtus, qui tamen vel totaliter vel maxima ex parte deberet eſſe concoctus. Ideo vt hoc commodius facere poſsit, manè ſurgat, vt eò maturius & prandere & cœnare poſsit. Quantum ad cibi & qualitatem & quantitatem cum hæc ſint iam vulgatiſsima, & ille per hoc tempus quo ęgrotat ſatis ſit his inſtructus, non multum dicam, videlicet vt vtatur carnibus iuuenibus pullorum vitelli, hędi, auium nemoralium, & abſtineat à carne ſalita, antiqua, bubula, piſcibus, lacticinijs & ſimilibus, ſed hoc particulariter illum obſeruare vellẽ, vt caueat ab omni ſatietate & varietate ciborum etiam laudabilium & conuenientium, ſed ſimplici cibo contentus ſit. Quia ex varietate ciborum tria incommoda magna effugere non poterit, corrup-

E tionem cibi, cruditatem & ſuperfluam quantitatem, ex quibus multa & ferè omnia incommoda ſanitatis proueniunt. Igitur vnico & ſimplici cibo ſit contentus in cœna & prandio. Quo ad potum bibat vinum pauciferum, clarum limpidum non auſterum coloris albi vel aurei, nec ſit recentius quàm quatuor menſium. Et tempore vindemię poterit ſibi artificio parare vinum vtiliſsimum cum ſaluiæ & bethonicæ ſatis magna quantitate, quod præter id quod ſapore & guſtui etiam non erit ingratũ, erit etiam optima medicina ad catarrhum, de hoc bibat per totum annum, & ſingulis annis ſibi parabit. Cum vero multum conqueratur de ſtipticitate ventris nec ſine cauſa, cum nõ leue nocumentum adferat, ideo quædam remedia ad hoc facilia & familiaria hic adnotabimus, quorum vſus eſſe poteſt omni tempore ſine periculo, quorum cum quædam alijs ſint faciliora, ordine eá deſcribemus. primo laudo vt vnc.j. vel vnc.j.s. Zachari roſa

F ti recentis in iure diſſoluti ebibat mane tribus horis ante prandium, ſi hoc non ſuccedit, ſumat ius pulli in quo mercurialis malua & beta ſint decocta cũ modico oleo & Zuccaro, & manè patinam vel ſcutellam plenã huius decoctionis ebibat. Vel accipiat floris Caſsiæ. n.tr. vnc.j. cum ʒj. ſpecierũ hieræ. ſ. vel ʒ.s. Rhabarbari, & hæc ſunt tum tuta tum facilia. Et hæc quãtum ad primam partem curæ. Quantum ad ſecundam partem ſpectat, Conſu limus vt circa finem Septembris, ſi adhuc ſenſerit aliquod horum ſymptomatum, vtatur purgatione vniuerſali. Primo accipiat ℥ x. floris caſsiæ, deinde ſi ſatis purgatus fuerit ab hęmorrhoidibus fluentibus, quibus aſſuetus eſt, nullam aliam euacuationem ſanguinis tentabit: ſi vero non ſufficiẽs quantitas exierit tum videat vt eas irritet & prouocet fricando eas cum folijs boraginis, vel ficus, vel cũ radice panis porcini. Deinde ſumat aliquos ſyrupos:

℞. Oxymellis
Syrupi de bethonica } añ vnc.j.
Aquæ boraginis vnc.iiij.

Miſce

Miſce pro vno & ſic pro alijs v. vel vij. ſumptis ſyrupis euacuatur tali vel ſimili medicamento.

R. Confectionis Hamech ℥ iiij.
Syrupi roſati ſolutiui vnc. ij.

Miſce & cum aqua bethonicæ fiat potio· danda in aurora cum cuſtodia. Poſt purgationem ſumat per octo dies ſingulis diebus ante prandium vnc. j. Zaccari roſati. Hoc etiam tẽpore laudo & conſulo, quòd fiat cauteriũ in crure ſiniſtro, in parte ſylueſtri vel exteriori infra genu, loco ſolito & chirurgis experto, & facta hac diuerſione & euacuatione per cauterium, poterit etiam lauare caput lixiuio dulci in quo ſit decocta & expreſſa Agarici ℥ j. & hoc faciat veſperi ante cœnam, detergendo & exiccando caput non in ſole vel propè ignem, ſed in cubiculo cum pannis calefactis, hoc enim erit efficax remedium ad confortandum caput, & reſoluẽdas humiditates ſuperfluas, obſeruet tamen ne poſt lotionem capitis aeri ſe exponat, aut domũ egrediatur. De alijs remedijs efficatioribus & extremis ad exiccandum catarrhum hic nihil dicam, cum his non opus ſit, & hæc ſufficere pro ſalute Excel. tuę, opinor, ad laudem Dei.

Ad principium vertiginis mulieri Venetæ, ex Italico latinum factum. ad Conſil. IIII.

PRimò quo ad rationem victus, in quã fundamentum ſanitatis conſiſtit, abſtinebit ab omnibus oleribus crudis & ad minimum per integrũ annum, cauebit ab omnibus fructibus cuiuſcunq; generis, à paſtilibus lacticinijs, caſeo, præcipue vero cucumeribus vel citrullis dictis tanquam à veneno, ab allio, cæpis, piſcibus præcipuè frixis, à carne bubula, antiqua, porcina ſalita & recẽti, auium aquatiliũ vt anatum, & anſerum. Cibus ſit caro vitulina, pulli, hędi, caſtrati iuuenis, auium nemoralium, & ſi libebit etiam vti poteſt carne leporina & cuniculorum, fercula ſint ex farre, riſo, panico, & in ęſtate etiam ex cucurbita alba, modico tamẽ cinnamomo cõdita. Sic oua recentia & ſorbilia, iura cum ſucco agreſtę parata, Acetaria ex capparibus, radicibus cichorei, & boraginis coctis, nõ invtilia ſunt. Fercula vero poſſunt vel oleo vel butyro pro vt placebit præparari. Interdum tamen poterit vti piſce aurata dicto vel lupo aut ſimili ſquamoſo in iure parato, interim vero dum piſcibus veſcitur, ab ouis & butyro abſtineat. Vinum ſit albũ, ſubtile, clarum, tranſparens non auſterum, & ſi potẽs erit aqua limphetur. Inter prandium & cœnam non bibat nec etiam poſt cœnam. Fugiat ſomnum meridianũ, & exercitium poſt cibũ, caueat ab animi moleſtijs ab ira, mœſtitia. Non vtatur aqua forti in capite, nec ſtet vel ambulet in ſole. Caput abluat ſemel in ſeptimana veſperi lixiuio dulci, in quo maiorana, camomilla, roſæ ſiccæ ſint incocta, cũ ℥ j. Agarici boni in petia ligati. & poſtea expreſsi. Item, ſapone vtatur facto ex ſapone Damaſceno, agarico, puluere gariophilorum & nucis muſcatæ. Caput exiccabit

A pannis lineis mediocriter calefactis, non fricando caput ſed leniter tangẽdo, eaq; die non exponat ſe aeri. Fugiat etiam tumultũ & ſtrepitum hominũ, nec perſpiciat ab alto loco in profundum, non accedat ad flumina & torrentes aut vbi rotæ molendinariæ vel molares voluuntur. Bis in ſeptimana accipiet tribus horis ante prandiũ ℥ ij. therebentinæ puriſsimę, ſi aluum non lenirent tũ ſi opus erit ſumat ℥ iiij. Bis etiam in hebdomada, illis diebus quibus nõ ſumit therebẽtinam, reubarbari optimi ad quãtitatem fabæ accipiat, & bene maſticatũ deglutiat. Cum hęmorrhoides incipiunt tumefieri, tum ſemel in menſe applicabit ſanguiſugas, quæ cum ſanguinem ſuxerint & repletæ ſint, tum ſuper ſubſellium ſedeat, ſub quo vas aqua bulliente plenum in qua camomilla & maiorana ſint decocta, quod etiam vndequaq; pannis ſit cõtectum, & ita fumum recipiat, ſanguinemq; deſtillare ſinat, deinde cum videbitur quod ſatis ſanguinis effluxerit, ſubſellium remoueat & quieſcat. Quantitas vero

B ſanguinis obſeruãda erit vt ad minimum ſint vnc. iiij. ſanguinis, & deſtillati in vas, & quem hirudines extraxerunt. Singulis etiam octo diebus ſumere poterit tres ex his pillulis ſine cuſtodia.

R. Agarici electi ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j.
Aloes bonæ
Reubarbari } añ ℥ iij.

Cum melle roſato fiat Magdaleon, de quo fiant ſingulis vicibus pillulæ tres pondere vnius drachmæ. Intermedijs vero diebus cum nihil prædictorum accipit, ſumat per horam ante prandiũ & cœnam rotulam vnam huius confectionis.

R. Gariophilorum
Nucis muſcatæ
Macis
Cinnamomi } ãn ſcrup. ij.
Sandalorũ citrinorũ & rubeorũ añ ℥ j.
Moſchi
Ambræ } añ gran. ij.

C Cum aqua Roſacea & Zuccaro albo fiat confectio in rotulis. Accipiat etiam bis in menſe in aurora ℥ .s. optimæ Theriacæ.

Conſilium pro præſeruatione à vertigine pro Veneto. ex Italico latinum factum. ad Conſilium V.

OBſeruata recta victus ratione in ſex rebus non naturalibus, parabit ſibi tempore vindemiæ vinum hoc modo. Accipiantur vuarum optimarũ & contritarum aliquot vrnæ vel amphorę (Maſtellum Itali vocant) & pro ſingul s nouem vrnis vuę, affundantur aquæ calidæ vrnæ tres, in quarũ ſingulis bullicrint ſex libræ bethonicæ, ſex libræ ſaluię, quatuor libræ eufragiæ, vna libra polypodij. Et hæc decoctio ſuperfundatur vuis vt dictũ eſt. Deinde ſimul ferueant tanto tẽpore quantum ſatis ſit, poſtea detrahatur à fecibus & vuis illis ita maceratis vinum

purum

D

purum quod ſeruetur ad vſum, & hoc vtatur. Quo ad medicinalia bis in anno purgabitur in Vere & Autumno. R. Elect. lenitiui. ʒ.x. ſpecierum hieræ. ſ. ʒ ij. Miſce cum zuccaro fiat bolus ſumēdus tribus horis ante prandium, deinde ſumat hos ſyrupos.

R. Syr. de cicorea Nicoli } añ. vnc. j.
De bethonica }
Aquæ boraginis vnc. iiij.

Miſce pro vno & ſic pro ſeptē, ſumptis ſeptem.

R. Pillularum aggregatiuar. ʒ j. s.

Cum melle roſato fiant pillulę. v. & deaurentur ſumat mane cum cuſtodia. Sed prius ſumptis duobus ſyrupis fiat miſsio ſanguinis ex vena communi dextri brachij ad vnc. viij. Facta purgatione, ſumat per octo dies per horam ante prandium vnc. j. Zachari roſati. Pro prȩſeruatione vellem vt intermedio tempore inter vnam & alteram purgationem ſumeret ʒ j. harum pillularum, per horam ante cœnam.

E

R. Aloes opt. } añ ʒ iij.
Reubar. elec. }
Agarici }
Gariophilorum } añ. ʒ. s.
Nucis muſcatæ }
Santalorum citrinorum }
Roſarum rubearum }

Pulueriſentur omnia per ſe deinde miſceantur & aſpergantur ſucco roſarum puro & permittantur exiccari & ita iteretur ſepties, poſtea cum melle roſato fiat Magdaleon de quo ſuo tempore fiant pillulæ pro ſingula drachma tres.

Conſultatio pro Veneto laborante dolore capitis ex conſenſu ab epate & ventriculo, ex Italico latinum factum. ad Conſilium VII.

F

VIctus ratio talis erit. Abſtinebit à paſtilibus lacticinijs, caſeo, leguminibus, à frixis in ſartagine vel patella, à fructibus præcipuè vuis & pomis, à carne antiqua, bubula, ſuilla tam recenti quàm ſalita, auium paluſtrium vt anatum & anſerū, à piſcibus, qui in ſtagnis & paludibus degunt. Vinum ſit clarum limpidum, bene maturum medium inter potens & pauciferum, colore album vel rubrum, mediocriter etiam bibat nec tamen inter prādium & cœnam. Exercitium mane fiat ante cibum. Ter vel quater in menſe per horas tres ante prādium accipiat rhabarbari ʒ. s. vel ℈ ij. & illud bene maſticatum deglutiat. Interdum loco reubarb. ſumere poterit ʒ j. therebentinæ veræ quæ facilè Venetijs haberi poteſt: cum ſcrup. j. rhabar. puluerizati mixtam. & ita pro libito modo hoc, modo illud accipiat ſemel in ſeptimana tribus horis ante prandiū. Pro confortando ventriculo accipiat ter vel quater in menſe rotulam vnam Diatrionpipereon, tribus horis ante prandium.

R. Piperis albi } añ ʒ j.
Nigri }
Longi }
Aniſi } añ gran. iij.
Thymi }
Zingiberis }

Zachari albi lib. s. pulueriſentur aromata per ſe & zacharo diſſoluto in aqua Meliſſæ fiat confectio in rotulis pondere ʒ j. Ad prouocationem vrinę vt etiam viæ illę & venæ expurgentur accipiat interdum hunc ſyrupum mane quatuor horis ante prādium.

R. Syrupi de quinq; radicibus } añ vnc. j.
Mellis roſati }
Decocti radicum cichorei
Fœniculi
Petroſelini
Aſparagorū. q. ſ. facti in aqua Endiuiæ.

Miſce, vtatur etiam interdum frictionibus brachiorum & pedum. Super omnia vero cum corpus ſit euacuatum, omnino laudo vt duo cauteria fiant in vtroq; crure loco conſueto, & ea diu teneat aperta, ac eo tempore crura ambulando exerceat.

Pro tinnitu aurium. ad Conſilium XI.

VTatur cibis boni nutrimenti, vino mediocri nec potenti nimis, nec aquoſo admodum, fugiat vina nigra craſsiora & dulcia, cibos etiá groſſos, lacticinia caſeum, legumina, piſces, omnia fricta, ſalatas crudas, fructus poſt cibum maximè, nec ante cibum ijs multum vtatur, vitet faſtidia & cōuerſationem mulierum, quæ venenum eſt in ea infirmitate huius prȩſertim ætatis maturæ, cui nihil eſt coitu pernitioſius. Cum iſto regimine, bis in ſeptimana maſticabit rhabarbar. manè magnitudine vnius fabæ grandis, tribus horis ante prandium, & bene maſticatum deglutiat, confortabit id caput vētriculum & epar & omnia membra. Hæc ſi obſeruabit diligēter viuet ſanus nec opus habebit alijs remedijs, cum præcipuè homo ſit optimę cōplexionis. Pro locali remedio, quod cauſam tinnitus aurium reſoluit. Accipiat animalcula illa quæ in cellis vinarijs & ſub aquarijs vaſis inueniūtur Aſelli vel Millepedæ, dicta, & ſumantur, eorum numero circa triginta vel quadraginta, & lauentur, deinde bulliant in vnc. ij. olei amygdalarum amararum, & vnc. iiij. aceti optimi, vſque ad conſumptionem aceti, deinde facta diligenti expreſsione & colatura, ſeruetur oleum hoc ad vſum in ampulla vitrea bene obturata, veſperi guttam vnam & alteram tepidè auri inſtillet, deinde bombacem moſchum redolentem auri imponat.

Pro catarrho diuturno pro nobili Patauino, ex Italico latinum factum. ad Conſilium XV.

Obſer-

OBſeruata victus ratione in ſex reb⁹ nō naturalibus, videat tamen vt ſingulis diebus habent beneficium alui, ſi non ſpontè artificio videlicet. Sumat vuarum paſſarum vel paſſularum optimarum lib. ij. lauentur cum vino albo deinde exiccētur, poſteà in capſulā vel ſcatulā zacharo refertam ponantur, ita vt cōdiantur, & dè hac vua ita præparata ſumat ante cibum duo vel tria cochlearia, & eam bene maſticabit, aliàs nihil efficeret. Abſtineat à fructibus præcipue ab vuis quæ catarrho maxime obſunt. Quantum ad medicinalia ſpectat, primo. Iubebit ſibi parari libras decem vel duodecim Zachari roſati & hoc ſingulis diebus vtatur ante cibum mane ad vnc.s.nihil enim ad catarrhū conueniētius, cōfortat caput & vētriculū, & epar refrigerat. Semel etiam in hebdomada accipiat eiuſdem Zachari roſati vnc.s.cum ſcrup. ij. Rhabar. tribus horis ante prandiū. Pro dolore pectoris vtatur oleo Terebentinæ. Veſperè naſus prope oculos vngatur pinguedine anſeris,manè vero attrahat per nares decoctū betarum tepidum, non tamē ſingulis diebus. Nec faciem aqua abluat, ſed potius vino aromatico vel maluatico. Caput etiam veſperè ante cœnam abluat lixiuio dulci ex cinere vitis vel ſalicis facto, in quo maiorana,chamomilla, roſæ ſiccæ, folia lauri, & ʒ j. Agarici in petia ligati & poſt ebullitionem expreſsi, ſint decocta. Parabit etiam ſibi ſaponem odoratum cum gariophilis & agarico. Laudo etiā vt veſperi cum ſe cubitum confert, inſtillet in aures guttam vnam olei amygdalarum amararum tepidi. Et mane grano vno optimę maſtiches, pro maſticatorio vtatur,ac pituitam defluentē expuat.

Cuidam extenuato à catarrho veteri ita vt periculum eſſet de tabe.pro Caualiero Melancholico,ex Italico latinum factum. ad Conſilium XV.

ACcipiat bis, ter vel ſemel etiam in ſeptimana, pro vt neceſſarium erit, tātam rhabarbari quantitatem vt eſt faba magna, illud bene maſticabit, & ſuccum deglutiat primò, deinde etiam ſubſtantiam ipſam, poſtea os vino aromatico colluat, poterit etiam illius vini quantitatem cochlearis bibere. Sed antequā ſumat rhabar.prius vnc.j. Zachari violati recētis illius anni accipiat, vel interdum loco Zachari vnc.j.floris caſsię,non intermittēdo tamen rhabarba. & hoc faciet tribus horis ante prandium, & nihilominus ſi quid illi negotij erit poteſt illud efficere, eſt enim remedium ſine cuſtodia. A reliquis medicinis fortioribus, & à thermis & alijs abſtinebit, natura enim corporis illius non fert validiora. Quantum ad dietam. In omnibus ſex rebus non naturalibus, caueat ab omnibus exceſsibus,nullū enim ferre poteſt.Pręcipue vero curet vt aluum lubricum teneat,ſi natura deficeret hoc remedio vta-

A tur; quod & à Galeno laudatur. Sumat ſcutellas duas iuris pulli,in eo bulliant folia maluæ & mercurialis & vnc.ij. paſſularum vſq; ad medietatem, deinde ebibat tribus horis ante prandium, poſt illud ſe exerceat, non tamen vſque ad ſudorē, quia ſudor impediret operationem iuris. Frictiones etiam lenes totius corporis manè factæ, cum oleo gariophilorum & amygdalarum dul. mixtis ,illi conuenirent. Præterea maximè illi vtile foret ſi ſemel in ſeptimana vteretur balneo aquę dulcis non vt ſudaret, ſed in eo immergeretur & corpus foueret vſque ad gulam, deinde poſt balneum abſtergatur & exiccetur, corpuſque vngatur oleo prędicto. Poterit ergo ſibi parare tinnam ad hanc rem commodam, forma ouali oblongam & tantæ capacitatis vt in ea balneo vti poſsit. & hoc mane ante prandium fiat. Quando ſentit horrorem & tremorem totius corporis & capitis tum ſumat ʒ j. Mithridatij optimi cum Zachari roſati vnc.s.in aurora,& cibum differat ad horas ſeptem. Ante prandium &
B cœnam comedat aniſum Zacharo conditum. Coitu rarò vtatur & tempore conuenienti. Huic poſt purgationem in vere exhibuit tres ſyrupos de helleboro,& deinde aquas Thermarum Aponenſium per dies aliquot, ſed eas ſibi non conferre dicens, vrinam pueri ſani ſeptem annorū bibat per duos dies,nec illa conferente, ad thermarum potum redijt.Summa eſt Melancholicus.

Eidem mulieri in Iunio ordinata.pertinēt ad Conſilium. LXIX.

VIctus ratio commoda ſit, qua prętereà diligenter obſeruata,ſumat ter aut quater in menſe ʒ j.harum pillularum,per horam ante cœnam.

R. Aloes ſuccocitrinæ, Reubarba.electi, Agarici optimi, añ ʒ ij.
C Roſarum rubrarum ʒ j.
Gariophilorum ʒ.s.
Seminum citri, Gentianæ, Centaurij minoris, añ ſcrup.ij.

Pulueriſentur omnia per ſe, deinde miſceantur & aſpergantur ſucco roſarum puro & permittantur exiccari & ita iteretur ſepties, poſtea cum ſyrupo de nenuphare fiat Magdaleon,de quo fiant pillulæ iij ſingulis vicibus ſumendæ vt ſupra dictum eſt. Sæpe etiam vtatur infraſcripto Electuario.

R. Zachari roſati vnc.iij.
Specierum diamuſci dulcis ʒ ij.
Iulep roſati. q. ſ. fiat mixtura de qua ſumat cochleare vnum ſingulis vicibus,per horā ante cibū bis vel ter in hebdomada. Item.
R. Vngenti ſandalini recentis vnc.ij.

Vngantur lumbi per directum ſpinæ ex vtraq; parte,ſpinam tamen non tangendo.

Ad ca-

Ad catarrhum cum anguſtia pectoris, ex Italico latinum factum. ad Conſilium XIIII.

EX relatione obſeruaui, quod hic bonus vir, ex natiuo ſuo aere ſe in regioné frigidam & ventis expoſitam contulerit, quę illi omnino eſt contraria. Præterea quòd iam in æſtuarijs & vaporarijs degit, ac ſubito deinde in aerem egrediatur, quod eſt & contra ſuã complexionem, conſuetudinem & anguſtiam pectoris qua laborat. Inſuper etiã intellexi quòd carne bubula continuè veſcatur, quæ & duræ eſt digeſtionis & peſsimi nutrimenti. Ideò cum hæc illi omnia contraria ſint, bene aduertendum eſt. Quia ſi fundamentum non ſit ſolidum, nihil boni ſuper id extrui poteſt. Quapropter neceſſe eſt vt eligat aerem temperatũ, qui in qualitatibus actiuis nõ excedat. Præterea etiã circa victũ ſe bene gubernet, non dico vt vtatur pullis & panatellis ex farina ámydi factis ſicut incepit, quia hęc ratio victus multum differt ab vſu carnis bubulæ, & non mirum eſt ſi corpus ſit debilitatum, cum mutatio ſit in contrarium ſubito facta, ſed potius mediocritas tenenda eſt. Igitur loco carnis bubulæ vtatur carne vituli & caponis, eſt enim boni & multi nutrimẽti, ſic etiam oua ſorbilia vtilia ſunt. Cibos malæ digeſtionis euitabit. Potus ſit vinum aquoſum & bene maturum, quod & arte ſibi parabit hac ratione. Accipiat tempore vindemiæ vuarum recentium amphoras nouem, (maſtellus Italicè dicitur.) Aquæ (in qua pro ſingula amphora bulierint Enulæ libræ quatuor, hyſopi lib. quatuor, bethonicæ lib. octo ſaluiæ lib. octo, vſque ad cõſumptionem quartæ partis) amphoras tres, ac hanc aquam vuis ſuper infundat, ac ita ſimul ſeruere ſinat, deinde tempore commodo vinum purum ab vuis detrahat ac vſui ſeruet. Erit enim, & ad catarrhum & anguſtiã pectoris vtile. Bis in ſeptimana ſumat Reſinæ Terebintinæ optimæ vel lariceæ tribus horis ante prandium ʒ iiij cum Granis x. terræ ſigillatę. Ter etiam in menſe non cœnabit, & eo veſpere accipiat pillularum harum, tres.

R. Agarici electi ʒ iiij.
Gingiberis ʒ j.
Aloes opti. ʒ ij.
Croci ʒ s.
Nucis muſcatæ ʒ j.

Pulueriſentur omnia per ſe deinde miſceantur, poſtea aſpergantur cum ſucco radicis enulæ campanæ & permittantur exſiccari & ita iteretur ſepties, & poſtea cum ſyr. de praſsio fiat Magdaleon, de quo fiant pillulæ pro ſingula drachma tres. Mane nucem muſcatam maſticabit deglutiendo ſuccum. Eundo cubitum ſumat gran. xv. boli armeni orientalis in forma pillulari vel vt placebit. caput etiam ante cœnam abluat lixiuio ex cinere vitis facto in quo bethonica, ſaluia, maiorana, & folia lauri cum ʒ j Agarici expreſsi poſtquam bullierit, ſint

D decocta. A coitu etiam abſtineat, maximè poſt cænam.

Pillulæ efficaces in catarro, datæ Iohanni Cornario. ex Italico tranſlatæ.

R. Pulueris ſtechados, Maioranæ, Florum baſilici, Gariophilorum — an. ʒ. j.

Picis cyprię ſolidæ. (eſt in vulgari piſſa de cipro, credo quod intelligat terebentinam Cypriam coctam) & pulueriſatæ ʒ iiij. Deinde,

R. Succi bethonicæ, Saluiæ, Iuæ artethicæ — ana q. ſ. ad incorporandum pulueres, modica ebullitione facta, quæ ſi fieret in balneo Mariæ, melius eſſet. Et fiat maſſa ſeu Magda-

E leon pro pillulis de qua fiant pillulæ ℈ j. ſumat vnam ſingulis diebus manè antequam domũ egrediatur. Sunt enim efficacisſimæ contra omnem cãtarrhum.

Pro Iſchiatico Nobili Bononienſi. ad Conſilium XLVI.

R. Floris Caſsię ʒ xij.
Hyſopi pulueriſati ʒ j.

Miſce cum zacharo fiat bolus, ſumat manè hora vna ante prãdium. Deinde.

R. Succi Iuæ artethicæ, Bethonicę, Saluiæ — an ℥. v.
Radicum acori recentium vnc. iij.

Purificentur ſucci & miſceantur, poſtea ſyrupiſentur cum zacharo albo. Deinde.

R. Huius ſyr. vnc. ij.

F Decocti infraſcripti ʒ iiij.

Rad. Polypodij, Liquiritiæ — an. vnc. ij.
Sem. citri vnc. j.
Stechados vnc. s.

Bulliant omnia ſimul in lib. duabus aquę Endiuiæ deſtillatę donec remaneat lib. j. poſtea coletur & ſeruetur pro tribus ſyrupis: decoctio hęc ſi deficit rèiteretur. Et accipiat nouem Syrupos, poſtea ſumat hoc pharmacum.

R. Confec. Hamech ʒ iiij.
Syrupi roſati ſoluti. vnc. ij.

Miſce cum modico aquę bethonicę fiat potio breuis, danda in aurora cum cuſtodia. Poſt purgationem, ſumat per tres dies hora vna ante prandiũ & cœnam vnc. s. huius Electuarij.

R. Confectionis de Acoro ſimpli., Zachari roſati — an. vnc. iij.

Miſce, datum illi erat antea remedium à quodam Cardinali probatiſsimum vt dicebatur.

R. Ca-

R. Caprinellæ
Iuæ artheticæ
Matris violarum } q.ſ. coquantur in vino Græco veteri ad conſumptionem tertię partis, exhibeatur deinde ſcutella vna cum dimidia vncia mellis roſati, pro clyſteri, alternis diebus. Diacorō ſimplex ſine ſpeciebus cum duplo mellis deſpumati, accipiat ſingulis diebus.

Puero trium annorum, laboranti fluxu epatico. ad Conſilium XLIIII.

QVIA lactabatur adhuc à matre, & delicatior erat nō facile aliquid ſumpturus, voluit vt decoqueretur quinque foliū in iure pulli & manè daretur calidum & interdum etiam pro cibo vti voluit auiculis paruis, pullis vel pullaſtris, carne vitulina, & illo brodio. Alteri eiuſdem ætatis minus delicato iuſſit dari abſynthium in frixis (frittadis in vulgari) vel alijs cibis quo modo id facilius ſumeret.

Regimen duci Vrbini præſcriptum, ex Italico latinum factum. ad Conſilium XLVII.

QVantum ſpectat ad victus rationem. Primo circa aerem ſatis eſt celſitudini ſuæ vt extrema fugiat, ne ſe nimio frigori & ventis vel etiam nimio calori ac feruenti ſoli, exponat, præcipuè detecto capite, quia omnis exceſſus aeris maximè alterat temperaturum tum capitis tum totius corporis. Ad hoc etiam pertinet ſi quis patiatur frigiditatem pedū, & pluuijs ſe exponit, ac deinde veſtes madefactas non mutat, præterea cum quis labore vel exercitio ſudat ac ſubito ſub vento & aere refocillationem & refrigerationem quærit. Item dormire in locis humidis & terrenis feneſtris apertis, vel etiam in terra vt milites interdum ſolent. Hi exceſſus omnes euitandi ſunt, & ſi omnino euitari non poſſunt, tamen curandum eſt vt moderentur, quantum fieri poteſt, quia multi in reſolutionem omnium membrorum, & extremam calamitatem, his exceſsibus non obſeruatis inciderunt. In alijs aeris alterationibus non ita extremis, nō opus eſt vt tam diligenter Cel. ſua ſe cuſtodiat, ne deinde minima etiam alteratio aeris illi noceat, quia hoc nec ætati nec profeſsioni ſuæ conuenit. Circa accidentia animi quæ multum referunt, abſtineat ab ira & triſtitia, moderato & tranquillo ſit animo, quia & humores contemperantur & fit melior concoctio, vnde & ſanitas inculpata, ſicut ſi affectus non moderētur deſtructio ſanitatis, ſequitur. De ſomno & vigilia. Cum. Cel. ſua in hoc multum peccet tardè enim ſurgendo diu dormit ideo admoneo illam, ſi valetudinariè viueri velit vt ita ſequatur ſicut incœpit, ſi vero ſanè degere cupiat in diluculo ſurgat, eſt enim omnium infirmitatum eius non minima cauſa, tardè ſurgere, ideo conſulo vt manè aurora illuceſcente ſurgat, & ſi maturius fiat eò melius erit. Cum ſurrexerit ſi erit tempus hybernum, tum nō ſtatim præter neceſsitatem in aerem egrediatur, ſed in thalamo ſuo deambulando ſe exerceat, feneſtris tamen clauſis, & curet interim vt omnia excrementa & ſuperfluitates reddat, capillos etiam & capitis & barbæ pectere ſibi ſinat, ſimul etiam optimum eſt, vt aliquid alta voce legat, excitatur enim tali lectione ſpiritus, poſtea è thalamo vel cubiculo egrediatur, ac aliquo exercitio corporis valido, quale iuuenibus conuenit, ſe exercitet, poſt exercitium quieſcat in loco temperato vel tepido. Si vero æſtas fuerit, tum feneſtras aperiat, vt aer ille matutinus tranſpiret, præcipuè ſi ſit ſalubris, & non paludoſus, quia craſſus & per paludes ſpirans aer matutinus nunquam bonus eſt, ſed potius veſpertinus. Et ideo vt dictum eſt mane ſurgat, ita vt ab hora & tempore quo ſurgit vſque ad prandium intercedant horæ quinque, ita à prandio vſque ad cœnam nouem horæ, à cœna vſque ad horam decubitus duæ horæ, & ſi hunc ordinem rectè obſeruauerit omni tempore & aeris conſtitutione, tum ſemper octo horæ relinquuntur pro ſomno, quæ ad ſomnum naturalem ſufficiunt. Quapropter etiam à ſomno meridiano ſibi maximè cauebit. Quantum ad exercitium, exercitatio variatur, loco tempore, hora & modo. Quo ad locum multa conſiderantur, quæ tamen Cel. ſuæ non ita ſtrictè & minutim ſunt obſeruanda, quia plus nocumenti quàm emolumenti afferrent. Tantùm hoc obſeruat, vt vbi exercitio vtitur, videat ne locus ventis præcipuè boreæ, ſit expoſitus, vel alias humidus & frigidus, nec etiam locus ſit ſub ſole feruenti in æſtate, ſed potius vmbroſus, nam vt frigus penetrando nocet neruis, ita calor reſoluendo ſpiritus virtutem debilitat. Hora exercitij ab omnibus commodiſsima iudicatur matutina, ante prandium, poſtquam omnes ſuperfluitates corporis redditæ ſunt, & ſit exercitium totius corporis primo leuius vt eſt deambulare, deinde ad fortius & validius accedat. Nam ſi à fortiori incipit, non à leuiori, tum ex colliquatione humorum, & alijs cauſis, quas iam taceo, in laſsitudinem corporis incidit. Veſperè etiam ante cœnam exercitium conuenit, ſed minus validum matutino, vt eſt deambulare & equitare pedetentim. Tempus, hoc eſt diuturnitas exercitij, eſt vſque ad excalfactionem corporis totius, & mutationem anhelitus ad magnitudinē & frequentiam, vt tamen exercitium proportionatum ſit cum corpore quod exercetur, quia corpus debile facilius incaleſcit & mutat anhelitum, quàm ſi ſit corpus quadratū & robuſtum, ſi enim curſus vel currere conuenit corpori robuſto, debili non conuenit. Modus exercitij ſeu qualitas. Dico quòd, cōſiderata temperatura corporis Cel. ſuę, & ætate florida, ac profeſsione quæ militaris eſt, exercitium debet eſſe potens & validum, vt eſt equitare equos effrenes & agiles, vti arte pugilla-

toria, venatione delectari, pila maiori ludere, & ſimilia, ideo deambulatio illa prior quæ præcedit potius illi erit præparatio ad exercitationē, quàm exercitium ipſum. Quo ad cibum & potū. Quàm in his ratio victus ſit neceſſaria & vtilis corpori humano, iam non eſt locus diſſerendi, cum omnibus hoc ſit manifeſtiſsimum, de qua ſi ſingillatim eſſet dicendum ne volumen quidem integrum ſufficeret. Ideo tantum pauca quædam adnotabimus. Primum obſeruabit ne cibum capiat niſi priori concocto, ne indigeſtus indigeſto addatur, quòd ſi pōdus aliquot vel grauitatem ex priori cibo ſenſerit in ventriculo, tum cœnam tardius differat vltra horam conſuetam, vel potius læui obſonio hora cœnæ conuenienti contentus ſit, ne ordo immutetur. Præterea animaduertat vt ſemper cum reliquijs famis ſeu appetitus de menſa ſurgat, neque ad ſatietatem vſque comedat, multitudinem etiam & varietatem ciborum fugiat, ſed ſimplici cibo contentus ſit, ac inter prandium & cœnam nihil etiam comedat, & ita fiet vt ſemper cum appetentia ad prandium & cœnam accedat. Cibi vero ſint in prima quidem menſa manè vel in prandio, iecur pulli aſſatum, vel auis nemoralis aſſata, deinde caro pulli vel vituli, hædi, vel caſtrati iuuenis aut columbæ iuuenis (pulli columbacei) cum iure vel brodio. Tertio ſi libebit poterit vti carne aſſata phaſiani, vel caſtrati, vel hædi, & ita prandium finiat ſine bellarijs, niſi velit vel coriandro, vel aniſo aut Diacitonite vti. Fugiat vero omnia lacticinia & paſtilia, & condimenta præſertim coquorum, ſunt enim vitæ humanæ deſtructio. Si vero ſint dies quadrageſimales & ieiunij, quibus nòn licet veſci carnibus, tum difficilior eſt res, quia non licet vti ſimul piſcibus & ouis, nec etiam piſces ōmnes vtiles ſunt, oua etiam niſi ſint recentia aqua cocta vel igne aſſa, peſsimi ſunt nutrimenti. Sed Cel. ſuæ melius eſt vt potius ouis vtatur quàm piſcibus, vt in prima menſa duo oua recentia ſorbilia comederet, deinde ferculum ex farre vel riſo (oriza) cum lacte amygdalarum dulcium & zacharo, deinde duo oua aqua cocta, vltimo confectionem quandam, vel ex piſtaceis vel pineis vel ex amygdalis factam, ſumeret. Et hic cibus omiſsis piſcibus illi ſatisfaceret. In cœna vero, communiter in prima menſa ſunt olera cruda ſeu acetaria quæ certè non multum nutrimenti habent, ſed admittuntur vel ratione palati vel ratione alicuius cauſæ particularis, nec tamen interdicam illi eorum vſum cum nec multi ſint illi nocumenti. Primo ergo eſt lactuca, deinde endiuia Romana arte albefacta, ſimiliter & folia boraginis & bugloſſæ, ſed hæc potius cocta quàm cruda, cappares, radices etiam cichorei coctæ, acetum vero ſit non nimis acidum & illud roſatum ac paſſulatum. Horum vero acetariorum non multus nec frequens ſit vſus, ſed paucus & rarus. Poſtea quo ad ſecundam menſam cœnæ, non inconueniens erit ijſdem vti quibus & in prandio, niſi quòd magis mihi placeret vt Cel.

D ſua intermitteret in cœna fercula, & potius vteretur poſt cœnam pyro igne aſſato cum zacharo & aniſo condito. Potus vero ſit vinum potius rubrum quàm album ſed tranſparens & clarum, ſubſtantia tenue, bene maturum, non potēs & fumoſum. Quantum ſpectat ad inanitionem & repletionem, ſicut corpus humanum ſuſtentari ſine cibis non poteſt, ita etiam repletioni ciborum correſpondere neceſſe eſt euacuationem excrementorum. Quorum quædam vtilia ſunt ad generationem, quædam vero inutilia & ſuperflua. Primum igitur excrementum eſt ſemen, quod præter naturam retentum, generat multos morbos, præcipuè in iuuenibus bonæ tēperaturæ, & coitu aſſuetis. Quod ſi vero coitus ſit immoderatus, tum plus etiam nocet quàm rarus. Quia debilitat calorem naturalem & membra principalia, præcipuè caput ventriculum & cor. Ideo moderatè eo vtendum eſt, pro ratione tamen corporis & naturæ inſtinctu, ne violenter
E & præter deſiderium naturale fiat. Hora etiam coitus conueniens eſt matutina cibo concocto, poſt quem parum quieſcendum & dormiendum eſt. Reliqua excrementa inutilia ſicut ſunt fæces, vrina, ſudor, ſeu quæ per inſenſibilem tranſpirationem excernuntur, cum Cel. ſua ea quotidie excernat, non opus eſt de his mentionem facere, ſed quia impoſsibile eſt vt tanta quantitas excrementorum excernatur, quanta eſt ratione cibi aſſumpti, quin aliquid ſemper remaneat, quod deinde coaceruatum, ſi datur occaſio, ex læui cauſa morbum excitat. Ideo ne aggregentur hæc excrementa, laudo vt Cel. ſua bis vel ter in menſe vtatur, vna hora ante cœnam, his pillulis magiſtralibus pro Cel. ſua compoſitis ad ℈ j. vel ʒ. s. quarum deſcriptio hæc eſt.

℞. Mirabolanorum chebulorum
Citrinorum
Indorum } añ ʒ ij.

F Contundantur groſſo modo & fricentur manibus cum oleo amygdalar. dul. deinde infundantur in ℔. iij. aquæ fumiterræ, poſtea decoquantur ad conſumptionem duarum partium aquæ, poſtea facta diligenti expreſsione & colatura.

℞. Sebeſten pinguium Num. xv.
Tamarindorum optimorum ʒ. vj.

Decoquantur omnia in prædicto decocto ad conſumptionem medietatis, deinde facta diligentiſsima expreſsione & colatura.

℞. Aloes ſuccocitrinæ ʒ vj.
Rhabarbar. opt. ʒ iij.
Cinnamomi electi ʒ ij.
Sandalorum citrinorum
Roſarum rubearum } añ ʒ j. s.
Gariophilorum ℈ ij.

Pulueriſentur omnia per ſe, deinde miſceantur & aſpergantur & comiſceantur cum prædicto decocto & fiat paſta vel magdaleon pillularum & ſeruetur ad vſum.

De ſtu-

De ſtupore & principio paralyſis,pro Iunta. ex Italico latinum factum.ad Conſilium VII.

OBſeruato regimine in ſex rebus nõ naturalibus. Hoc tamen animaduertat, ne faciem aqua frigida abluat, ſed potius vino aromatico ſeu maluatico, & non ſolum faciem, ſed & collum aures & barbam eo madefaciat, vinum vero hyeme ſit calefactum, manus vero lauet aqua tepida cum vino aromatico mixta. Caput vero abluat lixiuio dulci ex cinere vitis facto, in quo ſtęchas, flores camomillæ, maiorana & ʒ j. Agarici bullierint, & hoc veſperi ante cœnam faciat. Somno etiam meridiano quia ei aſſuetus eſt, vti poteſt, ſed vt elato capite dormiat, nõ iaceat, & ſit ſomnus vnus & non lõgus. Quantum ad medicinas purgetur hoc modo.

℞. Floris caſsiæ ℥ j.
Specierum hieræ ʒ ij.
Miſce cum Zacharo fiat bolus.
℞. Syr. de ſtęchados / De betonica — añ ℥ j.
Decocti ſaluiæ & cicoreæ ℥ iiij.
Miſce pro vno ſyr. & ſic pro alijs nouem. Item.
℞. Confectionis hamech ʒ iiij.
Trociſcorum alhandal gran. vj.

Miſce cum zacharo fiat bolus, ſumendus die ſequenti poſt vltimum ſyr. Sumptis duobus tamen ſyrupis mittatur ſanguis ex epatica dextri brachij. Quod ſi vero purgatione facta non integræ ſanitati ſit reſtitutus, tum conſulo vt aquam ligni guaiaci ſumat, vel thermas Aponenſes, ac in thermis. S. Bartholomei brachiũ læſum immergat & foueat. Ligni decoctum hac ratione parabitur. Accipiat ℔. vij. Aquæ Iuæ arthetic & ℔. vij. Aquæ betonicæ, ponantur in olla fictili noua cum ℔. j. Ligni guaiaci limati, & ſtent in infuſione per horas 24. deinde bulliant vſq; ad conſumptionem tertię partis, de hoc decocto manè & veſperi ebibat cyathũ plenum, pro ſyrupo vſq; ad dies 40. Ratio victus erit illi cõſueta niſi vt tertia parte minus cibi & potus ſumat. Cibi ſint quibus aliàs vti ſolitus eſt, ſic & vinum. Negotia etiam ſua exequi poteſt, & è domo egredi. Hoc vero toto. 40. dierum tempore vel lem vt brachium læſum inungeret, ſimul & axillam & ſcapulam vſq; ad vertebras renum hoc linimento.

℞. Olei vulpini / De coſto / De therebentina — añ ℥ j.

Cum modico ceræ fiat linimentum & ſeruetur. Hoc linimento veſperè poſt cœnam vtatur calido, manè vero idem locus inunctus linimento, lauetur vel vngatur & foueatur aqua vitæ ex optimo vino deſtillata. (id, eſt, vino ſublimato) Ac hac inunctione & lotione cum vino ſublimato vtatur toto tempore, quo aquam ligni bibit, modo aliàs ſanus

A ſit & nihil mali ſentiat, quia ſi fortaſsis alio quodã ſymptomate vel morbo laboraret, tum inunctio & aqua vitæ eſſent omittenda. Pro præſeruatione etiam ſumat ſingulis ſeptimanis, bis vel ter in menſe, pillulam vnam, vna hora ante cœnam ex aloe ℈ j. vel ʒ j. ſi opus erit.

Ordinata figulo podagrico Venetijs. ad Conſilium XLIIII.

Purgatio hoc modo fiat.
℞. Electuarij lenitiui ℥ j.
Spec. hieræ. ſ. ʒ ij.

Miſce & cum zacharo fiat bolus, accipiat per horam vnam ante prandium. Item.
℞. Syr. infraſcripti ℥ ij.
Mellis roſati ℥. s.
Aquæ bethonicæ ℥ iiij.

Miſce pro vno & ſic pro nouem. Deſcriptio ſyrupi hæc eſt.

B ℞. Succi ſaluiæ / Roſmarini / Bethonicæ / Iuæ arteticæ — añ ℔. s.

Clarificentur ſucci deinde ſyrupiſentur cum zacharo albo ſecundum artem & ſeruetur ſyrup. ad vſum vt ſupra. Item. ℞. pillularum cochiarũ ℈ iiij. Fiant pill. v. ſumendæ in aurora cum cuſtodia. die immediatè ſequenti vltimum ſyrupum. Conſulo etiam illi vt hæc purgatio denuò reiteretur cum ſyrupis iiſdem & pillulis. Minoratiuũ vero primum tantum ſemel ſumat. Cauteria etiam in cruribus fiant loco ſolito. His factis ſumat ſemel in ſeptimana has pill. pondere ℥ j.

℞. Aloes optimæ ʒ vj.
Rhabar. electi ʒ iiij.
Mirobalano. chebulo. ʒ ij.
Roſarum rubearum / Sandalorum citrinorum / Gariophilorum — añ ʒ j.
C Succi de abſynthio denſati ʒ iij.

Miſce & cum melle roſato fiat Magdaleon, de quo fiant pillulæ tres pro vice, pondere drachmæ vnius. Item.
℞. Mithridati optimi ʒ iij.
Zachari roſati ℥ ij.
Dianthos / Boraginati — añ ℥ iij.

Miſce omnia & fiat electuarium, addito modico Syrupo de corticibus citri, de quo ſumat ſępe in mane tribus horis ante prandium, quanto ſæpius tanto melius. In paroxyſmo nihil fiat nec bibat vinum ſed mellicratum cum foliis ſaluiæ, abſq; cinnamomo quia aperit.

Ad continuam deſtillationem vrinæ cum imbecillitate neruorum, pro Nobili Vrbinate. ex Italico latinum factum. ad Conſilium XXX.

PRæſuppoſita victus ratione quam diligēter obſeruet, totum corpus vngatur oleo camomelino vel de ſpica aut gariophilorū, quod ab aromatarijs paratur, factis tamen prius frictionibus lenibus. Tertiam in hebdomada ſumat lachrymæ ſeu reſinæ liquidæ & puræ abietis tribus horis ante prādium ℥ ij. preter id enim quod aluum lenit, etiam morbo ſuo & iuncturis conuenit. Sic etiam ius pulli cum mercuriali, radice altheæ, folijs malue, liquiritia coctum, illi vtile eſt. Vinum ſit rubeū vel albūm, paratum cum bona quantitate, betonicæ, ſaluiæ & liquiritiæ. At horū debet eſſe continuus vſus, ratione corporis illius, quod facile à medicamentis reſoluitur, ne alijs vti opus ſit, quæ ferre non poteſt, & hęc tuta ſunt & ſine periculo. Sed tamen quia in omnibus ratio viuendi non exquiſitè obſeruatur, quin interdum erretur, ideo pro præſeruatione vtatur harum pillularum vna vel tribus prout euacuauerint, ſemel in ſeptimana hora vna ante cœnam.

E

℞. Aloes optimæ ʒ iij.
Rhabar. electi ʒ iiij.
Succi liquiritiæ ʒ ij.
Gariophilorum }
Cinnamomi } anā ʒ j.
Macis }

Pulueriſentur omnia per ſe, deinde miſceantur, poſtea aſpergantur ſucco violarum & permittantur exſiccari & ita reiteretur ſepties, deinde cum ſyrupo violato Meſue fiat magdaleon, de quo ſuo tempore fiant pillulæ pro ſingula drachma tres. Thermæ etiā vtiles ſunt, ideo illis vtatur hoc menſe Maio, cum in autumno illis vti non potuerit.

Ad ardorem vrinæ pro quodam Genuenſi. ex Italico latinum factum. ad Conſilium XXXII.

F

POST victus rationem, vtatur interdum enematibus vel clyſterijs factis ex oleo amygdalarum dulci, pinguedine galinæ recēti & oleo roſato completo, his tribus ſimul mixtis, ſine ſale vel alia re. Vellem etiam vt horis duabus ante prandium vteretur balneo aquę dulcis in tinna facto, in quo vſque ad vmbilicū vel gulam & collum etiam, immergeretur vel ſederet, & hoc æſtate & hyeme, niſi quod in hyeme tinna pannis cooperienda eſt. In aqua vero bulliāt malua, althea, camomilla, & magna quātitas hordei. Vngatur etiam perinæum & principium virgæ, oleo ſcorpionum parato cum oleo amygdalino dulci. Præterea ſumat tribus horis ante prandiū ℥. s. zachari roſati vel vnciam mediā huius electuarij alternatim modo hoc modo illo vtendo.

℞. Radicum altheæ ℥ iiij.
Seminum citoniorum ℥ ij.
Sem. pſillij ℥ j.
Sebeſten Num. xxx.

Decoquātur omnia ſimul in aqua deſtillata mal-

D

uarum ad conſumptionem duarum partiū, donec appareat mucilago, poſtea facta diligenti expreſsione & colatura, ſumatur Zachari albi quantum ſufficit & decoquantur ſimul ad conſiſtētiam mellis, & de hoc electuario ſumat duo cochlearia magna ſingulis vicibus hora prædicta. eſt enim mirabile ad ſedandum ardorem vrinæ. Laudo etiam vt circa principium veris & Autumni ſumat per decem vel quindecim dies mane in aurora lactis capræ cyathum, & prandium non ſumat niſi ſenſerit lac in ventriculo eſſe concoctum. Bis etiam in ſeptimana non eſſet inutile vt rhabarbari ʒ j. maſticaret tribus horis ante prandium.

Mulieri laboranti ex matricis affectibus pre potu aquæ Apponenſis. ex Italico tranſlatum. ad Conſilium LXIII.

PRimo bibat aquam ordinatam ſingulis diebus, & ita ſingulis diebus augeatur quantitas vſque ad ſcutellas vel cyathos duodecim, nec hunc numerum tranſcendat, & eam mane hora vna poſtquam ſurrexerit bibat, redditis tamen excrementis & induta veſtibus, & ita paulatim bibat deambulando per detentium ſpatio tamen mediæ horæ. Quatuor horis poſt aſſumptam aquam comedat. Caueat præterea ne ea die dormiat. Victus ſit mediocris, tertia tamen parte à conſueto detracta. Cibi ſint caro pulli, vituli, offa panis in iure, ouum recens, præterea nihil aliud. Potus vinum album pauciſerū, aquam ſequenti die non bibat, niſi priorem quam præcedenti die ſumpſit reddiderit (ſi quando non bene egeritur per vrinam, iubet vt manè & ſerò comedant ſex vel octo amygdalas amaras) poſtquam verò aquam biberit per dies ſex, tum altero die horis duabus ante cibum aquam balnei calefieri & bullire faciat & de hac fomētetur vel fumum recipiat per inferiora. ne aliquid expiret, & hoc per mediā horam. Veſperè vero hora commoda in eadem aqua ſe lauabit, tamdiu quādiu leuiter & bene fert, nec debilitatur. Et in his perſeuerabit ad ſummum per dies duodecim.

Regimen bibendi aquam Caldarienſem. pro Andrea Badoerio Veneto, ex Italico latinum factum. ad Conſil. XXXIX.

ANte omnia procurabit vt duo dolia mediocria lignea (Barillos Itali vocant) ex larice facta habeat, & quæ ſint boni odoris, poſtea preterito menſe Iulio, mittat caldariū ad Thermas, (hæ thermæ ſunt propè Veronā) ac miniſtri hauriāt aquam illā puram, ita vt per duos dies ante non impluerit, & impleāt ambo dolia, ſimul etiam impleant doliolum paruum eadē aqua, vt reliqua duo in itinere reimplere poſſint. Poſtquam ergo aqua Venetias albata eſt, tum ſua magnificētia ſumat floris caſsiæ ʒ xij. per horā

ante prãdium,ac ita quieſcat ea & altera etiam die. A Tertia vero die incipiat bibere aquam ea ratione vt Apponenſis bibitur. Videlicet vt primo die cyathos quatuor bibat, ſecũdo octo, tertio duodecim, ne tamen altero die aquam ſumat niſi præcedentem reddiderit totam vel maiorem partem per vrinam & non per aliam viam, quod ſi tardè excerneretur & permearet,tum diem vnum vel alterum interponat, ac vſum eius intermittat, deinde iterum incipiat, imò ſi eam nec ſecundo nec tertio die redderet, melius eſſet omnino abſtinere. Hoc tamen etiam obſeruandum eſt. Quòd hæc aqua talem habet cõditionem, vt regimine victus eodem & cum diligentia vtendũ eſt, etiam poſt duos menſes poſtquam aquam biberit, quale viuendi regimen eo tempore dum aquam biberet obſeruatum eſt. Aduerte exemplo Cornari qui in Septembri anni 1546. Accipiens duciam ſupra caput pro catarrho,ex loco nõ alto admodum per obliquum decidente,inciderat in aſthma & grauiſsimum catarrhum, quòd aqua eo tempore(quia erat tempus B non ſatis ſerenum) extra perfectionem quam habere debebat colliquabat quidem materiã ſed non reſoluebat. Hinc Montanus Tuciam (vel duciam) non exhibendam niſi in Iunio cum calidiſsimum tempus & aquæ eſſent in perfectione, bibendam vero temporibus temperatis. Nam etiam in Septembri bibentibus confert dummodo cœlum ſit propitium. Item bis accipiendas aquas primo pro ſyrupo & ſecundo pro medicina, ſi quis rectè curari velit. Et ſi fieri poteſt bibendas calidas calore naturali, ſin minus totam aquam ſimul calefieri oportet in vaſe quo portatur bene cooperto ne exhalet. Item cum tempus eſt pluuium per biduum & triduum etiam intermitti poteſt, & poſtea ad eam reuertere cum cœlum iterum per duos dies ſerenum fuerit, mixta enim aqua metallica cũ pluuialibus, quem quærimus effectum non habet, imò nocet. Præterea eos qui calidi epatis ſunt, toto tempore quo bibunt iubet inungere lumborum regionem & renes demiſſa ſpina vnguento infrigidante Ga- C leni. Alij diatrionſandalon exhibent, ſed id improbat Montanus propter adſtrictionẽ. Item, qui non reddunt aquam non vult vt bibant ſecundam, niſi priorem reddiderint, & ſi prorſus non reddunt iubet maſticare ʒ.s. Rhabarba. vel etiam educit per clyſteria. Non reddentibus etiam dat aliquando ʒ j. Therebentinæ cum ℈ j. Rhabarbari. Nota anno 1547. ferè nullus reddebat aquam, quod cęli ratione factum arbitratur, quia totum tempus vernum licet calidum ſatis eſſet, inconſtans tamen eſſet & varium. Nota etiam aquas thermarum ferrearum longius portari poſſe quia non ita exhalant ſicut ſulfureæ. Bibuntur autem in fine Iulij & per Auguſtum cum calores ſunt maximi.

Pro ſacerdote melancholico hypochondriaco. ex Italico tranſlatum. ad Conſilium XXX.

PRimum vt aluus lubrica teneatur, bis in ſeptimana accipiat ʒ ij. lachrymæ abietis tribus horis ante prandium in hoſtia inuolutas. Item pro confortatione ventriculi ter vel quater in menſe ʒ j. Mithridati optimi inuolutam in hoſtia madefacta, tribus etiam horis ante prãdium. Mane etiam drachmam vnam huius pulueris in iure accipiat alternis diebus aut etiam ſingulis ſi placuerit.

R. Mirabolanorum indorum ʒ iij.
Polypodij } añ ʒ iiij.
Epithymi }
Folliculorum ſenæ ℥ j.
Sem. citri ʒ ij.
Liquiritiæ raſæ ℥ j.
Pulueriſentur omnia & miſceantur ſumatur vt dictum eſt.

Pro melancholia. ad Conſilium II.

CVranda eſt hæc nobiliſsima mulier ab affectibus quos melancholicos arbitror, habita ratione ętatis quæ eſt triginta quinque annorum; primo recta victus ratione, ſecundo miſsione ſanguinis, tertio alteratione & purgatione humorum, quarto confortatione. Cuſtodiatur ab omnibus animi moleſtiis, degatq; cum amicis in omni hilaritate, quæ quantum fieri poteſt arte & ſtudio eſt comparanda. Vtatur vino albo tenui & ſubdulci, carnibus iuuenum animalium hædorum, vitulorum, pullorum. Mane ſumat ſingulis diebus, oua ſorbilia, neque vtatur multitudine ciborum, euitet crapulas, cruditates, & potationes cuiuſcunq; generis. Aluum mollem conſeruet, pro qua vtatur ſi natura defecerit, flore caſsiæ, vel decocto prunorum dulcium cum zacharo, vel decocto maluæ ex iure pulli, nihil enim pernitioſius in his affectibus quàm aluum habere ſtrictam, procuret coctiones, neq; cum cruditate accedat ad cibum, cruditas enim melancholicis omnino vitanda. Circa Martij menſis medietatem lenita prius aluo vel cum clyſtere, vel drachmis decem caſsiæ, in bolum cum Zuccharo confectis, ſequenti die ſanguinem mittet ex baſilica dextri lateris põdere ℥ decem. Ac poſtero die idem ſanguinis pondus repetatur, ſed à ſiniſtro latere, deinde vtatur diebus ſeptẽ hoc iure, quod ſumat mane.

R. Foliorum boraginis }
Bethonicæ } añ ℥ ij.
Bugloſſæ }
Radicum polypodij }
Altheæ } añ ℥ j.s.
Liquiritiæ raſæ }

Decoquantur omnia in libris duabus iuris pulli ad conſumpt. medietatis, deinde facta expreſsione & colatura, bibat totum reſiduum vna vice, & ſic repetatur per dies ſeptem. Octauo die ſumat bolum infraſcriptum.

R. Confectionis hamech ʒ iiij.
Radicum hellebori nigri ʒ.s.

Miſceâtur cum modico iulep violati, fiat bolus D cum zacharo detur mane cum cuſtodia. Item,

R. Conſeruæ florum boraginis ℥ vj.
Zachari roſati ℥ ij.
Zedoariæ ʒ j.

Miſce fiat electuariũ de quo ſumat ſingulis diebus cochleare vnum tribus horis ante prandium. Deinde illiniatur totus venter infraſcripto linimento.

R. Olei de abſynthio }
Maſtichini } añ ℥ iiij.

Ceræ parum. Miſce fiat linimentum. Item abluat caput ſingulis ſeptimanis bis, cum infraſcripto decocto.

R. Furfuris tritici ℔. iiij.
Liquiritiæ ℥ iiij.
Polypodij ℥ ij.
Radicum hellebori nigri ℥ ij.
Agarici electi ℥ j.
Florum camomillæ ℥ ij. E

Bulliant omnia ſimul in quantitate ſufficienti aquæ ad medium vſq; , factaq; expreſsione vtatur hoc decocto pro lixiuio, & tergat caput ſapone odorato muſcato, & hac omnia explebunt ea quæ promiſimus. Quod ſi optimum mithridatum in menſe ſumat ad quantitatem drachmæ vnius, cum modico vini aromatici albi, quinq; horis ante prãdium, eò melius confortabitur.

Pro patiente diminutionem in motu quarundam partium corporis. ad Conſil. LVIII.

PAtitur diminutionem circa actionem motus in brachio & crure, præſertim in ſiniſtro, non tamen eſt omnino motus priuatio. Crus ſiniſtrum rubet, feruet. Cerebrum integrum, odorat, videt, diſcurrit, optimè memorat, imò quæ à ſeptem paribus neruorum veniunt optimè habent, licet in lingua parum ſentiat mali. Eſt ſtupor potius cum imbecillitate ſenſus quàm motus, nec eſt reſolutio quia mouetur, ſed cum dolore & difficultate. Ergo ſi eſt reſolutio eſt debilis, quia quæ validiſsima eſt 3. de locis affectis vbi vitium in ſenſu & motu, paralyſis dicitur, omnis actio ſentiendi & mouendi eſt à ſpiritibus, iſti poſſunt impediri dupliciter, vel quia non poſſunt pertranſire ſed intercipiũtur, vel quia non poſſunt operari, quòd membrum inueniunt non rectè diſpoſitum. Eſt obſtructio à materia, quæ replet principium. Membra frigidiora facta ſeipſis quod nocet motui. Frigiditas facit vt virtus in mẽbra non transfundatur. Aqua vtatur cum cinnamomo vel zũcharo & paſſulis. Victus ſit tenuis. Euacuetur corpus agarico, confectione hamech, rhab. pillulis aggregatiuis. ſic acorus conditus, calamus aromaticus illi cõueniunt. Vtatur quotidie mirabolanis chebulis conditis.

Pro puerpera tuſsiente. ad Conſilium XIX.

IN puerpera admodum tuſsiente ita vt ſuffocari videretur, ob catarrhum deſcendentem ad ſpiritualia. Montanus nulla purgatione vtebatur, purgata enim erat fluxu menſtruo, ſed corroborantibus caput & pectus & quæ ingroſſarent fluxum, vt tragacanthi, rad. liquiritiæ & maſtiches partibus æqualibus ſubactis, quę in ore tenebat. Die 22. apud eandem fuit, & quia materia craſsior erat, atq; inæqualior, vt ſputio citaretur ordinauit, & quo intra vteretur & quo pectus vngeret.

R. Loch de pino ℥ j.
ſani & experti ℥ .s.
Syrupi de hyſſopo }
Myrthini } añ ʒ vj.

Miſce.

R. Oleorum ſeſamini }
Amygdalarum dul. } añ ℥ .s.
Maſtichini }
E Pulnerum aniſorum }
Cumini } añ ʒ .s.
Maſtiches }

Cerę parum, fiat linimentum molle, quo pectus inungatur, oleum maſticinum additur vt corroboret pectus.

De viro laborante ſuppreſsione vrinæ, &c. ad Conſilium XXXII.

PRO breuis quia res ipſa facilis eſt, & à vobis de eſſentia morbi & remedijs applicandis ſatis explicatum eſt. Sed vt videamus cauſam ſymptomatis id eſt ſuppreſsionis vrinæ, proponam ea quæ oculis videmus & conſtant, poſtea ea quæ ipſe recitat. Vidimus primo vrinam, quæ maximè conſideranda in hoc caſu, ea liuida tendens ad obſcuritatem, ſubſtantia craſſa cum ſedimento plurimo, quod videtur ceu farina albeſcẽs in fundo in magna copia, &
F habet plurimum flatus, qui facit eam eleuari vt videatur eſſe hypoſtaſis, ſunt etiam ſæpe arenulæ apparentes in vrina. Audio etiam ex quo ter vel quater ſuppreſſa eſt vrina id repẽte factum, ita vt cum tentaret mictum non poſſet, & quandoq; diu durat, pręceſsit paroxyſmum eum coitus ſtatim à cœna. Eſt in ratione victus crapuloſus, in omni viuendi ratione immoderatus, in motibus corporis & animi, & ante aliquot annos paſſus eſt morbum articularem vel arthritidem. Et vnum eſt quod maximè refert, quod ſemper in toto medio tẽpore mingit tenuiter, exit vrina tenuis, quod dicit ſibi eſſe quaſi cõnatum. Nunc per quindecim dies vrinam habet tenuiter emiſſam, & quærit ac vult curari & præſeruari. His ſuppoſitis quæritur cauſa ſuppreſſionis. Omnes cauſæ vel ad virtutem vel ad meatũ ſeu inſtrumentum reducuntur, quia ſi in vna viarum id eſt accidens, tum non eſt ægritudo aliqua quia nõ laborat membrum. Hic eſt læſio membri, quia non agit operationem quando debet. Eſt igitur vel virtus læſa vel inſtrumentum. Ratione virtutis

tutis cum expultrix non expellit debitò tempore, vitiatur, vel cum veſica plurima repletione impeditur vt non poſsit ſatisfacere officio, & cõſtringere veſicam debito modo, vt refert exemplũ Gal. de locis affectis, vt contingit in iſtis qui ex retentione vrinæ non poſſunt mingere. Vel ea virtus debilitatur propter temperaturam veſicę, quia facultas in membro ſequitur temperaturam membri, diminuta vero actio ſequitur ad intẽperiem frigidam, talis ergo hic eſt, propter intemperiem calidam fit corruptio, rarò vel nunquam impeditur. Poteſt etiam talis virtus impediri à proprio actu, quia virtus veſicæ ſenſibilis læſa eſt, quia cum membrum ſenſibile mordicatur ab excremento, cogitur ad id expellendũ. Si igitur veſica non facile ſentit mordicationem propter læſos neruos, aut deſtructum principium neruorum: ſicut contingit in his qui obliuiſcuntur mingere, etiã poteſt impediri expulſio. Si vitiũ eſt in inſtrumento vel meatu per quem tendit, is impedietur vel quia coarctatur, vel propter inflamationem colli veſicæ, vel fiſtulæ, vel inteſtini recti, quæ ipſa etiam fit interdum propter luxationem ſpondilium dorſi vt dicit Hippo. vel obſtruitur ab aliqua materia contenta in eo, vt eſt callus vel cicatrix ab vlcere, vel grumus ſanguinis vel materia viſcoſa, omnes hæ materię poſſunt eſſe vel quia per eſſentiam in veſica ſunt, vel quia tranſmittuntur ab alio membro, abſq; hoc quod veſica patiatur eſſentialiter. Cum igitur tot ſint cauſæ ſuppreſsionis vrinæ & diuerſę, quæ nam erit in hoc viro? Diſtinguendum ex ſignis. Primo credo omnia membra inęqualia, calidum cerebrum, frigidũ ventriculum vnde plurimæ deſtillationes, & in epate propter igneam caliditatem generatur bilis multa, excedens quantitate & qualitate, & renes calidi propter magnũ conſenſum cum hepate, quia quale hepar tales renes plerunq;. Præceſsit morbus articularis ex pituita craſsiori exiſtẽs in ſingulis partibus corporis, habet malam etiam ſtomachi diſpoſitionem, quæ generat cruditatem, quæ eſt mater omnium morborũ, eo morbo curato, materia quæ reſtabat in corpore, accedente coitu & gonorrhea, quia plurima materia pituitoſa aggregata, ſecuta eſt ſuppreſsio propter calefactionem & agitationẽ, ea membra renes & vaſa ſpermatica debilitata, & poſtea fluxiones ad eum locũ factæ & viæ apertæ, & cum materia ex maxima parte frigida ad veſicã peruenit, fecit ratione frigiditatis & humiditatis veſicæ ſenſum obtuſiorẽ, & ex ea obtuſione virtus ſegnior & minus prompta ad expellendũ facta eſt, hanc credo eſſe primã cauſam huius ſymptomatis. Deinde, præter hoc credo eſſe vitiũ in meatu, qui cõprimitur & coarctatur, fuit & eſt multus in coitu, paſſus gonorrheã, ſunt enim carnes glanduloſę circa collũ veſicæ, quæ recipiunt ſemen & concoquunt & dicuntur paraſtatæ, illæ ſemper propter multũ coitum & gonorrheam repletę, & cum intumeſcunt coarctant collum veſicę ob genituram, id eſt ratione retẽtiõis ſeminis in illiş glãdulis, ideo

A dicit hic vir quòd mingit tenuiter etiam cum non eſt omnino ſuppreſſa vrina, idque magis vel minꝰ pro vt plus impletæ ſunt. Et ita cauſa eſt in meatu etiã ſed potiſsima cauſa eſt in ipſo concauo. De materia iã: De calculo vel lapide nõ eſt opus loqui, ſed quod non ſit grumus ſanguinis, quod videtur ex quibuſdã ſanguinis guttis inde patet quia vt Gal. dicit, ſanguis collectus in grumos habet ſęuiſsima accidentia, nec etiã ſunt accidentia vlceris. Materia igitur talis eſt quæ communis in corpore, & facit etiam alias ægritudines, morbum articularẽ, & deinde ea quę adhuc perſeuerat in corpore reſtitit, pituitoſa partim, partim ſeminalis quę tamen cõfert, veniunt ad ea loca & ibi colliquantur & obſtruunt meatus, cum prę ſertim virtus expultrix ſit pigrior iam & obtuſa magis. Vtrum iam ea tantum à veſica ita vt in ea generetur, vel etiam ab alijs partibus ſuperioribus ad veſicam veniat, ea inquã materia quæ reddit vrinas ita craſſas. Ego vtrunque credo, ſicut obſeruamus in vrinis, quandam partem ſedi-B menti ſeparatã à tota ſubſtantia vrinæ, ea non prouenit à loco multum remoto ſed tantũ à veſica, ſed altera pars craſſa quæ permixta eſt cum ſubſtantia vrinæ vniuerſæ & non ab ea ſeparatur, ea venit à partibus remotis à renibus & fortè etiam ab alijs membris. Ita hoc ſymptoma habet cauſas validiſsimas. Intemperies igitur partim in veſica & conſtrictio pori glandis qui eſt morbus in compoſitione, quod ſi fuerit etiam obſtructio colli eſt morbus in via. Prognoſticum. Eſt iuuenis, & meo iudicio, iſta imbecillitas ventriculi eſt aduentitia, maximè propter rationem victus malam & multum coitũ, ventriculus ſuaptè natura frigidior propter coitũ etiã redditur frigidior, reſoluto calore generatur multa pituita, quia in habentibus ſymbolũ eſt facilis tranſitus, & poſtea ingeruntur ab eo cibi plures & peccantes in qualitate etiã, quos non poteſt concoquere propter imbecillitatem & frigiditatẽ, & ita fit circulus quaſi. Iã curatio facilis ſi volet, & eſt in ſeipſo. In cura duo ſunt intenta ſeparata de quibus quę-C rit conſilium: Cum iam adeſt ſuppreſsio vrinæ & materia obſtruẽs, opus eſt remedijs ſubito ſuccurrentibus, quoniam medicamenta quæ per os exhibentur tardius operantur, fiunt fomentationes ex camomilla, parietaria, ſucco raphani, ſeminibus lini, fænugręci, ſed nullum eſt præſentius quàm adhibita candela, ex qua multos vidi euadere. Aliquando fæces in inteſtinis retentæ imminuunt vrinam & tum illæ educendæ ſunt. Ad præſeruationem neceſſe eſt remoueri humores, qui ad eum locũ perueniunt. Primo curandus à gonorrhea, quę maximè cauſa eſt morbi, ſecundo humores pituitoſi generati remoueantur, & prohibeantur ne generentur amplius, tertio corroboranda membra mandãtia & recipientia ne mandent & recipiant, membra mandantia quæ generant materiã & mandant eſt cerebrum & ventriculus, oportet vtrique occurrere, & hoc fiet euacuando materiã, quę cum plurima eſt in loco, ſuffocat calorem naturalem &

reddit imbecillius membrum, ſi igitur volumus corroborare membrũ oportet euacuare illud à natura ſuperfluũ, ſic cum membris recipientibus eſt agendum. Gonorhea non eſt ex multitudine ſeminis ſed tantum ob imbecillitatem locorum recipientium propter plurimam agitationem, ampliores ſunt factæ viæ, ita vt præter voluntatem nunc ſemper defluat, quia multum ſanguinis generatur in epate qui vertitur in ſemẽ & defluit, & quia viæ laxiores, ſæpe paulatim materia cruda effluit pro ſemine. Igitur euacuanda materia. Et proponũtur duo. Miſsio ſanguinis, quæ refrenabit calorem epatis, & reddet ſanguinem craſsiorem, quia ſanguis ſubtilior qui defert humores ad locum euacuabitur. Poſtea ſi vultis dare aquas thermarũ, illæ non poſſent poſtea ita calefacere, propter factam refrigerationem epatis, & facta aliqua euacuatione ſanguinis ex venis, facilius poterunt humores coacervati euacuari. Et mitterem à baſilica ſanguinẽ ſed ante miſsionem ſanguinis lenirem aluum vt ventriculus eſſet mundus & euacuatus, cum caſsia & hiera, poſt euacuationem darem ſyrupos concoquentes, nec quærerem euacuare ſolum, ſed attenderem ad alterationem humorũ, darem ſyrupum ex oxymellis inſigni quantitate ℥ j.s. & alios ad faciendam coctionem, nec reſpicerem iam ad cõfortationem membrorum, ſi tamen vultis habere aliquid quod reſpicit epar poteſtis. Poſtea euacuarẽ, cum ijs quæ educunt vtrunq; humorem bilem & pituitam, vt ſunt pillulæ cochiæ, cõfectio hamech cui imprimis faueo. A Diagridio abhorreo, potius electuarium Indum cum Agarico, darem Hieram aliquando. Nam hiera eſſet optima, vel hiera dialo godij. Quod ad confortationem & corroborationem in hoc caſu ſunt aquæ thermarum vtiles, corroborabunt adſtringendo membra, non tamen euacuabunt materiam, fit autem omnis fluxus ex re ſolutione membrorum, his vero aquis cõſtringentur membra, & ſi non haberẽt illam adſtrictionem non ita placerent mihi, & intelligo per corroborationem reddere tonum membris, & ideo balnea maximè placent, calefactionem epatis & renum ſi metuitis, illa poteſt præueniri medicamentis, vt tria ſandalis, præterea non tota vis & virtus aquarum occurrit ſtatim renibus ſi ſumitur per os, ſed frangitur in ventriculo, & maxima pars ad inteſtina tranſit, non tẽdunt tota ſua virtute ad renes. Vltimo rectè ſe gerat in ſex rebus non naturalibus, & in illis non delinquat. Sed quia in illis ſæpè peccatur, bis purgetur in anno, & præter id poſtea ſi peccat habeat quædam quæ corrigant, vt aloen vel hieram, vehementiora non acciperem. Quia vt dicit Galenus non debemus frequẽter exhibere medicinas purgantes, quia aſſuefacimus naturam ad eas. Ad id reſpondeo, quòd ſi poſſemus facere ſine ijs bonum eſſet, ſed quia non fieri poteſt, longè maiora ſunt commoda, vt aſſuefiat vel ad aloen vel hieram, vel rhabar. vtrum ſuæ naturæ conuenientius erit. De cauterijs. An conueniant? Reſpõdeo quod

D ſunt neceſſaria, quoniam alia remedia faciunt per interualla, iſtud autem eſt continuum & trahunt plurimum materiæ quia continuo virtus eorum manet. Sed dubitaret aliquis quod ille quærit curari à morbo articulari. Ad hoc poſſẽ dicere, quòd longè deterior ſit morbus ſuppreſsio vrinæ quam morbus articularis, ſed hoc nolo dicere. Sed dico quòd non incidet in morbum articularem, quoniam materia trahitur à centro ad circumferẽtiam ad extra & non facit reſidentiam, & plurimi curantur à morbo articulari per huiuſmodi cauteria. Noui ego quendam laborantem podagra duobus cauterijs in cruribus curatum, & ego facerem cauteria ſi non in duobus ſaltem in vno, & ſi illud non conferret ſatisfacerem & in altero.

Pro quodam qui ſulphur redolebat. ad Conſilium LII.

E Vidam ex potu aquarum thermarum Viterbienſium in hũc deuenit caſum, vt per multos etiam annos ſulphur redoleret, ſi vel ſudaret vel cutim leuiter fricaret, adeo vt & ipſe & aſtantes odore læderentur. Quia ſenex erat 54. annorum, Montanus noluit alia illi præſcribere, quàm vt quotidie biberet prodium de pullo eius anni communi non ingraſſato (nõ pingui) in quo coctus eſſet M. j. hordei & M. j. hiaceæ vel violariæ, faciet ſudare & emittet per cutim id quod eſt malignum. Nihil melius ad excitandum ſudorem, quod didicit Montanus ex Cardinale Brunduſino.

Dixit Montanus, venenis à qualitatibus manifeſtis reſiſtere citrones, quia incidunt refrigerant & reſiſtunt putredini, & ab ocultis etiam vt refert Athenęus exemplum de quibuſdam, qui in conuiuio ex veneno hauſto omnes interierant, præter vnum qui multis diebus antea continuo citroni-

F bus veſci ſolebat. Similiter cornarius etiam ex eſu fungorum plurimorum nõ laborauit morbo, cum omnium fuerit imbecillis maximè, quia citrones aliquot diebus antea continuò comederat, vxor, liberi, & ſeruus qui robuſtiſsimus dimidium tãtum comederat, omnes ægrotarunt periculosè.

De gonorrhea pro nobili Veneto Cornario collegium Montani. ad Conſil. XXXVIII.

Xcellentiſsime Doctor habemus hic virum nobiliſſ. laborantem defluxu quodam præter naturam qui demittitur per vias vrinæ, cuius inquirenda eſt cauſa: cum enim ſint tres anni quod hunc fluxum patitur: ideò circa hoc malum debemus laborare & videre cuius naturæ ſit & quas materias habeat. Incipiemus ab hiſtoria. Iam tertius eſt annus à quo incidit in hunc defluxum & ſine cauſa manifeſta. Materia autem defluens erat talis vt primo videretur fermè in exitu coloris citrini ſeu lutei, & circa

circa exitũ mordicationem faciebat, & ſic perſeuerabat per aliquot dies, poſtea fuit curatus. poſtquã duxit vxorem rurſus rediјt, & cùm prius eſſet materia citrina & fluens, nunc eſt immutata à colore & qualitate, non enim habet illam qualitatem malam, & facta eſt etiam conſiſtentiæ liquidioris, & ſunt iam aliquot dies quod ſic eſt immutata. His ita ſtantibus quærendum eſt modo quæ nam fuerit huius defluxus cauſa: quam quidem potentiſsimam fuiſſe neceſſe eſt, quia nõ habuit extrinſecus aliquod motiuum manifeſtum, fuit ergo ab intrinſeco: & quod fuerit cauſa potentiſsima arguit perſeuerantia affectus, neq; enim in leui cauſa ita perſeueraret cum fuerit maximè diligenter curatus. Quæ igitur ſint iſtæ cauſę videndũ, & primo quantum ad cauſas diſpoſitiuas, fuerunt membra generantia humores in quibus fuit concoctiones, & primo (meo iudicio) ventriculus fuit qui frigidus eſt: Quod autem ſit frigidus ventriculus multa ſigna indicant, ſolitus eſt pati multos flatus, & certum eſt flatus non prouenire niſi a calore diminuto, nõ B vltima tamen diminutione, quia nihil concoqueret, ſed ſat eſt quod frigus ſuperat calorem: Apparet etiam ex tactu vẽtriculi, habet enim hypochondria mollia, & ventriculus tamen videtur habere tumorem quendam quod atteſtatur frigus: eſt etiam coloris pallidi qui color ſolet apparere in talibus. Cum autẽ neceſſario talis fiat concoctio qualis eſt temperatura ventriculi, & ventriculi temperatura in hoc nobiliſsimo viro ſit frigida, ideò plurimum generatur in eo pituitæ in prima coctione: Deinde epar habet ſupercalefactum vt oſtendit color ſubniger & pili nigri, qui ſanguinem generant ſimilem ſuæ temperaturæ, & ita in ſecunda coctione generatur ſanguis aduſtus melancholicus, quod indicat naturalem temperaturam epatis eſſe calidam: Ita fit congeries invtilis humorum: In prima coctione generatur pituita, in ſecunda bilis aduſta, qui cum invtiles neceſſario expelli debeãt, expelluntur per vias debiliores, ſecundo de facult. nat. primo, & cum per vias ordinarias non poſsit C hoc fieri, natura tentat alias: Hic non cõſtat adhuc an educantur per vias & vaſa ſeminaria, an per emulgentes, clarum eſt quod per virgam exit, & ſic videtur tota vis morbi: nam vt per has vias ideſt vaſa ſpermatica efflueret, multæ fuerunt occaſiones, in vigeſimo ſeptimo anno multum indulſit veneri, ratione cuius facta eſt dilatatio vaſorum, & ita natura conſueuit emittere materiam per illa loca, ratione debilitatis & dilatationis: ſed cum in venis etiam ſint plurima excrementa, & proprius locus euacuationis venarum ſit per renes & vrinam, fieri poteſt vt materię etiã veniant per illas vias. Cum igitur per has duas vias materia venire poſsit, quęritur num materia illa quæ inuolũtariè exit, & primo habebat dominium bilis nunc verò habet dominium pituitæ, nunquid ſit materia ſpermatica quæ deferatur à vaſis ſpermaticis: an vero p venas emulgentes: & credo dicendum quod ab vtriſque

A vijs exeat, eſt enim materia deformis ſpermatica pituitoſa & cholerica, ſunt autẽ iſtæ duæ viæ ſeparatæ, nam vaſa ſeminaria nihil habẽt commune cum renibus, ideò admiror iſtos qui patiuntur gonorrheam & dicunt dolere ſibi renes niſi id fiat propter vicinitatem per conſenſum, ſunt enim renes ſeparati, ſi modo incaleſcũt neceſſario hoc fiet propter approximationem partis calidæ. Dico igitur quod materia illa defluit per ambas vias, per vaſa nanq; ſeminaria & renes, & hęc quantum ad materiam & cauſam illius defluxus quę eſt illorũ membrorum intemperies. Vtrum modo etiam cerebrũ patiatur, non habeo certitudinem aliquam. Habemus cauſas diſpoſitiuas intrinſecus membra iſta, habemus cauſam efficientem, multum coitum, & ſemper vbi ſunt excremẽta in corpore diſſeminantur ad partes debiliores, ideò ad vaſa ſpermatica defluit, & per vrinales vias, quia quæ ſunt in venis per eas expurgari debent neceſſario. Habemus igitur principium huius defluxus vnde fluat, & loca ad quę, & vias per quas defluit: cum autem adhuc patiatur fluxũ, & ſit immutatus, quæ ſit cauſa illius mutationis? Dico quod hoc eſt eo quia vbi ægritudines longę ſunt calidę in principio, ſi perſeuerent fiunt frigidæ, quia calidum ſub inde effluit & diminuitur ex quo redduntur frigidę cum prius eſſent calidę. Cum hę eſſent huius defluxus cauſę, bonus ille medicus tantummodo ſymptomata curauit dimiſitq; cauſas, vſus eſt tantum adſtringentibus, & ita incidet in maximam periculum, quia ſi materia illa fuiſſet ſuppreſſa, potuiſſet etiã de facili ſupprimi vrina, & ita in grauiſsima ſymptomata incidere, & quidem iam factum eſt vnum quod non ita libere mingit, patitur etiam dolorem aliquem circa lumbos, quod ſignum eſt factam eſſe aliqualem impreſsionem illorum adſtringentium quæ nobis rectam curam impediũt. Curationem vir excell. crediderim eſſe incipiendam cum aperientibus quæ etiam aliquo modo euacuant, inciperem à minoratione, & euacuarem materiam quæ continetur in primis venis, & admiſcerem aliquid hierę cum flore caſsię, hiera enim contemperat caſsiam & prohibet flatus, purgat bilem & non pertranſit venas meſeraicas. Andronicus inuenit hieram tantum propter ægritudines calidas, quare non haberem pro incõuenienti admiſcere hieram: hoc pacto accederem poſtea ad ſyrupũ de cichorio comp. ſine rhabarbaro, aperit enim & confortat ventriculum & non calfacit ſimul cum melle roſato, acciperem vtriuſq; ℥ j. & acciperẽ decoctum ex cetrach cap. ven. & agrimonia quę habet vim aſtringendi, & confortat epar. Hos ſyrupos exhiberẽ in potu quatuor vel quinq; pro coctione materiæ, deinde euacuarem iterum cum leuioribus, cum infuſione rhabarbari vel cum caſsia. Hoc facto deuenirem poſtea ad ea quæ euacuant per vias vrinæ. De iſtis balneis. Habemus flatus multos, debilitatem ventriculi qui generat pituitam plurimam, deinde habemus conſtrictionem magnam, ſed modo balnea prouo-

prouocant vrinam & corroborant. Sed eſt vnum obſtaculũ quia æpar eſt ſuper calefactũ, balneum etiam calefacit, quod obſeruandum ne ex his balneis plus nocumẽti eueniat quàm iuuamenti. Domini dico quod ei balnea exhibeãtur, ſic exhiberi debent ita vt accipiat nouẽ aut decem cyathos tantum, nec redeat ad nouã aquam niſi prius priorem reddiderit optimum erit, eò quia aqua non remanet nec moram facit intranſitu, & ſicubi moratur, moratur in ventriculo non in epate, & ideò non facit impreſsionem aliquam de qua ſit curãdum: ſed ſi aſſumerentur ſexaginta cyathi & deinde reaſſumerentur ſeptuaginta prioribus nondum redditis tunc maximum afferrent nocumentum, ſi dabuntur ſicut decet maxime iuuabunt. Sed ſuppoſito quod etiam aliquo modo calefaciant ępar, tunc apertis vijs & euacuata materia poſſumus exhibere aquas thermarum Veronenſium, & ſi primo aſſumat hanc aquam tunc ventriculus armabitur, vt non percipiat nocumentum thermarum Veronenſium, quia quantum calefiet ab his, tantum ab illis refrigerabitur. Illud igitur primũ quod debemus curare in hoc nobiliſsimo viro eſt ipſe ventriculus qui generat pituitam plurimam, & epar generat plurimum bilis. Ea membra ſi corroborare volumus, oportet primo euacuare, deinde aperire cum his quæ confortant & aperiunt: Primo Patauina balnea darem, quę aperiunt, poſt Calderiana quæ corroborant (vbi prius armatus fuerit vẽtriculus) biberet duodecim cyathos ad plurimum poſito quod prioribus epar calefieret, refrigerabitur, & confortabitur à Veronẽſibus quanquam iſtę aquę non manent in ępate ſed cito pertranſeunt & ideo non ſunt metuendæ.

De tremore cordis pro puero Vicentino, collegium Montani. ad Conſil. XXI.

HIſtoria ex Fracanzano. Occurrit nobis D.D. Clariſſ. & ſcholares doctiſſ. caſus & cognitione & curatione difficilis. Hic puer decimum nonum agit annum, & iam plures anni ſunt quod ſine occaſione manifeſta ſæpe non potuit ſe mouere vt quaſi animo linqueretur, ſed id ante annũ in Martio maxime animaduertit, quãdo ad ſcholas vadẽs in itinere ita ſe debilem ſenſit vt coactus ſit ſedere: poſtea ab alio puero volente eum percutere menſe Maio ita perterrefactus eſt vt deueniret in tremorem cordis vt ſe mouere non poſſet: poſtmodum tempore ſucceſsiuo affectio illa aucta eſt, & quandoq; etiam in ipſa vomebat materias bilioſas & praſsinas & cum principio non admodũ eſſet magnus ille tremor cordis & vix decem vel pluribus diebus ſemel eum inuaderet. Nunc longe difficilior & grauior eſt, & ferè continuò cordis tremore vexatur, vnà cum diſſolutione virium ita vt ægrè moueatur ad quod ſequitur debilitas ventriculi, & nauſea interdum cum vomitu pituitoſo, interdum &

D bilioſo: & cum laborat eo morbo arteriæ iugulares admodum pulſant, & ſequũtur etiam affectus quidam capitis vt difficulter & male loquatur, impeditur & auditus, & viſus ac alij ſenſus, maxime tamen motus.

Montanus. Clariſſ. D.D. proponitur nobis caſus plenus difficultate quo ad cognitionem et quo ad curationem quod multa arguunt maximè verò quod habiti ſermones inter clariſsimos doctores medicos non ſunt concordes de cauſis huius morbi. Diſſenſio autem inter magnos viros non falſitatem ſed difficultatem arguit. Caſus ergo talis eſt vt optime propoſitus eſt ab excellentijs veſtris: Inter ſymptomata à quibus affligitur vnum maximũ eſt et precipuum videlicet tremor cordis cum quo vomitus eſt, & dolor ventriculi, & læſio etiam quædam capitis percipitur propter vapores aſcendentes ad caput, et interrumpentes, non ſenſus ipſos, ſed motum. Hæc ſunt accidentia quæ patitur, ſed
E potiſsimum eſt tremor cordis.

Hic tremor cordis ita ſe videtur habere ad affectus cordis, ſicut vertigo ad affectus cerebri. Sicuti enim affectus cerebri tres ſunt qui ſe per gradus inuicem ſequuntur, vertigo, epilepſia, & apoplexia: ita in cordis etiã affectibus tres ſunt gradus, eſt tremor qui ſe proportionaliter habet ad vertiginem: eſt enim motus cordis in quo natura aſſurgit ad expulſionem vaporum, & materiarum affligentium cor, ita tamen vt non intercipiatur actio cordis: eſt deinde ſyncope quæ ſe proportione habet cũ epilepſia, ſicut enim hæc intercipit actiones cerebri ſenſum & motum, non tamen omnino delet, ita ſyncope eſt quaſi epilepſia cordis intercipiẽs actiones cordis ad tempus aliquod: tertius gradus eſt mors quia ſicut apoplexia omnino delet ſenſũ & motũ: ita ſyncopen mors ſequitur, qui eſt omnimoda extinctio omnium operationum cordis. Hæc cum ita ſe habeant actu, neceſſe eſt eaſdem eſſe cauſas o-
F mnium horum, & quod tantum differant ſecundũ maius & minus vt pulchre docet Gal. 12. therapeu. quẽ ſequitur Auic. in ſuo capitulo de tremore cordis, licet ſatis imperfecte vt ſolet facere Auicenna.

Poteſt autem contingere tremor cordis propter tres cauſas, vel quia vitium ſit in membris ſolidis, vel in humoribus vel in ſpiritibus, ſicut enim homo ex his tribus conſtituitur, ita ex harum vitijs poteſt contingere tremor cordis, ſyncope, & ipſa mors, ſiue modo per conſenſum ſiue per eſſentiam fit in corde quia eodem redit. Quærendum modo quæ ſit cauſa in hoc puero, ſi ratione alicuius membri ſolidi: de corde id nequaquam dixerim quia non apparet lęſio aliqua in ſubſtantia cordis: vt quòd patiatur diminutionem aliquam, vel augmentationem, vt inflamationẽ vel abſceſſum: An humor aliquis auctus in corpore ratione cuius nõ poſsint boni ſpiritus generari? Hoc iam ſtatim apparebit vbi pauca quædam prius dixero, quia aliquid in humoribus vitij eſt, aliquid in ſpiritibus, & ſi membra ſecundum propriam temperaturam conſi-

conſideremus, eà quoq; non ſunt ſine vitio: ita vt
ab omnibus illis tribus concurrẽtibus tremor cor
dis in hoc puero cauſetur: & vt hoc probetur, pri-
mo videamus temperaturam naturalem, an ea poſ
ſit eſſe in cauſa, dicam libere quod ſentio ſicut ſem
per ſoleo facere (quia vterque, temperaturæ frigi-
dæ ac ſiccæ ſeu melancholicæ cum aliquali tamen
epatis caliditate, dixerat.) Solitus eſt tempore ſani
tatis eſſe coloris viuidi, & quidem cum iam diu la-
borarit, & ſit extenuati ex parte muſculi ſatis bo-
ni, tamen habitus eſt nigri coloris, barbam non-
dum habet, quod cur fiat poſtea patebit. Ideò non
credo eum in radice ſuæ temperaturæ habere ali-
quam frigiditatem epatis & cordis, nec eſſe melan
cholicum naturaliter, tales enim vt Gale. optime
docet ſecundo de temper. redundant pilis, colore
albo ſunt, graciles, & pilos albicantes habent, quo-
rum nihil apparet in hoc iuuene, ſed omnia con-
traria, nec molliciem carnis ad tactum. Ideò potius
crediderim ea duo membra fuiſſe (& forte etiam
nunc eſſe) calidæ & ſiccæ temperaturæ, & quod e-
par calidum & ſiccum fuerit & ſanguinem calidũ
& ſiccum generant arguitur ex colore corporis.
Quod etiam cor (de his enim duobus mẽbris prin
cipaliter agendum eſt quod in ijs potiſsimum po-
ſita cura) ſit calidum & ſiccum apparet ex excan-
deſcentia, quòd admodum eſt pronus ad irá. Quia
autem huius caliditatis & ſiccitatis varij gradus eſ
ſe poſſunt: quædá enim corpora raræ texturæ ſunt
quæ facile reſoluuntur, alij minime: quidam celeri
ter ſeneſcunt, alij tardius: ego in hoc puero illos ca
liditatis & ſiccitatis gradus tales fuiſſe credo vt fa-
cile accedente ſolicitudine animi, ſtudijs & timore
magno ſiniſtri præceptoris & parentũ, potuerit re
ſolui vigor caloris per ſeſe reſolubilis, ita vt huic
contingeret quod alijs poſt trigeſimum quintũ an
num cõtingere ſolet ob cauſas extrinſecas, vt nunc
ſit frigidus & ſiccus ſecundum aliquam partẽ, ſed
per aduſtionẽ, quia humores vi caloris aduſti ſunt;
& calor propter cõſumptionem humidi factus eſt
ſeipſo debilior, vbi enim eſt talis aduſtio efficiun-
tur humores melancholici leui de cauſa ex quouis
timore: timor enim eſt principiũ humoris melan-
cholici, & hic puer præceptorẽ ſuum valde metue
bat, & quia tot cauſæ concurrebant ideò auctus eſt
tremor ille ita vt medius ſit affectus iá inter tremo
rem cordis & ſyncopẽ: credo igitur omnes tres cau
ſas conuenire ad generationẽ huius affectus, frigi-
ditatem in ſubſtantia cordis factá per vim aduſtio-
nis, ratione cuius generatur ſanguis craſsior & adu
ſtus, & ſpiritus fiũt impuriores qui ad cor eleuan-
tur & faciunt hunc affectum. Eſt enim tremor cor
dis motus cordis præter naturam quo inſurgit ad
euentanda & expellenda ea quæ ſunt in corde præ
ter naturam, ſicut per tuſsim eijciũtur quæ ſunt in
pulmone. Cum igitur vapores illi craſsi & melan-
cholici aſcendũt ad cor, & natura inſurgit ad expul
ſionẽ, fit ille motus & tremor cordis: Si verò vapo
res inualeſcant, & naturã ex parte vincere conãtur

A fit ſyncope, & ſi adhuc magis augeãtur vapores vt
naturam plane ſuperant, ſequitur mors: ita totũ ex
frigiditate & ſiccitate nõ naturali ſed acquiſita per
viam aduſtionis, ratione cuius generatur ſanguis
craſſus & aduſtus, et ſpiritus fiũt maligniores, qui
aſcendentes ad cor faciunt tremorem cordis maio
rem et minorem, ſecundũ quantitatem & qualita-
tem ſpiritus: et quidẽ credo cor ita eſſe in cauſa hu-
ius affectus vt ſimul conſpirent etiam in eũ omnia
reliqua membra per totum ambitũ corporis, nec
epar et alia mẽbra per ambitum corporis ita in cau
ſa ſunt, quin cõſpiret etiam ipſum cor propter inſi
gnem illum timorem, & hac ratione eſt caſus diffi-
cillimus. Hæ quidem ſunt cauſæ efficientes huius
mali extrinſecæ & intrinſecę: materia eſt vaporoſa
& melancolica. An aũt incipiat affectus à corde an
verò à vẽtriculo dubitari poteſt. Fracázanus à cor
de, Phriſimelica à vẽtriculo et per cõſenſum ad cor
peruenire dicebat, primo de locis affectis in fine.
Ego credo prius fieri tremorẽ cordis aſcẽdentibus
B vaporibus ad ipſum, et in illo tremore fieri contra-
ctionem cordis per agitationem humorum in qua
pars ſanguinis ſubtilioris vertitur in bilem quę de
inde effuſa ad ventriculum facit eos dolores et tan
dem euomitur, ſicut in omni ſyncope etiam quę fit
à cauſa frigida cõtingere ſolet vt terminetur in vo-
mitũ billioſum, quia bilis facillime mouetur ratio-
ne ſubtilitatis. Hac ratione etiá ventriculus in hoc
puero naturaliter multum generat pituitæ ſicut e-
tiam in naturaliter melancholicis fieri ſolet, tamen
in hoc affectu & tali diſpoſitione ad ſyncopin, non
mirum eſt ſi ſequatur vomitus bilioſus, quia in tali
affectu facillime materia inuenitur in ventriculo
quæ in bilem praſsinam mutetur: generatur enim
ſola bilis praſsina in ventriculo quoties vel ſeipſo
calidior eſt ventriculus, vel vbi ingeruntur calidio
res cibi qui in bilem facile verti poſsint. Ita facile
etiá ſtante frigiditate ventriculi naturali adeſſe po
teſt bilis illa: et hæ ſunt cauſæ cur credá pręcedere
C tremorem cordis, et dolores vẽtriculi et vomitum
ab eo pendere, et ad eũ ſequi. Quod autẽ poſsit ob
ijci, poſt vomitum ceſſare ipſum tremorem, et id ſi
gnum eſſe quod ab affectu ventriculi principaliter
pendeat: Dico id fieri per accidẽs vt ceſſet tremor
poſt vomitũ quia cauſa ceſſat, bilis enim et humo-
res maligni facientes tremorem eijciuntur per vo-
mitũ, ideò et morbus ceſſat. Neceſſe enim eſt in ea
pugna alterutrũ vincere, vel calorẽ vel materiá, vin
cente calore & materia per vomitũ eiecta ceſſat tre
mor, non quod vomitus ille fuerit cauſa tremoris,
ſed quia p vomitũ cauſa tremoris ſit reiecta. De re
liquis accidẽtibus quod cerebrũ quoq; trahatur in
cõſenſum, non eſt mirũ, aſcendentibus vaporibus
malignis, & petẽtibus caput. Imò poterit facile de-
uenire ad melancholiá hypochõdriacá vel etiá con
firmatá niſi præueniat mors: Eſt enim magnus tre
mor accidens iá propè ad ſyncopin, & magnũ peri
culũ ne aliquádo repente moriatur. Nam vt Hipp.
ait 2. apho. 41. Qui frequẽter & fortiter abſq; cauſa
mani-

manifeſta ex ſoluuntur de repente moriuntur, vt etiam obiter aliquid dicam de prognoſtico. D

Cura ex dictis facile apparet, primo quęreré humorem generatum euacuare, hic multiplicatus humor pituitoſus & melăcholicus, eos ergo quærerẽ euacuare quatenus virtus & ſymptomata paterentur exquiſite euacuarem, & poſtea alterarem membra & prohiberem aduſtionẽ vlteriorem, quia temperiem iam factam in membris nõ credo poſſe tolli, ſed ne vlterius progrediatur cauẽdum, & in hoc ratio victus optima eſt vt benè dixit clarif. D. qui ſecundo loco dixit: Remedia à veſtris excellentijs propoſita ſunt (hiera cum caſsia, ſy. de bethonica, mel roſ. ſy. de hyſopo. pil. cochiæ cum portione coloquintidis, hiera cum portione agarici). Sed de aquis thermarum quæri poteſt quia illæ omnia quę quærimus facere poſſunt, euacuare reſiduam materiam poſt purgationem habitam, quãtum ad illud non eſſent malæ, habent vim alterandi membra & corroborandi ventriculum ratione cuius etiam plurimum valent in caſu propoſito, licet per accidens poſsint nocere exſiccãdo, & vlterius adurendo ipſum epar & cor. Sed tamen quia tranſit in inſtanti ipſum epar non poteſt facere magnam impreſsionẽ, maximè ſi exhibeantur in debita quantitate, ſicut ſolent nunc eruditi doctores eam exhibere, & non in 40. aut 60. cyathis vt vulgo faciunt. Ideò darem eas & crederem nos potius iuuamentum habituros inde quàm læſionem: vtilitas manifeſta eſt in corroboratione membrorum & vlteriori euacuatione, nocumentũ verò paruum imò nullum inde ſequi poteſt. Poſtea vellem vt circa accidentia animi viueret lætus, & fugeret omnem mæſtitiam, quæreret exercitia amabilia quæ delectationem inducerent, & ſomno etiam plurimo vteretur, qui præcipue valet ad concoquendam materiam & reficiendos ſpiritus: cibarijs vtatur humectantibus ſubſtãtifice, non humidis viſcoſa aliqua humiditate ſed quę ſint boni nutrimenti: vino limpido tenui & albo. Abſtineat à medicamentis omnibus quantum ſit poſsibile, & perſiſtat tantum in bona victus ratione: ſed quia in tali corpore ſemper generantur ſuperfluitates, per interualla cum id occaſio requireret exhiberem caſsiã cum hiera quod ipſum tamen quo rarius fiet eo erit melius. Habeat aliquid quod corroboret cor multiplicando & generãdo ſpiritus vt voluerunt Hipp. & Gal. & qui hos ſequũtur ex rebus odoratis quales ſunt multæ confectiones amabiles: mihi vſitata eſt confectio qua ſæpe & fœliciter in hoc caſu vtor, ex ligno aloes, roſis, ſandalis citrinis & corallis. cũ ambra & muſco. Vbi etiam diambra confectio ſi bene fiat optima eſt, & omnia etiã odorata reliqua quæ non habent exceſſum aliquem caliditatis, talibus enim corroborabitur cor. Hac ratione (ſi aliquo modo curandus eſt) curabitur vt ſpero. Sed metuo ne ſubito aliquando ſyncope quædam accidat quę deſtruat virtutem quod quidem præcipue eſt cauendum.

De agendis pro Germano conſultatio breuis. ad Conſilium CCCXLV.

FRacanzanus. Clariſſ. D. D. Hic iuuẽnis purgatus eſt primum à me, bibit deinde aquas, accepit duciam & lauit ſe quoque, prout illi præſcriptum eſt, habebat antea ſtuporem in ſiniſtra tantum parte, is nunc auctus eſt & in dextram etiam partem venit, eam ob cauſam ex thermis redijt vt conſuleret de agendis: ego quia vir excel. aberat ne fruſtra hic eſſet quatuor ſyrupos exhibui, & cras eum purgare conſtitui, vnxi etiam ſpinam cum anodinis, oleo camomillæ anethi & alijs, ſed parum aut nihil profeci. Nunc quid agendum ſit deliberandum eſt an ad thermas iterum mittendus ſit, & ſi mittendus an ad lutum. S. Bartholomæi potius, an verò ad S. Danielem. An item iam mitti poſsit ad S. Bartholomeum cum nondum ſint caniculares in quibus omnium efficaciſsime operari ſcribunt. E

Montanus, Optime mouit Clariſſ. Doctor dubium de cauſa huius luxationis ſpondilium an ſit ex ſiccitate neruorum ob quam contrahuntur, an verò ex humiditate nimia relaxante nam ex vtroque fieri poteſt, & quidem magnam ſuſpicionem mouẽre poteſt quod ſit ex ſiccitate, quod cum thermis ſulphureis ante in Germania & nũc etiam hic denuò vſus ſit, nihil iuuetur tamen. Sed ego vt & in principio dixi ſentio eſſe ex humiditate & ex materia ibi aggregata ob corpus refrigeratum magis quàm conueniebat, quod ita eſſe catarrhus etiam qui eam laxationem præceſsit teſtatur.

Quod autem poſtquam in balneis nunc fuit, deterius habere videtur & eſt ſecutus ſtupor alterius etiam partis non mirum eſt, cum enim ſit ibi materia vbi eſt luxatio ſpinę, poſtquã intrauit balneum colliquata eſt ea materia, & reſoluti humores facile potuerunt deſcendere ad partes debiliores ſicuti ſolet fieri, ob quam cauſam nerui ab affluẽte materia repleti ſenſum perdunt & ſtupor ſequitur. Videndum eſt igitur dum nouum eſt malum vt ſuccurratur, & materia tota dum in motu eſt reſoluatur & digeratur. F

Cum igitur non ſit tam magnus calor materiæ euacuarem eum & adderem aliquid ex agarico, vel acciperem ea quæ agaricum cum alijs continent qualis eſt confectio hamech pill. cochiæ & ſimilia. Deinde cum iam ſit facta colliquatio materiæ viderem vt ea reſolueretur. Iret ad lutum S. Bartholomej & eo vteretur ſicut ibi conſuetum eſt, quod ſi non reſoluẽretur, adderem poſtea alia fortius reſoluentia & etiam ſi nondũ ſint dies caniculares tempus tamen ſatis idoneum eſt, & credo eas ſemper ſuam habere virtutem, omnes illæ thermæ reſolunt, & eiuſdem quaſi naturæ ſunt, ideo toto eo tempore quo non ſunt in balneis vtor mollientibus & curo eos inungi oleo amygdalarum dulcium pinguedine gallinacea vel ſimilibus, hæc ipſe etiam experiatur.

De tre-

De tremore cordis & dolore capitis ex affectibus matricis & ventriculi, pro Nobili Furlana. ad Conſilium XXII.

Videtur eſſe huius conſultationis fragmentum Conſilium 194.

MOntanus, Vt meli⁹ appareat quę ſint iudicanda circa curam huius nobiſsimę matronæ de hiſtoria eius pauca dicam quæ prætermiſſa videntur à clariſsimis Doctoribus. Audiui iam plurimos annos præterijſſe quod laborarit frequenti præfocatione vteri, ita inſigniter vt perderet ſenſum ac motum, non agnoſceret accedentes etiam ad eam chariſsimos amicos, ſed videret eos quaſi per nebulam, & eorum aſpectu nigro perterrefieret. Hoc per multos annos paſſa, poſtea annis intercedentibus vapores habuit aſcendentes ad caput qui adhuc perſeuerant, cum tamen vteri affectus deſierint, nihil ominus accidens ſequutum vt vapores ſubito elati ad caput auferant ſenſus vt non memoretur (ſicut ipſa dicit) & tamen percipit ſibilum quendam aurium, ſucceſſerunt & duo alia ſymptomata quæ adhuc durant. Flatus quidam occupát dextrum latus cum dolore inſigni qui protéditur ad dorſum, & quãdoq; iſte dolor ſic ſe habet vt terminetur ad anxietatem quandá, quę non eſt dolor, ſed eſt deterior dolore: videtur grauitas quædam circa cor & anxietas ita tamẽ vt non palpitet notabiliter, quod percipi poſsit ſed ſentit defectum animi magnum (Hoc ab anno nunc primum incepit & nunc non palpitat, ſed in principio cum primo corriperetur mouebatur cor perceptibiliter.) Quandoq; verò iſte dolor terminatur ſine anxietate illa, quandoq; verò in anxietatem vt neutrum ſit perpetuum: Aliquando vice verſa incipit illa anxietas cordis quæ ipſa quoq; aliquãdo terminatur in dolorem hypochõdrij, quãdoq; verò per ſe terminatur ſine eo dolore, & ita tres ſunt affectus diuerſi de quibus conqueritur hæc nobiliſsima mulier. Anxietas illa cordis quæ quandoq; terminatur in dolorẽ hypochõdrij dextri quandoq; per ſe finitur, dolor hypochõdrij qui quandoque finitur in anxietatem cordis, quandoq; per ſe ſine illa, vapores aſcẽdẽtes ad caput excitant dolorem in poſteriori parte præcipue ac ſincipite ſicut ipſa refert (dolor autem capitis & hypochondrij iam quatuor annis durarunt) & ita tres ſunt affectus diuerſi licet quãdoq; ita communicent vt alter deueniat in alterum ſicuti dictũ eſt, hæc ſunt ſymptomata quorum cauſæ inquirendæ ſunt, niſi enim eorum cauſas cognouerimus nihil proficiemus in cura. Hic modo diſcrepantia eſt, viſum Doctori Clariſſ. primo loco dicenti contingere hæc omnia propter frigiditatem vẽtriculi ratione cuius flatus generantur qui poſtea ad cor & cerebrum perueniunt, & ita primogeniũ affectum in ventriculo poſuit ratione cuius conſurgant hęc omnia accidentia. Alius Doctor qui ſecundo loco ſermonem habuit credit totum eſſe ob flatus hypo-A chondriacos, & eſſe melãcholiam mirachialem (vt vocant) ratione cuius vapores aſcendunt ad cerebrum & cor, ob obſtructionem circa epatis regionẽ frigidiore materia flatuata vt ipſe vocat. In hac clariſsimorum virorum differentia dicam quod ingenue ſentio more meo, vt ſcholares habeant aliquid veri in materia notatu digna.

Ac primo dico quidem ventriculum magnã cauſam eſſe huius mali ſed non totum ad eum referendum eſſe vt poſtea oſtendã. Ex flatibus hypochondriacis omnino fieri non poteſt, nam flatus hypochondriacus (vt oſtendit Gal.3.de loc.aff.) prouenit ex flatibus generatis circa regionem epatis & fit à cauſa calida & ideò longe decipiuntur medici qui cum in eo morbo flatus vident putant eos eſſe à cauſa frigida & ſtatim adhibent calida, & miſeros ęgros occidunt, loquor de malis & imperitis medicis non de doctis. Eſt igitur flatus hypochõdriacus à cauſa calida, & eſt inflãmatio & ebullitio ſanguinis circa regionem epatis, ratione cuius aſcẽdunt
B vapores & faciunt flatus hypochõdriacos. Hæc eſt prima ratio ab ipſa rei eſſentia quod non poſsit eſſe flatus hypochondriacus, cum hic ſit materia frigida, quod inde patet quia maxime iuuatur à calidis frigidiora vero nocẽt plurimum & applicata foris & per os aſſumpta. Deinde accidentia etiam monſtrant non eſſe melancholiam hypochondriacam, poſtquã enim non amplius laborat affectibus vteri nihil timet planè, ita vt etiam ſine timore omnes hos ſuos affectus iam recitet, eſt autem propriũ melancholico hypochondriaco ſemper timere. Ita igitur neq; quo ad eſſentiam neq; quo ad accidentia quæ morbi eſſentiá conſequuntur ad mirachialem referri poteſt, ſed quærenda eſt alia cauſa horũ ſymptomatũ. Eſt autem omnino cauſa frigida ex qua oriuntur, & eſt quidẽ nunc cauſa potiſsima ventriculus. Sed ſi volumus aduertere ad pręfocationem matricis quam perpetuo perpeſſa eſt in principio donec mutaretur ægritudo, ea haud dubie eſt huius mali cauſa primitiua. Solet enim ſępe fieri vt v-
C num ſymptoma mutetur in aliud & poſtea ceſſet prius, ſicut Auic. refert quod ex dolore colico cũ in podagram incidant homines ceſſet dolor colicus, hoc ſæpiſsime fit etiam in alijs: paſſa vteri præfocationẽ & vapores aſcenderunt ad caput ex retentione ſeminis & materiæ vtilioris quam mẽſtruorum quia iuuenis caſta ſine marito diu vixit (eſt enim quinquaginta duorum annorũ, & viginti annis vidua manſit à menſtruis ſemper bene purgata, ſed iam ſex annis ceſſarunt) acceſſerunt poſtea curæ, participauit vterus læſionem ventriculo, eſt enim magnus conſenſus, inter vterum ventriculũ & cerebrum, cum quibus etiam cor participat propter ventriculum. Eſt autẽ ille conſenſus non quia nerui ad ea membra à cerebro deſcendát (ſicut & Gal. deridet) pauciſsimi enim & minutiſsimi ad cerebrum deueniunt, ſed eſt propter ſimilitudinẽ ſubſtantiæ, ſunt enim membranoſa membra tam ventriculus quam vterus, & cerebrũ etiam membra-

nas habet extrinſecus & intrinſecus etiam, eſt etiam conſenſus earum partium propter vapores per rectum aſcendentes & deſcendentes. Cum igitur ità conſentiant, non mirum eſt ſi vterus communicauit affectum ſuum cum ventriculo, & poſt modum tempore ſubſequēti ceſſante materia quæ faciebat præfocationem menſtruorum (eſt enim annorum 52.) ceſſauit ille affectus, & communicatus eſt ventriculo qui redditus ſe ipſo frigidior ratione conſenſus, cerebrum etiam infrigidatum ratione vaporum aſcendentium, conſentit & cor ratione ventriculi & vaporum ad ipſum cor aſcendentium. Ideo ſequuta ſunt omnia ſymptomata dicta, flatus in parte dextra vbi caliditas maior in epate quæ poteſt flatuare materiam viſcoſam, in ſiniſtra parte in hac ætate non tantus calor eſt, vt materia tam frigida & viſcida agitari poſsit, flatuatur igitur in dextra & quærit exitum, & cum ab epate per concauam venam fertur & in ea flatuatur, in dorſo dolorem percipit, quia concaua vena ibi aſcendens flatu repletur, & quia magnus conſenſus eſt inter venam concauam & arteriam aortam deſcendentem, communicat enim ei ſanguinem, & ab ea viciſsim ſpiritum recipit, ideo interdum communicat etiam illi flatus, qui poſtea ad cor deferuntur, & ideò aliquando dolor ille ad cordis anxietatē terminatur, quandoq; verò non prouenit ad cor quando vapores non ſunt tam multi quia reſoluantur antequam ad aortam per venam concauam perferantur. Quandoque anxietas illa in corde incipit quia vapores ab vtero & ventriculo aſcendere poſſunt per alias vias ad cor quam per venam concauam & aortam, per arterias videlicet quæ inſignes & magnæ ad vterum maxime & ventriculum etiam deferuntur. Cum igitur per eas flatus illi aſcendunt ad cor faciunt anxietatem illam, & quandoq; expulſi à corde inueniūt vias ad ventriculum per arteriā aortam, & inde etiam à virtute expelluntur à membro nobiliori ad partem debilitatam videlicet hypochondrium dextrum, & ideo quādoq; anxietas illa in dolorem hypochondriorum terminatur, quandoq; verò cum ſit materia non tam multa ſed in corde vi caloris ſtatim reſoluitur, & hęc cauſa eſt cur hi dolores quandoque communicent, quandoque non, cur alter in alium interdum, aliquando per ſe terminętur, & quod de his duobus doloribus dicitur, idem de occupatione ſenſuum interiorum quoq; dici intelligatur. Sētit notabiliter vapores aſcendentes & inculcari in ſynciput, & occupare memoriā, ſic enim exponit, & cum ibi volunt ceſſare ſentit tinnitum auriū aut quaſi ſibilum quendam, quandoq; etiā ad cor vel ventriculum reflectūtur, cum in capite reſolui ob multitudinē nequeant, ſed cū ibi reſoluuntur ſentit tinnitum & ita facile eſt inuenire cauſas horum ſymptomatum ita vt referantur ad vapores craſſos frigidos quidem ſed non ita exquiſite, quia aliquid habent admiſtæ caliditatis. Nam ſi ex habitudine corporis, colore, moribus, quod generauit maſcu-

D los, eſt prudēs & ſagax iudicio naturaliter calidam crediderim & præcipue epar habere calidū quod generat humores calidos & bilioſos. Ita vapores non tantum ab epate, ſed à toto ambitu venarū calidi etiam aſcendunt ad caput & miſcentur frigidis aſcendentibus ab vtero et ventriculo, qui vterus etiā ſi forte cum maſculos generauerit calidior fuerit, ratione ætatis tamen & accidentiū frigidior factus, & frigiditatem ſuam ventriculo communicauit, ſunt enim partes membranoſę, & ideò facile refrigerantur maxime in deſcenſu ætatis & ſexu muliebri. Ita duo ſunt mēbra quę vapores frigidos generant, vnum vero calidos, qui miſti, ſunt cauſa omnium illorum accidentiū, nec ſunt humores aduſti, quia nullum apparet ſignum aduſtionis neque vllæ imaginationes melancholicæ.

Dictum eſt de cauſis intrinſecis materialibus & efficientibus diſpoſitiuis, acceſſerūt animi accidentia ex morte mariti, & filiæ vnice dilectę quam ad-
E huc non ſine lacrymis recitat, & ex mærore maximo incidit in hos affectus. Nam mæſtitia ad certū quidem tēpus calefacit, ſed vbi perſeuerat & vltra eum gradū producitur nihil magis refrigerat, propterea quod nimiū reſoluit calorem, ſic & vigiliæ, ſunt iam quatuor anni: non igitur mirum ſi incidit in hæc peſsima ſymptomata, & hæc cauſa eſt cur peſsime tolleret medicinas, quia vbi calor debilior eſt non poſſunt ab eo actuari quia venena ſunt & ſemper pugnant cōtra calorem antequam alterentur, in hoc enim differt ab alimēto medicina, quod ex magna ſui parte ſit contraria naturæ, & eius ratione procedit pugna alterationis, tollerat tamen benedictas præcipue medicinam ex manna quæ eſt ferè cibus & non ita pugnat cum natura.

His ita ſe habentibus quid nobis dicendum de prognoſtico? Credo quod nō curabitur curatione vera quia facta diminutione caloris innati, cum ſit iam in 52. anno & ſit ſępius purgata non ceſſarit ta-
F men, & habeat mineram congenitā, ępar naturaliter calidum generat humores calidos, ventriculus & vterus cum habitu facta frigidiora, generāt vapores frigidos. Hæ temperaturæ non poterunt remoueri, poterūt regulari tamen vt in melius proficiat & perſeueret tanquā in imagine ſanitatis donec caliditas arte acquiſita reſoluatur. Si iuuenis, ſpes eſſet, ſed in hac ętate ad bonam temperiē non poteſt reduci, habebit tamen hoc commodi quod melius habebit & ſecūdo nō decidet in deterius, & melius habebit quandiu vires medicamentorum agent in membra, et quandiu calor factus per artē permanebit in vētriculo, ſed ſemper id habet natura vt quālibet etiā artē demoliatur vt dicit Verg. in Georg. & ideo credo quod nunquam ſanabitur integre.

Illud quod poteſt fieri tale eſt vt quod frigefactum eſt calefiat vt conſtat iam inter Clariſsimos Doctores, & experientia etiam conſtat quia à calidis iuuatur, frigida omnia aduerſa ſunt. Materiā pituitoſa ex frigiditate vt ſanatio indicat, cum res calidæ applicantur melius habet,

ſic æſtate

ſic ęſtate melius habet, hyeme peſsimè, niſi eſſet in cameris calidiſsimis, igitur & nunc, ſi membra calefiant melius habebit & iuuamentum percipiet, ſed ante quam aliquid alteretur, impedimenta remouenda ſunt & euacuandum corpus. Iam accepit mannam cum reclamaret ſe non poſſe aliud tollerare, eam pro lenitiuo dedimus præter noſtram conſuetudinem, nunc accipit ſyrupos datos à Clariſſ. doctore ex ſyr. de betho. & cichor. cum decocto beth. meliſſæ, boraginis in brodio. Facta coctione euacuabitur, & certe ſi libere agere poſſemus, deuenirem ad agaricum, ſin nolet pati, cum rhabarbaro & ſy. roſ. ſol. euacuabit ſaltem ea quæ ſunt in ventriculo.

Deinde accedet ad balnea & ea bibat & quamuis ſemel cũ innataret (neſcio quo pacto aut quam ob cauſam) peius inde ſenſerit, tamen cum 24. anni ſint quo tempore erat multo calidior, ideò ſe calefecit nimium, hoc tempus alios mores poſtulat materia frigidior, ideo non nocebit, ideo non abhorrerem vt immergeretur, biberet autẽ cum conditionibus debitis, non aſſumendo 40. aut 60. ciathos, ſed vſque ad 14. vel 15. & non vltra, nec vnquam nouam accipiat niſi præcedentem prius reddiderit. An debeat armari epar euentus docebit, ſi perceperit nimiam caliditatem epatis debet refrigerari cum linimentis pòtius quam cum eis quæ per os aſſumuntur vt eſt confectio ſandalorũ quæ adſtrictionem habet & conſtringit venas meſaraicas & impedit tranſitum aquarum, linimenta verò iuuant & non adſtringunt ita vt tranſitum impediant. De ſectione venæ omnino mitterem, & quidem à baſilica dextri lateris quia epar calidum, nec obſtant humores frigidi, quia illi non tanti ſunt vt venæ ſectionem impediant, non enim ita conſternit virtus, & Gal. multos ſe à podagra & epilepſia, qui morbi frigidiſsimi ſunt ſola ſanguinis miſsione præſeruaſſe gloriatur: itaque ab hac non metuerem.

Regimen pro contractione pedis, eunti ad thermas, ex Italico in latinum conuerſum. ad Conſilium LIX.

PRimò mane in diluculo ſurgat ac veſtibus ſe induat, & deambulando, membraq; extendendo ſe exerceat vt ita corpus excitetur, deinde aquam thermarum paratam habeat ſponte & naturaliter calidam non arte calefactam ad pondus ℔. iiij. hoc eſt habeat cyathos quatuor cõmunes quorum vnus ℔. vnam capit, & ita primum cyathum ebibat deinde parum deambulet, ſic quoq; ſecundum & parum ſimiliter deambulet, ſic & tertium, & deniq; quartum eo pacto accipiat, deinde prandium poſt quatuor horas ſumat, ſed animaduertat ne decumbat vel dormiat poſt prandium, vel alio tempore excepta tantũ nocte, nihil enim nocentius quam dormire dum aqua adhuc in corpore eſt, pòtius ergo moderatè ſe exercitet, hillari etiam ſit animo cum

A ſodalibus quantum fieri poteſt, & hęc à primo die quo incipit aquæ potum vſq; in finem obſeruabit, id eſt vſque ad dies ad minus duodecim. Secunda die ſi cyathos aquæ quatuor quos præcedẽte ſumpſit reddiderit, tũ bibat cyathos octo, tertio die duodecim, & in his duodecim perſeuerabit non tranſcendendo hunc numerum vſq; ad diem vltimum. Sed quam maxime & diligenter animaduertat, ne bibat ſequenti die aquam niſi eam præcedẽtis diei bibitam reddiderit, vt tanquam ab igne caueat ne potum aquæ duorum dierum in vẽtre retineat, & ſi fortè accideret, vt priorem aquam non redderet, intermittat vnum diem nec bibat, quia melius eſt omnino abſtinere à potu quam aquá ſuper aquam bibere. Intelligo tamen ſi non excernitur hac ratione, videlicet ſi tota in corpore, vel media, vel ſaltẽ tertia pars remaneat, nam cyathus vnus vel paulò plus, & duo etiam ſi remanerent non multum referret & tollerari poſſet, quia ea quantitas aquæ relicta, vel per ſudorem vel per tranſpirationẽ inſen-
B ſibilem euacuata eſſe poterit. Quantum ad balneũ aquæ pertinet, poſt ſex dies quibus aquam bibit, tum reliquis ſex vtatur etiam balneo & in eo immergatur vſque ad collum, & hoc fiat veſperi ante cœnam, ante tamen occaſum ſolis, imò quod ſolares radij ſuper terram adhuc ſatis vigeát, ita tamen quod ſumpſerit prandiũ verbi gratia hora decima tertia, ingrediatur balneum hora 21. vt intercedant inter prandium & balneum octo horę: Quanto autem tempore in balneo ſit immorandum deffiniri non poteſt, maneat in eo quouſq; tolerat & delectetur, nec tamen debilitetur. Cum verò egreditur balneum, pannis exſiccetur & leuiter, deinde ſe induat, ac in loco non frigido nec vẽtis expoſito quieſcat, nullo pacto etiam ſi propter caliditatem & delectationem, aerem frigidum cuperet, eo tamen ſe exponat. Duciam ſi vult accipere, accipiat in ſpina dorſi in imo lumborum vbi eſt vltima vertebra lumborum, & ducia ab alto cadat, eamq; per quar-
C tã horę partem accipiat, hora conueniens erit poſt quam è balneo exierit.

De ſputo ſanguinis pro Nobili Patauino collegium Montani. ad Conſilium XIII.

CAſum ſic retulit M. Piero Naualis. Clariſſ. Do. habemus caſum non tã cognitione difficilem quam curatione, ideò breuitate vtar. Eſt nobilis iuuenis qui meo iudicio tendit ad complexionem cholericam cum prædominio ſanguinis vt apparet ex habitu corporis & moribus etiam, viuit in delitijs & ocio, portauit arma & loricã continuò, licet iam aliquot menſibus intermiſerit, ex quo laborauit febri quartana ſuperiori autumno, quæ longa fuit cum opilationibus notabilibus, tam epatis quàm ſplenis, aſſumptis remedijs, tum in vere liberatus à febri et tenſionibus ita vt ſperarem optime. Nihilominus iam quinta dies eſt ex quo deuenit ad ſputum ſan-

guinis copioſum vt apparet ſine aliqua cauſa ex-
trinſeca notabili, niſi quod hodie octaua dies eſt ex
quo fuit in feſto ad choreas biduo ſub calore ſolis
ſed leuiori, radij enim ſolis expanſis telis excipie-
bantur, in alijs rebus etenim moderatiſsime rexit,
niſi quod poſt morbum vino vſus eſt paulo gran-
diori, vnde ſanguis illi multiplicari potuit, nec ca-
tarrhus aliquis præceſsit, cum tamen alioqui ad
eum ſit pronus & facile leui de cauſa catarrho &
tuſsi corripiatur, ita vt à cauſa extrinſeca hunc flu-
xum eſſe neceſſe ſi',ratione videlicet multitudinis
& acuitatis ſanguinis, &c.

Montanus, Clariſſ. Doctor, habemus in nobi-
liſſ. iuuene duo ſymptomata, ſeu duas diſpoſitio-
nes præter naturam, ratione quarũ vocati ſumus,
ſputum ſanguinis quale vidimus & ſumus conſi-
deraturi, & duritiem ſeu inſignem tenſionem cir-
ca regionem ventriculi, hæc nunc affligunt eum in
præſenti. Præceſſerunt modo febris quartana, &
in ea vomitus cõtinuus qui afflixit eum valde tam
intenſiue quia vehemens erat quàm extẽſiue quia
diu durabat. Hæc præceſſerunt quæ conſideranda
ſunt, & præcipue vomitus propter cauſas dicen-
das. Duo nunc reſtant & præcipue ſputum ſangui
nis, quod curaturi recte neceſſe eſt inueſtigare cau
ſas ipſius. Primò manifeſtum eſt quod ſanguis re-
ijcitur per ſcreatũ & tuſsim, vnde neceſſe eſt quod
eijciatur à membris ſpiritualibus, quæ per tuſsim
excernunt materiam quæ eſt in profundo ſeu pul-
mone, per ſcreatum verò ea quæ ſunt circa primas
partes aſperæ arteriæ. Hic duo apparent motus ſuc
cedentes inuicem ſibi, quandoq; per tuſsim quan-
doque per ſcreatum, vnde neceſſe eſt quod à mem-
bris ſpiritualibus procedat. Sed difficultas in eo eſt
quia non conſtat vtrum ibi propriè ſit locus affe-
ctus à quo primario defluat. Certum eſt eſſe ex ſo-
lutione continui in vena vel parte venoſa, ſed nun
quid in ipſis partibus ſpiritualibus ſit vitium & a-
perta vena, an verò aliunde eo ſanguis deferatur
eſt difficultas. Si in ſpiritualibus eſt vitium, vel e-
rit in ipſa ſubſtantia pulmonis, vel in pectore, vt
muſculis pectoris vel muſculis ambientibus co-
ſtas, quia in ipſa arteria aſpera non poteſt eſſe cum
nullæ ſint venæ. Non eſt autem in ſubſtantia pul-
monis quia cum in ea eſt ſanguis, exit tenuis & ſpi
rituoſus, propterea quod ſubtiliſsimo ſanguine
pulmo nutriatur, præterea cum à pulmone exit, ita
eſt permiſtus ſanguis cum ſpuma (vt dicit Gal. in
com. aph. 13. lib. 5.) vt tantũdem ſpumæ ſit quãtum
ſanguinis. Tertiò, parua quãtitas ſanguinis ex ſub
ſtantia pulmonis excerni poteſt cum ſit repletus
potius pituita ſubſtantia eius quã ſanguine. Quod
autem non ſit ex arterijs pulmonis ſatis apparet
quia non eſt ſpirituoſus & ſubtilis & quia in eo ca-
ſu ſpiritus effunderentur & adeſſent grauiora ſym
ptomata, nec ex venis eſſe poteſt, nulla enim earũ
rupta eſſe poteſt, quia nullus præceſsit motus ma-
gnus, neq; tanta plenitudo præceſsit vt rumperet
vaſa vt in habitu athletarum eſt, neque catarrhus
D præceſsit qui potuerit erodere, & ſi eſſet ex vena,
eſſet fluxus longe copioſior & continuus, vidi ali-
quando x. lib. effluere & ad ſyncopin, cum rupta e-
rat vena in loco præcipue nobili. Deinde tam ve-
næ quàm arteriæ ſunt partes ſenſibiles, & hic nul-
lus eſt dolor. In muſculis pectoris non eſſe, hę ſunt
rationes, quia cum ex pulmone eijciantur neceſſe
eſſet eas per pelliculas pulmonem ambientes, & i-
pſam pulmonis ſubſtantiam ad aſperam arteriam
deuenire longo motu, & eijci maxima tuſsi vt ap-
paret in empyemate, & ſi eſſet ex venis muſculo-
rum ſequeretur dolor (non dico ſemper ſequi do-
lorem cum ex cauitate pectoris eijcitur. Nam in
empyemate vbi eſt ſuppuratio in ijs locis & non
eſt facta ſolutio cõtinui non eſt dolor. Sed hic quæ
rimus de loco principaliter affecto). Si igitur ibi
inciperet propter ſolutionem continui eſſet dolor
& ita non crediderim principaliter oriri à pulmo-
ne illum fluxum ſanguinis, nec à ſubſtantia nec à
E venis nec ab arterijs eius eijci nec à muſculis nec à
cauitate pectoris, niſi quatenus aliunde eò defluit.
Crediderim igitur potius à partibus ſuperioribus
à capite videlicet per aſperam arteriam deſcende-
re ad guttur & pulmonem (Naualis putabat eſſe in
partibus ſpiritualibus quia cum tuſsi & ſpuma, ſed
non ex pulmone, imò potius ex apertione venæ in
ſuperiori parte pectoris, quia tuſsis leuior & ſan-
guis aliquando ſine ſpuma ad notabilem tendebat
nigredinem) ideò per ſcreatum eijcitur cum pri-
mas partes faucium & arteriam aſperam occupa-
uit, per tuſsim verò aliquando expellitur, cum ad
profundiores partes & pulmonem delapſa eſt, &
ideo cum aliqua ſpuma apparet interdum cum ex
pulmone eijcitur miſcetur ſpuma & ſpiritus, eſt au-
tem ſeparata à ſubſtãtia ſanguinis & ſupereminet
quia ſanguis ille non diu in pulmone permanet,
nec eſt aliqua permixtio facta ſicut cum ex ſubſtan
tia pulmonis emanat, quãdo verò per ſcreatum ſo-
F lùm eijcitur, nõ eſt ſpumoſus, id ſignum eſt excer-
ni à partibus profundioribus & ex gutture etiam.
Quod autem à capite ad ea loca defluat multę ſunt
coniecturæ aliæ, primò nigredo ſanguinis plerun
que arguit à longioribus partibus emanare ſangui
nem, quia cum morã contrahit in corpore ſanguis
nigreſcit, ſecundo nonnunquam percipit ex nari-
bus etiam effluere magnam quantitatem ergo à ca
pite, tertio vomitus præceſsit magnus extenſiue &
intenſiue ex quo repletur caput & venę capitis, ma
xime vbi accedit quartana quæ facit ſanguinem ca
lidiorem & aduſtiorem ſeipſo & ideo apparet ſan-
guis niger & aduſtus. Cum igitur propter vomitũ
& febrem repletum caput ſanguine craſſo & fecu-
lento, relinquitur vt cum ſemel ſit facta repletio fa
cile ex leui cauſa oriatur ægritudo. Manſit in ſole
feruente ad choreas, caput ſuper calefactum, facta
ebullitione ſanguis erupit ex ſuperioribus parti-
bus ad inferiores, & expellitur per tuſsim & ſcrea-
tum, & ita omnia ſibi inuicem reſpondent, nec eſt
aliqua contradictio, non apparet dolor aliquis, etſi
circa

circa regionem ventriculi interdum ſentit aliquid, id tamen eſt propter motum excretionis in tuſsi quem adiuuant muſculi, & dolet propter tenſionem per cõſenſum ſtante obſtructione, non quod ibi ſit læſio aut ſolutio continui propter quam expuatur ſanguis, non enim eſt in illis partibus vbi exit. Sed num propterea tuta eſt? Non quia vt ait Hipp. ſanguis à quacunque parte ſurſum effluxerit, malum, & conſiderat Gal. vocabulum malum eſt, ſi à partibus capitis deferatur & ſurſum eijciatur ſiue ad pulmonem ſiue ad ventriculum deſcendat. Sanguis enim extra venas putrefit facile, & putrefactus erodit pulmonem & facit phthiſim & tabem. Ideo magnum periculum licet non ita perniciosum eſt ac ſi ex pulmone efflueret, tunc enim eſſet incurabile quia ſubſtantia pulmonis non conſolidatur, nec ſi à vena pulmonis eſſet facile curatur, niſi ante triduum id fiat, quo ſpacio Gal. ſe paucos gloriatur curaſſe: ſi in concauitate pectoris etiam periculum, facile enim deueniret ad ſuppurationem & empyema. Minus malum nec tam periculoſum eſt cum à capite defluit ſed tamen hoc ipſum etiam eſt cum magno periculo.

Hæc ſatis de cauſis quòd prodeat quidẽ ex membris ſpiritualibus gutture & pulmone, ſed ibi colligitur tantum manans ex capite propter plenitudinem collectam ex febre & vomitu, & quia naturaliter abundat ſanguine, eſt enim temperatura calidus in actiuis, in paſsiuis temperatus, quod idem eſt quod dixit Clariſſ. D. ſanguineus cum prædominio choleræ, tales autem maxime abundant ſanguine vt dicit Gale. ſecundo de temp. acceſsit febris quæ fecit ſanguinem feruidiorem & vomitus fecit eum repere ad caput, idque impleuit ita vt leuis ambulatio & mora in ſole facile potuerit eum in hunc morbum inducere. Hic eſt totus chorus, habemus modo aliud quod eſt in cauſa ad maleficium, tumorem illum circa regionem ventriculi ratione cuius ventoſitates & humores varij multiplicantur, & pituita ſalſa propter quam ſentit ſanguinem cum exit habere ſalſedinem quandam, atque ita, neque caput, neque membra ſpiritualia, neque animalia bene affecta, vnde etiá vrinæ tinctæ ſunt, & oſtendunt prædominium choleræ, omnes itaq; virtutes debilitatę ſunt, & eſt vndequaque difficultas. Curatio: dicá quod ſentio hic enim videtur totus cardo, debemus autem longe magis ſoliciti eſſe circa mundificationẽ ſanguinis quam conſtrictionẽ. Eſſet igitur prima apud me intentio nunc mundificare ſanguinem, deinde ſecundaria, diuerſio vt traheretur ad alias partes magis diſtantes, tertia alteratio ſanguinis, vt ſiſtatur fluxus non adſtringendo ſed alterando, vltimo loco iam eſſet conſtrictio, quia nunc nihil magis perniciosum eſt quam facere adſtrictionem, licet enim in principio placeat quia minus expuit aliquo temporis ſpacio, tamen paulo poſt maius malũ ſequitur, nam ſanguis putrefit dum extra vaſa in corpore remanet & longe maius periculum eſt de eo qui ita remanet, illum

A qui exit nõ timeo, ideò optime dicit Auic. Nullum fluxum ſanguinis adſtringendum eſſe niſi ad manifeſtum caſum virtutis deducat, ſicut & in extrinſecis fieri videmus à chirurgis, nullus chirurgus reſtringit fluxum niſi prius abſtergat & mundificet ſanguinem, nũc igitur nihil quod adſtringeret darem, ſed tantum quæ mundificarent, alterarent & diuerterent, & à mundificatione inciperem. Cibum darem qui mũdificaret, nunquam abſtineret à ptiſana hordeacea, quę mundificat ſanguinem & abſtergit ſine corroſione (quia peſsimũ eſt in hoc caſu exhibere quæ abſtergunt corrodendo) vt optime inquit Hipp. & Gal. ſecundo de rat. vic. & eſſet cocta in iure pulli quod optimum in hoc caſu vt Auic. ſcribit, & Gal. etiam licet male intellectus & peruerſus ſit à modernis illis qui dum ſe totos Galenicos profitentur nihil de Galeno intelligũt, dicit enim ipſe etiam quod ius pulli contemperat humores ſicut & Auic. intellexit & benè, ſit igitur cocta ptiſana in iure pulli. Pro alimento deinde

B quia etiã ali corpus oportet ne deficiat virtus, dentur carnes paucisſimorum excrementorum vt caro pulli hędina, mallem enim carnes quàm contuſa, non tamen in nimia quantitate, ſi aliquid loco condimenti addere velimus, ſit id abſtergens ſine eroſione, arancia dulcia cum zacharo abſtergunt ſine mordicatione. A vino abſtineat quia nõ oportet multiplicare ſanguinem, ſed tantum alere corpus & ſuſtinere virtutem, ptiſana hordeacea id optime facit ſecundum omnem adminiſtrationem, darem pro potu etiam aquam hordei cum modico portulacæ & gummi tragacáthi quod abſtergeret & alteraret ſanguinem ſua viſciditate. Item in iure etiam & ptiſana aliquid tragacáthi eſſe velim, & in eo coctos eſſe pedes pullorum hędorum & vitulorum etiam quo glutinoſior & viſcoſior redderetur ſanguis & minus flueret. Ægineta in curatione ſputi ſanguinis dat mel ſimplex pro lambitiuo vt abſtergat quia poſtea confortat, ego mel roſatum exhibere ſoleo quia confortat & abſtergit &

C eſt tutius. Galenus ſtatim decurrit ad confectum ex papauere & ſeminibus frigidis, loco illius facerem diacodion in forma humida cum zacharo ex capitibus papaueris albi, carne carobarum pinguium quæ glutinant & modico myrtillorum qui corroborant ſine magna adſtrictione. Ideò Raſis exhibet eos influxu ventris qui eſt cum difficultate anhelitus, quia non adſtringunt partes ſpirituales, fieret coctio longa deinde exprimeretur, deinde cum zacharo fieret lambitiuum, hoc optimum eſſet loco lambitiui ſi accipiat cum vult dormire duo cochlearia & mane totidem & non lambiat tempore coctionis: pro ſyrupo exhiberem ſyrupum de myrtillis, & ſyrupum de roſis ſiccis, confortat ſine adſtrictione violenta (qualis eſt in bolo armena) (vti volebat exhibere Naualis) cũ aqua portulacæ quæ alterat ſine corroſione & ſcabioſæ quæ aperit ſine caliditate diſtillata præſertim aqua non herba, à plãtagine (eam & Naualis exhibebat) abſtinerem

omnino quia adſtringit, & poſſumus eſſe contenti cum aqua portulacæ, niſi velimus addere aliquid aquæ capillorum veneris quæ ſingularem videtur habere conſenſum cum pectore vt deduceret, ſicuti cum infrigidantia renibus exhibere volumus, aliquid aniſi adijcimus vt facilius deducat. Hoc vterer ſyrupo, & in dicta ratione victus perſiſterem. Poſtea ad diuerſiones attéderem & eas inciperem à leuioribus, fieret clyſtere etiam commune poſtea exhibeatur aliquid quod habeat lenire aluum & mundificet ſanguinem, eligerem quæ abſtergerent ſine ventoſitate (quia caſiam propoſuerat Naualis) placerent mannæ ℥ ij. cum ʒ j. rhabarbari in ſubſtantia, euacuat enim bilem & corroborat etiam ſine conſtrictione, nolim enim nimis relaxari membra ſed magis ad confortationem attenderem quàm relaxationem, ſed ab adſtringentibus cauerem. Non diſplicet ſy. roſ. ſol. vel viol. ſol. Sed roſatus magis placet. Miſsionem ſanguinis ſi virtus conſentiret & ſputum ſanguinis perduraret facerem, & iterarem, id enim maxime diuertit vt monet Gal. de miſſ. ſang. Sed hoc maxime aduertendum, quod & Gal. monet 5. meth. de cura ſputi ſanguinis ſe duos habuiſſe laborantes eo morbo, mulierem & iuuenem, iuueni miſit ſanguinem, mulieri non miſit & reddit rationem quia præceſſerat ieiunium propterea non miſit ſanguinem, metuens ne nimium proſterneretur virtus, maxime igitur cauendum eſt vt virtus ſuſtineatur. Melius erat forte cum frictionibus procedere continuando eas vt ad circumferentiam materia deriuetur vterer etiá cucurbitis ſine ſcarificatione ad talos & crura. Hæc facerem & hæc eſt cura ordinaria, ſi verò augeretur neceſsitas quæ cogeret adſtringere, ea eſſet cura violenta, ſed dum poſſem cum ratione mederer cauſis donec ipſa neceſsitas cogeret me attendere ad ſymptomata & conſtringere tale ſanguinis ſputum. Poſt collegium verebatur Naualis quantitatem ſanguinis affluentis ne virtus concideret & ratione ſe adſtringentibus vti dicebat. Reſpondit Montanus eam nondum tantam eſſe vt ſit veréda. Vidiſſe ſe iam Vrbino laborantem hæmorrhoidibus cui quotidie effluerét duæ libræ & amplius, idq; per 45. dies nec vnquam conſtrixiſſe & curatum eſſe.

Dixit nobis poſt collegium, Venetijs ſe incidiſſe in puerum cuiuſdam magiſtri qui à ſputo ſanguinis curatus erat à medicis adſtringentibus, ita vt ſanguis in pulmone retentus iam inciperet putreſcere, quod dum animaduerteret, aperientia & reſoluentia exhibuit, ſubito per tuſsim eiectus ſanguis niger & putridus qué niſi expuiſſet ad tabem deduxiſſet puerum, poſtea de integro curauit eum mundificantibus & inuiſcantibus ſeu alterátibus ſanguinem. Curatus eſt paucis diebus modo & ratione ſupraſcripta.

D *De febre peſtilenti pro Nobili Veneta Conſilium Montani. ad Conſilium LIIII.*

Clariſs. Doctores quoniam ſumus in hoc cõuocati vt curemus magnificam dominam & curare eam nõ poſsimus, niſi cognito prius morbo, ipſum morbum igitur proponam, primò ea quæ neceſſaria videntur ad naturam morbi cognoſcẽdam à quibus deinde veniam ad alia.

Magnifica D. à die prima ad hanc horam laborat febre quæ iudicatur continua ab Ex. v. ita vt à prima hora nunquam fuerit libera. Cum ea febri, vt ab animalibus virtutibus incipiam, videtur quandoque habere deliria in paroxyſmis, ita vt ipſa etiam agnoſcat poſtea & dicat ſe incompoſita locutam. Eſt præterea cum vigilijs & inquietudine maxima, quæ duo circa animales virtutes notanda ſunt. Circa vitalem videmus ſymptoma verédum E admodum, quia nulla vehemétia in pulſu, nec magnitudo, ſed frequentia tantum ſine velocitate reſpondente, ita vt pulſus careat vehementia, velocitate, & magnitudine, & loco illorum ſit frequentia, & inæqualitas in motionibus, ita vt ſit frequés imbecillis paruus & inæqualis, hæc de virtute vitali atteſtantur. Circa naturalia quæritur de imbecillitate vétriculi, & inclinatione ad nauſeam, vt ſemper ſit parata ad vomitum licet non vomat, patitur & ſingultum, & apparet præter id tenſio manifeſta ad tactum, quæ cum præmitur ſentit dolorem, dicit & circa regionem lienis ſe percipere flatum, & eandem habere diſpoſitionem quam patiebatur aliàs cum laborabat febre peſtiléti. Habet & aliud quod continuò patitur anguſtiam in corde quam nõ poteſt exprimere, habet etiam ſtuporem quendam circa caput, quæ omnia comitantur febrem.

Excrementa ſunt præter naturam humores putridi vt audio & apparet maximum dominium bilis. F Vrina nec in ſubſtantia nec in quantitate nec colore nec contentis ſecundum naturam eſt ſed maxime diſcedit à naturali. Parum vrinæ egerit, & color à paleari (qui naturalis eſt) maxime diſtat, licet quædam interdum magis accedat, quædam minus. Illa ipſa tamen diuerſitas etiam mala eſt vt poſtea dicam. Subſtantia craſſa & obſcura eſt ſine luciditate, hypoſtaſis potius colliquationem carnium quam pituitam indicat. Hæc de ſymptomatis & excrementis. Vt modo poſsimus naturam febris melius conſiderare, ea quæ præceſſerunt conſideranda, temperatura naturalis, calida & ſicca erat, ſed vel ratione ætatis vel ratione etiam victus aggregatum eſt multum pituitæ, laborauit quaſi continuò catarrho, perpeſſa eſt dolores iſchiadicos & alios defluxus. Vnde cum nuper in maximis caloribus feruente cœlo, rus in caretta vecta ſit, cum alioquin non abſtineat, comedat fructus licet non in magna quantitate vt ipſi putant, habeat ventriculum aptum ad aggregandos humores cum ſemper ſolita ſit quieſcere,

quieſcere, & nunc ſe fatigauerit ad ignem feruentem dum neſcio quæ conuiuia celebrarent pro amicis, perpeſſa feruorem cœli, motus corporeos, caliditatem ignis, cauſæ validiſsimæ agentes, quæ omnes efficaciſsimæ ad mouendos humores crudos, ad replendas venas, & faciendas obſtructiones, quæ omnes cauſæ conuenerunt, calor igneus, multi humores crudi, qui ex motu facile diſtribuebantur per venas & faciebant obſtructiones, ita generata eſt febris putrida, quia nihil defuit ad hoc vt fieret maxima putredo, & id apparet ex accidentibus. Incepit febris à putredine humorum, & humores putreſcunt intra venas ſi volumus credere regulis medicorum. Sed quoniam hoc eſt perpetuum in natura vt vnumquodq; ſtudeat propriæ cõſeruationi, ideò cum eſt putredo in humoribus natura ſemper quærit quod melius eſt, & conſeruat humores qui minus mali ſunt, & quantitate etiam pauciores, ita vnus poſt alium putreſcit donec tandem ad ipſum ſanguinẽ contra diſtinctum ab alijs humoribus putredo inualeſcẽs perueniat. Hic credo putredinẽ eſſe in omnibus humoribus, bile pituita, & melancholia, & vtinã non ſit etiam in ichore ſanguinis quia metuo proxime accedere ad ſanguinem, ita omnes ęqualiter putreſcunt, ſed magis tamẽ illi tres: & hæc ſatis de humoribus qui putreſcunt. Quod autem ſit maxima putredo præter cauſas præcedentes, ſigna indicant. Vrinæ ſignificant maximam putredinem in maſſa humorali, quia id excrementum proprie indicat diſpoſitionem humorum intra venas, ſunt perturbatæ & obſcuræ quod ſignificat maximum motum eſſe humorum in venis qui non fit niſi propter putredinem. Aliud indicium maximum eſt ipſe pulſus ſecundo de criſ. primo de diff. feb. ſecundo de cau. pul. putredo eſt maxima cauſa inæqualitatis in pulſu, & febres putridæ hoc habent ſignum præcipuũ & proprium inæqualitatem pulſus, & cauſam refert Gal. quam tacebo, quia nõ docemus hic inter Clariſsimos Doctores. Sunt & alia ſigna paruitas pulſus, & diminutio velocitatis & imbecillitas, omnia oſtendunt putredinem febrilem maximam eſſe, quia cum febris putrida, multi vapores aſcendunt ad cor, & quando plures aſcendunt, ita vt inficiant ipſos ſpiritus fit febris peſtilẽs diſtincta ab alijs febribus Auic. de feb. & Gal. vocat feb. peſtil. ἐκγόνον putredinis id eſt germen, quia fit ex multis vaporibus confertim aſcendentibus ad cor, & ponentes id in calefacto eſſe, ita vt putreſcant humores cordis ad quod ſequitur caſus virtutis, quia ſpiritus generati ex ſanguine putreſcente fiũt craſsiores ideò virtus concidit: nec poteſt eſſe maius ſignum maxime putredinis quàm ipſe caſus virtutis qui non eſt à dieta tenuiſsima, nec ex lõgo morbo, nec ab alia cauſa extrinſeca manifeſta, non potuit igitur eſſe niſi à maxima putredine. Aliud ſignum manifeſtum feb. peſti. & maximæ putredinis eſt quod interiora maxime perturbantur exteriora frigent nec habent calorem aliquem corre-

A ſpondentem illi febri. De eſſentia igitur febris credo maximam eſſe putredinem quæ communicata cordi faciat febrem peſti. quæ nondum tamen deuenit ad vltimum in quo gradu putreſcit ipſe ſanguis verus, contradiſtinctus ab alijs humoribus, tunc enim virtus magis cadit, & fiunt fluxus colliquatiui συντήξις tertio. Epid. primo, inſeparabiles à febri peſtilẽti vera Hic quia in principio eſt ſunt ſigna obſcuriora. Ex dictis iam apparet cauſa omnium ſymptomatum. Delirat propter multitudinem vaporum aſcendentium & petentium caput, & quia nõ ita acres ſunt ac ſi eſſet à ſola bile, ſed obtunduntur à pituita, ideò ſtupor potius quàm dolor capitis ſentitur, & quia perturbant ſpiritus & ſi ſint pituitoſi vigilias tamen pariunt, ſeu inclinationes ad ſomnum, in quibus tamen non dormiunt, fortaſſe etiam in vigilijs præcedentibus acrimonia ſuperabat, hac nocte dormiuit aliquantiſper, quia adiuta ab aere extrinſeco parum refrigerato, vel quia humores non ita acres. Circa ventriculum

B quòd eſt inclinata ad nauſeam, fit ex materia quæ eſt in ventriculo, & inclinat ad exitum, ſed virtus debilis non poteſt extrahere ipſam, adeſſe autem materiam ipſa tenſio oſtendit. Dictum eſt qualis ſit febris & quæ cauſæ tantæ putredinis, atque ita natura totius morbi explicata quæ cognita in tali corpore cum talibus accidentibus, ſequitur vnum verendum quod dicit Hipp. Febres continuæ quæ tertia die exacerbantur periculoſæ. His ſi addatur quod deuenerit iam febris ad id vt ſit peſtilens vel cum qualitate occulta vt vocant vel propter putredinem maximam, eò maius erit periculum. Sed adhuc longe maius, quia ſubiectum debile in quo virtus ſuccumbit, eſt præterea mulier 56. annorum in qua ætate virtus facile deficit. Ideò de euentu valde verendum, quod ſenes non ita facile recuperãt virtutem ſicuti iuuenes, cum ſemel decumbit virtus in illis rariſsime redit, in iuuenibus quidem ſæpe vidi. Nam an ille caſus ſit ex reſolutione, an ex ſuffocatione? Ego credo quòd & ſi principio fuerit

C ex ſuffocatione propter multitudinem materiæ, quia non apparuit alia cauſa notabilis, tamen nũc eſt etiam ex reſolutione, quia nihil facilius reſoluitur quàm ſpiritus, cum præſertim eſt putredo magna & non nutritur corpus ita vt id quod adeſt etiam reſoluatur propter putredinem. Idque eò magis credo cum adſit etiam ſignum de compreſsione pulſus à clariſsimo Doctore conſideratũ, quod etiam Gal. refert ſecundo de cauſ. pulſ. vbi validiſſimas affert rationes. De curatione nemini dubiũ. Diuina eſt ſententia Auicennæ quã à Galeno ſumpſit primo de diff. feb. & multis alijs in locis, febriũ peſtilentium vera cura eſt exſiccatio, licet ipſe Auicenna perturbet poſtea, & ea explicando addit quędam quę defendi non poſſunt, exſiccatio autem fit per phlebotomiam & pharmaciã, & quia ſanguis mittendus eſt antequàm putredo confirmetur in corde. Exſiccatio tentanda eſt cum rebus exſiccantibus quæ prohibent putredinem quæ eſt ex hu-

moribus. Quomodo igitur exſiccandū eſt corpus, prohibenda putredo,& remouenda febris peſtilentialis?Primo cum ratione victus exhiberē alimentum ſed ita vt cogitarem conficiendum eſſe à virtute debili,non aleret enim alioqui niſi conficeretur, & corpus eſt malorum humorum quod vt inquit Hipp. quò magis nutritur eò magis læditur. Tamē quia reſolutio magna, & quia concurrit cacochymia,cum virtute debili ideò vt & Gal. primo Aph. docet ſæpe & parum cibi exhibendum eſt,vt & nutriamus & virtus poſsit concoquere ac diſpartire, ita vt non ſuffocetur virtus, & in hoc præcipua vis erit,quia mulieres illæ ſemper peccāt, curarem exhiberi quatuor vicibus ſingulis diebus, ſed parum pro vice. Ab ouis in hoc caſu abſtinerem,& ſi enim bene nutriunt facile tamen putreſcunt, ſic alioqui magna eſt putredo & imbecillitas ventriculi plenus humorum, & Gal. etiam oua concedit in tertiana,in quotidiana nunquam quia timet putredinem & repletionem ventriculi non calorem nimium,& ideo abſtinerem ab vſu ouorum, darem con tuſum alteratum, vellem ſe habere aquam acetoſæ diſtillatam, in ea decoqueretur & fieret actu contuſum, cui ſemper poſtea miſcerem ſuccum limonū dulcium,aliquid item aquæ roſatæ & zachari,eſſet gratum guſtui & reſiſteret putredini refrigerando & exſiccando & ſimul etiam incidēdo, ijs enim omnibus indigemus. Semper igitur in cibis aliquid limonum arantiorum vel citrorum exhiberem ſed limones meliores,quia ſubtilioris ſubſtantiæ, magis penetrant & incidūt etiam lapides, exhiberem igitur in omnibus cibarijs in quibus à contuſo & pane loto non diſcederem, eaq; ſemper alterarem. De potu maxima dubitatio an vinū exhibendum ſit. Ex vna parte ſuadet ratio quod ſic, quia virtus debilis & nihil velocius reſtaurat quàm vinū. Sed hic eſt vnum dubium, vel enim exhibeo vinum quod magis re vera nutriat quale eſt aromaticūm vinum bonum id enim poteſt hoc facere,tenue vinum &album non nutrit, imo nec potens album ita nutrit vt nigrum,vt & Gale. inquit ſecundo aphor. Album pauciferum non nutrit ideo non idoneum. Deinde quia vt in tertio de rat. vic. in ac. oſtendit Gale. propter tria prohibetur vinum, vbi cruditas,dolor capitis, ſuſpicio delirij vel inflāmationis, & hic eſt maxima cruditas, ideo melius eſt dimittere vinum & potius attendere ad alia quæ nutriāt ex quo alia reperire poſſumus, exhibeatur aqua aliqua quæ exſiccet & refrigeret,propoſita eſt aqua acetoſę decocta in qua ſit vis boli armeni quę ſi diſtillaretur non diſpliceret, ego limones accipio & diſtillo,vbi in guſtu eſt vis accida & limpida penetrat maxime quia ſubtilis eſt, quod ſi illi addere vultis bolum armenum, vel etiam margaritas & corallium & diſtillare, non diſplicet, eam darem cum iulep violato vel ſy. acetoſæ vel melle roſato pro vt libenter biberet. De bolo armeno licet poſſit eſſe non ille idem qui à veteribus ita dicitur, & Dioſc. deſcribit inter terras vnam ſpeciem rubricę

D ſynopicæ quę videtur noſter bolus armenius, quia tamen maxime exſiccat ita vt conſtringat etiam, ideò in hoc caſu laudarem vt iungeretur cum aqua acetoſæ & limonum. Hæc de potu & cibo.

De medicamentis, non debent dimitti ſyru. de ſucco acetoſæ & acetoſitatis citri, quia in illis habetur inciſio, & proprietas confortans cor & reſiſtens venenis ſicut 6. de loc.aff. Gal. putredinem facere omnia venena quæ veniunt ab extrinſeco, ſecundo item de facul.natur. Hic autem ſuccus reſiſtit omnibus venenis ſi Dioſc. & Theophr. & Athenęo noſtro credere voluerimus. Imo & Virgilius inquit. Quo non præſtantius vllum,pocula ſi quando ſeuæ infecere nouercæ, ideo ab eo non deſiſterem, & teſtor Deum non eſſe aliud in quo magis confido, adderem illi aquam acetoſæ diſtillatā, quæ magis penetrat quam decocta, ſi modicum adderetur de aqua roſacea mihi admodum placeret, quam non miſceri ſyrupis miror quia non ita ſti- E ptica eſt vt impediat penetrationem, ſed magis adiuuat,vt & Gal. dicit de oleo roſato, & cōfortat cor maxime, quia ſi ſit aliqua aqua quę retineat omnes virtutes ſui ſimplicis eſt roſacea: ideo ſoleo aliquid admiſcere de aqua roſacea quantum eſſet ℥j. aquæ roſatæ, affert gratiam quia facit aromaticum ſaporem, confortat cor & iuuat ad penetrationē. Quod ad medicinas, de ſoluentibus non oportet loqui, ſed aliquod leue darem quod euacuaret quę in ventriculo continentur, ita etiam remouebimus ſymptoma moleſtum, illam nauſeam quæ eſt ex materia contenta in vētriculo, & euacuabimus cauſam antecedentem & aperiemus aliquid de obſtructione illa quæ eſt in venis meſeraicis. Poſſet exhiberi ſyr. roſ. ſol. cum decocto tamarindorum quia euacuant bilem & confortant, ſed ſi timeamus roſas propter aſtrictionem, aut ſtipticam attractionem detur manna quæ etiam nutrit, omnino mihi placeret exhibere aliquid leue pro euacuatione ven- F triculi quia clyſteres ea quæ in craſsioribus tātum inteſtinis ſunt euacuant, & in noſtro caſu manna fortaſſe tutior eſt quàm caſsia, eam igitur cras exhiberem, quia hæc nox ſuſpecta eſt, quæ ſi tam inquieta foret, vt nihil quieſceret omnino nihil auderem exhibere. Si verò virtus talis qualis hodie darem mannam,vel etiam ℥j. caſsiæ. De confortatione cordis per exteriora fieri poteſt per ſuccos herbarum, vel vnguentum roſaceum, maxime recens, vel pulueres cordiales, margaritas ſandalos & alia,credo ſi aliqua conferent,hæc conferent.

Sed quia fumi petunt cor, facerem frictiones leues quæ aperirent cutim & difflarent materias,acciperem vinum album odoratum calefactum, & in eo illineretur manus & fierent leues frictiones. Sed differrem tamen vſque in craſtinum frictiones donec prius viderem quid faceret paroxyſmus ſequens, poſtea exhibita manna facile iudicabunt excellentiæ veſtræ quid vlterius agendum ſit.

De febre

De febre continua in qua ſuſpicio erat de peſtilenti, pro Monſignor Ioachin Collegium Montani. ad Conſilium LIII.

CLariſsime Doctor poſtquam idem intelleximus de caſu ambo, Magnificũ hunc dominum varie deliquiſſe in ratione victus ſecundum omnem modum, & primo non vſum eſſe aere debito & conuenienti, degit in locis ſubterraneis & cellis vinarijs, comediſſe deinde fructus horarios maxime putreſcibiles, pepones & pruna, qui duo fructus particulariter ceteris magis humidi ſunt & ad putreſcendum apti, ſicut & Gal. inquit de peponibus, qui pepones comedunt parati ſunt ad ægritudines quæ ex putredine veniũt, & etiam ad cholericã paſsionem. Eſt præterea ætas in vltimo ſenio 70. annorum vel vltra, licet autem temperatura calidus ſit atque quia muſculoſus etiam, eſt admodum humidus, fueritq; optimi habitus. Habet ætatem tamen & deliquit in victus ratione, acceſsit febris in ſene in æſtate & hoc tempore tam inæquali, id non fit ſine maxima cauſa, & quidem adeſt febris cum talibus accidẽtibus quæ ſunt digna conſideratione. Exteriora frigent quodammodo nec habent caliditatem aliquam cum intus ardeſcat validiſsime, & quod intus vehementer ardeat ſigna ſunt manifeſta, primo ariditas linguæ quæ valde aſpera eſt & etiam ſubnigricat cum vix ſint tres dies ex quo laborat, vnde apparet caliditas magna intrinſecus, ſecundo video quod perpetuo conqueritur & habet anxietatem valde magnam, & inquietus eſt valde præter conſuetudinem ſuam, ſitit vehementer & ſubinde petit ablueres os. Præterea vrina maxime quam mingit poſt prandium rubea eſt valde, in ſene præſertim, & craſſa etiam, & perturbata aliquantiſper cum ſpuma. Queritur & quod ſomno ſit valde grauatus & nihil conferat, præter hęc appetitus proſtratus, quæ omnia atteſtantur ſuper maxima putredine. Quod enim pendeat à putredine hæc febris nemini dubium eſt, ſed quòd à maxima putredine ſit oſtendunt mores iam enarrati & ſunt alia etiam ſigna, fructus valde putreſcibiles quos comedit & quod in loco ſubterraneo egit in quo concluſus aer obſtructi meatus cutis & prohibita tranſpiratio, ad quam ſtatim ſequitur putredo, cũ ſunt mali humores in corpore qui facile corrumpi poſſunt. Adeſt igitur putredo quæ ex tranſpiratione prohibita orta eſt, & maxima quia comedit fructus valde putreſcibiles & in corpore ſenili in quo abundant excrementa & calor naturalis eſt debilior, accedit temporis etiam inæqualitas maxima aliquando eſt calor ſuffocatiuus, ſubito accedit humiditas & frigus, quæ mutatio etiam facit ad putredines vt & Hipp. teſtatur, quando eadem die modo calor modo frigus infeſtat autumnales morbos expecta tertio aph. Ideo metuo valde ne talis febris niſi curetur diligenter ſicut fiet ab Excel. v. euadat in malignam & peſtilentem, eſt enim putre-

A do magna, & habet ſigna malignitatis, calorem interius vehementem, exterius verò apparet frigus. Nam & Auic. inquit, perturbari interius valde & exterius nõ ſentire, manifeſtum ſignum eſt febris peſtilentis. An modo continua ſit, an etiam interualla habeat non poſſum iudicare, quia non vidi cum antea ſub horam 20. cæpit frigeſcere circa crura, & acceſsit ſomnus, & ego accedens vidi pulſum admodum retractum, ita vt vix magno cum labore ſentire potui, nunc facilius ſentio, & narrant die prima eadem hora 20. ſimile frigus inuaſiſſe, hinc ego continuam iudico cum leui aliquo typo, & ita deterius erit. Nam & Hipp. inquit, febres non intermittentes quæ tertio die exacerbantur periculoſæ ſunt. Circa curam optime præuiſum ab Excell. v. vt exhiberet caſiam quia humores qui in vẽtriculo putreſcebant, & habebant vim cauſæ antecedentis erant educendi, hoc igitur pro lucro habemus. De his quæ poſthac agenda: eſt alterandum corpus, ſed hic magna dexteritate opus eſt, eſt ſu-
B percalefactum corpus & debile ratione ætatis, omnino tamen vellem exſiccare propter putredinem, oxyſaccharũ laudo, incidit & exſiccat, ſed cum eo propter ſuſpicionem febris peſtilentis exhiberem ſyr. acetoſæ vel acetoſitatis citri cum ijſdem decoctis quæ ſimul refrigerarent inciderent & exſiccarent, in potu exhiberem aquam ordinatam & abſtinerem à vino. Circa rationem victus, ptiſana optima eſſet, & panis lotus, ſed & carnes pulli in ſerie non intermitterem, quia tales febres cum putredo accedit ad cor ſtatim proſternunt virtutem & tunc actum eſſet de ſene, quare in principio cibarem vberius vt conſeruaretur virtus, eſt boni ventriculi ideo vellem in omnibus cibarijs poni ſuccũ limonum cum zacharo, exſiccat, incidit, & confortat ac facit etiam gratum cibum. Et quia queritur de proſtrato appetitu laudo vt faciat condimentũ ſicut ſolent coci ex aliquot amygdalis confractis cum ſucco limonũ zacharo & aqua roſacea, quod optimum erit & valde conferet. Vnum dicam, mi-
C ror modernos (de veteribus non loquor qui non habuerunt artem diſtillandi) noſtros non admiſcere aquam roſaceam cum vllo ſyrupo, nec vti ea in febribus peſtilentibus: ſi enim propter aſtrictionis ſuſpicionem id faciunt, illa ratio nulla eſt, quia in roſis non eſt aſtrictio quæ obſtruat, ſed aperit potius & iuuat penetrationẽ, vt & Gale. teſtatur quia dum ſubſtantia tenuior penetrat aſtrictio adiuuat propter conſtrictionem partis poſt partem, vt ita magis penetret vis roſarum ad profundum, & dat ſignum huius rei de oleo roſato Gal. ſi cum eo humectamus corium longe magis tranſibit quam oleum ſimplex. Ideo ſemper in febribus cum eſt aliqua ſuſpicio de putredine ne contagium veniat ad cor, ſemper addo aliquid aquæ roſ. confortat enim cor & ſimul exſiccat, quæ eſt vera cura febris peſtilentis vt & Gal. & Auic. teſtantur, licet ipſe Auic. poſt modum ſe ipſum confundat & deſtruat cum inquit, exſiccatio autẽ fit cum pharmacia & phle-

boto-

botomia,&c.

Poſt collegium voluerūt vt coqueretur aqua cum folijs acetoſæ & fruſtis limonum, ea poſtmodum ſyrupizaretur cū zacharo & aceto in vaſe terreo vitreato, vel vitreo non æneo vt ſolitum eſt apud pharmacopolas (& hoc propter acetum et limones ne æruginoſi aliquid contraherent) et exhiberetur omni mane bonus hauſtus.

De puero triennali patiēnte fluxum ventris Collegium Montani.ad Conſilium XLV.

CAſus ex Nauali. Habemus puerum ætatis nondum trium annorum complete lactantem adhuc qui laborat fluxu ventris qui cæpit cum febri continua quæ apparet eſſe paroxyſmus continuatus, nec videtur notabile principium acceſsionis, hodie 17. dies agitur ex quo cæpit febris circa horam 14. circa horā 18. vel 19. ſubſequutus eſt fluxus. In principio effluebat materia humoroſa viſcoſa citrina cum aliquali excoriatione et partibus ſanguineis, ita vt nō omnino immunis eſſet à diſſenteria, febris etiam excreſcentias quaſdam habebat non proportionatas tamen, modo calor modo frigus inuadebat vt ſolet in pueris; aduerti etiam præter hæc quod in diebus creticis ſemper pateretur motus aliquis 4. 7. 11. 14. ſemper aliquid apparuit motionis ſeu mutationis vel in exeuntibus vel ſymptomatis, interdum etiam ſyncope, & videtur mutatio potius ad peius, quia humor magis ſalſus apparet, ſuperioribus diebus 11. & 12. & ſequentibus exibant feces quædam permixtæ humoribus, nec toties ibat ſed aliquo modo melius habebat, febris delituerat & accidentia remiſsiora, melius dormiebat & comedit, nec lactabat amplius propter puſtulas quas ſub lingua ſentiebat. Hodie in eo nouum inſurgit accidens quod in 14. etiam apparebat mutatio fecum, ita vt non appareat notabilis digeſtio, ſed ſit admixta pars cibi ceu chylus nōn concoctus quod inde factum arbitror quia interdū exhibebant panem infuſum in vino, proceſsi hactenus cum conglutinantibus potius quā cum conſtipātibus, &c.

Montanus, Clariſſ. Doctor excellentia tua optime diſcuſsit in iſto caſu & bene omnia conſiderauit, vt tamen ego quoq; ſatisfaciam officio, dicam libere quæ ſentio. Habemus puerum trium annorum cum longa ægritudine, qui ſecundum totum habitum magis videtur tabeſcere, & caret carne omnino præcipue circa membra naturalia videtur tantum pelle tegi, talis eſt nunc & cum his conditionibus patitur febrem, & præterea fluxum alui qui talis eſt naturæ (qualis fuerit ſupra prætereo cum toto hoc ſpatio exeuntia nūquam eadem ſed ſubinde diuerſa fuerint & res ſemper ad deterius vergere viſa fit). Nunc tales feces apparent quæ oſtendunt ventriculum non concoquere, eſt enim chylus imperfectus, & cibus in aliqua forma in ip-

D ſis fecibus, & cum hac diminuta concoctiōne eſt maximus fætor, qui eſt valde aduertendus, diminuta enim coctio vel eſt à frigiditate vel ex putredine, ſed cognoſcitur vt inquit Gal. ex odore, quando enim non ſunt cōcoctæ feces & apparet chylus imperfectus ſeu cibus, & non eſt notabilis aliquis fætor tunc eſt ex frigiditate, ſi verò apparet cibus non coctus in fecibus & cum hoc eſt magnus fetor ſignificat adeſſe multam putredinem quæ prouenit à calore igneo, ita igitur habemus hic duo contraria, diminutam coctionem quæ eſt à frigiditate, & fætorem qui eſt ex putredine facta ex calore igneo, & ita occurrit nobis hæc maxima difficultas circa fluxum alui.

Ad hanc contrarietatem quid dicendum? Clariſſ. Doctor dicam libere quod ſentio. Habuit febrem continuam & vbicunque febris eſt ibi eſt calor igneus, eā adhuc durat, quod autem non ita percipitur fit quia febris fundatur in calore naturali

E & habet incrementa ſua ſecundum eum, in pueris enim calor ille licet magnus ſit humidior tamē eſt nec ita mordax, ideo febres videntur mitiores (obijcit enim Naualis non percipi eam febrem ex pulſu) & magis ſepultæ, ſicut & in ſenibus, propterea quod eorum calor naturalis ſit debilior, & febris nihil aliud eſt quam calor naturalis conuerſus in igneum. In puero non ita manifeſta febris quia imbecillior eſt & pulſus etiam debilis, ſed habet certè. Quod enim ſit aliquis calor igneus patet ex putredine quę ex fætore percipitur, Ex magnitudine igitur caloris ignei perſeuerantis 17. diebus ſtante etiam fluxu alui continuè corpus contabuit & peruenit ad vltimam maciem, ita vt non ſit amplius aliqua caro muſculorum, & pinguedo abdominis quæ retineat calorem membrorum naturaliū (vel ſecundum Ariſt. actu etiam calorem illis præbeat) ſed videatur ſolummodo quaſi pelle tegi. Ita facta eſt diminutio caloris qui conſiſtit in carne & ſan-

F guine ſeu ſpiritibus qui ipſi etiam in ſanguine fundantur, hoc modo calor naturalis diminutus eſt & præter naturalis permanet, & ideò coctio quæ eſt propria caloris naturalis diminuta eſt ſeu imperfecta, quia calor naturalis diminutus, & tamē eſt magna putredo, quia durat calor igneus, & bene ſtare poſſunt ſimul multus calor igneus & paucus naturalis. Si hęc ita ſunt vt apparet ſenſu, & ſit præterea tanta macies corporis vt non poſsit retinere calorem naturalem, & facile etiam offendatur à quouis extrinſeco, ſequitur neceſſe hoc inconueniens vt areſcat quia non nutritur corpus, ventriculus non cōcoquit chylum & id quod debebat nutrire corpus hoc totū egeritur. Eſt igitur diſpoſitio ventriculi calida & ſicca calore igneo priuata calore naturali & à tali diſpoſitione prouenit fluxus. Idque oſtendunt etiam puſtulæ ſub lingua & in ore, quia vbi caliditas multa in ventriculo, eleuantur pluri-mi vapores putridi, vt ſemper fit à materia putreſcente, qui aſcendentes ad linguam, quæ natura ſua raræ carnis eſt & ſpongioſæ ibi congregantur, &

modo

modo materiæ puſtulas illas faciant quas ἀφθὰς appellare poſſumus vel vt mulieres vocant fungos. Cum hæc ſint cauſæ omnium accidentium & talis diſpoſitio morbi, & puer in hac ætate & extrema macie, debemus corrigere membra affecta, & præcipue ventriculum, niſi enim prouiderimus vt ille cõcoquat nihil ſperabimus fœlix, illud enim membrum læſum eſt, cuius operationes læſæ. Fit autem omnis curatio ex oppoſito, habemus vitium concoctionis ex intemperie calida & ſicca, & fluxum illum qui prouenit ſeu ex retentiua debili vel expulſiua fortiori. Coctio fit ab augẽtibus calorem innatum, expulſio augetur ab humido, retentio à ſicco. Quærenda igitur erunt augentia calorem naturalem, ſicca & adſtringentia (quia cauſæ diuerſę ſunt miſcende ſunt intentiones) hoc eſt fundamentum curationis in genere. Quia vero particularia adhibenda ſunt: ſcit v.Exc. quod quo magis familiaria adhibentur, eo facilius reducuntur ad actum & à ventriculo & ab omnibus membris reliquis. v.Ex. vini mẽtionem fecit, id omnino laudo exterius applicatum, eſt enim familiare, ſed vellẽ aliquod adſtringens & nigrum queri, & vt eſſet in eo aliquod augens calorem innatum, non nimium tamen adſtringens, ne corpuſculum alioqui attenuatũ plus æquo exſiccaret ſed confortaret ſine exſiccatione boni, decoquerem igitur in eo vino chamomillam quæ eſt cali. & hum. & corroborat calorem naturalem innatum, adderem roſas in ſubdupla quantitate, quia & roſæ et vinũ adſtringunt, ideò chamomilla etiam in proportione dupla non nimium humectaret, id decoctum applicaretur loco fomentationis vel pannis lineis vel ſpongia, & non eſſet nimis calidum, ſed tepidũ potius ne fieret maior exſiccatio, hoc modo ter vel quater fomentaretur regio membrorum naturalium, & poſtea applicaretur emplaſtrum, vt bene recordata eſt Exc.v. Sed hic etiam ſtarem in ijs quæ nutriunt, acciperem cotonia, ex magis maturis quę haberi poſſunt, & pro quolibet cotonio 4. vel 5. dactylos ac diſſectos remotis oſsibus decoquerem in vino non potẽti, vel ſaltem cum aqua miſto ne fieret ſupercalefactio, adderem etiam roſas, poſt decoctionem fieret fortis expreſsio, vel aliquid etiam per ſetacium tranſigeretur, & poſtea adderem farinam hordeaceam quæ ipſa etiam nutrit, myrtillos contuſos, & miſcerem & facerem emplaſtrum quod applicarem poſt fomentationem loco affecto & toti ventri inferiori vſque ad hypochondria vt eſſet emplaſtrum in bona forma. Quod ad cibum quia carnes comedit laudarem ſi haberi poſſent perdices, aues paruulæ turtures iuuenes, & reliquæ carnes ſimiles, quæ ſunt boni nutrimenti & ſine ſuperfluitate excrementitia, fierent contuſa & exhiberentur per ſe vel quocũq; modo variata. In brodijs ſemper aliquod tormentillæ coqueretur quæ confortat cor: in quo caſu etiãm optima ſunt bolus arm. & margaritæ et coralli, potus fiat ex cotonio diuiſo in partes cum decem aut duodecim coriandris, & quarta parte

A pulli coctis in aqua in vna phiala vitrea ad ignem, confortabit ſtomachum, nutriet & ſimul etiam gratum erit, erit enim dulce & modice adſtringens. Cibus ita diſtribuatur vt inter diem & noctem quatuor vicibus cibetur et modice, ne oneretur ventriculus alioqui debilis, et vt calor naturalis in eum poſsit agere, in hoc enim plurimum momenti eſt ſitũ? Si intra paſtus omnino bibere volet propter ſitim, poterit lactare, lac enim illud alit ſubſtantificè et naturæ admodum familiare, non ita perturbat coctionem.

Si ad pectinem aliquid applicare volumus poteſt fieri invnctio ex oleo chamomellino abſinthino et maſtichino vt ſemper aliquid addatur humectans. Pro cõfortatione cordis et membrorum ſpiritualium vterer vnguẽto roſ. Meſ. cum ſpeciebus cordialibus vſitatis, inungendo cor et pectus. A ſeruitialibus vel clyſterijs abſtinerem, ne nimium diſſ largaretur ſiue dilataretur et irritaretur locus in puero tenello, &c.

B Sequenti die puer aliquãto melius habebat mane, & feces apparebant magis ſuper coctione ventriculi atteſtantes. Rogatus quod nam poſſet tuto ſuffumigium fieri in camera, Montanus iuſsit aquam roſa. et acetum miſceri ac in olla noua ad carbones leuiter decoqui, inſperſo puluere gariophillorum, farà vn' odor gentil, id eſt delectabilem odorem inducet nec caput lędet, veſperi iterum deterius habebat puer, id poſt longam inquiſitionem tandem ex ampliori copia cibi exhibita euenire aduertit, & vt in ea re præcipue attenderent iuſsit, ne ventriculum nimis onerarent, ſufficere puero contuſum ex perdice iuniori cum pane factum, etiam per quatuor vel quinq; vices (eſt enim caro ſiccior quæ coctione multa indiget) & melius eſſe vt minus exhiberetur quàm debebat fieri quàm vt plus.

Sequenti die veſperi quæ erat dies 19. vocato etiã Phriſimelica, Montanus quæ acta erant & poſt hac agẽda ſic retulit. Vocatus ad hunc puerum nudius tertius veſperi inueni eum ſine muſculis ab
C dominis omnino carentem carne et ſine pinguedine omenti, et credo conſumatam etiam fuiſſe pinguedinem intus veſtientem inteſtina ex fluxu diuturno, totum deniq; tabidum cum fluxu qui erat contrariæ naturæ, nam & crudæ materiæ non concoctæ à ventriculo informa cibi apparebant, quod à frigiditate ſeu calore naturali diminuto prouenit, & fętor erat maximus qui eſt ex putredine quę non eſt niſi à calore præter naturali igneo. Huius diuerſitatis cauſas diligenter conſiderauimus defectum caloris naturalis in ventriculo, & intemperiem calidam epatis quæ adhuc durat, & ideò miſcuimus etiam intentiones vt ſimul nutriremus partes tabidas, & humectaremus & calefaceremus membra naturali humectatione & calefactione tali quæ augeret & confortaret calorem innatum & naturalem, fecimus fomentationes & emplaſtrum (& vt ſupra) pulueres item ex margaritis corallis et bolo armenio pro confortando ſtomacho, alterando

do

do epate, & virtute retentiua corroboranda.

Nunc nouum apparet accidens, choleræ motus in fecibus cum aliquali abraſione inteſtinorũ. In quo caſu non facerem aliud quam clyſtere ex brodio pulli quod nutriret etiam præter ablutionem in quo coqueretur hordeum vel ſimila quæ abſtergit ſine corroſione cum modico zachari. Mel roſatum (quod proponebat Naualis) noluit admitti quia erodit, &c.

Mortuus eſt ea nocte.

Pro Nobili muliere catarrhoſa Collegium Montani ad Conſilium XVII.

VIR Excell. Supponendo ea quæ ſunt propoſita de accidentibus quę patitur Magnifica Domina, quæ patent ſenſui, quod ſcilicet patiatur maximũ deſcenſum catarrhi per ſpondilos dorſi ad omnia mẽbra, adeò vt perueniat etiam vſq; ad vngues & maxime affligat, & quandoq; ita infigitur ſpondilis vt non poſsit errigi commode, cauſat dolores in dentibus, oculis, & ventriculo, imò ad matricem etiam defluit vt menſtruorum etiam naturalem colorem aliquantiſper mutet, licet fluxum eorum non impediat, atque ita ferè omnes corporis partes impediat. Suppoſito item quod corpus id arefactum eſſe audio ſine colore tanquam corpus tabidum non extremo tamen modo, & quod in tali habitu corporis (acquiſito non naturali, quia naturaliter erat humidior) patiatur talem deſcenſum cum huiuſmodi accidentibus, in tali caſu à nobis petitur con ſilium, cui petitioni vt poſsim ſatisfacere, primo fundabo rationes meas ſuper ijs quæ enarrata mihi ſunt quæque apparent.

Primò manifeſtum eſt quod catarrhus generatur in cerebro & eſt paſsio cerebri propria, ab eo enim oritur principaliter, licet ab alijs membris per conſenſum eò mandari poſsit materia, nunquam tamen catarrhus dicitur niſi cum ipſum cerebrum affectum ſit. Eſt autem duplex catarrhus quidam frigidus quidam calidus. In hac Nobiliſſ. Domina frigidus eſt quod multis apparet argumentis, eſt enim inſipidus, & facit omnes effectus frigiditatis, erit igitur propter intemperiem aliquam frigidam in cerebro, ratione cuius multiplicatur catarrhus. Sed quia ſæpiſsime cerebrum affectum eſt per con ſenſum aliquem cum vẽtriculo vel alijs membris, quærendum in hac Magnifica Dom. an hic affectus ex cerebro ſit per ſe ita vt ipſum cerebrum generet tantũ copiam catarrhi, an verò id ſit per conſenſum ventriculi mandantis. Quantum ad hoc crediderim vtrunque quod ſcilicet & ventriculus mandet vapores ita vt ſit per conſenſum partim, & partim etiam per eſſentiam ipſo cerebro imbecilliori catarrhi materiam multiplicãte. Quod autem cerebrum ſit debilius ſunt ſigna manifeſta, quia dum diu ambulat & mouetur vel videt alios ante ſe moueri patitur vertiginem, quod non eſt niſi ex

D ſpiritibus debilioribus & paucioribus qui generãtur à cerebro frigidiore & virtute imbecilla magis. Quod autem partim etiam ſit à ventriculo inde ap paret, quia expuit ſaliuam quam ipſa ſentit ex ven triculo aſcẽdere, facit etiam ventoſitates plurimas. Eſt igitur à cerebro catarrhus ille, ſed habet conſenſum à ſtomacho frigidiore multiplicante pituitam, & ita fit circulus ille notus medicis & ideo durat catarrhus quia duo membra quæ præcipue generant catarrhum ſeu pituitam ſunt affecta, ventriculus ſcilicet in quo generatur pituita proprie dicta, & cerebrum in quo pituita non proprie dicta gignitur, ex horum membrorum intemperie frigida fouetur & augetur catarrhus.

An verò cum illa frigiditate ſit coniuncta ſiccitas vt videtur ab Excell. medicis ſuppoſitum, cum frigiditas illa nũc non ſit in illis duobus membris tantum, ſed ſit communicata etiam cum alijs ita vt in toto corpore cernatur dominium pituitæ, eſt e-

E nim alba colore, & corpus etiam videtur extenuatum, hic dicam liberè quod ſentio, credo intemperiem frigidam eſſe, ſed non ſiccam ſiccitate tali de qua aliquid ſit curandum. Audio enim illam nobilem adoleſcentem (eſt enim adoleſcens adhuc licet ſit maritata habet tantũ 26. annos) naturaliter fuiſſe temperaturæ frigidioris quidem ſed humidæ, nec habuit morbos longos aut febres, vel aliquid aliud valde exſiccans quod præceſsiſſet & potuiſſet exſiccare id corpus ſubſtantificè, de ſubſtantifica enim humiditate loquor quando membra ſolida à glutine illo & humiditate ſubſtantifica exſiccantur, talis ſiccitas nondum eſt in hac Nobili Domina. Sed eſt tãtum ſiccitas quæ fit ob atrophiam, quia membra cum non nutriuntur areſcunt cum priuantur nutrimẽtali humido, non aliter accum in longis morbis exſiccantur homines, non eſt exſiccatio ſubſtãtifica, quia poſtea cum conualeſcũt, & iterum nutriuntur reſtaurantur facile & etiam

F pingueſcunt, & id contingit ſæpiſsime vt ita exſiccentur corpora tantùm ex atrophia, non quia ſint tabidi & humiditas ſubſtantialis conſumatur in membris, & quod hoc ſit tantùm ex atrophia plura indicant. Primum ventriculus qui cocus eſt, natura imbecillis eſt, non bene concoquit chylum, ideò nec epar bonum facit ſanguinem quia primæ coctionis vitia non mutantur in ſecundam vt vulgo dicitur apud medicos. Præterea confirmat id quod Bagulinus referebat quod mutata ſit victus ratio, cum primum nuberet, cepit bis tantũ comedere in die cum antea ter & quater comedere ſolebat & ex eo famem patiebatur maximam quam tamẽ perferebat. Deinde catarrhus perpetuo deſcen dit ad ſingulas corporis partes refrigerans eas, & obſtruens, & meatus & cauitates inanitionum inter muſculos, vt non ita cõmoda fiat attractio quia refrigerantur à catarrho, & obſtat etiam pituita interiacens ne alimẽtum eò peruenire poſsit, ita non nutritur corpus & areſcit propter frigiditatẽ quæ diminuit actiones ſicut caliditas corrumpit.

Cum

Cum igitur non habeamus aliquod accidens vel prȩcedens quod indicet arefactionem ſubſtantificam ſed tantum ſigna ex atrophia (licet id fugiat imperitos medicos qui dum non ſciunt diſtinguere atrophiam à tabe decipiuntur, & omnes ſtatim qui quoquomodo extenuantur tabeſcere dicunt quod nunc eſt vſitatum).Ideo ego dixerim tale corpus frigidum quidem notabiliter,& ſiccum etiam, ſed per atrophiam quia deeſt membris alimẽtum conueniens non quia in ſubſtantia membrorum ſit ariditas tabifica.

His ita ſe habentibus vnum videndum ex quo catarrhus per ſingulas corporis partes deſcendit vſque ad vngues etiam, per quas vias potiſsimũ defluat,poteſt enim deſcẽdere per vias latas,œſophagum & aſperam arteriam, per venas neruos & arterias. Quod hic per œſophagum deſcendat manifeſtum eſt, ſemper ſentit nauſeam, per arteriam aſperam non deſcendit quia nullam audio tuſsim infeſtare ipſam, cur autem ad œſophagum deſcendat eſt quia ventriculus lõge imbecillior eſt quam membra ſpiritalia &, vt Gal. docet expulſio ſemper fit ad membra imbecilliora. Deinde etiã quod per neruos deſcendat manifeſtum eſt,quia per vertebras ſentit deſcendere & implicari, ita vt quandoque non poſsit erigi quia virtus impeditur ab illa obſtructione. Quod autem per venas & arterias quoq; defluat veriſimile eſt, quia tandiu perſeuerauit complexio frigida obtundens calorem naturalem,atq; ita fit circulus quidam in ſe ipſum rediẽs. Ex temperatura frigida ventriculi generatur pituita,aſcendunt vapores qui in capite frigidiore multiplicantur & per omnes partes defluunt,obtũdentes calorem naturalẽ & impedientes nutritionem qua de cauſa excrementa & materia catarrhi multiplicatur,atq; ita ad interitũ perueniet niſi à v.Exc. illi citò ſuccurratur.Hȩ ſunt cauſæ intrinſecæ faciẽtes catarrhum, ſed & extrinſecæ magnæ præceſſerunt. Ieiunium præter conſuetudinem ad quod ſe aſſuefaciebat ſubito cum primum eſſet maritata,& fortaſſe venus etiam nimia quæ non conueniebat ſuæ naturȩ, fuit extra vrbẽ in loco ventis expoſito, & ipſe etiã aer Veronẽſis per ſe noxius eſt catarrhoſis & qui ſunt debilis ventriculi,etiã ſi illis natiuus ſit,tamen plerunq; catarrho moriũtur, domus eſt etiam ventis tramontanis expoſita. Quȩ cum ita ſe habeant quid dicendum eſt de prognoſtico? Nemini dubium morbum difficilem ſecundum omnes modos, habet intẽperiem omnium membrorum principaliũ. & morbus habet originẽ à diſpoſitione & temperatura naturali intrinſeca frigida & humida,quæ ipſa etiã mẽ monet ne credã exſiccatum ſubſtantifice id corpus, tales enim non facile incidũt in tabem,ſed qui calidi ſunt & ſicci naturaliter ad eam ſunt præparati, eſt igitur morbus difficillimus ex quo membra naturaliter frigida abundant excremẽtis ideo longus erit, & niſi precaueatur facile poſſet incidere in grauiora accidentia quæ ſolent venire ex catarrho, cum præſertim vẽtriculus

A ſit adeo debilis qui etſi per ſe non eſt membrum principale inter ea tamen recẽſetur quia alijs membris omnibus ipſe miniſtrat et ſeruit,ideo principaliſsimum membrũ eſt, & cum non ſatisfacit ſuo officio omnes etiam alias cauſat ægritudines vt & ab Auic.mater ȩgritudinum dicitur. Sed dimittamus prognoſticum quod in morbo longo non tam eſt neceſſarium.Ad curationem veniamus quȩ magis vrget. Cum totũ corpus ſit frigidum præcipue cerebrũ & ventriculus ſatis manifeſta eſt curatio quȩ fit à cõtrario ſuccurratur calidis,ſed quia frigiditas duplex quædam eſſentialis ſine materia ea ſimpliciter rebus calidis remouetur, eſtq; via aperta quoad modum curationis, quædam verò eſt per affluxum materiæ frigidæ ibi primũ materia remouenda, poſtea calefacienda membra. Hic eſt per affluxum ideo is primum eſt remouendus in ordine curationis, licet in ordine ſpeculationis prius conſideremus temperaturam deinde affluxum.

B Defluxus igitur remouendus per medicamenta,quod fieri nõ poterit niſi medicamentis fortiſsimis, primo ratione materiæ quæ viſcoſa rebellis attractioni & impacta, deinde ratione ſitus & lõginquitatis difficulter trahitur ab extremis partibus ad ventriculum, ideo per leuia medicamenta fieri non poterit, grauiora verò & ſoluentia non tollerabit quia corpus aridum quacunq; etiam leui arefactione difficulter tollerat medicamenta ſoluentia; deinde etiam corpus refrigeratũ habet calorem naturalem debiliorem qui facile vinci poſſet à medicamentis purgantibus pugnantibus cum natura, ſiquidem verum eſt quod in tertio ſimpl.med. ſupponit Gal.Medicamenta ſoluẽtia toto genere prȩter naturam eſſe & eam oppugnare donec ab ea vltimo vincantur.Non igitur eſſem follicitus ego de euacuatione illa magna ſeu rationali quæ educeret materiam quȩ eſt in membris exterioribus, ſed primo prohiberem cerebro ne generaret materiam, C & vt id quod generatum eſſet educeretur per vias ſuas, & quod in ventriculo eſſet per ſuas vias euacuaretur & quod in venis per ſuas.

Ventriculum primo euacuarem continue cum leuioribus,& darem quæ ſimul cõfortarent,ab hiera non abhorrerem quia non exſiccat ſubſtãtifice, & Gal.in 5.meth.vbi prohibet eam, dimittit in tabidis & ſenibus quibus humidum ſubſtantificum arefactum quod nõdum eſt in hac nobili muliere: vterer igitur ea in hoc caſu dummodo benè fieret ex aloe & aromatibus bonis & darem vel pillulas vel ſpecies: quod ſi de calefactione metuerem eam miſcerem cum caſia,licet illa ſola per ſe dicatur illi nocere relaxando ventriculum,& faciendo flatus, tamen refrenabitur à ſiccitate hieræ, vel ſi caſia nõ diſpliceret miſcerem cum diaſebeſten non ſolutiuo vel diaprunis ſimplici, & cum his euacuaretur ventriculus confortaretur & non exſiccaretur,ſed remoueretur cauſa antecedens.

Secundo euacuarem cerebrum per difflantia & euacuantia, Veſicatoria eſſent præſtantiſsima in

hoc caſu quæ & Gal.5.meth.prædicat, ſed ſi nollet
ad ea deſcendere, interim pulueres adhiberentur
exſiccantes, fierent lotiones ex bethonica, maior.
ſtęchade, baccara & alijs quæ exſiccāt & calefaciūt
cerebrum & confortant vt roſæ & ſaluia, & ſemper
eſſet aliquid agarici in quo maxime ſpero ſi verum
eſt quod dicit Dioſc.de ipſo quod applicatus exte-
rius exſiccat humorem, in podagris igitur hic lōge
magis ſiccabit quia in lotione pertrāſit vis eius per
nares, per aures, per poroſitates & ſpōgioſitates ad
ipſum cerebrū, in aures mitterem oleum amygda-
larum vel nardinū, vterer maſticatorijs, caput-pur
gijs & ita expurgarē ex omni parte. Tertio qui per
totū corpus ſparſi ſunt humores euacuarentur per
frictiones, & iſtas continuarem non tantū cum ma
nibus aridis, ſed cum oleis etiam chamomill. nard.
aneth. & huiuſmodi vt nigellæ, quā ſi verā habere
poſſet, etiā ex aceto odoraret. Alias medicinas nno
tentarem ne deſtruerem hoc corpus. Vt autem his
poſſet commode euacuari darem ſyrupos quotidie
de bethonica qui in hoc caſu laudātur vel de ſaluia
quam etiam bethonicæ antepono quia ſaluiam ve
riorem habemus quam bethonicam. Item ſyrupū
de ſtæchade ſimplicē, & hęc perpetuo darē quæ ca
lefaciunt, abſtergunt inciduntq;. Mel Atticū quod
præfertur ab iſtis antiquis, optimū eſſet, ſed nos eo
caremus, habemus mella groſſa & erodentia, poſſu
mus tamen vti zacharo quod abſtergit ſine mordi-
catione. His igitur vterer quibus non tātum mate-
riam defluxus remouerem, ſed ipſam etiam intēpe
riem tollerem, id enim habet cōmodi hic deſcēſus
quod non eſt cōtrarius intemperiei & ideo ijſdem
medicamentis curatur & defluxus & intemperies.
Sed quia morbus eſt longus oportebit fortaſſe vti
aliquo fortiori μετασυγκριτικῷ vt vocat Gal. licet
id ſit vocabulum dogmaticorum tamen vt multa
etiam alia ad methodicos transfert & ſic vocat re-
media quæ efficaciſsime mutant intemperies qua
le eſt thermarum potus. Habita eſt ea de re etiam
conſideratio ab Excel. Medicis, & inter eos fuit diſ
ſenſio, ego vt quæ ſentio libere dicam, à Patauinis
non abhorrerem, quanquam enim exſiccant (nam
& Gal.6. de ſani. tu. omnes thermas exſiccare ait)
ego autem non timerem quia non credo eſſe arefa-
ctionem ſubſtantificam in membris ſolidis, ſed ſi
recte nutriatur & augeatur calor naturalis arefa-
ctio illa facile tolletur. Thermæ autem calefacient
& exſiccabunt non humidum ſubſtantificum ſed
excrementoſum illud quod foret in mēbris & im-
pedit nutritionem, cum præſertim ſit in ætate ea
qua natura adhuc regit corpus, quæ optima quæ-
que præſeruat ad extremum. Exhiberem igitur eas
in potu, poſtea ſe quoq; in illis ablueret, & tandem
ducia quoque vteretur quæ confortabit caput, vt
ita applicarentur ſecundum omnem modum. Por
retanæ lōge calidiores & ſicciores ſunt quod & au
thoritate & ratione & experientia probare poſ-
ſem, Sauonarola licet compararet eas thermis de A-
quario quas dicit temperatiſsimas, tamen confun-

D dit poſtea & inter Aponitanas & Aquarij thermas
nihil intereſſe dicit ita nullam ponit differentiam,
ego autem cum Iunta fui 16. diebus vt viderem na
turam earum thermarum & quęrerem mineras &
vidi quod ſulphur miſſum ſuper lapides propè fon
tem accendebatur, & propterea ſpongiam portaui
quę accendebatur & ipſa. Quod autem Aponitanę
dicuntur eſſe magis ſalſæ non tamen etiam magis
exſiccant, quia ſunt aliæ mineræ magis exſiccan-
tes. Thermæ Calderianę longe magis exſiccāt pro
pter ferrum quod maxime exſiccat & ideo limatu-
ræ eius vſum habēt in diminutione ſplenis, darem
igitur aquas Apponenſes quia calidæ, lauaret ſe in
ijs per 12. dies quibus exſiccabunt quidem non hu-
midum ſubſtantificum ſed pituitam quę multa eſt
in membris, & biberet etiam, ita tamen vt non ex-
cederet 12. cyathos, non darem 60. vt olim facere
conſueuerant.

Quātum ad potū aquæ deſtillatæ ex cochleis &
limacibus, eſſet optima ſi ex marinis, terreſtriū e-
E nim caro non adſtringit niſi ipſas teſtas & cortices
accipias, ſed cum viſcoſitate ſua obtundunt, ſed
marinæ propter ſalſedinem adiunctam habent ad-
ſtrictionem & conueniunt in catarrhis ſubtilibus
in quibus vſum habet Diacodion, ex terreſtribus
aqua optima eſt in diarhijs & dyſēterijs cholericis
quia obtundunt viſcoſitate ſua & impediunt abra-
ſionem. In hoc caſu eſt catarrhus frigidus in quo
non video vſum. Corpus nutrirem cibis ſubſtanti
ficè nutrientibus, carnibus pullorum, auium non
ſtangrum. Vinum 3. de rat. vic. grande nocet cere-
bro, confert ventriculo, paruum nimis prodeſt ce-
rebro, ſed ventriculo obeſt, ideo oportet requirere
medium. Veronenſia non ſunt bona in hoc caſu
ſed Paduana ſunt longe meliora.

*De ſcirrhis duobus in facie, pro Nobili Ve-
neta, Conſilium Montani. ad
Conſilium LVI.*

F POſtquam Excell. v. Clariſſ. Doct. ex-
quiſitiſsimè conſiderarunt caſum Ma-
gnificæ Dominæ, ero excuſatus à lon-
giori ſermone, quia tamen partes meæ
requirunt, vt ſatisfaciam officio meo, dicam breui
ter ea quæ ſentio. Incipiam autem ab eis quæ patēt
ſenſui. Sumus curaturi in hac nobili Domina du-
os abſceſſus vel duo apoſtemata quæ ſunt circa fa-
ciem, alter in medio frontis, alter circa palpebram
ſiniſtri oculi, hi curari non poſſunt niſi perfecte in-
telligamus naturam eorum, ab hac enim naſcitur
perfecta curatio. Vt igitur naturam recte conſide-
remus, incipiam ab ijs quę apparēt ſenſui circa hos
abſceſſus & primò an ſint eiuſdem naturæ videbo.
Quantum ad ea quæ apparent videntur longe di-
uerſæ naturæ, nam qui in fronte, eſt quidem colo-
ris albi, & habet colorē cutis ac reliqui corporis,
ſed cum illa albedine videtur in altera parte quid-
dam ſubnigricans & eſt durior, non ita renitens.

Qui eſt

Qui eſt in palpebra difformis naturæ eſt non ita homogenius nam circa aliquas partes videtur quidem laxitas cedens tactui, in medio verò habet duriciem quæ non cedit tactui, & præter hæc eſt tertium circa angulum maiorem oculi tumor prominens cum rubore inſigni qui habet radicem perfuſam. Hæc ſunt apparentia viſui quæ ducunt nos in cognitionem occultorum. Incipiam autem primũ conſiderando naturam abſceſſuum à materia quæ cõtinetur in ijs, poſtea inueſtigabo alia. Quam igitur materiam habeant? nemini dubium eſt quin ſit materia adulta tendens ad duriciem quandam & naturam ſcirhorum, ita vt vterque tumor videatur ſcirhus quidam ſed in hoc differunt, quod qui in medio frontis apparet eſt magis homogenius, qui in palpebra diuerſæ naturæ eſt, in medio tamen ipſe etiam ad naturam ſcirhi accedit.

Scirhos vero Gal. 2. ad Glauc. 13. therap. in ℔. de tum. præ nat. & alibi, ſæpe dicit, duas habere cauſas, vel à pituita craſſa vel humore melancholico craſſo, ſemper enim ab humore craſſo fiunt & terreſtri, ſiue pituita ſit, ſiue melancholia ſiue alius humor, nam ex alijs etiam fiunt ſcirhi vt ex phlegmone & eryſipelate indurato. Ex qua igitur materia ſint hi ſcirhi (ſiquidem ſcirhi vocandi ſunt potius & non tumores præter naturam quia non ſoliciti erimus de vocabulis dummodo rem teneamus) videndum. Materia craſſa eſt in hoc cõuenimus. Sed qualis? Gal. à colore diſtinguere docet: qui in fronte non eſt niger ſed albus & habet aliquid ſubnigricans, ideò materiam mixtam iudico ex humore pituitoſo & melancholico. Eiuſdem materiæ eſt & alius ſcirhus circa palpebram oculi, ſed non eſt homogenius ex multis cauſis, ex ſitu, ſubſtantia, & forma palpebræ & magis periculoſus, eſt enim duplex palpebra & intus habet cauitatẽ in quam plures ſuperfluitates fluere poſſunt, & alioqui ad oculos in hac Magnifica Domina facile fluunt ita vt quandoque oculos aperire non poſsit propter affluxum materiæ, & quandoque etiam ab Excell. v. viſi ſunt pleni aqua. Non igitur mirum ſi ita varietur ille abſceſſus, ſed vnum apparet nunc, rubedo cum faſtigio tendente ad tuberculum vt videatur velle ſupparari. Vnde hoc? eſt vena ab angulo oculi tendens ad palpebrã & ipſam rubedinem ſeu faſtigium quæ apparet continuata & referta ſanguine nigra, ea defert illuc ſanguinem aduſtum & atrum quia nigricat, qui facit diuerſitatem materiæ circa eum abſceſſum, & hæc de materia iam fluxa quæ immediate facit dictos tumores & dicitur cauſa coniuncta abſceſſuum. Qui in fronte eſt ex pituita & aliqua parte humoris melancholici non aduſti ſed illius qui proprie dicitur fex ſanguinis. Qui in palpebra eſt ex pituita quæ induruit, & in hoc eſt ſimilis alteri, ſed accedit aquoſitas illa quæ interdum implet ambas palpebras & ſanguis delatus eò per venam dictam. Videndum modo quæ ſint cauſæ quæ faciant materiam fluentem, neque enim credendum eſt illos tumores habere iam totam materiam ita vt nihil amplius fluat, ſed habẽt

A cauſas fouentes, quia quandoque ſublati redeunt, minorantur & creſcunt, ideò neceſſe eſt adeſſe materiam quæ foueat, & hoc eſt quod ſatisfacit dubitationi Clariſſ. Doct. de eo tumore qui præcedentibus diebus videbatur laxior, hoc enim ſolet fieri, Primo fiunt œdemata quæ poſtea indurantur & fiunt ſcirhi, dum partes tenuiores reſoluuntur & craſsiores permanent, indurantur adeò vt quandoque etiam fiant incurabiles dum ita materia petrificatur (libet enim hoc vocabulo nunc vti) vt reſolui nullo modo queat. Vnde igitur fluit talis materia? A capite, in quo plurimum pituitæ generatur propter multas cauſas poſtea dicendas, & inde expellitur ad loca propinqua vel quia ſitus magis paratus eſt vt eo defluat, vel etiam quia ſint imbecilliora, quod quare fiat plures cauſæ eſſe poſſunt, quæ non ſunt neceſſariæ relatu, ſatis eſt ſcire defluxum eum fieri ratione propinquitatis & debilitatis. A capite igitur defluit materia, ſed an in eo generetur dubitari poteſt? Clariſſ. Doct. Credo imbecillitatem in
B capite propter multas cauſas externas & procatarcticas, quæ fecerũt vt continue generata ſit, primò ex toto habitu cerebrum apparet calidum & humidum, ideo plurima excremẽta in eo generantur et acceſſerunt plurimæ cauſæ quæ ea auxerunt, peſsima illa conſuetudo mulierum manẽdi in ſole cum capite humectato, calfaciunt, refrigerant caput & ſunt in perpetua pœna dum pingunt illos ſuos capillos: fuerunt & aliæ magnę cauſæ, refert electuarium calidiſsimũ quod cum accipiebat, ita ſemper calefaciebat totum corpus, vt cum omni ſtudio refrigerabatur à Doctore, nũquam tamen ſicut ipſa refert refrigerari poterat, capilli adeò humectabãt vt aquam ex illis exprimere poſſet, ac tota die et nocte permanebat in ſudoribus ex ea caliditate, vbi etiam interdum puella ad lectum aſtabat quæ dormienti faciebat vẽtulum, habet & alias cauſas procatarcticas plurimas quæ caput reddiderunt imbecillius vt generaret plurima excrementa, eſt igitur
C eſſentialis læſio in capite ratione cuius generãtur excrementa quæ fouent tumores, ſed ad id etiam membra inferiora conferunt nec tantum caput in cauſa eſt. Vterus humidior eſſe poteſt, ſed ventriculum & epar credo temperata, ſiquidem illud membrum ſanum dicitur quod bene exercet operationes ſuas, ventriculus bene cõcoquit, epar generat plurimum ſanguinem, ideò ea membra nõ ſunt intemperata. Vterus verò non exercet munus ſuum ſicut oportet, non continet fœtum, ſępe abortũ paſſa eſt ſine cauſa notabili, menſes etiã nunc non excernit debito modo, in eo igitur aliquod eſt vitij. Credo igitur duas cauſas eſſe cur in toto corpore generetur plurimũ pituitæ, primo quia ocioſa eſt non ſe exercet, laute viuit, nutritur bene, comedit cibaria plurimi nutrimẽti, generatur plurimus ſanguis & multiplicantur excrementa in corpore ex parte obiecti non ex parte ſubiecti, quia nõ mouet ſe, eſt ocioſa & bene comedit, excrementa non poſſunt difflari ſicut oportet, ad hæc ſecunda deinde cauſa accedit, non purgatur quantum oportet cum

deberet maxime purgari, ſiue acetabula ſint obſtru
cta à pituitoſis mucis, ſiue vter⁹ ſit frigidior, facile
enim imo ſępiſsime fit vt reliquis mēbris bene con
ſtitutis vnū male ſit affectū vel duo. Quod autem
ſit vterus male affectus ex operationibus lęſis colli
gimus, non excernit mēſtrua debito modo, & non
recte retinet fętum. Hæ igitur cauſę ſunt cur multi
plicātur excrementa, quę cum retinentur interdū
grauitate ſua deſcēdunt & tum inflantur crura, ma
iori verò ex parte aſcendunt vt quandoq; infletur
facies etiā, quia multiplicantur excremēta in mem
bris inferioribus nō vitio ipſorum mēbrorum, ſed
quia materia abundat ex plurimo alimento, vnde
continue aſcēdunt vapores & pituita per vias latas
& corpus imo totum ambitum venarum ad caput
quæ fouet & auget pituitam ibi generatā, & poſtea
iterū excernitur per multas vias maxime tamen ad
dictos tumores (habet etiam talem intra mamillas
tumorem.) Hæc eſt natura tumorū quo ad cauſas
coniunctas & antecedētes procatarcticas, & mate-
riam etiam quæ multiplicatur propter illas cauſas
dictas, accedentibus maxime & adiuuantibus affe
ctibus animi, in quibus ſemper ſi quæ alia mulier
tota eſt, ſemper male ſuſpicatur, ſermones inter-
pretatur aliter, & multum timet. His ita ſe habenti
bus quid futurum? Clariſſ. Doct. periculū eſt pro-
pter duritiem ita perſeuerantem & intelligo pau-
cis diebus factos duriores licet in ambitu ſentiatur
mollicies quędam propter materiā continue fluen
tem, tamen ſemper in medio durū eſt aliquid perſi
ſtens, quod cauēdum ne deueniat ad tantam duri-
ciē vt fiat ſcirhus verus extreme induratus qui cu-
rari nō poteſt ſiue ex pituita ſit ſiue ex melācholia,
cuiuſcunq; generis ſit humor in ijs contentus ſiue
meliceridès ſint ſiue ſteatomata ſiue atheromata.
Non enim ſum tam bonus augur vt ſciam quis hu-
mor in ijs contineatur, craſſus eſt & dubito ne ve-
niat ad inſignem duriciem niſi Excell. v. diligenter
occurrant. Deinde etiam circa tumorē oculi opor-
tet eſſe cautos propter venam quæ vehit ſanguinē
ad eum tumorem ne irritetur & exacerbetur. Hæc
de futuro, quo ad pręſentē enim poterit curari for-
te non ita difficulter, ſed de futuro prouidendum.

Curatio omnis fit per contrariū, materia hic flu
xa eſt partim fluit, ea tollenda, ſed vnū dubium eſt,
non poſſe id fieri niſi prius remoueamus cauſam
facientem, vera igitur curatio erit cauſas facientes
remouere & præcipue imbecillitatē capitis. Quia
autē in toto ambitu venarum plurima excrementa
quæ eam imbecillitatem fouent ea prius remouen
da erūt, quod fiet per euacuationem. Primo igitur
erit euacuanda, & cum ſint genera euacuationum
duo miſsio ſanguinis & euacuatio per medicamen
ta, ſi materia pituitoſa & cruda tātum, non foret ex
propoſito miſsio ſanguinis, quia ſiquid eā impedit
eſt cruditas, ſed ſi quis ſanguis admiſtus aduſtus ſi
cut apparet, credo quod ſine miſsione ſanguinis
nō curabitur, non tamen in principio mitterē ſan-
guinem ſed prius concoquerem & euacuarem cru
dos & viſcoſos humores poſtea mitterē ſanguinē.

D Vbi inciperem? Plurima ab Exc. v. propoſita quæ
ſunt optima, facta eſt euacuatio, perſiſterē igitur iā
in coctione materiæ craſſę. Quibus ſyrupis? Placet
oxymel, ſyr. de beth. & de cichorio etiā propter ad-
uſtiones, ſicut recte propoſuerūt Excel. v. & potius
darem decoctum quam aquas diſtillatas, idq; fieret
ex herbis beth. cicho. ad calidiores non aſcēderem,
radices fæniculi fortaſſe conuenirent quia aliquo
aperiente indiget, & hæ non ita petunt caput nec
euaporāt ſicut radices petroſelini & tum etiam ita
ſunt efficaces. Poſtea euacuarem neq; vellem cōpo
nere tot pillulas (quia Trincauela tres cōponebat)
acciperem cochias quia habent omnia coloquint.
agar. quæ purgant pituitā & caput euacuant, ingre
ditur & ſcamonea nec aliud habēt pill. aureæ, ideo
non multiplicarē pill. ſed exhiberē vnius generis,
vel ſi electuarium mallet darem confectionem ha-
mech vel etiam pill. aggregatiuas quæ huic reſpon
dent, & eadē planè recipiunt ſimplicia. His euacua
rem ſemel atq; iterum vel etiam ter ſi neceſsitas vr
E geat ſemper iterum materiā concoquēdo, interim
verò quo ad hos tumores attinet, vt defenderē ab
eo quod eſt futurū & curarē quod eſt pręſens vte-
rer vnguento quod tātopere eſt laudatum à Gal. in
omnibus tumoribus, acciperem oleum roſ. comp.
& id in mortario plūbeo cum piſtillo plūbeo ma-
laxarē affundendo paulatim ſuccum ſolatri, ac redi
gerem tandem in formam linimenti cum modico
ceræ, ex plūbo enim repercuſsionem & reſolutio-
nē, (vt & Auic. & Gal. teſtatur qui in omnibus du-
riciebus & frigidis & calidis ſeu aduſtis hoc lini-
mēto vtuntur) ſuccus ſolatri extingueret calorē ne
perueniret ad maturationem ſeu ſuppurationē, in
qua periculum eſſet ne faceret abſceſſum cum ſinu
magno, maxime in illa cauitate palpebræ vbi poſt
ea cū diminueretur aliquid ex palpebra fieret tur-
pitudo, & fortaſſe non ita poſſet moueri poſtea. A-
lio linimento non vterer, hoc enim tutiſsimum eſt
& optimum, hæc quo ad curationem ordinariam.
Eſt modo propoſitum vnum remediū quo ego ni-
F hil præſtātius iudico, & poſſum idem dicere quod
Clariſſ. Doct. ſi eſſet vel ſoror vel filia mea non diſ-
ferrem id, imo ſtatim inciperem purgare ad hoc vt
exhiberem decoctū ligni, & poſt purgationem vni
uerſalem exhiberem prius ſyr. ſol. de elleboro poſt
ea ad lignum accederem, & credo ſi hæc fierēt pro-
culdubio curabitur. Quod ſi dū accipit decoctum
vultis adhibere ſpumā ad tumores illos, poteſtis.

In ratione victus nemini dubium oportet mino
rare quantitatē & neceſſe eſt vt ſint cibi boni nutri
mēti & pauci excrementi, vinū albū darē vel ſubru
beū ſaltē, à nigro cauerē, & exerceretur quandoq;.

De catarrho defluente ad crura & ventricu-
lum cum febre quotidiana, pro Puella Virgine
Conſilium Montani. ad Conſilium XVIII.

CLariſſ. Doct. & ſi Excell. v. optime retu
lit caſum Nobiliſſ. puellę, morbum cau
ſaſq; ipſius diligētiſsime inquiſiuit cu-
rationem denique recte inſtituit: vt ta-
men

men ego quoq; ſatisfaciam officio meo & Magnifi cis his Dominis qui me vocauerunt, dicam & ego breuiter quæ vidi & cognoui in hac nobiliſſ. puella confirmando ea quæ dicta ſunt ab Excell. v.

Sunt iam multi dies & forte anni etiam ex quibus ſæpe vidi & curaui hanc nobilem iuuenem à varijs accidentibus inter quæ tamen præcipuus fuit catarrhus deſcendẽs, cui ſemper ſubiecta fuit, niſi quod ad alia atque alia loca deſcendens diuerſa ſubinde generaret accidẽtia, curata eſt etiam ab alijs, nunquam tamen perfecta cura abſolute vt deſiderabatur. Audiui tamen interim à Clariſſ. parentibus, quod cum antea eſſet in perpetua atrophia & non nutriretur, ex factis remedijs, ea deueniſſe vt iterum pingueſceret donec tandem incideret in congeneres ęgritudines, quibus hodie etiam affligitur, & inter reliqua patitur eandem diſtillationem ad crura & digitos quæ in ijs partibus facit non conuulſionem ſed contractionem ſeu vt Græci vocant ſpaſmata, quæ à conuulſione multũ differunt, eſt enim in ligamentis potius quam in neruis & ideo plerunque ſine dolore eſt, niſi cum mouetur, cum quieſcit non dolet. Hæc ab eadem cauſa oriuntur à qua oriebantur etiam ſymptomata quæ ſuperioribus annis patiebatur videlicet à deſcenſu catarrhi qui antea ſolebat ad pectus & alias partes defluere, nunc verò ad crura & pedum digitos deſcẽdit. Sed maxima etiam portio eius ad ventriculum delabitur, ideò ſemper habuit & nũc etiam habet ventriculum affectum & redundãtem pituita. Is catarrhus frigidus eſt vt per concluſiones loquar ad virum doctiſsimum. Poteſt autem quæri an ille defluxus catarrhi totus ad capitis vitia referri debeat, an verò in vẽtriculo pręcipue generetur materia, vtroq; enim modo poteſt fieri catarrhus. Clariſſ. Do. ego crediderim quod à ventriculo inceperit male concoquente cibaria, caput optimi intellectus & diſcurſus eſt, ſenſus tam interiores quam exteriores omnes integri & ſani niſi cum impeditur à catarrho per omnes meatus deſcendente ad partes ſubiectas, ideò primam originem crediderim eſſe à ventriculo male concoquente cibaria, vnde aſcendunt vapores ad caput, & inde iterum expulſi delabitur materia ad alias partes, & ipſum etiam ventriculum, & ita fit circulus notus apud Medicos, & hanc ob cauſam tandiu durat. Hanc igitur crediderim potiſsimũ eſſe cauſam diſtillationis quæ dum deſcendit poſtea (vt ſemper fit) occupat varias partes corporis, prout vna vel alia habet varias occaſiones vt ſit imbecillior, ideo in hac nobili puella occupauit varias partes quandoq; pectus quandoq; cutim nunc crura. Et hæc de catarrho qui oritur à ventriculo male concoquẽte, ideò inſignes habet obſtructiones & cauſas vnde fiunt incoctiones & vapores aſcendunt ad caput propter quos defluit poſtea catarrhus ad dicta loca.

Cum hoc catarrho & his contractionibus patitur etiam febrem quæ bis ſingulis diebus habet ty-

A pum manifeſtũ mane & veſperi cum leui quodam frigore inuadit, & peractis diebus excitabat nauſeam & vomitum, ſequitur poſt frigus calor mitis non acutus nec acris, ita vt febris leuis ſit quoad calorem. Et rarò aut nunquã vnus paroxyſmus tranſit quatuor horas, nec accidẽtia ſęua habet niſi proſtrationem appetitus & ſitim, ita vt omnino febris pendeat ab aliquo humore craſſo non acuto, & habeat eãdem cauſam cum reliquis ſymptomatibus pituita videlicet. Primò enim inuadit ſingulis diebus nec eſt differentia inter paroxyſmum & paroxyſmum, & frigus tale quale ſolet eſſe pituitæ dulcis & inſipidæ & benignæ quæ facit principia febris cum molli frigore & horripilatione. Habet & calorem non acutum, vrinæ remiſsi coloris ratione ætatis & febris, adeò vt planè idem ſit humor pituita putreſcens quæ etiã eſt cauſa catarrhi & contractionum membrorum, ita omnia ſymptomata ad eandem cauſam referri debent ad pituitam ſcilicet quæ dum putreſcit facit febrem. Sed in quo lo-
B co? Non crediderim putredinem eſſe in ventriculo & venis quia continua eſſet, ſomnum haberet in principio paroxyſmi & toto etiam tempore paroxyſmi haberet & tremorem cordis propter conſenſum, ſed credo quod putredo ſit extra venas in toto ambitu corporis & deſcendere materiam à capite non tantum per vias latas ad ventriculum per neruos ad crura, ſed per venas etiam ad omnes partes corporis & expelli poſtea à venis ad partes exteriores & ibi putreſcere ac cauſari febrem quotidianam quæ duplex eſt vel propter multitudinem materiæ vel propter fortitudinem virtutis expulſiuæ vel fortaſſe etiam propter vtrunque.

His ita ſtantibus facile apparet quid poſsimus dicere de prognoſtico & cura: de prognoſtico, ephimerinæ omnes longę ſunt perducũtur ſaltẽ ad 40. dies etiã cum optime curantur, forte quod hęc etiam non tam cito curabitur, credo tamen quod curabitur, ſũt enim curabiles eiuſmodi febres ſed longæ. Idq; in hac puella eo magis, quia tempus au-
C tumnale vel potius conſtitutio autumnalis eſt. Ideò febrem diuturnam quidem ſed ſalubrem iudico. Diſtillationem verò curatu difficilem iudico, videtur enim naturaliter inclinata ad deſcenſum, & omnino oportet vti remedio aliquo maiore quę Græci μετασυγκριτικὰ vocant quæ innouant totam temperaturam ſi integre eam curare velimus.

Cura, optime curata hactenus ab Excel. v. Auic. de cura feb. quotid. dicit curari eas paulatim concoquendo & paulatim euacuando, id optime obſeruatum ab Excell. v. & tales fuerunt euacuationes quales ipſe iubet fortes debiles vt ipſe vocat, ipſa etiam digeſtiua fuerunt quæ poſſunt exquiſitiſsime concoquere humores frigidos & pituitoſos, habuit etiam maximam curam vẽtriculi quod ipſum etiam erat præceptum Auic. & eſt proprium harũ febrium vt generentur propter debilitatem & frigiditatem ventriculi, ſicut tertiana à ſupercalefactione epatis, & quartana à liene male affecto vel

obſtructo, hæc omnia dico vt ſim excuſatus in e-
numerandis remedijs, quia nihil aliud de ijs affe-
ram quàm vt in adhibitis hactenus perſeueretur
percoquatur materia & paulatim euacuetur cum
hiera propter ventriculum & agarico propter hu-
morem qui debet euacuari, digerẽtia ſint mel roſa-
tum, decoctum ex abſinthio ſicut eſt propoſitũ ab
Excell. v. et licet videatur abhorrere, tamen debet
cogi, et ante etiam à me perſuaſa eſt vt tales accipe
ret. Trochiſcos nõ exhiberem niſi prius ſemel atq;
iterum euacuata eſſet, poſtea darem trochiſcos vel
de abſinthio vel rhabarbaro quia parum differunt,
ſed prius adhuc bis euacuarem, & poſt duas eua-
cuationes darem trochiſcos. Hæc de curatione fe-
bris quia dum ea durat nihil aliud curarem, & for-
te ea ſublata & roborato ventriculo alia ſympto-
mata ceſſabunt. Quod ſi curabitur febris ante tem
pus balneorum, laudo vſum eorum, cum enim ad
ſit magna ventriculi frigiditas, & non magnus ca-
lor epatis, totum corpus & præcipue cerebrum pi-
tuita abundet, nihil eſt præſtantius, nihil melius
quam exhibere thermarum potum, calefaciẽt ven-
triculum & euacuabunt pituitam & percipiet no-
tabiliſsimum iuuamentum, & fortaſſe etiam pote
rit accedere in alio anno, vel etiá tribus annis con-
tinuis & repetere. In primo enim anno erunt ſyru-
pus, in ſecundo medicina, in tertio curabitur, quia
ægritudo iam confirmata plurimo tempore, ſem-
per enim habuit ægritudinem eandem, licet diuer
ſa eſſent ſymptomata quia catarrhus per alia loca
deſcendebat. Quod ad crus & contractionem ſi re
mouebitur febris, & perſeueret contractio lutum
accipere poteſt, ſed id fortaſſe incõmodius in puel
la, ideo potius vino ſeu muſto bulliente vterer, ſed
nihil eiuſmodi molirer donec febris curata, quia
non ſunt grauia ſymptomata vt habeãt vim cauſæ
& ad ſe trahant curationẽ, forte curata febri ceſſa-
bunt, ſin minus prædicta adhiberem remedia.

De ſibilo aurium cum corruptione ſenſuum interiorum, pro Magnifico Contareno Collegium Montani. ad Conſilium X.

CLariſſ. D.D. Quæ apparent in morbis
ſolent oſtendere genus & magnitudi-
nem morbi, ſequuntur enim morbum
ſicut vmbra ſequitur corpus ſuũ: quis
igitur ſit morbus & quam magnus videndũ ex ac-
cidentibus quæ ita perſpicua ſunt vt pigeat vidiſſe
ſunt enim maxima & deteſtabilia, operationes no
biliſsimæ in toto humano corpore læſæ ſunt, & lo
cus affectus nobiliſsimus eſt, ita vndecũq; acciden
tia indicant magnam ægritudinem in Magnifico
Domino, ſed quæ nam ſunt ſymptomata? In ſenſi-
bus extrinſecis, læſio in auditu qui diminutus eſt
vt nõ audiat diſtinctas voces, & ipſe etiam clamat
cum loquitur, & licet ipſe ſe bene audire exiſtimet
(diſcurſum quoq; corruptũ habet vt dicemus) ta-
men in auditu læſio eſt, & perpetuũ ſibilũ patitur.

D Quod vero ad ſenſus interiores attinet, quod in
prima ſtatim locutione deprehendi & maxime mi
ratus ſum, cum eſſet iam prudentiſsimus, pruden-
tiſsime & celeriter etiam loqueretur, nunc nec ima
ginatur nec diſcurrit nec memorat integre, ſed di-
minute ex vna parte, quia frigiditas adeſt quæ di-
minuit, ex alia etiam corrupte quia non eſt tãtum
ſimplex intemperies ſine materia, ſed adeſt afflu-
xus qui etiam corrumpit, idque præcipue in ope-
rationibus animalibus cõtingit quæ fiunt median
tibus ſpiritibus, qui cum occupãtur, à materia cor
rũpuntur, ita quandoq; nebulæ apparent ante ocu
los quæ eſt actio corrupta, cum tamẽ ſit ex materia
frigida. Habet præterea aliud quod magnũ indiciũ
videtur vigorem ſenſuum eſſe imbecillem magis
quá fuerit, quia tarde loquitur & vix poteſt expri-
mere & meminiſſe cum maximo labore ea quæ lo-
quitur, hæc accidẽtia tam grauia in loco tam nobi-
li, & maximarum operationum læſio indicat ma-
gnum morbum. Sed cuius membri eius à quo pro
E deunt actiones cerebri videlicet in quo diſcurſus
eſt, et memoria, in cerebro igitur eſt læſio. Quæri-
tur modò qualis ea ſit, quæ intemperies & natura
eius læſionis ſeu quis ſit morbus, ſiquidem vt Gal.
1. therap. et 2. de diff. morb. dicit morbus eſt diſpoſi
tio à qua immediate operationes læſæ oriuntur.
Quærendus igitur quis morbus? Non eſt in ſoluta
continuitate nec ex mala compoſitione (niſi ſint in
aliqua parte obſtructiones) eſt igitur in complexio
ne et quidem frigida proculdubio quæ diminuit
operationes. Iſta autẽ frigiditas an ſit cum humidi
tate vel ſiccitate quod ad ipſam intemperiẽ, de hoc
nihil certi habeo, in hoc corpore nõ ita video ſigna
humiditatis ſicuti frigiditatis, ſed cum quędam in-
temperies ſimplex ſit quædam verò per affluxum
materiæ, hæc proculdubio materialis eſt, et quidẽ
materia proportionata intemperiei frigidæ videli-
cet & humidæ quæ auget intemperiem, & quia ta-
lis eſt, eſt de genere pituitæ quia omnis humor fri-
gidus & humidus colore albus pituita vocatur à
F Gal. 2. de facul. natural. Iſtę autem humor vnde col
ligitur talis eſſe? primo ex longitudine morbi, dura
uit enim per ſex mẽſes & etiam amplius, & ægritu-
dines longæ & ſi à calido humore inceperint dum
tamen protrahuntur fiunt frigidæ, quòd id quod
calidum eſt euaporat, frigidũ verò & craſſum rema
net, ſecundo omnia etiam excremẽta talia ſunt, ter
tio ſibilus aurium quoq; indicat de quo loquimur.
Sed quæritur an eſſẽtialiter primogenio affectu in
cerebro ſeu capite ſit an verò aliunde adueniat? Vi
detur quod eſſentialis capiti ſit, longo enim tempo
re continue perſeuerauit tinnitus aurium ſine pe-
riodo vel paroxyſmo aliquo, ſemper cõtinuus fuit
quod maximum ſignum eſt lęſionis eſſentialis. Ha
bemus etiam vt refertur ab Excell. Doct. quod à
quo inceperunt lædi operationes illæ, nunquá ha-
buerunt lucidum interuallum. Credo igitur eſſen-
tialiter impreſſam in capite intemperiem frigidam
ratione cuius generetur pituita illa quæ eſt cauſa
dictorum

dictorum ſymptomatũ, ſed non crediderim ita eſſentialem quin habeat fomentum à ventriculo et ambitu venarum, primo ex ventriculi intemperie quamuis enim optime temperaturę eſt ipſe et multorum negociorum, ſemper rebus agendis occupatus ſæpe tum nõ poterat cęnare, ſed patiebatur longiorem inediã, quòd vbi paulò largius pranſus erat cibum ægre conficiebat, quod ſignũ eſt ventriculi frigidioris, quia cũ calidus eſt cito concoquit & iterum appetit cibum. Fuit igitur naturaliter frigidus ſiue ab ortu ſiue à cõſuetudine longis & multis annis confirmata. Secundo ſtãte iſta frigiditate acceſſit peſsima ratio victus perſeuerãs plurimis annis longo tẽpore ſolitus comedere res plurimorũ excrementorũ, in hieme aues paluſtres, carnes bouinas, ęſtate agnos & plurimos fructus, ita ex diſpoſitione naturali & peſsima ratione victus neceſſario aggregatæ plurimę cruditates in vẽtriculo & ambitu venarum, quia cùm in ventriculo abundant cruditates ex vitio primæ coctionis non emẽdatur ea à ſecũda coctione, ita vt recte dixerit Auic. malam coctionem ſtomachi materiam eſſe omniũ ægritudinum, hæc oſtendunt non tantũ in cerebro multiplicari ſuperfluitates, ſed à toto ambitu aſcendere vapores qui augent & faciũt cruditates ibi genitas, ita vt facile poſſet in deterius labi. Hic igitur morbus intẽperies eſt frigida in cerebro & ventriculo ratione cuius aggregatur plurima pituita quę lędit cerebrũ eſſentialiter quia ibi generatur & per conſenſum etiam quia ab alijs membris eò mandatur.

An verò præter pituitam admixtus ſit alius humor qui vel ſub forma vaporis eleuatur eò, vel ibi generatur? Quando epar conſidero calidum cum ſiccitate quia totius corporis color ſubniger, pili craſsi, multi & nigri indicant igneam & adurẽtem caliditatem in corpore, quia caliditas cum humiditate fuluos facit cum mollicie quadã, ſi criſpi ſunt, quod ſignũ eſt aduſtionis & caloris inſignis cum ſiccitate, & quamuis pinguis ſit ſciunt tamen Exc. v. ex Gal. cholericos pingues fieri dum laute viuũt, ſicut hic Magnificus Dom. vixit, & quia in curis fuit & plurimis negocijs in ętate paracmaſtica 46. annorum in qua magis exſiccantur & aduruntur humores, ideò credo aduſtos & melancholicos humores, etiam augeri in hoc corpore cuius indiciũ eſt fluxus hæmorrhoidarum copioſus diebus præcedentibus quæ eſt euacuatio humorũ aduſtorum & melancholicorum vt ex anatome apparet ex venis à liene eò deueniẽtibus expurgari per eas lien.

Cur igitur ſit in memoria, diſcurſu & imaginatione lęſio, nõ mirum. Frigiditas diminuit, & cum accedit materia fiunt homines ſtupidi & quandoque ſequuntur letargi & alij morbi grauiores, ſed vnde tinnitus aurium? Facilis eſt ratio ſi conſideramus quomodo fit auditus, fit autem auditus ſicut & Gale. & Philoſophi dicunt quoties aer exiſtens quietus in neruo tegente os illud duriſsimum, mouetur ab aere extrinſeco tum mouetur auditus & anima iudicat ſonos. Nec refert an in

A ipſa aure ſit cauſa agitans aerem an verò ex parte extrinſeca adueniat ſicut ſæpe materiæ ante oculos quædam apparent non ex aliquo extrinſeco ob oculos obuerſante, ſed propter vapores in oculis vt cum muſcas videmus, cum tamen non ſint, ita & ſibilum audimus cum non ſit, tantum quia aer ille agitatur à vaporibus qui generantur à materia pituitoſa exiſtente in cerebro & deſcendunt ad aures quas inueniunt imbecilliores (propter cauſas nobis ignotas quia non ſunt relatæ, ſatis eſt quod ex hoc ipſo ſigno quia ad eas vapores deſcendunt, arguantur imbecilliores.)

Hinc naſcitur ſibilus aliquando maior aliquando minor, non ſibi perpetuo æqualis pro vt plus vel minus de vaporibus qui aerem ibi exiſtentem concutiunt. Ideò licet non ſit ibi obſtructio aliqua ſed optime audiat, non tamen tollitur quin ſit ille ſtrepitus & tumultus. Hæc de cauſis omnium ſymptomatum quòd ſint à mala intemperie cerebri &
B ventriculi ratione cuius totum corpus conſentit.

Hinc apparet quod poſſumus prognoſticare & quomodo debeamus curare, & quia prognoſticũ ſemper præcedere debet, propterea quod fruſtra tentamus quod præſtare nõ poſſumus. Certum eſt accidentia in loco nobiliſsimo in cerebro, & omnia eſſe difficillima curatu ſicut omnes cerebri affectus, propterea quod cerebrum & alia membra nobiliora non afficiuntur niſi à cauſa magna, natura enim perpetuo defendit partes nobiliores quouſque poteſt, non aliter ac dux bonus potiores partes ſui exercitus tuetur. Ideo magna difficultas primò quo ad locum nobilem. Secundo cerebri ſubſtantia per ſe frigida, & membra frigida non ita facile curãtur vt calida quæ digerunt & concoquũt. Tertio alia difficultas, eſt homo, ſine diſcurſu eſſe non poteſt & ita nũquam quieſcit cerebrum, atq; ratione exercitij redditur curatio difficilior nobis cum membrum ægrum debeat quieſcere. Vltimo
C ſemper vapores aſcendunt, & videtur morbus iam confirmatus longo tẽpore, eſt præterea motus tardus non velox ideò crudior redditur materia & rebellis & ad concoctionem & ad expulſionem. Hæc omnia difficilem morbum arguunt. Sed reſtat alia difficultas maior, hic Magnificus Dominus cum longo tempore debeat curari & multa facere non volet obedire. Hæ difficultates faciunt me ancipitem, ſed non propterea tollitur omnis ſpes quin curari poſsit ſi modo velit.

Quomodo curabitur? facilis eſt & prompta curatio, quia nullum eſt accidens quod trahat curam ad ſe, tantummodo ipſi cauſę morbi occurrendum eſt. Adeſt intemperies cum materia ergo primum materia tollenda & exquiſitiſsime euacuãdum corpus vt optime propoſitum eſt à v. Excell. nec vna ſed pluribus ac pluribus euacuationibus.

Quibus inſtrumentis? Humor frigidus craſſus viſcidus & impactus eſt, ideo primo præparandus quod viſcidũ eſt abſtergatur quod craſſum incidatur, id cum propter impactum humorem nõ facile

ferri poſsit,ideó faciendum quod Gal. iubet & Auic.toties repetit vt paulatim concoquatur & paulatim euacuetur,& iteretur poſt 4.vel 5.ſyrupos & poſtea repetatur atque ita exquiſitiſsime euacuari poterit. Oxymel inter præparãtia non omitterem, abſtergit & incidit,poteſt miſceri ſyrupus de bethonica vel de ſtęchade & quia corpus latũ ad ij. ℥ ſy. adderem decoctum ex ſaluia bethonica & ſi metuerem caliditatem epatis ex cichorio quæ refrigerat & aperit obſtructiones.

Poſt euacuaré cum Agarico & hiera. Acciperem Agarici ʒ j. hieræ ʒ ij. caſsiæ ʒ iiij. in bolo, vel ſi pillulas mallet hieram cum agarico in inſigniori doſi, quod ſi quantitatem tollerare nolit, darem pill. cochias quarum vna ʒ. euacuaret plus quam iiij ʒ. hieræ & ſunt optimæ in hoc caſu ſicut eas extollit etiam Raſis, hac ratione iterarem. Facta euacuatione ſæpius repetita vt remouerem intemperiem alteranda ſunt membra, caput vbi corpus exquiſite euacuatum vniuerſaliter tentarem cum caputpurgijs & maſticatorijs exterius. Poſt interius corroborarem exhibito mithridatico quod ita corroborat ventriculum & caput vt forte nihil præſtantius ideo omnibus alijs præferrem dummodo bonum eſſet, etiam ſi nõ ita vetus, licet cum aliquot annos habeat magis ſit fermentatum. Quod ſi adhuc aliqua caliditas in epate quæ metuẽda ſit, corrigatur mithridatum cum zacharo roſato vel aliquo tali, placet & nux muſcata & gariophilli ſi velit habere in potu & ferculis. Exterius etiam cõfortarem per linimenta, olea, applicarem remedia de abſinthio, aromata, vt ſpecies aromatici roſati, ſpecies cõfect. Diamuſci vel aliquod tale quod corroboraret caput, cerebrum, cor & ventriculum.

Ad aures vt calefierẽt & tollerentur vapores ad eas deſcendentes non dimitterem remedium tantopere celebratũ in hoc caſu à Scribonio Largo in quo accipitur vna pars olei de pice & duæ partes ol. amygd. d. vel ol. com. vt accipit ipſe Scribonius quod expertus ſum, tollere etiam ſurditaté factam à vaporibus ex cerebro ad aures miſsis.

Vbi hæc omnia peracta duo modò alia proponuntur propterea quod vbi ordinaria non iuuant, ad maiora & metaſyncritica deueniendum ſit, & ſunt potus aquę thermarum & decoctum ligni, mihi vtrunq; conuenire videtur, exhibere aquas thermarum, & ſi viderem eum non ſatis obedire, exhiberem decoctum ligni in quo neceſſario teneret diligentiorem diętam, vtrunq; valet, & credo quod curabitur ſi hæc omnia perficiantur ab Excell. v. & fortaſsis antequam ad hæc vltima perueniatur. De ratione victus omnibus notum: cibi debẽt eſſe boni nutrimenti: à vino facerem eum abſtinere, Gal. enim tertio de rat. vic. tribus de cauſis vinum prohibet, vbi cruditates ſunt, vbi lęſio capitis, vel phreneſis, vbi ſuſpicio de apoſtemate intrinſeco. Hæc duo ſunt cruditas & læſio capitis quod præcipue læditur à vino. Ideo non darem & Auic. in ægritudinibus neruorum prohibet vinum in omnibus

D quatuor temporibus ita vt in declinatione etiam non concedat, cum in alijs quibuſdam concedat vinum in ſtatu, darem igitur aquam mulſam vel aquam coctã cum cinamomo, zacharo & ſaluia non lederet caput & interim nutriret & etiam concoqueret materiam.

De oculis lacrymantibus cum dolore iſchiadico, pro Iudeo Affricano Collegium Montani. ad Conſilium IX.

Caſus, Nob. Iudęus natus in Tuniſi annorum 35. ante annos 20. in Alcairo ciuitate in qua viuit incidit in quendam affectum oculorum, ita vt imagines qualdã ſeu muſcas aut culices ante eos videret quo accidente cum admodum vexaretur, conſuluit medicum ibi magni nominis qui adhibuit remedium quod laudat Gal. in periculo ſuffuſionis E ex cõſenſu ventriculi. Hieram de ſex rebus Gal. ea 20. his annis cõtinue vſus eſt, bis etiam ac ter in menſe, quod remedium licet illas apparentias muſcarum non remoueret, lachrymas tamẽ erumpentes interdum ex oculis cohibuit: poſtea quia mercator eſt & varia itinera faceret, ante bienniũ cum nauigaret in maximis tempeſtatibus & 40. diebus continuis ſubinde humectaretur tam aqua cæleſti quam marinis fluctibus, ac in ea nauigatione vomeret ſæpiſsime, redijt iterum diſtillatio ea oculorum, ſed lõge maior cum dolore & ardore inſigni, conglutinabantur interdum palpebræ vt cum magna difficultate poſſet ſeparare, & ante erat ſęua ægritudo licet nunc videatur miteſcere. Paſſus præter hæc ferè ſemper iſchiadicos dolores, ſed ij etiã poſt illam nauigationem adeò augebãtur vt illum magis curaret quam affectum oculorũ. Venit Venetias & ibi medicus quidam traxit ſanguinem ex ſaphena, primùm eiuſdem pedis & poſtea ex bra- F chio vſq; ad tres libras, ex eo magis auctus dolor iſchiadicus, huc venit de eo præcipue querens, exhibita eſt caſia, ſed quia inordinate viuebat plurimũ comedẽs et bibens etiam vinum, auctus eſt dolor oculorũ ac aqua plurima effluebat, falſa etiam primò, licet poſtea ſalſedo illa non amplius apparet. Craſſus illi victum ordinauit panatellam, cremorem hordei, et carnes pullorum iuuenum ſed paucas vt conſuetudini aliquid concederet, pro potu aquam hordeaceam et vt à vino omnino abſtineret: exhibuit ſyr. de beth. et roſ. & cichor. cum decocto borag. & cichor. quia tantum ſanguinis extracto venam aperire non audebat, euacuauit poſt ea cum pill. cochi. ℈ ij. pill. aur. & luc. aſi ℈ j. quod copioſe eduxit, ſed quia toto triduo ſedem non habuerat 4. die ſyr. roſ. ſol. bibere iuſsit quod à caſsia abhorreret nec clyſteria ad manus eſſent. Pro collyrio cadmiam lotam & pręparatam cum aqua fæniculi & euphragiæ, lac etiam muliebre inſtillari iuſsit quod laudatur in hoc affectu à Gale. 4. de Med. local. Ex his in oculis aliquanto melius ha-

bere

bere videbatur. Quærebat tamen curationem integre & à maioribus ſymptomatis præſeruationẽ.

Montanus, Duo ſunt clariſſ. Doct. quibus infeſtatur nobilis Hebræus, prior affectus eſt oculorum alter in coxẽdice & videtur magis eſſe anxius de coxendice quam de oculis licet nunc facta inflammatione de oculis magis ſolicitetur, vtrunque accidens conſiderandum: & primo quo ad oculos, duæ ſunt actiones læſę, primo patitur circa actum videndi, non videt vt oportet ſed corruptè, apparent enim muſcæ ante oculos, alia actio lęſa circa oculos, videtur enim virtus concoctrix non concoquere vt oportet & expultrix expellere quod non debet, plurimæ lacrymæ affluunt quę oſtendunt quod vel concoctrix vel expultrix, vel vtraque patitur: hæ duæ actiones lęſæ circa oculos quarum cauſę quærendę.

In coxendice etiam duę ſunt actiones læſę, primo enim quo ad virtutem motiuam, non mouetur vt oportet, non ambulat commode, eſt etiam in actione ſenſus tactus lęſio, dolor videlicet, ſeu ſenſus tactus corruptus: hæ ſunt actiones læſę in coxendice.

Incipiam ab oculis quia videntur eſſe cauſæ & ſymptoma principale quod poſcit curationem aliquo pacto ne decidat indeterius, eorum igitur affectuum cauſę quærẽdę & primo ipſe oculus eſt qui patitur, ſiquidem id membrum lęſum dicitur, cuius actiones læſę, non recte videt, igitur oculus læſus eſt pręcipue ea pars quę proprie videt pupilla videlicet vel potius humor cryſtallinus, quia autẽ membrum dupliciter affici poteſt, vel quia ipſum membrum patitur ex ſe ipſo vel quia aliunde illi adueniat impedimentum. Eſt igitur quæſtio neceſſaria an eſſentialiter patiatur oculus an verò per conſenſum? Clariſſ. Doct. Credo non tantum nũc ex quo tandiu durauit per eſſentiam eſſe, ſed ab ipſo etiam principio per eſſentiam fuiſſe, nó per conſenſum principaliter, licet ſecundario poſtea ſicut ſemper fieri ſolet ab alijs membris fomentum habere poſsit, & ſunt rationes cur crediderim per eſſentiam fuiſſe, quia diligenter quæſiui an in vtroq; oculo principio ceperit affectus, & reſpõdit quod in altero prius ceperit, & poſtmodum cum tempore alteri communicauit, eſt autem ſignum diſtinctiuum quod etiam Gale. refert quod vbi ratione ventriculi fiat talis affectus, in vtroq; oculo ſimul incipit, ſecundo aliud etiam ſignum eſt eſſe per eſſentiam quia perpetuo durat hic affectus, ſi enim eſſet ex ventriculo interdũ intercideretur interdum remitteretur, & aliquando etiam liberaretur pro ratione vaporum aſcendentium hic perpetuo durat affectus. Tertio quia hactenus in annis non viſus eſt curari aliquo modo cum eo remedio tam præſtantiſsimo quo Gal. ſe etiam per literas curaſſe ait omnes qui hoc affectu laborarent per conſenſum nullo adhibito remedio altero. Fuit ergo initio ab oculis eſſentialiter quę plures fuerunt cauſę cur ita debilitarẽtur, primam enim cauſam habuerunt

A ab origine, oriuntur à cerebro quod frigidius eſt quia multipliciter affectũ & adhuc afficitur vt non immerito debilitetur calor naturalis & augeatur frigiditas cuius ſignũ eſt perpetuus deflux⁹ à cerebro qui eſt actio læſa, perpeſſus eſt continuò iſchia dicũ dolorẽ qui ratione deſcenſus de cerebro prouenit, habuit etiam catarrhũ vel deſcẽſum ad gingiuas qui factis cauterijs in capite exſiccatus eſt, & perpetuo catarrho laborauit. Cerebrum igitur cõtinue laborauit & quia oculi propagantur à cerebro, tales ſunt neceſſario qualis eſt origo. Sicut igitur cerebrum frigidum fuit, ita & oculorum intemperies frigida fuit & deſcenſui materiæ obnoxij, fiunt autem tales imagines propter humoris frigidi deſcenſum inter corneam, & humorem cryſtallinum, & ideo aqua dicitur ab Auic. Oculi igitur frigidi non conficiunt alimentum proprium, & recipiunt etiam alienum humorem, idq; augetur pro vt ratio victus magis vel minus eſt ſecũdum rationem, omnia enim iſta adiuuant ſe inuicem, hæc de
B affectu oculi quem imaginem dicimus quod fuerit per eſſentiam primo in vno poſtmodum in altero oculo communicatus ex intemperie oculorum frigida, eò quod radix eorum vnde propagãtur, cerebrum videlicet frigidum eſt. Quod autem habeant etiam fomentum à membris inferioribus perpetuum eſt, quia enim cerebrum eſt frigidum, multæ ſunt cauſæ propter quas multiplicantur excrementa, primo quia non conficit proprium alimentum multiplicantur excrementa, ſecundo quia omnia membra frigida habent virtutes ſuas diminutas & debiles ideo expulſiua debilis non expellit ſuperfluitates, non difflatur materia ſicut in cerebro calidiore per meatus inſenſibiles, concoctrix non concoquit & breuiter omnes virtutes debiles quia calor diminutus eſt in quo conſiſtunt omnes actiones, ideò non reſiſtit etiam excrementis aliũde miſſis, ex excremẽtis igitur in vaporum forma à membris inferioribus elatis & forte etiam per totum venarum ambitum eò miſsis aggregantur in cerebro
C & capite ſuperfluitates & multiplicãtur, vnde poſtmodum expellunt interdum per vias communes per œſophagum ad vẽtriculum & faciũt circulum notum, per arteriam ad membra ſpiritualia & excitant tuſsim, per neruos venas & arterias & varia membra varios excitantes affectus.

Eadem eſt cauſa lacrymarum & fluoris oculorum, primo oculus frigidior non poteſt concoquere alimentum, & excrementa difflare per meatus inſenſibiles ſicuti oculus ſanus, ſecundo cerebrum etiam imbecillius mittit eò excrementa ſua, quia membrum debilius & viæ ſunt latiores facile tranſeunt, ita imbecillitas oculi & frigiditas tum oculĩ tum cerebri cauſa eſt lacrymarum. Materia effluẽs frigidior eſt, ſed quia multa etiam materia aſcendit à membris inferioribus ad cerebrum quæ illi fluxioni fomentum præbet, & omnia membra totius corporis naturaliter excrementa ſua mittunt ad loca imbecilliora, ideò quandoque etiam calidiora

membra

membra expellunt excrementa ſua quæ etiam eò deſluunt, hanc ob cauſam quandoq; percipitur ſalſedo quæ tamen non perſeuerat, ſed pertrãſit quia accidentale eſt, eſſentiale verò quod videlicet frigida effluũt & inſipida permanet, fuit igitur ophthalmia diebus præcedentibus ſeu collecta materia calida circa oculos quæ nunc non adeſt: hæ ſunt cauſæ ſymptomatum quæ apparent circa oculos.

Quod ad dolorem iſchiadicum attinet, an ſit per eſſentiam is an per conſenſum? ex quo audimus perpetuum eſſe per multos annos, credimus imbecillitatem factam per eſſentiam, & factus eſt eò affluxus materiæ in principio quia partes illæ imbecilliores erant quàm aliæ. Cur enim ita offenderetur ea pars niſi eſſet quædam imbecillitas qua fieret vt magis læderetur pars illa quàm aliæ, eſt igitur & in ea parte frigiditas ratione cuius nõ poteſt concoqui alimentum, & propter quam reumatizat (vt dicunt noſtri recentiores) nam ratione malæ concoctionis per viam cruditatis primo abundat ibi materia, & deinde etiam ab alijs partibus eò mittitur impreſsione debilitatis facta: hæc cauſa eſt doloris iſchiadici. Sed præter hoc virtus etiam motiua patitur ita vt non poſsit ſemper eo pacto recte ingredi, id factum quia nerui per quos fit omnis motus imbibunt eum humorem, ideo virtus impeditur vt non poſsit tranſire, atque ita non bene mouetur, & quia ſunt admodum ſenſibiles nerui, cum mouetur dolorẽ percipit, vel quia à materia illa facta ſit ſolutio continui vel obſolam etiam intemperiem inæqualem vel propter vtrunque.

Hæc de cauſis corporalibus vtriuſq; affectus, & quomodo vtrunque mẽbrũ dupliciter affectum ſit, nam cauſę præcedentes & procatarcticę, tantæ fuerunt vt mirum ſit eum non in deteriores ægritudines incidiſſe. Sed temperatura optima eſt calida in actiuis in paſsiuis vero iudicio meo non excedens, non enim video ſigna multæ humiditatis (quia & Craſſus & Phriſimelica dixerunt cal. & hum.) Imò ſi Auerroi credimus non poteſt eſſe inſignis caliditas ſine ſiccitate. Sed non volo hic mouere eam queſtionem, fortaſſe enim non eſſet difficile ſoluere rationes Auerrois. Abundat autem ſanguine, quia calida temperatura ſecundũ Galenum etiam plurimum generat ſanguinis, fuit igitur hactenus temperatura calida, in paſsiuis non excedẽs, licet cum tempore fortaſſe deuenire poſsit ad maiorem ſiccitatem, hęc de cauſis ſatis dicta, nam ſi audimus quæ fecerit, quomodo per 40. dies manebat in naui intempeſtatibus maximis, ventis & pluuijs totus madefactus ab aqua marina & cæleſti, mirũ eſt cur non inciderit in maiora, id ſignum eſt eum habuiſſe temperaturam fortiſsimam reſiſtentem valide cauſis extrinſecis, aliquis alius fuiſſet mortuus.

Prognoſticum facile ſi diſtinguamus actiones lęſas, Auicen. inquit vbi imagines pertranſeũt ſex menſes fiunt incurabiles, & eſt ratio in promptu, quia aqua ibi colligitur quæ neque medicamentis D poteſt reſolui nec manu remoueri quia cum id tentatur, tãtum deponitur non euacuatur, & cum confirmantur ægritudines ſignum eſt intemperiẽ iam habituatam in membro, notum eſt autem omnem habitũ difficulter remoueri à ſubiecto in quo eſt. Ideo recte Auic. Aqua vbi trãſierit ſex menſes non curatur, & ideò credo quod non curabitur, poſſumus ratione victus præcaueri ne decidat in deterius & deueniat ad perfectam ſuffuſionem, nunquam vidi adhuc aliquem curatum, quia etiam ſi cum manu remouetur ſubinde redit, quia tantum quod iam fluxit ad locum deponitur non euacuatur materia fluens.

Quod ad lacrymas attinet poterit curari roborando oculum quia is affectus non eſt perpetuus, ſed tantũ tum cum plurimę materiæ & excrementa multiplicantur in capite mittuntur ad oculos, nuper plurimum comedit, ex eo primum in ophthalmiã, & lacrymas poſtea incidit, licet ipſe id in E caſiam reijciat & falſo infamet medicum & medicinas. Quod igitur ad lacrymas curabitur quia ea eſt ęgritudo noua ex tot cauſis procatarcticis orta, quod ad coxendicum dolorem difficulter curabitur, quia vbi confirmata eſt intemperies in membro difficulter curatur ſicut & podagra, noui tamẽ qui per 17. annos paſſus eſt & vltimo curatus eſt, ſed id rarò fit, & inſtrumentis indiget validiſsimis.

Cura, quod ad imagines nihil dico quia curari non poſſunt, de reliquis dicam, & quia eadem cauſa eſt quæ fouet deſcenſum ad oculos, & morbum coxendicum ijſdem curarem remedijs occurrendo cerebro, vera enim cura eſt vt fortificetur cerebrũ, tum enim ipſum non generabit excremẽta nec ab alijs miſſa recipiet: Ad id igitur me conuerterem, ſed quia nullum particulare mẽbrum aggredi debemus niſi prius euacuatũ ſit vniuerſum corpus. optime factum eſt quod hactenus euacuatus eſt, & vrinæ indicant naturam iam dominari ſupra hu F mores, ſunt enim coloris palearis qui vere naturalis eſt, ſubſtantiæ tenuis, liquoris lucidi & contenta quoq; ſunt laudabilia, in loco colore & forma ſatis laudabili; Spuma adeſt quæ magis teſtatur ſuper deſcenſum catarrhi quam de impedimento aliquo in venis, non igitur eſt tanta repletio in membris cum fuerit tam exquiſite euacuatus aliquoties & tractus etiá ſanguis, & ex euacuatione pill. ita preſentaneum remedium ſentit vt plures ſi iuberetur vellet accipere, accepit & ſyr. roſ. ſol. ſi tamen pro maiori cautela iterum euacuare vultis poteſtis iterare ſyrupos & concoquere reliquias materiæ cum ſy. de beth. & oxymel. quæ ſunt remedia communia ita ſtata ac firma in certis ægritudinibus vt ad ea ſemper recurramus, euacuetur deinde cum ijs quibus hactenus euacuatus eſt, ego præter cochias etiam aggregatiuas acciperem cũ quibus corroboratur ventriculus, habent enim rhabarbarum quod membris naturalibus præcipue epati confert & mirabolanos qui caput reſpiciunt, norunt enim v. Excell. ſemper in medicamentis admiſcenda

miſcenda ea quæ reſpiciunt membrum affectum & ideo his vterer.

Poſt purgatum corpus deuenirem ad particularem purgationem capitis cum maſticatorijs & gargariſmis, caputpurgijs non vterer quia trahūt per partes vicinas membro læſo per quod non trahendus eſt humor vt docet Auic. in quarta primi, cum præſertim ſit membrum nobile, ſed vbi quæreretur auerſio ſimplex & caput eſſet exquiſite euacuatum non diſplicerent. (Hæc enim Craſſus recipiebat, Phriſimelica penitus reijciebat.) Sed dum volumus euacuare cerebrum, non placeret attrahere materiam per partem læſam, quia periculoſum eſt cum non ſimus ita tuti de perfecta euacuatione capitis. Hactenus de præſeruatione ſeu curatione mixta diximus vt vocatur à Gal. 1. therap. Euacuato cerebro vera curatio tentanda, id eſt vera remotio morbi iam facti & intemperies quæ in oculo & cerebro eſt remouenda. Cum quibus? Omnis alteratio fit per oppoſitum, cum igitur ſit intemperies frigida in cerebro remoueatur per contrarium. Inſtrumenta varia ſunt, pulueres, cerata, licet apud recētiores inſignia ſint, mihi tamen non placent, nō video enim ſiccorum tam facilem penetrationem vt eorum quę humida ſunt, & in ceratis nunquam confido, quia vidi hominem catarrho laborantem ex cerato applicato incidere in epilepſiam & vltimo mori apoplecticum. Cauteria educūt quidem ſed ſunt admodum periculoſa: lotiones mihi maxime placent, penetrant enim non virtute tātum ſed ipſa etiam aqua penetrat per poros cutis, ideo laudarē lotiones capitis ex decocto maioranæ camo. ſtæcha. beth. & omnibus calfaciētibus & exſiccantibus & confortantibus caput, & ponerem agaricum in lixiuio & ſapone.

In auribus ponerē olea calida de coſto, ol. nard. gariophil. quod fit à pigmentarijs, de ſtorace & alia quæ facerent ad corroborationem cerebri & alterationem intemperiei, exhiberem etiam aliquando Mithridatum vel Theriacam bonā, & ſi metuerem caliditatem alterarem cū zacharo roſ. vel viol.

Pro alteratione & corroboratione oculorum varia applicari ſolent, fella in abſtergendo, metalla in exſiccādo vſum habent, colyria in obtuſione dolorum. Hic nullo horum indigemus, ſed alteratione tātum, in quo caſu ego habeo familiare quod ſemper fæliciter ſuccedere expertus ſū, decoquo ſem. fœniculi cum radicibus altheæ mundatis diligenter ad ignem ſine fumo donec flacceſcāt, deinde exprimo & appono pulueriſatam aloem vt cōtrahat conſiſtentiam mellis, nec vidi quicquam aliud magis efficax in alterando & confortando. His factis circa oculos & caput credo quod ijs non iuuantibus, ad fortiora ſit deſcendendum. Stillicidiū non diſplicet ſi recte fiat, vt immediate ex alto recta ſuper cerebrum cadat non per lineam obliquā tranſuerſe. Idq; cito facerem ne tempus aut commoditas tranſiret atque ita perderem occaſionem, tempus enim iam vrget. Quod deinde ad iſchiadicam

A attinet, ſi debet illa curari, indigebit validis remedijs, oportebit deuenire tandem ad clyſteres acutiſsimos, qui etiam ſanguinem extrahunt vt ſunt clyſteres ex centaurio minore, & in eo caſu duo ſunt pręſtantiſsima veſicatoria ſeu cauſtica loco applicata vt cardamina vel hiberis, ſiue ea ſit naſturtij ſpecies ſiue thlaſpi, euocat materiam ad exteriora ab interioribus, ſed ea non debent applicari niſi euacuato corpore. Sūt hic monachæ quæ ceratum habent quod applicatum per 40. dies ſanat omnes qui recte applicant, vidi & habeo deſcriptionem factam à Doctiſsimo viro, & expertus ſum pluribus quàm decem vicibus.

Quod ad cauſas faciētes, exhiberem aquas thermarum quæ euacuarēt & corroborarent membra & facerent magnum iuuamentum. Cauteria ad diuerſionem cauſarum antecedētium in pede eſſent ad propoſitum, ſed melius eſt in hoc propoſito in ſutura coronali quia ex loco proximo educerent, licet enim ſint aliquando periculoſa (vidi enim mo-
B nacham 7. die poſt cauteria ex conuulſione mortuam, & aliam etiam propter cauteria taliter mori) tamen aliquando ſi recte fiant plurimum conferunt, & hoc ſubiectum robuſtum eſt quod antea expertum eſt ea cauteria, ſi omnino metuitis poſſunt fieri in brachijs.

De ſcabie cum pruritu & vigilijs cum febre, pro Procuratore quodam Vicentino, Conſilium Montani. ad Conſilium L I.

HIC patiens annorum 47. Eius temperies naturalis in actiuis manifeſte declinat ad calidum, ad ſiccum non item cum ventriculo imbecilli. Ab ineunte ætate ſolebat frequenter laborare raucedine à qua tamen facillime ſanabatur, ante quatuor annos cū equitaret in pluuia incidit in febrem tertianā cum deſtillatione falſa ab ea vtcumque curatus, ſenſit
C poſtea dolorem lateris ſiniſtri qui tamen non continuus eſt ſed quandoque deliteſcit, anno ſuperiori iterū incidit in febrem cum catarrho & tuſsi, medicus poſt euacuationem quia putabat febrem fixam deuenit ad balneum aquæ frigidæ dulcis, à quo cum non multum iuuaretur alium medicum conſuluit, qui propter deſtillationem in cruribus illi cauteria fecit quæ ipſi plus nocuiſſe videntur, tādem adueniente hyeme inuaſit eum ſcabies cum pruritu ad quam ſequitur grauiſsima inſtantia vigiliarum, aliquando etiam à febri moleſtatur (medicus qui narrabat caſum dicebat ſe nunquam eum ſine febre reperiſſe & ideò hecticam putabat, Fracanzanus dixit ſe eum ſine febri offendiſſe cum ante menſem eſſet Vincentię) à qua tamen videtur nonunquam liber ita vt non dicatur febris fixa ſeu hectica, ſed potius calor quidam ſuperueniens ex eo quod cum veſperi prurientem ſcalpit cutim totum calefacit corpus, tenſiones hypochōdriorum nullæ apparent.

Con-

Conſuluit V. Excell. de febri ſi adeſt, de ſcabie cũ pruritu, de vigilijs quæ valde moleſtant & de cauterijs ſi poſsit claudere.

Montanus, Clariſſ. viri credo inſtare horam & multa dicta ſunt circa caſum Clariſſ. viri, quare breuis ero ita tamen vt nihil omittam de neceſſarijs. Pręterita accidentia quibus moleſtatus eſt omitto in quibus nunc in pręſenti affligitur cõſideremus.

Patitur primò febrem quæ videtur eſſe cõtinua, patitur præterea diſtillationem & catarrhum qui præter leuem dolorem quem in latere ſentit per interualla facit difficultatem anhelitus, patitur ſcabiem cum dolore vehementiſsimo præcipue ſub veſperam. Habet vigilias maximas, noctu etiam ſine pruritu non poteſt dormire, eſt pręterea macies inſignis totius corporis vt videatur planè tabidus. Hæc conſideranda & cauſæ ſingulorum requirendæ ad hoc vt ad veram rationem curandi perueniamus, & quoniam partim morbi ſunt partim ſymptomata varij generis ad vnum omnia referenda.

Audio eum ab ineunte ætate ſubiectum fuiſſe raucedini & deſtillationibus adeò vt ferè ſingulis annis pateretur, eſt vir nullorum negociorum & exercet artem ſedentariã, non corpus ſed mentem exercet cum hoc quod ſecundum totum eſt temperaturæ cal. & ſiccæ. Habet ventriculum frigidum ex deſcenſu catarrhi fit enim circulus ille notus. Item, propter caliditatem epatis abſumentem pinguedinem omenti & vltimo ex ſuo exercitio quod multiplicat cruditates. De catarrho non eſt multa difficultas, eſt naturaliter temperaturæ cal. & ſic. & tales patiũtur repletionem capitis 3. de loc. aff. propter plurimos vapores ab ambitu venarum aſcendentes, accedit ad illud imbecillitas ventriculi à quo per vias latas multa aſcendunt excrementa, occurrit item quod multiplicat cruditates ſcribere poſt cibum & ſimilia vnde corpus hoc tum propter temperaturam naturalem tum propter exercitium ſubiectũ eſt catarrho, quod ſi cerebrũ etiam eſt calidum & humidum naturaliter, eo amplius. Quod autem accedant varia ſymptomata non mirum eſt propter varios humores ad varias partes defluentes, & ipſe catarrhus quandoque inſipidus eſt quandoq; ſalſus quandoque calidus, ac aliquando tuſsim, aliquando raucedinem, aliquando dolorem illum in latere excitat prout variè deſcendit ad diuerſa loca & ipſa etiam materia diuerſa eſt. Reſtãt duo præcipua, ſed apud me principaliſsimum febris eſt. Hic meo iudicio eſt paſſus maximus, ex cuius difficultate ſi nos explicauerimus reliqua erunt facilia.

Ea febris quando Clariſſ. Doct. eum vidit cum interuallis erat, ita vt nonnũquam ſine febre eſſet, nunc verò vt refert Excell. D. qui primo loco ſermonem habuit continua eſt ita vt nullam periodum, nullum typum habeat, nullam horripillationem ſentit, ſed perpetua eſt, & ſemper poſt prandium manifeſte ſentit augmentum caloris. An putrida ſit modo an hectica, velim videre rationes

D quæ me certe confirmarent. Quod nunc inuadat per interualla non poſſunt dari rationes, cùm Clariſſ. Doct. eum intra mẽſem non viderit. Sed quod etiam ſi ſit continua tamen non videatur hectica propterea quod non ſint ſigna febris hecticæ pathognomonica, hoc videndum, quòd enim pulſus alteretur poſt cibum id ratione cibi fieri poteſt quidem cum præſertim non ſentiatur calor maior, quod etiam ipſe percipit calorem magnũ ſignum eſt non eſſe febrem in habitu quæ in tota temperatura æqualis non percipitur. Quæ ſi adhuc hodie ita ſunt ſicut à Clariſſ. Doct. cum ipſe præſens erat obſeruata ſunt, ſignum forent non eſſe febrem hecticam ſimplicem, nihil impediret tamen quin febris hectica cum putrida aliqua ſit comixta, ſed ſi interualla haberet libera, tunc eſſet ſignum pathognomonicum non adeſſe hecticam, ſed ea non potuerunt obſeruari à Clariſſ. Doct. qui primo loco ſermonem habuit, inter aliqua ſigna nullum eſt

E παθογνωμονικὸν quod oſtendat non eſſe febrem in habitu niſi omnia concurrant & faciant συνδρομὴν æqualem. Quod enim non percipitur calor poſt prandium quem tamen ipſe percipit alijs temporibus, non ſequitur inde non eſſe hecticam, quòd enim tum non percipit fit propter cibum qui idem facit quod aqua ſuper calcem, & calor in quibuſdã non eſt in tanta quantitate vt poſsit excitari à cibo ſed extinguitur ſicut ab aqua in calce calor extinguitur ita vt fiant typhones ſicut ego multos vidi perire ex febre hectica qui tamen nullum ſentiebant calorem poſt prandium, eſt præter hoc aliud ſignum quod ego maximi facio, tabeſcit corpus, id ſignum maximum febris hecticæ videtur cum abſumitur humidum radicale, totum corpus extreme macilentum eſt ita vt non videatur habere hypochõdria, cuius nõ poteſt reddi alia cauſa quàm febris fixa in membris ſolidis exſiccans humidum radicale, id ſignũ adeo euidens apud me eſt vt non

F poſsim non credere adeſſe febrem hecticam, cum præſertim nõ faciat aliquem typum, nihilominus non vidi illum virum qui iam eſt in fine primi ſenij in ſeptimo ſeptennario qui apud Hipp. eſt terminus primi ſenij. Dico quod ſentio, inclino maxime in hecticam & quidem credo peſsimam eius ſpeciem, ſed non certò conſtat cum tamen apud me ſit præcipuum in curatione.

De ſcabie non potuit inueniri melior via ad excitandam ſcabiem quam ille habuit in curatione, poſt leuem euacuationem cum caſia poſuit in balneis aquæ frigidæ cum ſudaret tota nocte & die attraxit humiditates & ſuperfluitates ad cutem & obſtruxit poros vt non poſſet exhalare inde ſcabies cum tanto pruritu, quam tamen non valde curarem, ſi de febri conſtaret certo.

Inſtantia vigiliarum, vnum ex ſymptomatibus præcipuis exſiccat corpus totum & maxime cerebrum. Hác quidem ex pruritu pendere credo quia veſperi ſe ſcalpit ſuccedit, dolor & exſiccatur, non pót dormire ideo ſubinde magis exſiccatur ſicut

ipſe

ipſe expertus ſum, poſt vnam noctem qua non dormiunt, ſuccedunt poſtea tres vel quatuor aliæ quibus dormire nequeunt, ſed oportet eſſe aliam cauſam in cerebro, quia aliquãdo etiam cum non ſcalpit tamen non dormit quia fortaſſe ipſum cerebrum exaruerit & ſupercalefactum ſit ex vaporibus à corpore eleuatis.

Sunt igitur tria quæ habent rationem ſymptomatum, & ſunt vigiliæ quanquam ille quoque ad pruritum ſequi, & ſymptomatis rationem habere poſſunt. Reſtat febris de qua ſicut dixi inclino eſſe hecticam ſi cum putrida coniuncta eo deterius, ſed non audio aliquod eius ſignum. Quod autem ſit hectica omnino credo, licet enim ipſe ſentiat calorem id tamen fieri poteſt, quia cum ſe plurimum ſcalpit incaleſcit corpus, & ita ſentit calorem, non quia ſit noua acceſsio febris, ſed neſcio quod cum ipſum non viderim, ex ijs tantum iudicare cogor quæ audio.

Si eſt hectica ſimplex vt mihi videtur, ad curationem ſic procederem, ſi abſoluta, non euacuarem ſed quærerem ſimplicem alterationem corporis, nec phlebotomarem nec euacuarem per pharmaca, ſed exhiberem quæ in primo gradu humectarent & lenirent & educerent materiam in ventriculo contentam, nec tranſirem florem caſiæ à qua etiam antea ſemel ab ægritudine leuatus eſt. Pro ſyrupis darem in magna quantitate ſerum caprinum non dico quatuor vel quinque ℥. ſed tres vel quatuor cyathos vt iubet Dioſcor. prout ferret corpus & darem caprinum quod inter omnia ſera minime proſternit ventriculum (Dioſc. addebat oxymel vt incideret penetraret & refrigeraret) Adderem aliquid oxymellis vel ſyrupi ex roſis ſiccis vel geleniabin zacharini vel mel roſaceum ex quo extinguerentur humores ſalſi & educerentur, ſi etiam cum hoc ſero vellet accipere ſuccum fumiterræ non malum pro humoribus ſalſis vel etiam ſuccum abſynthij propter ventriculum, quia ſiccitas eius non multa, & à ſero etiam extinguitur. Nec item noceret ſerum quia non adeſt aliqua inflatio hypochõdriorum, nec eſt lac ſed ſerum in quo humectatio & refrigeratio manet maior, nec ita nutrit ſicut lac, darem igitur tantum quantum fert natura etiam ad 5. heminas vt iubet Dioſcor. ſi ferret ventriculus, & per interualla exhiberem caſiam, ad alia non tranſirem. Hæc quo ad febrem, & quo ad ſcabiem facerem, ſed præter iſta pro pruritu aquæ dulcis balnea propoſita ſunt, quæ ſi febris eſſet putrida continua maxime nocerent 11. meth. ſed ſi non adeſt laudarem maxime ſi quicquam aliud, non tamen aqua frigida abluerem, licet enim Gal. id prçcipiat tamen hoc corpus gracile admodum eſt & aridum, & cauẽdum ne frigus occurrat ſubito partibus neruoſis, quod & Gal. iubet cauere, & illud tolleret etiam veſtram intẽtionem quia augeret cauſam ſcabiei, non permitteret exhalare materiam, ſed aquam tepidam laudo quæ aperiet meatus & faciet exhalare materiam quæ propter A conſtrictionem cutis & ſuam craſsitiem nõ poteſt diſſlari. Laudo igitur ea balnea, ſeruato tamen tenore virtutis, & tandiu in illis ſtet quandiu virtus tollerat ne in illis deficiat.

Aliud etiam facerem ſi non adſit febris putrida, in exitu balnei prçpararem cyathum magnũ lactis aſinini quod nutriret plurimum, & ſpiritus reſolutos & corpus debilitatũ reficeret. Hçc pro ſcabie & febre quam vt dixi maxime ſuſpicor eſſe hecticam.

De linimento, facerem abſtergẽs ſine calefactione in aqua fontis coquerem hordeum & lapatiũ, facta deinde forti expreſsione, coquerem poſtea cum oleo roſ. vſque ad cõſumptionem aquæ, poſtea in oleo ponerem butyrum ſuccum limonum & terebentinam cum modico ſalis. De inſtantia vigiliarum quanquam hæc omnia humectant & per conſequens ſomnum prouocant, facerem vnum tamen quod ſæpe expertus ſum in me ipſo, poſt cœnam exhiberem brodium pulli æquis portionibus B cum lacte amygdalarum modico zacharo & aqua roſacea, & exhiberem mediam ſcutellam poſt cœnam, excitat ſuauem ſomnum. Inungerem etiam tempora ol. viol. cum duplo amygd. dul. non ita refrigeraret cerebrum & humectaret. Hçc remedia facilia & ſine aliquo diſcrimine humectarent & refrigerarent & credo fore cõuenientia pro hoc viro.

Circa crura an claudi debeant cauteria quia corpus extreme conſumptũ & ipſa non purgant multum poſſunt claudi, ſiquidem catarrhus deſijt, vel etiam relinqui, in eo enim non multum momenti pono. Poſt paucos dies æger ex Vincentia Patauiũ venit, ibi Montanus acceſsiones aduertens iudicabat adeſſe hecticam ventriculo quæ communicaretur toti corpori ac ita exſiccaret, eam ob cauſam ordinauit Caſiæ ℥ x. cum pul. aniſorum. Item ſy. ex pomis & de liquir. quia cal. & humid. in 1. Emplaſtrum illud ſtomachale de dactylis, citoniorum carnibus & paſſulis.

C Ad vigilias eius ordinauit lactucã coctam cum modico agreſtæ aut pomi granati loco aceti cũ modico cinamomi propter frigiditatem ſtomachi.

Vngat tempora ol. viol. veſperi & attrahat per nares. Vtatur conſeruis violarum. Comedat poſt cibum & prçcipue poſt cœnam panem in vino madefactum. Item brodium cum lacte amygdalarum vt ſupra.

De muliere laborante febre peſtifera Conſilium Montani. L V.

HIſtoria ex Stephanella. Clariſſ. D. proponitur caſus Nobiliſſ. Dominæ quæ ante 14. dies dum proficiſceretur ad templum D. Iuſtinæ ſudore ac labore correpta, poſtmodum acceſsit ad cathedralẽ, quieuit ibi per miſſam & concionem in loco frig. & humid. veſperi correpta febri laborabat vſque ad diem lunæ, non tamen deſiſtebat ab operationibus vſq; adeo & cum ita 7. diebus laboraſſet, octa-

uo ego vocatus acceſsi die lunæ præterita, inueni laborantem febri continua quia nunquam liberabatur, ſemper vſa erat cibo quadrageſimali, menſtrua etiam hoc menſe non habuerat ſed ea die Iouis ſuperuenerunt, diminutiſsime tamen. Quærebatur de dolore capitis, & vrinæ erant craſſæ, dubitaui de miſsione ſanguinis, & propter menſtrua aperui ſaphenam, præmiſſa lenitione alui cum clyſteri, extractus ſanguis ad v. ℥. craſſus aduſtus cum aliquali quantitate pituitæ admixtus cum fibris & materijs albentibus. Dolor capitis ceſſauit, durauit tamen febris & vrinæ turbidæ, vnde de malignitate febris ſuſpicatus ſum, nunquam abſoluta eſt vſque in præſens, licet veſpertinis horis magis affligitur, & in augmēto ſemper animi defectio ſeu anxietas, aut affannus vt vocant, eam infeſtabant cum difficultate ſpirādi & anhelitus diminutione.

Ordinata eſt ratio victus, datum modicum vini propter obſtructionem ſed bene dilutum, ſyr. de cicho. & de ſucco acetoſæ cum aqua lupulorum & cap. ve. & quia nulla apparebat coctio in vrinis, nō auſus ſum ſuper euacuatione, ſed proceſsi cum clyſteribus cum melle roſ. diaphænicon & oleo viol. Inſtitui epithema & conſerua cum folijs auri. Heri ingenti anguſtia & animi defectione correpta vix tamen ſatis quieta fuit, exhibui ℈ j. Mithridati cum ℈ ij. zachari roſ. & inſtitui clyſtere quod exhiberetur vna hora poſt datum mithridatum, ex elect. de dactylis, hieræ logod. melle roſ. & ol. viol. id continuit per horam vnam & mediam, eduxit materiam cholericam ſicut vidit v. Excell. aſſumpſit contuſi modicum & inde quieuit vſque ad tempus matutinum quo egeſsit feces quas ſeparatim vidit Excell. v. Heri mane fluxit ſanguis ex naribus 13. die. Magis etiam exacerbatur die impari.

Montanus. Vtinam ſim talis qui poſsim ſatisfacere opinioni Excell. v. & ſpei nobiliſſ. huius Dominæ, conabor pro viribus agere partes meas, & quia conſtat Magnificam hanc D. laborare febre continua nec ea de re eſt dubium aliquod, vt igitur rectum prognoſticū & rectam curationem inſtituere poſsimus ſecundum artem, oportet videre morbum cauſas & differentias quę omnia neceſſaria ad hoc vt illa fieri poſsint. Primo quo ad eſſentiam febris, cum cōtinua & putrida poſſumus iam eam diſtinguere ab alijs, putrida eſt & continua quia humores putreſcunt intra venas, de hoc non eſt dubium quia eſt continua non per accidens ita vt vnus paroxyſmus inueniat alterum & ita continuetur ſed eſt verè continua ſine typo & exacerbatione manifeſta, licet noctu ſemper videatur deterius habere, ille tamen eſt modus febris non propter paroxyſmum aduenientem, ſed ob aliam rationem poſtea dicendam. Putreſcunt igitur humores intra venas vbi humores plurimi qui non bene reguntur à virtute & calore naturali ideo putreſcunt & peccant vel quantitate quia plurimi ſunt, vel qualitate, vel vtroque vt ſæpe ſolet fieri. De quantitate non video ſignum aliquod plethoriæ, non eſt habitus talis non ſunt repletæ venæ nec tumidæ nec habitus athleticus, eſt coloris pallidi liuidi & venas habet remiſſas, qualitate igitur peccant, intelligo autem qualitatem, ipſam formam ſubſtantificam dantem eſſe ipſis humoribus, ſicut intelligit etiam philoſophus, & multum recedunt à natura ſanguinis, & quidem humores multiplices ſunt pit. bilis & humor melanch. Nam ſi conſidero diſpoſitionem naturalem huius Magnificæ Dom. quo ad colorem nigrum venas amplas & habitum totius non obeſum, video caliditatem epatis maiorem quam eſſe debeat in corpore temperato. Deinde eſt mulier vidua & ocioſa, probabile eſt ſicuti ferè ſemper fit vbi epar eſt calidius ventriculum eſſe frigidum qui enim calidi ſunt epatis habent abdomen gracile priuatum pinguedine quod vt dicit Gal. per antipariſtaſin facit calorem & coctionem adiuuat, vnde qui carent parte omenti non benè concoquunt. Si verò Ariſtoteli credimus adhuc magis calefacit actu propter ſuum calorem naturalē proprium quem maiorem dicit in pinguedine quam in ſanguine. Vtcunque ſit calefacit pinguedo, qui autem calidi epatis, gracile abdomen habent, ideo plerumque frigiditate ventriculi laborant eſt ocioſa & non relinquit, aut eligit cibos, & quia vidua eſt 6. de loc. aff. propter vapores laborat etiam vtero qui ſemper conſentit cum ſtomacho in mulieribus ideò probabile multiplicari pit. & humores aduſtos ratione temperaturæ & ætatis, paracmaſticæ ætatis eſt enim, 33. annorum, & accedit ad eam partem in qua qui etiam temperaturæ cal. & ſicc. redduntur melancholici. Accedunt curæ animi multiplicatur humor melancholicus. Vnde patet commiſtio humorum multiplicatorum quod ex conſequentibus etiam colligi poteſt. Primò ex modo febris non eſt calor igneus vt cum pura bilis putreſcit; nec ita ſegnis vt ex ſola pituita cauſatur ſed medius ex humoribus mixtis, & eſt nigredo, & vrinæ rubeæ cum fuſcedine quadam, vnde non eſt bilis ſincera quæ clariſsimas & limpidas facit vrinas, neque pituita quæ albas & craſſas reddit, neq; melancholia ſola quæ extreme crudam vel nigram, ſed omnia commixta ſunt, rubedo fuſcedo & craſſities, video omnia commixta: modus paroxyſmorum tardus eſt quatuordecim dies, & non apparēt in vrinis ſigna coctionis in muliere, in ætate conſiſtentiæ & temperaturæ calidæ, non eſt tamen motus aliquis naturæ notabilis, ideò humores craſſos eſſe neceſſe eſt. Hæc de eſſentia & natura morbi quæ in materia & forma vniuſcuiuſque rei cognoſcitur vt dicit philoſophus. Cauſæ antecedentes in corpore eædem quæ facta poſtmodum cauſa coniuncta, Humor putreſcens efficitur cauſa coniuncta quæ prius antecedens. Ideo veteres non diſtinguebant cauſas

coniunctas ab antecedentibus quia eædem viden-tur. Cauſæ procatarcticæ ſunt curę, animi labores, agitata multo motu in verecum humores alioqui agitabiles, poſt agitationem in loco frig. & hum. quieuit cutis conſtipata, non potuerunt humores agitati diſſlari ob poros conſtrictos non euentati humores colliquati & congelati & fixi in loco per-manentes putrefacti ob plenitudinem non quo ad vaſa ſed quo ad virtutem. Hæ ſunt cauſæ procatar-cticæ primitiuæ & coniunctæ.

De moribus febris, quãtùm ex accidentibus vi-deo non caret malis moribus eſt ex κακοήθαις vel malignis, quę ex duobus ſequitur, primo ex humo ribus malis putreſcentibus bile & melãcholia, de-inde ex putredinis gradu quod illa eſt quæ facit o-mnia venena in corpore, ſicut & in exterioribus fi-unt diuerſi gradus venenorum & quidem nullum venenum extrinſecus tam pernicioſum quod non poſsit fieri etiam in corpore intrinſecus à putredi-ne æque pernicioſum. Hæc igitur maligna eſt, ha-bet enim vtramque cauſam, eſt ex malis humori-bus bile & melancholia & quidem miſcela ipſa au get malignitatem quia humores commixti ſibi in-uicem aduerſantur & primis & ſecundis qualita-tibus, eſt deinde maligna etiam ratione multæ pu-tredinis quod multa arguunt primo vrinæ craſſæ, & fuerunt vt audio longe craſsiores, quod indicat magnum motum à calore igneo non naturali quia non apparent ſigna coctionis, & eam ob cauſam in febre peſtifera vrinæ craſſæ ſunt & ſubiugales. De-inde egeſtiones biliosæ vt videatur fluxus colli-quatiuus cum fætore magno & aquoſitate quæ pu tredinem magnam in locis intrinſecis arguit, quæ putredo facit venenoſitatem & qualitatem occul-tam vt vocant moderni, non quia non cognoſca-tur ſic enim male dicerent, ſed quia ratio & termi nus putredinis qui facit eam qualitatem ignora-tur, quanquam & hæc poſsit determinari, quando ſcilicet confirmatur putredo in ipſis humoribus cordis, non tantum communicatur ab humori-bus alijs in alijs partibus corporis putreſcentibus. Habet igitur febris malos mores quo ad humores putreſcentes, quo ad gradum putredinis & quo ad accidentia ſequentia. Nam quod ad hæc, præter-mitto excrementa quæ non naturalia ſecundum omnem modum recedunt, linguam habet aridam & ſiccam, & licet dormiat non tamen à ſomno iu-uatur, eſt autem aph. Hipp. in quo morbo ſomnus laborem facit mortale, quibus non prodeſt ſom-nus, non eſt confidendum, indicat enim quod ca-lor naturalis concentratus non tantum non con-coquit morbum ſed à præter naturali vincitur, & ideo habet anxietates.

Adeſt ſitis & anxietas quæ ſingulis diebus in-uadit & nocturnas habet exacerbationes quæ de-teriores vt oſtendit Hipp. primo vel ratione vteri in vidua, vel ex ratione vaporum malignorum qui vbi tota die aduruntur, noctu poſtea excitantur vt & moderni docent, & eſt ſententia Hipp. non qui-

A dem in aliquo loco apud ipſum expreſſa, ſed ex-tans apud de caracteribus & idea do-ctrinæ Hippocraticæ, is inter dogmata & placita Hippocratis illud etiam ponit, humorem melan-cholicum noctu exacerbari, & eſt ratio, vt enim ſe habent tempora ita etiam exacerbationes humo-rum & quidem circa primam partem noctis præci pue exacerbari dicit humorem melancholicum & quidem veriſimile eſt vt cum facta ſit putredo per totum diem in humore qui facile aduritur vt no-ctu quando concentratur calor facile exacerbatur, credo igitur anxietatem fieri ex vaporibus & ipſo etiam vtero qui ſentina omnium excrementorum maxime in vidua, quæ plurima patiuntur vt nouit v. Excell. Vſa cibis quadrageſimalibus & viſcoſis qui cauſa ſunt obſtructionum, acceſsit febris, & i-deo credo vterũ etiam affectum cõſentire & mitte re vapores plurimos, vnde ſequitur difficultas an helitus & anxietas, quia diaphragma conſtringi-tur & vapores illi maligni per arterias attracti com

B municantur cordi & anxietates illas faciunt, & i-ta explicatæ ſunt cauſæ febris corporeæ & proca-tarcticæ, eſſentia etiã & mores, ac accidẽtia febris.

De tempore, ſumus in 14. die in qua omnes a-cuti terminantur vt vult Hipp. Morbi acuti 14. die bus terminantur. Hic nondum eſt terminus nec eſt aliquod ſignũ terminj, vrinæ peſsimæ in quan-titate colore ſubſtãtia ſine hypoſtaſi, ſumus in am-plo mari & non videmus aliquem portum & cum tempora morborum determinantur ex coctione & præcipue vrinis, in febri præſertim continua v-bi humores intra venas putreſcunt, hic nullum ſi-gnum coctionis apparet quantumuis leue. Ergo adhuc ſumus in principio morbi ſi ea regula à Gal. præſcripta tenenda eſt, tandiu eſſe principium æ-gritudinis dum non apparent ſigna coctionis. Ita enim principium quandoque eſt tota pars morbi ita vt non conſequatur augmentum, ſed in princi-pio moriuntur homines licet tranſeant viginti & triginta dies. Dico igitur me non videre aliquod

C ſignum coctionis & ideo eſſe in primo tempore morbi in 14. in qua debebat eſſe vltimum tempus & finis morbi.

Hinc ſequitur Prognoſticum ſibi conſonũ, cum maximo dubio, ſtante natura morbi ab humori-bus mixtis craſsis talibus moribus & ſymptoma-tis, tempore etiam extra omnem rationem, pericu lum eſt maximum quia virtus eſt debilis, dubium ne ſuccumbat, antequam concoquatur materia. Morbus validiſsimus & minime defeſſus, virtus debilis nondum ſauciauit morbum, ideo non poſ-ſum dicere aliud, quam ſi viderem duos dimican-tes, alterum robuſtum & alterum defatigatum & vulneratum, eum ſuperiorem fore qui minus defa tigatus eſt & alterum ſauciauit. Ideo non poſſum non timere, & præcor Deum vt ipſe auertat quia hac ratione prognoſtica non ſunt prophetiæ ſed ex naturalibus rationibus eliciuntur.

Quo ad curationem, omnia hactenus bene facta

ab Excell.v.poſt ſeptimam,vtinam ante vocata eſſet eo tempore quo debuit fieri. In acutis eodem die medicari oportet, differre periculoſum inquit Hippoc. item in acutis in principio ſi quid videtur mouẽdum moue,& ſanguinis miſsio non erat differenda poſt ſeptimam, ſed v.Excell. vſa remedijs eſt quãdo potuit,eſt delictum ex parte ipſius quod medicum non vocauit ſtatim ab initio, facta quæ fieri potuerunt & optime.

De agendis quæritur. Vtrum hoc mane ſit exhibendum pharmacum aliquod,aut caſia,dicam meam ſententiam. Habuit heri clyſtere ſatis acutum & in notabili portione ex diaphęnicone, hieralogadij quæ valde efficacia & inter acutiora numerari debent, id optime euacuauit materiam plurimam,ideò non exercerem aliam medicinam,cum etiam Gal. poſt clyſteres etiam leuiores non lauatiuos tantum aliquid addere vereatur, imo clyſteres acutos inter fortiter euacuantes ponit. Caſia plurimum euacuat etiam humores craſſos maxime coniuncta cum hiera & relaxat ventriculum, ideò ſuper eam non auderem, ſed quia clyſteres euacuant quidem quæ contingunt & facile educũt in paruo tempore tamen non ex longinquo trahunt. Veriſimile eſt agitatas eſſe materias quæ educendæ vt corpus ſubleuetur,video naturam veram & non ſophiſticam, ſed vterer minori pharmaco quod quidem ipſum etiam ſtatim exhiberi poſſet. Mannæ ℥ ij ʒ ij. in brodio quæ licet à modernis tantum ſubtiles humores trahere dicatur, vidi tamen ſæpe etiam educi craſſos & aduſtos quidem per tres vel quatuor dies continuos vt vidimus in Clariſsima Domina puerpera quæ febri laborans ab ea curata eſt ſolius mannæ exhibitione quæ purgauit quatuor diebus, ita vt cum eam accederemus Phriſimelica rideret & diceret ſe poſſe iurare quod non ſentiret febrem, ſed mortua eſt tamen ex partu hodie ſicuti prædixeram. Darem igitur mannam iam ſtatim, & poſt duas horas poſt modum exhiberem prandium. Poſtea vbi purgata darem ſuos ſyrupos in quibus ordinandis reſpicerem malignitatem, reſiſterem venenoſitati quæ fit propter putredinem quæ eoſdem facit effectus quæ faciunt omnia venena alia, & licet moderni deterreantur propter neſcio quam adſtrictionem nihil tamen inuenio melius quam ſyrupos de acetoſitate citri & de ſucco limonum ſicut bene obſeruarunt noſtri practici antiqui qui veri erant Galeniſtæ, recentiores de Galeno gloriantur cum tamen nihil minus intelligant.(Verentur adſtrictionem in limone quæ nulla eſt, & ſi quæ eſſet iuuaret potius. Nonne Gal. dicit abſinthium plus adſtringere quam ſit amarum, & tamen id exhibet in obſtructionibus vt ſcilicet dum moram trahit in meatibus anguſtis nec ita facile penetrat, amaritudine ſua plus aperiat. Opponunt locum Galeni, in ſola oxali eſſe aciditatem ſine adſtrictione,cum tamen locus habeat aliter, in oxali eſſe ſolam aciditatem ſine adſtrictione.) Succus limonum præ-

D ſtantiſsimus eſt ſi quid aliud, vt Theophraſtus oſtendit, vt Virgilius quoque ad venena valere ait. Quo non præſtantius vllum, Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ: & teſtor Deum me Dei auxilio plures curaſſe cum ſolo ſucco limonum dando eum ſecundum omnem modum exhibitionis extinguit ſitim & febrem, incidit humores craſſos propter aciditatem, & reſiſtit venenis quibus omnibus indigemus, darem igitur

Syr. de acetoſitate citri }
De ſucco limonum } añ ℥ j.

Decocti ſeminum & foliorum acetoſæ in aqua acetoſæ ℥ iiij. acciperem enim aquam deſtillatam quia ſubtilioris ſubſtantiæ facilius penetrat, ſed quia illę non habent vim ſuorum ſimplicium,ideò in ea decoquerem ſemina & folia acetoſæ & fruſta limonum cum cortice, ſeminibus & ſucco quia totum ſi ſimul conſideretur temperatiſsimum eſt,habet in ſe omnia elementa.

Quo ad electuarium Mithridaticum laudo, ſed E temperatum cum maxima portione zachari roſati propter ſuam caliditatem, poſſunt addi puluis ſcordij & ſem. citri & alia.

Epithemata laudo ſed quia humidiora fluunt & facilius exſiccantur, vtor vnguentis quibus facilius vti poſſumus & tardius exſiccantur. Accipio ℥ j. vnguenti roſati Meſ. recentis & boni, & in eo pono ʒ ij. ſpecierum cordialium temperatarum ʒ ſemis roſarum rubearum & ſantalorum, ſoleo addere ambram, muſcum & cãphoram viris, ſed hic dimitterem propter vterum.

Habeat clyſteres mitiores propter euacuationem continuam, victus ordinatus eſt optime ab Excell.v. Vinum tenue ac dilutũ dari poteſt, nam & ſi Gal. 3. de rat. vic. in tribus caſibus prohibet vinum in febribus, quando eſt ſuſpicio phreneſis vel inflammationis intrinſecæ vel magna humorum cruditas. Hic ſumus in vltimo caſu, ſed ipſe etiam Gal. vinum exhibebat dilutum tamen cum pluri-ma quantitate aquæ, ita vt cum ab aduerſarijs re-F prehenderetur propterea & ipſe aduocatis illis iuſſiſſet dilui vinum eo modo quo ægro propinatum eſſet, dixerunt: Hoc eſt oſtendere potius vinum quam ægro propinare. Conualuit.

De podagra cum ſuſpicione morbi Gallici, pro Iuuene Nobili Cretenſi, Conſilium Montani.

XLIX.

EGO non diſcedam ab optima conſuetudine medicorum antiquorum qui non volunt curare morbũ ſi non prius conſiderent exacte ipſam eſſentiam ac naturam morbi & temperaturam etiam corporis in quo eſt. Idem ego faciam, & licet vnum præcipuum ſit de quo conqueritur, dolor & tumor circa pedes vltimos qui inuadit præcipue mẽſe Septem

bri &c.

bri & per interualla quidem affligit, habet tamen
præterea furunculos ſeu puſtulas vel tubercula
quædam quomodocumque velimus appellare ab
hac hyeme citra, habet etiam grauitatem quãdam
capitis, de quibus licet diſtinctè & ſeorſim conque
ritur, etiam ſingula ſeorſim conſideranda ſunt, ab
eadem tamen cauſa dependent omnia, & ſunt ger-
mina cuiuſdã cacochymię vel multitudinis humo
rum exiſtẽtium in hoc corpore à quibus cauſatur
& tumor ille pedum, & tubercula ſeu furunculi &
grauitas illa capitis.

Vt igitur breuiſsime procedamus inueniendæ
ſunt cauſæ iſtius multitudinis cur multiplicantur
in tanta abundantia humores, vt iuuenis in hac æ-
tate tales habeat ægritudines cum præſertim alio-
qui videatur optimi habitus.

Clariſſ. Doct. Dum catalogum facio omnium
quæ audiui video primum corpus ab ineunte æta-
te ſubiectum fluxui ſanguinis nariũ copioſiſsimo,
& quidem tamdiu ſanus fuit quamdiu ſanguis flu-
xit, vnde naturalem conſtitutionem colligo abun-
dare plurimis excrementis & ſuperfluitate ſangui
nis quæ non poteſt eſſe niſi propter diſpoſitionem
membrorũ quæ generant ſanguinem & quæ præ-
parant chylum, quia tum etiam copioſe generatur
ſanguis, cum benè & copioſe pręparatur chylus in
vẽtriculo. Video corpus muſculoſum amplum &
quadratum quod non eſt niſi propter abũdantiam
& caliditatem ſeminis à primo ortu. Ideo membra
ſpermatica quæ à ſemine ortum habent ſi Galeno
credimus calida ſunt. Epar igitur calidum eſt ſicut
ex toto habitu corporis apparet, neq; ventriculus
male affectus, in delicijs educatus eſt, peccans plu-
rimum in ratione victus more illius patris, vinum
bibens meraciſsimum & cibarijs vtens qui pluri-
mum excrementi in ſanguine generarent: & quia
ventriculus & epar optime affecta erant & exhibe
bantur cibi illi craſsiores caſeus, garum, piſces ſala
ti & alij cibi mali ſucci cum vino calido, quia mem
bra calida, plurimũ quidem generatur ſanguinis,
ſed plurima etiam generantur excrementa quan-
titate & qualitate peccantia, quia ad plethoriã pro
ni ſunt qui calidi ſunt ſine exceſſu multæ humidi-
tatis vel ſiccitatis, ideò ea corpora maxime tolle-
rant ieiunium cum plurimum ſanguinis generẽt,
inde perpetuo etiam excrementis abundant, quæ
virtus valida in puero expellebat, ideò in tota pue-
ritia & per totam adoleſcentiam etiam durabat flu
xus ille ſanguinis per nares & toto eo tempore ſa-
nus permanſit, ita tamen vt ſemper redundaret ma
lis excrementis ratione temperaturæ naturalis ſui
corporis & etiam ratione victus. Poſt annum vige
ſimum ſiue virtus ſeipſa imbecillior facta, ſiue hu-
mores aucti & ſeipſis craſsiores facti quàm vt ex-
pelli poſſent, incidit in ſcabiem, quæ cum admo-
dum moleſta eſſet quærebat remedia, miſſus eſt
ſanguis in maxima copia, ex quo ceſſauit ſcabies
ſed ſucceſſerunt furunculi & dolor circa genua, ex
quo diſcurſu facile apparet cauſa omnium cum a-

A bundet excrementis & poſt tantam ſanguinis miſ
ſionem corpus ſeipſo frigidius redditũ partes quæ
ab inanitione facilius læduntur ceperũt fieri la-
xiores & debiliores propter defectũ caloris & ſpi-
rituum, & in illa ſanguinis miſsione educto ſan-
guine ſubtiliore humores craſsiores non ita potue
runt educi, natura expellit ad cutem ſed nõ poteſt
diſſlari propter craſsitiem, ita facti furunculi. Debi
litatis etiam iuncturis quæ ſuapte natura frigidæ
ſunt & laxæ quia neruoſæ ſine venis & arterijs fa-
cile ex tanta ſanguinis miſsione refrigerari potue-
runt & ex inanitione debiliores reddi, ideo cum
quotidie generentur humores mali & multiplice
tur materia ſicuti ſemper fieri ſolet i cacochymijs,
partes craſsiores & terreſtriores magis deorſum tẽ
dunt vnde ex debilitate earum partium veniunt
tumores pedum circa partes inferiores: partes ve-
rò ſubtiliores ex ea materia à calore ſurſum eleua-
tæ furunculos faciunt & dolorem capitis, & ita ea-
dem materia ad diuerſa loca à natura expulſa diuer
B ſos facit effectus. Idem humor multiplicatus poſt-
quam ceſſauit fluxus ſanguinis cauſat tumorem pe
dum, furunculos, ſeu vlcera & grauitatem capitis.
Sed hic vnum dubium notandum, an ille tumor
circa genua habeat tantum eam originem vt fiat ex
generatione mali ſanguinis & cacochymiæ in epa
te, an verò aliunde foueatur? Cum conſidero tem-
peraturam magnitudinem capitis, figuram naſi &
carnes circa partes agnatas, apparet temperatura
capitis calida & humida, atque ideo excremento-
ſum valde eſt, & forte hæc eſt cauſa cur tantus ſan-
guis emanabat in pueritia ac ideo tum non tume-
bant pedes quia materia ſemper habet exitum &
quia ſemper in veris podagris deſcẽdit materia ad
interiora ad cauitates & laxitates iuncturarum, &
cauſat dolores occultos primum, nec prouenit il-
luc à venis, ſed à capite per ſpondilos ſeu ſpinam
dorſi, ac inde per neruos motiuos deſcendit, & pri
mo occultos dolores facit ratione quorum deinde
attrahitur materia à reliquis venis, ideo primum
C incipiens podagra pũctura videtur & durat ita per
40. dies vt benè ait Hipp. poſtea cum augentur do
lores attrahitur materia ab alijs locis intumeſcunt
& rubeſcunt venæ, locus videtur inflammari, fer-
uet, & adeſt pulſatio, & rubet magis aut minus
pro prædominio ſanguinis aut aliorum humorũ.
Cum igitur conſidero dolorem acrem cum tumo-
re & colore rubeo circa pedem inferiorem, credo
eum primum à capite originẽ traxiſſe, poſtea ſicut
fieri conſueuit debilitato iam loco à iecore & ve-
nis excrementa illuc tranſmitti, & hæ ſunt cauſæ
huius doloris & tumoris, materia commiſta ex o-
mnibus humoribus, ex ſanguine, bile, humore me
lãcholico & pituita, ſed duo tamen ſunt humores
præcipui à quibus cauſatur podagra vt & Gal. ait
& poetę ſignificant in ſuis tragędijs podagricis, bi
lis videlicet & pituita, licet illi non ſint exquiſiti
ſine admixtione aliorum humorũ & accurrit ſan-
guis propter inflammationem.

Sed cur ad eum locum deferuntur? quia iunctu-ræ ſua natura aptæ ſunt vt debilitentur & recipiát excrementa quia priuata ſunt ſanguine, membranoſæ & frigidæ & præparatæ ad recipienda excrementa & ſuperfluitates aliarum partium. Eſt autem perpetuum hoc in corpore vt etiam Gale. oſtendit 2. de facult. nat. quod vbi redundant excrementa in aliqua parte, non ceſſat expulſio de parte in partem ab vno membro ad aliud donec ad debilius perueniat.

Vtrum autem dolor ſit ex ſolutione continui an ex temperatura mala, quæſtio dialectica eſt, non curo. Adſunt dolores & tumores pedum qui podagra appellari poſſunt, nam etiam vulgo dici ſolet, dolor de iunctura. Si non eſt botta eſt gotta, id eſt, ſi non eſt percuſsio ex qua ſcilicet dolor proueniat, eſt podagra.

Sunt furunculi à ſanguine craſſo & aduſto cui credo admixtam melancholiam ſeu atram bilem.

Quod caput grauatum habet non mirum, potius mirum eſt quod non diu adfuit hic dolor capitis.

Sed quæritur an adſit infectio aliqua morbi gallici? Iam ſunt tres anni ex quibus incidit in vlcera pudendi ac tumores inguinum quæ ſunt ſignum pathognomonicum morbi gallici, non quod propterea inde fiat ſyllogiſmus neceſſarius, habet bubones ergo laborat morbo gallico non ſequitur, ſicut à nullo ſigno alio ſolo argui poteſt, quin ſemper committetur fallacia conſequentis. Argumentum à ſignis conſequentibus veriſimilibus, & vbi multa ſigna concurrunt, ſuſpicionem augent, licet certitudinem non faciant. Ita in hoc Nobili Iuuene eſt ſuſpicio acceſsiſſe aliquam infectionem primò ex bubonibus, & vlceribus pudendorum quæ in omnibus ſolent contingere ante morbum gallicum licet non vertatur, ita vt non in omnibus qui bubones & vlcera pudendorum patiuntur, morbus gallicus conſequatur. Accedit grauitas capitis prius non percepta, quæ ſequitur ad eum morbum & curaui multos, & credo Clariſſ. hos Doct. multos etiam vidiſſe qui nullum aliud ſymptoma habebant præter dolorem capitis, & tamen laborabát morbo gallico. Eſt & aliud ſignum, dolor ad genu prouenit & eſt in perioſtio, & morbus gallicus diſtinguitur in hoc à podagra quod eſt circa perioſtia & membranas oſsium inter iuncturam & iuncturam, non in ipſis iuncturis vt podagra, ſicut omnes qui paſsi ſunt experientia probauerũt. Præterea in vlceribus eſt aduſtio & nigredo, quod ſi furunculi quos patitur, ſedem etiam duram ſeu baſim ſolidiorem haberent, augeretur magis ſuſpicio, ita vt deuenirem ad certiorem coniecturam. Hinc habeo magnam ſuſpicionem ex omnibus ſimul additis de morbo gallico, ſiue modo ſit ſiue nō (quia Phriſimelica & Francanzanus dixerunt non eſſe.) De doloribus non dixerim eos eſſe ex morbo gallico, non tamen ſunt immunes à morbo gal-

D lico qui podagra laborant, ſæpe complicantur ambo, & ego ſi haberem podagram & ſperarem me per morbum gallicum ab ea liberari poſſe optarem me in illum incidere, verum ex podagra non concluditur non adeſſe morbum gallicum.

De tumore de quo etiam nonnihil conqueritur circa oculum, credo quod ſit ab humore ibi indurato & eſſe ſcirhum, qui licet tantum dicantur fieri à pituita & humore melancholico, tamen ab omnibus humoribus fieri poſſunt ſicut etiam Galenus ex eryſipelate factum dicit, ex quo autem humore ſit generatus facile eſt videre cum cutis non eſt eleuata, color albus eſt, igitur eſt ex pituita quia cum non eleuatur cutis, certiſsimum ſignum ſumitur ex colore de humore ibi decumbente.

Ex his apparet omnes hos morbos licet diuerſæ ſint naturæ ab eadem tamen cauſa dependere videlicet à multitudine prauorum humorum qui multiplicantur in hoc corpore à cauſis intrinſecis & extrinſecis, ipſa videlicet intemperie membro-

E rum, quæ faciunt & ſeruiunt pro nutrimento, ventriculus optime præparans alimentum ita vt ex lapide etiam faceret chylum, & epar bene concoquens, & ex quocunque humore faciens ſanguinem. Ad quod vbi acceſſerunt cauſæ extrinſecæ quód malo veſcebatur victu, ex malo chylo malus generatur ſanguis qui expulſus à natura erumpés ad diuerſas partes diuerſa generat accidentia. Hæc ſatis de cauſa omnium ſymptomatum de quibus conqueritur nobilis hic iuuenis.

Quo ad Prognoſticum. Quia temperies naturalis difficile emendatur & forte impoſsibile eſt vt tollatur quia Galen. ait quæcumque naturales ſunt intemperaturæ longiſsimo tempore & magna patientia opus eſt & tamen vix vnquam tolluntur, ſi ſe gubernabit in ratione victus ita vt minus generetur de ſanguine, melius habebit, ſi bonis cibis parcè vtatur, multum exerceatur, vt plurimum excrementi abſumatur per vias inſenſibiles, & cibi ſint frigidiores vt ita eorum ratione fiat

F continua refrigeratio in epate, caueat à vini vſu vel ſaltem dilutiſsimum bibat, ſed ſi omnino velle t abſtinere melius eſſet, & ſi qui ab incipienti podagra per vini abſtinentiam curati ſunt, hic certe plurimum iuuaretur. Atque ita in ratione victus maximam ſpem ponerem.

Quo ad euacuationem quia Galenus in libro de miſsione ſanguinis ait, eos qui ſubiecti ſunt magnis morbis ſi verno tẽpore ſubinde purgantur & mittatur ſanguis præſeruantur, quia humores multiplicati qui præbent materiam morbo euacuantur: communiter autem podagrici patiuntur dolores autumno & vere, cum ex parte agentis quia calor ijs temporibus habilior eſt, colliquans quidem materiam, non reſoluens tamen, æſtate reſoluitur materia à calore fortiore, hyeme ob frigiditaté nõ agitatur, tum verò ex parte humorum multiplicatorum, & quidem quibus pituita eſt cauſa podagre illi-

græ illi vere magis vexantur, quia per hyemem pituita multiplicatur: qui ex bile podagram contraxerunt illi autumno plus laborant, ſicuti hic nobilis iuuenis conqueritur.

Cauſas igitur extrinſecas remouerem corrigendo victum in quantitate & qualitate exhibendo frigidiora, vteretur exercitio matutino tempore, & quidem velim vti etiam frictionibus in partibus ſuperioribus in quibus non eſt læſio, & ſi meus eſſet filius iuberem vti etiam balneo aquę dulcis ſuo tempore vt diſſlarentur humores, rarefieret cutis, excrementa facilius excernerentur, & calor fieret benignior.

Pro euacuatione humorum qui quotidie generantur & aggregantur in hoc corpore, in vere, & autumno ſemper haberet purgationem, nunc igitur optime purgarem vna vice & etiam repeterē. Miſſio ſanguinis neceſſaria eſt & quidem copioſa non tamen euacuarem tot vncias vna vice (Fracanzanus 18. ℥. volebat) quia repentina euacuatio ſanguinis euacuat plurimum de ſpiritibus, repeterem potius & iterarē vices, quod Gal. laudat de miſſ. ſang. & celebrat Auicenna inquiens, melior eſt multiplicatio numeri quàm quantitatis, & etſi ſint aliqui morbi vt cauſon vel ſynocha, in quibus propter neceſsitatem vſque ad ſyncopen ſanguis mittitur, vbi tamen morbus dat inducias melius eſt iterare vices quàm ſimul & ſemel totum euacuare.

Quo ad medicamenta darē quæ euacuant craſſos & aduſtos humores, caſia dari poteſt pro minoratiuo. Deinde concoquatur materia & mihi placeret hoc tempore commodo in tanta epatis caliditate ſucci fumiterræ, endiuiæ, cichorei purificati ℥ iij. in vj. vel viij. ℥. ſeri caprini. Credo quod conuenirent & darem 9. ſyrupos, poſtea euacuarem cum conf. hamech vel alijs quæ nota ſunt & Excell. v. & doctiſsimis etiam ſcholaribus. Poſtea alterarem membra frequenti vſu zachari roſati & violati, ſed frequenter & longo vſu, & cum tempus æſtiuum adueniret, laudo vt bibat aquas Calderianas quæ præſtantiſsimæ ſunt ad emendandam caliditatem epatis, frequenter interim vtatur caſia quæ refrigerabit epar & continue educet humores craſſos vt ſit præſtantiſsimum præſeruatiuum vnde plus laudo quam reliqua omnia. Quæritur, vtrum ſtante ſuſpicione morbi gallici poſt has euacuationes cōueniat decoctum ligni in aquis diſtillatis frigidis vt endiuiæ & violarum quæ refrigerant epar, & fortaſſe plus etiam quàm aquæ Caldarienſes, exquiſite tamen ante euacuarem corpus, quia nunquam dandum decoctum ligni niſi perfecte purgato corpore, exhiberem igitur, & vltimo his omnibus nō ſatisfacientibus, non exiſtimarem incongruum facere cauteria in pedibus etiam, licet enim fiat defluxus ita ad eas partes quæ ſunt offenſæ, vidi tamen plurimos qui paſsi podagram liberati ſunt à cauterijs, multis etiam iſchiadicis vtiliter facta vidi qui morbus eſt etiam in inferiori corporis parte, cum

A ſit infra renes, & tamen in illis optime deriuatur materia per cauteria in tibijs facta, prius tamen euacuato corpore, in Hannibale Fantuccio Bononienſi vidimus qui ita podagricus vt non poſſet mouere pedes, ad cauteria ſtatim perfecte conualuit. Hæc vt dicerem quæcunque ſentirem, v. Exc. modo in quorum manibus eſt faciant quod illis videbitur.

De ſurditate, pro Iuuene Cretenſi, Collegium Montani. ad Conſilium XII.

CAſus ex Phriſimelica. Aliquot nunc menſes ſunt ex quo Nobilis hic patiēs venit ad nos & narrabat hiſtoriā, quomodo cum pateretur morbū gallicum & caderent pili incidit in malos medicos qui ne omnino deciderent, malas adhibebant medicatio- B nes, tentabant ſuppreſsionem lotionibus, oleis & vnguentis frigidis & ſtipticis in quibus erant ſemina frigida vſque ad ſolanum, oleum in quo diſſoluta plantago in mortario plumbeo, & alia frigida ſine aliqua re calida admixta, vnde in hos affectus incidit videlicet in ſtuporem mentis quę ita lædebatur vt diminuerentur operationes & eſſent ſenſus ablati ita vt non audiret maximos ſtrepitus. Tum in alium incidit medicum malum qui longe deteriora exhibuit pharmaca adeo moleſta, vt ventriculus planè deiectus non appetat neque concoquat, dedit agaricum, coloquintidā, turbit, ſcamonium vſque ad mercurium ſublimatum. Venit ad nos, & per tres menſes à nobis curatus diligenter, ita vt ventriculus reſtitutus eſſet, & ex aure quoq; non eſſet ita omnino ſurdus ſed inciperet ſentire, noluit tum perficere curam, ſed diſceſsit Venetias vbi cum inordinate viueret eadem mala redierunt ita vt cum nunc viderem vix cognoſcerem eum.

C Montanus, Poſtquam Nob. Iuuenis patitur ſurditatem alterius auris cum flatu intra cerebrū qui tendit ab vna parte ad aliam, & patitur imbecillitatem magnam ventriculi vt vix poſsit concoquere, & hæc ſunt ſymptomata ratione quorum nos cōuocauit, conſiderabo ea vt inueniam cauſas eorum & etiam curationem. Primo tamen ſurditatē conſidero, ea talis vt habeat actionem prorſus ablatam nihil audit eorum quę dicuntur extrinſecus etiam fortiſsime, intrinſecus tamen ſibilum percipit in aure læſa. Hic duo ſunt, actio ablata, prorſus non audit, quod ſignum maximæ frigiditatis, niſi ſit morbus in compoſitione, eſt deinde ſibilus perceptus non ad obiectum extrinſecus quæ eſt corrupta actio & venit vel à caliditate vel à materia agitata quod etiam non ſit niſi à calore. Motus enim materiæ in corpore vel ſit, cum ſua grauitate deſcendit ad inferiora, vel cum agitatur ab aliquo calore. Hic igitur ſunt duæ cauſæ contrariæ, frigiditas intenſa quæ planè auffert operationem, & actio corrupta

quæ eſt à calore vel materia agitata. Eſt deinde agitatio illa ſeu tinnitus flatuoſi quos nunc percipit ab aure ſana non læſa tendentes ab vna parte capitis ad aliam. Vltimo debilitas ventriculi, tardiſsime concoquit, & vix vnquam ſi præcipue comedat aliquid quod ſit difficilioris coctionis quod ipſum etiam ex frigiditate eſt, eſt ergo etiam frigiditas in ipſo ventriculo, & ideo inquirendæ cauſæ ſingulorum vnde tanta frigiditas ſit in iuuene temperaturæ calidioris, & vnde ſit contraria diſpoſitio, in cerebro ablatio ſenſus quæ eſt ex immenſa frigiditate & tinnitus qui eſt à materia agitata ab aliquo calore. Clariſſ. viri dicam quod ſentio de cauſis harum diſpoſitionum vt poſsim inuenire veram curationem.

Corpus temperaturæ calidæ eſt & licet ortus ſit in quarto climate in Creta vbi colores corporis nō ita indicant temperaturam vt in regione temperata, licet enim ab antiquis temperatum dicatur illud clima quia in medio ſeptem climatum, tamen hodie intemperatum eſſe conſtat, ſiue id ſit propter motum ſtellarum nobis incognitū ſiue aliam ob cauſam, hodie minus temperatum eſſe conſtat quàm ſit quintum clima, quod rationibus multis comprobari poſſet, ſed non eſt nunc locus. Hodie calidius eſt ideo homines habet nigriores ſicut & Siculi & Hiſpani pleriq; nigriores ſunt quā homines temperati. Nihilominus hic iuuenis habet alias operationes circa habitum corporis ex quo calidioris temperaturæ melius iudicari poteſt. Habet capillos nigerrimos & aduſtos, ſed præter eos etiam amplitudinem maximam venarum ex qua certius indicium caliditatis epatis ſumitur quàm ex colore corporis, nunquam enim fallit tenendo opinionem Galeni quod illa membra ſint ſpermatica & generentur ex ſemine, eſt promptiſsimus & omnes operationes prompte exercet & niſi calidiſſimus eſſet à tot frigidis iam dudum fuiſſet extinctus. Nec habuit cauſas intrinſecas huius morbi ſed ab extrinſecis validiſsimis incidit in ægritudines frigidas cum corpus alioqui calidiſsimum ſit. Igitur neceſſarium eſt cauſas extrinſecas validiſsimas fuiſſe cum tam firmam alterationem temperaturæ contrariam impreſſerint. Sed quæ nam illæ fuerunt? Habuit morbum gallicum qui licet nihil aliud ſit quam intēperies epatis quę videtur calida quam ſemper ſequitur aduſtio humorū poſt eam infectionem in quacunque temperatura fiat. Sed cum ea caliditas in quacūque temperatura tandiu durauit ſuccedente tempore paulatim diminuitur & ſit frigida priuatiue propter defectum alimenti, ſicut Gal. ait de temperatura calida & ſicca tempore paracmaſticæ ætatis degenerare illam in frigidam & ſiccam propter defectum alimenti, nam calor paulatim debilitatur. Ita omnes morbi calidi vbi diu perſeuerant frigidiores ſiunt, non igitur mirum eſt in hoc corpore cum temperatura calida & ſicca ſit quæ cito exoleſcit, ſi præſertim cauſæ exoluentes validæ accedant, hic habuit morbum galli-

D cum qui primo quidem adurit & exſiccat ſed vltimo refrigerat. Sed præter eam tot frigidiſs ma extrinſecus circa caput applicata. Accepit deniq; per os argentum viuum ſublimatum quod valde refrigerat vt & Gal. innuit qui vno verbo ſe expediens cum inquit nō agnoſco niſi ſub ratione veneni, ſed Auic. diligenter inquirens naturā illius dicit quod propter frigiditatem inducit in ſtuporem paralyſin & omnes ægritudines frigidas. Poſtea ſumptis etiam medicamentis validiſsimis ſcamonea & alijs quæ exoluunt calorem innatum & deſtruunt mineras membrorum naturalium, euacuant vſque ad ſanguinem & deſtruunt virtutem omnem vt dicit Meſ. Ventriculus qui ab ijs maxime patitur deiectus eſt. Atque ita cauſæ validiſsimæ fuerunt vt refrigeraretur licet in propria conſtitutione calidus eſſet & ſiccus quod notandum eſt ad rectam curationem inueniendam. Intemperies frigida eſt non ex naturali temperie ſed acquiſita, ideo lapſus

E eſt magnus.

Sed cur in cerebro præcipue impreſſa intemperies & non in alijs membris? quia ibi remedia applicata ſunt, ventriculus etiam perpeſſus eſt propter medicamenta fortiora quæ maxime exoluunt vim vētriculi, præcipue præcipitatus qui vltimam formam addidit medicinis illis euacuātibus etiam vſque ad ſanguinem, & ventriculus ipſe membranoſus & excarnis eſt, alia membra quæ calidiora ſunt & plus habent ſanguinis facilius reſiſtere potuerunt cùm præſertim medicamenta ad ea loca non ita pertranſirent. Facta igitur refrigeratione in cerebro cum alteratio & impreſsio ſubito facta eſt à refrigerantibus, factus eſt ſtupidus in omnibus operationibus ſenſuum, & cum mala illa complexio diuerſa à temperatura naturali, caliditas ſcilicet naturalis & frigiditas illa inducta ab extrinſeco contraria temperaturæ naturali eſſent ęquales adhuc & in perpetua pugna, ita vt maximum immi-

F neret periculum ne vinceret diſcraſia frigida & incideret in periculoſiſsimos morbos. Incidit in manus peritiſsimorum medicorum qui euacuauerūt cauſam frigiditatis & alterauerunt membra vt ferè ad integram ſanitatem peruenerit, licet poſtea ex malo regimine victus iterum inciderit in ſtatū deteriorem quia non penitus ſublata cauſa acceſsit mala victus ratio, coitus & alia cum eſſet ſanitas κατὰ σχέσιν ſeu neutralitas conualeſcentię vt notant moderni. Nūc igitur frigiditas talis in cerebro quę multiplicat flatus in cerebro ſiue ſubſtantia eius, ſiue in venis vel arterijs ſiue in alijs partibus exterioribus ſint non facile dixerim, permeant ab vna parte ad aliam, hic eſt à materia aliqua flatulenta quæ non flatuatur niſi ab aliquo calore qui aggrediens materiam non poteſt reſoluere ſed agitat, eſt igitur naturalis vigor quidam adhuc in cerebro, ſed propter præſentiam plurimæ frigiditatis, vel in toto vel in parte aliqua reprimitur, nec abſurdū eſt in eadem parte eſſe caliditatem & frigiditatem ſimul, & diuerſos effectus producere. Cum igitur ibi ſint

ibi ſint diuerſæ intemperies naturalis calida, & acceſſerit frigiditas, inſurgit calor naturalis & inuenit materiam vel in parte vel in toto, & quia calor diminutus, materia multa, non reſoluit eam nec difflat ſed impellit vnde fit ſonus præcipue cum prope ſenſorium agitatur quia ſicut extrinſecus ita interius etiam obiecta mouent ſenſata ſicuti videmus oculis etiam clauſis interiores obijci imagines, ex eo igitur flatu percipitur ſonus ab aure ſana, quia auris læſa non poteſt percipere obiectum extrinſecus quod ſit extra organum ſuum, cum igitur fiat ille flatus extra organum auris non percipitur ab ea, ſed ab aure ſana quæ extrinſeca adhuc percipit, hæc eſt ratio flatus & vnde generatur, à calore videlicet diminuto & debilitato per cauſas extrinſecas.

Sed auris læſa habet penitus ablatum ſenſum & tamen interius ſibilus percipitur. Hic eſt difficultas magna, nam ſiue aer ſit inſtrumentum auditus ſicut pupilla viſionis & neruus, poſtea in vtroque deferat ſpeciem ſenſibilem ad cerebrum ſiue aliter id fiat, difficile eſt imaginari quomodo tanta frigiditas acceſſerit, vt ſit ablata omnis ſenſatio ab obiectis extrinſecis, & tamen percipiat ſibilum intrinſecum qui venit ipſe etiam ab aere agitato. Certe facile accedo opinioni Clariſſ. D. qui primo loco dixit quod ſit aliqua obſtructio in meatu auris quod facile potuit fieri in membro frigido neruoſo & oſſuoſo, quod à materia frigida obſtructus ſit neruus vt ab extrinſeco non poſsit percipere obiecta, non tamen ſit paralyſis completa eius partis, ſed ab intra percipiat adhuc quoties ventus vel flatus mouetur in cerebro, & ita quod ſit ablatus ſenſus, credo totum vitium eſſe in compoſitione ſicut vrina ſupprimitur interdum propter materiam obſtruentem meatus, non tamen nego adeſſe intemperiem, ſit enim etiam intẽperies propter affluxum materiæ, ſed credó eam non tantum fore vt auferret totũ ſenſum, credo ſi non eſſet obſtructio quod audiret aliquid. Hæc ſatis de cauſa flatus in aure ſana, & cur ſibilus in aure læſa, cum tamen nihil percipiat extrinſecus. Dictum eſt etiam cur debilitatus ſit ventriculus vt non mirum quod tarde concoquat, quod eſt ſignum diminuti caloris & ita ſatis dictum eſt de cauſis omnium ſymptomatum.

Quæritur de acceſsione morbi gallici? Certe hæc ſatis ſunt pro dictis ſymptomatis, ſed ſi quæras vtrum hic ſit actu morbus gallicus? non video hic ſigna neque ſatellites eius, in epate videtur eſſe capitaneus in potentia futurus dux multorum militum ſi detur occaſio, quia morbus gallicus eſt ſicut ærugo in ferro quæ tollitur quidem ſed ſi negligas, perpetuo redit, ſic morbus gallicus quacunq; leui occaſione irritatus ſtatim redit, ideo credo aliquid occulti in benedicto epate.

De prognoſtico. Quantum ad ſurditatem quia pertranſierunt ſex menſes non curabitur, & eſt ratio quia neruus ille durior & intemperies cõfirmata per ſex menſes, quæ erit materia quę aperiet obſtructiones cum membrum ſit exangue & ſine calore, & difficile eſt tollere intẽperiem in membris calidioribus vt in epate in cachecticis, quod tũ calidiſsimum eſt abundat venis & ſanguine, imo ſi quãdo maleficium eſt vt vocant in corde quod eſt fons caloris quàm pauciſsimi euadunt, quanto minus ſperamus ſalutem cum in aure quæ eſt exſanguis frigida & neruoſa, per annũ, & tres annos durauit obſtructio, ſi tamen eſt obſtructio licet facile nõ tolletur tota, ſi tamẽ aliqua arte auferatur, pars aliqua forte audiret ſaltem aliquid, ſed quod ad frigiditatem impreſſam in cerebro, non facile neque cito tolletur, poterit ſi non ex toto, tamen ex parte melius viuere. Ætatem fauẽtem habemus, eſt 24. annorum.

Cum quibus ergo curabitur? Tota difficultas in medicina eſt inuenire cauſas curãdi, quia enim omnia remouentur per contrarium, cum inuentæ ſunt cauſę & adeſt materia, iam eſt inuenta ars. Eſt intemperies frigida & humida cum affluxu materiei, ergo duplex intentio, duo facienda euacuanda materia & alterãda membra ad oppoſitum. A quo incipiendum? A materia, quia non poſſumus alterare niſi ea euacuata, materia frigida eſt & craſſa ergo concoquenda, ſed antequam concoquatur vt penetrent medicinæ alterantes, aperiẽdæ ſunt vię, & primo euacuanda materia communis ne cum alterantibus deducatur ad ipſa membra.

Darem lenitiuum ex hiera vel caſia, vel aliquid aliud euacuans humores contentos in ventriculo. Deinde cõcoquatur materia, & ſimul alteretur intemperies, hoc enim habemus commodi in hoc caſu vt vtrunque ſimul ducere poſsimus, ſunt ſyrupi incidentes & calefaciẽtes, licet ventriculum imbecillem habeat, non tamen ab aceto vel oxymelle abſtinerem, quia materia imbibita in ventriculo, ſyr. aceto. de duab, rad. cum oxymelle, de eupat. de bethonica bonus eſt, ſed non ita hic incîdit, darem mel roſ. cum ſy. acetoſo vel oxymelle, ſi timeremus inciſionem vel corroſionẽ. Facta coctione euacuarem pill. coch. hiera cum troc. alhandal vel conf. hamech quæ omnia iſta continet, euacuabit materiam craſſam. His ſemel atque iterum euacuarem.

De ſectione venæ, ſi ſupponamus materiam frigidam & craſſam non video neque quo ad alterationem neq; quo ad euacuationem quomodo multum conferre poſsit.

Poſt euacuationem alterantia duo propoſita, decoctum ligni, quia non volumus adire morbũ gallicum poſſumus dimittere cum præſertim habeamus ſecundum quod optime facit ad propoſitum, aquæ thermarum quæ calefaciunt & ſiccant cum roboratione toni propter virtutem animalem, ideo laudarem eas ſecundum omnem modum applicationis, ita vt etiam lauet, applicetur capiti, licet enim illud ſit calidum & ſiccum, tamen quia adeſt nunc intemperies cal. & humid. reduceretur ad naturalem temperiem propter ſtillicidium, nec facerem moram in his quia tempus inſtat, habita

deinde

deinde bona victus ratione.

Pro medicamēto locali ad ſurditatem vterer eo Scribonij à me ſæpius cum fœliciſsimo ſucceſſu experto, ex oleo picis & amygd. dul. confecto.

De ventriculo frigidiore, pro Vicentino, Collegium Montani. ad Conſilium XXIIII.

NObilis Vicentinus quæritur de mala digeſtione & quod emittat ructus acidos, item quod in dies macreſcat.

Mōtanus, Clariſſ. Doct. Si vera ſunt ſicut arbitror vera eſſe quæ dicuntur à Nobiliſſ. viro quod percipit ructus acidos, & conſueuit euomere acida, nemo qui eſt ſanæ mentis poterit iudicare aliter quin adſit frigiditas vētoſa, igitur nulla videtur difficultas de ventriculi intemperie, ſed difficultas non parua eſt, ſuppoſita hac frigiditate qualis ea ſit, poteſt enim eſſe vel frigiditas ſola ſine exceſſu qualitatis alicuius paſsiuæ, vel cum ſiccitate vel cum humiditate, deinde vel per eſſentiā ſine materia eſſe poteſt, vt in ipſa ſubſtantia membri ſit talis intemperies eſſentialiter, vel per affluxum alicuius materiæ quæ adfluens faciat talem temperaturam ventriculi. Vtrum ſit hoc vel illud vidēdum quia cura diuerſa eſt. Clariſſ. Doct. quia conuocati ſumus vt vnus quiſq; dicat ſententiā ſuam dicā & ego libere quod ſentio. Credo ſi in hoc ventriculo adeſt aliqua frigiditas quod ſit per eſſentiā & quod non ſit facta per affluxum materiæ, non dico quod non adſit materia quę neceſſario generatur, & conſequitur ad talem temperaturam frigidam, non igitur dico non adeſſe materiam pituitoſam, ſed dico quod cauſa illius materiæ ſit ipſa ventriculi frigiditas. Id multis oſtendi poteſt & primo quod ſit intemperies frigida eſſentialis non facta ab affluxu materiæ, licet conſecutiue ad talem intemperiem materia generetur & quidem eſſe frigiditatē cum ſiccitate patet ex cauſis intrinſecis poſitiuis. Suppono quod à v. Excell. concorditer concluſum eſt hoc corpus ſecundum totum calidum & ſiccum eſſe. Idque facile patet ex loco Gal. 2. de temp. vbi inquit, excedens caliditas vel ſola eſt vel cum ſiccitate vel cum humiditate: ſi ſola, corpora carnoſa ſunt & quadrata cū plurima carne, hoc ſemper fuit gracile: ſi cum humiditate, cum carne adeſt plurima pinguedo pro ratione humiditatis plus vel minus excedentis. Hic non eſt pinguedo, quia igitur calidum nec calidum tantum, nec calidum cum humido relinquitur quod ſit calidū & ſiccum. Sed hoc non poteſt eſſe niſi duo membra principalia concurrant quæ faciunt temperaturam totius 2. artis par. cor & epar, & quidem quod epar calidum oſtēdit amplitudo magna venarū, color etiam pilorū & cutis, magis tamen amplitudo venarū & quia redundat bile, quod autem cor ſit calidum oſtendit quod eſt animi conſtantiſsimi & iracundiæ plurimæ quam etiam tenaciſsime retinet. Igitur in toto corpore caliditas & ſiccitas præcipue in epate &

D corde: ſi igitur aliquod membrum in intemperiem ſiccam præcipue trahit, id eſt ventriculus, quia nerueus eſt ſecundum vnam tunicam, ſecundum altēram modice carneus, ergo epate calidiore & ſicciore exiſtēte, ipſe etiam talis erit, non quidem caliditate & ſiccitate ſimili qualis eſt in epate, ſed qualis poteſt eſſe in vētriculo, & ideo hic nobilis vir nunquam percipit imbecillitatem vētriculi, ſed vt contingit in omnibus cal. & ſic. temperaturæ accedente ætate paracmaſtica vt calor reſoluatur & efficiat vt membra reddantur frigida & ſicca 2. art. par. & quoniam in habentibus ſymbolum facillimus eſt tranſitus, ventriculus reſpectu aliorum membrorum ſubſtantiæ eſt neruoſæ & ſolidioris, ita vt in ſeipſo ſecundum propriam ſubſtantiam dicatur frigid. & ſicc. facilius labefactatus eſt quam reliqua membra, & ideo percipitur in eo frigiditas & ſiccitas, quia facilior in ipſo & refrigeratio & exſiccatio quam in membris reliquis. Ideo omnes qui habēt E epar calidum ſuccedente ætate incidūt in frigiditatem & ſiccitatem ventriculi quia humiditas exſiccatur & per reſolutionem proprij ſubiecti calor diminuitur, hæc ſecundum curſum & diſpoſitionem naturalem. Quod autem nō acceſſerit aliqua humiditas eſſentialis oſtenditur, quia nulla eſt cauſa quæ augeret humiditatem, ſunt bene cauſæ quæ augerunt ſiccitatem ſicut dictum eſt, ſed acceſſerūt aliæ cauſæ extrinſecæ quæ augerunt frigiditatem & ſiccitatem, plurimæ curæ, & motus animi & corporis, & venus etiam dicit bene quod ſit temperatus, ſed eſt temperaturæ cal. tantum, credo eum feciſſe quantum habuit commoditatis. Ita paulatim reſolutus calor & poſtea iam accedit ad ſenium. Vtrum ſit in primo ſenio vel non? ſeptimus ſeptenarius primum ſenium abſoluit, qui 49. annis completur, hic habet 45. & eſt in ætate decidentiæ quę opponitur conſiſtentiæ ergo in ſenio, & in his annis apparet manifeſta debilitas. Cupit deinde co- F medere herbas frigidiores lactucam & ſimilia, aucta frigiditas generatur plurimum pituitæ. An modo iſta frigiditas eſſentialiter exiſtens in ventriculo ſit plurima? Credo quod ſit paruiſsima ita vt nō faciat tantam curam quaſi eſſet hectica ſenectutis in ventriculo, & inter reliqua ſignum habeo ipſos ructus acidos, qui quidem ſignum ſunt frigiditatis ventriculi vt Gal. ait, ſed ea frigiditas non eſt ad modum magna, ideo Gal. in lib. ſimpl. med. aciditatem non poſſe generari ſine caliditate, oportet præcedere putredinem quæ ex caliditate aliqua generatur, poſtea ſuccedit frigiditas, ſed ſemper remanent veſtigia caliditatis licet caliditas exhalauerit, & ideo omnia acida frigida & ſicca ſunt, & ideo frigiditas quidem in ventriculo, ſed non intenſa, cum præſertim epar ita exacte cōplectatur ventriculum quod valde calidum ſupponimus.

His ſuppoſitis generatur plurimum pituitæ licet optimam habeat victus rationem vt ipſe putat ſe habere, & ideo nunc non ſentit tantam aciditatem, ſed tantùm tarditatem coctionis quia perſe-

ueras

uerat intemperies. Habet deinde alia quæ conſe- A quuntur, Hypochondria tractabilia ſunt, ſed circa vētriculum, verſus enſiformem cartilaginem tenſio eſt reſiſtens tactui, ſed eam parui facio, quia accedit & recedit prout flatus ibi aggregantur: nec mirum generari flatus ſtante cal. epatis, & frigiditate ventricūli, generatur enim materia idonea & adeſt calor agitans, ideò flatus generati faciunt tumorem.

Timet plus quàm eſt in eo, dicit ſe continuo fieri ſeipſo graciliorem, tetigi muſculos peritonęi & alios omnes ampliſsimos habet, vt habere ſolent qui ſunt calidi cum ſiccitate non adurente & hectica vt debent habere muſculos ſiccos, eſt ſicut eſſe debet ſecūdum ſuam temperaturam ita vt non deſiderarem plurem carnem in eo ſi eſſet ſaniſsimus. Imaginatur quædam quæ non ſunt in re, igitur oportet prouidere ne ex caliditate epatis & frigiditate ventriculi incidat in melácholiam hypochondrialem, quod facile fieret ſi augerentur hæ intemperies. Quid modo de eſſentia ægritudinis iudi- B cas? Credo eſſe frigiditatem cum ſiccitate eſſentialem in ſubſtantia ventriculi, ad quam plurima pituita generatur, ex qua flatus & tarda coctio, & periculum eſt ne incidat in melancholiam hypoc. Circa prognoſticū. Credo quod Nob. hic vir nunquam curabitur ex ægritudine quam nunc habet, ſed quod poteſt in deterius incidere, ſi quærat multas curationes, ſi non quærat & tum ſtudeat leuiter calefacere ſuum ventriculum ſine exſiccatione, bene habebit & viuet quandiu volet, ſi quærет à medicis remedia ipſi tandem interficient eum.

Curatio, Clariſſ. Doct. ſi vultis euacuare ventriculum leui euacuatione vt cum caſia & hiera poteſtis, & eſt neceſſarium vt fiat ſubinde per interualla propter pituitam quæ generatur continue, non tamen cum exſiccantibus hoc faciendum iudico, ideò caſiam cum hiera laudo quæ calida & humida erit & commodiſsima. Si deinde volumus abſtergere humores cum oxymelle & melle roſ. incidere poterimus & abſtergere humores in ventri- C culo cum decocto liquiritiæ & portione polypodij quod humectat cum dulcedine, & educit humores melancholicos, purgetur deinde rebus lenientibus non affatim ſed per vices, ne pituita quę continuo generatur in vētriculo faciat obſtructiones & faciat melancholiam hypochondriacam.

Quod ad thermas, dicerem non conuenire, non quia non iuuerint anno præcedenti, quia hoc eſt leue argumentum neque quia epar calefaciant quia illud etiam muniri poteſt, neque quia euacuando graciliorem redderent, quia ſi rectam adhibeat rationem victus iterum impingueretur vt ferè in omnibus poſt thermarum & aquæ ligni potum fieri videmus, & notum eſt illud Hipp. Corpora malorum humorum quo plus nutrias eo magis lædes. Hæc omnia apud me leuiſsima ſunt, ſed cauſa cur non debemus exhibere eſt, quia omnes aquæ metallicæ exſiccant vehementer & ſunt μετασυγ- A κριτικα efficaciſsime immutant temperaturas propter mineras calefacientes & exſiccantes. Calefactioni remedia inueniri poſſunt, ſed exſiccatio vlterior fugienda vt peſtis. Thermæ igitur poſſunt quidem iuuare per paucos dies propter continuam calefactionem, ſed vbi poſtea conſumpto humido radicali exhalarit caliditas ſicut ſolet contingere, fieret maior frigiditas & ſiccitas atque ita poſteriora fierent peiora prioribus.

Si omnino aliquod remediū dandum eſſet propter ventriculum, non præponerem aliquid confectioni Diatrionpipereon, ſed dicat aliquis illud eſſe feruētiſsimæ caliditatis, in ventriculo igitur ſicciore quomodo non vlterius exſiccabit? etiam ſi non tranſeat calor eius ad epar tamen imprimitur in vētriculo & illum vlterius exſiccat? Ego id propterea alijs præpono, quia licet potentiſsime calefaciat, exhalat tamen tam cito vt non poſsit imprimere exſiccationem, calor euaneſcit antequam exſiccet humiditatem vt manifeſte oſtendit Gal. 5. B de tu. val. vbi omnia exſiccantia reijcit, ſolum diatrionpipereon approbat. Neque tamen auderem niſi ſuper modicam eius portionem, & vt modica quantitas ſpecierum coniungeretur cum plurimo zacharo, ita vt calefaceret ventriculum non incenderet. Sed vt veritatē dicam ſi ego haberem diſpoſitionem talem, inſtituerem rectam rationem victus, non exquiſitiſsimam tamen ſed non nimis laxam, exercerem corpus, cauerem à venere, vinum biberem limpidum non dulce ſed ſubmolle, non auſterū, quia auſtera exſiccant, album non nigrum neq; craſſum. Ac medicinas omnes præter caſiam cum modico hieræ quantum poſſem fugerem, atque credo quod hæc eſſet vera curatio. V. Excell. & ipſe faciant quod Deus inſpirabit.

De debilitate ventriculi cum alijs quibuſdam ſymptomatis leuioribus, pro Iuuene Treuiſano, Collegium Montani. ad Conſilium XXV.

C HIſtoria talis erat. Iuuenis 19. annorum ante biēnium in Maio laborauit febre tertiana, curatus à medico ſimplici caſia & exhibitione ſyruporum ſuperuenit ictericia quæ etiam pro parte ceſſauit, ſanus deinde per menſem Iunij: menſe Iulio iterum reuerſa febris tertiana cum ictericia non ita tamen intenſa, ſanatus ex hac quoq; à medico, menſe Auguſti incidit in dolorem ſub mammilla ſiniſtra qui fomentationibus remotus eſt facile, ſed ſuccesſit febris cōtinua & acuta, à qua vix potuit euadere. ceſſante ea, in totius corporis debilitatē peruenit, adhibitæ cucurbitulæ 10. vel 12. non tamen ſecta vena. Nouembri in ſcabiem incidit quæ miſere affligebat ita vt totum corpus tectum, ac tanta vis erat pruritus vt totus videretur plenus ſanguine & ſanie. Tempore carnispriuij, medicus vt partim ſanaret partim præſeruaret purgauit caſia & ſyrupis exhi-

exhibitis,venam ſecuit,poſt quam correptus dolore capitis vehemẽtiſsimo quem remouit medicus 10.vel 12.cucurbitulis appoſitis, & extracta quantitate ſanguinis notabili. Accedente vere cepit per interualla expuere ſanguinem parua tamen quantitate tali modo vt aliquando per excreationem eijceret ſputum leuiter ſanguine mixtũ vel tinctum aliquando etiam per nares guttulas ſed paucas eliciebat. Æſtate poſtea in feſto S.Antonij huc venit & ſupercalefactus iterũ habebat grauiſsimum dolorẽ capitis,non tamen expuebat ſanguinem multũ, ſed ſputum pauco interdum tinctũ erat ſanguine:Nunc de quinq; ſolicitus eſt,primo de defluxu materiæ ſeu catarrho à capite ad partes circa laryngem,fauces & nares, in quo humor defluens nunc acris eſt nunc ſalſus, & cum tuſsi interdum eijcit: ſecundo de ſputo ſanguinis quod tamen diu iam nõ ſentit: tertio de dolore in thorace qui varias partes occupare ſolebat:quarto de debilitate ventriculi,de hac maxime queritur quæ hodie adhuc moleſtat: quinto de dolore capitis & pulſatione arteriarum cum ſudat. Ante aliquot menſes cum huc veniret lõgè gracilior erat, & ita flauo colore tinctus vt metuerem ne breui durare poſſet, laborabat enim omnibus his ſymptomatis longe magis intenſe quàm nunc.

Montanus, Clariſſ. Doct. nõ erit plurimum immorandum in caſu noſtro:quamuis enim patiatur ſymptomata enarrata, deſtillationem catarrhi ſalſi & acris, & aliquãdo ſputũ ſanguinis cum debilitate ventriculi & reliquis quæ enarrata ſunt. Tamen iudicio meo ſicuti probabo & oſtẽdam rationibus non eſt facienda vis in hoc,ſiquidem cum de inutilibus multiplicetur ſermo ineptum eſt, idq́; maxime in arte medica. Quod autem non debeamus eſſe prolixi in hoc, oſtẽdam quàm credam eſſe leuia quæ patitur ſymptomata hic iuuenis.

Eſt primum deſtillatio catarrhi quæ fortaſſe deterior inter reliqua hæc, ſuas habet cauſas neceſſario vel extrinſecas vel intrinſecas vel vtraſque,ſi habet cauſas intrinſecas eſt ratione alicuius vel aliquorum membrorum interiorum, quæ ex ſua intemperie faciunt ægritudinem ad quam ſequuntur ſymptomata. Nam ſi qua eſt ægritudo erit ea intemperies, quod enim non ſit in ſolutione continui vel compoſitione,ſatis patet ſenſui,ſi igitur eſt intemperatura, vel erit ea intẽperies eſſentialis in membro abſq; fluxu materiei,vel erit cũ affluxu.

Clariſſ. Doct. dicam quæ ego ſentio, credo primum nullum eſſe membrum quod habeat intemperiem malam nec aliquid aliud quod facere poſſit ægritudinem, nihil video læſionis. Nam à primo quidem ortu, membra principalia cor & epar calida habet,ſed ita vt ſit ſibi ſanitas, & ſanitas integra, licet ex ea propter aliquas cauſas extrinſecas incidit in ægritudinem,non fuit propterea corpus ægrotabile multum.Incidit in ægritudines ſicut ſolet fieri in tertiana quæ proportionata temperaturæ tempori & ætati, etiam ex mala ratione victus, D ea quomodo ſit curata prætereo, certum eſt quod poſtea recidiuauit, & quod adhuc hodie eadem ſit etiam temperatura ſatis apparet, duo ſunt anni ex quo in vnum morbum ex alio incidit & tum nunc ex quo hanc vrbem acceſsit gracilis corpore primum coloris lutei vel citrini, ſine remedijs & alia curatione ſpeciali in optimum colorem deuenit in carnem moderatam, bene nutritur, eſt lætus & iucundus in operationibus vt nihil videatur pati aliud præter catarrhũ de quo dicemus paulo poſt. Ideo non video quomodo non concoquat ventriculus,licet non appetat & concoquat ſicuti prius, concoquit tum bene quia nutritur & ſemper procedit minuendo accidentia. Vnde non iudicare poſſum quomodo neque ante ægritudinem fuerit in hoc corpore neque nunc poſt ægritudinem ſit aliqua intemperies acquiſita in membris eſſentialiter ſine affluxu materiei. Quia ſi qua eſſet non tenderet ad ſanitatem & diminutionem omniũ ſym- E ptomatum & bonam nutritionem, ſi enim per eſſentiam eſſent ægra, membra ea vincerentur, nunc vincunt,ergo robuſta ſunt & ideo non video quomodo requirant tantam curam medici. Sed vnde catarrhus perſeuerat? & quidẽ catarrhus ſalſus deteſtabilis per viam ſigni & per viam cauſæ, per viã ſigni quia non fit niſi per intemperiem cerebri vel membrorum inferiorũ quæ abundant excrementis partim frigidis partim calidis. Hic perſeuerat catarrhus aliquando acris aliquando ſalſus, acredo bilem,ſalſedo aduſtionẽ ſignificat. Quid dices circa hoc? licet perſeueret catarrhus, tamen iudicio meo non eſt intemperies ſimplex quę faciat ſed eſt intemperies cum materia. Sed vnde generatur tanta materia? Quod non ſit hic aliqua diſpoſitio naturalis,ratione cuius generetur iam dictum eſt,vnde modo ſucceſſerit catarrhus ipſa hiſtoria facile oſtendit, laborauit tertiana quæ ex duabus cauſis prouenire ſolet vel quia multiplicatur bilioſus hu- F mor qui putrefactus deinde cauſat febrem, vel ex ſupercalefactione nimia, audiuimus modo ſucceſſum & curationem, non eſt euacuata materia,non curatus ſicut oportebat, non alteratum epar, ideo licet propter ætatem & robur materia plurima difflata eſt & ad cutim trãſmiſſa & facta ictericia, quæ poſt ſeptimum facta eſt, & ideo per viam criſis facta eſt licet fuerit criſis imperfecta propter redundantiam bilis quam expulit natura licet imperfecte, nec vlterius à medico euacuatus eſt, & quæ in morbis relinquuntur recidiuas faciunt, rurſus igitur incidit in febrem iterum multiplicata materia bilioſa, nõ euacuatus, ſucceſsit noua ictericia quia ætas & robur expellebant materiam ad cutim, relicta tamen materia cum reluctaretur morbo ætas & robur ex vna parte,ex altera materia, ſucceſsit febris continua, & cum poſtea ratione temporis frigidioris pori magis ſtringerentur, nec ita fieret euaporatio ſicut conſueuerat, humores non ita inciduntur nec attenuantur ſed interius retenti adurũtur vt ſolet fieri in materia quę non expurgatur,

tandem

Tandem natura ad cutim vt ad locum adſuetum expulit, ſed non fecit ictericiam: quia humores aduſti magis & craſsiores,& propter tempus autumni: igitur fecit ſcabiem immenſam cum pruritu tanto,vt pro libidine ſcalpendi etiam ſanguinem eliceret. Stante enim morbo diuturno ventriculus debilitatus eſt à calore febrili igneo,multiplicatæ cruditates,& factæ obſtructiones: vnde pituita ſalſa in corpore multiplicata propter plurimos humores aduſtos,pituitæ in ventriculo generatæ admiſtos,& calorem illum igneum exacerbantem.Manentibus deinde his intemperaturis,vt epate ſupercalefacto,&ventriculo debiliori ſemper nouæ materiæ generatæ:quia mēbra non ſunt alterata,nec euacuata materia, ſicut debebat fieri à bono medico in febribus longioribus, qui in omni longiori ægritudine exhibet trochiſcos aperientes & alterantes membra,vt & Auicenna prima 4.præcepit.tranſacta 14.non ſumus excuſati ab vſu trochiſcorū de roſis cum troch. de abſinthio. Permanſit igitur imbecillitas membrorum,generati diuerſi humores,pituita,bilis & humores aduſti: ideo malè affectus diuerſa ſentit ſymptomata per plures dies,vbi venit in hanc ciuitatem & permutauit aerem, & venit in aerem temperatum magis, non ita craſſum, cum eſſet ictericius adhuc & debilis cum dolore capitis&catarrho vehemētiori, & ventriculo multum læſo, cū in eo pituita plurima,& in epate calidiore, bilis generatur,q̃ humores deinde propter obſtructionem adurebantur. Caput replebatur:quia vt Galenus oſtendit 3.de Locis affectis,qui epar calidum habent,ſubiecti ſunt repletioni capitis:quia à toto ambitu corporis per continuitatem aſcendunt vapores: vnde ſenſit calorē & pulſationem arteriarum à vaporibus aduſtis. Aſcendebat & pituita per vias communes,ſicut ſemper conſueuit fieri:ea enim eſt via expeditiſsima. Cerebrum igitur à materia acri ad expulſionem irritatū expulit materiam ad varias partes ſubiectas, prout vel hæc & illa ratione ſitus,rectitudinis, vel etiam imbecillitatis magis eſt diſpoſita. Expulſa igitur ad fauces,vnde pars ad pectus defluxit,excitans dolorem,pars excernitur per ſcreatum,& interdum tincta eſt ſanguine:quia humores aduſti erodentes,& cum bile permixti abſtergūt ora venarum, quæ ſunt in ſuperficie capitis laryngis: vel quia à capite etiam ſanguis defluit,cum pręſertim ad nares etiam interdum deſcendat,ſiue hoc ſiue illud ſit,exiguū eſt. Ventriculus igitur malè affectus, epar calefactum,perſeuerarunt accidētia tandiu, donec durauit cauſa: tandem per mutationem aeris,ſiue quòd natura etiā ſuperat, quia iuuenis plena ſpe & robore, tandem declinarūt ad talem gradum,vt tendat ad ſanitatem manifeſtam,ſi cōſideremus ea,quę adueniens habuit,& ad ea quæ nunc patitur, conferamus. Neque tantùm ſymptomata ceſſant,ſed cauſę etiam ceſſare videntur: ſequuntur enim ſymptomata cauſas,ſicut vmbra corpus,& ceſſante ſymptomate, cauſam ceſſare neceſſe eſt. Non igitur erunt amplius illæ diſpoſitiones in membris: quia materia expulſa eſt,quæ fecit intemperiem. In ventriculo remanet adhuc catarrhus ex bile & calidis humoribus mixtis:ideò non appetit, nec ita concoquit: quia propter deſcendentem catarrhum à capite nō bene complectitur. Ideo non citò concoquit, cum tamen concoquat:quia bonum ſanguinē generat, ſicut apparet ex colore & nutritione.

Ideo ſi eſſet filius meus,cum videam præterita & præſentia, crederem ſanum fore ex ſola victus ratione,purgarem leui purgatione, & non tranſirem benedictas medicinas, alterarē poſtea epar, & roborarem vētriculum, euacuarem cum caſsia, & ſyr.ex infuſ.roſ.& de ſucco endiuiæ cum melle roſ.propter ventriculum. hæc non excederem,aquas vel decoctū ex endiuia & cichor. ꝓpter epar vtrumque haberem,nec noceret ventriculo:quia in cichorio nō eſt frigiditas,quæ noceat ventriculo, & tamē refrigerat epar: ſi decoquatur in aqua deſtillata,erit vtiliſsimum. Nam in virtutibus ſecundis etiam pro vtroque membro virtutem habet magnā,adſtringit & corroborat,& addit vim vtrique membro.

Deinde replicarē ſolam caſsiam vel ſyr.roſ.ſol. recentem,refrigerantem: deinde & alterarē membra cum ſaccharo roſ.recēti, & in eo perſeueraret quantū vellet. Eſſet in loco amœno,& tota æſtate nō ſudaret:quia vt pulchrè dicit poeta Martialis: Pueri ęſtate ſatis ſudant dum valent. Det operam honeſtis deliciis, ſit in aere amœno, non in paludibus Treuiſanis: comedat cibaria optimi nutrimenti,vinū temperatiſsimū, bene maturum,conuenienter exerceatur: & ſi hoc modo nō excedat in rebus non naturalibus,in autumno iterum accedat ad ſua ſtudia, & ſi eſſet meus filius, ſic gubernarem.

CONSILIVM XXXI.

De flatibus ventris, & inflatione penis pro quodam ſacerdote Hiſpano, Collegium ad Montani.

CASVS ex Bellocato proponitur:caſus difficilimus,non quo ad curationem, ſed quo ad modum enarrationis. Nobilis vir ætatis 28. annorum iam ſunt tres menſes,ex quib.incidit in varias indiſpoſitiones,cum egereret & ſurgeret membrum ne fœdaret neceſſarium,contorſit penem,percepit crepitum,ac ſi eſſet res arida quæ rumperetur, ex quo ſecutus tumor,& ſuperuenit,vt vniuerſus penis & ſcrotum etiam inficerentur colore nigro,ac tumerent per dies multos, inflabantur penis & teſtes ſeu ſcrotum ipſum: deinde poſt adhibitam medelam ſucceſsit flatus circa ventriculum & hypochondria,& aliquādo etiam circa teſtes. Medici Tridentini varia auxilia dederunt,expurgatus eſt,& multa adhibita. Nunc conqueritur de ipſo flatu,à quo maximè affligitur dū aſſumit cibum, & poſt cibum,inanito ventriculo ad penem & teſtes deſcēdit,vt ſæpe priapiſmus eum vexet abſq; tentigine & appetitu coeundi, continuas patitur eructationes ſine ſapore & odore aliquo ex ſimplici flatu. Hypochondria tenſa habet,nō tamen duriciem, ſed tenſionē ex congregatione flatus, maximè in dextro latere,& in regione ventriculi

aluum adſtrictam habet,& dura egerit:& dum egerit,inflantur teſtes & penis: & poſtquam curatus eſt à medicis, à tumore circa penem remanſit duricies in eo loco,vbi perceptus ſonitus, quærit auxilium & curationem ab excellentiſsimis viris.

Montanus. Nobiliſsimus vir plurimis affligitur ſymptomatis,quæ propoſita ſunt:ſed ex iis tamē duo præcipuè conſiderāda,ex quibus reliqua innoteſcent. Illa autem ſunt hæc potiſsimum : primò queritur, quomodo teſtes ſibi frequenter inflentur,& penis,de ambobus queritur, de pene & ſcroto: deinde aliud patitur ſymptoma,queriritur de flatibus multiplicatis in ventriculo,quorum tātam habet copiam,vt cum velit, plurimos emittat. Tetigi eum ante 40.vel 50.dies, quando apud me erat: & de eiſdem ſymptomatis querebatur, erat ad tactum inflatus, & humor in vtroque hypochondrio,& tota regione ventriculi: & heri quoque aliquid tumoris, licet minus tetigimus. De tumore igitur primùm videndum,qualis ſit.Priapiſmus dicitur,quoties præter volunta tem erigitur membrum, hic tumor non poteſt Priapiſmus dici,licet ab eadem cauſa pendeat,diuerſam tamē appellationē habet ſymptoma:quęrendū igitur,q̄d ſit:hoc enim refert ad curationē.

Deinde dicit, nunquā ſe percepiſſe flatus in inteſtinis & ventriculo, niſi poſtquā intorquebat penē, & ſentit eū ſonitum. id mirū videtur, quomodo ex eo ſonitu vel ruptura(ſi ruptura fuit) ſecuta ſint hæc ſymptomata: hoc etiā cōſiderādū.

Vt igitur ordinatè procedamus, dimitto quæ ad penem & ſcrotum ſeu tumorem illū attinent, & accedo ad flatus ventriculi : quia his cognitis, fortè reliqua cognoſcētur. Quæritur de flatibus. Cum hoc non diu immorandum : ſemper eſt calor diminutus cum aliqua materia, quæ apta eſt vt flatuetur: eſt igitur calor diminutus, & adeſt materia ventoſabilis. Vnde illa ſunt in hoc viro? vnde generatur tanta materia,& vnde eſt calor diminutus? num ratione ventriculi ſeipſo frigidioris? Quòd ventriculus ſeipſo frigidior,non concedo: quia non video eius aliquod ſignum, quæ refert Galenus:Stomachici primo ſtatim intuitu pallidi & exangues circa faciem, quod non eſt in hoc viro,generatur bonus ſanguis. Credo igitur, calorem quidem diminutum,ſed non eſſe intemperiem eſſentialem, ſed quæ ab affluxus materia pendeat.Habet enim cauſam affluxu materiæ, vt imbueretur in tunicis ventriculi, aſſuetus eſt viuere in regionibus calidis,&tempore hyberno in regionem frigidiſsimam venit: vbi in omnibus terræ naſcentibus frigidiſsima eſt intemperies,aquæ rebelles ventriculo,& hypochondriis & crudæ:dicit enim Galenus 3.de Ratione vict.quòd aquæ crudæ habentes mineras ferreas, ſicuti ibi ſunt,adherēt hypochōdriis,& nocēt vētriculo. Vina ſunt potentia,ſed cruda,habentia ſaporem ſeu qualitatem ſtipticam à multitudine ſaxorum ibi exiſtentium: ideo flatus plurimi generātur, licet quod ad propriam naturā ventriculi, eadem maneāt tēperata:tamen obiecto inobedienti exiſtente generantur flatus,& imbibita materia intra tunicas ventriculi redditur frigidior,& frigidiorem reddit ipſum ventriculum,& perſeuerāte intem-

A perie ex præſentia materię multiplicatur pituita: quia ventriculus nō bene continet cibum : & ideò deteriores coctiones & grauitates, & rugitus, vt aliàs dictum eſt. Sed non ſolùm ratio viuendi peſsima,primò aer oppoſitus temperaturę ſuæ regionis:habitauit in regione maritima calida, nūc eſt in regione frigidiſsima & loco aſpero, vbi omnia aſpera, & homines etiam aſperi, præter id maximos affectus,& alia accidentia , vt labores corporis paſſus, qui impediunt coctiones, quæ

B quietē requirunt. Ideo plurimæ fuerunt cauſæ, cur fieret intemperies in ventriculo, quæ cū tota hyeme duraſſet,& eſſet vigor ætatis : potuit quidem reſiſtere aliquandiu, ſed vltimò virtus proſternata ſicuti affectus:& ita congregatis humiditatibus,ac paulatim debilitata virtute excitati flatus plurimi,qui dum affatim excitantur, oportet vt per aliquam viam eiiciantur. Quadam igitur die hyemis, cum eſſet ad locum neceſſarij, vt haberet beneficium ventris,intumuit penis : cuius

C rei cauſa eſt flatus præcipua. Ideo quæ ventoſa ſunt,faciunt intumeſcere virgam in iuuenibus,in ſenibus peditus & crepitus excitant.Hic iuuenis flatu repletus erat:non igitur mirum ſi intumuit membrum: voluit recludere in,locum neceſſarij, ibi crepuit(de quo dicemus: quia conſideratu dignum eſt) ex ea compreſsione,quia repletum flatu membrum,dum vi voluit contrahere, ſonitus perceptus. Scitis enim, quòd membrum illud ſeu partes eius ab oſſe pubis procedunt, & dum

D inflatum membrum retorquetur,mutat ſitum,& facit angulos aliquos acutos,& ſi quæ adeſt materia,ſubitò defluit per loca ſibi parata : ideo plurimi flatus eò procumbebant: quia totus ventriculus & pars,quæ inter abdomen & muſculos rēpleta erat flatibus, ſicut adhuc eſt, illi flatus exciderunt ex iis locis: & non tantùm penis inflatus eſt, ſed & teſtes, & ſcrotum. Hæc eſt cauſa flatus, quæ adhuc perſeuerat : multiplicatur flatus propter multitudinē pituitæ : quæ continuò ge-

E neratur propter intemperiem ventriculi materialem per affluxum: & perſeuerante cauſa,perſeuerat effectus.Hac de cauſa flatus in ventriculi abdomine,& omnibus membris naturalibus:vnde & hypocondria inflantur aliquādo ex cal.ventriculi diminuto non eſſentialiter,ſed per affluxū & ratione obiecti. Sed de pene difficultas eſt,quādo contorſit,ſenſit crepitū ſine dolore, id ne eſt ſignū alicuius fracturæ? & cuius partis venę vel arterię,vel vaſis alicuius?Dicam quæ ſentio. Credo

F nullā fracturam: & dicam ex quib.cōiecturis perſuadear,quare credā quòd fuerit tantùm ex crepitu flatuoſæ materiæ:quia cum aer aeri confertur,& violenter illiditur,fit ſonitus: hic contruſit penem plenum vēto,coarctatus flatus,& per colliſionem redditus crepitus. Sed dicat aliquis : ibi in toto ſcroto ſtatim apparuit velut color rubeus & ſubniger, quod ſignum eſt ſanguinis extra venam effuſi. Reſpondeo:eſt ſignum ſanguinis, ſed nō ex vena rupta effuſi: verum eſt,cū membrum

G rubeſcit,adeſſe ſanguinē, ſed non extra venas erumpētem:quia cùm extra venas diu permanet, craſsior redditur,&minus ſplēdidus propter ſuffocationem : credo igitur hic magnam fuiſſe co-

piam

piam ſanguinis non extra venas, ſed qui propter ſpiritus delatos ad locum eò defluxit, nec percepit dolorem principiò : quanquam id improbabile admodum foret,ſicut dixit Hippocrates, qui dolentes parte aliqua, & dolorem non ſentiunt, his menſis ægrotat: hic vir ſtrepitum audiens, ad modum timuit,& fortè ex conſternatione dolorem non ſentit,dum præſertim frigus inſigne foret,& in regione frigida. Ideo non mirum, ſi nigra apparuerint loca: quia ſanguis accurrit, & frigus extrinſecus congelans accedebat. Si eſſet ſanguis extra venas ibi congelatus,putreſceret. Hippocrates 2.Progn.Omnem ſanguinem extra venas putreſcere, & in ſaniem conuerti : oportuiſſet fieri aliquam putredinem,de qua nihil audiuimus. Igitur non extra venas erupit,ſed intra venas eò defluxit, propter multitudinem ſpirituum eò delatorum: & quidē multæ venæ & arteriȩ per id membrum ſparſæ ſunt.Non igitur facta aliqua ſolutio continui, ſed vt contingit plerumque in tortura membri, vel contorſione nerui alicuius dolor excitatur,ratione cuius materiȩ deueniunt & defluunt ad locum : vnde intumeſcit, de quo tamen nunc parum conqueritur: quia tumor parui momenti eſt,licet maior fuerit.

Quòd autem cōtinuè priapiſmum habet, non difficilè cognitu eſt:quia abundat flatibus,ex quibus tumeſcit membrum, vt quotidie experimur.Sed vnum conſideratu dignum eſt,quòd vacuitas ſcroti intrinſecùs intumeſcit .Hoc non leue eſt apud me: quia eſt propter materiā deſcendentem à ventriculo ſuperiori, nō quòd ſit caro, inteſtinum vel membrum aliquod,ſed flatus:vnde fit dilatatio circa foramen,per quod tranſeunt ſuſpenſoria,quæ perforant peritoneum , non vt decidant corpora craſsiora,ſed vt flatus trāſeant, præcipuè cùm eſt ad locum neceſſarij,& comprimit muſculos ventris, qui adiuuant egeſtionem, & quandoque penis tantùm cum ſcroto inflatur, prout plus minúſque materia eò defertur:& ideo videtur aliqua herniæ ſpecies in hoc caſu, quæ licet parua eſt,magna tamen fieri poteſt,ſi negligatur. Si adeſſet aqua, primùm deſcendere poſſet: poſtmodū & alia membra. Ideo non credo,quòd fruſtra illi medici Tridentini ligaturam fecerint pro iis locis,ne alia materia deſcēderet,& ego conſulerē,vt in eadē perſeueraret, donec omnes cauſæ remouerētur. Atq; ita tota ratio ſymptomatū ab vno depēdet,à mala ſ.coctione,quæ fit in ventriculo ob malā intemperiem ex affluxu materiæ

Cur aſtringatur aluus,non eſt difficile:quia vbi flatus ſoli ſunt,hoc fit: quia flatus impedit, ne poſsint deſcendere fæces : deinde pituita etiā inuoluit fæces:&quia caliditas magna in epate,quȩ habet hoc proprium, & nō eſt ita magna, vt colliquetur caro, & fiat fluxus epaticus colliquatiuus, ſemper facit aluum aſtrictam, niſi aliqua alia cauſa impediat: quia epar exſugit totum humidū chyli, & ideo tales frequentiſsimè reddūt ſcybaloſa ſtercora, ſimilia ſtercori caprarum : denique pituita etiam adhærens inteſtinis, inueſtit & inuiſcat ea,vt ſi quis eſſet vſus bilis deſcendentis & irritantis inteſtina ad expulſionem,hic impediatur. Cum igitur tot cauſæ concurrant, non

A mirum eſt, cur fæces retineantur, & ſic omnia ſymptomata nota ſunt.

His viſis, reſtat vt de curatione dicā: quia credo quòd facilè curabitur,ſi volet,nihil eſt impreſſum per eſſentiam, omnia ab affluxu materiæ:ideò rectè euacuatus,& recta ratione victus adhibita,curabitur. Totum à materia frigida, quæ euacuanda,& prouidendū ne plus materiæ generetur: eſt enim morbus,qui ſecundū aliquā ſuā partē ſit,& nondū ex toto factus eſt,vt ſit diſpoſitio B facta:remota igitur cauſa, remouebitur effectus. Euacuetur igitur, cum quibus ? Si volumus euacuare, quæ continentur inter tunicas vētriculi, debemus habere quæ ſunt tenuis ſubſtantiæ, & non attrahant materiā aliundè ad ventriculum, niſi totum corpus euacuare velimus,fortiori medicamēto indigebimus:ſed à leuioribus incipiendum,quæ materiam communē euacuent ex ventriculo. Ideo exhiberem commune illud quo ſolemus vti minoratiuum, nec inuenimus melius C flor. caſ. ℥.j.cum ʒ. ij. ſpecierum hieræ , qui mos conſuetus nobis, vt ferè nunquam diſcedamus, euacuabit aliquid de materia intra tunicas contenta: hic enim eſt præcipuus vſus hieræ.

Poſtea concoquatur materia,& ſi omnis in toto ambitu euacuanda, non dimittamus ſyrupos tenuis ſubſtantiæ,qui facilè penetrent,nō tamen ſint nimis calidæ ſubſtantiæ, & ita non erit quicquam melius ſyr.acetoſo vel oxymellite:& ſi volumus vt penetret,eligerem acetoſum, & ſi exhi- D berem,vt penetraret per ſingulas partes,darē ſyrup.de du.rad. qui penetratiuus eſt,præterquam quòd habet aciditatē:item cum ſyr. cicor.de Nic. in quo omnia cicoracea, quȩ prȩparat ad euacuationem. Nam quæ euacuare voles,oportet fluida facere,inquit Hippocrat.id eſt,aperire vias:quod faciet hic ſyrupus. Adderē decocta,vel aquas potius diſtillatas,propter caliditatem epatis:& vt facilior fieret tranſitus ad loca remota,ad quæ facilius tranſeunt aquæ diſtillatæ: quia 6.Epid.Gale- E nus aquas pluuiales tenuiſsimarū partium,quia ex vaporibus generantur. Hæ verò non ex vaporibus terræ crudis, ſed ex vaporibus mixtorum concoctis. Ideo longè ſubtiliores non hærent in hypocondriis, nec flatus excitant, refrigerabunt epar,& penetrabunt.

Facta præparatione humorum, euacuarem pituitam,& aliquid etiam bilis: quia credo peccare hìc:& pituitam & bilem,& aliquid etiam humoris melancholici : & ſi volumus eligere conf. ha- F mech,vel pillulas aggregatiuas, quæ eadem poſſunt : habent enim eadem ingrediētia : efficient omnia,quibus indigemus,ſi cōſideremus ea quæ ingrediuntur. Facta euacuatione indigemus alterātibus:ſed prius de miſsione ſanguinis omnino mitterem :quia epar calidum,& ſanguis refertus humoribus,& maximè pituita: cuius pars etiam ſimul euacuabitur, ſed maximè vt refrigeretur epar,accedente iam tempore calido : requiritur enim,quòd cum ſit regio lōgè frigidior : maiorem G tamen hic patiatur calorem, quàm in ſuis partibus:mitterem igitur,vt euentetur epar.

De alteratione propoſitum ab excellentiſsimis viris, vt poſt euacuationem omnino accipiat a-

quas Patauinas, eas ego etiam credo neceſſarias
& vtiliſsimas: quia duobus indigemus, vt exquiſi
tiſsimè euacuetur materia, imbibita in ſubſtantia
ventriculi intra tunicas. Hoc efficaciſsimè balnea
præſtabunt, explicabunt ventrem ab omni ſuper
fluitate redundantē: & ſi qua erit facta impreſsio,
ſicut veriſimile in tanto tempore, perdurante cau
ſa, remouebitur per calidum balneorũ. Secundò
quia ventriculus relaxatus, propter plurimam
materiam pituitoſam: vnde grauitatem percepit,
aquæ tonum addent: quia conſtipant, & addunt
tonum membris: ſed exhiberem, vt debet fieri,
& facerem vnum, vbi exhibuiſſem aquam, & ſi
perceperit caliditatem epatis, nihil tamen per os
exhiberem, ſed dum biberet aquas, & poſt etiam
vteretur extrinſecùs infrigidante Gal. circa to-
tam regionem lumborum & renum. Per os nihil
refrigerans darem, & præcipuè cauerem adia-
trion ſandalon, quod plerique exhibent: non tam
frigiditatis cauſa, quàm propter conſtipationem:
quia ſi volumus extirpare humores in ventricu-
lo congregatos, non indigemus aliquo adſtrin-
gente & conſtipante. Si quibus poſtea indigebit,
vbi his peractis nos conſulet, dicentur. Curatus
eſt poſt potum thermarum & lotionem.

Hæc Corollarij loco ſunt adiecta.

MONTANVS.

MORBVS Gallicus, ex occulta quadam
qualitate corpus humanum lædit: non
quia calefacit, aut refrigerat, humectat aut
exiccat: ſed quia occulta qualitate inficit humo-
res, idque patet: quia ſi phlegmaticum inuadat
ille, poſtea tantundem generabit phlegmatis, &
eadem proportione, ſicut antè, niſi quòd erit ma-
lignum magis, & erodens ob qualitatem illam,
quæ acceſsit. Credidi olim fieri ex exiccatione
quadam ob coniecturas quaſdam: ita vt in paſsi-
uis ſiccitate excederet, in actiuis verò tempera-
tum eſſet. Sed nondum habeo eius rei rationes ſa
tis firmas. Lignum etiam curat occulta quadam
qualitate, non quia calidum & ſiccum: imò calidi
tas niſi remoueatur, nocet, vt apparet ex illis qui
curantur eo decocto ex vino. Vidi experientiam
in Canonico (Mõſignor Ioachim) vbi in pura a-
qua coctum excitauit illi Eryſipelata per totam
cutim. Cum verò decoquitur in aquis diſtillatis,
quæ caliditatem ligni refrigerant, res optimè pro
cedit. Sicut Opium vi quadam ſpecifica aduerſa
tur humanæ vitæ, ita vt occidat etiam, cum in ma
iori quantitate ſumatur, idque non ſola frigidita-
te fit, quod ſatis apparet in Philonio, vbi dupla
proportione ſuperatur à calidis, pipere, caſtoreo,
& tamen longè præeminet vis Opij. ſicut & in
Theriaca recenti fit, vbi antequam perfectè fer-
mentetur, vim habet ſtupefactiuam ob tam par-
uam Opij portionem: ideo eam Galenus recen-
tem exhibet in ſputo ſanguinis, vbi poſtea noſtri
ineruditi medici accipiunt Philonium, quod non
iuſsit Galenus, & ita interficiunt ægros. In ligno
Montanus eligit partes interiores, & maximè ni-
gras, quia plus humiditatis habent: cortices verò,
quia ſiccioribus maximè cũ carẽt, gummi abiici

A iubet. Vidi ego cum cuidã coqueretur lignum in
vino, incidere eum in febrim: vnde eum libera-
uit Montanus coquendo, tam ſyrupos, quàm
potum ligni in aquis Endiuiæ, & acetoſæ diſtilla-
tis. Quidam mendicus cum à medicis ex morbo
Gallico curari non poſſet, coniecit ſe in fimum e-
quinum, totum corpus fimo ſepeliens, vt tantùm
reſpirare poſſet, & ita per multos ſudores à mor-
bo peſsimo liberatus eſt. Montanus non liben-
ter vtitur electuariis, quæ recipiunt Caſsiam fi-
B ſtulam, quòd niſi recenter extrahatur, citò cor-
rumpitur, & corrumpit totã mixtionem. Impro-
bat etiam nimium ſyruporum vſum in omnibus
morbis ſine diſcrimine. Aquis diſtillatis vtitur ad
infrigidandum & penetrandum decoctis ad cale-
faciendum, & vbi vires herbarum retinere vult, &
quidem in diſtillatis aquis herbas interdum de-
coquit, vt facilius penetrent.

C *Vera & integra deſcriptio ſyrupi de Hel-leboro Magiſtralis, Ioan. Bap. Montani.*

℞. Mirobalanorum,
Chebulorum,
Citrinorum,
Emblicorum,
Belliricorum,
Indorum ana ʒ.iiij.

D Contundantur groſſo modo, & fricentur ma-
nibus cum oleo amigdalarum dulcium: poſtea in
fundantur per diem & noctem in libris x. aquę fu
miterrę: poſtea decoquãtur ad conſumptionem
tertiæ partis: poſtea adde,

Corticum radicum hellebori nigri ʒ.iij.
(in quodam dicitur ʒ.iiij.)
Liquiritiæ raſæ ana ℥.ij.
Polypodij,
Seminis citri ℥.j.s.

E Bulliant donec remaneant libræ v. poſtea adde,
Folliculorum ſenæ,
Epithymi cretenſis ana ℥.j.s.

Bulliant, donec remaneant libræ tres. Vltimò
colentur & exprimantur, & ſeruetur decoctum
ad vſum pro 6. ſyrupis. Vtitur feliciſsimè in mor-
bo Gallico, melancholicis, ſpleneticis, & aliis mor
bis, quibus eſt purganda melancholia. Exhibet
autem lībram mediam eius decocti cum ℥.j s. vel
ij. ſyrup. de infuſione roſarum, vel ſyr. de cortici-
F bus citri, ſex diebus continuis: non tamen, niſi
præmiſſa purgatione vniuerſali. Si nimium ope-
rentur, diem interponit. Æſtate cum calores me-
tuit, idem decoctum cum ſaccharo [illegible] atum,
& in octo partes diuiſum exhibet o[illegible], ex
ſero lactis caprini.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Cum hoc conſilium Doctiſſ. Medici Andreæ
G *Veſalij inter cætera Montani ſcripta eſſet reper*
tum, chartæq́; hic aliquot vacarẽt, volui illud
quoque ſtudioſis communicare: nã hoc etiam
ſingulari diligentia conſcriptum eſſe videtur.

Pro

Pro viſu partim deprauato, partim abolito, D. Andr. Vueſalij Conſilium, ad Vuolfgangum Heruuart Auguſtanum ſcriptum.

PROPONITVR adoleſcens annos, vt ſuſpicor, natus 27. aut circiter, corpore aſymetron in quatuor calitatibus temperaturę, conformatione non admodũ declinante, nec animi affectib. aut excedentibus, aut nimiũ remiſsis. Hũc tria ſymptomata grauia, quę B actionibus obuenire ſolent, in viſoria facultate infeſtãt. Habet enim viſum in altero oculo planè (non ita pridem tamen) abolitum, in altero debilem. Nam illi videnda oculo maximè accommodãda ſunt, nec ea ipſa, vt anteà perfectè perſpicit. Præter hoc deprauata quoque viſione in eodem oculo vexatur, quod nunc culices, nunc cimices, & id genus alia, quæ Obuiſiones vulgò & Imaginationes vocamus, videre ſe ait, idque potiſsimùm, dum viſum paululum, aut ſcribendo, aut le C gendo exercet. Cæterùm præter hæc in oculis ſymptomata concurrit aliud genus, quod in propriis oculorum affectibus conſiſtit. Nam oculus in quo viſus omnino abolitus, naturalẽ colorem perdidit, & pupilla glauco aut albo, quemadmodũ in ſuffuſis tincta apparet. Quare & morbum inſtrumentarium colligo adeſſe, in inſtrumento vitiato conſiſtentem, humorem videlicet craſſum in aquę humore ſubſiſtentem: adeò incraſſatum, vt perfecta ſuffuſio, is fortè dici mereatur. Verũ D hac de re mox aliquid ſubiiciam. Ad hæc inquit ab ineunte ætate ex illorum ſe fuiſſe numero, qui videnda oculis, propius admouẽt, tumque fuiſſe viſum ſatis acuto, verùm temporis ſucceſſu eum imbecilliorem redditum. Præterea à doctiſsimis Medicis, ea inquit adhibita eſſe præſidia, quę corpus euacuarent, & quę ſpirituum copiam augere potuiſſent, ſed ea plus noxæ, quàm auxilij attulerunt. Hæc ſunt quæ ab ęgrotantis familiari E audire licuit: ægrotũ quidem nec audiui nec vidi. Proinde hac de re abſolutum aliquid conſcribere ſtultum fortaſsè putabitur, cùm lõgè alia ab ipſo ęgrotante perdiſcẽda eſſent, ipſique affectus inſpiciendi, à quibus perfecta morbi & cauſæ cognitio perpendi poſſet. Ceterùm cum ægrotantis familiari obſequendum ſit, rem breuibus (dubiè tamen) proſequar.

Cùm itaq; omnis curationis methodus ex indicationibus à cauſis internis, præcipuè deſumptis in propoſito pendeat, morborum cauſæ in- F quirendæ ſunt: quòd quia affectum ipſum contemplat[illegible]on ſim, profectò & peritiſsimo cuiq; medi[illegible]ilimum iudicabitur. Vellem enim peri[illegible]um admodũ remota melius, quàm valde vicina, aut contrà. Rurſus an magna vel parua, melius cęteris ſemper paribus. Deinde vellem percunctari, an in magno lumine, vt lucente ſole peius, quàm in obſcuro videat: & præterea oculum ipſu[m] perfectè contemplari, quem ſuffuſione laborare ſuſpicor, videlicet num perfecta ſuf- G fuſio ea dici mereatur, adeò vt cum admiſſura eſſet, & an corneæ adeò adhæret, vt acu remoueri vix poſsit: deinceps, an præter ſuffuſionem nul-

A lus alius affectus adiunctus ſit videndi, ſpiritus videlicet inopia, neruorum viſoriorum obſtructio, oculus imminutus, auctus criſtallinus humor, exſiccata, corrugata, & incraſſata cornea tunica, aut alius affectus, qui viſionem, aut deprauare, aut debilitare, aut abolere conſueuerunt. Quæ ſi exactè prænouiſſent, ſperarem, aut ęgrotãti per petuò abolitam fore viſionem me prædicturum, aut (quod Deus donet) viſionem ſi nõ priſtinam, ſaltem nõ contemnendam reſtituturum. Quandoquidem ſi ſpirituũ inopia mali cauſa fuerit, parum auxilij à quouis etiam medico in ipſo ſpero, cum ſcilicet humectante, & bona victus ratione: & à Venere continentia, & omnibus quæ à medicis ad ſpirituum augmentum præſcribi ſolent, nihil ſit profectũ. Cognoſcimus autem id, ſi ea, quæ propius admouentur: non autem quæ remotius diſtant, & ea quæ parua ſunt, non autem quæ magna ſunt videat. Præterea animaduertendum erit, ſi pupilla alterius oculi altero bene occluſo, non dilatetur. Nam hęc duo certiſsima paucitatis ſpirituum indicia ſunt, & neruorum viſoriorum abſtructionem arguunt. Quę ſi ita ſe habent, cum diurnus ſit affectus, & vt dixi, à peritiſsimis medicis nihil fuerit profectum: ipſe nihil ſingulare de me ſpero, ſed propediem alterum oculum, qui adhuc debiliter & deprauatè videt, ita vt priorem afficiendũ arbitror, totamq; viſionẽ (quod Deus auertat) abolendam affirmo. Licet, quod id ſeriùs fiat per ſpirituum copiam, inducẽtium opportunum vſum pręcaueri poſſet: ſed vereor, præter obſtructionem, & ſpiritus viſorij penuriam, craſſos aliquos ſuccos ad oculum confluere.

Porrò ſi aliter ſe res habeat, nimirum, ſi ea quæ longius amouentur, melius quàm quæ parua: de inde ſi interdiu melius, quàm occidente ſole, & noctu, & ſi altero oculo occluſò, pupilla aperti oculi dilatetur, hoc anni tempore curationem auſpicandam putauerim. Primum oculum, qui per fecta, vt arbitror, ſuffuſione tenetur, quàm quia medicaminum diſcutientium admotione, diſcutere & delere impoſsibile eſt, ad manualem artem remittemus. Nec eſt quòd hoc loco ſigna ad ſcribam, quibus perſpicere liceat, num acum admittere poſsit, quaque ratione & induſtria ægrotanti eſſet ſubueniẽdum. Quoniam vbi æger con ſenſerit, facilè aliquis reperiretur huic artificio idoneus, neque ipſe adminiſtrationem obire vſque adeò meis viribus diffiderem. Ego profectò præſtantem illum virum hortarer, vt oculo manum adhiberi ſineret, cùm paruus ſit in adminiſtratione dolor, & quę citiſsimè perfecta eſt, eàmque ſatius experiri ſuaderem, quàm oculum vti modò eſt relinquere. Nam nullum oculo obcæca to maius nocumentum euenire poteſt. Cæterùm ſi res ſit eiuſmodi, quæ nulla ratione per acum cu rari poſsit, ad medicinæ partem, quam Coſmaticam & ornatoriam vocant, deſcendendum erit, vi delicet, vt oculus ille glaucomate infeſtatus in pupilla tingatur: & ſi æger nihil videat, ab hominibus tamen oculus ſanus iudicetur. Fiet autẽ illud optimè Gal. medicamẽtis, in 4. lib. de Comp. medic. ſecundum locos ad Philoxenum relatis. Quale hoc eſt: Malicorij dulcis ſuccum infun-

ditò: deinde per interualla inſtillato. Aliud. Al- A
terci ſeu hyoſciami florem cum vino terito. Ve-
rùm hoc præſtantiſsimum putauerim. Acatiæ
fructum & gallæ momentum tritum, & in hoc
ſucco anemone exceptum, vt mellis habeat ſpiſ-
ſitudinem: deinde per panniculum expreſſum,
quemadmodum liquores reponendum, & exi-
gente vſu, quemadmodum dixi, eo vtendum eſt.
Sic itaque de præſentis oculi curatione proli-
xiùs differendum haud puto. Sed ſupereſt ad a-
lium, qui incipienti ſuffuſione ex modo præſup- B
poſitis principiis laborat, orationem conuertere.
In primis conſtat, illas nebulas cimices, culices, &
alias imaginationes, non ex ventriculi affectibus
pendere: primò quòd hæc ſymptomata non æ-
qualiter vtrumque oculum affecerunt, ſed prius
vnum obcæcarunt, priuſquam alter aliquid no-
xæ perciperet. Secundò affectus certis interuallis
non admodum, aut grauatur, aut minuitur. Ter-
tiò, æger non vnum atque alterum diem: his ob-
uiſionibus moleſtatus eſt, ſed annis iam aliquot, C
vt iam anteà retuli. Quartò, quòd propter bo-
nam aut malam in ventriculo concoctionem, af-
fectus non admodum augetur. Poſtremò, quòd
dū his affectibus ac ſymptomatibus corripitur,
nullam ventriculi nauſeam participat. Præterea
putare phrenitidem, aut calidum aliquem in acu
tis morbis affectū in cauſa eſſe, planè ridiculum
foret. Supereſt igitur craſſum aliquem humorem
in oculum confluentem, mali authorem putare,
qui pro multitudine ſua, craſsitie, vicinitate, va- D
rias & multiplices imaginationes inducit. Vt er-
go ad curationem nos accingamus, in primis pro
hibendum eſt, ne affectus ipſi augeantur, qua re
parte artis, quæ Præſeruatiua nuncupatur, indi-
gemus, ſicuti ad delendum, quod iam factum eſt,
curatiua. Duæ autem hæ artis partes adeò in hoc
caſu inuicē annectuntur, vt curatio magna pars
ſit præſeruationis. Si enim quod iam factum eſt,
ſuſtulerimus, bona pars præſeruationis ſimul ab
ſoluetur, ſublata videlicet materia ab oculo, quæ E
ſi denſior fieret, gigneret plenam ſuffuſionem.

Prima igitur nobis occurrit intentio euacuan
di ab oculo eam materiam, quę obſtructionem in
viſualibus viis faciens, idoneum prohibet oculo
rum vſum. Verùm, quia hæc euacuatio fieri non
poteſt, niſi per medicamenta magna diſcutiendi
vi prædita, quæ vtique, ſi repleto capiti admoue-
rentur, plus noxij humoris attraherent, quàm ex
oculo diſsiparent. Demùm quòd accidente e-
tiā, quod vix fieri poteſt, congruo in omnibus re- F
bus victu, vapores ſemper, ceu leues ſuperiora pe
tentes caput, & conſequenter oculos iam ex lon-
go morbo imbecilles læderent: quarta erit inten
tio, vt omni induſtria retrahantur & deriuentur.
Sic igitur iam quatuor aut quinque fortè inten-
tiones inueſtigauimus, quæ ad præſeruationem
& curam ſunt neceſſariæ, quas nunc ordine pro-
ſequar, vt ſcilicet illæ primò executioni manden-
tur, quæ in reſolutiuo progreſſu vltimò loco ſunt
inuentæ. Totius nēpe corporis euacuatio, & ma- G
teriæ ad oculos fluentis auerſio. Ab his igitur in-
choātes, magnitudine affectus, nobilitateque pa-
tientis membri conſiderata, & corporis ægrotan-

tis plenutidine, & conſtante optimè totius habi-
tus robore, ſecandam interiorem cubiti venam,
quam Humerariam aut Cephalicam vocant, iu-
dico. Extrahēdum verò ſatis multum ſanguinis,
videlicet octo aut nouem ℥. Id verò latus eligen-
dum eſt, quod è directo ſe habet oculi incipiente
(vt arbitor) ſuffuſionem tentari. Seruiet enim nō
bis hæc venæ ſectio ad euacuandum totum cor-
pus, & ad materiam ad ſuperiora fluentem, retra
hendam. Poſt hæc, quia materia craſsitiem quan
dā habet, quò purgatio melius fieri poſsit, ipſam
per hanc potionem tribus diebus manè exhibi-
tam ſecabimus.

Recipe Betonicæ nobilis & veræ, M. iij. bul-
liant in ℔.1.s. aquæ fœniculi ad tertię partis con-
ſumptionem, facta colatura, & ea in tres partes di
uiſa, vnicuique parti oxymellitis ſimplicis ℥.j. ſu-
peraddatur: quæ concocta præcedenti cœna ma-
nè bibantur. Interim quoque ad eundem finem
comæ fœniculi in iure, quo pro cibo præſtans vir
ille vſurus eſt, decoquantur, paríterque in vino
eædem comæ per integram ante potū horam in
vino madeſcant. Attenuata iam aliquantiſper per
tres dies materia, ſummo mane pillulæ hę deglu-
tinantur.

℞. Pillul.
Hieræ ℈.ij.
Cochiarum ℈.j.

Cum fœniculi ſucco malaxētur, & fiant pillulæ
v. aut vij. veſperi eiuſdem diei ʒ.ij. huius cōfectio
nis ſumantur.

℞. Semen fœniculi,
Seſelios ana ℥.j.
Nucis muſcatæ,
Succi fœniculi ℥.v.

Mellis roſati q.ſ. Fiat electuarium. Altera die
manè ſemiuncia eiuſdem electuarij, concocta be-
ne cœna accipiatur, quam trium horarum ieiu-
nium ſubſequatur. Conuenit etiam ad eundem
vſum ſubſcriptum electuariū magis operoſum.

℞. Semen fœniculi ʒ.iij.
Sileris Montani,
Chamedryos ana ℥.j.v.
Euphragiæ ʒ.j.
Chelidoniæ,
Sem. aniſi,
Petroſelini,
Apij,
Pulegij,
Florum boraginis,
Granorum iuniperi,
Saxifragiæ ana ʒ.ij.

Miſce, & cū mellis deſpumati ſufficiente quan
titate fiat electuariū, quo ſi ægrotanti viſum fue-
rit, in præſcripti locum vteretur. Per tres deinde
dies ſequentes hæc potio bibatur. Recipe fœni-
culi orientalis: aut ſi id haberi non poteſt, com-
munis in montibus nati ʒ.iij. bulliant in lib.j.s.
aquæ ad tertiæ partis cōſumptionēm, diuiſoque
decocto in tres portiones, ſinguli portioni ℥.j. o-
xymellitis cōpoſiti addatur. Completa quidē tri-
duana hac potione hæ pillulæ manè accipiantur.

℞. Pillulas hieræ ℈.j.
Cochiarum ℈.ij.

Malaxen-

Malaxentur cum ſucco verbenæ, & vtatur ad modum preſcriptum: & ſequenti die manè in aurora, mediam vnciam electuarij prioris, ſuperiùs deſcripti, aut poſterioris, cui ʒ. j. pulueris garyophyllorum interim adiecta ſit. Quo etiam electuario vellem, vt veſperi hora, vt dixi, accubitus ſemper præſtans vir ille vteretur. Primò quidem eo modo, quo deſcriptum anteà fuerit: poſt hanc ſecundam verò purgationem, adiecta ſemper pulueris garyophyllorum ſemiuncia. Accedendum deinde ad tertium potionum ordinem: quæ fiẽnt ex decocto chelidoniæ herbæ, adiecta videlicet potioni oxymellitis ſcillitici vncia, qua potione, vt in aliis diximus, ter ſumpta, ſequenti aurora ſumantur hæ pillulæ.

Recipe pillularum cochiarum ℈ij. ſine quib. ℈ j. malaxentur ſucco chelidonij, aſperſa oxymellitis ſcillitici gutta, & fiãt pillulæ, vt ſuprà admonuimus. Eiſdem quoq; intentionibus non inutilis erit vomitus, modò abſque magna vi, & vehementi capitis commotione prouocari poſſit. Peractis hiſce, notatum dignis præſidiis, per quæ non ſolùm totius corporis euacuatio, ſed materiæ etiã retractio fieret, ad alia properandum, per quæ & deriuatio compleatur, & caput ipſum vacuetur. Fiet autem per cucurbitulas, diſſecta cute: primò inter ſcapulas, deinde occipitio admotas. Secundò per ſectionem (ſi apparuerint) illarum venarum, quæ prope interiores oculi angulos ſunt, vel eius quæ in frontis medio apparet: vel ſi illæ ſecari non valeant hirudinibus, primò poſt aures: deinde temporibus appoſitis. Tertiò per ea, quæ naribus infuſa vel manſa in ore, & gargariſata materiam euacuant: quæ tamen prudenter adminiſtranda ſunt, ne caput nimium exagitantia plus obſint, quàm proſint. Sint igitur & natura ſua mitia, & quantum fieri poteſt, blandè adhibeantur. Satis itaque fuerit betæ ſucco butyro commixto, narium alas penna interiùs inungere, paſſulasq; cum thure & nuce muſcata & maſtice mandere, & oxycratum, hoc eſt, acetum cum aqua parùm acidum, in quo fœniculi ſemina & roriſmarini coæbullierint, gargariſare. Verùm licet deriuent hæc omnia, atque aliquo pacto materiã ab oculo retrahant, non tamen perpetua poteſt eſſe eorum operatio, ſicut neque aſsidui vſus. Ideo illud machinandũ, per quod continuò materia deriuetur, quod optimè fiet, ſi duobus foraminibus in coniunctione occipitij & poſterioris colli factis, chordula ex ſerico vel ſetis equinis contexta ita inſuatur, vt ora vulnerũ diu conſeruet aperta, per quæ continuò deſtillati humores ab oculis deriuẽtur. Hanc operationem Setationem vulgo vocamus, & ad eandem quoque intentionem fortaſsis, ante æſtatis initium ſequenti anno ad ceruicis & verticis vſtionem deſcenderemus. Sed nunc & ex cucurbitulis integra cuti variis locis admotis mediocre ſequetur emolumẽtum, ſicuti & exercitio quo quantum fieri poteſt, capite quieſcẽti manus & pedes moueantur, & capitis crebra lotione ex lixiuio, in quo ſaluia & chamæmelum bullierint, proderit, & per interualla ſcrupulus vnus vel duo pillularum, quas vltimo loco deſcripſimus, duabus vel tribus à cœna horis deglutiri. Et per hæc A quidem tres primæ intentiones explebũtur, quæ fientem potius morbum quàm factum reſpiciũt, atque vt conſequens eſt, ad cauendum potius, quàm ad curandum conducunt. Supereſt igitur quarta, quæ morbo iam facto debetur, quæ vt primò nobis proponitur: ita non niſi poſt alias executioni mandari perfectè poteſt: perfectè dico, quia nihil vetat, quò minus eam prima completa purgatione à leuioribus quibuſdam collyriis orſi aggrediatur. Leuiſsimum erit, vt in aqua, vbi de- B cocta ſit verbena, purum aurum ignitũm quinquies extinguatur. Fortiuſculum ſi decoctio fiat in vino, & præter aurum ignitum quoque æs in eo extinguatur, quantoq; vinum potentius fuerit, tantò reddetur efficacius. Augebitur amplius vis adiecto teſtudinis felle, vel perdicis, fœniculóque & verbena. Cõpleta ſecunda purgatione Manardus chelidonio vtendũ ſuadet, & peracta tertia ſuperaddito ſagapeno. Vbi verò deriuationes quoq; & particulares capitis purgationes finem C habuerint, nec aliqua ſuperſit in oculo inflammatio, parum quoque euphorbij poterit adiungi. Incipiendum verò eſt à granis v. pro ſingula vncia, per gradusq; creſcẽdum, ita tamen vt nunquam duodecima pars tranſcẽdatur, pro duodecim videlicet drachmis reliquorũ, euphorbij drachma. Quòd ſi ex hoc vel alio collyrio ingens ardor ſuboriretur, ſero caprino vel aqua roſata oculi ſubluantur. Inter efficacia quoque eſt ſuccus cæpæ cum melle, & ſuccus cyclaminis cum eodem, & D gallinæ rubeum ſtercus. Poteſt etiam inter potentia numerari, quod iam addam.

Recipe ſuccum fœniculi, fellis taurini partes æquales: quibus duplum mellis ſuperaddatur. Caput quoque hirundinis in æneo vaſe vſtum, & in tenuiſsimum puluerem redactum, phyſica quadã vi mirabiliter iuuare creditur, ſi vel per ſe, vel cum melle illiniatur. Plura poſſent adhuc addi, à vetuſtioribus & recentioribus comprobata, ſed hæc ſufficiant, dummodo diſcutientium vſu affectus E deleri poſsit. Ait enim Galenus in quarto libro Secundum locos: hæc omnia magnam & nobilem efficaciã promittere, ſed parum interim præſtare: tamen hæc in oculo minus læſo tentanda erũt, & ſi nihil promouent, expectata perfecta ſuffuſione ad manualem curationem, quemadmodũ in altero oculo confugiendum.

Quod ad virtutis rationem attinet, vitabũtur craſſa & vaporibus replentia mali ſucci, & humidiora cibaria, crapula, ebrietas, venus, fumus, pul- F uis, meditatio nimia, lectio aut ſcriptura à cibo, labor, curſus, meridianus longiorq; ſomnus, immodica vigilia, æſtus, frigus, ventus, & præcipuè auſtrinꝰ: ira, rixa, clamor, turbidior fortiſq; ceruiſia, legumina, magni piſces, antiquæ carnes, creber braſsicarum & lactucarum vſus. Hæc ſanè eſt curatio, quam huic oculo ex doctiſsimi Manardi ſententia adhibendam duxerim.

Cæterùm ſi ſpiritus viſorij penuria æger laborauerit, quod mirum mihi videretur, ſi reliqua ſen- G ſuũ organa exquiſitiſsimè ſuis muniis fungantur. Adhibebimus nonnulla à pręſtantiſs. viris mirificè probata, ac potiſsimum localia, quæ ad ſpiritus augmentũ faciunt. Adhibebuntur tamen vniuer-

ſo corpore & cerebro purgata. Bibat igitur vinũ flauum & limpidum, in quo hyſſopus & ruta decocta ſunt, eiuſdemq́; bullientis fumum apertis oculis ieiunus accipiat. Oua recentia ſuperiecto hoc puluere, aſsiduè ſorbeat. Nucis muſcatæ pars vna, garyophyllorum pars ſemiſsis, Satureiæ partes duas. Acetum ſcylliticum in ore frequenter retineatur. Sanguis palumbi veteris, collyrij modo inſtilletur. Fiet autem id rectiſsimè, ſi palumbum fatiges, & fatigati venam & arteriam ſub ſiniſtra ala diuidas, ſanguinemq́; deductis ægri palpebris calidum & etiam cum impetu influere ſinas. Et ſi aliquo potentiori collyrio vtendũ erit, prius oculus aquoſo mellicrato abluẽdus, Aquoſum vocant, in quo tam exigua portio mellis, vt vix guſtui perceptibilis ſit eius dulcedo. Præſtat autem, vt non per ſpongiam ablutio fiat, ſed per ampullam vitream arctiſsimum habentem roſtri oſculum, ſenſim inſtilletur. Inter omnia verò collyria hoc in caſu illo magis eſt eligendum. Pompholygos partes ſex, Opobalſami partem vnam, Mellis partes duas, vini Cretenſis vel alterius potentis antiqui & albi quantum ſufficit. Hoc autẽ pacto cõficiendum erit. Pompholygi tenuiſsimè contritæ Opobalſamum primò adijciendum, dehinc mel, poſtremò vinum: vbi cuncta miſcueris, perpetuò triduo hanc miſcellam accuratè contérito: exacto triduo in vitreum vaſculũ conijcito: vbi vſus exigit vaſculum exagitando omnia bene confundito, ſicq́; vtitor. At ſi Opobalſamum inueniri nequeat, eius vice oleum antiquiſsimum apponatur, in quo balſami lignum bene fuerit incoctum. Sanè id medicamentum præſtantiſsimũ eſt. Hæc ſunt quæ mihi ſeſe obtulerunt, pro viſu ornatiſsimi illius viri reparando: quæ ita faxit Deus Optimus Max. eſſe proficua, ſicut ſummo deſiderio à me ſunt quæſita, & ſcripta. Patauij 3. Calend. Maij, M. D. XLII. Andreas Vveſalius.

Collegium ex ore Montani, Francanzani & Friſimelicæ, pro quodam Nobiliſsimo Iuuene Vincentino, cordis tremore laborãte, nauſea ac ventriculi dolore, factum in domo Magnifici Ioſeph Boromei, die x. Maij, 1545.

EXIMII Doctores, breuibus perſtringam hiſtoriam caſus. Habemus Iuuenem hunc nobilem Vincentinum annorum 19. qui cùm vacaret ſtudiis literarum, à ſuo Magiſtro fuit ſub maximo timore detentus, adeò vt inciderit in iſta ſymptomata. Primò patitur cordis tremorem, ſecundò affectionem magnam ipſius ventriculi, adeò vt per interualla euomat, quandoque bilem, quandoq; pituitam, & inde præcipuè habet maximũ dolorem. Et his additum eſt aliud, videlicet quoddam corporis impedimentum, vt quandoque ſe non poſsit mouere: manet ſtupidus, ita vt dicamus quòd laboret etiam animi defectu. Iſta ſunt ſymptomata quibus iſte infeſtatur, quorum cauſa à nobis eſt inquirenda. Et primò incipiam ab ipſo cordis tremore, quoniam iudicio meo ille tremor eſt in cauſa omnium eorum quæ poſtea ſequun-

A tur. Et in hac materia habemus Auicennam diſtinctiſsimè loquentem de hac re in 11.3. in capite de Tremore cordis, & forſan melius Galenus in 1. de Locis affectis, cap. 1. & in 12. Method. cap. 2. In his locis Galenus habuit ſermonem de hac affectione. Inquit igitur Auicenna, quòd tremor cordis prouenit aut à mala intemperie, aut à ſoluta vnitate, aut prouenit à mala aliqua compoſitione. Si à mala temperatura, aut eſt mala temperies cum materia, aut ſine materia. Cùm enim B cor infeſtatur ab aliquibus iſtarum cauſarum, inſurgit ad expellendum: & in tali expulſione inordinatè mouetur, & ille motus inordinatus tremor appellatur. Cùm autem iſta materia fuerit craſſa, viſcida: tunc extinguit calorem naturalem, & fit leuis quædam ſyncopa: & maior, ſecundum quod eſt materia. In noſtro igitur caſu tremor nõ prouenit à ſoluta vnitate, quoniam manifeſtè vidimus non adeſſe aliquam ſolutionem vnitatis, neque aliquod vitium in cõpoſitione, neque ob- C ſtructio facta in corde: quoniam ibi non adeſt ſignum indicans hoc, & ideo credo quòd ſit intemperies frigida cum materia. Inquirendum eſt modò, quę nam ſit iſta materia, dico quòd eſt pituita: & quòd iſta non ſolùm in corde abundet, ſed etiá in toto, quoniam pono totum corpus frigidum eſſe & humidum: & quæ me ducunt ad hoc dicendum, ſunt ſigna tradita à Galeno in 5. de Locis affectis. Et primùm vbi dicit, quòd exeunte aliqua intemperie humidiori cum materia frigida & D humida, apparet facies pallida, corpus etiam pallidum. Similiter ſi conſideremus victum præcedentem. Iſte Iuuenis vixit ſatis ocioſè, & vſus fuit ſatis amplo cibo, vnde vel maxima copia pituitæ in toto abundans, & contenta, cordi communicata eſt, ita vt credam vel maximam copiam pituitæ in hoc corpore vigere, & quòd ipſa ſola in cauſa ſit huiuſmodi ſymptomatis, videlicet cordis tremoris, qui eſt ꝑ interualla, vt retulit. Inquit enim quandoque ceſſare, poſtea iterum incipere infe- E ſtare ipſum. Sed hic dicet aliquis, cum per ſe hic ſit in cauſa humor pituitoſus, cumq́; talis humor non ita citò diſcutiatur, videtur conſentaneum, vt non ceſſet talis tremor, ſed ſemper perſeueret. Ad hoc dicerem, quòd illa materia non eſt adeò fixa & impacta, vt non poſsit quandoque diſcuti: & ſi non tota, ſaltem vna pars ipſius, licet aliqua portio remaneat, quæ non ita ſtimulat cordis virtutem ad expellendum: & ſic meritò fit iſta temporis intercapedo. Ex tali poſtea ſymptomate F ſecuta meritò eſt illa ſyncopes diminuta, lipothymia à Græcis dicta. Et differt lipothymia à ſyncope, vt declarat Gal. in 12. Meth. cap. 5. & colligitur ab Auicenna in 13. 3. quoniam lipothymia minor eſt quàm ſyncope. Subſequitur poſtea, quòd illæ venæ iugulares pulſent: & hoc non eſt mirũ, quoniam ipſæ inſequentes cordis motum, mouentur ſicut cor: & cùm cor inordinatè mouetur, ipſæ quoq; inordinatè mouentur. Cum his poſtea connectitur aliud ſymptoma, videlicet dolor ven- G triculi: ſimiliter & vomitus. Sed ꝑ interualla euomit, qñque bilem praſinã, quandoq; bilem flauã, qñque pituitam: tñ plus de pituita quàm de bile. inquirenda eſt modò cauſa, quæ materia ſit, quam

ventri

ventriculus patiatur,an ipſe trahatur in conſenſu ab ipſo corde,an verò contrarium accidat. In hoc eximij Doctores ſunt valde ancipites, ſed dicam quidquid ſentio. Credo igitur quòd cor trahat in conſenſum ventriculum,ita vt talis affectio ventriculi pendeat ab ipſo cordis tremore: vt autem hoc clarius fiat,videamus quid ſit per conſenſum pati. Hoc declarabat Galen. in libro 2. de Locis affectis,ſi benè ſum memor:vbi dicit quòd pati per conſenſum eſt,quando ſunt duo membra affecta, & vnum primò afficiatur, poſtea ex tali affecto illius venit affectio in alterũ, tunc dicitur iſtud primum trahere in cõſenſum ſecundum:& ita illud membrum quod primò afficitur, trahit in conſenſum ſecundum membrum affectum. Sic in propoſito cùm ille tremor veniat prius, deinde accidat vomitus & etiã dolor in ventriculo,& amoto dolore amouetur tremor, ſequitur quòd cor trahit in conſenſum ventriculum: quoniam primò accidit tremor,deinde verò vomitus. Quòd ſi dicat quis, cum pituita ſit in cauſa iſtius tremoris, iſta verò neceſſariò generetur in ventriculo: ventriculus erit cauſa tremoris, & non vt dicis: quoniã in corde non generatur iſte humor, ſed tranſmittitur à ventriculo,& ſic ventriculus eſt in cauſa,& conſequenter ipſe trahit in cõſenſum ipſum cor. Ad hoc dico, quòd non ſequitur: licet enim in ventriculo generetur pituita, quæ tranſmittatur ad ipſum cor,non eſt dicendum quòd trahatur in conſenſum cor. Nam ponatur quòd in hepate generetur magna copia pituitæ, quæ poſtea tranſmittatur ad aliquod membrum,& faciat abſceſſum,ſiue eryſipelas:quis quæſo dicet quòd iecur ex quo generetur, illam copiam bilis trahat in conſenſum, ipſum eryſipelas? nullus, & cauſa eſt, quia iſtud nõ eſt per conſenſum affici: ſed per conſenſum affici eſt,quando poſita affectione alicuius membri, poſtea etiam ſequitur affectio in alio membro,& illa remota,remouetur.Et iſta ita declarabat Galenus. Sed hic contingit dubitatio. Dictum eſt quòd iſte iuuenis quãdoque euomit ipſam bilem tum praſinã,tum etiam flauam:quomodo fit hoc, ſi dicis quòd in hoc corpore abundat multa pituita? Dico quòd generatur aliqua portio in ipſo hepate, cùm hepar ſit calidum aliqualiter, ratione cuius generatur illa bilis flaua. Illa verò bilis praſina generatur in ipſo ventriculo,& hoc aut ex mœſtitia aut ex ipſa ratione virtutis:& ita habemus cauſas ipſorum ſymptomatum,videlicet quòd ab ipſa pituitæ copia in ventriculo ipſo genita,& etiam in vniuerſo corpore. Quoniam video in hoc corpore eſſe maſſam pituitæ,quæ tranſmiſſa ad cor faciat hunc tremorẽ. Volumus ergo curare hunc affectum, debemus elicere naturales indicationes curatiuas. Morbus eſt frigidus, pendens à materia ipſa frigida & humida, genita in ipſo ventriculo, & ad cor tranſmiſſa. Ideo conſurgit indicatio, quòd debeamus calefacere ipſum ventriculum & ipſum cor, amouendo ipſam intemperiem frigidam contractam. Poſſumúſne hoc præſtare clariſsimi Doctores? Credo, quòd difficillimè poterimus, quoniam Galenus in 5. de Locis affectis, ait: Principium pręcipuè in tale affectione ſecundum venam eſſe.

A In hoc iuuene quia virtus eſt admodum proſtrata,nõ poſſumus mittere ſanguinem: habet etiam illam lipothymiam, ſyncopen impropriè dictam: & ita licet hic non ſit febris, quia tamen eſt iſte defectus animi,valdè impedimur.

Similiter in 5. de Locis affectis dicebat Galenus, quòd quando iſta affectio durat, vtplurimũ moriantur ægri:& ideo credo, quòd cura erit difficillima. Tamen debemus aliquid operari. Et ideo primò alterabimus illa membra ad caliditatem. B Neque poſſumus hoc facere, niſi totum euacuemus. Sed cum quibus volumus euacuare? ſi ipſa virtus non tolerat. Ideo Galenus dabat præceptum,quòd cum ſumus impediti, ad debilitatem virtutis debemus cum victu & cum frictionibus inſiſtere.Ideo primò ego lenirem aluum cum aliquo leni pharmaco,& in hoc caſu maximè laudarem ipſam hieram,& commiſcerem ipſam cum caſsia,vt ſic dicatur. ℞. hieræ ſimplic. ℥. ij. floris caſsiæ ℥. iij. Miſce, & fiat bolus. Poſtea Galenus C in illo 5. de Locis affectis dabat,facta ſanguinis emiſsione,decoctum hyſſopi:& in 12. Meth. cap.5. dabat ſyrupum de hyſſopo cum oxymelite. Ideo vtere iſto ſyrupo cum decocto betonicæ, boraginis,& fiat per aliquot dies. Deinde euacuarem cum agarico additis ipſis ſpeciebus de hiera, & darem vel in potu vel in forma pillularum. Facta hac euacuatione & pluribus ſi poterimus,ego cõfortarem ipſum,cor calefaciendo ipſum & exiccando, & ad hoc habemus illas confectiones dia- D muſcũ,diambram,quę pereximia ſunt epithemata quamplurimũ ad iſtam intentionem. Deinde deuenirem ad illam confectionem Mitridaticam, quæ in hoc caſu maximè placet. Exterius facerem epithemata cũ diambra,diamuſco cum oleo nardino. Quantum ad victum, darem vinum album odoriferum, mediocre in viribus: ſimiliter darem oua,carnes,& reliqua cibaria calida, quæ citò concoquuntur, his factis deuenirem ad potum aquarum. Diximus, ſi virtus conſtaret, effi- E ceremus alterationem ad calidum. Sed quia imbecillis eſt ea, roborarem ventriculum & cor, vt dixi. Et hæc pauca volui dixiſſe, méque remitto ad iudicium excellentiarum veſtrarum.

FRISIMELICA.

NObiliſsime conſeſſus, ſuppono ego primò hiſtoriam caſus recitatam per clariſsimum Doctorem, ſuppono etiam iſtum pati tremorem F cordis: qui vt narrauit, fuit per multos menſes paruus, nunc factus eſt magnus,& ſecuta eſt maxima palpitatio & tremor in illis arteriis iugularibus, & cum hoc ſecuta eſt affectio in ipſo ventriculo:euomit enim ipſam pituitam & bilem,quandoque efficitur dolor ventriculi, & quandoque incidit in iſta ſymptomata. Non loquitur,non audit,neque videt, niſi admodum diminutè,& non poteſt ſe mouere,niſi cum maximo labore, ita vt cerebrum ſit affectum,& ſic illa affectio videatur G communicari cerebro. Excellentiſsimi Medici Vicentini aggreſsi ſunt curationem: & quia non aderat vis, ideo ipſi tantum cibo & potu conuenienter procedebant,differentes alia medicamẽta

ad tempus commodius. Iſta fuerunt mihi relata. A In hoc igitur caſu ea quæ veniunt conſideranda, ſunt res naturales, & primò eſt ætas. Iſte iuuenis agit 19. annum, eſt quietus, non deditus gulæ neque gaudiis multum, ſed potius literis & ſtudio. Et fuit ſub quadam beſtia, pædagogo, cuius ſæuitia deterritus multo tempore fuit in metu. In hoc ſum valdè dubius, quoniam non ſum multū cum ipſo verſatus: tamen quantum potui conijcere, videtur mihi quòd eius membra ſint diſformia, & præſertim iſta duo mēbra principalia con- B ſtituentia temperamentum totius, videlicet cor & ipſum hepar. Et primò videtur mihi quòd cor ſit frigidum & ſiccum, quoniam vt audiui, eſt admodum timidus, & fixus eſt in ſuis operationib9. De hepate dubito an ſit calidum, & videtur quòd ſit: quia video multidinem bilis, video etiam excandeſcentiam iſtius iuuenis, vnde arguo caliditatem hepatis: licet illa excandeſcentia arguat ſuper cordis temperatura. Ex altero latere video iſtū eſſe melancholicum, quoniam eſt timidus, ſimili- C ter non multum lætatur: quare credo, & vergo potius ad hanc ſententiam, quòd hepar ſit frigidum & ſiccum, caput etiam ſimiliter in illo eſſe temperaturæ frigidæ & ſiccæ, ventriculum autem exiſtimo eſſe frigidum & humidum. Sed in hoc ſum valde anceps, vt dixi, eaq; potius dico ex quadam cōiectura, quàm aſſertiuè. His conſideratis venio modò ad res præter naturam, quæ ſunt iſta: eſt tremor cordis, & dolor ventriculi, & vomitus & capitis affectio: licet iſta capitis affectio potius cō- D ſequatur ad illa duo quàm ſit cauſa ipſorum, ideo tantum erūt à nobis illa duo, affectio ſcilicet ventriculi, & ipſe tremor cordis conſideranda, & debemus videre quidnam iſtorum duorum ſit in cauſa alterius: nunquid ſcilicet tremor cordis ſit in cauſa affectionis ventriculi, an è diuerſo. In hoc viri excellētiſsimi, dicam quod ſentio. Credo itaque affectionem ventriculi eſſe cauſam illius tremoris, & non contrà, ita vt cor trahatur in conſen- E ſum ab ore ventriculi: quomodo autem os ventriculi ſit in cauſa iſtius affectionis, habemus in primo de Cauſis ſymptomatūm, ſub finem, vbi dicit: ad os ventriculi deuenire arteriæ magnæ ramum, ratione cuius communicatur affectus exiſtens in ore ventriculi, ipſi cordi. Et video viri excellentiſsimi, cur ita ſit, cauſas manifeſtas. Nam in ventriculo generantur multi humores, qui quidem humores afficiunt os ventriculi, qui affectus ratione illarum viarum, inficit etiam ipſum cor. A quo autem afficitur os ventriculi? Dico quòd F afficiatur ab ipſo humore craſſo viſcido: neq; eſt humor purus, ſed eſt mixtus ex humore bilioſo. Nam heſternā die vidi vrinam ſatis coloratam, nunc verò apparet aliqualiter colorata, & in ipſas partes aliqualiter aduſta, & ita puto eſſe humorem pituitoſum, admixtum cum bile: quæ pituita vt dixi, genita eſt tum ex temperatura ventriculi frigida, tum ex ipſo otio, quo iſte frequenter vſus eſt, ratione cuius factæ ſunt quamplurimæ incon coctiones: hincq; eſt quòd aſſeram ventriculum G eſſe cauſam affectus cordis. Quòd ſi quis dicat, aduerte quòd ventriculus non eſt cauſa tremoris cordis, quia ſic deberet primo affici, videmus autem nunc contrarium. Dico ad hoc, quòd cum materia tranſmiſſa ſit ad ipſum cor, facit cordis tremorem, reſiduum autem materiæ collectum in ore ventriculi, afficit os ventriculi: remanet tamen affectio in corde ratione materiæ tranſmiſſæ, & ex hoc fit ventriculum non affici, corde tamen affecto. Et ex his factum eſt vt cerebrum lædatur, ita vt iſte patiatur illam lenem ſyncopam. Sciunt enim Dominationes veſtræ, quòd ad ventriculū tranſmittuntur illi nerui reuerſiui, ſiue recurrentes, ratione quorum communicatur prima iſta affectio oris ventriculi, ipſi cerebro. Poteſt & toti corpori communicari, quoniam cùm affectio ſit, hincinde ab ipſo mediātibus arteriis & venis demandatur per vniuerſum corpus: venis autem & arteriis refrigeratis iam, & aliqualiter deprauatis, non eſt mirum ſi apparet pulſus inæqualis, vt dicebat Galenus de illo medico Antipatro, qui patiebatur pulſus inæqualitatem ratione iſtarū cauſarum. Iſta ſunt ſymptomata, & res præter naturam & cauſæ. Ego igitur viri excellentiſsimi, inſiſterem mirum in modum in curādo Nobiliſsimo adoleſcente, ipſi ventriculo, qui eſt in cauſa omnium iſtorum: & potius relinquerem cor, quoniā ratione ventriculi facta eſt impreſsio in corde & in cerebro, & in vniuerſo corpore. Et cōualeſcente ventriculo, illa membra, & totum corpus conualeſcent. Robararem ergo ventriculum, & ipſum alterarem. Nunquid autem poſſumus hoc præſtare? credo quòd difficulter. Cùm enim iſta mēbra principalia ſint ita affecta, & ipſe calor naturalis ſit affectus, vehemēter laborabimus. Tamen non eſt deſperandum, quia auxiliis excellentiarū veſtrarū poterit ſanitas recuperari: nam poſſunt etiam maiora facere. Sed quibus auxiliis eſſet hoc agendum? Viri excellentiſsimi, ego primò totum euacuarem, nunquid poſſumus hoc prȩſtare? ego hoc manè tetigi pulſum, & inueni ipſum ſatis bonum & æqualem, vnde fit vt crediderim per interuallá affligi ipſum Nobiliſsimum iuuenem. Primò igitur lenirem vētrem cum hiera, & admiſcerem ſatis bonam quātitatem caſsiæ, quoniam video adeſſe ſatis bonam quātitatem bilis, & timeo de caliditate hepatis. Deinde concoquerem materiam cum decocto origani, cum ſyrupo de hyſſopo & reliquis ſyrupis calidioribus: quòd ſi nos timeremus caliditatem ipſorum, poterimus admiſcere de illis ſyrupis cichoraceis, aut decoctis ipſorum. Poſteà euacuarem cum ipſa hiera, aut pillulis cochiis, & facerem medicinam fortem debilem, vt dicit ipſe Auicenna: recipiunt enim iſtæ pillulæ colocynthidē. Factis euacuationibus poſtea alterarem ipſum ventriculum: & ideo ſi virtus ferret, darem illas aquas Apponitanas, quæ roborarent ventriculū, & calefacerēt ipſum, & exiccarent. Poſtea darem illam confectionē Mitridaticā pro cordis robore, & in ipſa mirū in modū ſperarem, ſunt deinde infinita epithemata. De victu, pò terit comedere carnes, oua: de vino, quod eſt optimum remedium, vt dicit Galen. in 12. Artis curatiuæ, ſint vina lenia, non aſtringétia, quæ poſsint ſpiritus regenerare, & refocillare. De affectibus animi, viuat ſuper omnia lætus, & deſinat eſſe ſub cura illorum pædagogorum. Et hæc fuerant à me in præſenti propoſito dicenda, poſtea per veſtram excellentiam determinanda.

FINIS.

INDEX

INDEX CONSVLTATIONVM APPENDICIS. ASTERISCO notatum acceſsit.

I. *Pro Ve laborante dolore capitis ex conſenſu ab hepate ventriculo* 19
I I. *Pro m cholia* 34
I I I. *Cauſ Veneto poſt collegium à Montano præſcriptum* 15
I I I I. *In cipio vertiginis pro muliere Veneta* 17
V. *In præſ tione à vertigine pro Veneto* 18
V I. *Appen ad conſilium* 69. *pro paralyſi* 22
V I I. *In ſ re & principio paralyſis pro Iunta* 29
V I I I. *In orum debilitate* 1
I X. *De oc lachrymantibus cum dolore iſchiadico Iudæo no* 88
X. *De ſibil rium cum corruptione ſenſuum interiorum pro nifico Contareno* 83
X I. *Pro ti u aurium* 20
X I I. *De ſtate pro iuuene Cretenſe* 110
X I I I. *D to ſauguinis, pro nobili Patauino* 54
X I I I I. *atarrhum cum anguſtia pectoris* 23
X V. *Cu dæxtenuato ob catarrhum, vt periculum eſſet e* 21
X V I. *In rbo diuturno pro nobili Patauino* 20
X I I. *bili muliere catarrhis obnoxia* 71
X I I I. *atarrho defluente ad crura, & ad ven culum febre continua pro nobili virgine* 80
X X. *Pro pera tuſsiente* 35
X I. *In t ore cordis pro puero Vicentino* 43
Collegiu ex ore Montani pro iuuene Vicentino cordis t ore labrante, nauſea & ventriculi dolore 135
X I I. *In emore rdis, & dolore capitis ex affectibus matris & ve triculi pro nobili fœmina* 49
X I I I. *Apendix onſul. pro puero laborante ex ventriculo* 10
I I I I. *In ventr culo frigidiore pro Vicentino* 115
V. *In deb litate ventricali cum alijs quibuſdam ymptomatis pro uuene Treuiſano* 118
V I. *Pro ſpleneico* 3
V I I I. *Pro pue o ſplenetico x. annorum in ma nis ob ſtructionibus* 12
I X. *In flatibus hypochondriacis pro comite Pa uino* 4
X. *Pro ſacerdot laborante hypochondriaco affe u* 33
X X X I. *In flatibus ventris, & inflatione penis, pro Hiſpano ſacerdote in Appendice* 122
X X X I I. *Pro quodã laborante ſuppreſsione vrinæ* 36
X X X I I I. *In ardore vrinæ pro quodam Genuenſi* 31
De agendis pro Germano conſultatio breuis ad conſilium cccxlv. 48
X X X V. *In continua deſtillatione vrinæ cum imbecillitate neruorum* 30
X X X V I. *Pro ſene quodam excernente ſanguinem, & pus per virgam cum maximo dolore* 9
X X X V I I. *In Gonerrhœa* 6
X X X V I I I. *In Gonorrhœa pro nobili Veneto* 40
X X X I X. *Regimen bibendi aquas Calderienſes pro Veneto* 32
X L. *In Hernia* 8
X L I. *In corroboratione renum pro muliere grauida* 14
X L I I. *In oppreſsione menſium* 12
Eidem mulieri in Iunio ordinata, pertinet ad conſilium lxix. 22
X L I I I I. *Pro puero trium annorum laborante fluxu hepatico* 25
X L V. *Pro puero trienniali in fluxu ventris* 67
X L V I. *Pro laborante iſchiade nobili Veronenſi* 24
X L V I I. *Regimen pro duce Vrbini* 25
X L V I I I. *Pro figulo podagrico* 30
X L I X. *In podagra cum ſuſpicione morbi Gallici pro iuuene quodam* 104
L. *In morbo Gallico* 128
L I. *In ſcabie, pruritu & vigilijs, & febre pro quodam Vicentino* 94
L I I. *Pro quodam qui ſulſphur redolebat* 40

De febribus.

L I I I. *De febre continua, in qua ſuſpicio de peſtilente* 65
L I I I I. *De febre peſtilente pro nobili Veneta* 60
L V. *De muliere laborante febre peſtilente* 98

Chirurgica.

L V I. *De ſcirrhis duobus in facie* 76
L V I I I. *Pro patiente diminutionem in motu quarundam partium* 35
L I X. *Regimen eunti ad Thermas pro contractione pedis* 53
L X. *Deſcriptio vera ſyrupi de Helleboro Montani* 129

F I N I S.